BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
17 Q
7

# HVGONIS
## DE SANCTO VICTORE,

Canonici Regularis Lateranenſis,

TVM PIETATE, TVM DOCTRINA INSIGNIS;

*OPERA TRIBVS TOMIS DIGESTA.*

*Nunc à Donno Thoma Garzonio de Bagnacaballo poſtillis, Annotatiunculis, Scholijs, ac vita auctoris expolita.*

IN GRATIAM REVEREND. D. PETRI FRANCISCI à Ripa Veronenſis eiuſdem Congregationis Rectoris Generalis.

TOMVS PRIMVS.



M. D. LXXXVIII.

Venetijs, Apud Ioannem Baptiſtam Somaſchum.

# ILLVSTRISSIMO,
## AC REVERENDISSIMO S. R. E. CARDINALI M. ANTONIO COLVMNAE
## PETRVS FRANCISCVS VERONENSIS
Rector Generalis Canonic. Regular. Lateranenſ. S. D.

SI quis forte miratur, Ampliſsime, omniq́; virtutum genere ornatiſsime Cardinalis, & quærat præterea, quid cauſæ me impulerit, vt Patris Vgonis, vulgo à Sancto Victore nuncupati, viri alioqui eximia tum pietate, tum eruditione inſignis, opera, quæ multis abhinc annis publicum acceperunt, iterum ipſe imprimendi curam nunc ſuſceperim, is, ſi mei conſilij rationem cognouerit, continuo (ni fallor) cauſa ſibi expoſita, mirari deſinet, & vnà meum hoc inſtitutum vehementer probabit. Cum ſæpius animaduertiſſem Illuſtriſſ. Princeps, egregia tanti Patris, & præclariſsima monumenta priore illa, non ſolum tenui, inepta, & indecora, prorſus editione deturpata iacere, verum etiam puluere, tineis, ac ſquallore obſita in diuturna latere obſcuritate, ac proinde nullis omnino mortalium vſibus profutura, nec id abſq; vlla totius noſtræ Congregationis inertiæ, atq; ingrati animi nota, quòd opulentiſsimos ab Vgone admirabilis doctrinæ ſibi relictos theſauros ſub terra velut ſepultos iacere pateretur, quo nomine male ipſa apud grauiſsimos viros audire videbatur. Cum hæc inquam animaduertiſsem, animoq́; euoluiſſem, cæpi mirabiliter ſatis, & nimio pluſquam ſatis angi, & contriſtari, atque etiam temporum iniuriam, maiorumq́; noſtrorum incuriam eam ob cauſam valde improbare: & ad meum, quo hoc tempore præcipuo fungor officio, magnopere pertinere exiſtimaui, è tenebris Vgonem noſtrum eruere, & à morte ad vitam quaſi reuocare, id quod hactenus ego publicis vndique ingruentibus negotijs implicitus, præſtare non potui. Cogitabam præterea ſacrarum præſertim literarum ſtudioſis qualemcunque meum hunc laborem gratiſsimum futurum, quippe qui ex nobiliſsimi Theologi ſcriptis omnis veræ, ſolidæq́; eruditionis refertis, & omnibus, (vt mihi quidem videtur) numeris abſolutis, mirificos vtilitatis fructus, quibus tot annis caruerunt, percipere potuiſsent; in dies enim ad aures perferebatur noſtras, miro eos teneri deſiderio, nouam videndi eorum librorum impreſsionem. His igitur, & alijs minime contemnendis rationibus adductus, imo vero impulſus, id oneris libentiſsime, auidiſsimeq́;, omniq́; animi contentione ſuſcepi. Sed cum mecum ipſe diu-

*tius agitarem, cui potiſsimum hos libros cultiore, ac diligentiore quadam aſcia politos, elegantiore habitu, & forma auguſtiore conſpicuos dicarem; additionibus, poſtillis, ſummarijs, (quæ vocant) multisq; id genus alijs adiectis ornamentis, Tu mihi præter cæteros Magnanime M. Antoni Cardinalis occurriſti, qui non ſolum dignitatis amplitudine præfulges, verum etiam omnibus animi dotibus, religione, probitate, continentia, eruditione, & quod eſt præſtantis, ſingularisq; tuæ humanitatis proprium, in bonarum diſciplinarum cultores, ſumma liberalitate, beneuolentiaq; adeo præſtas, vt pauci, qui tecum conferri poſsint, reperiantur: &, vt tandem finiam, cui magis Patris Vgonis Canonici Regularis ſcripta dicari potuiſſent, quàm cui maxime debentur? debebantur autem ei, in cuius præſtantiſsimo patrocinio, tanquam firmiſsimæ Columnæ Canonicorum Reg. Religio innititur. Te igitur etiam atque etiam oro, obteſtorq; (Illuſtriſs. Domine) vt meos hos qualeſcunque labores, alacri fronte, eaq; qua maxima polles, humanitate, ſuſcipere, & animum meum ad te obſeruandum, ac colendum ſatis iam perſpectum, & cognitum habere digneris. quod ſi (vt maxime ſpero, imò potius confido) feceris, & ſummum deſiderij mei fructum feram, & ad alia incredibilis benignitatis tuæ auſpicijs, ego, cæteriq; Congregationis Patres promptiores longe, atque alacriores reddemur. Vale vir præſtantiſsime, omniq; noſtra laude maior; nosq; omnes amplitudini tuæ addictiſsimos, qua ſoles benignitate amplectere. Deus Opt. Max. Te, nobis, diu incolumem, fœlicemq; ſeruet.*

# CELEBERRIMI HVGONIS
## DE SANTO VICTORE
## CANONICI REGVLARIS LATERANENSIS.

*Ac Theologi præſtantiſſimi Vita à Domino Thoma Garzonio eiuſdem Ordinis Theologo Compendioſè deſcripta.*

*INDIGNVM quidem, & mihi ſummo probro viſum eſt, vt
vulgarium quandoque vita elegantiſſimis excuſa Characteribus, ac
ſtylo conſpicuo literis demandata appareret, dum clariſſimorum vi-
rorum geſta, indecoro ſilentio, & miſerabilibus ſuffuſa tenebris ita
deliteſcerent, vt ineptorum luci perpetua doctiſſimorum caligo, &
gloria, & nominis ſplendore maxime impar eſſe videretur. Quo
circa ego à teneris (vt aiunt) vnguiculis, bubonum, ac nebulonum imperitiæ maximè in-
fenſus, huic rei totis viribus, et omni ſemper ſtudio incubui, vt contra inertiam peritia, &
aduerſus ignorantiæ tyrannidem eruditiſſimi cuiuſque virtus, & vi, & iure, ſe ipſam eri
gere, ac tollere poſſet. Hinc nouiter onus illud præclariſſimum ſuſcepi, quo celeberrimi Hu-
gonis de Sancto Victore vitam egregiam literis exararem, vt nedum Canonicorum Re-
gularium Lateranenſium præſtantiſſima Congregatio, verum totus terrarum orbis, deper
ditum ſibi lumen tum ſcientiæ, tum diſciplinæ, & probitatis, iniuria ferè temporis memo-
ria extinctum, & ſibi, & poſteritati, iure reſtitutum agnoſcat. Floruit igitur eruditiſſi-
mus Hugo ſub iiſdem temporibus, quibus Romanæ Eccleſiæ ſedi Caliſtus eius nominis
ſecundus Viennenſis præerat, & ſacratiſſimi imperij faſtigium Henricum Quintum ob-
tinuiſſe contigit; & turbulentæ illi ætati bellis inteſtinis, ſingularibusq; Burdini Anti-
papæ diſſidijs grauatæ, duo infœlicitatis illius temporis ſolatia occurrerunt, Bernardus ſci-
licet Clareuallenſis Abbas, & Pariſienſis Hugo, quos veluti duo Cœli luminaria infau
ſto illi ſæculo omnipotens rerum Conditor prouidit, vt eorum virtutibus, ſcientia, inge-
nio, probitate, ac ſingulari verbi Dei facundia, totum reuireſcere videretur. Nec immeri-
tò quos ætas illa vita inuicem, eoſdem charitate, & amicitia fraterna deuinxit; ſiquidem
hoc congruum omnino videbatur eſſe, vt præſtantiſſimi duo viri eadem tempeſtate exorti;
mutua quadam in Eccleſia Dei ſe ipſos beneuolentia complecterentur, mutuò ad ſe literas
dirigerent, & mutuò tum ſcientiæ non vulgaris, tum probitatis mirificæ, profectus am-
pliſſimos declararent. Fuit autem hic celeberrimus Auctor natione Saxo, licet nonnulli
eum Gallum falsò arbitrati fuerint, ac ex oppido Sancti Victoris nuncuparint, cum San Ex Bi-
ctum Victorem Lutetiæ Pariſiorum Monaſterium, non autem oppidi nomen eſſe apertiſ- blio. Sā-
ſime conſtet. Is verò, in iuuenili ætate cõſtitutus, Canonicorũ Regularium Lateranenſium cta. Notatur
Ordinem ingreſſus, tantis adeò meritis effulſit, ac tanta Ordinis obſeruantia ſe ipſum ſpe Auctor
ctabilem reddidit, vt omnium oculos in ſe verteret, & digniſſimus quandoque appareret, ſupple-
vt illius ſacratiſſimi Cœnobij Sancti Victoris Abbas, notabili exemplo, vna omnium vo menti Chroni
ce, & conſenſu deligeretur. Verũ quanta omni quidem tempore, & morum grauitate, & carum.
vitæ præſtantia, ſui admiratione extiterit, non facile eſſet verbis exprimere, ni quanta fue
rit apud Ludouicum Galliarũ Regem, euectus auctoritate & gratia, teſtatiſſimum foret,
cuius inſtantia, ac vrgenti petitione profundiſſimum illud Dionyſii Volumen de Hierar-*

chia explanauit, ac mirabilibus commentarijs aggreſſus, ſe ipſum ſapientia, orationiſq; grauitate, deuicit. Nemini quoque dubium eſt, Hugonem noſtrum diuinarum, atque humanarum literarum exquiſita eruditione Clariſſimum, & Auguſtini Doctrinæ, ac Phraſeos vſq; adeò æmulatorem extitiſſe, vt Auguſtini LINGVA, communi omnium eruditorum ſui temporis adagio dictus ſit. Qui verò doctrinæ huius præclara poſteris relicta monumenta intelligere cupit, immenſum operum eius Catalogum attendat, vbi & varietate ſcientiæ, & admirabili in omnibus diſcuſſione, ſingularem illum Doctorem percipiet, ac tandem ſubtilitate, & ſenſuum variorum indagine primatem mirabitur. Cum autem tot ſcientijs præditus, tot literis præclarus extiterit, mirabile eſt ipſum nulli ſuperbiæ igniculo fuiſſe ſubiectum, ſed millies Socraticum illud Elogium repetijſſe, hoc vnum ſe ſcire, quòd nihil ſciret: & tanta quidem animi humilitate fuit inſignis, quòd in gratiam Raynerij nuperrimè conuerſi, de animalibus, & plantis, quæ in ſcripturis leguntur, myſticarum ſignificationum libros tres in vnum digeſſit, quò non modò Reges curare, ſed ſimplices quoq; & idiotas, apertiſſime demonſtraret. Quid amplius de virtute, & ſcientia Auctoris diſſeram, cum ſui temporis Hiſtorici, atq; Chroniſtæ magis in ſolius Hugonis commendatione ſint defeſſi, quàm in cæteris quibuſcunq; extollendis? cum tamen literis non aſpernandis quàm plures fuerint inſignes, & notabili gloria, ac nominis dignitate præcipui. Ad quod illud amplius accedit, quòd ſanctitatis cuiuſdam incredibilis fuerit exemplum omnibus venerandum, vt potè qui vitam ſanctiſſime inceptam vſq; ad finem laudabiliter tranſegerit, ac honeſtatis, & deuotionis potiſſimæ fructus non mediocres ſemper ſperarit. Inter quæ illud maxime notabile viſum eſt, quòd in extremo ſenio dum
Ex S.Antonino. morti foret proximus, & infirmitatis ſtimulo ſummopere grauatus, ſtomachi nauſeam pateretur, ſacratiſſimi corporis Domini noſtri Communionem inſtanti, & feruenti deuotione petijt, quam cum nonnulli parum ſapienter conſulerent, ob nauſeæ periculum, ficte præparari, & ſimulatam Hoſtiam à ſacerdote minime conſecratam ægroto offerrent, ſpiritus ſancti illuminatione ipſam dignouit, & fortiter exclamauit, illud non eſſe corpus Domini Dei ſui, cui verus, & Catholicus Chriſtianus ſacramentali vnione iungeretur. Cumq; tandem, ſimulatione detecta, ſacramentalis Hoſtia deferretur, nec propter ſtomachi indignationem deſumere poſſe tutò videret, illud verbum deuotiſſimo quodam neceſſitatis impulſu, protulit: Aſcendat filius ad patrem, & ſeruus ad Dominum ſuum: Vnde mortis ſtimulum aduertens, ad parietem veluti alter Ezechias conuerſus, peccata ſua cum amaritudine cordis recolens, & vera omnium pœnitentia commotus, inter Canonicorum ſuorum fletus, exuberanti lachrymarum ſpiritualium copia, fœliciter ex hac vita migrauit.

# AD LECTOREM DOMINI THOMAE GARZONII PRAEFATIVNCVLA.

QVAE temporum iniuria,& ſeculi calamitate,Hugonis noſtri opera luce clariora,hactenus tenebris,& cæca quadam ſuffuſa caligine delituerāt, poſt eruditorum quam plurium expectationē, fauente Dei Gratia,& pijſsimo Reuerendiſſimi Domini Petri Franciſci à Ripa,Canonicorum Regularium Lateranenſium Præſidis ſtudio ( dum ego ipſe precum, & ſupplicationum ſtimulos minimè vtiq; neceſſarios,quaſi equo currenti calcar,adderem ) nunc tandem luculentis excuſa typis, multis adaucta notulis, quamplurimis expolita incrementis ( vt videre licet, ) in lucem prodeunt.Et quàm verborum correctio, characterum venuſtas,ornamentorum ampliatio, noua ſub hac incude,veri decoris lumen redoleant,non liuidi Lectoris,ſed beneuoli (vt decet)iudicio libenter quidem ſubmittimus.Noſtrum autem fuit, tanti Doctoris, huiuſce noſtrę ſocietatis quaſi Numinis cuiuſdam,opera tandiu deſiderata,& olim à Iodoco Badio ſummo conatu in ordinem redacta,& poſtea labe temporum ferè extincta, in lucem reuocare ; ac vitam, quæ impreſſorum ſtudio reddi poteſt, integram, ac perfectam quodammodo illis exhibere. Tuum verò, Candidiſsime Lector, opus erit, laborem noſtrum non contemnendum æquo animo accipere, ac pro tanto ætati noſtræ collato beneficio, immortales Deo nobiſcum gratias reddere, qui ſemper viuit, & regnat omni gratiarum actione dignus.

TABVLA

# TABVLA
# RERVM INSIGNIVM QVAE IN HOC PRIMO TOMO CONTINENTVR.

A


ABRAHAM vtrum mētiri voluerit dicens Saræ, dic quòd ſoror mea ſis. fol. 2. A
Ad Adam abſconditū pulchra conuerſio. fol. 52. F
Aduētus dñi triplex. f. 228. F
Aetatum diuiſio. fol. 4. Y
Aeternitas ligni vitæ quomodo intelligenda. fol. 9. H
Affliguntur homines quinque dè cauſis moleſtijs carnis. fol. 159. Z
Agiographi. Auctores. fol. 3. Q
Ala Dei quæ. fol. 30. S
Angelorum variæ appellationes. fol. 294.
Angeli conditiones, & nomina varia. fol. 292. & 293.
Anima Chriſti eſt framea, quæ partem ab inferno abſcidit. fol. 30. X
Animorum confuſio ex temporum tranſitu. fol. 70. A
Animus Amantis qualis. fol. 35. O
Apocriphi libri. fol. 3. Q
Arcæ Noe conſideratio. fol. 10. Q
Arcæ Noe moralis ſententia. fol. 115. A
Arma ſapientiæ. fol. 32. F
Aſteriſcon quid. fol. 6. A
Auerſio à Deo. fol. 97. N


B


BAptiſmi efficacia. fol. 184. B
Baptizari in Chriſto duob. cōtingit modis. f. 184. Q
Beatitudo an poſſit mereri. fol. 185. B
Beatitudinis inæqualis pulchra exempla. fol. 217. I
Benedictionum Dei pulchra diſtinctio. fol. 35. X
Benedictionis diuinæ genera tria. fol. 97. R
Bonum, & iucundum ſimul quod ſit. fol. 39. Q
Bibliothecæ interpretatio. fol. 3. P
Bibliothecæ veteris teſtamenti præparatio. fol. 3. L


C


CArnis pulchra acceptio. fol. 203. B
Cataractæ cęli quæ. fol. 10. R
Cathedra peſtilentiæ quæ fol. 27. A
Cauſa multiplex. fol. 208. E
Cauſæ inferiores, & ſuperiores quæ. fol. 205. O
Charitas in affectu, & opere. fol. 191. T
Chriſtum ſpiritualiter ſignificantia. fol. 119. M
Chriſtus Medicus. fol. 222. B
Chriſtus eſt nobis lucerna. fol. 39. O
Chriſtus in ſui legatione quænam ſecum attulit. fo. 104. I
Chriſtus per Eſdram figuratus fol. 138. P
Chriſtus quomodo à Nazareth. fol. 173. E
Chriſtus eſt ſerpens æneus. fol. 174. T
Circunciſio triplex. fol. 116. L
Circunciſio cur iuſſa. fol. 197. M
Circunciſioni cur Baptiſmus ſucceſſit. fol. 197. O
Cithara ſpiritualis. fol. 37. K
Clamor multiplex. fol. 87. D
Cęlum triplex. fol. 57. P
Cęli tertij pulchra conſideratio. fol. 220. O
Cogitatio quid. fol. 40. H
Cognoſcendi Deum modi fol. 194. L
Colliſio manuum diuerſa ſignat. fol. 85. T
Cōmeſtio Chriſti quatuor ſit modis. 83. S
Comparatio fit multis modis. fol. 183. O
Compunctio triplex. fol. 208. R
Confeſſio duplex. fol. 37. H
Confuſio duplex. fol. 95. B
Coniugium multiplex. fol. 189. D
Coniugij error multiplex. fol. 189. D
Coniugium an ſolui poſſit. fol. 189. F
Coniugium quid. fol. 214. R
Coniugij bona, & cauſa efficiens. fol. 214. R
Conſcientiæ lucta pulcherrima fol. 110. T
Contemplatio quid. fol. 40. H
Contentio multiplex. fol. 183. Q
Conuerſio ad Deum. fol. 97. N
Cordis directio. fol. 38. T
Corinthiorum errata. fol. 211. B
Corpus peccati quid. fol. 184. Q
Cornu pulchra conſideratio. fol. 10. R
Coſtę Adam conſideratio. fol. 9. Z
Credentium genera quatuor. fol. 96. E
Curioſi malum. fol. 34. V
Cuſtodiri quomodo cupiat iuſtus. fol. 30. R


D


DAuid comparatio ad vermiculum pulchra. f. 24. C
Deus homo factus quid inuenerit in mūdo quod ſuū eſſet, & quid quod Diaboli, & quomodo vterque pro ſuo iure certauerit. fol. 29. D
Deus quomodo eſt liberator noſter, refugiū, firmamentū, fortitudo, adiutor, ſpes, protector, cornu ſalutis, ſuſceptor. fol. 31. Y & 32. B
Deum ex toto corde exquirere quid ſit. fol. 38. T
Deus omnia in pōdere, numero, & mēſura fecit. f. 183. A
Dei extenſio ad omnes. fol. 243.
Dexteræ, ac ſiniſtræ Dei, & Diaboli pulchra conſideratio. fol. 30. F
Dextera Dei quæ ſit, & qui ei reſiſtant fol. 30. Q
Diaboli inſidię. fol. 32. G
Dilectio Dei magna in nos. fol. 17. N
Dilectionis pulchra conſideratio. fol. 265.
Diſciplina Domini in finem corrigens. fol. 31. D


Doctrinæ

Doctrinæ genera tria.fol.103.N
Dona Dei in homines.fol.120.S

E

EFfuſio Spiritus Dei.fol.99.Q
Eloquia Domini quomodo abſcondenda.f.38.Y
Eloquia Dei dulcia.fol.39.F
Eſſentijs cœleſtibus communiter attributa. fol.291.
Examen bonorum,& malorum,fol.30.m
Expoſitio Hiſtorica quæ.fol.1.E
Expoſitio Allegorica quæ.fol.1.E
Expoſitio Anagogica quæ fol.1.E
Expoſitionis Hiſtoricæ & literalis neceſſitas.fol.2.G
Euangelij præſtantia.fol.184.C
Euangelij Ioannis pulchra cõſideratio.f.170. per totum.

F

FActuræ rerum tẽporaliũ pulchra diſtinctio.f.43.P
Falces tres.fol.102.Y
Fidem habentium pulchra diſtinctio.fol.120.A
Fides catholica quæ.fol.216.F
Fides vtrum haberi poſſit ſine charitate.fol.216.P
Filij Dei quales in Geneſis ſexto fol.10.P
Finis varius.fol.186. X
Finis multiplex fol.56.L
Finis bonus,& malus.fol.31.D
Fletus duplex.fol.209.Y
Floris conſideratio pulchra.fol.117.Z
Fluuiorum paradiſi conſideratio.fol.8.X
Folia ſunt ſpecies rerum viſibilium.fol.53.V
Fons Paradiſi qualis ſit.fol.8.P
Fontium nomine ſummum bonum ſignificatur. fol.34.X

G

GAudium multiplex.fol.93.V
Gaudium mortalium fallax. fol.52.D
Geneſis liber quomodo Hebraice dicitur.fol.6.D
Geneſis in libro quomodo ſe gerat moyſes.fol.6.C
Geneſis in libro moyſi intentio.fol.7.D
Gratiæ diuinæ oblatio.fol.255.

H

HAberi aliquid pluribus contingit modis. f.225.F
Hæreticorum caligo.fol.95.D
Herodis primi mors.fol.5.Z
Herodes ſecundus.fol.5.Z
Herodes.Agrippa.fol.5.Z
Herodes tres.fol.5.Z
Hierachia quid, & diſpoſitio eius, & exordium.f.240.
Hierarchiarum materia,& diſpoſitio.fol.239.
Hierarchia tres.fol.239.
Hieruſalem quomodo ſancta.fol.103.m
Homo nouus multiplex dicitur.fol.227.S
Hominum quinque genera tempore chriſti.fol.189.m
Hominũ genera quattuor Dei iudicio obnoxiorũ.f.28.C
Hominem Deus perdit duobus modis.fol.28.F
Homo ex natura ad imaginem Dei creatus,ex ſola gratia in Domino lætatur.fol.28.E
Homo tribus malis affligitur, & quattuor bonis conſolatur.fol.36.D
Hominum varia ſtudia.fol.70.G
Humanæ diſputationes.fol.70.D
Humilitatis genera duo.fol.188.A

I

IAcob minor cur dictus frater Domini.fol.221.H
Ignorantia multiplex.fol.191.Z
Imago Dei quid.fol.8.N
Incarnationis quinq; ſunt feneſtræ.fol.96.I
Inferni dolores,& laquei.fol.31.A
Inimici ſpirituales qui; & quomodo eos perſequantur. fol.31.R
Inobedientiæ Decalogus pulcher.fol.107.O
Non intelligere quot modis dicitur.fol.183.R
Iterum dictio varie capitur.fol.203.H
Iudicium Dei multiplex.fol.35.Q
Iudicium quadruplex.fol.157.R
Ad Iudicium venientium quattuor genera. fol.228.Q
Iudicia multiplicia.fol.38.A
Iudicia hominis tria.fol.98.Y
Iudicia tria in genere. fol.102.F
Iuſtitia bonorum occulta eſt interim, donec educatur iudicanda de præmio.fol.33.I

L

LAmentatio ſpiritualis pulchra.fol.94.L
Leges malæ tres.fol.185.Y
Leges bonæ.fol.185.Y
Legem habentes in corde, & non cor in lege.fol.28.B
Leproſus mundatus. fol.156.C
Libatio qualis erat.fol.17.Q
Liber Vitæ, & in eo ſcribendi.fol.165.X
Libertates quattuor.fol.110.E
Liber vitæ dupliciter ſumitur.fol.16.L
Librorum varia nomina.fol.3.P
Lignum Vitæ.fol.8.T
Lignum ſcientiæ.fol.8.T
Litis inter Deum,hominem, & Diabolum cauſa. f.28.H
Loquutio Dei interna.fol.186.Z
Loquutio in voce, & opere conſiſtit.fol.28.Q
Loquendi impedimenta.fol.38.A
Loth concubitus cum filia. fol.11.H
Luctus Chriſtiani qualis.fol.147.D
Lumen quomodo ſint pater,& filius.fol.241.

M

MAgna in Maria facta.fol.163.S
manducantium panem Chriſti pulchra diſtinctio. fol.176.X
manus,oris,& capitis diuerſa acceptio in ſcripturis.fol. 85.C
materia prima quando,& vbi,& qualis ſit creata.f.7.F
matrimonium Mariæ Virginis.fol.189.
meditatio quid.fol.40.H
melchiſedech cur dicitur ſine patre,& matre.fol.11.C
meritum duplex.fol.184.L
merita Sanctorum.fol.184.L
meriti,& valoris comparatio.fol.185.B
meruit quomodo Chriſtus.fol.184.L

mira-

mirabilia Dei fo.34.T
miſericordia, & veritatis diſceptatio, & oſculatio pulchra.fol.36.F
miſericordiæ diuinæ impetrandæ ordo.fol.94.H
miſericordia Dei penitentibus neceſſaria.fol.32.X
mœnia, & munitiones animæ quæ.fol.79.Z
mortis dolores, & laquei.fol.31.A
mortis chriſti amaritudo.fol.185.Y
mortuorum trium ſuſcitatio myſtica.fol.166.m
motio capitis diuerſa ſignificat.fol.85.T
motus affectus patris.fol.241.
mutationum genera notabilia.fol.201.X

N

NAtura tribus modis ſumitur.fol.224.P
Numeri undenarij pulchra ſpeculatio.fol.201.R
Numeri Duodenarij pulchra conſideratio.fol.118.P
Numeri myſtici ſacræ ſcripturæ.fol.4.V

O

OBebus quid.fol.6.A
Oblationes quomodo fiebant.fol.17.P
Oblationum loca.fol.18.T
Oculus triplex.fol.250.
Oculus Dei dexter, & ſiniſter qualis.fol.28.N
Oculi bonorum quomodo ſint ad dominum.fol.39.P
Occupatio hominum peſſima.fol.49.per totum, & .50. quaſi per totum.
Offerentium perſonæ quænam erant.fol.17.Q
Offerendi tempora, & cauſæ.fol.17.R
Opera ſex dierum diſtincta.fol.7.G
Operum tria genera per Deum facta.fol.171.Q
Operum Dei pulchra diſtinctio.fol.175.E
Opus conditionis quodnam ſit.fol.1.C
Opus reſtaurationis quodnam ſit fol.1.C
Orationis dominicæ conſideratio pulchra fol.148.N
Orationis dominicæ excellentia.fol.149.Z
Orationis dominicæ adaptatio cōtra ſeptem peccata mortalia.fol.150.N
Orandum qualiter ſit pro remiſſione peccatorū.f.36.A
Orantium tria genera.fol.30.K
Originale peccatum quot modis dicitur.fol.184.H

P

PAſcha multis dicitur modis.fol.189.Z
Pater, & filius quomodo vnū ſint, nō vnus.f.177.V
Pauli nominis interpretatio pulchra.fol.192.A
Pax quadruplex.fol.36.E
Pax quomodo inueniatur.fol.29.V
Peccati maxima ruina.fol.78.O
Peccator vagus. Et profugus.fol.50.I
Peccator quomodo non eſſe dicitur.fol.108.H
Peccatoris pulchra conſideratio.fol.178.C
Peccans ad mortem.fol.84.F
Peccatorum capitalium pulchra conſideratio.fol.107.K & 111.Q. & 112.S. & 150.E
Peccatorum capitalium pernicies.fol.154.C. & infra.
Peccatorū ſeptem capitalium effectus pulchri.fo.154.I
Peccatorum abiſſus abiſſum inuocans.fol.156.A
Peccatorum diſtinctio.fol.195.A
Peccatum originale quot nominibus vocatur.f.199.E
Peccatum per confeſſionem foras expellitur.f.28.G
Pentateuchon quid ſignificet.fol.6.A
Petitionum noſtrarum impedimenta tria.fol.191.B
Pœna hominum duplex.fol.71.A
Pœnitentiæ laus.fol.98.C
Pœnitentia ſeruati.fol.98.C
Poteſtas quid.fol.187.F
Prædeſtinatio quid.fol.206.C
Prædicatores.fol.106.A
Præparatio quid.fol.206.
Præſcientia duplex.fol.186.D
Præuenire quid ſit.fol.30.V
Primitiarum diuerſa acceptio.fol.16.C
Præceptorum Dei nomina varia.fol.38.Q
Præmium duplex.fol.71.A
Prodigia Domini ſuper terram.fol.36.Z
Promiſſiones Dei, vel ꝓphetię tribus modis fiūt.f.185.m
Prophetia quid.fol.187.O
Prophetiæ genera tria.fol.100.Y
Prouidere Dominū in cōſpectu ſuo ſemper quid ſit.f.29.E

R

REgni filij multiplex acceptio.fol.226.E
Reprobatio quid.fol.206.C
Reſpicere Dei quid ſit.fol.163.H

S

SAbbata quatuor in ſcripturis.fol.15.V. & item.fol. 120.Y
Sacerdotis veſtes.fol.121.I
Sacerdotes reprobandi.fol.121.m
Sacerdotes mali.fol.149.S.
Sacerdotum iniquitas.fol.93.R
Sacramēti corporis Chriſti pulchra cōſideratio.f.215.A
Sacrificia Deo offerenda.fol.121.G
Sacrificiorum participatio Deo ſoli quæ nō erat, & quænam Deo, & ſacerdoti ſimul.fol.18.X
Sacrificiorum diſtinctio.fol.17.O
Sagittandi ars vtilis.fol.23.P
Salomonis nomina tria.fol.40.D
Salomonis pœnitentia ambigua. fol.49.A
Saluatoris nomen notabile.fol.162.C
Salus humana, & diuina quomodo homini impertiatur. fol.31.B
Sapientia, & ſcientia Dei quomodo diuerſa accipiantur. fol.216.F
Schola virtutis, & veritatis.fol.27.O
Scientia quomodo inflat, & non charitas.fol.214.I
Scripta Apocripha.fol.3.O.
Scriptores noui teſtamenti.fol.3.N
Scriptores ſacrorum librorum.fol.1.R
Scripturæ ſacræ fructus.fol.4.T
Scripturæ ſacræ Tranſlationes.fol.4.m
Scripturæ ſacræ librorum ordo, numerus, & auctoritas, fol.2.I
Scripturæ quæ diuinitatis nomen mereantur.fol.1.A
Scripturæ diuinæ ab alijs diſtinctio.fol.1.C
Scriptura.fol.15.V

Scriptura

*Scripturæ ſacræ multiplex intelligentia. fol.1.E*
*Scripturæ ſacræ numeri myſtici. fol.4.V*
*Scripturæ ſacræ loca, tempora, ac geſta myſtica. fol.4.X*
*Scripturæ ſacræ materia. fol.4.Y*
*Scripturæ ſacræ difficultates. fol.5.Z*
*Scutum patientiæ. fol.32.F*
*Sectæ Iudeorum tres. fol.173.R*
*Septena quinque in ſacra ſcriptura contenta. fol.153.A*
*Sermo Dei. fol.102.D. & E*
*Seruitutis modi quattuor. fol.163.L*
*Sibilus diuerſa ſignificat. fol.85.T*
*Significata rerum ſeptē circunſtantijs diſcernuntur. f.4.T*
*Silentia tria pulchra. fol.232.D*
*Similitudo Dei quid. fol.8.N*
*Similitudo duplex. fol.190.P*
*Somniorum genera tria. fol.99.X*
*Sperare in aliquo, & ſperare in aliquem differunt. fo.191.B*
*Spiritus ſancti dona ſeptem fol.155.O & infra.*
*Sponſæ thalami ornamenta. fol.110.X*
*Subtus, & ſupra nos quid ſit. fol.31.I*
*Subijcere ſe Deo quàm vtile ſit. fol.33.K*
*Superbiæ genera duo. fol.188.A*
*Supplantare quid ſit. fol.30.V*
*Supplicatio noſtra ad Deum. fol.93.B*
*Suſpicioſi malum. fol.34.V*
*Syntagma quid. fol.6.A*

*T*

T*Abernaculum Dei quid ſit. fol.32.A*
*Temeritas hominum in iudicandis operibus Dei. fol.71.L*
*Tempus ſuum omnia habent. fol.61. per totum, & per ſequentia.*
*Tentare Deum quid ſit. fol.15.Q*
*Tentationum remedia. fol.190.F*
*Tentationum pulchra diſtinctio. fol.133.P*
*Terra mortalitatis noſtræ. fol.58.N*
*Teſtamentorum duorum diſcrimina. fol.236.X*
*Theologiæ mundanæ, ac diuinæ differentia. fol.238. per totum.*
*Thronorum gratia triplex. fol.268.*
*Timor ſeruilis. fol.32.N*
*Timor multiplex. fol.185.Z*
*Timorem Dei qui non habeant. fol.29.R*
*Timores quattuor in ſcripturis. fol.164.H*
*Torrentes iniquitatis qui. fol.31.A*
*Trinitatis veſtigium. fol.294.L.*
*Turris Nemroth conſideratio. fol.11.Y*

*V*

V*Anitas rerum temporalium. fol.32.C. & 40.G*
*Vanitas hominum duplex. fol.34.R*
*Vanitatem quis in corde habeat, & loquatur. fol.28.Q*
*Vanitatis diſtinctio. fol.41.S*
*Vanitas omnium operum hominis. fol.48.N*
*Vanitas hominis. fol.43.T*
*Vanitatum tria potiſſima genera. fol.40.P*
*Vanus hominis labor. fol.41.H*
*Vanus philoſophorum conatus in quærenda ſapientia. fol.55.P*
*Varietas triplex. fol.204.R*
*Velle triplex. fol.202.M*
*Verbi Domini conſideratio pulchra. fol.91.A*
*Veritas Dei pœnitentibus neceſſaria. fol.32.X*
*Veſtigia cuius non infirmentur. fol.31.I*
*Viarum, & ſemitarum Dei diuerſa acceptio. fol.30.P*
*Via Dei multiplex. fol.39.E*
*Via trium dierum. fol.121.F*
*Via dura huius vitæ. fol.30.N*
*Viæ tres. fol.38.R & fol.85.Z*
*Victimæ. fol.122.S*
*Vigiliæ peccatoris. fol.88.Q*
*Vineæ Noë pulchra declaratio. Virtutes ſeptem beatificantes. fol.154.B. fol.115.D*
*Viſus vtilis fol.46.Q*
*Vita duplex. fol.67.Q & fol.68.M*
*Vitiorum deſcriptiones. fol.150.B*
*Vitiorum conſuetudo. fol.61.S*
*Vmbræ corporis, & ſpiritus differentia. fol.227.O*
*Voluntas Dei. fol.183.T*
*Voluntas pluribus dicitur modis. fol.204.S*
*Vt particulæ pulchra conſideratio. fol.201.I*
*Vulnerati ſpiritualiter qui non dicantur. fol.33.L*

FINIS.

# ERRATA PRIMI TOMI SIC CORRIGITO.

Fol.1.A Habes.poete.legas Poetæ.
Fol.1. B. Habes quid præcpitur. Legas. quicquid præcipitur.
Fol.2. G. Chriſtum ſignifica.leg. Chriſtũ ſignificat.
Fol.2.G.apeitis oculis.leg.apertis.
Fol.2.G.telligitur leg intelligitur.
Fol.2.H.Corporalitet. leg. corporaliter,
Fol.3.M.pœne.leg penè.
Fol.3.Q. liberum. leg. librum.
Fol.6.B Breſith.leg.Breſith.
Fol.12.F. Concobitum leg. concubitum.
Fol.13.V.regreſſi leg regreſſi.
Fol.14.L.inuit.leg.innuit.
Fol.18.V.ſimilia leg.ſimila.
Fol.19.F.ſe. leg. ſed.
Fol.20.E. laphidot.leg lapidoth.
Fol.28.E.dubus.leg. duobus.
Fol.31.I. Iſubtus.leg.ſubtus.
Fol.44.A. Eccleſiaſtæ.leg.Eccleſiaſtes.
Fol.48. N. interim. & tamẽ.leg.interim, & tamen.
Fol.48.O.ſermone.leg. ſermone.
Fol.51.Y.ignorantiam.leg.ignorantiam.
Fol.54.H.ſequitur.leg.ſequuntur.
Fol.70.H.coacernant.leg.coaceruant.
Fol.78.O.ſſaltem.leg ſaltem.
Fol.90.F.abduci.leg.adduci.
Fol.92.in margine tropologicæ.leg.tropologica.
Fol.92.k.præ ſe leg.pro ſe.
Fol.94.K.Aquiſia.leg Aquila.
Fol.107.in margine in Epiſcopalis leg.in Epiſtolis.
Fol.108.C.allegoricæ leg.allegorice.
Fol.110.Y.apathiam.leg ſympathiam.
Fol.111.Q ſedutum.leg ſeductum.
Fol.114.Q punitur.leg punitur.
Fol.118.E.egreſtes.leg.Agreſtes.
Fol.120.X.in ſecuneda.leg.in ſecunda.
Fol.121.D.Piſtilla leg epiſtylia.
Fol.123.A.fermo leg.ſermo.
Fol.126.C.cõteplatiua. leg. cõtẽplatiua.
Fol.127.S.aduertere.leg auertere.
Fol.131.P.fauillan.leg fauillam.
Fol.131.in margine.Iter.leg.inter.
Fol.132.C.deuuratum.leg. deauratum.
Fol.132.k.deferentes leg.deferentes.
Fol.142.Z. Thoiæ.leg.Thobiæ.
Fol 143 P.vldens.leg.videns.
Fol.145.H.correptionem.leg. correctionem.
Fol.161.Z.Vt.leg.Aut.
Fol.162.C.Salnator.leg.Saluator.
Fol.168.k.ſciendam.leg.ſcientiam.
Fol.173.Y. miniſtrorum.leg.miniſtrorũ.
Fol.173.D.à creationẽ.leg. à creatione.
Fol.178.O.forſitam. leg.forſitan.
Fol.186.F.diſſinire.leg.diffinire.
Fol.188.H.allgatam leg. alligatam.
Fol.193.P.Dena.leg.Deus.
Fol.197.K.aſſeruiſti.leg. aſſeruiſti.
Fol.197.K. immediate non tamen leg. immediate,non tamen,quia aliter legendo variatur ſenſus.
Fol.200.X.ſcire.leg ſcicet.
Fol.202.A.prppter leg.propter.
Fol.203. C. in margine ſapere. leg. ſapere.
Fol.204.R.in margine varietas,leg.vanitas
Fol.207.N Exececatis. leg. Excæcatis.
Fol.209.E.ileges Damicum.leg.Diliges amicum.
Fol.222. D. in margine elegenti. leg. eleganti.
Fol.224 N.humanltatem. leg humanitatem.
Fol.224.C.ſicut.leg.ſicut.
Fol.224.E.inelligens.leg. intelligẽs.
Fol 231.F.origenem. leg.originem.
Fol.236.H peceate.leg peceante.
Fol.245. fac.3. craremur. leg. crearemur.
Fol.248.fac.4.nel.leg.vel.
Fol.270 fac.4. Qurunt.leg. quærunt.
Fol.270.fac.3.arpetunt.leg.appetunt.
Fol.282.fac.4 transeat leg.transeat.
Fol.287.fac.2. inuiſibilem. leg. inuiſibilem.
Fol.291.fac.2.flagrant?a leg.flagrantia.
Fol.294.fac.4.in fine. illlus.leg.illius.

*Si autem quidquam aliud erratum fortè per incuriam ſuperſit; illud prudentiæ Lectoris iudicio corrigendum relinquitur.*

# M. HVGONIS DE SANCTO VICTORE CANONICI REGVLARIS LATERANENSIS.

## De Scripturis & Scriptoribus ſacris Prænotatiunculæ, Quarum hæc ſunt capita.

*Quæ ſcripturæ diuinitatis nomine ſingulariter appellari debeant.* Cap.I.
*Quòd diuina ſcriptura ab alijs diſtinguitur in materia & modo tractandi.* Cap.II.
*De triplici intelligentia ſacræ ſcripturæ.* Cap.III.
*Non omnia in diuino eloquio comperta, ſed quædam dumtaxat ad hanc triplicem interpretationem eſſe adigenda.* Cap.IIII.
*Quòd ſit neceſſaria interpretatio literalis & hiſtorica.* Cap V.
*De ordine, Numero, & authoritate librorum ſacræ ſcripturæ.* Cap VI.
*De ſacrorum librorum ſcriptoribus.* Cap.VII.
*De Bibliothecæ ueteris teſtamenti reparatione.* Cap.VIII.
*De diuerſis ſcripturæ ſacræ tranſlationibus.* Cap. IX.
*De ſcriptoribus noui teſtamenti.* Cap.X.
*De ſcripturis apocryphis.* Cap XI.
*De Bibliothecæ interpretatione & varijs librorũ nominibus.* Cap XII.
*De fructu diuinæ lectionis.* Cap.XIII.
*Quem fructum ſacra ſcriptura ex alijs capiat: & quid alijs præſtet: & de ſex circunſtantijs quibus res ſignificatæ diſcernuntur myſtice: & primum de tribus, quæ ſunt res, perſona numeri.* Cap.XIIII.
*De numeris ſacræ ſcripturæ nouem modis ſignificantibus.* Cap.XV.
*De tribus alijs circunſtantijs, videlicet locis, temporibus, & geſtis ſacræ ſcripturæ.* Cap.XVI.
*De materia ſacræ ſcripturæ.* Cap.XVII.
*De difficultatibus ſacræ ſcripturæ, præſertim in hiſtorijs.* Cap.XVIII.

*Quæ ſcriptura &c. ut iam præmiſſum eſt.* Cap. I.

LEctorem diuinarũ ſcripturarum primum erudire oportet, ut ſciat q̃ ſcripturæ diuinitatis nomine ſingulariter dignæ ſint honorari. Nam quidam per ſpiritum huius mũdi locuti multa ſcripſerunt. Legimus carmina pœtarum, in quibus cum delectatione nonnulla etiam utilitas eſt: ſicut ait quidam. Aut prodeſſe uolunt, aut delectare pœtæ: logica, mathematica, & phyſica, ueritatem quandam docent, ſed ad illam ueritatem non pertingunt, in qua ſalus animæ eſt: ſine qua fruſtra eſt, quicquid eſt. Ethicam quoque ſcripſerunt gentilium philoſophi, in qua quaſi membra quædam uirtutum de corpore bonitatis truncata pinxerunt: ſed membra uirtutum uiua A

Horati' in arte.

eſſe non poſſunt ſine corpore caritatis Dei. Omnes oirtutes unum corpus faciunt: cuius corporis caput caritas eſt. Nec poſſont uioere membra corporis niſi ſenſificētur a capite. Scripturæ igitor illę in quibus ueritas ſine cōtagione erroris nō percipitur, neque ad ueram Dei cognitionē ſiue dilectionem anima reparatur, nequaquàm

B diuinitatis nōmine cenſeri dignæ ſunt. Sola autem illa ſcriptura iure diuina appellatur, quæ per ſpiritum Dei aſpirata eſt, & per eos qui ſpiritu Dei loquuti ſunt, adminiſtrata, hominem diuinum facit: ad ſimilitudinem Dei illum reformaos, inſtruendo ad cognitionem, & exhortando ad dilectionem ipſius. In qua quicquid docetur, ueritas: quid præcipitur, bonitas: quicqd promittitur ſelicitas eſt. Nam Deus ueritas eſt ſine fallacia, bonitas ſine malitia, felicitas ſine miſeria. Si ois igitur diuinam ſcripturam ab alijs, quæ hoc nomen oon merentur, recta conſideratione diſtinguere, materiam ipſam circa quam & in qua uerſatur eius tractatio, diligenter cōſidera, quoniam notitia rerum ad apertionem uerborum facit. Facilius quippe intelliges quod dicitur: ſi beoe ootum ſuerit, unde dicatur.

*Vide amplius Drie. lib 1. ca. 1. De Eccleſiaſticis ſcripturis. & Dogmatibus: atq; œconomia Bibliorum li. 1 Tab. 1*

### *Quod diuina ſcriptura ab alijs diſtinguitur in materia & modo tractandi.*
### *Cap. II.*

C DVo ſunt opera Dei, quibus conſummantur omnia quæ facta ſunt. Primnm eſt opus conditionis, quo facta ſunt quæ non erant: ſecundum eſt opus reſtaurationis, quo reparata ſunt quæ perierant. Opus conditionis eſt creatio mundi cum omnibus elemeotis ſuis. Opus reſtaurationis eſt incarnatio uerbi cum omnibus ſacramentis ſuis: ſiue quæ ante incarnationem præceſſerunt ab initio ſeculi, ſiue quæ poſt ſubſequentur uſque ad finem mundi. Prima igitur opera ad ſeroitutem facta ſunt, ut homini per iuſtitiam ſtāti ſubeſſent. Secunda oero ad ſalutem, ut hominem per culpam iacentem erigerent: idcirco maiora hæc. Propterea illa quaſi modicū quid & exiguum uirtutis diuinæ indicium, breui tempore ideſt ſex tātum diebus perfecta ſunt; Hæc uerò quaſi excellentia ad comparationem priorum, & maiorem uirtutis effectum habentia, non niſi ſex ætatibus conſummari poſſunt. In his itaqne materiam diuinarum ſcripturarū conſidera, ut & in illo de quo tractant & illo modo quo tractant, hoc eſt in materia & modo ab alijs eas ſcripturis diſtinguere poſſis. Aliarum enim ſcripturarum omnium materia eſt io operibus

D conditionis, diuinarum ſcripturarum materia in operibus reſtaurationis conſtat. Hæc igitur eſt prima diſcretio in eo de quo tractant. Itē aliæ ſcripturæ ſi quam ueritatem docent, non ſine cootagione erroris eſt, ſi quam bonitatem commendare uidentur, uel malitiæ mixta eſt, ut non ſit pura, uel ſine cognitione & dilectione

*Plures ſacra ſcriptura ab alijs ſcripturis diſtinctiones nō ſper nēdas adnotat Georg.*

Dei eſt, ut non ſit perfecta. Propterea ſicut id quod in eis diuinum dici putatur, legentis animum per adiunctam falſitatem ad terrena præcipitat, ita qooque quod in ſcriptura ſacra terreoum eſſe uidetur, per uerā creatoris agnitionē, quæ in his omnibus commendatur, ad diuina & cęleſtia cogitanda & amanda exaltat.

*Ederus in ſuis œconomys Bibliorum. lib. 1. Ta. 12. 13. 14. & 15.*

### *De triplici intelligentia ſacræ ſcripturæ.*
### *Cap. III.*

E SEcundum triplicem intelligentiam exponitur ſacrum eloquium. Prima expoſitio eſt hiſtorica, ī qua cōſideratur prima uerborum ſignificatio ad res ipſas de quibus agitur. Habet enim ſacrum eloquium proprietatem quandam ab alijs ſcripturis differentem, ꝙ in eo primum per nerba quæ recitantur, de rebus quibuſdam agitur, quæ rurſum res uice uerborum ad ſignificationem aliarum rerum proponūtur. Hiſtoria dicitur a uerbo græco ἱστορέω hiſtoreo, quod eſt uideo & narro. Propterea quòd apud ueteres nulli licebat ſcribere res geſtas, niſi a ſe uiſas, ne ſalſitas admiſceretur ueritati peccato ſcriptoris, plus aut minus aut aliter dicentis. Secuodum hoc propriè & diſtrictè dicitur hiſtoria: ſed ſolet largius accipi, ut dicator hiſtoria ſenſus qui primo loco ex ſignificatione uerborum habetur ad res. ¶ Secunda expoſitio eſt allegorica. Eſt aotem allegoria, cū per id quod ex litera ſignificatum proponitur, aliud aliquid ſiue in præterito ſiue in præſenti ſiue in futuro factum ſigificatur. Dicitur allegoria quaſi alieniloquiū, quia aliud dicitur & alind ſignificatur, quæ ſubdiuiditur in ſimplicem allegoriā & anagogen. Et eſt ſimplex allegoria, cum per uiſibile factum aliud inuiſibile factum ſignificatur. Anagoge. i. ſurſum ductio, cum per uiſibile inuiſibile factum declaratur. Huius triplicis intelligentiæ uoum ponatur exemplum. Erat uir in terra Hus, nomine Iob, qui prius diues ad tantam deuenit miſeriā, quod ſedens in ſterquilinio eriā ſaniem corporis ſui teſta radebat. Senſus hiſtoriæ patet. Veniamus ad allegoriā ut per res a uocibus ſigoificatas, alias res ſignificari conſideremus, & per factum aliud factum. Iob itaque qui interpretatur dolens, Chriſtum ſignificat, qui prius in diuitijs gloriæ patris eidem coæqualis condeſcendit noſtræ miſeriæ, & ſedit humiliatus in ſterquilinio huius mundi, omnibus noſtris defectibus præter peccatum communicans. Quid etiam per hoc factum, faciendum ideſt dignum fieri ſignificetur, inquiramus. Iob quēlibet iuſtum uel animam pœnitentem pōt ſignificare, quæ componit in memoria ſua ſterquilinium ex omnibus peccatis quę fecit, & non ad horam, ſed perſeueranter ſuper hoc ſedendo & meditando flere non ceſſat. Et hæc facta ad literam, quæ repreſeotant huiuſmodi ſpiritualia, ſacramenta dicuntur.

*Circa diuinæ ſcripturæ expoſitionum genera, unde & ubertus & abundātius colliges F. Sixtus in ſua Biblio. lib. 3. 1. par. ſtatim pō initiū. Et Georg. Ederus in ſuis Bibliorū œconomys, lib. 1. Tabu. 65. 66. 67. 68. 69. 70. & 71.*

Hiſtoria

Allegoria.

Anagoge.

*Non omnia in diuino eloquio comperta, ſed quædam duntaxat ad dictam triplicem interpretationem eſſe adigenda. Cap. IIII.*

F *Idem ferè adnotat D. Georg. Ederus, in ſuis œconomys Bibliorum, lib. 1. Tab. 72.*

SAne ooo omnia, quæ in diuino reperiuntur eloquio, ad hanc triplicem torquenda ſunt interpretatio nem, ut ſingula hiſtoriam allegoriam & tropologiam ſimul oontinere credãtur. Quod & ſi in multis congrue aſſignari poſſit: ubique tamen obſeruare, aut difficile eſt, aut impoſſibile. Sicut enim in cithara & hoiuſmodi organis muſicis, non quidem omnia quæ tanguntur canorum aliquid reſonant, ſed tantum chordæ: cætera tamen in toto cithatæ corpore ideo facta ſoot, ut eſſet ubi coonecterẽtur, & quò tenderẽtur illa qoæ ad cantilenæ ſuauitatem modulaturus eſt artifex: ita in dioinis eloqoijs quædam poſita ſunt quæ tantùm ſpiritualiter intelligi uolunt; quædam uero morum grauitati deſeruinnt; quædam etiam ſecundum ſimplicem hiſtoriæ ſenſum dicta ſunt: noonulla oerò quæ ſecundum hiſtoriam & allegoriam & tropologiam conueoienter exponi poſſunt,

*Quòd ſit neceßaria interpretatio literalis & hiſtorica. Cap. V.*

G *Vide Bibliothecã Sanctam li. 3. 1. par. Tit. De Vſu, & Vtilitate Hiſtorica, ac Myſtica Expoſitionis.*

CVm igitur myſtica intelligentia oõ niſi ex ijs quæ primo loco litera proponit, colligatur: miror qua fronte quidam allegoriarum ſe doctores iactitant, qui ipſam adhuc primam literæ ſignificationem ignorant. Nos io quiunt ſcripioram legimus, ſed non legimus literam. Nõ curamus de litera: ſed allegoriã docemus. Qũo ergo ſcripturã legitis, & literam non legitis? Si enim litiera tollitur, ſcripiora quid eſt? Nos (inquiunt) literam legimus, ſed non ſecundum literam. Allegotiam enim legimus, & exponimus literam non ſecundum literam, ſed ſecundum allegoriã. Quid ergo eſt, literam expo nere, niſi id quod ſignificat litera, demonſtrare? Sed litera, inquiunt, aliud ſignificat ſecundum hiſtoriam, aliud ſecũdum allegoriam. Leo qoippe ſecundum hiſtoriam beſtiam ſignificat: ſecũdum allegoriam Chriſtum ſignificat: ergo uox iſta, leo, Chriſtum ſignificat. Ego igitur ioterrogo te qui hoc probas, quare leo Chriſtum ſignificet? Reſpondes fortaſſis, qualiter rñderi ſoles in eiuſmodi pro conoenientia ſimilitudinis ad ſignificationem propoſitæ: quia leo apertis oculis dormit, uel aliud tale aliquid: igitur leo Chriſtum ſignificat, quia apertis oculis dormit. Sic enim dixiſti tu, quòd, leo, dictio iſta Chriſtũ ſignificat, quia apertis oculis dormit. Aut igitur ſententiam tolle, quam propoſuiſti: aut muta cauſam, quam ſubiunxiſti. Aut enim falſa eſt ſententia, qua dixiſti, quod dictio iſta, leo, Criſtũ ſignifica; aut inconueniens cauſa, quam ſubiunxiſti, quòd ideo leo Chriſtum ſignificat, quia apertis oculis dormit. Non enim dictio apertis oculis dormit, ſed animal ipsũ quod dictio ſignificat. Intellige igitur, quòd cum leo Chriſtum ſignificare dicit, non nomen animalis, ſed animal ipſum ſignificatur. Hoc enim eſt quod (ut dicitur) apertis oculis dormit, ſecundum quòd aliqua ſimilitudine illum figurat, q in ſomno mortis ſuſceptæ dormiuit humanitate: ſed oculos habuit apertos oigilans diuinitate. Noli itaque de intelligentia ſcripturarum gloriari, quamdiu literam ignoras. Literam autem ignorare eſt ignorare quid litera ſignificet, & quid ſignificetur a litera. Nam quod ſignificatur a primo, tertium ſignificat. Cũ igitur res illæ quas litera ſignificat, ſpiritualis intelligentiæ ſigna ſint, quomodo ſigna tibi eſſe poſſunt, qoæ nec dum tibi ſignificata ſunt? Noli ergo ſaliũ facere, ne in præcipitium incidas. Ille rectiſſime incedit, qui incedit ordinate. Primom igitur illarum rerum quas tibi ſacrum eloquium proponit, ad myſticam ſignificationem ſtude legendo comparare notitiam, ut ex ijs ſpecie cognitis, poſtmodum meditando colligas, quod uel ad fidei ædificationem, uel ad inſtructiooem bonorum morum per ſimilitudinem adducas. Sed non omnia, inquiunt, ſecundum literam legi poſſunt, uel conueniẽter intelligi. Cum enim propheta dicat, fluuium igneum de ſub throno Dei egrediẽtem ſe uidiſſe, & quædam pennata & oculata animalia in circuitu uolantia & clamantia conteſtetur, & multa in hũc modum ſimilia, non dubium eſt, quin ex ijs qoæ ſacrum eloquium narrat, qoædam ſecundum literam conuenienter accipiantur, quædam uerò per figuram tantùm dicta intelligantur. Sic igitur hæc dicunt, quaſi nos exiſtimemus omnia quę per literam dicuntur, ſic omnino accipiẽda, oec aliud quod intelligendum ex ijs quæ dicuntur, quod quid eſt per literam, non dicitur, ſed per id quod litera dicit, ſignificatur. Nam in eo etiam quod figuratiuè dictum accipitur, literam ſuam ſignificationem habere non negatur: quia cum id quod dicitur, non ſic, ut dicitur, intelligendum eſſe aſſerimus, idipſum aliquomodo dictum eſſe affirmamus. Dicitur igitur aliquid & ſignificatur a litera, tunc etiam quando id qđ dicitur, nõ ita, telligitur ut dicitur, ſed aliud quod per id dictum ſignificatur. Sic igitur omnino aliquid dr & ſignificatur a litera, & intelligendũ eſt illud primum quod ſignificatur a litera, ut quid per illud ſignificetur, poſtea intelligatur. H

*Danie. 7. & Eze. 1.*

Ad hũc modum lectorem admonitum eſſe uolumus, ne forte hæc prima doctrinæ rudimenta deſpiciat. Neque cootemnendam putet harum rerum ootitiam, quas nobis ſacra ſcriptura per primam literæ ſignificationem proponit: qoia ipſæ ſunt quas ſpiritus ſanctus carnalibus ſenſibus, & nõ niſi per uiſibilia ioniſibilia capere ualẽtibus, quaſi qđã ſimulacra myſticorũ intellectuũ

depinxit:& pet ſimilitudines propoſitas,eotum
q̃ ſpiritualiter intelligẽda ſũt, clarã demõſtrario
nẽ figurauit. Quòd ſi,ot iſti dicũt,a litera ſtatim
ad id quod ſpiritualiter intelligendũ eſt,trãſiliẽ
dũ foret,fruſtra a ſpũ ſancto figuræ & ſimilitudi
nes rerũ,quibus animus ad ſpũalia erudiretur, ĩ
ſacro eloquio interpoſitę fuiſsẽt. Teſte nãq; apo
1.Cor.15. ſtolo.qđ carnale ẽ,prius eſt,deinde qđ ſpũale.Et
ipſa Dei ſapiẽtia niſi prius corporaliter cognita
fuiſſet: nunquam lippientis mentis acies ad illã
ſpiritualiter contemplandam illuminari potuiſ
ſet. Noli igitur in uerbo Dei deſpicere humilita-
tem, quia per humilitatem illuminaris ad diui-
nitatem. Quaſi lutum tibi uidetur totum
hoc quod uerbũ Dei foris habet: & ideo forte
pedibus conculcas, quia lutum eſt,& contẽnis
quod corporaliter & uiſibiliter geſtum littera
Ioan.9. narrat. Sed audi: luto iſto quod pedibus tuis cõ-
culcatur,cæci oculus ad uidendum illuminatur.
Lege ergo ſcripturam,& diſce primum diligẽter
quæ corporaliter narrat. Si enim formam hoiũ
ſecundum ſeriem narrationis propoſitæ ſtudio-
ſe animo impreſſeris, quaſi ex fauo quodã poſt-
modum meditando ſpiritualis intelligentiæ dul
cedinem ſuges.

### *De ordine, numero, & authoritate librorum ſacræ ſcripturæ. Cap. VI.*

I

*De his copioſius hęs apud F. Sixtum in ſua Bibliotheca, lib. 1. 1. par. quaſi per totum. Et apud Georgium Ederũ in œconomijs Bibliorũ, lib. 1. Tab. 17. uſq; ad 47. Et apud. D. Michaelẽ de Medina, in ſuis Commẽtarijs. Sicq; apud Petrum Aureolum in ſuo compẽdio.*

OMnis diuina ſcriptura in duobus te
ſtamentis continetur: ueteri uide-
licet & nouo. Vtrumq; teſtamen-
tũ tribus ordinibus diſtinguitur:
uetus teſtamentum continet legẽ,
prophetas,agiographos. Nouũ aũt euangelium.
apoſtolos,patres. Primus ordo ueteris teſtamẽti,
i. lex quam hebręi thorath nominant,pentateu-
chon habet.i.quinque libros Moyſi. In hoc ordi
ne primus eſt Breſith,qui eſt Geneſis. Secundus
Hellelmoth,qui eſt exodus. Tertius Vagethra, q
eſt Leuiticus. Quartus Vagedaber: qui eſt nume
ri. Quintus Elleaddaberim, qui eſt Deuterono-
mius. Secondus ordo eſt prophetarum. hic con-
tinet octo uolumina: primum eſt Bẽnon,id eſt fi
lius Nun: qui & Ioſue & Ieſus,& Ieſus Naue nũ-
cupatur. Secundum eſt Sotbim, qui eſt liber Io-
dicum. Tertium eſt Samuel,qui eſt primus & ſe
cundus regum. Qnartom Malachim, qui eſt ter
tius & quartus regum. Quintum eſt Eſaias. Sextũ
Hieremias. Septimum Execbiel. Octauũ Therea-
ſra qui eſt duodecim prophetarum. Deinde ter-
tius ordo nouẽ habet libros. Primus eſt Iob: ſe-
cundus Dauid Terrius Maſloth, quod græce pa-
rabolæ, latine prouerbia ſonat, uidelicet Salo-
monis. Quartus coeleth,qui eſt eccleſiaſtes. Quin
tus ſiraſirim.i.cantica cãticorum. Sextus Daniel.
Septimus Dabreiamin, qui eſt Paralipomenon.
Octauus Eſdras. Nonus Heſter. Oẽs ergo fiunt
numero uigiti duo. Sũt præterea alij qdã libri,ut
ſapiẽtia Salomonis,liber Ieſu filij, Sirach, & li-
ber Iudith, & Thobias,& libri Maccabæorũ,q
leguntur quidem, ſed non ſcribũtur in canone.
His uiginti duobus libris uet. teſt. octo libri no-
ui teſta. iunguntur. In primo ordine noui te-
ſta. ſunt quatuor euangelia: Mathęi, Marci,
Lucæ,& Ioannis. In ſecundo ſimiliter ſunt qua-
tuor: Actus uidelicet apoſtolorum,Epiſtolæ Pau
li numero quatuordecim ſub uno uolumine cõ-
textæ. Canonicæ epiſtolæ, Apocalipſis. In
tertio ordine, primum locum habent decre-
talia, quos canonicos, id eſt regulares appella
mus. Deinde ſanctorum patrũ ſcripta,id eſt Hie-
ronymi,Auguſtini,Ambroſij, Gregorij,Iſidori,
Origenis,Bedæ & aliorum doctorum, quæ infi-
nita ſunt. Hæc tamen ſcripta patrum in textu di
uinarũ ſcripturarũ nõ cõputãtur,quẽadmodũ in
ueteri teſt.(ut diximus) quidã libri ſunt qui non
ſcribuntur in canone,& tamen leguntur, ut ſa-
pientia Salomonis & cæteri. Textus igitur diui-
narum ſcriptutarum quaſi totum corpus prin
cipaliter triginta libris continetur. Horum ui-
gintiduo in ueteri. Octo uero in nouo teſt.(ſicut
ſupra monſtratum eſt) comprehenduntur. Cæte
ra uero ſcripta quaſi adiuncta ſunt, & ex his præ
cedentibus manantia. In his aũt ordinibus,maxi
me utriuſq; teſtamenti, apparet conuenientia:
quia ſicut poſt legem prophetæ,& poſt prophe-
tas agiographi, ita poſt euangelium apoſtoli, &
poſt apoſtolos doctores ordine ſucceſſerunt. Et
mira quadam diuinę diſpenſationis rõne actũ
eſt, ut cum in ſingulis ſcripturis plena & perfe-
cta ueritas conſiſtat,nulla tamen ſuperflua ſit.

### *De ſacrorum librorum ſcriptoribus. Cap. VII.*

K

*De hoc ſingulariter vide F. Sixtum in ſua Bibliotheca, lib. 1. 1. par. qui doctiſſime ſacrorum librorũ ſcriptores exponere videtur.*

QVinq; libros legis Moyſes ſcripſit.
libri Ioſue idem Ioſue,cuius nomi
ne inſcribitur, author fuiſſe credi-
tur. Librum Iudicum a Samuele
editum fuiſſe credũ. Primam par
tem libri Samuelis ipſe Samuel ſcripſit: ſequen-
tia uero uſque ad calcem, Dauid. Malachim Hie
remias primum in uolumen unum collegit. Nã
antea ſparſus erat per ſingulorum regum hiſto
rias. Eſaias, Hieremias, Ezechiel, ſinguli ſuos li-
bros fecerunt, qui inſcripti ſunt nominibus eo
rum. Liber etiàm duodecim prophetarum au-
thorum ſuorum nominibus prę notatur, quorũ
nomina ſunt. Oſee, Iohel, Amos, Abdias, Ionas,
Micheas, Naum, Abacuch, Sophonias, Aggeus,
Zaccharias & Malachias: qui propterea mino-
res dicuntur,quia ſermones eorum breues ſunt,
unde & uno uolumine comprehenduntur. Eſa-
ias autem & Hieremias & Ezechiel & Daniel,hi
quatuor maiores, ſunt ſingulis ſuis uolumini-
bus diſtincti. Librũ Iob: alij Moyſen, alij unũ ex
ꝓphetis, nõnulli ipsũ Iob ſcripſiſſe credunt. Li-
brũ pſalmorum Dauid edidit. Eſdras aũt poſtea
pſalmos ita,ut nũc ſũt, ordinauit,& titulos addi
dit. Parabolas aũt & eccleſiaſtẽ,& cãtica cantico
rũ Salomõ cõpoſuit. Daniel ſui libri author fuit.
Liber

Liber Eſdras authoris ſui titulo prænotatur. In cuius textu eiuſdẽ Eſdrę Neemięq; ſermones pariter continentur. Librum Heſter Eſdras creditur conſcripſiſſe. Liber ſapientiæ apud hebręos nuſquã eſt: unde & ipſe titulus græcã magis eloquentiam redolet. Hunc quidam Iudæi Philonis eſſe affirmant. Librum eccleſiaſticum certiſſime filius Sirach Hieroſolymita nepos Ieſu ſacerdotis magni, cuius meminit Zacharias, compoſuit. Hic apud Hebræos reperitur: ſed inter apocriphos habetur. Iudith uero & Thobias, & libri Maccabæorum, quorũ ut teſtatur Hieronymus, ſecundus liber magis græcus eſſe probatur, quibus authoribus ſcripti ſunt minimè conſtat.

### *De bibliothecę veteris teſtamenti reparatione. Cap. VIII.*

L *De hoc meminit Bibliothecãſãcta. li. 1. 1. par. Tit. Eſdræ libri duo.*

Bibliothecam ueteris teſtamenti Eſdras ſcriba poſt incenſam legem a Chaldæis dum Iudæi ingreſſi ſunt Hieruſalem diuino afflatus ſpiritu reparauit. Cũctaq; legis ac prophetarum uolumina quæ fuerant a gentilibus corrupta, correxit: totumq; uetus teſtamentum in uiginti duos libros conſtituit ut tot libri eſſent in lege, quot habebantur & literæ.

### *De diuerſis ſcripturæ ſacræ tranſlationibus. Cap. IX.*

M *Circa hãc materiam multa Colligit F. Sixtus in 2. par ſua Biblio. lib. 8. ubi de Trãſlationibus ſacræ ſcripturæ loquitur.*

Scripturam ueteris teſtamenti prius in hebraica lingua editam conſtat. Poſtea Ptolomęus, q Philadelphus cognominatus eſt, & ſecũdus poſt Alexandrum magnũ, regnũ Ægypti obtinuit, per ſeptuaginta interpretes, quos ab Eleazaro pontificẽ acceperat, bibliothecam ueteris teſtamenti in græcã linguam ex hebræa interpretari fecit. Et (ut aiunt quidam) ne poſſet decipi ab eis falſitate tranſlationis, diuiſit eos, ut ſinguli in ſingulis cellis ſeparati eſſent. Illi uero ita omnia per ſpiritum ſanctum interpretati ſunt, ut nihil in onius codice inuẽtum eſſet, quod in alterius ſimiliter non inueniretur. Propter quod una eſt eorum interpretatio. Sed Hieronymus dicit, huic rei non eſſe adhibendã fidẽ. Poſt aſcenſionẽ uero domini, prædicantibus apoſtolis euangeliũ, hæc eadem tranſlatio in gentibus reperta eſt, & ſecũdũ hanc ab eccleſijs Chriſti primum ſacræ ſcripturæ legi cœperunt. Poſtea uero, quia eidem tranſlationi quædam deeſſe probata ſunt, quæ in hebraica ueritate tam ipſius Chriſti q̃ apoſtolorum prædicantium authoritas contineri promulgauerat: conati ſunt & alij ſacrã ſcripturã de hebraica lingua in græcũ trãsferre ſermonẽ. Secũdã igitur & tertiã & quartã trãſlationẽ fecerũt Aquila, Symmachus, Theodotion. Quorũ primus uidelicet Aquila, iudæus: Symmachus uero & Theodotion Hebionitæ hęretici fuerunt. Obtinuit tamen uſus ut poſt ſeptuaginta interpretes eccleſiæ græcorum eorũ reciperent exemplaria & legerent. Poſt hæc acceſſit quinta quę uulgaris dicitur: quæ quodam tempore in hierico reperta eſt. Sed quis author eius fuerit, uſq; hodie ignoratur. Sextam & ſeptimam Origenes fecit, cuius codices Euſebius & Pamphilus uulgauerunt. Octauo loco Hieronymus acceſſit, non iam de hebræo in græcum ſicut priores, ſed de hebræo in latinum trãsferens ſermonem. Cuius tranſlatio, quia hebraicæ ueritati concordare magis probata eſt, Idcirco eccleſia Chriſti per uniuerſam latinitatem præ cæteris omnibus tranſlationibus, quas uitioſa interpretatio, ſiue prima de hebræo in græcum, ſiue ſecunda de græco in latinum facta; corruperat, hanc ſolam legendam & in authoritate habendam conſtituit. Vſu autem † prauo inualeſcente, q nonnunquã ſolita magis q̃ uera appetit, factũ eſt, ut diuerſas diuerſis ſequentibus trãſlationes ita tandem omnia confuſa ſint, ut pœne nunc quid cui tribuendum ſit, ignoretur.

In prol. bibliorũ

† primo

### *De ſcriptoribus noui teſtamenti. Cap. X.*

N *Quàm plura differit de hoc F. Sixtus in ſua Biblioth. lib. 1. 2. par. Tit. de Scripturis, & ſcriptoribus Noui Teſtamenti.*

Plures euangelia ſcripſerunt, ſed quidam ſine ſpiritu ſancto magis conati ſunt ordinare narrationem q̃ hiſtoriæ texere ueritatem. Vnde sãcti patres, per ſpiritum ſanctum docti, quatuor tãtum in authoritatem receperunt euangelia, id eſt Matthæi, Marci, Lucæ, Ioãnis, ad ſimilitudinem quatuor fluminum paradiſi, & quatuor uectiũ arcę, & quatuor animalium in Ezechiele. Primus Matthæus Euangelium ſuum ſcripſit hebraicè. Secũdus Marcus, gręcè ſcripſit. Tertius Lucas inter omnes euãgeliſtas græci ſermonis eruditiſſimus euangelium ſuum ſcripſit, Theophilo archiepiſcopo: ad quem etiam actus apoſtolorum ſcripſit. Quartus & ultimus Ioannes euangelium ſuum ſcripſit. Paulus quatuordecim ſcripſit epiſtolas. Canonicæ epiſtolæ ſeptẽ ſunt, una Iacobi: duæ Petri, tres Ioannis, una Iudæ. Apocalypſim ſcripſit Ioannes apoſtolus in pathmo inſula.

Ezech. 1.

### *De ſcriptis apocryphis. Cap. XI.*

O *De ſcriptis Apocryphis vide quæ ad unguem colligit idẽ F. Sixtus in ſua Biblio. li. 1. 2. par. Tit. de ſcripturis Apocryphis: Et D. Georg. Ederus in ſuis Aeconomijs Bibliorũ, lib. 1. Tab. 44.*

Hi ſunt ſcriptores ſacrorum librorũ, qui per ſpiritum ſanctum loquentes, ad eruditionem noſtram præcepta uiuendi regulamq; conſcripſerunt. Præter hæc alia uolumina apocripha nominantur: Apocrypha autem dicta. i. abſcondita & ſecreta: quia in dubium ueniunt. Eſt enim eorũ origo, occulta, nec patet ſanctis patribus a quibus edita ſint. In qb. & ſi aliqua ueritas, tñ pp multa falſa nulla eſt in eis canonica authoritas: q̃ recte nõ iudicãtur eẽ eorũ qb. aſcribũtur: nã multa ſub noib' ꝓphetarũ, & recẽtiora ſub noib' apoſtolorũ ab hæreticis ꝓferũtur: quæ oĩa ſub noĩe

Apocrypha.

5 ſimilior. ¶Secundum numeri computationem,
Denari°. ut denarius perfectionem ſignificar, quia in eo
6 porrectio cõputationis finẽ facit. ¶ Scdm mul-
Duodenarius. tiplicationem numeri ſignificant, ut duodena-
rius uniuerſitatis ſignum eſt, quia ex ternario &
Quaternarius. quaternario inuicem multiplicatis perficitur:
qm̃ quaternarius corporalium, ternarius ſpiri-
Ternarius. tualium forma eſt. ¶ Secundum partium aggre
7 gationem numeri ſignificant, ut ſenarius forma
Senari°. eſt perſectionis, propterea ꝙ partes eius terna-
rius, binarius, unitas aggregatæ ſimul totũ com-
plent: & nec ultra exuberãt, nec infra ſubſiſtũt,
quod perfectioni conuenit: in qua nec plus iu-
8 ſto nec minus eſſe debet. ¶ Secundum multitu
Binari°. dinem partium numeri ſignificant, ut binarius
Ternarius. propter duas unitates caritatem Dei & ꝓximi.
Ternarius propter tres, trinitatem. Quaterna-
Quaternarius. rius, propter quatuor tempora, temporalia. qm̃
annus & mundus quatuor partibus diſtinguun-
Quinarius. tur. Quinarius, quinq; ſenſus. Septenarius præ-
ſens ſęculũ, quod ſeptẽ diebus uoluitur. ¶ Scdm
Septenarius. exaggerationem numeri ſignificant, cum cauſa
9 exigit aggrauari, & cum quadam exaggeratione
ijs quæ præmiſſa ſunt, uideri, quale eſt illud in
Leui. 26. Leuitico. Ad Adam correptiones ueſtras ſeptu-
plum pp peccata ueſtra. ubi nihil aliud q̃ multi-
plicitas pœnæ ſignatur, expreſſa per ſeptenariũ.
Ex paucis multa ſapiens perpendere diſcat.

*De locis, temporibus, ac geſtis myſticis ſacræ ſcripturæ. Cap. XVI.*

X HÆc de numeris pp multiplicem ſignificationem eorum paulò prolixius proſecuti ſumus. Nunc aũt ad quartam circunſtantiam, ideſt locum, vertamus ſermonem.
Loca. Loca ſignificant, unde dñs in certis & determinatis locis certa negocia geri uoluit, pp ſignificationẽ: ut uerbi gratia, filij Iſrael deſcendentes in Ægyptum, cogente fame, oppreſſi ſunt graui ſeruitute: inde uero educti à dño per deſertũ quadraginta annis iter agentes, uenerunt in terrã promiſſionis, quæ ſita eſt inter Babylonem & Ægyptum: Et utraque gens.i. Ægyptij & Aſſirij captiuauerũt eos: ſed prius Ægyptij: iſta omnia ſigni-
Ægypt°. ficationi apta ſunt. Ægyptus, quæ eſt terra uoluptuoſa & delicijs affluens, mundũ ſignificat: nõ machinam iſtam, ſed uoluptates mundi & ſecu-
Deſertũ. laria deſideria. Deſertũ ſignificat uitam religioſam, per quam quaſi repatriãtes ieiunamus à ui-
Babylõ. tijs & concupiſcentijs huius ſęculi. Babylon ad aquilonem poſita eſt, ubi frigus perpetuũ & obſcuritas eſt, cum nunquam pars illa à ſole con-
Aſſyrij. tingatur. Per Aſſyrios igitur id eſt Babylonios, dæmones competenter deſignãtur, qui ad aquilonem ſedem ſibi elegerunt, utpote frigore infidelitatis torpẽtes, & ueritatis luce priuati. Prius Ægyptij opprimunt Iſrael, deinde Aſſyrij. non enim in nobis poteſt quicquam diabolus, niſi prius trahamur à proprijs cõcupiſcentijs. Vnde,

Ne tradas me dñe à deſiderio meo peccatori, ſ. Pſal. 139.
diabolo. ¶ Tempora ſignificant. Exempli cauſa, Tẽpora.
Ieſus erat in porticu Salomonis, & hyems erat. Ideo de hyeme habita eſt mentio: ut per qualitatem temporũ deſignaretur qualitas animorũ.i. torpor & infidelitas iudæorum. ¶ Geſtum ſigni- Geſtum.
ficat: ut in euangelio patet. Venit Ieſus in Bethaniam, & ſuſcitauit Lazarum: deinde per montẽ oliueti uenit in uallem Ioſaphat, & miſit diſcipulos in ciuitatem pp aſinam &c Bethania domus Bethania.
obedientiæ. Ad obedientem tm̃ uenit Chriſtus, ut reſuſcitaret Lazarũ, ideſt animam prius mortuam in peccatis. Cum itaq; ſex ſint circunſtãtię quæ dicuntur ſignificare: quæcunq; earũ ſignificet, aut ſactum ſignificat ſactum: & eſt allegoria. aut ſactum ſaciẽdum ſignificat, & eſt moralitas. In his duobus ad cognitionem ueritatis, i. integritatem fidei, & ad amorem bonitatis, i. ad perfectionem bonorũ operum inſtruimur. Propter quæ duo legenda eſt diuina ſcriptura, ſcilicet ut credamus ſyncere: & benę operemur.

*De materia ſacræ ſcripturæ. Cap. XVII.*

MAteria diuinæ ſcripturæ eſt uerbũ incarnatum cum omnibus ſacramentis ſuis, tàm præcedentibus à principio mundi q̃ futuris uſque ad finem ſęculi. Et ſciendum ꝙ tota iſta ſeries & porrectio tẽporis diuidenda eſt in duos ſtatus: ueterem, & nouum, & tria tempora naturalis legis, & ſcriptæ & gratiæ: & ſex Ætates ſex.
ætates. Prima ætas ab Adam uſque ad Noe. Secunda à Noe uſque ad Abrahã. Tertia ab Abraham uſque ad Dauid. Quarta à Dauid uſque ad transmigrationem Babylonis. Quinta à transmigratione Babylonis, uſque ad aduẽtum Chriſti. Item quinque ætates præcedentes ideſt ab Adã uſque ad Chriſtum diſtinguntur in quatuor ſuc-
ceſſiones. Prima patriarcharum fuit ab Adam Succeſſiones. 4.
uſque ad Moyſem. Secunda fuit à Moyſe uſque ad Dauid, quæ eſt iudicum. Tertia, quæ eſt regũ, à Dauid uſque ad transmigrationem Babylonis. Quarta à transmigratione Babylonis uſque ad Chriſtum: & hæc ſucceſſio ſacerdotum fuit. Sta- Stat° unde dicantur.
tus dicuntur, quia ad eſſe hominis pertinent. Vetus dr̃ ſtatus, quia in culpa & pœna uſque ad reſurrectionem Chriſti. Nouus autem dr̃ propter innouationem uitæ humanæ, quæ per gratiam Chriſti facta eſt uſq; ad finem ſęculi. Item Lex naturæ.
tempus naturalis legis dicitur, eo quod homo ſuo naturali ſenſui relictus fuit ſine communi præceptione. Tempus ſcriptæ legis dicitur, eo ꝙ Scriptæ.
tunc lex ſcripta in populo Dei præcepta dabat uiuẽdi. Tempus gratiæ, quia Chriſtus gratis de- Gratię.
dit implere, quod lex præceperat. Ætates dicun- Ætates quare.
tur ſex ad ſimilitudinem ætatis hominum. Fuit enim mundus & infans & puer &c. Et notandũ ꝙ ætates iſtæ non diſtinguuntur, ſm æqualia ſpatia temporũ, ſed ſm cões innouationes rerũ: ut fuit diluuium, & electio Abrahę, & inſtitutio regum, *Nota Cenſenator, q aliquando diſcurris de Mundi*

*mutabilitate, quo Mundus fuit quandoq; iſans, quandoq; puer, quandoq; adoleſcens, quandoq; iuuenis, quandoq; ſenex, quandoq; decrepitus*

gum, & tranſmigratio in Babylonem, & aduentus Chriſti. Succeſſio patriarcharum dicitur, quia eo tempore ſoli patres præerant filijs ſuis: quod durauit uſque ad Moyſem: qui primus in populo Dei principatum tenens, iudex cõſtitutus eſt, non tantùm ſuper filios ſuos, ſed ſuper totũ populũ Iſrael: licet iam multi reges eſſent in gentibus. Vel ideo patriarcharum ſucceſſio nominatur: quia eo tempore ſucceſſerunt ſibi ad inuicẽ primitiui illi patres a quibus genus humanum diſſeminatum eſt & familiæ deriuatæ, & patriæ denominatæ, ut ab edom edumei, a leui leuitæ, a iuda iudæi.

### *De difficultatibus ſacræ ſcripturæ. Cap. XVIII.*

Z

*Toti huic cap. multũ cõferet Doctrina Melchioris Cani, in lib. 11. ſuorũ locorum Theolog.*

Difficultas in libro Iudith.

MVlta in ſcriptura ſacra occurrũt, quę rerum geſtarum ſeriem ignorantibus, difficultatem pariunt intelligẽdi. Quemadmodũ hoc quod in libro Iudith. legitur, Arſaxat rex iudæorum multas gentes ſuo imperio ſubiugaſſe: ac cõtra Nabuchodonoſor regem Aſſyriorum pugnaſſe, & inre obtentus belli eidem regi Aſſyriorum ad omnia regna ſuę ditioni ſubijcienda ſpem ac confidentiam addidiſſe. Hinc Nabuchodonoſor Holofernem principem militiæ ad debellandas gentes miſiſſe: qui ſubactis cæteris, iudæos rebellare conantes in Bethulia obſedit: atq; Achior principe filiorum Amon narrante, didicit ipſum eſſe populum qui nuper a captiuitate reuerſus, eadem montana poſſedit. Si igitur quærimus, quo tempore hęc geſta ſiot, uel quis fuerit Nabuchodonoſor iſte qui ĩ Niniue regnauit, cum Nabuchodonoſor nõ in Ninine, ſed in Babylone regnaſſe perhibeatur, neque Aſſyriorum, ſed chaldæorum fuiſſe rex legatur. Idemq; in reditu populi de captiuitate Babylonis iã mortuus nequaquàm dubitetur, non parua in his diligenter conſiderantibus dubitatio exoritur. Dicũt itaque huuc Nabuchodonoſor Cambyſem filium Cyri iotelligendum: qui propterea ab Hebræis ſecũdus Nabuchodonoſor appellatus eſt, ꝙ ut credebatur, illius Nabuchodonoſor facta imitans, magnam in filios Iſrael crudelitatẽ exercuit. Vbi reliqua forſitam conuenire potuiſſent, niſi ꝙ in libro Iudith legitur uerbum factum in domo Nabuchodonoſor anno duodecimo regni eius, cum Cambyſes filius Cyri non niſi octo annis regnaſſe perhibeatur. Verum in numeris multa mendacia ſcriptorum libris ineſſe deprehendimus, tñ in eiuſmodi ſtudioſus lector moueri non debet: quia aliquid eſt, ueritati appropinquaſſe, illic ẽt ubi nõ contingit in toto illam cõprehendere. In libris ẽt Maccabæorũ & in Daniele quædã dicũtur, quæ non facile intelligere poſſis, niſi cognoueris primum eos qui poſt Alexandrum magnum in regnum Syriæ & Ægipti ſucceſſerunt: In Daniele ſi quidem audis regem aquilonis frequenter nominari, ubi per auſtrum nihil aliud quàm regnũ Ægipti: & per Aquilonem nihil aliud quàm regnum Syrię, ſecundum literam intelligi oportet: quorum reges alternis uicibus nunc pace nunc bello ad inuicem uaria tempora habuiſſe leguntur. Quas uiciſſitudines, niſi prius earum geſtis cognitis, nõ facile diſcernes. Item ꝙ in filio Macchabæorũ legimus, Antiochum atque Demetrium eorum que ſucceſſores pro regno Syriæ ex aduerſo pugnantes, ipſumqne regnum quaſi paterno iure hinc inde utroſque uendicantes, intelligere non poteris qua de cauſa factũ ſit, niſi agnoueris qualiter Seleucus filius Antiochi magni rex Syriæ moriens ſucceſſorem reliquerit Antiochum Epiphaneum fratrem ſuũ. Quo mortuo Demetrius Seleuci filius egreſſus ab Vrbe Roma uenit in Syriam: in regnum uidelicet patris ſui. Cuius aduentu cõperto, exercitus qui cum Antiocho epiphaneo fuerat, eiuſdem Antiochi filium, hoc eſt Antiochum Eupatorem interfecit. Sicq; Demetrius regnum obtinuit. Alexander uero filius Antiochi Eupatoris, cum creuiſſet, exercitũ collegit, oppreſſoque Demetrio regnum recepit. Poſt Demetrius filius Demetrij fugato Alexandro poteſtatem ad ſe reuocauit. Deinde Tryphõ quidam partium Alexandri filium, quem nutriẽdum acceperat, occidit. Sed illo tandem oppreſſo, regnum in progenie Seleuchi permãſit. Hæc breuiter ad euidentiam lectionis diſtinximus, ut ea quæ ſcripta ſunt, aut non legantur, aut intelligantur. Hæc uero tempora Maccabæis inſignia fuerunt: quorum primus Iudas, zelo diuinæ legis accenſus, impetus græcorum fortiter propulſauit: quo mortuo Ionathas frater eius ſucceſſit. Poſtremo ſanguine & uirtute germanus, defuncto Symone, ſucceſſit Ioãnes Hircanus filius eius, & poſt Ioannem filius eius Ariſtobolus, & poſt Ariſtobolum Alexander filius eius: poſt quem Alexandria uxor eius tenuit quidem principatũ generis. Hircano autem filio ſuo pontificalem dignitatem tribuit. Huius hircani tempore quidam latrunculi ab Hieroſolymis egreſſi circa Aſcalonem prædas egerunt, ubi inter cæteros captiuos Antipater quidam iuuenis, cuiuſdam Herodis genere idumei, qui in Aſcalone templi Apollinis ſacerdos extitit, filius, Hieroſolimam captiuus ductus eſt. Hic itaque Antipater in domo Hircani aliquot annis ſeruiens, induſtria ac probitate ſpectabilis, eidem Hircano domino ſuo gratioſus extitit: intantum ut ei uniuerſam domum ſuam committeret. Circa hęc tempora contigit, ut Antigonus Hircani pontificis frater iunior, eundem Hircanum a pontificatu propellens, ſacerdotij dignitatem arriperet. Cumq; Põpeius cõſul Romanorum tunc per Syriam exercitum duceret, ſupradictus Antipater miſſus ab Hircano domino ſuo ad Pompeium ueniens impetrauit, ut cum exercitu Hieroſolymam aſcẽderet, & deiecto Antigono, ſacerdotij dignitatem Hircano reformaret. Pompeius itaque reſtituto Hircano tributa terræ ſoluẽda indixit, atq;

*Margin:* Nabuchodonoſor tẽpore Iudith.

*Margin:* . ?

*Margin:* Errata in numeris uariorũ librorũ.

*Margin:* Daniel.

*Margin:* Auſter. Aquilo.

*Margin:* Macch.

*Margin:* Antiochus.

*Margin:* Macchabæi atq; ſucceſſores.

*Margin:* Põpeius magnus.

eundem Antipatrum uniuerſæ regioni præſecit recedens: Antipater aūt antiquæ gratiæ nō immemor erga Hircanum benignus extitit: tātaq; modeſtia iniunctū officium exercuit, ut tam Iu-

Herodes

dæis, quàm Romanis complaceret. Genuit aūt filium Herodem noīe: qui poſt mortem patris tum merito propriæ uirtutis, tum ēt gratia paternæ deuotionis à Romanis coronam accepit, & rex factus eſt. Hic eſt Herodes, cuius regni anno triceſimo primo natus eſt Chriſtus. Qui qm̄ alienigena primus Iudeæ regnum ſuſceperat, audita fama per magos de natiuitate regis Iudæorum, territus eſt. Et ne forte regnum quod uſurpauerat, amitteret, quem ſucceſſorem timuit, extinguere conabatur. Peremit itaq; innocentes, ut uniuerſis morientibus, ille quem unū inſectabatur, non euaderet. Hic etiā Herodes poſt alias

Mariāne

uxores quas primitus duxerat, Mariannen quādam Hircani pontificis neptem, factus rex duxit uxorem, de qua duos genuit filios Alexandrum & Ariſtobolū. Sed hæc cum poſtea & pp ſpeciē, & pp generis dignitatem inſoleſceret, animum eius aduerſum ſe grauiter exacerbauit. acceſſit huic moleſtiæ ꝙ alijs concubinis de ſtupro accuſata eſt, intm̄ ut etiam Antonio conſuli Romanorū, qui tunc in partibus orientis agebat, imaginem ſui pictam ad ipſius animū in amorē ſui concitandum miſiſſe diceretur. Qua ſuſpicione fractus Herodes ſororio ſuo cum quo conſilia ſua cōicare conſueuerat, ſecretum aperit, eamq; interfici iubet. Ille uim amoris conſiderans, & furoris iuſſa pœnitentiam ſubſecuturam ſciens, Mariannem ſecreto corripit, & niſi aduerſus maritū humilietur, quod periculū immineat, oſtendit. Timor contumacem manſueſecit: ſicq; in breui mutatis moribus Herodis animū ad amorem ſui reparauit. Inter hæc, cum quadā die ſolus cū ſola blandius iocaretur, ſuumq; amorem iactaret: Verum (inquit illa) qūo amas, quā mortuam malles q̄ uiuam? Nam & interfici me pręcepiſti. Ille ſe proditum agnoſcens cum furore ſurrexit: & quia iam prius quędā uerba de amore huius ac ſororij ſui ſiniſtra audierat: nūc quaſi rem auditam probatam credens iubet utroſque occidi. Poſt aūt pœnitentia ductus, furorē furore mutauit: & per ſingula momenta Mariānen clamans, ſe ſine illa uiuere nō poſſe dicebat. Acceſſit concubinarum peſtifera delatio: quæ filios in ultionem ſanguinis aduerſus patrem armari teſtatur. Ille ergo miſſis Romam literis a ſenatu impetrauit, ut parricidas & inſidiatores uitæ ſuæ necaret: ſicq; poſt matrem filijs trucidatis, & ipſe poſtea quoque diuturnis doloribus contabeſcens, morte miſerabili uitam finiuit.

Herodis mors, & ſucceſſores. Archelaus.

Reliquit ſucceſſores filios, Archelaum regem in Iudæa: Herodem tetrarcham in Galilæa: Philippum autem tetrarcham in Iturea & Traconitide regione, & Liſaniam in Abilina. Archelaus autem cū nouem annis poſt ipſum patrem regnaſſet, apud Romanos à Iudæis de inſolentia accuſatus, regno exulans Lugdunum in exilium mittitur: ubi & uita functus eſt. Romani aūt ad ꝓcurandam Iudæam præſides poſuerūt. Herodes

Herodes ſecūdus.

aūt tetrarcha Galilææ Philippo fratri ſuo uxorē eius noīe Herodiadem filiā Aretæ regis Arabū, abſtulit: eamq; ſibi contra morem in coniugiū copulauit. Pro quo ſcelere cū ab Ioanne Baptiſta argueretur, ſuggeſtione Herodiadis ipſum Ioannem decollauit. Hic eſt Herodes tetrarcha filius magni Herodis qui in paſſione dn̄i Hieroſolymam aſcendiſſe legitur, & qui Ieſum à Pilato præſide ad ſe miſſum, alba ueſte indutū, illuſit, atque ad Pilatum iudicandū remiſit. Porrò

Herodes Agrippa

Ariſtobolus filius Herodis magni, atque huius Herodis frater ex Maria ne matre natus: quem ſuperius à patre Herode & ob ſuſpicionem parcidij trucidatū diximus, filiū habuit noīe Agrippam. Qui cum adultus eſſet, orbatum & exhæredatum ſe cernens, quanta potuit pecunia collecta, Romam perrexit: ibiq; cuidam Caio Caligulæ nepoti Tyberij Cæſaris familiaritate iunctus eſt. Qui Caius cum poſt mortem Tyberij imperium ſumpſiſſet, eundem Agrippam ob meritū priſtinæ deuotionis in Phœnicia regem conſtituit. Herodias aūt hoc audito, Hærodē de ignauia reprehendere cępit: ꝙ uidelicet ipſe diuitijs maior & potentijs, à Romano principe hanc dignitatem ſibi non acquiſiſſet. qua exprobratione irritatus Herodes, cum ipſa Herodiade pecunia multa aſſumpta, Romam profectus eſt. Cūq; apud Caium quęreretur, ꝙ ſibi hic honor collatus potius non fuiſſet: indignatus Caius inconceſſa petenti, etiam conceſſa tollenda decreuit.

Herodis ſecundi exilium.

Sicq; Herodes pariter cum Herodiade ad Hiſpanias in exilium miſſus eſt. hic finis Herodis. Verum Agrippa, qui Herodes cognominatus eſt,

Herodes Agrippa

ipſe eſt qui Iacobū fratrem Ioannis gladio peremit; Petrumq; in carcerem miſſum quatuor quaternionibus militum cuſtodiendum tradidit.

Eius ſuperbia & exitus.

Hic cum quadam die cum Tyrijs ac Sidonijs cauſam acturus proceſſiſſet, & pro ſplendore deauratarum ueſtium ſoliſq; radio lucētium Deus & non homo conclamaretur: in ſuperbiā elatus ſubito ab angelo percuſſus eſt. Et poſt aliquot dies perſeuerante ægritudine uitam finiuit. Huic ſucceſſit filius Agrippa: qui in actibus

Act. 25. Alijs Beronice dicitur.

Apoſtolorum cum Bernice matre ſua ad Feſtū præſidem uiſendum & ſalutandum deſcendiſſe legitur: atque cum Paulo eidem preſidi præſentato quædam iocunde confabulatus memoratur.

Act. 26.

Huius tempore regnum Iudæorum, à Tito & Veſpaſiano ſubuerſum eſt.

Herodes tres.

Primus itaque Herodes fuit ille, ſub quo Chriſtus natus eſt, qui & paruulos trucidauit. Secundus filius eius ſub quo Chriſtus paſſus eſt, qui Ioannem Baptiſtam decollauit. Tertius Agrippa Herodes, cuius auus fuit primus Herodes. Secundus patruus qui Iacobum interfecit.

# M. HVGONIS DE S. VICTORE CANONICI REGVLARIS LATERANENSIS.

## Annotationes elucidatoriæ in pentateuchon quorum hæc ſunt capita.

*In Prologum diui Hieronymi in Pentateuchon.* Cap. I.
*De nomine primi libri Pentateuchi.* Cap. II.
*Quòd ſcribendo Geneſim Moyſes fuit hiſtoriographus & propheta, & quòd duo ſunt in ea attendenda: vtpote veritas rerum geſtarum, & forma uerborum.* Cap. III.
*Quæ ſit intentio Moyſi in Geneſi: & an omnia ſimul creata ſint.* Cap. IIII.
*De materia prima, quando & vbi & qualis creata ſit.* Cap. V.
*De operibus ſex dierum diſtinctis.* Cap. VI.
*Expoſitiones tam verborum quàm ſententiarum Geneſeos, per ſingula fere (vti ea adnotabimus) capita.* Cap. VII.
*Annotationes expoſitoriæ in Exodum quæ conſtituunt.* Cap. VIII.
*Annotationes in Leuiticum hæc habent capita.*
*De nomine Leuitici, & quinque in eo diſtinctè tractatis, quæ ſunt ſacrificia, perſonæ, tempora, loca, & cauſæ. Cap. I. quod annotat. in pentateuchon eſt.* Cap. IX.
*De ſacrificijs, oblatione, & libatione.* Cap. II. *& totius libri.* X.
*De perſonis à quibus fiunt prædicta.* Cap. III. *& totius.* XI.
*De temporibus & cauſis in eis offerendi.* C. IIII. *&* XII.
*De locis, cauſis & expoſitione literali Leuitici.* Cap. V. *&* XIII.
*Annotationes pauca in numeros.* Cap. XIIII.
*Annotatione etiam pauca in Deuteronomion.* Cap. XV.

### *In Prologum diui Hieronymi in Pentateuchon annotationes elucidat,* Cap. I.

Deſiderius proprium nomen eſt: hinc deſiderij mei, ſubauditur amici: deſideratas accepi epiſtolas. Qui cum Daniele ſortitus eſt nomen: quoniam ipſe Daniel uir deſideriorum uocatus eſt ab Angelo: ſicut iſte nunc deſiderius appellatur. Quod uocabulum præſagio quodam futurorum impoſitum dicitur: ut in eo quòd deſiderius uocatus eſt, deſiderabilem futurum, uel deſiderabilia poſtulaturum ſignificaretur. Pentateuchon græcum nomen eſt: quod in latinam linguam tranſlatū quinq; uoluminū interpretatur. πέντε Penthe enim grecè, latinè ſonat quinque τεῦχος teuchos uolumen. Hinc Pētateuchon opus quinq; uoluminum ſiue librorum. Significat aūt quinq; libros legis editos à Moyſe. Suggillationem, detractionem ſiue oppreſſionē quidam interpretantur, quaſi ſubgulationē à ſub & gula: ſicut ſuffocatio quaſi ſubfaucatio à ſub & fauce dicitur. Ita ingeniū quaſi uinum probantes, quo ſuperueniente nouo, uetus aceſcit: cum eiſdem ſimilitudo non ſit: qa ex ſenſu præſentium ſapientis antiquorum dulcior apparet uili portione. Iudicio meo exiguū eſt & contemptibile quicquid facere poſſum in domo dñi. Editioni antiquæ.i. trāſlationi ſeptuaginta, quę antiquior cæteris: tranſlationē Theodotionis: adijciens illi ex tranſlatione Theodotionis, quia minus ante habuerat. Deinde appoſitis duab⁹ notis.i. aſteriſco & obelo, omne opus, ideſt totā ſeriem eiuſdem antiquæ editionis diſtinxit. Aſteriſcum namque quod interpretatur ſtellula, ijs locis appoſuit ubi adiectione facta, quæ minus ante fuerant, ſupplendo dilucidauerat. Obelum uero, quod ueru dr̄, quia ea quibus apponitur quaſi confodienda, & perimenda ſignificat, adiunxit ijs, quæ eadem editio antiqua ſuperflua cōtinebat. Quòd uerò ſupradictæ editioni ſeptuaginta multa deſint, quæ in Hebraica ueritate reperiuntur, ex ijs oſtenditur, quæ Euangeliſtarum & Apoſtolorum authoritas promulgauit: in quibus multa de ueteri teſtamento legimus, quæ in noſtris codicibus ſm̄ ſeptuaginta interpretes non habentur: ut eſt illud. Ex Ægypto uocaui filium meum: & cætera in litera quę ſequuntur: quæ omnia propriū ſyntagma, ideſt compoſitionem requirunt. Ne forte quis dicat: hoc in Hebraica ueritate ſecundum ſenſum, & non ad uerbum contineri: ideo dicit, proprium ſyntagma deſiderant, ut ſuorum uerborum forma & compoſitione exprimantur. Quia igitur in ſeptuaginta non inueniūtur, ad Hebraicā ueritatem curramus, ubi inueniuntur. Quod.i. defectum hunc eſſe in ſeptuaginta tranſlatione, multi ignorantes, apocryphorum, ſcilicet librorum, deliramenta ſectantur. In quibus nec authoritas nec ueritas eſt. Et hiberas nænias.i. eorundem dicta, hiberis nænijs.i. hiſpanicis fabulis

Pētateuchon.

Suggillatio.

Aſteriſcon.

Obelos.

*De his notis vid. diffuſius apud F. Sixtum, in ſua Bibl. lib. 3. 1. part. ac in meo Platea libro. Diſc. Caballiſtarū.*

Syntagma.

bulis comparanda, præferũt libris authenticis. i. hebraicis: in quibus & authoritas & ueritas prima eſt. Si aũt quæritur, qua de cauſa ſic errauerint ſeptuaginta: cauſas, inquit, erroris non eſt meum exponere: tñ Iudæi in excuſationem eorum dicunt hoc eos ex induſtria feciſſe: ꝙ quædam, quę in hebraica ueritate erant, aut omnino tacuerunt, aut aliter interpretati ſunt: maxime ubi ſcriptura ſacra aliquid de patre & filio & ſpiritu ſancto teſtatur: propter Ptolemæum, qui unius Dei cultor, unitatem deitatis nouerat, ſed Trinitatis myſterium capere non ualebat. præcipue, ne hoc magis Platonicum q̃ diuinum eſſe uideretur: quia Plato quædam ueſtigia Trinitatis ἐν τῷ περὶ τοῦ ἀγαθοῦ, καὶ νοῦ. i. in libro de bono & mente: ſiue in Agathone & mente, & de mundana aĩa dogmatizauerat. Sed ſi forte hæc excuſatio pro ſeptuaginta interpretum errore recipitur, tñ hoc nullo modo approbandum eſt, ꝙ quidam eos ſingulos per ſingulas cellas diuiſos, oĩno eadem ſcripſiſſe mentiuntur: quia ſi hoc uerum fuiſſet, Ariſtarchus eiuſdem Ptolemæi Hyperaſpiſtes. i. protector & propugnator, (ὑπερασπιστής.) qui eiuſdem Ptolemæi facta fideliter defendit Et Ioſephus qui multo poſt tp̃e, geſta illius ſcripſit, nõ tacuiſſent. Si enim in hunc modũ diuiſi ſine collatione mutua eadem oĩno & indifferẽtia dixiſſent, uates potius & prophetæ q̃ interpretes dicendi eſſent: quod dicere nõ cõuenit. Aliud eſt. n. eſſe uatem, aliud interpretẽ: niſi forte aliquis inſipiens aſtruere uelit, idem eſſe uatẽ, & interpretem. quod ſi conceſſum fuerit, hoc ridiculum inde conſequitur: ꝙ Tullius, qui quoſdam oratorum libros de græco in latinũ tranſtulit, rhetorico afflatus ſpũ eos trãſtuliſſe dicetur? hoc eſt quod dicit. Niſi forte putandus eſt Tullius afflatus rhetorico ſpiritu tranſtuliſſe œconomicum Xenophontis, & Plat. † Pythagoram, & Demoſthenis ſubaudi orationem, pro Cteſiphonte. i. libros illos quorum primus inſcribitur œconomicus Xenophontis, ſcdus Pythagoras Platonis: quemadmodum legimus Timæũ Platonis inſcriptum librũ quem Plato ipſe compoſuit & inſcripſit noĩe diſcipuli ſui Timæi. Pari modo fortaſſis & hunc librum Plato compoſuit, quem Pythagorã Platonis uoluit appellari: uel propterea ꝙ Pythagoras in eodem libro loquitur, uel ꝙ quæ ibidem ſcripta ſunt, de ipſo dicuntur. Sic & Xenophontis liber: cui nomen œconomici. i. diſpenſatoris præfigitur, œconomicus Xenophontis appellatur. Tertius liber, cuius titulus eſt Demoſthenis pro Cteſiphonte, eiuſdem Demoſthenis eſt, pro cauſa Cteſiphontis factus: quemadmodum liber Tullij, in quo cauſa regis Deiotari agitur, Tullius pro Deiotaro uocatur. Sic igitur ſi ſeptuaginta interpretes uates dicimus, quia interpretes fuerunt: Tulliũ quoque, qui interpres fuit, uatem eſſe dicemus. Aut etiam aliud inconueniens: ꝙ ſi eos Spiritu ſancto locutos aſſerimus, eundem Spiritũ ſanctum aliter per ipſos, & aliter per Apoſtolos locutum inuenimus: ſibiq́ꝫ contrariũ Spiritũ ſanctum: per quẽ iſti ſcripiũ eſſe falſo teſtati ſunt: quod illi oĩno tacuerunt. Ex quibus omnibus conſtat, ſeptuaginta interpretes humano, nõ diuino ſpiritu locutos: ac per hoc ſi, utpote homines, errauerunt, inconueniens nullum eſſe. Igitur o æmule qui tantopere ſeptuaginta interpretes defendis, quid liuore torqueris, cum audis illos reprehendi? Sicubi tibi in trãſlatione uideor errare, interroga Hebræos, utrũ. ſ. noſtra, an illorum tranſlatio uerior ſit. Illi tibi dicẽt: quia qđ illi habent de Chriſto, tui codices ſcđm ſeptuaginta interpretes ſcripti non habẽt. Quod ſi dicere nolueris, idcirco Hebræos teſtimonia ab Apoſtolis falſo uſurpata habere, cũ in tranſlatione ſeptuaginta non inueniantur: quia ea poſtea prolata habuerunt libriſq́ꝫ ſuis aſcripſerũt: hoc iam aliud eſt defenſionis genus, in quo tñ ueriſimilitudo nulla eſt, cũ illi non ſolum falſa refellere, ſed uera ẽt, ſi poſſent, libenter negare uellent. Poſtremò ſi dixeris, idcirco magis approbandam eſſe tranſlationẽ ſeptuaginta q̃ Hebraicam ueritatem, ꝙ ueriora ſint exemplaria Gręca q̃ Hebræa: & Latina q̃ Græca, nihil proficis: cum econtrario ueriora ſint Græca quàm Latina, & Hebræa quàm Greca.

Marginal notes: † Protagorã potius. — Oecono micus.

*De nomine primi libri Pentateuchi.*
*Cap. II.*

Liber iſte, qui primus eſt diuinorum uoluminum, Hebraicè dr̃, Breſich, quod tantundem ualet, acſi diceretur, in principio. Quidã Hebræi habent conſuetudinẽ, ut imponãt nomina libris ſuis à principio libri, ideſt à prima dictione. ſicut & nos nominamus unũ pſalmũ, Miſerere mei Deus: & alium: Beati immaculati. Græce aũt dr̃ Geneſis. tũ pp gñationẽ cæli, & terrę, quã primo tractat: tũ pp creationẽ hoĩs ſiue propagationem generis humani ſuper uniuerſam faciem terræ. Et in iſtis tribus progreſſionibus propriè ſiſtit, & terminat hunc librum. B

*Quod ſcribendo Geneſim Moyſes fuit hiſtoriographus, & propheta: & quòd duo ſint in ea attendenda: utpote ueritas rerum geſtarum & forma uerborum.*
*Cap. III.*

Sciendum ꝙ Moyſes in hoc libro eſt Hiſtoriographus, texens hiſtoriam à principio mundi uſque ad mortẽ Iacob. Et ſicut prophetice narrat quædã, quæ fuerunt ante creationem hominũ: ita & in benedictionibus quędam futura prædicit Iacob poſt mortem ſuam, quæ ibi introducit: & ſic exhibitio futurorum in argumentũ eſt fidei pręteritorum: ſicut econtrario iuxta Gregoriũ, qui dicit quodam loco, ꝙ exhibitio præteritorum fides eſt futurorum. C

In hoc

In hoc autem libro duo præcipue attendenda ſunt, ſcilicet ueritas rerum geſtarum, & forma uerborum; quia ſicut per ueritatem uerborum cognoſcimus ueritatem rerum; ita contra, cogoita ueritate rerum, facilius cognoſcimus ueritaté uerborum; quia per iſtam hiſtoricam narrationem ad aliarum rerum intelligentiam prouehimur.

### *Quæ ſit intentio Moyſi in Geneſi, & an ſimul omnia creata ſint. Cap. IIII.*

D Ntentio eius é in hoc libro, tria principaliter oſtendere. In primis Deum creatorem, & materiam creatam, & formationem eius, & totum hoc ad laudem Dei, & utilitatem hominis; cui utile eſt & Deum admirari, & uenerari. In eo quòd creauit, ideſt de nihilo fecit mundum, mira mur eius potentiam. In eo, quòd ornauit, ideſt pulchrum fecit mundum, eius ſapientiam miramur. In hoc enim differunt authores noſtri, a philoſophis, quòd philoſophi Deum opificem tantum, & tria ponunt principia: Deum materiam, & archetypas ideas, noſtri uero unicum ponūt principiū, & hoc Deum ſolum. Et cum hoc conſtet apud omnes diuini uerbi tractatores, ſcilicet, quòd unum ſolum ſit principium, de modo tamen creandi magna quæſtio eſt. Quidam enim dicunt, Deum omnia ſimul feciſſe quęcunque, alii diſtingunt per ſex dierum operationem, & dicunt illam diſtinctionem figuratiuam eſſe, & propter myſterium tantum, nec ita fuiſſe ad literam. Et hoc uolunt probare illa authoritate. Qui uiuit in æternum,

Eccl. 18. creauit omnia ſimul. & alia etiam de hoc eodem libro ſumpta, ubi recapitulãdo poſt opera ſex die-

Gen. 2 rum; iſtæ ſunt (inquit) generationes cæli, & terræ, quando creatę ſunt in die, quo fecit Deus cęlū, & terram, & omne uirgultum agri. Dicunt etiam hanc rationem, quia Deo non cōuenit ad modum hominis aliquid imperfectum facere, aut inordinatum aut deforme. Sed facile eſt illas authoritates ſoluere. Contra hanc rationem quoq; poſſumus dicere, quòd Deus, qui in momento poterat omnia facere, ſex diebus diſtinxit opera ſua: non propter ſuam (quę nulla eſt) impotentiam, ſed propter rationabilium creaturarum inſtructionē & exemplum. Sicut enim prius rebus dedit eſſe, & poſtea pulchrum eſſe: ita & angelo, & homini, quibus dederat rationales eſſe, ſi perſtitiſſent, dediſſet & beatos eſſe: & hoc eſſet pulchrum eſſe. Quod exemplum, quia neglexit angelus, reſpiciens ad eſſe ſuum quod rationale erat, nimium de ſe præſumens, cecidit irrecuperabiliter, ſicut alii immobiliter ſunt confirmati. Ad hominis uero reparationem ſex diebus diſtinguere uoluit opus ſuum, ut in hoc haberet homo animum occupatum ad ſui inſtitutionem. Quod autem Deus dicitur creaſſe aliquid imperfectum aut informe, non nocet, nec eſt inconueniens: quia ad comparationem maioris perfectionis aut pulchritudinis, quas ipſe

*Ad propoſitum quæſtionis An Deus creauerit oīa ſimul, uide q̃ adnotat F. Sixtus i ſua Bibl. li. 5. 2 par. Annot 24.* Vide mox in Gen. 2.

E

mer per ſe, quando oportuit, addidit, dici debet: ſicut cotidie facit pueros imperfectos quantum ad augmentum, quod ſequitur, ſed tamen perfectos ad numerum partium, manuum ſcilicet pedum, & cęterorum membrorum, & hæc ſententia probabilior uidetur.

### *De materia prima, quando, & ubi & qualis creata ſit. Cap. V.*

F Væritur etiam quando, & ubi, & qualis creata ſit materia rerum, ſed conſtat, quòd in principio temporum ante omnem diem, ita ſcilicet ut ſimul cœperint tempus, & materia, & in eodem tempore angelus, de qua re dictum eſt: Prima omnium creata eſt ſapientia; Non ante mūdi conſtitutionem, ſicut quidam gręci exiſtimauerunt. cui ſententiæ alludens Hieronymus dicit: Quis nouit, quot annis aut luſtris ante mundum angeli laudauerunt creatorem ſuum? Et conſimile Salomon dicit in quodam loco. Quis nouit, Eccl. 3. an ſpiritus iumentorum feratur inferius, hominū ſuperius? Neuter tamen ponit hoc pro ſententia, quod in quæſtione proponit. Propterea dicimus ſimul creata eſſe tempus, & materiam: quia tempus non eſt aliud niſi mutabilitatis ſucceſſio, quę cum mutabili materia cœpit eſſe. ubi autem formata modo conſiſtit, ibidem creditur prius creata, implens etiam tunc eandem capacitatem localem quam modo implet. Creata eſt autem informis, non ex toto carens forma ſed ad comparationem ſequentis pulchritudinis, & ordinis informis poteſt dici. Terra autem erat in medio, habēs in ſe alueos, & uenas, receptacula, ſcilicet aquarū, tam ſuper terram, quàm intra eam labentium. Tria uero reliqua elementa confuſa in unum ad modum ſpiſſę nebulę ferebantur ſuper terram ex omni parte ac ſuperficie terrę, uſq; ad empyrium ſummum: & ideo nomine terræ appellantur, ubi dicit: Creauit deus cælum, & terram. Gen. 1

*Ad propoſitū huius uide notata a F. Sixto i ſua Bibl. lib 5. 2. par. ſup prima Geneſis uerba* Eccl. 1.

### *De operibus ſex dierum diſtinctis. Cap. VI.*

G Rima die diſtinxit Deus ignem a cęteris elementis, & hoc eſt, quod ipſe dicit, Fiat lux, ideſt diſtinguatur ignis a cæteris elementis. Fieri enim in hoc loco diſtingui intelligitur. Fecit enim Deus omnia, & creãdo, & diſtinguendo, nō operatione, ſed ſola uoluntate, quæ fuit ab æterno. Ignis uerò diſtinctus lumen præbuit mundo inferiori, qualecunq; & motum habens circularē, quaſi quędam lucida nubes circunferebatur, ſicut modo ſol. Ortu, & occaſu illius fecit tres primos dies, & noctes. Qualis autem forma ei fuerit, rotunda ſcilicet, an longa, ignoratur. Creata autem creditur lux illa in eo loco ubi ſol oritur, & ita initium illius primi diei non pręceſſit aurora ſiue mane, id eſt lux prænuncia ortus ſolis, quod cauſe inuens ſcriptura diſtinguit naturalem diem per

*De tota hac materia ſ lege Annot lib. 5. 2 par. Bibliotheca F. Sixti.*

duos extremos articulos ita. Et factum eſt, inquit, ueſpere, quod eſt finis artificialis diei, & factum eſt mane, quod eſt finis noctis. Dies enim incipit ab ortu ſolis, & terminatur in occaſum. Quod per æqualitatem æquinoctialis diei, & noctis poteſt probari. Et totum illud ſpatium eſt unus dies naturalis. ¶ Secunda die factum eſt firmamentũ ut diuideret aquas ab aquis. Beda dicit, quòd firmamentum ſit de aquis ſolidatis quaſi cryſtallinus lapis. quod ueriſimile uidetur: cum color eius hoc uiſibus noſtris indicet. Alii dicunt, quòd igneæ naturæ ſit. Quòd autẽ aquæ ſuper firmamentum ſint, & in Geneſi, & in Propheta etiam habetur: ubi dicitur: Aquæ quæ ſuper cęlos ſunt,

Pſal. 148 laudent nomen domini. Quales autem ſint, aquæ il-

H læ, non eſt nobis certum. Dicunt tamen quidam expoſitores, quòd glacialiter ibi ſolidatæ ſunt: mihi autem ueriſimilius uiſum eſt, quòd uaporaliter ſuſpenſæ ad ſimilitudinem uaporis, ſcilicet fumi uel nebulæ ibi conſiſtant. ¶ Tertia die congregatę ſunt aquæ in locum unum: ideſt alueum proprium, & abyſſum matricem aquarum, uel locum magni maris, & omnium aliorum uel ſubterraneã concauitatem. Vnde per tracones, ideſt ductus ſubterraneos, flumina deriuata ſunt, & ſub terra, & ſuper terram: & arida apparuit, & accepit uim germinandi. ¶ In quarta die de luce ſiue igne prædicto meliorando cum forma, & ſplendore fecit ſolem. Quòd de ſupra memorato igne factus ſit ſol, inde coiicimus, quòd de lege factum eſt quodammodo euangelium: & in nuptiis de aqua uinum. Sicut enim per ſignificantia aliquando comprehendimus ueritatem ſignificatorum: ita e contrario per ſignificata, & hic, & alibi ſæpe poſſumus coniicere ueritatem ſignificantium. Solus ſol propriam habet lucem: & ſolus de igne factus eſt: ſtellę autem omnes ſicut, & luna de aerea materia factę ſunt, & tantum relucent, & non lucent.

In hymno. ¶ Quinta die piſces, & aues de aquis facti ſunt. unde illud: partim remittis gurgiti, partim leuas in aera. ¶ Sexta die produxit terra animalia diuerſi generis: & in eadem factus eſt homo ad imaginẽ, & ſimilitudinẽ Dei. Et merito poſt omnia factus eſt homo, qui omnibus præferendus erat. Hæc sũt opera ſex dierũ. Tribus primis diebus Deus cũcta in materia creauit, & ordinauit: tribus uero ſequẽtibus diebus ornauit. Sed modo ueniamus ad literam.

### *Annotationes elucidatoriæ, tam uerborum, quàm ſententiarum Geneſeos, per ſingula ferè uti ea adnotabimus, capita.*

### *Cap. VII.*

Gen. 1. I IN principio creauit Deus cęlum, & terram. Tria ſuperiora elementa cælum uocat. Terra autem erat inanis, & uacua. Inanis a ſeminibus: uacua a germinibus. uel inanis propter concauitatem: uacua, quia in tanta concauitate terræ non erat, niſi aer, & nebula. Tenebræ autem erant ſuper faciem abyſſi. Tenebras poſſumus dicere nebulam illam, ſcilicet commixtionem trium elementorum ignis, aeris, aquę. Abyſſum concauitatem. Vel aliter nebulam, abyſſum, & tenebras, abſentiam lucis. Et ſpiritus Dei ferebatur ſuper aquas. Spiritum Dei uocat eius intentionem: qui quaſi artifex operi formando præerat: aquas uocat nebulam illam propter nobilitatem: & ita eandem rem modo abyſſum, propter profunditatem: modo tenebras, propter abſentiam lucis: modo aquas, propter mobilitatem appellat. Nota, quòd terra, & aer nõ mutauerunt priora loca, ſicut ignis, & aqua: propterea, quia terra, & aere ubiq; indiget humana natura. Terra, ut ſuſtentetur: aere, ut trahat, & emittat flatum, quo uita ſubſiſtit. Calore uero ignis, & aquę humiditate non ſemper eget. Fiant luminaria in firmamento cæli. Ecce incipit dicere de ornatu trium ſequentium dierum, poſt diſtinctionem trium præcedentium: & primum de ornatu ſuperiorum dicit: Sicut ſol diem inchoat, & terminat per ortum, & occaſum, & diſtinguit in certas partes per proceſſum, & diſcernit a nocte per lucis ſuæ ſplendorem: ſimiliter luna, & ſtel-

læ diuidunt noctem. Tempus diſtinguitur per K

ſolem, quod modo neceſſarium eſt ad reparationem generis humani: cum enim tempus ſit ſucceſſio mutabilitatis, neceſſe eſt eam eſſe modo, ut homo de hoc ſtatu imperfectionis perueniat ad immutabilitatem, & perfectionem, ad quam cum peruentum fuerit, non erit mutatio neceſſaria, ſed potius tunc ſit mala: mutatio enim a perfectione in imperfectionem relabitur. Et ſint in ſigna, & tempora, ſcilicet quarundam noſtrarum actionum, ſicut ſeminandi, metendi, transfretandi, & huiuſmodi. Non enim important neceſſitatem aliquam animis noſtris, ut auferant liberum arbitrium, inclinando eos ad quaſlibet actiones, ſicut fabulantur genethliaci. Verum eſt tamen, quòd quodammodo corporibus dominantur. Tria enim miræ uirtutis, & efficaciæ fecit Deus in creaturis, hęrbas, lapides, ſtellas. Herbæ enim frigefaciunt, & calefaciunt, & totum ſtatum corporis permutant: quam potentiam a domino in creatione ſuſceperunt. Lapides ſimiliter ſtatum corporum diuerſo modo permutant. Stellę quidem omnes, & principaliter planetæ in corporibus ſubiectis ſuos habent effectus permutandi mediante aere. Immutatis uero corporibus per affinitatem, quam habent cum animabus ſibi adiunctis: & ipſę quoq; animę mutantur, gaudium uel triſtitiam, & conſimiles affectiones ſortientes ab

extrinſecis. Iſtæ tamen affectiones non intantum L

dominantur animis hominum, ut actiones noſtrę magis ſequantur eas, quàm diſcretionem mentis, & liberum arbitrium. Iſta autem opinio (ut aiunt quidam ſancti) orta eſt ab Hercule, Athlante, Prometheo: qui creduntur fuiſſe dæmones incarnati, & tradiderunt mathematicam, falſam quidem doctrinam, ſed per quaſdam ueriſimiles rationes eam probauerunt ut facilius

deci-

*Non inutile erit lectoribus attẽdere Ant. F. Sixti in ſua Bib. li. 5 2 par. in principio.*

deciperent homines: & iſtam ſollicitudinem intimarent. Animam uiuentem, atque motabilem, uel mutabilem, ut eſt in Hebręo. Quicquid enim factum eſt propter hominem, fecit Deus ad mutationem, & mortem: hominem uero ſolum ad immortalitatem. Quam produxerant aquæ, ideſt produxerunt, uel poſtquam Deus creauit. Creſcite, ideſt multiplicamini: ut unum ſit gloſſa alterius. Iumenta, & reptilia, & beſtias. tria ponit. Iumenta quæcunque manſueſcunt. Reptilium, tria ſunt genera: trahentia, ſerpentia, repentia. Trahentia ſunt uermes, qui primo terram figentes ore, ſeſe poſtea trahunt. Serpentia, ſerpentes qui extra cutem pedes non habent, ſed intra habent coſtas, quibus innitentes toti ſimul feruntur. Repentia, qui extra cutem pedes habent, ut bottacæ, lacertæ, ſtelliones. Beſtiæ dicuntur ferę, quæ lædunt ungue, uel dente, uel animi beſtiali ſtultitia, ut lupus.

M Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram. Primo dixit: In principio creauit Deus cælum, & terram. Deinde dixit. Fiat lux. hic tertio adiungit: Faciamus hominem &c. In hoc uocari poſſunt tres progreſſus. Primum opus, deinde informans uerbum, Tertio conſilium: per hoc, quòd hic adiungit: Faciamus hominem &c. Nec propterea conſilium inducit, quin æque poſſit facere, & magna, & parua: ſed ut dignitatem creati hominis oſtenderet: & ut nos cautos reddat ne dedignemur conſilium accipere, & ab æqualibus, & a minoribus: cum ipſe ad angelos ita loquatur: quorum miniſterio forſitan formatum eſt corpus hominis. Vel quod melius eſt: accipiamus conſilium trinitatis fuiſſe, & per uerbum plurale diſtinctionem perſonarum: per hoc quòd ſubiungit ſingulariter ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram,

N unitatem eſſentiæ. Quid autem uocet imaginem, quid ſimilitudinem, uideamus. Imago eſt in lineamentis ſimilibus. Similitudo in cuiuſlibet eiuſdem proprietatis participatione. Imaginem Dei ad hominem poſſumus dicere recognitionem ueritatis. Similitudinem, dilectionem unitatis, quæ in utroque, ſ. Deo & homine ſunt. Ad imaginem Dei, factus eſt homo ſecundum animam. Sicut enim imago rei cernitur in ſpeculo: ita anima in ſua ratione Deum cognoſcere poteſt. Ad imaginem, quia non eſt ei uſquequaque ſimilis. Filius imago eſt patris: non ad imaginem: quia quicquid habet pater, totum habet, & filius per naturam. Homo uero ita eſt imago Dei, quòd ad imaginem: quia non per naturam ſed participatione, uel imitatione habet ea quæ Dei ſunt. Vel ad imaginem Dei, quæ in Deo eſt: ſicut eſt omnium creaturarum in mente. Ad ſimilitudinem, quòd ipſi Deo ſimilis eſt homo, in eo, quòd ſicut ab uno Deo omnia, ita ab homine omnes homines. Vel imago, quòd eſt rationalis. Similis, quòd ſicut Deus hominibus: ita homo animalibus dominatur. Preſit piſcibus maris &c. Dominari debuit homo omnibus: ſed O

per peccatum amiſit dominium, & in maximis, & in minimis. Retinuit tamen dominatum in medijs ad conſolationem. In maximis, ut in leonibus perdidit dominium, ut cognoſceret ſe amiſiſſe dignitatem propriam. In minimis amiſit, ut in pulicibus, & muſcis, ad cognoſcendum ſuam uilitatem. Vnde dominus exercitum ueſparum miſit ad uindictam contra Aegyptum: ut notaretur eorum uilitas. Ad imaginem Dei creauit illum: hoc inculcat ad expreſſionem, ut in hoc, quòd Deus notet, reperiatur homo ſimilis Deo, ideſt in ſimplicitate ſubſtantię, & multiplicitate ſcientię, & hoc ſecundum animam. Et erant ualde bona. Nota tres gradus: bonum ſimpliciter, quamlibet creaturam: ualde bona, uniuerſa ſimul: ſumme bonum, ſolum Deum.

Iſtæ ſunt generationes cęli, & terrę. Hęc recapitulatio uidetur contraria eſſe ſuprapoſitę expoſitioni ſex dierum. Ibi enim uiſus eſt dixiſſe, ſex diebus omnia eſſe creata: hic uero uno die. ſed ſi diem confuſe pro tempore accipiamus, & ueriſimilis, & facilis erit ſolutio: & ſic de tempore ſex dierum dictum fuiſſe intelligatur. Generationes uel actiuè, uel paſſiuè poſſunt accipi. Paſſiuè ſic: cęlum, & terra generata, ſunt iſta, ideſt talia: uel actiuè, ideſt operatus eſt Deus circa ea. Antequam oriretur &c. Ideſt ita operatus eſt Deus antequam operatione artificis imitantis, & iuuantis naturam, arbores, & hærbę creſcerent per ſucceſſionem: ſicut modo, ſcilicet in momento reddidit arborem perfectam, & fructum afferentem: ſimiliter &c. Prius quàm germinaret: quia totum ſimul prouenit in perfectum ſtatum. Non enim pluerat Deus &c. Quare nec opere naturæ ſicut modo, nec opere artificis tunc prouenirent incrementa rerum: aperit dicens. Non enim pluerat, unde terra fœcundata per calorem ſuperuenientem pullularet: quod eſt opus naturę. Nec adhuc homo, ideſt artifex erat qui terram coleret. Sed fons aſcendebat &c. Quaſi dicat. non pluerat: Sed fons aſcendit. Quod eſt dicere: etſi non habebant auxilium per pluuiam ut creſcerent, habebant tamen per fontem remedium arbores, & herbę creatæ, ne areſcerent. Fons iſte poteſt intelligi abyſſus, ſcilicet matrix omnium aquarum, ex qua omnes fontes aquarum, & flumina egrediuntur. uel ſingulare leges pro plurali, ut dicatur fons, ideſt fontes. Aſcendit uniuerſam ſuperficiem rigans: non diluuium faciens, ſed ſicut modo humorem in alimentum terræ miniſtrans: non enim ſola illa terra, quæ circa ripas eſt fluminum, humectatur, & irrigatur ab aqua uicini fluuij, ſed circunquaque uſq; ad duodecim uel ſexdecim ſtadia per tracones infundi creditur. Formauit igitur dominus Deus hominem R &c. Quia homo non erat, qui terram coleret: igitur formauit &c. Hic primum, uocat Deum dominum: quia tum primum uere fuit domi-

P Gen. 2.

*Multa adnotat F. Sixtus in ſua Bib li 5. 2. part. ſuper cap. 2. Gen. huic propoſito deſeruientia.*

Q

nus quando ſeruum, ſcilicet hominem ha-
buit. De angelo enim non facit mentionem:
ſed ſicut hiſtoriographus de uiſibilibus inten-
dit: hominem ideſt corpus eius dicit formatum
de limo, qui eſt terra tenax: ut per hoc homi-
nem ad mortalitatem factum, ideſt mori poſ-
ſe innuat. uel per hoc ammonet eum cogita-
re de uilitate ſua: ut humilitatem ſequatur.
Et inſpirauit ſcilicet corpori præparato: ani-
mam præcipue in faciem: quia in ea uigent
operationes animæ in corporalibus ſenſibus, &
in ea diſcernitur utrum homo uiuat an non,
facilius, quàm in cæteris partibus. Plantauerat
autem dominns Deus Paradiſum uoluptatis a
principio. Non antequam cęlum, & terram
crearet (ut uidetur uelle Hieronymus) ſed a
tempore conditionis, quod fuit tertio die. In
S quem poſuit hominem. Extra paradiſum uoluit
eum facere Deus, ut intelligeret ſe ex gratia, non
ex natura in paradiſo locatum. Lignum uitæ:
duo iſta ligna, ideſt lignum uitæ, & lignum
ſcientiæ boni, & mali, propter maiora ſacra-
menta, quæ ſignificant, dicuntur fuiſſe in me-
dio: & diuerſis de cauſis habent hæc nomina.
Lignum enim uitæ: quia in ſe habuit naturam
ut continuaret homini uitam ſi comederetur
T competenter. Factus eſt enim homo mortalis,
& immortalis. Sed ſic immortalis, quòd pote-
rat non mori per cibi ſuſtentationem, quo ege-
bat. Item mortalis, quia perire potuit per ex-
trinſecam uiolentiam. Sed Deus ita munierat
eum intus per lignum uitæ ſumptum in cibum:
& extra per diuinam potentiam, ut poſſet non
mori. Intus portam negligentiæ per ratinnem
hnmanam, extra portam uiolentiæ obſerans
per diuinam cuſtodiam: ut niſi homo ratione
abutens portam negligentiæ aperiret, nunquam
per portam uiolẽtiæ aliquid nociuum intraret.
Sed quia noluit ſibi cauere, ut ſeruaret portam
ſibi commiſſam: merito Deus deſeruit eius cu-
ſtodiam. Lignum autem ſcientiæ dictum eſt,
non propter naturam, quam in ſe haberet: ſed
quia per ipſum ſcitum eſt, utrum eſſet homo
bonus, an malus: ideſt obœdiens an inobœdiens.
Vel quia per obœdientiam eius habiturus erat
homo bona ad quæ tranſiret: per inobœdien-
tiam uero mala, quæ ei comminatus fuerat
Deus: uel quia per ipſum experimento utrumq;
V cognouit. Quę autem ſint illa ſacramenta prin-
cipalia, pro quibus illa ligna poſita fuerint in
medio paradiſi: ſic accipe. Lignum uitæ datum
fuit homini ad ſuſtentationem uitæ temporalis.
Per lignum autem ſcientiæ obœdiendo habitu-
rus erat ęternam uitam. Et fluuius egredieba-
tur. Hic eſt fons ſupradictus, uel fluuius oriens
a fonte illo prius unus, poſt in quatuor di-
uiſus, de loco quodam uoluptatis, ideſt pa-
radiſi, non quòd ibi ortus ſtatim exiret ad
alia loca, ſed ad irrigandum paradiſum egre-
diens. Qui inde diuiditur: uel in ipſo para-
diſo poſtquam aliquandiu ut unus manauit:
uel poſtquam a paradiſo egreſſus eſt. Quęritur, X
quomodo, & in paradiſo oriantur hęc flumi- Quæſtio
na: & in terra noſtra habeant notos fontes, ut inſignis.
dicit Beda. Vnde, & quidam affirmant to-
tam terram futuram paradiſum, ſi homo non
peccaſſet: totam autem factam exilium per
peccatum. Nos uero etſi probabiliter ita di-
ci poſſit, non aſſerimus niſi, quòd ſancti com-
muniter aſſerunt: ſcilicet paradiſum eſſe quem-
dam locum determinatum in parte terræ: &
flumina illa ortum habere in paradiſo, & i-
tem a terra ibidem abſorpta, & extra paradi-
ſum iterum oriri: qui ſecundi ortus nobis no-
ti ſunt. Pręcepit ei Deus de omni ligno para-
diſi &c. Ecce dat pręceptum per quod ſi ſer-
uaret homo, cuſtodiret paradiſum: & hoc ſo-
lum eſt pręceptum de ligno ſcientię ne come-
das. Quod autem præmittitur: ex omni li-
gno paradiſi comede: permiſſio eſt. Et pri-
mum blanditur permittendo, poſt durius locu- Y
turus in prohibitione. Sed quęritur, quare ab- Quęſtio
ſque omni præcepto non dedit Deus homini nesbonę
bonum quod daturus erat ei? Quare etiam
tot permiſit, & unum ſolum prohibuit? Qua-
re etiam, quod prohibuit, non præcepit come-
dere: quod homini eſſet facilius, & æquiua-
lens obœdientia ad meritum? Pręceptum Rñſio.
datum eſt, ut per meritum obœdientiæ glorio-
ſius obtineret bonum. Multa conceſſa ſunt
ut fragilitati humanæ prouideretur: & ut non
poſſet excuſari inobœdientia. Non pręcepit
comedere de ligno ſcientiæ boni, & mali, ut
pura eſſet obœdientia. Cauſaretur enim dia-
bolus dicens. non tantum propter pręceptum
hominem comedere de illo ligno, quantum
pro ſua utilitate. Faciamus ei adiutorium ſi-
mile ſibi. Quia multa iam habebat adiumen-
ta, ſed tamen omnia diſſimilia erant. Ad-
duxit ea ad Adam &c. Vel ſexto die ſicut
ordo narrationis uidetur continere: uel lon-
go tempore poſt, quando diuerſa in diuerſis
locis forte uidit. Quod autem ad eum ad-
ducta ſunt, hęc eſt ratio, ſcilicet quia futurus
erat dominus ſuper omnia illa: & ideo dece-
bat ut pro arbitrio ſuo daret eis nomina. Im-
miſit ergo ſoporem to Adam. hoc ideo fa- Z
ctum eſt, ne ſi uigilanti auferret coſtam, ui- Quæſtio
deretur Deus eum lęſiſſe: Nunc uero ita leni-
ter eam ſumpſit, quòd nec etiam dormientem
excitauit. Quod quidam quęrunt, utrum plu-
res coſtas habuit prius in illo latere de quo illa
coſta ſumpta eſt: quia ſi ſic, tunc Adam per
eam erat ſuperfluus: ſi autem non plures niſi
quot in alio latere habuit, tunc poſtea diminu-
tus fuit: friuolum eſt: quia nec dentes puero- Solutio.
rum, qui poſtea mutantur, dicuntur ſuperflui:
nec ipſi met, quamuis nondum habeant naturę
augmentum, diminuti iudicantur. Sed potius
attendendum eſt, quòd nec de capite, nec de pe-
dibus uiri ſumptum eſt id, unde fieret mulier: ne
aut domina, ſi de capite: aut ancilla, ſi de pedibus
puta-

putaretur. Ideo de medio, ideſt coſta ſumi decuit, ut ſocia intelligeretur. **Quæſtio** Quæritur etiam, utrum cum additione rei extrinſecus ſumptæ de coſta illa facta ſit mulier, an de ſola coſta? & dicunt quidam additum eſſe. **Solutio.** Sed ſi ad perficiendum corpus mulieris de coſta illa Deus extrinſecus augmentum ſumpſit, cum illud quod addebatur maius, quàm ipſa coſta fuerit, potius de illo mulierem factam ſcriptura debuit dicere, unde plures partes ſubſtantię ſuæ acceperit. Reſtat igitur, ut dicamus, coſtam illam in ſemet ipſam multiplicatam: & ex ea mulierem formatam, nullo additamento extrinſecus ſumpto. Maius enim fuit de nihilo omnia facere, quàm paruam ſubſtantiam in ipſam multiplicare. Idem dicimus de illis quinq; panibus in euangelio. Et repleuit carnem pro ea. Ne aut turpis eſſet foſſa, ſi uacua omnino: aut ſi os pro oſſe regeneretur, nullum ſignũ remaneret ablatæ coſtę, per quam conſtat, unum tantum principium eſſe totius generis humani: & ideo retentum eſt ſignum, & ſicut cicatrices Chriſti in triumphum. Quamobrem relinquet homo &c. Duæ iſtę tantum perſonę in paradiſo excludũtur, ſcilicet ne pater cum filia, aut filius cum matre coeat. Lex autem decem perſonas: euangelium uſq; ad ſeptẽ generationes omnes excludit. Quid eſt, quod dicit relinquet? nunquid ut prius faciat, & poſtea dimittat? non. Sed relinquet, ideſt nunquam carnaliter adhęrebit. Nec dicendum, quòd relinquat habitatione aut omnino dilectione, ſed prę uilegio dilectionis, quod ad uxorem trãſferre debet, & etiam relinquat ſubiectione, & tutela paterna a qua emancipatus eſt, ex quo fit pater familias, ut curam proprię familię impendere poſſit. Et erunt duo in carne una, ideſt tanta erit dilectio inter uirum, & mulierem, quòd utriuſq; ſpiritus nullam habebit differentiam inter carnem a ſe uiuificatam, & carnem alterius dilectam, etſi poſſent, in una, & eadem carne libẽter habitarent. Et quia in re non poſſunt facere hanc unitatem, quod poſſunt, faciũt unionem dilectione. uel in carne una, ſcilicet in generatione unius carnis, ideſt prolis cooperabuntur.

A **Gen. 3** SEd, & ſerpens &c. Permiſſus eſt homo tentari: qa aliter non eſſet glorioſum ſtare. Sed nota, quòd non eſt tentatus per aliquam ſimplicem beſtiam, ut eſt columba uel agnus: ne poſſet, ſcilicet excuſare tranſgreſſionem, dicens: Quis putaret dolum ineſſe in huiuſmodi ſpecie uel forma? Cur pręcepit uobis Deus? Caute fingit ſe dubitare de pręcepto prohibente, & ut mulierem faciat dubitare, & Deum qui tam boni ligni fructum prohibuit, oſtẽdat non tantum eos diligere quantum oportebat. Ne forte moriamur. Nota, dominus affirmauit, dicens. Morte moriemini. Mulier dubitauit, inquiens. Ne forte moriamur. Vnde diabolus ſperans per hoc ſe poſſe efficere, quod uolebat, plane, ut aduerſarius, negauit, dicens. Nequaquam moriemini. Aperientur oculi ueſtri. diuinam cognitionem, qua Deus omnium naturas perfecte, & uno intuitu comprehendit, promittit ei. Et eritis ſicut Dij, ſcientes bonum, & malum. Duo promittit, dignitatem, & abundantiam rerum, ut unum perſuadeat, ideſt comeſtionem pomi. Per duo illa, quę promittit, inducit in ſuperbiam, & auaritiam. unde ipſa mulier æſtuando dubitans atq; ponderans promiſſa diaboli, & prohibitionem Dei reſpexit ad lignum: & ita capta eſt gula, ut etiam abſque promiſſis diaboli per ſolum uiſum ad eſum ligni perſuaſa eſt meritò, ut qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc. Dicitur tamen comeſtio pomi primum peccatum, ſed actuale intelligendum eſt, quia præceſſerunt ſuperbia, & auaritia. **B** Aperti ſunt oculi amborum. non, quòd uiderent aliqua, quæ nõ ante uiderent: ſed quia uiſu percipiebant, & cogitabant tale quid, quod non ante. Cumq; cognouiſſent ſe eſſe nudos, ideſt nuditatem diſconuenire pro motu illicito: & quia auferre non potuerunt, tegere uoluerunt partes illas, in quibus motum illicitum ſenſerunt. Iuſte quidem inflicta eſt homini hęc pœna a domino: ut quia ratio noluit obœdire ſuo ſuperiori, ideſt Deo: nec ei obœdiat ſuum inferius, ideſt caro. Ex miſericordia tamen Dei, & ut homo ſubſiſtere poſſit, factum eſt ut cæteræ partes corporis ad nutum rationis ſtent aut moueantur. Vna autem pars rationi non obœdit, in ſignum tranſgreſſionis, ſcilicet pudenda. Ideo uidelicet, quia tota propagatio generis humani per partem illam erat tranſitura. Scriptum eſt in ea, quaſi in porta, ſignum inobœdientię parentum: inobœdientia inflicta membrorum. Folia ficus. **C** Per hoc quidam exiſtimant ficum fuiſſe lignum ſcientiæ boni, & mali: Et quia dominus dixit ad Natanaelem in euangelio: **Ioan. 1.** Prinſquam te Philippus uocaret, cum eſſes ſub ficu, uidi te. Vocem domini deambulantis. Ecce quanta eſt miſericordia Dei: non uult eos ſubito conuenire de culpa ſua, ne amiſſa uerecundia inuerecundi fiant, & pertinaces. Sed dat eis locum pœnitentię, & conſilii: unde deambulat ut audiant, & ſic fiant memores ipſius Dei. Adam, ubi es? Quæſtio, uel ex increpatione, uel ex compaſſione. Eo quòd nudus eſſem. Nota quod ſtulte agit inducens ad ſe excuſandum, quod potius uertitur in eius accuſationem: ut potius per hoc conuincatur peccaſſe in pomo, quam ſe excuſet. Quis enim indicauit? Ac ſi dicat: per nuditatem uolebas te excuſare, ſed potius te accuſat: quia ſignificat nequitiam, & peccatum præceſſiſſe in te. Et uere hoc ſignificat: quia quis, niſi tua nequitia, indicauit tibi, quòd nudus eſſes? **D** Mulier quam dediſti mihi &c. Conuictus de facto, remouet crimen in mulierem, & mulier ſimiliter in ſerpentem: & per hoc uterq; retorquet culpam in authorem Deum. Quia hoc feciſti, maledictus es. De homine peccante non ſtatim dedit ſententiam: ſed propoſita quæſtione dedit ei ſpatium ut cogitaret de cauſa ſua, & pœniteret. Super diabolum autem ſtatim ponit ſententiam: quia, & ante peccauerat in ſe, & modò hominem ad peccandum impulerat. Vnde magis reus factus meruit, ut liceret ei tentare omnes alios futuros. Et hoc totum ad detrimentum

*Deſeruiẽt huic Cap. Annot. ſãcti F. Sixti in ſua Bib. li. 5. & par. dum Geneſis tertiũ ca per Annotare conatur.*

ſuipſius. Et ſicut unus lucifer elatus eſt & omnes
ei conſentientes ceciderunt cum eo: ita hic ipſe
ſolus in ſerpente decepit mulierem: & quia oẽs
alij conſenſerunt ei, omnes cum eo ſuſceperunt
E maledictionem. Non enim ſerpens, ſed qui in
ſerpente latebat diabolus maledicitur. Vocatur
tamen nomine eius, quia eum quaſi tunicam in
duerat, ſed deriſorie: quemadmodum ſi latro ali-
quis aſſumeret ueſtes monachi, ut magis latenter
poſſet furari inter monachos, & ſic deprehenſus
de furto deriſorie quidem monachus appellare-
tur propter aſſumptas ueſtes. Et uocando eum at-
tribuit ea illi quæ ſunt ſerpentis, & eſt hiſtoria me
taphorica. Inimicitias ponam inter te &c. Hic in-
nuitur, quòd Eua reſipiſcens pœnitentiã egerit:
Vnde diabolus doluit. Quaſi dicat, tu gaudebas
modo, quia eam deieceras: ſed fruſtra, quia uictus
F eris a muliere. Semen tuum &c. Semen diaboli uo
cat alios dæmones. Mulieris ſemen alios homines:
quorum quidam futuri erant ſancti & illi conte-
rent caput, ideſt ſuperbiam diaboli de homine
deiecto. Et tu inſidiaberis calcaneo eius, ideſt ſem-
per ſequeris ut decipias. Multiplicabo ærumnas
tuas, reſpectu ærumnarum uiri. Et conceptus tuos.
non uidetur eſſe hoc maledictio, ſed potius bene-
dictio. In lege.n. maledicta erat ſterilis: ſed hoc di
cens ad dolorem reſpicit pariendi: uel propter in
utilitatem concipiendi, quia non totiens pariet:
uel quia morituri erant etiam poſt partum, uel
quia non omnes prædeſtinandi erant ad æternã
uitam, ſicut futurum fuit ſi non peccaſſet. In dolo
re paries &c. Iſte dolor ſuperat omnes dolores. Et
G ſub uiri poteſtate eris. Non ſub regimine tantum
ut prius, ſed ſub uiolẽta dominatione, ut te uulne
ribus affligat. Maledicta erit terra &c. Non feret p
ſe ſponte fructum ut uiuas, uel non reſpondebit
tibi aliquando ſecundum opus tuũ. Comedes hær
bas terræ. Superius dixerat. Ecce dedi uobis omnẽ
hærbam uirentem & omne lignum pomiferũ in
eſcã. Sed ibi dedit eis hærbam ad opus animaliũ:
eis ipſis uerò lignum pomiferum in eſcam: hic
uero maledicẽdo dat hominibus hærbam in eſcã,
cibum ſcilicet iumẽtorum. Mater eſſet, ſcilicet fu-
tura, cunctorum uiuentium. Fecit eis tunicas pelli
ceas: uel de elementis miniſterio angelorum, uel
docuit eos facere detrahẽdo pelles ab animalibus.
H Ecce Adam factus eſt quaſi unus ex nobis. Irriſio
eſt, quæ reſpicit ad ſtultã credulitatem eius de uer
bis ſerpentis. Eritis ſicut dij ſcientes bonum & ma
lum: & quamuis ſola Eua, nõ Adam, hoc crederet,
tamen illi quaſi prælato & doctori imputatur.
Talis autem irriſio aliquando fit merito patientis
& iuſte, ut hic: aliquando ex iniquitia inſultantis, &
eſt ſarcaſmos figura. Nunc ergo ne forte mittat
manum &c. Hinc innuitur, quòd etiam poſt
peccatum ſi comederet homo de ligno uitæ, fieret
immortalis, & eſt oratio defectiua. Quid autem
deficiat, ſubiungens aperit hiſtoriographus ibi,
Emiſit eum &c. In quo innuitur ſupra defeciſſe
Emittamus eum extra paradiſum: & ſic ſubiunge
tetur. Emiſit eum &c. Cherubin & flammeũ gla-
I dium, atque uerſatilem. Quia & homo & diabo

*Notat Guglielmus Borglion, quòd ly in æternam non tenet ſtrictè, ſed largè. ideſt in æuum.*

los uterque in paradiſo peccauerant, uterque ele-
ctus eſt. Et ne alterutri illorum iterum liceret in-
trare, contra utrumq; poſita eſt cuſtodia & offen
diculum. Cherubin ut repellat diabolum, ignis
ut hominem. Et notandum, Deum ſpeciem ignis
facere aut feciſſe, ut in uita ſancti Nicolai legitur,
cuius natura dicitur eſſe, ut ſi quis manũ adhibue
rit, ardorem quidem ſentit, ſed nullam patitur
adustionẽ, & eſt ignis ille talis naturæ, quòd com
burit ſpiritum, nec eget materia, quam cõſumat:
ſicut nec ille qui eſt in ſphera ſolis. Iſte autem no-
ſter ignis & eget materia, & ſolum corpus urit.
Fuit Abel paſtor &c. Breuiter trãſcurrit ea, quæ K
non eſt opus narrare. Cayn de fructibus terræ. Gene. 4.
Credimus, Deum docuiſſe Adam cultum diuinũ,
quo recuperaret eius beniuolentiam quam ami-
ſerat per peccatum tranſgreſſionis: & ipſe docuit
filios ſuos, dare ſcilicet decimas & primitias. Re-
ſpexit dominus ad Abel &c. hanc cõſuetudinẽ cre
ditur Deus habuiſſe erga illos primitiuos patres
ſacrificantes, quòd mittebat ignem de cælo ad cõ
burenda ſacrificia eorũ qui ei placebant. Quòd
autem munera, non ex ſe, ſed ex merito offerentis
ei placebant, per hoc innuitur ꝙ ad Abel offeren-
tem, prius q̃ ad munus, dicitur reſpexiſſe. Peccatũ
in foribus aderit. Duabus de cauſis dicitur aliquid
in foribus adeſſe: uel ut intret, uel ut exeat. Simili
ter & hic de peccato poteſt intelligi. Peccatum in
foribus eſt, ut intret poſt malam cogitationem oc
caſio parata peccandi, quam meritò malæ uolun
tatis homo meretur, & Deus iuſto iudicio ei obij
cit. Hominis autem bene aut male agere, ideo bo-
num uelle aut malum uocat, quia uoluntas homi
nis libera eſt, & ad hoc & ad illud abſque exterio-
ri adminiculo. Peccatum quidem quod eſt in fori L
bus ut exeat, praua uoluntas eſt, quæ non poteſt
celari, quin aliquando exeat, & appareat aliquo ſi
gno. Sub te erit appetitus eius. Hoc eſt in tua po-
teſtate erit cauere tibi, uel ab interiori praua uolũ
tate, uel ab exteriori occaſione peccandi. Vbi eſt
Abel frater tuus? Confeſſionem requirit dominus
ubique, ne poſſit uoluntas excuſari. Vox ſanguinis
&c. Quia indiget uindicta, ideo clamat. Vagus, mu
tatione ſcilicet manſionum: Profugus timore. Mà
ior eſt iniquitas. Ecce ſemper augmentatur pecca
tum: primum fecit fratricidium, deinde menda-
cio uolens latere factum, negauit: modo cõuictus
de crimine, deſperat. A facie terræ & a facie tua.
Omnem humanam conſolationem putat ſibi au-
ferri: ſcilicet bonitatem hominum & diuinã col-
locutionẽ. Qui interfecerit Cayn. Malo ſuo, quia
uolo ut ſeptuplum puniatur, ideſt temporaliter
de te punitio fiat. uel interfector Cayn multipli-
citer punietur. Plus etiam q̃ Cayn, propter prohi-
bitionem homicidij factam a Deo, quæ non erat
facta Cayn. In Cayn ſignum, id eſt tremorem mẽ- M
brorum quaſi † phanatici, ideſt furibundi. unde
dignus apparebat miſericordia, quia pcuſſus erat
ira Dei, & excommunicatus. Cognouit Cayn uxo
rem ſuam, quæ concepit & peperit. Poſt peccatũ
dicuntur uiri cognoſcere uxores, & uxores conci
pere & parere: p quod notatur, ꝙ & filij naſcebã

*Videas Annot. F. Sixti. ſuper Gen. 4. in lib. 5. 2. par. Bibl. Sanctæ.*

† Spatioſi. i. cõcuſſi & ſtare nequẽtis.

tur

tur peccatores, & omnes iſti de genere Cayn per opera propria notantur peccatores fuiſſe. Occidi uirum in uulnus meum. Opinio antiqua tradit hebræorum, Lamech fuiſſe cæcum, & tamen uacaſſe uenationi per quoddam inſtrumentum, ideſt arcum qui non fallit: cuius chordam extenſam quodcunque animal tangit, retendit arcũ & uulneratur. Si quæratur, ad quid uenaretur, cum non liceret carne ueſci ante diluuium? dicimus, ꝓpter pelles animalium, quibus faciebãt calciamenta & pelliceas. Cum igitur quodam tempore Lamech & puer, qui eum ducebat, uacarent uenationi, & Cayn ſicuti furibundus curreret per illũ locum, cum directione ſui ductoris Lamech eum interfecit. Vnde ille iratus puerum ſuum qui eum ducebat, occidit: & ideo de utrinſque interfectione conqueritur cum uxoribus ſuis hoc modo. Occidi uirum &c. Septuplum ultio &c. Quaſi dicat multum punitus eſt Cayn, ſed multo amplius punietur Lamech. Eſt etiam alia opinio de conqueſtione Lamech. Dicunt enim quidam, quòd iſtæ duæ uxores Lamech male tractabant eum aſſidue, & hoc ſine cauſa. Vnde ipſe iratus aliquando conuenit eas & allocutus eſt his uerbis. Audite uxores Lamech &c. Occidi uirum: aut feci aliqđ aliud ſcelus pro quo ſic debeam tractari? Certe ſeptuplum ultio ſumetur de Cayn, ideſt de interfectore Cayn magna pœna accipietur: ſed multò maior pœna in uos pro me irrogabitur. Iſte cœpit inuocare nomen domini. Nouum cultum uel nouas orationes inueniens ad inuocandum Deum ſpecialiter, uel imagines ad Deum repræſentandum & magis diligendum.

N Queſtio

*Alias tangit expoſitiones non contemnendas Petrus Bongus in ſuo de Numeris Myſticis ſcriptura ſancta opere: ſuper Nu. 7. et 77.*

Gen. 5. O

Hic eſt liber generationis &c. Ideo recapitulat, ut reprobata progenie Cayn, oſtendatur per Seth facta propagatio humani generis. Et uocauit nomen eorum Adam. Prius fuit eis commune nomen Adam. Poſtea ſolus uir obtinuit ipſum proprium. Genuit ad imaginem. mortalis mortalem: uel corpus corpus, non anima animam. Iſte cõſolabitur nos operibus, & laboribus manuum noſtrarum &c. Prophetia eſt: per opera peccata, per labores pœnam peccati ſignificat. Vel conſolabitur nos, ſcilicet poſtquàm diluuium deletum fuerit humanum genus, per iſtum ſaltẽ reſtaurabitur, quod diluuium propter opera manuum noſtrarum & propter labores a diuina ultione irrogabitur. In terra cui maledixit domin⁹: loquens ad Adam: Maledicta terra in opere tuo. Noe cum eſſet quingẽtorum annorum genuit, id eſt cœpit gignere, non quòd illos tres ſtatim genuerit, ſed per ſucceſſionem.

*Vide quaſo Annot. F. Sixti ſuper iſtud caput. in lib. 5. 2. par. ſua Bibl.*

Gen. 6. P

Videntes filij Dei &c. In Hebręo eſt, filij angelorum: ſiue bonorum ſiue apoſtatatũ, qui a quibuſdam putãtur concubuiſſe cum mulieribus, & genuiſſe fortiſſimos, & maximos uiros. Non ꝑmanebit ſpiritus meus: ideſt ſpiritus quem dedi homini ad uitam, hoc eſt anima: quia caro eſt. totus homo ſcilicet deprimit totum hominem: & redigit ſpiritum in animalitatem: qui potius debuerat extollere carnem ad ſpiritualitatem. Centum uiginti annorum &c. Sicut Ezechiæ mortem inſtantem minatur, & quia pœnitet, differt mortem: ita iſtis ad pœnitendum cẽtum uiginti annorum ſpatium conceſſerat: & quia fiunt deteriores patientia, ſpatium indultum abbreuiatur: nec in aliquo iſtorum mutatur conſilium Dei, ſed tantũ ſententia. Item quod dicit generaliter: Non permanebit ſpiritus meus in homine: & tamen Noe octauus ſeruatur à miſericordia eius: non diſcrepat: uniuerſaliter minatur: ſed ut benignus in parte punit. Gigantes erant ſuper terram, ut enormitas membrorum ſignificaret ſuperbiam animorum. Potentes a ſeculo, ideſt in ſecularibus: uel quantum potentes a principio ſeculi non ſunt uiſi. Videns autẽ Deus quòd multa eſſet malitia &c. Totiens replicat malitiam iſtorum & inculcat, ut oſtendat, patientiam Dei non potuiſſe leuiter incitari ad tantam ſubuerſionem generis humani abſque iuſtiſſima cauſa. Pœnituit eum, ꝙ hominem feciſſet. Pœnituit enim mutando, quod uidebatur incepiſſe in paradiſo, ubi ita loquitur hominibus. Creſcite & multiplicamini & replete terram. Præcauens in futurum. Non quòd per imprudentiam modo ad hoc uenerit quod non putauerat: quem nihil latet: ſed tam præcauet qui prohibet ne fiat, ꝙ̃ cui prohibetur & ſollicite id uitat. Tactus dolore cordis. Nota: non eſt dolor niſi de †amore amiſſo. Vnde cum amittimus rem de qua nõ curamus: dicimus, non attingit noſtrum cor. Quanto igitur profundior erat amor, tanto altius tangit dolor. Hic uero agitur de rei dilectæ deſtructione: & ideo merito dolor dicitur adeſſe magnus. Ab homine uſq; ad animantia. maximam oſtendit iram Dei trãſituram a maximo ad minimum: & inde ab imo ad ſummum. Hæ ſunt generationes Noe: ſcilicet filij de quibus & iam prædixit, & item repetit ut addat. Corrupta eſt terra coram domino &c. Totum hoc repetit & inculcat, ad augmentum ſceleris oſtendendum, & iuſtam iram uindicis. Quod dicit, coram domino, notat perſonam iudicis: ſcilicet Deum ſcire ut iudicem, qui neſcire dicitur rem, niſi cum probata coram eo fuerit. & ſi enim per ſe ſciat, neſcit tamen ad uindictam. Hoc autem facinus ita erat manifeſtum, quòd nulla egebat probatione: uel coram dño, qui peccatum eorum attendebat. Ipſi enim ita negligenter peccabant, quòd nec ẽt peccatum eſſe reputabant. Finis uniuerſæ carnis &c. Secundum uniuerſale meritum peccatorum, ſequeretur uniuerſalis pœna omnium, ſed per miſericordiam temperatur in parte. Trecentorum cubitorum. Cubitus proprie tenet pedem & dimidium: ſed hic Moyſes de geometrico cubito agit, quem nouerat in Ægypto: qui nouem integre cubitos continet. Vnde conſtat, tantam fuiſſe magnitudinem arcæ, quæ ſufficeret ad omnia animalia capienda quæ uenerunt ad eam. De compoſitione arcæ, utrum in imo lata fuerit & ſemper uſque ad ſummum ſurgens ſtringeretur magis ac magis, an parietes ſurrexerint æqualiter in ſummo, uel etiam plus quàm in imo a ſe diſtantes, & in tecto tantùm fuerit cacuminata, diuerſæ ſunt opiniones. Cœnacula a cœna. ſ. ſolaria. Trigeſta.

*Pulcherrima annotat prædictus F. Sixtus ſuper hoc capitulum in lib. 5. ſua Bibl.*

Eſaiæ. 28

Q

†amato.

Cubitus

ideſt

Triſtega. ideſt diſtinctiones tricameratas ſecundum longitudines manſionum, a tris, & ſtega, qui eſt locus, quo ſtatur in naui dicta. Bina induces in arcam. Hic notat parilitatem maſculi, & fœmellæ.

R Gen.7. TOlles ſeptena. Hic notat numerum. Septem in quolibet genere, non quatuordecim. Similiter duo, de ſingulis immundis, non quatuor. Rupti ſũt omnes fontes abyſſi magnæ &c. Quæritur, utrum ex ſolis illis aquis, quæ tunc erant, factum ſit diluuium, an aer, & cætera elementa conuerſa ſint in aquas, tam pluuiales, quàm labiles, quibus factum ſit diluuium? Quod quidem dubium eſt, ſicut, & illud, quando ſcilicet aquę uaporaliter eriguntur ad ſuperiora, ad temperandum ſuperiorem calorem, utrum minuatur aqua, an tantumdẽ inferioribus remaneat. Cataractæ cęli apertæ ſũt. Quidam uolunt firmamentum apertum fuiſſe, & ſupercæleſtes aquas deſcendiſſe per pluuias: quod dubium eſt ſimiliter.

*Non te pudeat inſpicere Ann. prędictę Bibl. ſanctæ. in lib. 5. 2. part. ſuper hoc Geneſis cap.*

S Gen.8. REcordatus eſt autem Deus Noe, ſcilicet ſecundum effectum, non affectum. Oblitus enim uidebatur, quia tã diu dimiſerat in periculo: modo dicitur recordatus, quia liberat eum. Poſt centũ quinquaginta dies. Ab ingreſſu, uidelicet Noe in arcam, ideſt primo die ſexti menſis ab inundatione. Centum enim quinquaginta dies, quinque menſes integre faciunt. & hic dies eſt decimus octauus ſeptimi menſis anni. Requieuit arca menſe ſeptimo, uigeſimoſeptimo die. Hic eſt uiceſimus dies noni menſis, anni uidelicet non inundationis. Decimo enim menſe, ſcilicet inundationis, prima die menſis, quæ eſt ſcilicet, decima octaua noni menſis. Apparuerunt cacumina montium. Cumq; tranſiſſent quadraginta dies, ideſt poſt uiceſimam ſeptimam diem duodecimi menſis. Emiſit coruum &c. Emiſit quoq; columbam &c. tranſactis ſeptem diebus poſt coruum emiſſum. Et ex hoc conijcitur, quia in ſecunda emiſſione columbæ dicit, expectans aliis ſeptem diebus, poſt primam, ſcilicet emiſſionem. At illa uenit ad eum ad ueſperam, decimanona die primi menſis, ſexcenteſimi primi anni: ſed ab inundatione ſecundo die duodecimi menſis, ideſt quadraginta diebus minus. Expectauitq; nihilominus ſeptem aliis dieb᷒, ut perficerentur nouẽ dies duodecimi menſis ab inundatione: ſed uigeſimiquinti, ſexcenteſimi primi anni. Igitur ſexcẽteſimo primo anno &c. Nota, quod ſequitur, ſecundũ congruentiam narrationis: ſecundum ordinem rerum geſtarum, ſequi non poteſt. Sed per recapitulationem dictum intelligamus, quod prius in narrãdo prętermiſerat.

*Vide F. Sixti Annot. ſup Gen. 8. in lib. 5. 2. par. ſuæ Bibliot.*

T

*Obiectio. Reſponſio.* Si quis autem opponat, ꝙ ſexcenteſimoprimo anno prima die uidit Noe exſiccatam ſuperficiem terræ, & tamen iam ante diximus, ꝙ nonodecimo die eiuſdem menſis columba attulit ramũ: quæ octauo præcedenti, ideſt duodecimo die menſis eiuſdem emiſſa, nec locum, ubi pes eius requieſceret, inuenerit, ſciat hanc eſſe naturam columbæ, ꝙ non poteſt pes eius requieſcere in luto terræ: namq; non ideo dici in hoc loco exſiccatam, quòd ex toto abeſſet aqua, ſed quia uis aquæ receſſerat, nec aderat aqua niſi luculenta. Vnde in ſecundo menſe dicit terram arefactam, quod plus eſt.

V Gen.9 TError ueſter ac tremor ſit ſuper cuncta animantia. Non eſt enim ita uehemens leo ſi non ſit irritatus, qui non reuereatur hominem. Erit uobis in cibum. Hic apparet non propter eſũ carnium deletos eſſe homines in diluuio, unde nõ cibus, ſed intemperatus uſus arguitur. Carnem cum ſanguine non comedetis. Hoc prohibet propter ſignum: ut intelligant ſe debere abſtinere a fundendo ſanguine carnis humanę, quam non licet comedere, cum tantopere prohibeantur a comeſtione ſanguinis licitæ carnis. Et ut hoc intelligatur eſſe prohibitum: ipſe oſtendit ſubiungens: Sanguinem enim animarum ueſtrarum &c. Et hic proprie eſt prohibitio homicidij per pœnam, quam minatur: pręcedens uero prohibitio, quędã competentia eſt ad iſtam faciendam. Cum enim beſtię dignæ ſint pœna, & uindicta, quę non propter malitiam, ſed propter beſtialitatem, & irrationabilitatem ſuam ſanguinem fundunt humanum, quanto magis homo, qui ratione utitur, ſi ſãguinem hominis fundat, debet mulctari: Requirã de manu beſtiarum, ut in reſurrectione tota ſubſtantia hominis ei reſtituatur, licet prius in ſubſtãtiam beſtię comedẽtis hominem tranſierit. Et de manu hominis, dupliciter, ſcilicet uel reſtituendo ſubſtantiam, uel irrogando uindictam. Recordabor fœderis mei, ideſt recordari faciam uos ut cõfidatis, & non timeatis iterum perire diluuio. Porro Cham ipſe eſt pater Chanaan. Hoc ideo pręmiſſum eſt, quia Noe ſtatim maledicturus erat Chanaan nepoti ſuo pro peccato, ſcilicet Cham patris eiuſdem Chanaan. Verenda patris nudata. Hinc apparet homines antiquitus non eſſe uſos fœmoralibus. Nunciauit duobus fratribus. Magna oſtenditur nequitia Cham: non enim ſuffecit ei, quòd ſolus uidiſſet, niſi, & alios participes ſuæ impietatis faceret. Maledictus Chanaan. Quaſi dicat, ſicut non eſt mihi lętitia de te filio meo: ſic nec tu poſſis lętari de tuo. Ibi inducit maledictionẽ, ubi maius ſolet eſſe gaudium. Pręcipue enim de filiis lętãtur parentes. Et benedictus dominus Deus Sem. Non Sem, ſed Deo eius benedicit: ut intelligamus omne bonum noſtrum nõ nobis, ſed Deo eſſe adſcribendum.

*Vide Ann. prędictis F. Sixti I ſua Bib. li. 5. 2. par. ſuper hoc Gen. c.*

X Gen.10. HÆ ſunt generationes Noe. Quę ſcilicet ſequũtur diſtinctę in ſeptuaginta duos patriarchas, populos, & linguas diuerſas, ſcilicet quatuordecim filios Iafeth. Et uiginti ſeptem filios Sem, & triginta unum filios Cham: qui omnes ſeptuaginta duo ſunt numero, ſiue filij, ſiue populi. Ab his diuiſę ſunt inſulę. Poſt diuiſionem linguarum hoc modo terra fuit diuiſa, ꝙ filij Iafeth obtinuerunt ſeptentrionalem partem Aſię, & totam Europam. Filij Cham auſtralem partem Aſię, & totam Africam. Medium autem Aſię, quę maior eſt quã Europa, & Africa, filij Sem poſſederunt. Ipſe cœpit eſſe potens in terra. Iſte Nemroth mole corporis, & uirtute ſuperans alios homines, dominium cœpit exercere ſuper cęteros per uiolentiã: & induxit eos ad idololatriam, ut ignem quaſi Deum colerent, quia utilitates maximas beneficio ſolis, qui igneus

igneus eſt, in terra contingere uidebat. Quē erro-
rē Chaldæi poſtea ſecuti ſunt. Multiplicē iniuriā
& Deo, & homini fecit: Deus enim ſolus debebat
pręeſſe homini, quod ille ei abſtulit, cū ſe illi inter
poſuit, & in ignorantiā redegit, auferendo ei cultū
debitū: hoī uero iniuriā fecit, quia eum dominio
iniuſto oppreſſit, & in errorē decipiendo induxit.
Y ¶ Conſilio, & imperio huius facta fuit turris, con-
De turri ſentientibus ei malis ex uoluntate: melioribus au-
agitur. tē ex coactione, ut Sem, & Heber, & cęteris bonis
Gen. 11. uiris. Huius turris faciendæ, liber dicit cauſam talē
fuiſſe: ſcilicet ut antequā diuiderentur in diuerſas
terras, facerent aliquid glorioſum in memoriā po
ſterorū. Alii dicunt, ideo factam fuiſſe ab eis, ut prę
cauerent ſibi a ſimili diluuio: ut etiam Deus non
poſſet eis nocere, ſi forte iterum puniret homines
per diluuium. Poteſt etiam dici a Nemroth factā
eſſe cupiditate regnandi. Vnde diuiſis linguis, ip-
ſe cū familia ſua ibi remanſit, cæteris recedentib⁹:
& Aſſur expulſo, cui paterno iure contingebat illa
manſio: quia erat de Sem maiore filio. Aſſur autē
recedens in terrā, quę poſtea ab ipſo dicta eſt Aſſy-
ria: multiplicatus eſt uſq; ad regē Ninum, qui ab
eius progenie ortus eſt. Hic condidit ciuitatem, &
uicit Cham in bello, qui uſq; ad illud tempus ui-
xerat: factus rex Bactrię Nino uicinus, & uocatus
Zoroa-ſtes. Zoroaſtes inuentor, & author maleficę mathema
ticæ artis: qui etiā ſeptem liberales artes quatuor-
decim colūnis ſeptē ęneis, & ſeptem lateritiis cō-
tra utrumq; diluuium in utilitatem poſterorum
præuidēs ſcripſit. Huius libros mathematicę, Nin⁹
adeptus uictoriam combuſſit. Poſt hæc audacior
factus inuaſit Nemroth, id eſt Chaldæos: & acqui
ſiuit Babylonem, transferens illuc caput imperii
ſui: & inde dicit ſequens litera. De terra illa egreſ- ”
Venator ſus eſt Aſſur &c. Quia autem dictus eſt uenator, ſi-
mile eſt quaſi dicat, ſcilicet ita concludens coarcta
uit homines, quemadmodū uenator beſtias. Qua-
Quaſi. ſi: iſtud quaſi in uſu dicendi prouerbiū illud con-
ſtruebatur hoc mō: tu es crudelis quaſi Nemroth
robuſtus &c. Hęc eſt ciuitas magna. ſ. Niniue. De
” quib⁹ egreſſi ſunt Philiſtiim, & Capturim. Iſti sūt
Niniue. ” populi, qui proceſſerūt ab illis: nec tamen poſt di
uiſionē linguarū, ſed ante ut diſcederent in ꝓpriis
linguis populi: Alioqui nō ſeptuaginta duę linguę
reperirētur. Nec poſſumus dicere iſta nomina fuiſ
ſe ꝓpria perſonarū: quia nec inuenitur in libro,
quorū filii fuerint. Factiq; sūt termini Chanaā &c.
” Ideo Moyſes ad populū ſuū loquens, deſcribit ter-
minos terrę Chanaan: quia eā erat poſſeſſurus ex
ꝓmiſſu Dei. At uero Arphaxat genuit Sale. Nota ſe
” cundū Lucā, hunc habuiſſe filiū nomine Chaynā,
” quē poſuit in generatione Chriſti, ꝓ Sela. Igitur ui
Sale uel Phalech ſi hūc Chanaā in numero cæterorū ponamus, non
cōplebuntur ſeptuaginta duo. Hæ familię Noe. Re
” petit cōmuniter de generationibus Noe, ut ueniat
ad diuiſionē linguarū per ſuperbiā turris. Nota, ꝙ
oēs pręcedētes Patriarchæ q, & a tribus filiis Noe
deſcenderunt, & alios ſupranominatos, genuerūt:
pręter eos, quos liber noīat, alios quoſdā habuerūt
filios nō noīatos, qui remāſerunt in propriis fami
liis patrum ſuorum. Filii autē, qui nominati ſunt,
per ſe diſcretas fecerūt familias a familiis patrum
ſuorum.

MOrtuus eſt Aram ante Thare: uel in conſpe Z ”
ctu patris ſui poſitus in ignem quem adora Gen. 11.
re nolebat: uel antequam pater ſuus moreretur. *Pulchra annotat F. Sixtus in ſua Bib. li. 5. 2. par. ſuper illud caput.*
DIc ergo obſecro te, ꝙ ſoror mea ſis. Quęritur,
quare tam iuſtus homo uoluerit mentiendo
uitam corporis ſeruare per mortē animæ: uel ui-
tę ſuæ prouidere, & uxoris ſuę pudicitiā neglige-
re: quaſi Deus non potuerit æquè ſeruare eius ui-
tam, & mulieris pudicitiā. Sed conſtat hūc nō mē- A ”
titum: quia ſoror eius erat. Item ſi proferatur uer- Gen. 12.
bum, uel ſignum ad ſignificandum, quod nō eſt, Quæſtio
non tamen propter deceptionē, ſed uel propter u- *Satisfacit huic quæſtio pleniſs. F. Sixtus li ſua Bib. li. 5. 2. pa. Annot. ſuper Gen. 22.*
tilitatem, uel correctionem, uel increpationem:
non dicitur mēdacium: ſicut ipſe dominus Cleo-
phæ, & alio diſcipulo finxit ſe longius ire: nec ta-
men abire uoluit, ſed retineri, ut increparet, & cō-
firmaret eos. Itē Heliſeus ligatus quærentibus eū
dixit ſe non eſſe quē quærebant: ſeq; perducturū Luc. ult.
eos ad eū promiſit: & duxit eos inter medios ho-
ſtes, quod ipſi meruerant apud Deum. Fuitq; rela- B
tor diuinæ uoluntatis, non ſuę: nec accuſatur de
mendacio: ſicut nec ille, qui refert aliena uerba.
Vel ſi cōcedamus Abrahā mētitum fuiſſe ſicut ho-
minem, non eſt mirum: non enim ſemper uerum
dixit. Nunquid non eſt mentitus beatus Petrus ti
more mortis in paſſione domini? Sed ſciēdum, ꝙ
caſus ſanctorum uirorum, quando contingit per-
mittente Deo nobis in ſpem proponitur reſurgen
di. Flagellauit dominus Pharaonem. ſ. per ſterilita
tem. Concluſit. n. dominus per idem tempus om- ”
nes uxores Pharaonis, & familię eius, ut nec conci ”
perent. Pręcepit Pharao ſuper Abraham uiris: ut
præberent ei, ſcilicet conductum ſecurum. ad edu ”
cendum quicquid habebat, nec quis noceret.

ET inuocauit ibi nomē dn̄i. Hoc dupliciter pōt C ”
intelligi. ſ. ꝙ tūc qn̄ altare fecerat, inuocauit, uel Gen. 13.
modo. Si ad ſiniſtrā ieris. Cū cōcedit ei poteſtatem
eligēdi, amputat ab aīo Loth, ne exiſtimet ipſum ”
uelle diſcedere ab eo ideo, ut meliorē partē terræ
ſibi eligat, & retineat. Tibi dabo, & ſemini, id ē ti-
bi i ſemine tuo, nō in pſona tua. Vſq; in ſēpiternū. ”
non, ꝙ ſemper eā habuerint ex ipſo illo, ſed qa nul ”
lus terminus ponitur amittendi eā, uel auferendi. ”
Sicut, & Melchiſedech dicitur nō habere patrē, & *Cur Melchiſedech dicitur ſine patre, & matre.*
matrē, ſolūmodo quia non noīauit eos ſcriptura.

CHodorlaomor. Iſte cōgregauit omnes remo-
tos in auxilium cōtra quinq; reges Sodomo D ”
rū factos ſibi rebelles. Rex gētiū. Nō dicit, quatū, Gen. 14.
quia pluribus dominabatur gentibus. Cōtraq; re *Inſpice Annot F Sixti ſuper illud caput in ſua Bib. li. 5. 2. par.*
gē Bale. Iſtū non nominat, quia minus peccauerat
nominatis. At uerò Melchiſedech proferens panē,
& uinū. Quod inter gētiles ſignū eſt pacis, ſicut, &
oliua ſolebat eſſe. Et nota ordinē: hęc proferens,
bene dixit. ſ. de Deo excelſo: ꝙ. ſ. ad eū pertinebat.
Erat. n. ſacerdos Dei altiſſimi, uel ita intellige. Pro ”
ferens panē, & uinū, quę. ſ. erant, nō purus cibus, ”
ſed ſacrificiū. Erat enim ſacerdos &c. Leua manū. ”
Non cupidus terrenorum. Ad dominum Deum: ”
qui meliora, & plura dare poteſt. A filo ſubtegmi ”
nis. Per hoc notat interiora. Vſq; ad corrigiam cal ”

ciamen-

ciamenti. Per hoc exteriora ſignificat, & omnia communiter excludit.

E Gen. 15. DOmine Deus, quid dabis mihi? Non ex diffidentia dicit hoc; ſed ex deſiderio cognoſcẽdi, quid dari deberet. Et filius, eſt ſcilicet, procuratoris. Iſte Damaſcus &c. Quaſi iratus defectiue loquitur.

F Gen. 17. *Vide Ann. F. Sixti ſuper illud caput ſua Bib. lib. 5. 2. par.* DElebitur anima illa de populo. Si ueniens ad ætatem diſcretionis neglexerit accipere: uel interficietur, uel expelletur a populo.

CVmq; leuaſſet oculos ſuos. Non uidit eos de procul uenientes: ſed ex improuiſo apparẽt, quod ſignum eſt potentiæ. Vita comite. Modus loquendi talis eſt: uel comitante uos, quia uiuetis,

G Gen. 18. *Vide conſimiliter Ann. eiuſdem ſuper iſtud ca. lo. 5. 2. pa. Bibl. ſancta.* & tunc eſt hoc etiam promiſſio. Quare riſit uxor tua? Virum increpat, quia eius eſt caſtigare uxorẽ ſuam. Deſcendam. Tunc deſcendit Deus, quando de inferioribus ſe intromittit. Nunquid perdes iuſtum cum impio? Caute uult per inductionem peruenire ut parcat etiam iniuſtis pro iuſtis, & tamen interrogat, an pro iniuſtis uelit interficere iuſtos; quod non oportet.

H Gen. 19. MInime. Non negant ſe intraturos in ciuitatẽ: ſed ſecundũ oratoriam qualitatẽ loquẽdi innuunt ciues indignos eſſe ad quos diuertãt. Non potero facere quicquã. Modus eſt humanæ conſuetudinis, quod dicit, quaſi dicat: Poſtquam propoſui ita facere, nõ potero aliter facere. Pluit dominus. A domino. Dominus exiſtens ĩ terra pręſens; a dño exiſtente in cælo pluit. Dominus indicãs, a domino imperãte. Abraham conſurgens mane. Nota ſollicitudinẽ ſancti uiri, qui propter hoc mane ſurgit; ut uideat ſi dñs ſeruauerat eos pro quibus orauerat. Recordatus eſt Abrahæ. Nõ tñ ĩ hoc ut ꝓ iuſtis iniuſtos ſaluaret; ſed ne ꝓ iniuſtis iuſtũ perderet. qđ primũ promiſerat Abrahę. At ille non ſenſit neq; quando accubuit &c. Mirũ uidetur, ꝙ concubuerit cũ filia, nec ſenſit tale opus ſe

*Pulchra dubitationis diſſolutio.* facere; ſed ita poſſumus exiſtimare, ꝙ Loth conſueuerat uxorẽ ſuã habere, & tunc ebrius factus putabat illã eſſe præſentem; & ita nõ ſenſit nec cogitauit filiam ſuã eſſe propter ebrietatem. Vterq; tamẽ & pater, & filia peccauit, licet malignã intentionẽ neuter habuerit. Moab quod interpretatur ex patre: quia de patre eũ cõcepera, dedit hoc nomẽ. Altera uocauit filium ſuũ Amon: quod interpretatur filius populi mei; & non ita manifeſtauit facinus ſuum, ſed tantum oſtendit, quod de quodam de populo ſuo conceperat.

I Gen. 20. PRofectus inde Abraham in terrã auſtralẽ &c. Peregrinatus eſt in geraris. Videtur hoc eſſe dictũ per recapitulationem: quia dicit placuiſſe Saram Abimelech, ob nimiam pulchritudinẽ: quod non uidetur uerum, cum iam ſuperius dictum ſit eam eſſe uetulam, & emortuã, & muliebria ei ceſſaſſe, propter ſenectutem. Poteſt etiam dici, quòd licet multũ ætate proceſſiſſet, nõ tñ amiſerat pulchritudinẽ, quã habebat magnã naturaliter. Venit aũt Deꝰ ad Abimelech ꝑ ſomnũ. Idẽ fuiſſe factũ apud Pharaonẽ intelligẽdũ ẽ; ꝗuis ibi taceatur. Filia patris mei, id eſt filia Thare. dicitur. n. ſm quoſdã Thare pater Abrahã mortua matre ipſius Abrahã, duxit aliã uxorẽ: de qua genuit Sarã: & ita non fuit filia Aram. uel põt dici, ꝙ fuerit filia patris Abrahæ. i. Thare: quia neptis. Vel aliter filia patris, mei. i. qui eſt meus: ſ. meus frater. Hoc erit tibi in uelamẽ oculorũ, id eſt ad uela, aut pepla emẽda, ne amplius detegas faciẽ tuã, & amereris ab aliquo, & capiaris ſicut modo. Vel aliter, in uelamen oculorũ, id eſt in opprobrium, & erubeſcentiã: quia illi erubeſcũt, qui de aliquo facto ſolẽt uelare oculos, & ut amodo caueas huiuſmodi euẽtũ. Memẽto te eſſe depræhenſam. In hoc. ſ. quod dixiſti: ꝙ uir tuꝰ erat frater tuus. Orante autẽ Abrahã ſanauit Deus Abimelech, & uxorem &c. Quod hic addit de Abimelech, ꝙ eũ ſanauit, & uxorem, & ancillas quas concluſerat ne parerent, totum intelligẽdum eſt de Pharaone ſimiliter factũ fuiſſe: ſed ibi tacetur. Igitur hic manifeſtatur quo flagello flagellatus ſit Pharao, id eſt ſterilitate: & eodem modo ſicut Abimelech ſanatus fuit per orationem Abrahæ. K

APeruit oculos eius Deus, quæ uidens puteũ. Non ſubito factus eſt puteus: ſed qui prius erat factus, ſubito uiſus eſt ab ea. L Gen. 21.

TOlle filium tuum unigenitũ, quẽ diligis &c. Omnibus iſtis uerbis intendit hoc, ut magis, & magis accẽdat carnalem amorem patris erga filium: ut poſtea præponat amorẽ Dei ſuo carnali amori: & cum uicerit glorioſior ſit uictoria. Die autem tertio eleuatis oculis. Quia nõ ſũt tres dietæ a Berſabee uſq; Hieruſalem: dicunt quidã, ꝙ ille mons ſuper quem ſacrificauit Abrahã, non ſit ille idem, ubi crucifixus eſt Chriſtus. Sed falluntur (ut credimus) q hęc dicunt. Potuit. n. Abrahã facere paruas dietas: ut homo qui ualde ſollicitus erat, tum de morte filii ſui, tum de imperio domini: & minus cogitabat de feſtinatione itineris. Filio tuo unigenito: reſpectu liberę. Poſſidebit ſemen tuum portas inimicorũ ſuorũ, id eſt fortes erunt, & bellatores; & ita ui obtinebunt ciuitates inimicorũ ſuorum. uel quia in portis ſolet fieri iudicium: notat eos futuros iudices inimicorum ſuorum. M Gen. 22. *Inſpice Ann. F. Sixti ſuper hoc cap. in ſua Bib. li. 5. 2. parte.*

SEd quantũ eſt hoc? Quaſi dicat magnum eſſet tibi, & grauarem te. Potius facias quod uis, & nihil mihi des, uel aliter: quantum eſt hoc? Quaſi dicat. Quare parũ eſt quantũ ad me? & nunquã pro tã paruo precio ero uenditor, potius accipe ſine precio. Spelũca duplex. Domus quędã fuit ſubterranea, in qua erat ſolarium: & multi poterãt ſepeliri in ea in diuerſis foueis ut ſubtꝰ & ſupra. Nõ peccauit Ephrõ, qui uendidit; nec Abraham, qui emit. Nec etiã hodie peccaret, ſi quis emeret purũ agrum, ut faceret ibi cœmiterium: ſed qui cœmiterium uendit, grauiter peccat. N Gen. 23.

DOmine Deus Domini mei. Secundũ opiniones gentium loquitur, quæ habebãt ſingulę proprios Deos. Igitur puella cui dixero &c. Augriũ eſt; nec tñ peccat, qa ſpiritu ſancto dictãte hoc fecit. Depoſuit hydriã ſup ulnã. de ſcapula ſeu humero uſq; ſuper ulnã depoſuit, ut ille cõpetentius poſſet bibere. Ad lauãdos pedes camelorũ, id eſt ad uadandũ ne immũditia eis noceret. In cõſpectu eius panis. Nota in ueteri teſtamento, uix aliquãdo dicitur apponi cibus, niſi panis: non quod ſolo O Gen. 24. *Inſpice prędicti Ann. ſuper hoc caput ĩ ſua Bib. li. 5. 2. par.*

lo

lo pane uiuerent, ſed quia panis principalis eſt in menſa, & maxime quia principalem, & ſpiritualē panem ſignificat. Reſpondit ei, Bathuel pater puellæ ſcilicet. Et dominus benedixit domino
P meo. In tota ſua iſta oratione intendit perſuadere, ut, & parentes uelint filiam ſuam concedere filio Abrahæ: quia eſt ſcilicet à Deo dilectus, & diues, & iuuenis, futurus hæres totius hęreditatis patris. Deniq; quia, & diuino ductu, & ſorte aduenit. Ex quibus omnibus diuina uoluntas probata eſt, contra quam non oporteret fieri. Et nō dederint tibi. Ecce quaſi onus repulſæ ſuperimponit eis, ſi noluerint acquieſcere illi facto, quod non ſolum Abraham appetit, ſed etiam dominus ad id dirigit. Si facitis ueritatem, & miſericordiam. Sæpe coniungit hæc duo: & eſt ueritas, quando æquum eſt: miſericordia, quando poteſt negari, nec eſt q cogat. A domino eſt ſermo. Illi argumento, quod firmius eſt, reſpondet. Rebeccæ pro munere: quaſi in arram. Quæramus ipſius uoluntatem. Hinc eſt orta conſuetudo inquirendi uolūtatem in deſponſationibus. In tantum dilexit ut dolorem temperet. Non tamen omnino auferat: nec luxurię cauſa hoc dictum eſt: ſed conſolationis.

Q
Gen. 25. CVncta quæ poſſederant. Capitalem cenſum ut domos, & ædificia dedit Iſaac. Vende mihi primogenita: uel primogenita animalium, quæ extra partem contingebant maiori: uel primogenita dicebantur ſacerdotalis dignitas. Nam de benedictione paterna non poſſumus hoc intelligere.
Ca. 27. In ſequentibus enim dicet Eſau. En altera uice me ſupplantauit. primogenita mea ante tulit: modo item benedictionem ſubripuit. En morior. quaſi dicat, non ſemper uiuam, ſed moriar, nec ſcio quando: quid igitur ualebunt mihi primogenita?
R Iura ergo mihi. non credit ei ſine iuramento, quòd pactum teneat. Et lentis edulio. Hic oſtendit quæ ſupradicta fuerit decoctio.

S
Gen. 26.
*Vide Ann. F. Sixti ſuper hoc caput in ſua Bibl. lib. 5. 2. partes.* AD torrentem geraræ fodit puteos. Quia in torrente non eſt aqua, niſi ad horam poſt pluuias, & ſtatim deficit. Nunc dilatauit me dominus. Patet, quòd pro magno bono reputabant puteum in terra aliena arenti.

BEnedicens ergo ait illi. Tu es &c. Nondum ponit benedictionem, ſed præparatio eſt ad
T benedictionem: quòd ita interrogat. Tu es filius
Geo. 27. meus Eſau? & cætera quę ſequuntur. Fragrantiā à fragrando, & illud à frangendo dicitur. Illa enim
*Vide eiuſdē Annot. ſuper Gen. 27. ibidē.* quæ redolent, maiorem emittunt odorem, quando franguntur. Sicut odor agri pleni, ſcilicet floribus redolentibus. Cui benedixit dominus. Magnam abundantiam florum talium conferendo. Det tibi Deus de rore cæli, & de pinguedine terrę. Hic continetur benedictio temporalium, quæ principaliter conſtat in duobus quæ coniungit, ſcilicet rore cæli, & pinguedine terræ. Si enim pluat, & terra non ſit pinguis: aut ſi ſit pinguis, & non pluat, non eſt perfecta abundantia. Et notandum, quòd non ſecundū intentionem, immo magis ſecundum uerba, facta eſt iſta benedictio: ſicut aliquis epiſcopus putans ſe ordinare aliquem de clericis proprię eccleſiæ, ordinaret clericum alterius eccleſiæ ei conſimilem, ille tunc qui ita fraudulenter accederet, eſſet reuera ordinatus, non il- V
le quē epiſcopus ordinare putauit. Quæritur etiā Quęſtio.
ſi aliqua fraude ſupponitur deſponſanda alicui uiro, putanti aliam ſe deſponſare ſibi, utrum firmū debeat eſſe coniugium. Sed ſciendum, quòd ideo Rñſio.
firmum haberi non debet, quia in nuptiis quicqd teneri oportet, ſolo conſenſu utriuſq; ratum efficitur. Si tamen poſtea utriq; conſentire uoluerint, erit coniugium, & firmum cenſetur. Sciendum autem apud ueteres patriarchas, hanc gratiam collatam fuiſſe eis a domino: ut cui benedicerent filio, ille multiplicabatur etiam in temporalibus ſuper fratres ſuos. Dominum tuum illum conſtitui. Ecce apparet, quòd benedictionem factam mutare non poteſt. In pinguedine terræ, & rore cæli erit benedictio tua. Quaſi dicat in partem recipies: non in perfectionem. Si acceperit Iacob uxorem &c. Non uult ei manifeſtare odium Eſau, ne pater odio haberet Iacob filium ſuum.

X
Gen. 28.
*Vide eiuſdem Ann. ſuper Gen. 28. ibidem.* TVlit de lapidibus, qui iacebant &c. Veriſimile eſt, quòd non ſolus ibat Iacob eo, quòd dormierit extra ciuitatem: quæ ciuitas prius uocata eſt Luza, & poſtea dicta eſt ab illo Bethel, propter uiſionem quam uidit iuxta ciuitatem dormiens lapide ſuppoſito ad caput ſuum. Quā terribilis eſt locus iſte. Dignus reuerentia, cum timore ſcilicet, propter maieſtatem ibi uiſam. Erexit in titulū. Signū ſcilicet, & monimentum uiſionis ſuæ. Et lapis iſte quem erexit &c. Et ciuitatem, & ipſum lapidē domum Dei, id eſt Bethel uocat.

Y
Geo. 29. AMouit lapidem, quo puteus claudebatur. Per hoc etiam patet, quòd non ſolus erat Iacob: ſed ſocios de domo patris ſui adduxerat. Eleuata uoce fleuit. Pietatis eſt indiciū. Auditis cauſis itineris. Nō, quòd pro timore fratris exulaſſet, ſed pro uxore accipienda de genere ſuo adueniſſet. Os meum, & caro mea. Verba pietatis ſunt. q.d. Quacunq; cauſa huc ueneris, iuſtum eſt, ut te recipiam. Facere uoluiſti. Quare ad hanc uoluntatē te inclinaſti? quaſi dicat, ī quo promerui hoc a te fieri?

Z
Gen. 30.
*Vide Ann. F. Sixti ſuper cap. in ſua Bibl. lib. 5. 2. part.* NVm pro Deo ego ſum? id eſt loco Dei, ut reſtituam, quod ille abſtulit? Dormiuit cum illa, & exaudiuit Deus. In hoc apparet, quòd non ex luxuria, ſed cā prolis tm̄ emit concubitum. Non .n. Deus inhoneſta uota exaudiret. Nihil uolo. Nunc S. accipere a te de tuo. Vel nullū certū præmiū, ſed qđ Deus mihi dederit ſecundum certā conuētionē. Et omnia quę non fuerint maculoſa &c. Subauditur: ſi accepero. Argues me de facto. Diuiſit gregē Iacob. ſ. ſeparādo arietes ab ouibus uſq; ad horā adaquandi, ut tunc tantum arietes aſcenderent oues, quādo uirgas in canalibus uiderent utriq;.

A
Gen. 31. VIdi enim omnia, quæ fecit tibi Laban. Ecce per diuinū reſponsū apparet, eū nō peccaſſe fraude aliqua, quia iuſtū erat eū accipe aliā mercedē q̄ uxores, quas dono debuiſſet ei dare Laban.

Gen. 33. QVaſi uiderī uultū Dei. Adulatur, ne moriatur. Reuerſus eſt itaq; die illo Eſau itinere, quo uenerat in Seyr, Non uidetur uerū, quod uno die cum tanto exercitu rediret uſq; ī Seyr: ſed illo profectus eſt: non tamen eodem die peruenit illuc.

Quando

,, B Gen. 34. QVando grauiſſimus uulnerum dolor eſt. Forſitan rationem phyſicam tãgit, quòd in tertia die grauior eſt dolor uulnerum.

,, C Gen. 35. ABijcite Deos alienos &c. Fortaſſe aliqui erãt in ſocietate Iacob, qui colebant Deos alienos, Vel aliter. Conſuetudo erat apud illos antiquos, licet unum ſolum Deum crederent: imagines tamen quaſdam habebant, quas uerebantur: non quòd Deos crederent ut idololatræ: ſed ut recordarentur p eas ſummi Dei. Has tamẽ imagines ne in deterius uertãtur, prohibet modo Iacob, ne ,, habeat ſua familia. Et effundens oleum. Secunda uice oleum modo fundit.

,, D Gen. 36. TVlit autem uxores ſuas, & filios &c. Quid eſt quod dicit poſt mortem patris Iſaac, totam ſubſtantiam ſuam quam habebat Eſau in terra Chanaan, tuliſſe in montem Seyr, & ibi deinceps manſiſſe: cum ante iam dictum fuerit, ꝙ Eſau iam in monte Seyr habitabat: & inde etiam " mouit ut ueniret in occurſum Iacob fratris ſui: & a fratre recedens illuc iterum reuerſus eſt, ut ibi habitaret? Ad quod poſſumus dicere, quòd ad funus patris celebrãdum cum pecunia ſua acceſſit: uel propter aduentum fratris, lætitia exhilaratus, ut cum fratre habitaret, uenit in terram Chanaã: & ibi moratus eſt uſque ad obitum patris. Poſtea uero receſſit in montem Seyr: quod modo dicit. ,, Reges autem qui regnauerunt in terra Edom. Ve- ,, riſimile eſt poſt combuſtionem legis per Babylonios in reſtitutione hanc partem appoſitam ad legem ab Eſdra, qui potuit ſcire qui reges præceſſerint ĩ populo Eſau, ante Saulem regẽ Iſrael. Friuolum enim uidetur dicere quòd Moyſes iſtud per ſpiritum Prophetiæ narraret. Et hæ ſunt genera- ,, tiones eius. Reuertitur ad generationes Iacob præmiſſas, ut eas proſequatur.

,, E Gen. 37. TVnicam polymitam multicolorem uarijs filis & licijs contextam. Ex hoc aũt & ex alijs pluribus, quæ concurrerunt, cõflata eſt inuidia & augmẽtata: probet enim dominus occaſiones peccãdi eis qui meruerũt. Vnde ſupra. Si male egeris, ſtatim peccatũ in forib. aderit. Vidi quaſi ſolem & lunam. Ad hoc alludit ſomniũ, quòd ſi mater uiueret, ſicut pater & fratres, eum adoraret. Nũ ego & mater tua? Hoc dicit pater, ut oſtendat ſomniũ ſine interpretatione eſſe, quia matri conuenire nõ poteſt ut eum adoret; & per hoc intendit lenire inuidiam fratrum. Et ſedentes ut comederent. Abſẽ ,, te Ruben, quo ſolo neſciente inuentum nouũ cõ- ,, ſilium, ut eum uẽderent. Ipſe autem cogitabat ab- ,, ſtrahere eum a ciſterna latenter & reddere patri. ,, Vnde doluit ualde, poſtquàm nõ inuenit eum ibi. ,, Reſinam & ſtactem. Reſina dicitur quicquid de arbore fluit, ſiue liquidum remaneat ſiue induretur ut gũmi. Stactis eſt flos myrrhæ: quæ & gutta ,, & aloe dicitur. Madianitæ & Iſmaelitæ. idem populus, uel ſi diuerſi, de utroque populo erant mercatores, qui uendiderunt Ioſeph.

*Inſpicias Annot prædictis F Sixti in ſua Biblio ſuper hoc c. lib. 5. 2 part.*

Cap. 4.

,, F Gen. 38. EOdem tempore deſcendẽs Iudas. Reuertitur ad narrandum de alijs filijs Iſrael. Virum adolamitem. Iſte fuit opilio Iudæ: & tamen accerſit ſibi filiam eius in uxorem. Ingredere ad uxorem fratris tui. Nota: multa ante legem tenebant in conſuetudine, quæ poſtea ſcripta ſunt in lege: ut eſt iſtud, quòd iubet, filium ad uxorem fratris ingre ,, di: & quòd in ſequentibus præcepit Thamar cõ ,, buri quaſi in adulterio depræhenſam. Theriſtrũ. Veſtis eſt adeo ſubtilis, quòd mulier per eam põt uidere alios: ipſa tamen non uidetur in facie aper ,, te. Ad unum concubitum mulier concepit. Iudas ,, non poteſt excuſari, quin ex libidine ſola petierit concubitum, quia meretricem putabat: Thamar autem excuſatur, quia prolem tantũ deſiderabat.

*Inſpice Annot F. Sixti ſup. hoc capitulum in ſua Bib. li. 5. 2. par.*

Theriſtrum.

G ,, Gen. 39. NEc quicquã aliud nouerat, niſi panem quo ueſcebatur: id eſt de nulla rerum ſuarum curam habebat ille Ægyptius. Sed omnia tradiderat Ioſeph, ignorans, ideſt non curans cætera, præter panem, quo ueſcebatur. Vel poteſt dici ꝙ quamuis Ioſeph ita ſeruiret, tamen de ſeruitio nõ lucrabatur, niſi uictum.

H ,, Gen. 40. NAm alter pincernis præerat &c. Quaſi dicat non mirum eſt ſi iſtis iratus eſt: quia in domo regis præerant talibus officijs, ex quibus facile poterant eum offendere. Hæc eſt interpretatio ſõ ,, nij. Hodie non conceditur nobis exponere aliqđ ,, ſomnium, ſed potius prohibetur.

I ,, Gen. 41. NOn mouebit quiſquam manum aut pedem &c. Hyperbolica eſt locutio, ad ſignificãdũ magnam eius eſſe poteſtatem. Vel poſſumus dicere, quòd mouere manum aut pedẽ, uocat hic magna negocia: ſicut turrem aliquam conſtruere: aut habitationem mutare, uel exeundo extra, uel intrãdo Ægyptum. Quod dicit. Ego ſum Pharao: ,, quaſi iurans per nomen ſuum, confirmat, ita hoc ,, qđ ſequitur. Veſtiuit eum ſtola biſſina. Stola dici- ,, tur a ſtolon græco, quod eſt longum: & eſt ueſtis longa, totum corpus operiens uſque ad talos: quæ & talaris & poderis dicitur. Illa ſtola qua modo utuntur ſacerdotes orarium dicitur ab orando: quia nulla communis oratio fit ſine ea, ſicut exorciſmi, & abſolutiones, & aquæ benedictio, & cætera huiuſmodi.

Stola. Verius a ſtolizo, i. orno.

K ,, Gen. 42. EXploratores eſtis &c. Hic tacentur quædam, quæ in ſequentibus quaſi per recapitulationem dicentur. ſ. quòd Ioſeph in primis quæſiuit ab eis, utrũ haberent patrem, & ſi haberent aliquẽ aliũ fratrẽ: & totã cognationem ex ordine. Quib. cognitis uoluit eis crimen imponere, non maliuole, ſed ut adducerẽt ei uterinum fratrem Bẽiamin. Si etiam mentitus eſt, non eſt curandum, quia nõ egit malitioſe. Apertoque unus ſacco ut daret &c. ,, Idem intelligendum eſt de cæteris, quod in ſequẽ ,, tibus manifeſtabitur.

L ,, Gen. 43. INterrogauit nos homo per ordinem noſtrã progeniem. Non eſt credendum mentiri eos patri, ut ſe defendãt: ſed qđ in ſuperioribus nunc fuerat dictum, hic ſubiungunt. Donec ingrederetur ,, Ioſeph meridie &c. Hic notatur frugalitas an- ,, tiquorum qui non erant adeo guloſi ut ante meridiem comederent. ſicut illa de quibus dicitur. Væh terræ, cuius rex puer eſt, & cuius principes mane comedunt.

M ,, Eccl. 10.

N ,, Gen. 44. ET in quo augurari ſolet. Hoc fingit ad aggrauandam cauſam maleficij eorum, non quòd

uerum

uerum ſuerit Ioſeph de tali maleficio ſe intromi-
ſiſſe. Fiat iuxta lentenriam ueſtram. Sententia
eorum eſt, ut unus fiat ſeruus, quia hoc conti-
netur in ea, quamuis & plus. An ignoratis quòd
non ſit ſimilis mei in augurandi ſcientia: Deri-
ſio eſt. Interrogaſti prius ſeruos tuos &c. Hinc
apparet, eos non fuiſſe mentitos patri ſuo, quan-
do dixerunt: Interrrogauit nos homo per ordi
nem generationem noſtram: quia ipſi modo in
tanto periculo poſiti, non poterant ei mentiri
de re cognita.

O GLoriam meam. Non ſuperbe hoc dicit: ſed
Gen. 45. ad conſolationem & lætitiam patris ſui. Re-
uixit ſpiritus eius. Superueniente gaudio conſola
tionis poſt deſolationẽ. Sufficit mihi. Quaſi dicat
de pœna & gloria eius nõ multũ curo ſi tñ uiuit.

P DEteſtantur ęgypti oẽs paſtores ouium. Quia
Gen. 46. nõ comedũt eas, ſed potius colunt ut Deũ.
ſcilicet Ammonem.

Q DEus omniputens apparuit mihi in luza. Hoc
Gen. 48. repetit ut per benedictionẽ a Deo ſuſceptã
oſtendat ſe habere poteſtatẽ cõſtituendi Effraim
& Manaſſem principes familiarum, & adoptan-
di eos. Mortua eſt Rachel. Hoc malum ponit
quòd mortua eſt ante diem: ut amplificatio
filiorum Rachel quos ipſe hic dicat, conſolatio
ſit infortunij materni. Vel excuſat ſe quòd Ra-
chelem mortuam non ſepeliuit, ubi modo ſepe-
liri uolebat. Cumque tuliſſet eos Ioſeph de
gremio, id eſt amplexu patris Iacob pronus ado-
rauit ideſt humiliauit ſe Deo, proſtratus in ter-
ram. Poſuit Effraim &c. Vel poſſumus dicere
ꝙ Ioſeph humiliauit ſe ad benedictionem ſuſci-
piendam pro filiis ſuis. Benedixitq; Ioſeph, in filijs
ſuis ſcilicet: unde tota benedictio filijs ſubſequen
ter attribuitur.

R TV fortitudo mea. Tu debuiſſes eſſe fortitudo
Gen. 49. mea & tamen effuſus es ſicut aqua: ideſt ita
uiliſicat⁹ ſicut aqua quę effunditur de uaſe aliquo.
Non creſcas, id eſt non aſcẽdas ad dignitatẽ prin
cipatus ſuper alius quam lege natiuitatis debue-
ras obtinere, ſi non peccaſſes. Vaſa iniquitatis: qa
prauam uoluntatem iniquitatis intra ſe clauſam
tenentes, ſicut uaſa celabant & cogitabãt. Requie
ſcens accubuiſti ut leo & quaſi leæna. Metaphori-
ce oſtendit eum futurum fortem bellaturem, quẽ
nemo audeat inquietare. Non auferetur ſceptrũ,
ideſt dominium quoddam, ſicut quòd primus in-
trauit mare rubrũ: uel quòd primus obtulit ob-
lationem in deſerto conſtructo tabernaculo, &
huiuſmodi parua prælatio. Donec ueniat qui mit
tendus eſt. In hebræo eſt, donec ueniat Silo, ubi
Saul a Samuele inunctus eſt in regem. Et eſt ſen-
ſus uſque ad Saulem, & poſt eum habebit Iu
das principatum: quia eripuit ſcilicet Ioſeph
a manibus ſratrum ſuorum: Quod ſequitur.
Et ipſe erit expectatio gentium: hebræi hoc
totum ad ipſum referunt, de quo dominus re-
ſpondit. Iudas aſcendet pro uobis in prælium.
Gentes uocat diuerſas tribus. Ligans ad ui-
neam pullum ſuum. Quaſi dicat tanta erit
fertilitas in uinea eius, quòd ad unam uitem
poterit onerari unus aſinus, & ad eam ligabi
tur uſquequo oneratus ſit. Quod autem ſequi- S
tur. Et ad uitem &c. Replicatio eſt, & habetur
ita in hebræo, & ad uitem filius aſinæ: non o fi-
li mi. Lauabit in uino &c. Hoc item exaggeratio
eſt fertilitatis. Et in ſanguine uuæ. hoc etiam re-
plicatio. Pallium & ſtolam quamlibet ueſtem
appellans. Pulchriores ſunt oculi eius uino. In
hebræo habetur, rubicundiores: & notat ſecun-
dum hebręos abundantiam uini, quod apparet in
oculis potantium. Dentes eius lacte candidiores.
Hic notatur etiam ſecundum illos abundantia
uinum, & lactis, quod in dentibus apparet come-
ſtum. Zabulon in littore maris &c. Hic notatur
locus habitationis eius in terra promiſſionis. Yſa-
char aſinus fortis. Iſtum prædicit manſurum in T
terminis diuerſarum regionum, & futurum mer-
catorem & inde multa lucraturum: quod per hoc
notat ubi dicit. Factuſque eſt tributis ſeruiens:
non quòd alicuius ſeruus fiat. Vidit requiem. Re
quiem uocat terram fœcũdam quam poſſidebat:
quod & ſubinnuit dicens. Et terram quòd eſſet
optima. Dan iudicabat &c. Nec iſte exiſtimare-
tur uilior alijs, quia erat filius ancillæ: dicit
quòd iudicabit ſicut, & cęteri. Et hoc dicit pro-
pter Samſon quem metaphorice & colubrum &
ceraſtẽ nominat: quia quaſi humilis & terra, gra-
diens non æques, multos æquites philiſtinorum
proſtrauit. quòd uero dicit. Mordens ungulas
equi: metaphorice alluit. Salutare tuum expe-
ctabo domine. Quaſi dicat quamuis tantus & ta-
lis ſit futurus: non tamen debet exiſtimari eſſe
meſſias, ideſt Chriſtus: ſed alium expectabo ſalua-
torem. Gad accinctus &c. Notat hic quòd Ru-
ben & Gad & dimidia tribus Manaſſe, ante alios V
tranſierunt Iordanem, ad acquirendam terram
promiſſionis fratribus ſuis, & poſt regreſſi ſunt
iterum ad terram ſuam citra Iordanem, quam
petiuerant, quia erat paſcuoſa. Quidam tamen
dicunt, quòd antequàm ſimul illi tres rediren
poſt debellatam terram promiſſionis, ſolus Gad
redijt ad liberandos filios & uxores quos hoſtes
inuaſerant, dum ipſi fuerunt in expeditione ultra
Iordanem. Et hoc uolunt per hoc intelligi, ubi
dicitur: Accingetur retrorſum. Aſer pinguis
&c. Solummodo abundantiam & delicias fu-
turas notat ſecundum hebræos. Neptalim cer-
uus emiſſus. Ceruus emiſſus dicitur, quia ter-
ra quam obtinuit citius quàm alię meſſem ma-
turam ferebat. Vnde in paſcha primum ſacri-
ficium fiebat & laus Deo quam uocat eloquium
pulchritudinis. Ioſeph filius accreſcens. Du- X
plicem partem quam filij eius habuerunt, no-
tat, & illam etiam partem quam Ioſeph ſeorſum
obtinuit. Decorus aſpectu. Pulchritudinem eius
innuit, propter quam Aegyptiæ mulieres eum
amabant: quod ibi aperit ubi dicit. Filiæ di-
ſcurrerunt ſuper murum: ad illum uidendum
ſcilicet. Sed propter eandem cauſam uiri ha-
buerunt eum odio: quod ibi dicit. Sed exaſ-
perauerunt eum &c. Vel ad fratres eius poteſt
hoc retorqueri: qui contra eum, quamuis tam

magnus futurus eſſet, innidiam habuerunt. Sed contra hæc mala liberauit eum potens patris ſui Iacob, id eſt Deus. Quia in forti, ſcilicet Deo ſedit arcus eius, ſcilicet Ioſeph, & uincula impedimenta brachiorum, & inde omnium operum per manus potentis: id eſt per operationem diuiná. Diſſoluta ſunt inde, id eſt a potente patris Iacob. Eſt ipſe effectus paſtor in Aegypto ſcilicet, totius familię ſuæ. Et per hunc paſtorem (a Deo tamen) Iſrael eſt effectus lapis: id eſt firmus. Vel ſicut in

Y hebræo eſt: inde paſtorauit lapidem Iſrael. Benedictionibus cæli, & abyſſi. In his duobus, id eſt ſuperiori bono cæli, & inferiori bono terrę, perfectam temporalium rerum notat abũdantiam. Vbernm, & uuluæ. Ordo connerſus: & notat benedictionem, conceptionis, & outritionis. Alterum enim ſine altero non ualet. Confortatæ benedictiones: patris tui benedictionibus præcedentiũ, ſcilicet Abraham, & Iſaac, qui benedixerunt filijs ſuis: cumulentur ſuper Ioſeph per benedictioné patris ſui Iacob. Donec neniret deſiderium collium æternorum: id eſt donec neniat deſideratus cunctis gentibus, qui eſt Chriſtus. Vel donec coniungantur colles æterni cælo: quod habetur in hebræo. id eſt beoedictus ſit Ioſepb nbiq; ſicut ſolet dici. Vſquequo cęlum, & terra cohærent, id eſt per totum orbem. In uertice oazarei, id eſt ſanctificati, & dignioris reputaui inter fratres. Beniamin lupus rapax &c. Quia hæc tribus multum fuit bellicoſa: & ſicut conſuetudo eſt raptorum, quod acquirebant, ſtatim dabant largiẽdo: quia ille cui ex facili uenit, facile expendit. Benedictionibus propriis, uel propter maiorem partem ſecundum cõſuetudinem ſcripturæ: uel quia unicuiq; ſecundum meritum ſuum benedictionem uel maledictionem dedit: potius tamen prophetando, quàm imprecando.

Z
Gen. 50.
NAti ſunt in genibus Ioſeph, id eſt eos natos tenuit Ioſeph ſuper genua.

*Repetitio quorundam locorum qui aliter habentur in hebræo.*

COllegit pedes ſuos ſuper lectulum. In hebræo eſt, inclinauit, ad caput lectuli. Pulchriores oculi eius uino, ideſt rubicundiores de uino uel propter uinum. Et dentes eius lacte cádidiores, ideſt de lacte, uel propter lac hauſtum. Dan iudicabit populum ſuum, ſicut alia tribus in Iſrael. Hoc dicit ideo, quia de ancilla, ne putetur eiiciendus ſicut Hiſmael. Poſtea de aliis filiis ancillarum non repetit, quia prius de iſto dixerat: ut ſimiliter intelligatur de aliis. Neptalim ceruus emiſſus. In hebræo habetur cerua emiſſa propter delboren: quæ impetu currit ad prælium. Et dás eloquia pulchritudinis: propter canticum illius, quod poſt uictoriam fecit. Inde paſtor egreſſus eſt lapis Iſrael. In hebræo habetur, Inde † paſtor lapis Iſrael. Donec ueniret deſiderium collium ęternorum. In hebræo eſt. Vſq; ad deſiderium altitudinis ſeculi, id eſt uſq; ad id quod cæteris altius, & maius deſiderari poteſt, in hoc ſeculo.

† paſtorauit lapidem.

*Finis Annotatiuncularum M. Hugonis Canonici Reg. Lat. in Geneſim.*

*Sequuntur eiuſdem Annotatiunculę elucidatoriæ in Exodum.*

*Cap. VIII.*

A
Exod. 1.
AEdificauerunt urbes tabernaculorũ Pharaoni Phiton, & Ramaſſes. In hebræo ubi nos habemus tabernaculorum, eſt quidam ſermo, qui tranſpoſitione puncti modò ad dexteram modò ad ſiniſtram, uel ſonat in uoce miſcenoth, & ſignificat pauperum: uel ſonat miſchenoth, & ſignificat poſitionum: & ſecundum hoc, quod prior nox ſubinnuit, urbes pauperum ædificatas intelligitur: urbes prius debiles, & pauperum manſiones operatione hebręorum fortiores effectas. Secundum hoc autem, quòd miſchenoth ſignificat poſitionum, intelligitur ita fortes urbes compoſitas, q thesauri regis reponerentur ibi in cuſtodia pro firmitudine loci, ſiue ante fueriot ibi orbes, ſiue non. Obſtetricibus: hebræorum. Quidam dicunt iſtas duas Sephoram, & Phuam fuiſſe hebræas: unde maluerunt infantes ſeruare: alii potius Aegyptias. Vnde commendabilior fuit earum pietas. Sed quæritur, quomodo duæ tantum obſtetrices potuerint ſufficere toti regno? Ad quod reſpondetur, has duas eſſe prælatas, & multas ſub ſe habere ſubiectas obſtetrices. Mentitæ ſunt quidé, ſed propter pietatem ueniale fuit earum mendacium. Miſericordiam exhibuerunt infantibus: ſed propter mendacium diminutum eſt meritum, & conuerſum in temporale premium: & ita utrumq; quodam modo minuit alterum, & reducit ad mediocritatem, ideſt tam culpa mendacii meritum pietatis, quàm pietas dannationem mendacii. Ædificauit illis domos: abundantiá tribuendo, uel filios. Aliter. Ædificauit illis, ſcilicet hebræis ędificauit Pharao domos: quia eos qui fuerant in geſſen collecti, ooluit ut ſparſim in Ægypto habitarent: quatinus facilius maſculi geniti opprimerentur ab Ægyptiis.

*Dubitatio*
*Reſponſio.*

B
Exod. 2.
CRepidem con cauitatem ripæ. Surrexit Moyſes, & defenſis puellis. Conſtat per hoc negocium, quod ab uno fieri non potuit, Moyſen non fuiſſe ſolum: ſed comites duxiſſe ſecum. Iurauit: id eſt pactum iniuit poſt multa uerba habita ad inuicem de aliis antequam ad pactum accederent, quæ tamen tacentur.

C
Exod. 3.
LOcus in quo ſtas, terra ſancta eſt. Non propter aliud, niſi propter diuinam pręſentiam. Habebis ſignum: cum eduxeris. Quomodo poſſet eſſe ſignum, quod futurum remotum erat, rei quá nuper facturus fuit? Dicimus itaq; habebis ſignũ hoc ſcilicet, quod miſerim, ideſt quod mitto te, ſit tibi ſignum, quòd educes filios Iſrael de Ægypto: ut hoc, ſcilicet cum eduxeris, ſit principium alterius narrationis. Ego ſum, qui ſum. Ac ſi diceret, nomen meum non dicam eis: qui ſcilicet nomen meum ſcire deberent. & eſt ironicè dictum.

Quaſi

Quaſi diceret, nomen meum ignoratur? Vel ſic. Ne diffidas quid loquaris, & quid dicas ei: quia ego ſum, qui tecum ſum, ideſt quo iuuante facies illa miracula. Vel aliter. Ego ſum, qui immutabiliter ſum: cuius nomen proprium eſt ens. Poſtulabit uaſa argentea. Tradunt hebræi, quòd tantam gratiam habuerint a domino filij Iſrael coram Aegyptiis, ut dono poſtularent eorum uaſa, & ipſi darent. Noſtri uero expoſitores dicunt ueriſimilius, mutuo accepiſſe.

D Exod. 4. NOn ſum eloquens ab heri, & nudiuſtertius. Nota, quòd per interualla temporum loquebatur Deus ad Moyſen. Vnde dicit ab heri, & nudiuſtertius non ſum eloquens in comparatione Dei. Quidam dicunt Moyſen propterea non eſſe eloquentem, quia diu moratus fuerat in terra Madian: unde oblitus erat aliquantulum linguę Ægyptiæ. Aaron autem ſemper in Ægypto morabatur: quare datur ipſe interpres ad Pharaonem. Quis fecit os hominis? q. d. Qui os do, uerba dare poſſum. Quis fabricatus eſt mutum, & ſurdum, uidentem, & cæcum? His inſtrumentum dedi: alteri inſtrumentum, alteri cum inſtrumento officium. Qui ergo oculo dedi uiſum, & ori verbum dare poſſum: perge igitur. In qua facturus es ſigna: non ſolum ea, quę fecit ad Iſrael, ſed & illa, quæ fecit coram Pharaone: quæ omnia uidetur hic diſtinxiſſe, ſed ſcriptura prętetit hic, ne bis narret. Qui quærebant animam tuam. Iſte Pharao, qui modo regnabat, non fuit ille quem Moyſes fugit pergens in Madian. Dicesque ad eum: Hæc dicit dominus Deus: Dixi tibi &c. Hęc ſunt ea, quæ Moyſes dixit Pharaoni in vltima plaga. vnde ponit hic verba pręteriti temporis, quibus ſignificatur præceſſiſſe alias comminationes, vt eſt: dixi tibi, & noluiſti. His uerbis, in ultima plaga, exprobrat ei contemptum Dei in præcedentibus admonitionibus. Circuncidit præputium filii ſui. Quare non dicit filiorum? Quia forſitan mater vnum ſibi uidelicet maiorem natu proprium, & incircunciſum retinuerat. Alterum uero Moyſes, qui circunciſus erát, quaſi ſuum circunciderat: quod etiam innuitur ex interpretationibus nominum. Vel forſitam ſolum maiorem filium ſecum ducebant, & minorem apud auum reliquerant.

E Exod. 5. FLagellatique ſunt qui pręerant. Nota, quòd diuerſi erant præpoſiti: quidam de hebræis qui uerberabantur: quidam de Ægyptijs, qui uerberabant illos: & uiolenter exigebant opera ab ipſis præpoſitis hebræis.

F Exod. 6. ET nomen meum adonay non indicaui eis. Quaſi dicat, quamuis ego qui ſum omnipotens, apparuerim eis: tamen fortitudinem, & potentiam meam, ad quam pertinet hoc nomen meum adonay, non indicaui eis: ſed pietatem aut ſapientiam indicaui, ad quas pertinet el, & eloym. Aut ſic. Nomen adonay non indicaui eis: quod modo indicabo dans terram promiſſionis filiis Iſrael. Qui ergo hactenus omnipotentem me dixi, nondum me dominum eſſe oſtendi, ſicut modo faciam: vt ſciant iure ſe poſſidere, quod me tribuente accipiunt. Super quam leuaui manum meam. Conſuetudo eſt iurantis eleuare manum ad ſacra, ut per ea confirmet, quod iurat: ita & Deus dicitur leuaſſe manum ſuam propter illam terram, vt confirmaret eam in hæreditatem Abrahę. Iſti ſunt principes domorum per familias. Nota, non ponit hic omnes duodecim tribus, ſed tres tantum: ut ad Leui, qui tertius fuit, ueniat: & ut ab eo oſtendat proueniſſe Moyſen, & Aaron, de quibus in præſenti agitur: pro quibus totum hoc dicit. Iſte eſt Moyſes, & Aaron in die quo &c. Ne æquiuocatione horum nominum de aliis, & aliis intelligatur, determinat de illis, qui fuerunt in die illa, qua locutus eſt dominus ad eos de educendo populo ex Ægypto.

VOcauit Pharao ſapientes, & maleficos: G Exod. 7. & in hoc, & in aliis ſequentibus miraculis ſemper Pharao recurrit ad magos ſuos, tentans ſi poſſint eadem facere, quæ & Moyſes faciebat. Non enim putabat ea fieri diuina poteſtate, & uoluntate: ſed artificio, & maleficio Moyſi: & ita ſi facerent eadem, tunc propter hoc uidebatur ei ſe non debere dimittere populum. Proiecerunt ſinguli uirgas ſuas, quæ uerſę ſunt &c. Totum hoc faciebant dæmones ſiue in ueritate formas rerum mutantes, ſicut uidebant: ſiue potius uiſum hominum decipientes, & magis illis famulantes: & ſe cogi per incantationes eorum deceptoriè ſimulantes. De illo uero ſerpente, quem fecit Moyſes, non eſt dubitandum, quin uerus fuerit: & ſibi alios deuoratos incorporauerit. Egredietur ad aquas: cauſa ſpatiandi. Super ripam fluminis, ſcilicet nili. Feceruntq; ſimiliter. In aliis aquis.

DIgitus Dei eſt hic. H Exod. 8. In hoc grauiſſime peccauit: quia ſcienter. Vt non ſint ibi muſcæ. Hoc idem intelligendum eſt de aliis plagis.

NOn uidebo ultra faciem tuam. I Exod. 10 Subaudi. niſi me accerſeris prius: quia uidit poſtea eo accerſente.

DIces ergo omni plebi. K Exod. 11 Per recapitulationem debet intelligi hoc eſſe dictum, & iam ante nunciatum eſſe a Moyſe omnibus hebræis, ut in ultima plaga tali die hoc facerent. Dabit autem dominus gratiam. Hinc innuitur uerum eſſe, quod non mutuo, ſed dono poſtulauerint.

L Exod. 12 — MEnſis iſte vobis principium menſium &c. quod hic dicit, dominum dixiſſe, totum eſt intelligendum per recapitulationem: & longe ante dominum dediſſe Moyſi præcepta, & per eum cæteris indicaſſe de agno ſiue hœdo accipiendo, decimo die, & ſeruando uſque in quartumdecimum diem primi menſis, & tunc immolando, & de ſuperliminari, & poſtibus limendis ſanguine agni, contra angelum percuſſorem, qui tranſiturus erat per Ægyptum ad primogenita Ægypti interficienda eadem decimaquarta nocte, & multa alia iſtis adiacentia, quæ neceſſe eſt eos ante ſciuiſſe: vt in iſta nocte ad exeundum eſſent parati. Maſculus anniculus. Per duo, ſcribendum eſt, ideſt unius anni. Aſſumet nicinum: ita tamen, vt ille aſſumptus non idcirco dimittat ſuum immolare. Tolletis, & hœdum: qui non habebit agnum, ſaltem hœdum immolet ſecundum ritum agni. Immolabitque eum uniuerſa multitudo: non ut omnes unum, ſed ut nulla domus careat ſuo. Eſt enim phaſe, non quia erant tranſituri filii Iſrael, ſed quia dominus erat tranſiturus in angelo exterminatore: quod ſequens litera, inuit ibi ſcilicet. Et tranſibo. Quod autem addit. Nocte illa, non iſta: ſignum eſt per recapitulationem eſſe dictum, quicquid hic præceſſit de agno paſchali, & cæteris cohærentibus. Habebitis autem hunc diem in monimentum. Hic dat præceptum de paſcha deinceps celebrando in commemorationem huius facti: quod totum, ſicut, & prędicta, per recapitulationem hic dicitur: quod ibi notatur. In eadem enim die educam exercitum &c. Nullus veſtrum egredietur &c. Hinc apparet, quòd in nocte tantum acceperunt licentiam: in die autem decimoquinto egreſſi ſunt. Incuruatuſque populus adorauit &c. quando ſcilicet audierunt hæc præcepta domini per Moyſen. Et egreſſi a concione, quam habuerat Moyſes, fecerunt ſicut pręceperat: quando uentum eſt ad determinatum tempus, & tunc ſcilicet in noctis medio &c. Quaſi dicat, dominus compleuit ſicut ante per Moyſen promiſerat. Neque enim erat domus in qua non iaceret mortuus. Mirum eſt ſi in unaquaque domo fuit aliquis primogenitus. Sed eſſe potuit in armentis, vel pecudibus, & ſi in hominibus defuerit: vel cum tali determinatione: in qua ſcilicet eſſet primogenitus, non erat domus &c. Vel forſitan dominus tunc ita fecerat, ut in omni domo eſſet aliquis primogenitus. Tulit igitur populus conſperſam farinam. non ex præcepto Dei hoc factum eſt, vel ex articulo temporis, vt quidam falſo exiſtimant: cum hebræi iam longe ante didicerant ſe illo die exituros ex Ægypto: ſed ſecundum conſuetudinem terræ illius: in qua farina conſpergi ſolet, & ita reſeruari ut cotidie panis coquatur quantum opus eſt. In una domo, id eſt unus in una: ita quòd nihil efferatur de carnibus.

M Exo. 13. — SAnctifica mihi omne primogenitum. pro interfectis primogenitis Ægyptiorum. Sanctificabantur autem ad opus leuitarum, vt ſe eis redimerent, quia pro eis domino ſeruiebant, pro toto Iſrael. In columna nubis, & ignis. Vna & eadem columna erat contra calorem obumbrans, & contra tenebras illuminans, ut dux eſſet utriuſq; temporis.

N Exod. 14 — COntra Beelſephon: in conſpectu eius. Illud eius, poteſt referri ad Beelſephon, & tunc plana eſt litera: vel ad Pharaonem, ut interponatur relatiuum eius ad quod refertur, pręter conſuetudinem, ſicut eſt illud. Fundamenta eius in montibus ſanctis &c. Tollenſq; ſe angelus domini. Aliquando domino, aliquando angelo factum attribuitur: quia reuera angelus domini miniſter aderat: & dominus in ipſo, & per ipſum operans. Abiit poſt eos, ut defenderet eos per nubem: ſuis lumen, alijs tenebras per eadem ſimul faciens. Ægyptii ingreſſi ſunt poſt eos. Quæritur ſi non uidebant eos pręcedentes propter nubem interpoſitam: quomodo ſequi potuerunt? Aut ſi uidebant miraculum maris, quomodo auſi ſunt eos perſequi? Ad quod reſpondetur, quòd non poterant eos uidere perfecte, & tamen quia abire eos ſentiebant, per aliam uiam pedetentim eos ſequebantur, neſcientes ſe uel illos mare ingredi. Et ecce reſpiciens ſupra caſtra per columnam. Quid eſt, quòd per nubem dicitur, Deus reſpicere ſuper caſtra: niſi hoc ſcilicet, quòd nubes, quę prius tenebras faciebat Ægyptiis, lucem prębuit eis? Sed ad confuſionem eorum totum hoc factum eſt, ſcilicet vt uiderent ſe in arcto. Interfecit exercitum &c. Breuiter totum negocium compręhendit, & deinde prolixius idem repetit: ibi ſcilicet. Dixeruntq; Ægyptii &c. Fugientibuſq; Ægyptiis &c. Prius fugati, & proſtrati ſunt a domino Ægyptii: ad ultimum aquis obuoluti.

Psal. 86. — Pulchra Dubitatio. — Reſponſio.

O Exod. 15 — ABysſi operuerunt eos. Ex nimia lętitia ſępe idem aliter, & aliter replicatur. Congregatæ ſunt abyſſi, ideſt profunditates undarum, & aquarum. Flauit ſpiritus tuus, & operuit eos: diuinæ potentię notat facilitatem. Quaſi dicat, quàm facile aliquis flando proiicit puluerem, tam facile tu eos interfeciſti. Deuorauit eos terra. uno communi nomine duo inferiora elementa uocat: ſicut, & ibi. Formatis igitur cunctis animalibus de humo, & alibi. In principio creauit Deus cęlum, & terram &c. Aſcenderunt populi, & irati ſunt &c. Hucuſque de re præterita canticum. Amodo quicquid ſequitur, prophetia eſt de futuro. Ex tanto enim gaudio, quod in præſenti habebant: ſpiritus ſanctus in corda eorum intrauit, & omnes idem prophetati ſunt. In æternum, & ultra, ideſt per præſens ſeculum totum, & etiam per futurum. Vel per ſpatium totum, quod cum mundo incepit,

cepit, & cum mundo finiet: & ultra, non quantum ad ſpatium, ſed quaotum ad dignitatem, ſcilicet ſuper omnes, & ſuper omnia. Sumpſit ergo Maria &c. Hoc factum eſt poſtquam viri cantauerunt: ut mulieres idem quod uiri cecinerant, & ipſæ quoque canerent.

P Exod.16 VEſpere comedetis carnes: & mane ſaturabimini panibus. Veſpere, quando plena ſatietas conuenientior. Mane, ſolito pane contenti. Quaſi tuſum pilo, ſcilicet qualis eſt groſſa farina attrita in pilo, ideſt piſtillo. Sed dimiſerunt, quædam ex eis vſq; mane. Diffidentes, ne in craſtino non inueniretur manna. In die vero ſexta collegerunt cibos duplices. Videtur, quòd per miraculum collegiſſent: quia, & ſi hoc Deus præcepit Moyſi, nondum tamen inuentum eſt Moyſen præcepiſſe, populo, ſed quaſi admirans reſpondit principibus. Hic eſt ſermo quem præcepit &c. Vel poſſumus intelligere Moyſen ita præcepiſſe, quamuis nondum ſcriptura dixerit. Cras quicquid eſt operandum, facite hodie: & quæ coquenda, ideſt quæ oportebat facere, vel coquere ſi non eſſet ſabbatum: facite vel coquite hodie: quia cras eſt requies ſabbati. Vſquequo non vultis credere mandata mea, & legem meam? Nondum lex erat data: ſed legem uocat, quodlibet mandatum, ſicut de obſeruatione ſabbati, & de menſura gomor. Quaſi ſimilæ cum melle, ideſt mellitæ ſimilæ. Alii tamen dicunt, quòd ſapiebat unicuiq; quod magis appetebat. Imple gomor ex eo, & cuſtodiatur. Hoc dictum eſt per anticipationem.

Q Exod.17 CVr tentatis dominum? Tentare Deum, eſt eum poſtulare aliquid ad experiendum, an Deus hominem diligat ex quadam diffidentia. Manus Moyſi erant graues, quia tota die ſteterat eleuatis manibus. Laſſus erat, nec poterat vltra leuare manus, nec etiam ſtare. Vnde ſedere eum fecerunt Aaron, & Hur, & manus eius leuauerunt. In ore gladii. In inſtantia gladij. Scribe hoc monimentum in libro, ne obliuioni tradatur in futuro.

R Exod.18 CVmq; intraſſet tabernaculum. Quidam ſunt qui intelligunt hoc de tabernaculo domini, & dicunt hoc eſſe dictum per anticipationem: ſed non oportet, neque enim vnquam in tabernaculo domini immolauit, uel etiam illud intrauit, quia gentilis erat.

S Exod.19 IN die hac, ideſt tertia die, ſicut, & tertio menſe. Iam nunc ueniam ad te, ideſt in tertia die ab iſta quando danda erat lex. Nunciauit ergo Moyſes verba populi ad dominum. Ex breuitate prętermittit, quòd Moyſes prius tulerit verba Dei ad populum: & ille omnia conceſſerit ſe facturum: ſed iſtam conceſſionem ſtatim dicit Deo nunciatam per Moyſen. Vel dicere poſſumus, quòd totum eſt interpoſitio ab illo loco. Cumque retuliſſet Moyſes &c. Ad hunc locum, ita quòd hic uerſus ordine narrationis debet cohętere cum pręcedentibus: & tunc tota illa interpoſitio ſequi: hoc modo. Reſpondit vniuerſus populus ſe facturum: hoc nunciauit Moyſes domino. Cumque retuliſſet &c. Ait ei dominus. Iam nunc &c. Confodietur iaculis. Expreſſius fortaſſe dixiſſet, iactibus, ut intelligatur lapidum ictibus, in eum diuinitus uolitantibus occidendus. Præterea pręmiſit, manus, ſcilicet hominis, non tanget eum. Ne aſcendatis in montem: cum cœperit clangere buccina: tunc aſcendant, ideſt non aſcendant donec clangat buccina. Quidam uolunt humanam eſſe buccinam inſtitutam ad hoc officij ſignum intimandum populo: ſed mihi uerisſimilius uidetur diuinam fuiſſe. Quod autem ſequitur. Tunc aſcendant montem: mirum eſt, cum ante prohibitum ſit etiam tangere montem. Et dicunt quidem, quòd prohibitum eſt, tangere dum dominus adeſt: Permiſſum uero, non præceptum etiam aſcendere quando abeſt, vel recedit: quod hic innuitur ſecundum hanc ſententiam: & quando debebant non tangere. Quando autem licebat aſcendere, diuerſo ſonitu buccinæ indicabatur. Mihi autem probabilius videtur, quòd hic dicat ex præcepto debere aſcendere in montem vſq; ad eius radicem, non uſq; ad cacumen. Vnde in ſequentibus præcipitur Moyſi prouidere ne tranſgrediatur populus terminos conſtitutos, id eſt ne uſque ad collem, uel uſq; ad cacumen aſcendat: quod ad mortis pœnam erat interdictum. Cumq; lauiſſent ueſtimenta. Mirum videtur dicere, ſcilicet poſt ueſtimenta abluta die tertio ab ablutione futuros paratos, & poſt ablutionem pręcipere. Sed fortaſſe talis erat ordo ſanctificationis, ut ſtatim a primo die lauarent ueſtimenta, deinde ab immunditiis abſtinentes, & ieiunantes ita ſe in tertium diem pararent, quod uoluit innuere. Moyſes loquebatur, & dominus reſpondebat ei. Nota ordinem, paulo ante educebat populum de caſtris: hic dicitur loqui cum domino, & ſtatim ſubiungit, deſcendit dominus, & uocauit Moyſen in cacumen montis. Loquebatur ne Moyſes cum domino, dum in imo erat cum populo? Non ita eſt credendum, ſed aliquantulum confundit ordinem narrationis, qui talis eſt: dum Moyſes erat in imo ad educendum populum, dominus deſcendit in montem, & uocauit Moyſen ad cacumen montis, & ita colloquebantur: & in hac collocutione præcipitur Moyſes deſcendere ad populum, & conteſtari, ne tranſeat terminos cōſtitutos cupiditate uidendi Deum, ne moriātur: Contra quam præceptionem dixit Moyſes ad dominum. Non poterit uulgus aſcendere &c. Quaſi dicat, non liceat eis aſcendere, & audire te. Quis te igitur audiet? Ad hoc dominus reſpondet. Vade, & deſcende, & item aſcendes ad me tu, & Aaron. Quaſi dicat, vt ego vobiſcum loquar ea, quæ non poterit populus a me audire. Et ita notantur duæ locutiones Dei: vna, quæ fuit prima in decem mandatis

communiter ad totum populum. Secunda priuata ad Moyſen in cacumine montis.

V Exod. 20 EGo ſum dominus. Hæc cunctis audientibus locutus eſt: & totum, quod ſequitur, pertinet ad primum mandatum uſq;. Non aſſumes nomen Dei tui in vanum: & illinc vſq; ad, Memento diem Sabbati &c. ad tertium. Viſitans iniquitatem patrum in filios in tertiam, & quartam generationem. De illis filiis proprie conſtat hoc eſſe dictum, quos genuere patres poſt peracta maleficia: & merito parentum puniuntur, ſicut aliquod membrum ipſorum: quia in ipſis malefactoribus quodammodo erant ſeminaliter, & peccabant. vnde claudi, & cæci pro ſcelere parentum naſcuntur. Quod uero dixit in tertiam, & quartam generationem, ideo dictum eſt, quia uſq; illuc ſolent parentes uiuere, & uidere poſſunt propter peccatum ſuum ſuos poſteros damnatos. Vel poſſumus dicere, quod ponit finitum pro infinito: ſicut, & ex altera parte bonorum faciens miſericordiam in milia, iis qui diligunt &c. Et quia ob bonitatem patrum melius fiat a domino ipſis filiis, non eſt dubitandum. Diem ſabbati ſanctifices. Quatuor memorantur ſabbata in diuina ſcriptura. Primum Dei: in quo perfectis operibus ſuis requieuiſſe dicitur. Secundum illud quod populo Iſrael obſeruandum mandatur. Tertium illud, quod populo Dei ſpiritualiter cuſtodiendum præcipitur. Quartum illud quod in repromiſſione, ſabbatum pro ſabbato, ſuis Deus dilectoribus pollicetur. Primum, ſcilicet Dei tantum fuit ſacramentum ſecundi, ideſt legalis ſabbati: quod item ſacramentum fuit noſtri ſabbati, in quo debemus ceſſare ab omni opere prauo: ſed, & iſtud etiam noſtrum ſabbatum ſacramentum eſt, & meritum illius futuri ſabbatiſmi, ubi accipietur ſabbatum pro ſabbato. Duo igitur ſunt ſabbata exterius, unum Dei, & unum hominis: & duo internus, unum Dei, & vnum hominis. Primum, & ultimum ſunt domini: duo media hominis. Non concupiſces domum &c. Si quis uelit facere de primo mandato duo, tunc faciet iſtud unum: ſin autem primum indiuiſum reliquerit, oportet iſtud diſtinguere in duo: & præponere præceptum de aliena uxore, ei quod eſt de aliena poſſeſſione, & non interponere. Dixit præterea dominus ad Moyſen. Hæc dices &c. Amodo ad ſolum Moyſen loquitur dominus præcepta, & iudicia: quę omnia quaſi explanatio ſunt decem prædictorum mandatorum. Altare de terra facietis mihi. In ſequentibus tamen factum eſt æneum. Sed, & illud tantum terra implebatur, quando ſacrificia fiebant: & hęc eſt ſententia Iudæorum de altari.

Sabbata quatuor

X Exod. 21 ET percuſſerit quis mulierem, uolentem iuuare alterum uirum, contra quem ille pugnat. Filium quoq; & filiam, non illius cuius eſt bos, ſed alterius: quod apparet per hoc quod ſubiungit, de ſeruo.

Y Exo. 22. MAxime ſi conductum uænierat pro mercede operis ſui: quaſi dicat tunc non redde: quis mutuo acceptum, quando præſente domino illud amittit: ſed & illud præſertim non reddet, quod conduxerat præſente domino, ſimiliter amittit: & hoc dicit litera, quod uænierat, ideſt vendituin erat: non quidem finaliter, ſed & pro mercede ſui operis, ideſt quam mercedem expetebat ſuum opus, id eſt uſus: & referatur ſuum ad rem conductam. Ipſum eſt enim ſolum quo operietur. Hic de pauperrimo loquitur, qui non habet niſi unum ueſtimentum, nec uiuere poſſet ſi ei non redderetur. Ne autem diues amittat ſuã pecuniam, poterit inducere teſtes, & coram eis reddere illi ueſtimentum, poſtea requirat ſi uoluerit.

Z Exo. 23. NEc iunges manum tuam. Conſuetudinem confirmationis notat. Non declinabis in iudicium pauperis. In hoc præcepto prohibet contemptum, ne pro parua re dimittat iudiciũ. Scitis animas aduenarum, id eſt affectus, quàm leuiter contriſtentur. Nomen meum eſt in illo. Gloriam, & potentiam meam manifeſtabo per illum.

A Exo. 24. MOyſi quoq; dixit. Aſcende ad dominum tu, & Aaron &c. Ecce confuſio ordinis: quomodo enim præcipitur hic aſcendere Moyſes in montem, qui ſecundum competẽtiam narrationis cum eo eſt in monte: & ſolus audit iudicia, quæ proferat ad populum? Sed ſciendum eſt, quòd ſecundum ordinem rerum geſtarum oportet hic interponi totum ſequens capitulum ab eo loco. Venit ergo Moyſes, & narrauit plebi: uſq;, Aſcenderuntq; Moyſes, & Aaron &c. & tũc congrue concordat iſtud capitulum, in quo præcipitur Moyſes aſcendere, cum illo in quo aſcendit: & illud ſecundum capitulum. Venit ergo Moyſes &c. concordat cum præterita narratione, in qua exponit Moyſes, quæ ipſi præceperat dominus. Aſcenderuntq; Moyſes, & Aaron &c.

*Dubitatio*

*Diſſolutio.*

B Hic tertio aſcendit Moyſes. Primus enim aſcenſus eius fuit in die, quo uenerunt in montem Sina, ſiue primo, ſiue tertio menſis, in quo ammoniti ſunt de purificatione ad ſuſcipiendam legem tertia die. Secundus aſcenſus fuit poſt audita decem mandata a domino: ad audiendum iudicia, quæ hucuſq; narrata ſunt. Modo aſcendit tertio ducens ſecum Aaron Nadab, & Abiu, & ſeptuaginta ſeniores de Iſrael, qui eſſent ei teſtes. Vnde omnes illi aſcenderunt cum eo uerſus medium montis uſq; dum uiderent Deum: & ſtatim iuſſi ſunt omnes redire præter Ioſue: de quo tamen non eſt omnino certum, an cum Moyſe per illos quadraginta dies manſerit in monte. Quod uero ſequitur ſtatim. Dixit dominus ad Moyſen. Aſcende ad me in montem. ſic intelligendum eſt: ut de colle in quo erat, ad altiora montis procederet. Nec tamen adhuc ad ipſum cacumen montis uocatur: ſed in ſequentibus

bus ubi dicitur. Septima autem die &c. Expectate hic. Non puto, quòd in colle eos præceperit expectare, ſed in planitie cum populo: quod exigit ſequens litera. Si quid natum fuerit quæſtionis &c. Cumq; aſcendiſſet Moyſes: Recedẽs ab Aaron, & ſenioribus aliquantulum progrediens uerſus cacumen, non tamen ad ipſum accedens ante ſeptimum diem: in quo iterum uocabitur.

C Exod.25 VT tollant mihi primitias. Primitias dicit non ſegetum, quod exigeret proprietas uocabuli: ſed partem quandam ſeparatam deſtinatę pecunię cuiuſque in opus diuinum, ad conſtruendum tabernaculum: ſicut primitiæ ſolent Deo ſeparatim dari: quantum quiſque uult non pars determinata, ſicut decima: & hoc notat litera, quæ ſequitur. Qui offert ultroneus. Non enim uult ut cogantur: ſed quiſq; quantum uult, offerat. Facieſq; ſupra coronam auream per circuitum. Iſta improprie dicitur corona: non enim eſt rotunda, ſed ad formam, & quantitatem arcæ, quędam gyratio (quæ, & limbus) fiebat per circuitum in ſuperiori parte arcæ. Facieſq; illi labium aureum. Labium iſtud erat quædam gyratio dependẽs, ſicut ſupradicta corona erat gyratio erecta. Coronam interraſilem. Similiter de iſta corona dicimus ſicut, & de ſupradicta, quòd erat ſcilicet limbus quidam adhærens menſæ, & de ipſa menſa ſculpta ſecundum eius quantitatem. Quod dicit, interraſilem: ſic eſt intelligendum, quòd artificioſe erat ſculpta admodum annuli torno raſi. Quod dicit: Et ſuper illam alteram coronam aureolam: ſignificat eam de ſimplici opere, ſed tamen auream, & minorem inferiore, & ſimiliter adhærentem ei cõtinue quaſi idem. Item coronam interraſilem altam quatuor digitis, ideſt ambitum labii, qui corona dicitur: non pro rotunditate, ſed pro circuitione. Quod autem ſequitur. Et ſuper illam alteram coronam aureolam, ideſt auream, hebraica ueritas habere non uidetur. Subter coronam auream erunt circuli. Modo duas illas coronas quaſi unam coronam dixit, & oſtendit, quod annuli, qui erant in pedibus arcę ad eam portandam, ſtatim iuxta menſam, & non uerſus terram in imo erant.

D Exod.26 † auriphrygiũ. OPere plumario. Auguſtinus. Pluma eſt acus per quam facto iam panno inſeruntur fila aurea aut argentea, ut fiat † artificium aut diuerſæ figurę in ipſo panno. Quod autem ſuperfuerit in ſagis &c. Conſtructio diſtorta eſt, ſenſus autem talis eſt, quòd ſuperabundantia ſagorum ultra cortinas unum ſagum eſt, ſecundum longitudinem tabernaculi: ex cuius una medietate operatur una frons tabernaculi, & ex altera medietate reliqua frons: & duo cubiti in longitudine ſagorum omnium protegentes ex toto uſq; ad terram latera tabernaculi. Et una omnes compago retinebit, ideſt eadem conſimilis iunctura ligabit omnes. Facies, & uectes de lignis Sethim quinque. Non poteſt teneri, quòd eiuſdem numeri uectes lateris, & frontis erant, ſed illi ſex cubitorum erant, iſti uero duorum. A ſummo uſq; ad ſummum, ideſt in medio duarum extremitatum.

E Exo.27 FAcies in uſus eius, ideſt altaris Lebetas ad ſuſcipiendos cineres, & forcipes atque fuſcinulas, & ignium receptacula. In Hebręo ſic habetur. Facies eius olas, ad ſuſcipiendos cineres eius, & eius palas, & eius pelues, & eius uncinos, & eius ignium receptacula. Palas uidelicet ad tollendos cineres: olas ad ſuſcipiendos: pelues ad ſanguinem fundendum: uncinos ad tollendas carnes de cacabis: ignium receptacula, ad portandas prunas. Sequitur Craticulamque Subauditur facies ei: in modum retis ęneã: per cuius quatuor angulos erunt quatuor annuli ænei: quos pones ſubter arulam altaris: eritq; craticula uſq; ad altaris medium. De hac craticula magna ambiguitas eſt tam apud Hebręos, quam apud noſtros, præcipue cum hebraica ueritas nonnihil a noſtra tranſlatione diſcrepare uideatur. Sic enim ibi habetur. Facies nuchhar facturam retis ænei: & facies ſuper rete quatuor annulos ęneos ſuper quatuor fines ſiue cornua eius: & dabis illam ſcilicet nuchhar, ſiue pones illud ſcilicet rete ſubtus fundum arę de ſubtus: eritque rete uſque ad altaris medium. Secundum hanc itaque lectionem non uidetur nuchhar craticulam ſonare, cui aſſandæ carnes ſuperponerentur, ſed opus quadrangulum propter lęuitatem undique perforatum in ſimilitudinem uaſis factum: in quo quaſi ſedere altare uidetur, cui parietum altitudo altare ambiens uſque ad medium altaris eleuata eſſet. in cuius quatuor angulis ſurſum quatuor annuli pendebant, per quos uectibus inſertis altare ipſi inſidens portaretur. Altare enim alios annulos non legitur habuiſſe, quibus portaretur præter annulos retis. Sed hoc rete utrum ſeorſum per ſe ab altari diuiſum, & ſeparabile eſſet, & ſuo fundo inferiorem partem altaris contineret, & ſic parietibus ſuis altaris parietes ambiens includeret: an deorſum inferiori margini parietum opere fuſili cohæreret, & aliquo interuallo latitudinis fundo ſuo in circuitu a parietibus remotum ſic tandem parietes ſuos uſque ad medium altaris erigeret: non ſatis patet, niſi quòd ſequens diſpoſitio conuenientior uidetur. Quidam hoc altare nec tectum deſuper nec fundum deorſum habuiſſe dicunt, ſed parietes tantum poſitos terra repleri. Secundum, quod dicit: Altare de terra facietis mihi: & in eius area ſuperiori ignem conſtrui, ubi holocauſta impoſita cremabantur. Fuerunt etiam qui aſſererent inter parietes altaris craticula poſita, & uſque ad medium altitudinis eius, erecta ſub ipſa craticula arula parua formata: in eadem ignem extrui Cap.20

per

per oſtium ad orientalem altaris parietem patẽs.
& ſic carnes craticulę ſuperpoſitas iotrorſum
cremari fumo per os altaris deſuper apertum
egrediente, & ne ſorte de ligneis introrſum
altaris parietibus igne uicino comburendis ali-
qua ſuſpicio naſceretur: eadem ligna ioçom-
buſtibilia aſſeuerant. Sed ſi hæc ligna talia
fuiſſe putanda ſunt, ut uel aqua uel igne om-
nino corrumpi non poſſent: quid opus fuerit
æneis laminis extrinſecus, tegi non uidetur. Sed
nec qualiter introrſum ipſa craticula uectibus
ſuis apte collocaretur: aut quemadmodum per
annulos eius uectibus inſertis altare portaretur,
ſiue etiam quomodo ſub illa arula interiori
annuli craticulæ ponerentur, ſatis patere poteſt.
,, G F Acies in rationali cathenas ſibi inuicem co-
Exo. 28. hærentes. Non ſic accipieodum quod di-
cit ſibi cohærentes, quaſi una cathena alteri co-
hæreat, ſed facturam cathenę exprimit, in qua
circuli cum circulis cohærent uel fila cum filis
contorquentur. Vnde pro eo quod nos dici-
mus cohærentes, hebræus expreſſius habet: ple-
xas opere plexo & ſpiſſo. Secundum chaldai-
cum ſonat terminatas, ideſt in oris ſiue margina-
libus angulis, quaſi in termino, ideſt fine ratio-
,, nalis poſitas. Pones autem in rationali indi-
cij doctrioam & ueritatem. Pro doctrina &
ueritate in hebræo habetur urim tumim. Nam
urim doctrina ſiue iudicium interpretatur: tu-
mim ueritas. Hinc & ſortes quibus antiqui-
†iudiciũ tus ad † indicium ueritatis utebantur, urim tu-
mim dictæ ſnot. Erantque characteres ioſcri-
pti diuerſis literis. quibus proiectis ex iunctura
literarum de ſuper apparentium, quid faciendũ
†iudicio ſiue uitandum foret uero † indicio monſtraba-
,, tur. Pones in rationali iudicij doctrinam &
,, ueritatem, hæc oomina ſcilicet ſcripta in tex-
,, tura. In coospectu domini ſemper. In ſoliris
,, horis, quando miniſtrabatur coram domiuo.
,, Facies & laminam de auro puriſſimo: in qua
ſculpes opere cælatoris, ſanctum domioo. has
duas ſcilicet dictiones. Pro eo quod nos habe-
mus ſanctum domino: in Hebręo habetur
anoth adooay. hoc autem nomen ideſt adonay
quatuor litteris ſcribitur, he. ioth. beth. uan.
quod interpretatur iſte principium paſſionis ui
,, tę, & ineffabile dicitur. Semper in fronte:
congruo ſcilicet tempore. Tunicam de byſſo
factam ſtringes ideſt compones uel adaptabis.
Arenibus uſque ad fœmina. ideſt femora: tan-
tum protenditur caro turpitudinis quàmuis ul-
tra extendantur fœminalia.
H S Anctificabiſq; & pectuſculum conſecratum
Exod. 29 & armum. Hucuſque quę dicit ad præſen-
tem pertinent conſecrationem Aaroo & filio-
rum eius: quæ uero ſequuntur, ad futuram de-
inceps conſuetudinem, ut ſcilicet, quia ſacerdo-
tes in conſecratiooe ſua de pacificis ſuis obtule-
ruot pectus & armum: hæc eadem accipiant a
filijs Iſrael de pacificis eorum lege perpetua.

Sanctificabis, ideſt confirmabis, & nota quòd
primus aries fuit oblatus in holocauſtum. Se-
cundus in pacifica. Vnde dominus habuit
ſuam partem armum & adipem: & Moyſes qui
obtulit pectus: Aaron cuius erat oblatio, reli-
quas carnes quas cepit, & comedit cum filijs
ſuis in atrio tabernaculi: ſicut deinceps facturi
erant filij Iſrael. Et erit ſanctum ſanctorum, ,,
ideſt ſanctum ad ſanctas hoſtias ſacrificandas.
C Ompoſitionis alterius: quàm illius de qua I
dicturus ſum. Quando tuleris ſummam, Exo. 30.
filiorum Iſrael, ideſt quando numerabis eos,
quòd fiet in libro Numerorum. Et menſuram
ponit, caſiæ myrrhæ. Calami olei, ideſt cuiuſ-
que ſpeciei, Non facies aliud, ad uſum ſcilicet ,,
communem.
E Cce uocaui ex nomine Beſeleel &c. Hinc ,, K
oritur mihi inſolubilis quæſtio: quia le- Exod. 31
gitur in libro Paralipomenon, quod Caleph fuit
pater Hur & ille Caleph non habuit niſi quadra
ginta annos in exitu ab Ægypto: Beſeleel igitur
modo noo habebat niſi duos annos ad ſummũ.
*Solutio habetur apud Nicolaũ de lyra. in expoſitione huius capituli*
A Vdiens autem Ioſue tumultum populi &c.
& in aſcenſu, & deſcenſu legitur Io- L,,
ſue fuiſſe cum Moyſe, ſed non legitur cum eo Exod. 32
in moote permanſiſſe: unde etiam dubitatio or
ta eſt. Vtrum ibi tamdiu cum Moyſe ieiunaue- ,,
rit, an non. Confregit eas &c. Vtrum ex huma-
oo affectu, an ex diuino inſtinctu hoc fecerit,
non patet. Tu noſti populum quòd pronus ,,
ſit ad malum. Quòd non potuit prohibere, do- ,,
lens paſſus eſt, ita tamen quòd precioſis orna-
mentis quæ magis diligebant, ſpoliauit eos, ut
ſaltem per hoc reprimeret eos a ſtulta uolun-
tare illa: nec tameo potuit. Egreſſus eſt hic ,,
uitulus: opere ſcilicet hominis, non miraculo. ,,
Et inter hoſtes nudum, & ſpoliatum a pecu-
nia ſupradictorum ornamentorum: hoſtes uo-
cat adiacentes gentes. Si quis eſt domini, iun- ,,
gatur mihi, ideſt ſi quis habet zelum Dei, ac- ,,
cipiat mecum uindictam de populo peccante.
Dele me de libro tuo. Non ex ratione, ſed ex ,,
impetu humanæ affectioois & fiducia magna in
Deum hoc dicit. Et quod non fuerit crudelitas
in occidendo, oſtendit magna pietas quę ſecu-
ta eſt in orando. Scribi autem io libro uitæ aut
deleri, dupliciter intelligitur: aut ſecundum præ
ſcientiam Dei, aut ſecundum præſentem ſtatum
ſecundum quem quandoque cootingit, quòd ſi
talis permaneret aliquis ſaluaretur: ſed quia præ
ſentem quam habet iuſtitiam deſerit, dicitur de-
leri de libro uitæ, in quo Deus eum tunc ſcripſit,
quando illam iuſtitiam ei dedit. Secundum
pręſcientiam uero qui ſcriptus eſt nunquam ſe-
cundum eãdem delebitur. Percuſſit ergo domi- ,,
nus populũ ſ. ſupradicta ioterſectione quã fece-
runt Leuitę. Vnde etiam apparet hoc inſtinctu
Dei eſſe factum, non maliuolentia Moyſi.
N E diſperdam te. Iratus aliquaodo tua M,,
ſtultitia ſi tecum eſſem aſſidue. Semel Exo. 33.
aſcendam

aſceodam io medio tui, & delebo te. Comminatio eſt, & oota, quòd dicit, aſcendam. Eſt enim aſcenſus, uel ab inſerioribos ad ſuperiora: vel ab occultis ad manifeſta, ſicut hic.
Promittit enim ſe manifeſtate eis cum malo eo-
,, rum. Depone ornatum tuum: ideſt primum
tabernaculum in quo coolulebatur dominus
antequam factum eſſet illud magnum: de quo
dominus inſtruxit Moyſen in monte, vel de-
,, pone, ideſt extra caſtra fige. Vt ſciam quid
,, faciam, humano more loquitur. Ornatum
ſuum in moote Oreb. Prope montem erat
tabernaculum quamdiu Moyſes morabatur in monte: & ibi Aaron, & ſeptuaginta ſeniores tractabant de dubiis, quę ſerebantur ad eos de caſtris. Poſtquam autem populus peccauit, & Moyſes deſcendit, pręcepit dominus: ot tabernaculum remoueretur a monte Oreb oerſus populum. Moyſes oero tunc extra caſtra,
,, non intra, ipſum locauit. Vocauit nomen.
Noo modo, ſed ante: ut pro pluſquam perfecto, perfectum accipiamos. Noui te ex nomi- ,,
ne: Magnum ſignom eſt dilectionis, quòd rex non negligens ſeruum ſuum eius propriom nomen cognoſcit, & eo illum ad ſe uocat. Ita hic de Deo, & Moyſe intelligendum eſt, quòd dederat ei Deus ſpecialem gratiam prę cęteris: ſicut proprium nomen ſpecialem proprietatem ſignificare habet. Oſtende mihi faciem tuam, ideſt pręſentiam tuam. Requiem ,,
tibi dabo, ducendo in terram promiſſionis. ,,
Oſtendam tibi omne bonum. hoc erit in fu- ,,
turo, in quo viſio Dei erit vita æterna. Et ,,
in præſenti. Vocabor in oomine domini, ſcilicet faciam me oocari Deum ducem veſtrum ,,
ex miraculis, quæ faciam. Et ſi quis cauſam quærat quare ego hoc faciam: non eſt alia cauſa niſi, quia uolo: & hoc eſt, Miſerebor cui uoloero &c.

*Nota pro magna Dei in nos dilectione.*

*Et hæc in Exodum: in reliqua enim capita nihil ſcriptum ab Hugone noſtro hactenus comperi.*

# SEQVVNTVR ADNOTATIVNCVLAE EIVSDEM IN LEVITICVM: QVARVM HAEC SVNT CAPITA.

*De nomine Leuitici & quinq; in eo diſtincte tractatis: quæ ſunt ſacriſicia, perſonæ, tempora, loca, & cauſæ. Cap. I. quod in pentateuchon eſt. Cap. IX.*

*De ſacrificiis, oblatione, & libatione. Cap. II. & X.*

*De perſonis a quibus fiũt prædicta. Cap. III. & XI.*

*De temporibus offerendi. Cap. IIII. & XII.*

*De locis, cauſis, & expoſitione literali. Cap. V. & XIII.*

## *De nomine Leuitici, & cæteris iam dictis. Cap. I. & IX.*

N Liber Leuiticus hebraicæ dicitur uagethra, qood ſic ſonat ac ſi diceretur uocauit. A principio oamq; ſuo nomen accepit more hebraicorum voluminum: quæ a principiis ſuis noncupari ſolent. Hic nobis leuiticus dicitur, a leuitis: quia in eo de miniſterio leuitarom plenios tractatur. Quinque namq; ſunt, ideſt ſacrificia, quæ Deo offeruntur, & perſonæ, a qoibuis offeruntur: & tempora, quando offeruntur: & loca, ubi offeruntur: & cauſæ, pro quibus offeruntur: quæ in hoc libro diſtincte tractantor. Nos ergo de ſingulis, quantum ratio introductionis expoſtulat, aliquid prælibare oportet.

## *De ſacrificijs, oblatione, & libatione Cap. II. quod eſt totius operis. X.*

IN primis igitur: triplex nobis eorum, quæ rite offeruntur, diſcretio occurrit: autem enim de animalibus oblatio fiebat, & ſacrificium dicebatur: aut io ſicca materia, uelnti in pane aut farina, ſiue in eis quę ex his conficiontur, quę proprie oblatio uocabatur: aut in liquoribus, quale eſt uinum, & cætera huiuſmodi: quam ſcriptura ſpecialiter libationem appellat. Quamuis igitur aliquando ſcriptura, & ſacrificium oblationem, & viciſſim oblationem ſacrificium appellare conſueuerit: magis tamen proprie ſacrificia de animalibus: oblationem de ſiccis: libatiooem, de liquidis accipiendam putamus. Porro ſacrificiorum: alia holocauſta diceban-

*Pulchra ſacrificiorũ diſtinctio.*

cebantur: quia tota cremabantur. Alia ſacrificia, in quibus pars cremabatur pars reſeruabatur. Eorum item quorum, pars comburebatur, & pars reſeruabatur, alia pro peccato ſiue delicto offerebantur: in quibus præter id quod in holocauſtum domini cremabatur: reliquum totum in eſum ſacerdotum ceſſit. Alia pacifica dicebantur, quæ vel pro gratiarum actione, vel pro ſoluendo voto, vel pro ſpontanea deuotione offerebantur. De quibus pars in igne altaris cremabatur, pars autem, ideſt pectuſculum, & armus dexter ſacerdotum erat, reliquum offerentes acceperunt. In holocauſto ſacerdos, qui ipſum holocauſtum obtulit, ſolam pellem accepit. In ſacrificijs præter adipem, & renunculos, & reticulum iecoris, & alia quę ignis conſumpſit, reliquum totum ſacerdotum fuit. In pacificis ſimiliter adipem, & omnem pinguedinem intrinſecam, & duos renes cum adipe quo reguntur ilia, & reticulum iecoris cum renunculis: & ſic de ouibus foret, caudam etiam cum renibus, & vniuerſa vitalia ignis altaris conſumpſit: pectuſculum; & armum dexterum ſacerdos habuit: reliquum totum iis, qui hoſtiam pacificam obtulerant, remanſit. Item in holocauſto, quando de armentis, vel pecoribus immolatio fiebat, maſculina tantum offerri iuſſa ſunt. In ſacrificiis autem, pro peccato atque delicto, ſiue in pacificis, tam fœminina, quàm maſculina poterant immolari: eo uidelicet ordine, quo ea lex immolari præcepit: vt videlicet in ſacrificio pro peccato, cum quis de populo peccauerit per ignorantiam, capram iubeatur offerre: in pacificis autem marem, uel fœminam, pro uoto offerentium, quia gratuita erat oblatio, quiſque offerre poterat. Porro pacifica dicta ſunt ſiue propterea, quòd non pro culpa aliqua offerebantur, ſiue quia pacem fecerunt ex omni parte, vnicuique, quod ſuum eſt tribuentes: quia in eis pars in ſacrificiis domini cremabatur: pars ſacerdotibus cedebat: reliquum offerentium erat. Pacifica autem, vel pro gratiarum actione offerebantur, cum uidelicet aliquis de periculo liberatus in gratiarum actione domino munus obtulit: uel pro uoto ſoluens promiſſum, uel ſpontanea uoluntate offerens.

P Oblationes.

QVando uero oblatio fiebat: aut de ſimila, ideſt ſubtili farina, illam eſſe oportuit: aut de panibus coctis in clibano: aut de patella ſiue frixura: aut de ſartagine cum frixura. Similæ ſuperfundebatur oleum, & thus ſuperponebatur: reliqua oleo ſuperfundebantur ſine thure. Mel autem, & fermentum uniuerſaliter ab oblationibus domini remouetur. Nam, & quando primitiæ horum offerebantur, ſicut aliarum rerum, non tamen ſuper altare ponebantur: neque aliquid ex eis in igne altaris cremabatur, ſed eleuata tantum coram domino, poſt a ſacerdotibus ſuſcipiebantur. Sal uero omnibus ſacrificiis miſceri præcipitur, ideſt oblationibus.

LIbationem in liquidis accipimus, ut pote in oleo, & uino. Q Libatio.

*De perſonis a quibus fiunt prædicta.*
*Cap. III. & XI.*

NVNC igitur, quia oſtendimus differentiam eorum quæ offeruntur, conſequens eſt ut diſtinguamus etiam perſonas a quibus offeruntur: hoc eſt uel eos qui offerunt dona, uel eos qui pro miniſterio offerunt ſacrificia. Vtrique enim offerre dicuntur: ſiue uidelicet qui dant ſiue per quos dant. Sacerdotum eſt ſacrificia offerre: non uotus ſpecialiter: ne ſi vni cotidie neceſſitas ſacrificandi indiceretur, a copula carnalis commercij prohiberi uideretur: ſecundum illud, quòd uir a quo exit ſemen coitus, ſancta ingredi uel tangere prohibetur, & immundus uſque ad ueſperam eſſe decernitur. Cotidiana uero ſacrificia & oblationes uiciſſim ab omnibus ſacerdotibus fieri potuerunt, excepto illo ſacrificio, quo ſemel in anno in Sancta Sanctorum ſummus Pontifex per ſanguinem intrare præcipitur: tamen quicunque ſacrificium offerret, æqua erat portio omnibus ſacerdotibus, & ſimiliter diuidebatur ſingulis.

*De temporibus & cauſis in eis offerendi.*
*Cap. IIII. & XII.*

R *Pulchra ſacrificiorum ſecundum tempora diſtinctio.*

TEMPORA offerendi diuerſa fuerunt. Erat enim ſacrificium quod cotidianum dicebatur, propterea quòd illud cotidie offerri oportebat. Singulis namque diebus duos agnos Deus immolari præceperat in holocauſtum, unum mane, & alterum ueſpere: & hoc cotidianum & iuge ac ſempiternum ſacrificium uocabatur. Singulis uero ſabbatis duos alios in holocauſtum adiici, præter holocauſtum cotidianum, ut eſſent ſimul quatuor, ſancitum fuerat. Porrò in Calendis, id eſt in initijs ſingulorum menſium, cotidiano ſacrificio addebantur in holocauſtum duo uituli, aries unus, agni ſeptem, & hircus pro peccato. Menſe autem primo, ideſt menſe phaſe, qui menſis nouorum dicitur: præter agnum paſcalem qui quartadecima die ad ueſperam immolabatur: ſequenti, ideſt quintadecima die in holocauſtum, cotidiano ſacrificio addebantur uituli duo, aries unus, agni ſeptem, & hircus pro peccato. eodem modo per ſingulos ſeptem dies azimorum fiebat. In ſeſto etiam primitiuorum, quod ſepties poſt phaſe hebdomadibus tranſactis, ideſt quinquageſimo die (in

quo

quo de nouis frugibus dño panes offerre primũ
cœperunt:ſicut in feſto nouorum falcem in ſege-
tem mittere, & de granis confractis oblationem
facere) cotidiano ſacrificio addebantur uituli
S duo, aries unus,agni ſeptem. Quã uidelicet diem
quinquageſimum exiſtimo computandum a ſex-
tadecima die primi menſis, quæ proxima ſequi-
tur poſt quintamdecimam, non a quintadecima,
ut quidam exiſtimant,quę illam uidelicet ſextam
decimam eſſe putant: in qua primum falx in ſege
tem mittebatur, & manipulus primitiarum corã
domino eleuabatur. Deinde prima die ſeptimi
menſis,hoc eſt in feſto tubarum,cotidiano ſacrifi
cio addebantur in holocauſtum, uitulus unus, a-
ries unus,agni ſeptem,hircus pro peccato: pręter
holocauſtum calendarum. Hoc autem feſtum id-
circo tubarum,quidam appellatum credũt: quia
tunc ſecundum reuolutionem anni,expleto cano
ne ſcripturarum, rurſum ab exordio eaſdem ſcri-
pturas legere,& recitare cœperunt. Dehinc eiuſ-
dem menſis decima die feſtum expiationis ſequi-
tur,ubi affligere animas ſuas iubentur filii Iſrael:
ut quidam arbitrantur pro peccato uituli, quem
fecerunt morante Moyſe in monte: cuius reatus
ueniam Moyſes a Deo hoc eodem tempore impe
traſſe exiſtimatur. Sic enim antiqua traditione
perhibetur, quòd lex quinquageſimo die poſt
quintumdecimum diem primi menſis, qui ſecun
dum Hebræos ſextus eſt tertii menſis, data ſit in
decem mandatis:poſt quem diem Moyſes aſcen-
dens in montem ad Deum, quadraginta dierum
ieiunio expleto, duas tabulas lapideas eiuſdem
pręceptis inſcriptas accepit, quas deſcendens ad
montis radicem uiſo uitulo confregit.Rurſumq;
aſcendens poſt alios quadraginta dies in aliis ta-
bulis quas domino iubente ad ſimilitudinẽ prio-
rum fecerat,eadem præcepta accepit. Sicq; demũ
tertio aſcendens quadraginta diebus ueniam,pro
delicto impetrauit. Poſt quem numerum ſi duos
dies adiicias,quorum primus inter primam, & ſe
cundam aſcenſionem,ſecundus, inter ſecundam,
& tertiam fuiſſe creditur: decimus ſeptimi men-
ſis dies occurrit:qui merito dies per ſingulos an-
nos celebrari iuſſus eſt: & dies expiationis uoca-
tur pro eo,quòd in eo animas ſuas,pro commiſſo
affligentes pœnitentia culpam expiabant.Nouiſ-
ſime feſtum ſequitur ſcenophegiorum, ideſt ta-
bernaculorum,quod agebatur in recordationem
peregrinationis,quia filii Iſrael exeuntes de Aegy
pto per deſertum in tabernaculis habitabant.
Quod feſtum a primo menſe,quando egreſſi ſunt
de Aegypto ad ſeptimũ tranſlatum eſt, quòd duo
ſimul feſta celebrari conuenienter non poterant:
quòd etiam poſt feſtum primitiuorum niſi prius
collectis meſſibus toti populo in unum conueni-
re facile non erat.Quidam idcirco hoc feſtum ſe-
ptimo menſe inſtitutum putant, propter ſeptem
nubes, quibus populũ de Aegypto egredientem
obumbratum ex antiqua traditione aſſerunt. O-
ctauum diem,qui cõtra morem ueteris teſtamen-
ti celebrandus indici uidetur,non ad hoc feſtum
pertinere putant:ſed aliud per ſe eſſe feſtum, &
alio tempore celebrandum. niſi quòd ex diſpen-
ſatione huic feſto coniunctus eſt,ne forte popu-
lus tum ex frequenti conuocatione,tum ex immi
nente hyeme moleſtiam ſuſtineret. Hoc autem ex
Deuteronomii authoritate probant, ubi in feſto
ſcenophegiorum non niſi ſeptem dies comme-
morantur, quãdo ipſum celebrandum indicitur.

### *De locis, cauſis, & expoſitione literali Leuitici. Cap. V. quod eſt annotatiuncularum in pentateuchon. Cap. XIII.*

HIs breuiter prælibatis,ad literam ue- T
niamus. Ad oſtium tabernaculi te- Leuiti.1.
ſtimonii. In uno eodemq; loco im- *Vide Ann.*
molabantur,ideſt laniabantur a ſa- *F. Sixti ſu-*
cerdotibus, & offerebantur a popu *per hoc ca-*
lo uictimæ,tam holocauſtorum, quam pacifico- *put.in ſua*
rum,& pro peccato,& pro delicto: qui locus di- *Bibl. lib. 5.*
uerſis nominibus deſignatur. Erant autem quin- *2. partis.*
quaginta cubiti ab introitu atrii ex parte orientis
uſq; ad introitũ atrii ſcilicet,& teſtimonii: erant
duo oraria,unum uirorum Iſrael, & alterum mu-
lierum.Inter hæc autem,& introitum tabernacu
li erat altare holocauſtorum,non tamen in ipſo
introitu,ſed ſurſum uerſus auſtrum. Victimę ue-
ro offerebantur iuxta altare ad aquilonarem par-
tem magis in introitu tabernaculi,& immolaban
tur: Caput uidelicet,& cuncta,quæ adhærent ie- „
cori.Ideo potius caput nominauit, quàm pectus
aut armum: quia caput non ſolum per ſe offere-
batur ab uno ſacerdotum,uel leuitarum, ſicut cæ-
tera membra:ſed cum eo adhærentia iecori,& pe
des,& inteſtina lota aqua iungebantur. Quæ qua-
tuor unus ſacerdotum eleuabat, & ponebat in al-
tare. Alii octo ſacerdotes reliqua membra. No-
uem uero ſacerdotes offerebant membra holo-
cauſti omnia bene lota aqua. Duo uerò alii offere
bãt ſanguinem,ut omnes ſimul eſſent duodecim.
Decebat autem,ut illa,quæ in cultu Dei immola-
ta erant,a pluribus etiã ſacerdotibus offerrentur.

TOllet pugillum plenum ſimilæ,& olei, ac to- V „
tum thus.Expreſſius dixiſſet pariter cum thu Leui.2.
re,totum thus,thure adiuncto, quod totum com „
plectitur. Siautem de craticula fuerit ſacrificiũ,
æquè ſimilia oleo conſpergetur. In Hebræo pro
craticula habetur marheſit,quod eſt proprie ſar-
tago:in quo frixura fit, quod & ſono ipſius nomi
nis inuui uidetur. Nam marheſit conſiliatrix in-
terpretatur propter ſtridorem, uidelicet frixuræ
& ſuſurrium ſiue murmur,quo conſiliantem imi
tari uidetur.Vbi autem in Leuitico habetur,obla
tio de ſartagine, in Hebræo eſt mahhebar. Poteſt
igitur ita diſtingui.michhar, i. cribrum uel rete.
Mahhebat.i.patella,ubi decoctio fit liquida. Ma-
rheſit,i.ſartago ubi frixura fit.Nec quicquam fer-
menti ac mellis adolebitur in ſacrificio domini. „
Primitias tm̃ eorum offeretis ac munera.Nam in „
ſequentibus dicet ꝙ cum hoſtia gratiarum panes „
duo fermentati offerentur.Ex quib. unus pro pri
mitiis offeretur dño,& erit ſacerdotis,ut intelliga
tur ꝙ hæc.i.fermentum & mel, quando pro pri-
mitijs

mētijs offerebantur nihil de ipſis ſuper altare cre-
mabatur, ſicut io aliis primitijs: ſed cedebant in
,, uſus ſacerdutis eleuata prius coram dño. Si oautē
,, obtuleris munus primitiarum frugom tuatum
,, domino. De oblatione paſchali hic intendit age
,, re. Offeres primitias tuas domino, fundens ſuper
,, eas oleum, & thus imponens. Ideo thus: quia obla
,, tio domino eſt. De qua adolebat ſacerdos io me-
,, moriā muoeris, partem farris fracti, & olei .ſ. par
,, tem. thus uero totum adolebis. ut non remaneat
de ipſo pars aliqua, ſicut de fatre, & oleo, ſed totū
comburatur. Hoc igitur in primitiis fermenti,
& mellis non fiebat.

,, V Leuiti. 3. QVod ſi hoſtia pacificorum fuerit eius obla-
tio &c. Pacifica dicebantur ſacrificia, quæ
offerebantur ab iis, qui non pręcedente delicto,
ſed quaſi pacem habentes Deo offerebant. uel i-
deo pacifica: quia pacem faciebant, ad omnes uni
cuiq; ſuam portionem tribuendo. Omnes ſiqui-
dem ex ea commonicant nec uni cedit. Ex eis nā-
q; pars in Dei ſacrificium adolebatur: pars io uſū
ſacerdotum, ideſt pectuſculum, & armus dexter
cedebat: reliquum erat offerentium. Nam quod-
dam ſacrificium erat in quo ſolus Deus participa
bat: ut holocauſtum, & ſacrificium pro peccato
*De quibus ſacrificijs participabat ſolus Deus. & & quibus ſacerdotes cū Deo ſimul.* ſacerdotis, & ſacrificium pro peccato totius po-
puli: quorum primum, totum in altari igne cre-
mabatur: reliqua duo partim in altati partim ex-
tra caſtra. Quoddam etiam ſacrificium erat in
quo pars Deo cedebat, pars ſacerdotibus: ut in ſa-
crificio pro peccato principis, & ſingulorum de
plebe. Quoddam in quo pars coram domino
cremabatur, pars ad eſum ſacerdotum ueniebat,
pars reliqua offereotibus remanebat: ut in pacifi
cis, in quibus adeps erat Dei cum quibuſdā aliis
partibus: pectuſculum, & armus dexter ſacerdo-
tis, reliquum offerentium ſicut iam ſuperius dixi-
mus. Aliatum uero oblationum de farina, pręter
pogillum, quod in memoriale corā domioo cre-
mabatur, cum toto thure de quo nihil reſeruaba
tur: quod reliquum erat totum cedebat Aarō, &
filiis eius. Similiter de clibano, & ſartagine, & cra
ticula pars in memoriam coram domino crema-
bator: reliquum erat Aaron, & filiorum eius. Sic,
& de primitiis præter fermentum, & mel de qui-
bus nihil cremabatur.

Y ,, Leui. 4. ANima ſi peccauerit per ignorantiam, & de
uniuerſis mandatis domini, quæ præcepit
ut non fierent, quippiam fecerit: hucuſq; pendet
ſententia: poſtea per ſubdiuiſionem diſtinguit. Si
,, quidem ille, qui hoc fecit, eſt ſacerdos, qui unctus
,, eſt, offeret &c. Si autem omnis turba Iſrael &c. Si
,, autem peccauerit princeps &c. Hæc omnia ſub-
,, iuncta reſpondent ad primam propoſitionem,
qua dictum eſt. Anima ſi peccauerit. Quod au-
tem ait, ſi fecerit quippiam de uniuerſis manda-
tis domini, quę præcepit, ut non fierent: uel ſic in
telligendum eſt, ꝙ Deus, qoędam propter ſolam
figuram obſeruare præcepit: quę iam poſt agnitā
ueritatem tenere, peccare eſt. uel ſic: ut maodatū
large pro pręcepto, & prohibitione poſitum in-
telligamus: ac ſi diceret. Si fecerit quippiam co-
rum, quę in mandatis domini continentur: ita ꝙ
de iis præceptum eſt, ut non fiant. Si quidem il- ,,
le, qui hoc fecit, ſacerdos eſt, qui unctus ē: peccās
in hoc, & delinquere faciens populum: offeret
&c. Quod autem dicit, peccauerit delinquere fa-
ciens populum: uel de omoi peccato ſacerdotis,
iotelligendum eſt, quod ſemper grauius eſt, quia
cæteris prębet exemplum delinquendi: uel ſi hoc
modo peccauerit, ut faciat populum delinquere,
aliquid ſuggerens, uel ſuadens uerbo ſiue exem-
plo: unde alii ad peccandum prouocentur: quod
grauius eſt, quàm ſi ſolus peccauerit. Vel certe, ſi-
cut in Hebræo expreſſius habetur, ſi ſacerdos, qui
unctus eſt, peccauit ad culpam populi, ideſt ad ſi-
militudinem alicuius de populo, qui ualde nocēs
eſt: ut qui aliis exemplum debet eſſe in iuſtitia:
aliis ſimul fiat in culpa. Quod dicitur, totiens co-
ram domino, coram tabernaculo, coram altari:
intelligendum eſt ubi per ſacra pręſentia Dei erat.
Quod etiam dicitur, totiens: Rogabit pro eo ſa-
cerdos: alio ſenſu dici poteſt: ſcilicet condona-
bit, uel remiſſionem faciet ſuper eum: ut oſtenda
tur, quòd per preces ſacerdotis remiſſio fiat cri-
minis.

SI peccauerit anima, & audierit uocem iuran- Z ,,
tis, teſtiſq; fuerit, quòd aut ipſe uidit aut con- Leui. 5.
ſcius eſt, niſi iodicauerit, portabit ioiquitatem ,,
ſuam. Quidnam hoc capitulum ita intelligen- ,,
dum putant. Si peccauerit homo, in hoc ſcili-
cet, quòd audierit uocem iurantis coram ſe, ut ue
rum dicat: & fuerit teſtis, ideſt conſcius, & ueritā
tem ſciat pro eo, ꝙ ipſe illud de quo rogatur, teſti
monium ferre uidit, aut alio modo conſcius eſt il
lius, niſi indicauerit ſicut ſcit ueritatem: portabit
iniquitatem ſuam: ideſt reus erit. Vel ſi peccaue-
rit anima cum audit uocem iurantis falſum: & cū
ſit, ideſt eſſe poſſit teſtis falſitatis illius, quia uidit
aut conſcius eſt, niſi indicauerit illum falſum iura
re, peccat. In quo tamen hanc menſuram tenere
oportet: ut ad correctionem, non ad lęſionem il
lius peccatum ipſius manifeſtet. Vel ſi peccaue-
rit in hoc, ſcilicet ſi audierit uocem iurantis fal-
ſum: & conteſtetur illi dicens ſe quod iſte falſo
iurat audiſſe, aut alio modo conſcium eſſe cū nō
ſit: niſi poſtea indicauerit, uel ueritatem ipſam,
ſicut nouit, uel ſaltem ſacerdoti culpam ſuam de
falſo teſtimonio, quòd perhibuit, portabit iniqui
tatem ſuam. Anima quæ tetigerit aliquod immū-
dum &c. In hoc capitulo obliuionem reprehen ,,
dit contactus immundi: conſequenti uero, opus. ,,
Qui enim tetigerit immundum, immundus effi-
citur, & delinquit ſi per incuriam oblitus immū-
ditiæ ſuæ mundationis ritum non obſeruat. Rur-
ſum ſi poſt obliuionem reminiſcitur immundi-
tię ſuæ, ſubiacebit delicto pro eo, quòd mundatio
nem non ſeruauit, & eget purgari ſacrificio. Ani-
ma quæ iurauerit, & protulerit labiis ſuis, ut uel ,,
† ualde quod faceret, uel bene: & idipſum iura- ,,
mento, & ſermone firmauerit, oblitaq;, ſcilicet iu † male
ramenti ſui, & negligens uerbum ſuum, poſtea in
tellexerit delictum ſuum: ꝙ ſcilicet non imple-
uit, quod iurauit, aut forte, ꝙ male iurauit: agat
pœni-

pœnitentiam pro peccato. Quidam hic nolunt eſſe culpam, non propterea, quod iuramentum factum eſt, ſed quia falſum factum eſt iuramentum, ignoraoter tamen: quod poſtea cum intelligitur, emendari pręcipitur: quamuis tamen non proprie dicatur oblita eius, quod non nouit. Qđ autem ſeqoitur. Offerat de gregibus agnum, ſiue capram, non huius ſolius delicti expiatio intelligenda eſt: ſed & præcedentium trium. Qui primum offerens pro peccato. Vbi nos habemus ꝓ peccato, in Hebræo eſt pro expiatione. Verbum enim hattat, pro expiatione ſonat. Anima ſi præuaricans cęrimonias per errorem, in iis, quę domino ſunt ſanctificata, peccauerit: offeret pro delicto ſuo arietem. Hic peccatom intelligi uult, cum quis ea, quę ſanctificata fuerant domioo, in uſus proprios redegerit, ſeu de hoſtiis, de quibus ſolis ſacerdotibus ueſci licebat, manducauerit. Vbi, & quod intulit damnũ, reſtituere iubetur: & quintam partem ſuperaddere: Pro delicto autem ſuo arietem immaculatum quinq; ſiclis emptum offerre. Anima quę peccauerit per ignorantiam: feceritq; unum ex iis, quę lege domini prohibētur, & peccati rea intellexerit iniquitatem ſuam: offeret arietem immaculatum de gregibus ſacerdoti, iuxta menſuram æſtimationemq; peccati. Hoc mandatum ab eo, quod ſuperius dixit. Animam de populo terrę per igoorantiam peccantem pro expiatione ſua capram debere offerre: in eo diſtare uidetur, ꝙ ibi præuaricans in mandatis domini offendiſſe dicitur. Hic autem non ſolum in mandatis domini, ſed etiam in domino deliquiſſe memoratur. Vnde conuenienter intelligitur in hoc loco delictum ſignificari, quo in domino, ideſt in iis, quę ſanctificata ſunt domino, peccatur: atq; in eo ſolum a præcedente diſtare, ꝙ illic damnum infertur, & pęccatum cõmittitur: propterea q; damnum cum quinta parte addita reſtaurari, & peccatum per arietis immolationem expiari iubetur: hic autem, quia damnom illatum non eſt, ſolum peccatum arietis immolatione purgatur. Qui uidelicet aries offerri iubetur ſecũdum menſuram, & æſtimationem peccati, ſcilicet præcedentis: quia idem hic eſt peccatum, quamuis non ſimile damnum. Vtrobiq; enim in eodẽ genere peccatur, quamuis diuerſis modis. Vt uerbi gratia ibi tollendo, & uſurpando illicite ſancta: hic illicite contingendo: unde ſequitur. Qui ſcilicet ſacerdos, orabit pro eo, quia neſciens fecerit: & dimittetur ei, quia per errorem deliquit in domino. In Hebręo ſic habetur, remiſſionem faciet ſuper eum ſacerdos pro errore quo errauit, & neſciuit: & dimittetur ei culpa illa qua peccans peccauit in Deum. Similiter in ſequenti capitulo.

A
Leui. 6. ANima, quæ peccauerit, & contẽpto dño negauerit proximo ſuo depoſitũ &c. i. qui cõtempto dño conſcius eſt ſecreti, & depoſitum negat: & cætera, quę ſubſequũtur, arietis immolatione expiari iubetur: qa in eadẽ æſtimatione dictũ eſt cũ ſupradictis. Cremabitur in altari tota nocte uſq; mane. De cotidiano intendit holocauſto: nec eſt quęrendũ, quare hic pręteremittat de ueſpertino, cum ante in Exodo præmiſerit de matutino.

QVicquid in craticula, uel in ſartagine pręparatur, erit ſacerdotis a quo offertur. Hic B
Leui. 7.
diſtingue: ut ſubinferas: alia oblatio, ſiue oleo conſperſa, ſiue arida fuerit, cunctis filiis Aaron ęqua menſura diuidetur per ſingulos. Vel erit ſacerdotis, quia ad uſum laicorum non peruenit: ſicut in pacificis: ſed filiis Aaron ęqualiter diuiditur. Ex quibus unus pro primitiis offertur domino. In ſacrificio pacificorum quatuor diuerſitatũ panes offerebantur, & de unoquoq; genere unus offerebatur ſacerdoti ita proprius, ſicut primitię. Reliquos autem habebat homo, qui offerebat de filiis Iſrael, & comedebat in atrio. Caro quæ tetigerit aliquid immundum, non comedetur, ſed comburetur igni. Qui fuerit immundus, neſcetur ex ea. In Hebræo ſic habetur. Caro quę tetigerit omne pollutum, non comedetur: ſed cõburetur igni, & caro. Omnis immundus comedet carnẽ. quod ſic intelligi poteſt: qui pollutam non comedet illam carnem, mũdus eſt. Anima polluta, quę ederit de carnibus hoſtię pacificorum &c. Quod hic dicit animam pollutam: & poſtea ſubiungit: Anima quæ tetigerit immunditiam hominis: de propria immũditia intelligi uult, & aliena inquinatam. Hæc eſt unctio Aaron. In Hebræo eſt. Augmentum, ſcilicet quod datum eſt ei a domino lege perpetua de ſacrificiis oblatis a populo Iſrael, dicitur eſſe eius unctio in hoc data.

ADipem uero, & caudam ſeptem diebus quibus ſanctificatus eſt Aaron, & inſtructus in C
Leui. 8.
ſacerdotium immolauit Moyſes quaſi ſummus ſacerdos, & accepit ab Aaron, & filiis eius ea quæ poſtea accepturus erat Aaron a cętero populo offerente: & ſacrificauit ſuper altare holocauſti cotidie, quod unxit in primo illorum ſeptem dierũ, qui fuerunt in fine primi anni. Ita ꝙ octauus quo Aaron cœpit ſacrificare, fuit primus dies ſecundi anni: & eo die egreſſus a domino ignis combuſſit holocauſtum Aaron. Nam Moyſes ſeptem præcedentibus diebus igne terreno ſacrificauerat. Eodem octauo die Nadab, & Abiu ſunt conſumpti igne uindictæ, quia poſt cæleſtem ignem miſſum a domino alienum ignem intulerunt. Coquite carnes ante fores tabernaculi. Sicut laici faciebãt de carnibus pacificorũ quæ offerebãt, ita oportebat Aaron, & filios eius facere in hac eorum oblatione. Et Moyſe tñ inde accipiebat, quantũ Aarõ poſtea a cæteris accepturus erat. Sicut factũ eſt in preſentiarũ. Quaſi d. Sicut mõ inſtituitur, & ſãctificatur Aarõ: eodẽ mõ ſequaces eius inſtituentur.

DIxitq; ad Aarõ, Tolle de armẽto uitulũ ꝓ peccato. Hui⁹ carnes, qa ꝓ pctõ ſacerdotis oblatu fuit, cũ pelle extra caſtra cõburebantur. Aries D
Leui. 9.
ſimiliter i holocauſtũ oblatus totus cremabatur. Pro pctõ aũt populi mactauit hircũ, uitulũ, & agnũ: i holocauſtũ bouẽ, & arietẽ, hoſtias pacificas. Nec ẽ contrariũ qđ ſupra pręcepit: ꝓ pctõ totius multitudinis immolari uitulũ, hic hircũ, quia ibi pro certo delicto cõmiſſo, hic pro uniuerſali, & ibi ſeorſum pro multitudine, & ſeorſum pro principibus: hic ſimul ꝓ pricipibus, & turba: & ideo

recte hircus, & uitulus. Sed quod poſt hircũ ſubiunxit uitulum, dubium eſt an pro peccato, an in holocauſtum ſit. Abſq; cerimoniis holocauſti matutini, ideſt agno, qui cotidie, & mane, & ueſpere offerebatur. Sicq; completis hoſtiis pro peccato, & holocauſtis pacificis deſcendit. Non deſcendit de gradibus; quia prohibitum erat ne gradibus ad altare aſcenderetur: ſed de aliquo forte eminentiori loco in quo ad horam ſtabat ut apte miniſtrare poſſet: ne altitudo altaris impedimento eſſet.

,, E Leui. 11. QVicquid ambulat quidem ſuper quatuor pedes: ſed habet lõgiora retro crura. propter illos quatuor pedes debetis, ideſt poteſtis comedere, & de uolucribus hic agitur. Omnis aquarum congregatio munda erit: quicquid in eam cadat, ipſa non poteſt immunda fieri, ſicut nec fons.

,, F Leui. 14 DVos paſſeres uiuos pro ſe, quos ueſci licitũ eſt. Non dicit ad differentiam aliorum paſſerum, ſe aliarum auium, quibus ueſci licitum nõ eſt. Purificatus ingredietur caſtra, non tamen eodem die raſuræ, & purificationis ſuæ: ſed poſt illũ diem expectabit adhuc ſeptem dies extra caſtra ſui tabernaculi, ſcilicet antequam liceat ei intrare in domum ſuam propriam; uel ſi ſint in expeditione (ſicut modo in deſerto) antequam intret in ſuum proprium tabernaculum: non tamen ita ut liceat ei interim intrare in tabernacula aliorum.

,, G Leui. 15. OMnis quem tetigerit, qui talis eſt, ideſt immundus factus ex contactu rei immundæ: tetigerit dico, non lotis ante manibus, ideſt antequam lauerit manus. Per contactum immunditiæ ſi quidem uas illud fictile fuerit &c. Quod autem interponit: Lauabit ueſtimenta ſua: quomodo mundandus ſit, oſtendit: & deinde redit ad id quod propoſuit: uas fictile &c.

,, H Leui. 16 ACcingetur zona linea: cydarim lineam imponet capiti &c. Omni die quo ſacrificabat ſummus ſacerdos, utebatur aureis ueſtimentis: ſed quando intrabat ſancta ſanctorum retinebat tantum linea. Iuxta hunc ritum faciet tabernaculo, ideſt idem faciet de tabernaculo teſtimonii: ipſum ſimiliter expiando.

,, I Leui. 17. HOmo quilibet de domo Iſrael, ſi occiderit bouem, aut ouem, aut capram, in caſtris, uel extra caſtra: & non obtulerit ad oſtium tabernaculi oblationẽ domino, ſanguinis reus erit. Hoc intelligendum eſt de illo tantum tempore, quo morabantur in deſerto, & tabernaculum domini iuxta ſe habebant. Nam in terra promiſſionis iis, qui longe erant a loco ſacrificandi, concedebatur ad eſum pecora mactare, ueſciq; carnibus, etſi non immolarent.

,, K Leui. 18. QVæ domi, uel foris genita eſt, ideſt ex legitima copulatione, uel ex concubinatu.

,, L Leui. 19. POma, quæ germinant, immunda erunt uobis. hoc non eſt in Hebræo. Quarto anno ſanctificabitur, ideſt dabitur domino, & tamen poterit redimi alio precio.

DE ſemine tuo, ideſt de filiis tuis: non dabis, ideſt non immolabis idolo Moloch, more gentium. M ,, Leui. 20.

IMmundum ſuper mortuo, ideſt immunditiã morticinii. N ,, Leui. 22

ALtero die ſabbati, & ſanctificabit illum: ideſt decima ſexta luna. In quo die conſecrabatur, & prius elauabatur coram domino, & poſtea torrebatur igni, & terebatur in farinam, & fiebat inde ſacrificium. Et ab iſto die computabantur ſeptem ſeptimanæ: & dies primus poſt eas erat pentecoſte, qui dies ſemper eſt ſextus tertii mẽſis: ſicut, & in donatione legis contigit. Sciendum autem ꝙ & hic manipulus, & omnia ſacrificia feſtorum, ſicut, & cotidianum holocauſtum, communiter ab omni Iſrael accipiebãtur: & diues nõ plus quàm pauper ponebat in collecta, quę ad arbitrium ſummi ſacerdotis ſeruabatur. Menſe ſeptimo, prima die menſis. hoc die deſcendit Moyſes de monte tranſactis tribus quadragenis, quibus, & ieiunauit. Finita enim prima deſcendit Moyſes: quia populus peccauerat in uitulo conflatili: & facta uindicta, & fractis tabulis, altero die aſcendit in montem: & ieiunauit item alia quadragena, ut impetraret ueniam. Qua finita, dixit ei dominus, ut deſcenderet, & excideret alias tabulas ſuper quas, & ipſe dominus iterũ ſe ſcripturum decem præcepta promittit in Deuteronomio. Quod cum feciſſet Moyſes: & item altero die poſt deſcenſum aſcenderet, ieiunauit tertio: & in ultimo die tertiæ quadragenæ cum deberet deſcendere Moyſes, indixit ei dominus feſtum expiationis in ſignum, & memoriam remiſſionis peccatorum quam dominus fecit tunc populo precibus Moyſi. A quintodecimo die poſt omnem collectionem fructuum oportebat fieri hoc feſtum, propterea ꝙ de omnibus fructibus oportebat domino offerri. Ideo autem quintodecimo die menſis fit: quia quintodecimo die menſis, licet non huius, ſed primi: in tabernaculis nubium habitare cœperant filii Iſrael. Nubes ſeptẽ circuibant ex omni parte tabernaculum, & etiã totum populum. ¶ Baculum, ideſt Robur potius. O ,, Leui. 23. P

ANimal immundum, quod immolari domino non poteſt &c. Hic de animali agit, qđ immolari poſſet domino ſi careret macula. Quod ſi dare uoluerit &c. Omne quod domino conſecratur, ſiue homo, ſiue animal. Iſta conſecratio in Hebræo dicitur anathematizario: quia iſta a cõmuni hominum uſu remouebantur. Quicquid hoc modo ſacrabatur domino, nulla redemptione poterat reuerti ad hominem, etiam ſi pater cõſecraſſet filiam, prius moreretur, quam redimeretur: & hoc eſt morte morietur. Solummodo maſculos in primo genitis Ægypti interfecit dominus, & ideo ſolos maſculos, tam in hominibus, quam aliis in animalibus præcepit redimi, etſi prius naſceretur fœmina, quicunq; filii poſt eam naſcerentur: non oportebat redimi. Leui. 26. Q Leui. 27

## *M. HVGONIS DE SANcto Victore Canonici Regularis Lateranenſis Adnotatiunculæ Elucidatoriæ in Numeros.*

R Nu.14 QVoniam Amalachites, & Chananeus habitant in uallibus, per quos tutus tranſitus non eſt: Ideo cras mouete caſtra, & reuertimini.

Nu. 18. † patris DE ſceptro, ideſt familia,† fratris tui, ideſt Moyſis hoc eſt leuitas ſume tecum. Sceptrũ pro cognatione ponitur: quoniam honor, & exaltatio hominis eſt. Vel ſceptrum pro officio, & miniſterio diuino, cui ſeruire regnare eſt. Sume ſceptrum fratris tui, qui leuita eſt, ideſt eos qui funguntur officio illius ut miniſtrent tibi.

S Nu.21. VNde dicitur in libro bellorum domini. hęc eadem ſcriptura intelligenda eſt. In qua bella domini commemorantur, quæ fecit pro populo ſuo. In qua etiam dicitur hoc ꝙ Iſrael pugnaturus contra regem Seon in torrentibus Arnon dixit. Sicut fecit nobis dominus in mari rubro ſubmergens Ægyptios: ſic faciet in torrentibus Arnon proſternens amorreos. Dicitur etiam in hoc libro, quod ſcopuli torrẽtium inclinati ſunt, umbraculum præbituri, ut requieſcerent filii Iſrael in Arnon. Scopuli torrentium inclinati ſunt. Muta elementa obſequio accurrunt, & homo mortalis, quid poterit? Figura eſt loquendi cum hyperbole. Vel ſcopuli torrentium inclinati ſunt, ideſt ſuperbi, & impetuoſi humiliati ſunt, reſiſtere nõ ualentes. Ex eo loco ubi, ſcilicet caſtrametati ſunt in deſerto, apparuit puteus uirtute diuina factus: ſuper quo priuſquam appareret, locutus eſt dominus ad Moyſen. Congrega populum, & dabo ei aquam. Tunc, ideſt facta promiſſione, exultans in ſpe cecinit Iſrael carmen iſtud. Aſcendat puteus inundans largiter uſq; ad ſummum. hoc concinebant filii Iſrael iterantes. Puteus quem foderunt principes, & parauerũt duces multitudinis. Quomodo parauerunt. In datore legis, & in baculis ſuis. Homines enim terram fodere potuerunt, ſed aquam, niſi dante Deo, habere non potuerunt. Tali foſſore, & tali datore aqua data eſt populo in ſolitudine. De qua ſolitudine exeuntes uenerũt Mathana: de Mathana in Nahaliel: de Nahaliel in Bamoth, de Bamoth, in uallem, quæ uallis eſt in regione Moab in uertice phaſga. i. in illa regione, ubi eſt uertex phaſga, & reſpicit contra deſertum. Tunc miſit Iſrael nuncios ad Seon uſq; † Ieſboth, & filios Amon: non ultra: quia forti præſidio tenebantur termini amonitarum. †Ieboc Vrbs Eſebon fuit regis Seon Amorrei, qui pugnauit &c. Idcirco, quia Seon uaſtauit Moabitas, dicitur in prouerbio de hac re facto. uenite in Eſebon, & ędificetur, & conſtruatur ipſa Eſebon, quæ eſt ciuitas regis Seon. Ciuitas. n. regis uictorioſi ędificanda eſt, & ſublimanda: quia de ipſa Eſebõ, Ignis egreſſus eſt, & flamma ſimiliter egreſſa eſt de ipſa, quæ eſt oppidum regis Seon: & deuorauit ipſa flamma, Arnon. ſ. ciuitatem Moabitarum, & habitatores excelſorum Arnon: quia in excelſis locis, & turribus illius: uel in locis ubi idola colebantur, habitabant. unde merito dicitur, Væh tibi Moab. Quare? Quia periſti, o popule chamos, ideſt colens idolum † chamos. Dedit iuſte deſerẽs, † cathmos uel chamos defendere non ualens, filios eius populi in fugam, & filias in captiuitatem regi Amorreorum Seon. Iugum, ideſt poteſtas ipſorum Moabitarum deperiit ab Eſebon uſq; dibon: & ipſi Moabitæ fugientes † laſſi peruenerunt in † Iophe & uſq; † madaba. †lapſi †Nophe † Medaba

T Nu. 24. † Cyn PErdat reliquias ciuitatis. ſ. Seyr. Vidit quoque Cæneum, & aſſumpta parabola ait: Robuſtũ quidem eſt habitaculum tuum, ſed ſi in petra poſueris nidum tuum, & fueris electus de ſtirpe † Cęni, quamdiu poteris permanere? Caeni in hoc loco non filius Adam, qui fratrem ſuum Abel interfecit, ſignificatur: Sed Caeni, unde cęneus dicitur populus: in prima ſyllaba poſt c, a e ſequente: in ultima ſyllaba n præcedente, & ſequente i. Vel (ut alii) Cam filius Noe. In Hebræo autem pro toto, quod dictum eſt ſi fueris electus de ſtirpe Caeni, quamdiu poteris permanere? hoc ſolum ſonare uidetur: ac ſi diceret Cineus deſtruetur: ut ſic dicatur. Sed ſi in petra poſueris nidum tuum, Cineus deſtruetur, ideſt tu, ideſt quamuis, ita ſecutus & munitus eſſe uidearis, deſtrueris tamen. Aſſur enim capiet te.

*Et hęc in Numeros. Reliqua enim deſideramus.*

## *EIVSDEM ADNOTATIVNculæ in Deuteronomion itidem mancę, & neſcio quo pacto, interceptę.*

T Deut.3. MAchir quoq; dedi Galaad. Per anticipationem. terram uocat Galaad, quod nomen poſtea impoſitũ eſt a Galaad, qui deſcẽdit de Machir. Et tribubus Ruben, & Gad dedi de terra Galaad uſq; ad torrentem Arnon.

V Deut.22 NOn ſeres uineã tuã altero ſemine. Pręter uitẽ: quia ſi hoc feceris; illicitũ eſt: & ſanctificabuntur: nõ cedent uſui tuo: qđ tñ ex ſola prohibitione fit, nõ natura. Funiculos in fimbriis facies p quattuor angulos pallii tui. Quadrãgulis palliis utebantur, in quibus philateria facere iubentur.

X Deut.25 ERiges ingẽtes lapides: & calce læuigabis eos: ut poſſis in eis ſcribere omnia uerba legis huius. In eo igitur, ꝙ ingentes lapides erigi iubet, ſtructura ingẽs oſtenditur: In quo q̃ſtio ſoluitur. Quõ uidelicet potuit Ioſue in altari, quod erexit, Deuteronomiũ legis deſcribere: pręſertim cũ ſtructura magna fuerit, & nõ oĩa, quæ in hoc libro cõtinẽtur: ſed præcepta tantũ oportuerit deſcribi.

Y Deu. 29. BEnedicat ſibi in corde ſuo dicens. Pax erit mihi, & ambulatio in prauitate cordis mei: & aſſumat ebria ſitientem, ideſt anima, quę iam uſu peccādi inebriata eſt, nec ſentit, neq; ueretur male agere: aſſumat, uel trahat ad conſortium peccādi ſitientem, ideſt aliam animam in feruore tentationis poſitam per concupiſcentiam ſitientē, ſed potum praui operis nequaquam adhuc ſumere præſumentem. Ne igitur hoc contingat, addit. Et dominus non ignoſcat ei. i. peccanti, & alium peccare facienti. Cauendum ne ſit inter uos radix germinans fel. i. talis hō a quo malitia procedit ad alios, & plures corrūpat. Abſcondita a dño Deo noſtro: quæ manifeſta ſunt nobis, & filiis noſtris uſque in ſempiternum: ut faciamus uniuerſa legis huius. Ad ſuperiora referendum: quoniam dixerat. Quia dereliquerunt pactum domini, quod pepigerat cum patribus eorum: ut ſeruarent præcepta eius, & ſecreta, quæ reuelauerat eis, quæ ab-

Pſal. 147. ſcondita erant a domino Deo noſtro. Quia non fecit taliter omni nationi, & iudicia ſua non manifeſtauit eis. Et idcirco, quia manifeſtata ſunt nobis, & filiis noſtris poſt uos naſciturisuſq; in ęternum: uel ut faciamus ea, uſq; in æternum: ideo ſi non ſeruauerimus: uenient ſuper nos uniuerſa mala hęc.

---

## *M. HVGONIS DE S. VIctore Canonici Regularis Lat. Annotatiunculę Elucidatorię in librum Iudicum, exponentes primo nomen, & farraginem libri: deinde literam: ſuperaddita annotatione una in lib. Ruth. Qui ſit huius Tomi Lib. III.*

A LIber Iudicum, qui Hebracè ſoptbim dicitur: poſt quinq; libros Moyſi, & librum Ioſue, ſeptimus ordinatur. Hic tempora iudicum deſcribit, qui poſt Ioſue uſq; ad Heli ſacerdotem populum Iſrael iudicarunt. Hic in ſuperficie literæ apertior reliquis apparet.

B Iud. 1. IVdas aſcendet. Per Iudā in hoc loco non perſonam, ſed populū, tribū uidelicet Iuda intelligere debemus: quemadmodum per Simeonē tribū Simeonis: quam tribus Iuda contra Chananeos pugnatura in auxilium uocat. Quem ſecuti comprehenderunt cæſis ſummitatibus manuum eius ac pedū. Quidā de Hebraica ueritate magis proprie interpręrari putauerūt: cæſis pollicibus, eo q truncato pollice ad ferenda arma deinceps homo idoneus nō ſit. Adduxerūt eū in Hieruſalē. Cū uſq; ad tēpora Dauid Iebuſei Hieruſalem tenuiſſe legātur, quō hic filii Iſrael Adonibezech i Hieruſalem adduxiſſe dicūtur, quaſi in ſuam ciuitatem? Sed quod ſequitur: Oppugnantes igitur filii Iuda Hieruſalem, cęperunt eam, & percuſſerunt in ore gladii, quæſtionem ſoluit. Sic enim intelligendum eſt, quod primum urbem cœperunt, deinde ad urbem captam, & ditioni ſuæ ſubiectam captum regem adduxerunt. Dedit ergo ei Caleph irriguum ſuperius, & irriguum inferius. Per ſuperius, & inferius montana, & campeſtria intelligimus. Filii autem Cinei cognati Moyſi aſcenderūt de ciuitate palmarum cum filiis Iuda in deſertū ſortis eius, quod eſt ad meridiem Arath: & habitauerunt cum eo. Cineus ipſe eſt Ietro, & Raguel pater Sephoræ uxoris Moyſi a quo Cinei dicti ſunt, qui hic ad filios Iuda aſcendiſſe, & cum eis habitaſſe dicuntur. Iebuſeum autem habitatorem Hieruſalem non deleuerunt filii Beniamin: habitauitque Iebuſeus cum filiis Beniamin in Hieruſalem uſq; in præſentem diem. Cum ſuperius filii Iuda Hieruſalem oppugnaſſe, & cepiſſe cunctamq; ciuitatem incendio tradidiſſe legantur: quo modo in hoc loco filios Beniamin Iebuſeum habitatorē Hieruſalem non deleuiſſe, ſed potius ipſum Iebuſeum cum filiis Beniamin in Hieruſalem uſq; in præſentem diem habitaſſe memoratur? Intelligitur ergo, quòd filii Beniamin, quorum poſſeſſio tribui Iuda iuncta erat, & Hieruſalem contingebat: poſtquam filii Iuda ciuitatem cœperant atq; uaſtauerant, in eadem habitare cœperunt: ipſumq; Iebuſeum habitatorem loci a filiis Iuda ſubactum ſecum habitare paſſi ſunt: atq; in hunc modum Hieruſalem uſq; ad tempora Dauid Iebuſeorum pariter, & filiorum Iſrael habitatio fuit: donec tandem ab ipſo Dauid Iebuſeo plene eiecto Hieruſalem ad ſortem filiorum Iuda uocata eſt: & ciuitas Dauid appellata eſt.

AScenditq; angelus domini de Galgala ad locum flentium. Per anticipationem nunc locus flentium appellatur. Nam poſtea nomen inditum eſt. Dimiſit ergo Ioſue populum. C Iud. 2.
Quomodo cum iam Ioſue mortuum eſſe dixerit, & poſt eius mortem Iudam ad prælium coram filiis Iſrael aſcendiſſe, & cætera, quæ uſq; huc dicta ſunt: nunc ſubſequenter Ioſue populum dimiſiſſe cōmemorat? Sed narratio ad ſuperiora reuertitur ac ſi diceret: in eo quod poſt mortem Ioſue filii Iſrael gentes illas quas dominus deleri præceperat, ſeruauerūt, patet, poſtquam Ioſuè eos dimiſit, qualiter ſibi relicti pręcepta Dei ſeruare contempſerunt. Nam poſtquam Ioſue dimiſit populum, & mortuus eſt: atq; alii ſeniores, qui legē Dei nouerant, deceſſerunt, ſubſequens generatio, cultu Dei derelicto, idolis ſeruiit, & iram Dei aduerſum ſe prauis operibus prouocare cœpit. Sic ad ſuperiora referendum, quod ait: dimiſit ergo Ioſue populum.

QVi ſuſcitauit eis ſaluatorem Aioth filiū Gera filii Iemini. Ieminus ipſe eſt Beniamin. D Iud. 3.
Nā Beniamin filius dexterę interpretatur. Sublato igitur ben, quod filius interpretatur, qd relinquitur iamin ieminum facit, ideſt dextratū, uel dextralem, uel dextrū, ſiue alio quolibet modo formetur a dextra nūcupatus: unde iemin' nō

per

per g ſcribendum eſt, ſicut geminus, quod ſignificat duplum: ſed per i & e, ut ſit Ieminus a Iemin uel Iamin dictus uelut a dextra dexter. Hinc filij Iemini dicuntur filii Beniamin.

E Iud. 4. IPſe autem habitauit in Atoſeth gentium. Hęc regio idcirco gentium dicitur, quòd non ab uno populo ſolum, ſed a multis gentibus habitabatur. Quę miſit, & uocauit Barach filiúm Abinoē. hic Barach idē ipſe eſſe putatur, qui & Laphidoth. hanc autem exiſtimationem exinde natam credimus, quod utrunq; nomen unam interpretationē habere inuenitur. Barach enim, uel Lapidoth, titio, & fulgur interpretatur. Barach igitur ipſe eſt Lapidoth, maritus eius, quem utpote uirū mulier ad prælium itura uocat. Aber autē cineus receſſerat quōdam a cæteris cineis fratribus ſuis, filiis Obab cognati Moyſi. Legimus ī Exodo quomodo Ietro ſocer Moyſi in deſerto ad eum uenit, adducens illi Sephoram uxorem ſuam, & filios ſuos: deinde cum rediret ipſe Ietro in terram ſuā, Moyſes filium eius Obab cognatum ſuum fratrē, ſcilicet uxoris ſuæ ſecum detinuit, ut pariter cum filiis Iſrael ad terrā promiſſionis proficiſceretur. De cuius uidelicet Obab progenie iſte Aber deſcēdēs a cæteris fratribus ſuis filiis Obab inter filios Iſrael habitantibus, ſicut ſuperius in hoc Iudicū libro legimus, quòd filii cinei aſcenderunt de ciuitate palmarum cum filiis Iuda in deſertum ſortis, & habitauerunt cum eis: diſcedens ad aliū locum illius tamen regionis, idest ad uallem Sennī habitauit in ea cuius uxor Siſaram interfecit.

F Iud. 5. CEcineruntq; Delbora, & Barach filius Abinoem in die illo: dicentes. Qui ſponte obtuliſtis de Iſrael animas ueſtras ad periculum, benedicite dominum. Hoc canticum poſt uictoriam in laudem Dei cecinerunt Delbora, & Barach. Domine cum exires de Seyr, & tranſires per regiones Edom, terra mota eſt: cæliq; ac nubes diſtillauerunt aquis. Montes fluxerunt a facie domini: & Sinai a facie domini Dei Iſrael. Pręterita Dei mirabilia in augmentum pręſentium ad memoriam reuocat. Significat autem, ꝙ olim cum populum ſuum de Ægypto educturus Deus pręcederet ducatum prębens per deſertum, quod coniūctum eſt terræ Edom atq; Seyri præſentiā creatoris etiam muta elementa ſenſerunt, & quaſi uicina maieſtate territa atq; turbata motu ipſo pręſenti numini deitatis reuerentiam præbuerunt.

G Terra mota eſt. Ecce ſignum præſentis deitatis.

Exod. 19 Qui fundauit ſolus mouere potuit. In Exodo legimus, quomodo mons Syna deſcendēte in ipſum domino totus fumauit: eratq; mons omnis terribilis, & aſcendit ex eo quaſi fumus de fornace, & nubes denſiſſima montem operuit. Illic ergo ex pręſentia creatoris terra mota fumigauit: illic cæli in nube denſiſſima aquis diſtillant pauorem, & reuerētiam quaſi quodam ſuo ſudore teſtati mōteſq; ipſa nubium obumbratione tecti fluxerunt in fluctuatione nubium uolitantium, & deſcenſu aquarum. Sinai a facie Dei Iſrael. hac una clauſula omnia præcedentia cōprehendit. Sina motus eſt a facie domini. Sina ſtillauit aquis. Sina a facie domini defluxit. Quod enim quaſi generaliter ꝓpter miraculi excellentiam præmiſerat: terra mota eſt, cæli ac nubes ſtillauerunt aquis, montes fluxerunt: ubi hoc totum adimpletum ſit ſpecialiter ſubiungens determinat dicens: Sinai a facie domini. Quod autem ait: Montes fluxerunt, per hyperbolen dictum intelligi poteſt, quaſi nimio terrore liquefacti. Sed & qđ ait, terra mota eſt, ad ꝑturbationem hominum habitantium in terra cōuenienter referri poteſt: qui auditis tantis mirabilibus moti ſunt atq; turbati. Sequitur. In diebus Sangar filii Anaah, in diebus Iahel quieuerunt ſemitæ: & qui ingrediebantur per eas ambulauerūt per calles deuios. Poſt antiqua mirabilia ad noua miracula narranda accedit. Significat autem, ꝙ fi- H
lii Iſrael ante tempora ſua intantum circumquaq; hoſtium terrorem arctabantur, ut ſemitæ quieſcerent nemine ambulante per eas: & ſi qui forte per eas incedere cogebantur, non publica uia, ſed per calles deuios latenter eundo aſſultus hoſtium declinarent. Et hoc etiam in diebus Sangar factū eſt: qui licet tantæ fortitudinis eſſet, ut ſexcentos uno uomere ſterneret: tamen eunſq; non potuit ut tantam ac talem pacem in terra poneret, qualem modo Deus per hanc uictoriam populo ſuo dedit. Hoc eſt quod ſequitur. Ceſſauerunt fortes Iſrael, & quieuerunt, ſcilicet non ualentes reſiſtere inimicis. Donec ſurgeret Delbora: ſurgeret dico mater in Iſrael. Ideo noua bella elegit dominus per infirma fortia deſtruens, per fęminam ſuperbos hoſtes proſternens. Et ut maius ſit miraculum Dei, hoc non ſolum duce fœmina, ſed & parua manu pugnante factum eſt. Nam ſequitur. Clypeus, & haſta ſi apparuerunt in quadraginta milibus Iſrael. Non erat in tot milibus, qui clypeum Iſrael aut haſtam leuauerit contra inimicos, exceptis paucis, idest decem milibus, qui pro ſalute populi ſui periculo ſe dederunt: de quibus ſubdit. Cor meum diligit principes Iſrael. Ad quos rurſum. Qui propria uoluntate obtuliſtis uos diſcriminis benedicite domino. Qui aſcenditis ſuper nitentes aſinos, & ſedetis in iudicio: & ambulatis in uia. Vos qui modo proſtratis hoſtibus auxilio Dei, & in gloria eſtis, & poteſtatem habetis, & pacem: Nolite obliuiſci operum domini quibus hæc collata ſunt nobis, loquimini ubi colliſi ſunt currus, & hoſtium eſt ſuffocatus exercitus. Per nitentes aſinos ſignificat gloriam: per ſeſſionem in iudicio, poteſtatem: ꝑ deambulationem ī uia, pacem. Ibi ergo narrentur, iuſtitię domini: quantum ad ſuffocationem hoſtiū: & clæmentia in fortes Iſrael, quantū ad liberationem ſuorum. Tunc deſcendit populus dñi ad portas: qui prius timore hoſtiū egredi non audebat, ꝓſtratis hoſtibus nō ſolū egrediebatur, ſed etiā dominabatur. Inde lætitia, & gratulatio, quę ſequitur. Surge, ſurge Delbora. Dns in fortibus dimicauit: ex Effraī, ſiue in Effraim, deleuit eos in Amalech, & poſt eum: ſiue (ut quidam rectius ex Hebręo interpretari putant) & poſt te in Beniamin in populos tuos o Amalech. Senſus hic eſt ad augmentū lætitiæ præſentis, præterita, & futura Dei mirabi-

lia inſtantibus adnumerat Dominus in fortibus
dimicans ex Effraim. In fortibus ex Effraim di-
micauit dominus: & p illos deleuit eos qui erant
in Amalech. Siue in fortibus qui erãt in Effraim
dimicauit dominus: & per illos deleuit eos qui
erant in Amalech: ut ſit ſenſus, deleui eos qui e-
rant in Amalech, ſicut ſupra. Notat quomodo
tempore Moyſi, Ioſue (qui erat ex Effraim) dimi-
cante per eum & in eo domino, Amalech ſupera-
uit, & hoc de præterito. De futuro autem ſubiũ
git, ſignificans ꝙ adhuc dominus per Saulem qui
de Beniamin naſciturus eſt, Amalech delebit: hoc
eſt quod ſequitur. Et poſt eum, ideſt Effraim, ſiue
poſt te, o tu Effraim dimicabit dominus in forti-
bus in Beniamin, ideſt per fortes qui erunt in Bẽ
iamin per Saulem ſcilicet, qui naſcetur de Benia-
min: dimicabit dico in populos tuos, ideſt cõtra
populos tuos o Amalech. Sequitur. De Machir prĩ
cipes deſcenderunt, & de Zabulõ qui exercitum
ducerent ad bellandum. Hoc ad præſentem hi-
ſtoriam ſpectat. Laudat enim illos, qui de Ma-
chir, ſiue de Zabulon, ſiue de Yſachar, pro popu-
lo ſuo diſcrimen belli ſubire non dubitauerunt.
Ecõtrario arguit eos, qui ſe ſubtraxerũt, ideſt Ru
ben, & Gad, uel Galaad, & Dan, & Aſer: & dignos
irriſione p̱ ſua diſſimulatione notat. Hnc eſt qđ
ſequitur, Diuiſo contra ſe Ruben magnanimorũ
reperta contentio eſt. In Hebræo ſic habetur.
Biflagoth ruuen gotholim belchiche leu. ideſt di
I uiſiones Ruben magna calliditas cordis. Quod
ſic intelligendum putant. Ex magna calliditate
cordis diuiſit ſe Ruben ab aliis: & terminos ſuos
longe poſuit a frequẽtia bellorũ in tali diuiſione
ab utraq; parte: ut undecumq; ſiue hinc ſiue il-
linc bella ſurgerent, ad eum ſecure quieſcentem,
non pondus prę̨lii, ſed ſibilus tantum leuis famę
perueniret. unde ſubdit. Quare habitas, ſcilicet,
o tu Ruben, inter duos terminos: ideſt, ut ad neu-
tram partem te teneas: & hoc ideo facis ut audi-
as ſibilos: ideſt leuem famam tantum, ſecurus de
longe: ſibilos inquam gregum, ideſt caſtrorum,
& exercituum. audias dico, & nihil facias. unde
iterum ad irriſionem eius repetit: diuiſiones Ru
ben magna calliditas cordis. Si uero ſic legatur:
Diuiſo contra ſe Ruben, magnanimorum reper-
ta contentio eſt. hoc modo intelligi poteſt. Cum
Ruben eſſet diuiſus contra ſemetipſum, ideſt cũ
dubitaret, & in ſemetipſo uariis cogitationibus,
& contrariis deſideriis fluctuaret, & ſecum rixa-
retur utrum ad bellum pergeret necne, atq; in
hac dubitatione moram faceret: magnanimi de
Zabulon, & Neptalim prompti ad contentionẽ,
& certamen inuenti ſunt. Vel Ruben diuiſo ab a-
liis, & recedente ne pergeret ad prælium, quod
tamen contra ipſum erat, ideſt contra honorem
eius: magnanimorum reperta contentio eſt. Poſt
ad alios quoque irriſionem conuertit. Galaad,
Dan, Aſer. Iſti uacabant, ſed Zabulon, & Nepta-
† Morome — lim obtulerunt animas ſuas morti in regione † ro
me. Locum notat ubi pugnatum eſt. In Hebræo
habetur: Romę Zache, quod interpræta tur ſuper
altitudinem campi. Significatur autem quod in
campo ubi præliatum eſt, inimicis ſuperiores fa-
cti ſunt, ubi ſe dederunt diſcrimini. Sic itaq; ro-
me non nomen loci intelligendum eſt, ſed altitu
dinem ſignificat: in quo errauit tranſlatio. Stellæ
manentes in ordine, & curſu ſuo aduerſus Syſa-
ram pugnauerunt. Non ut mathematici pu-
tant per conſtellationũ fatum nictum Syſaram
ſcriptura affirmat: ſed figuratiue cæleſtia ip-
ſa ad eius oppreſſionem quaſi intendiſſe dicit:
quia dominus cæli, ut uinceretur ſua prouidentia
diſpoſuit: Quemadmodum ergo in terra mon-
tes, ſiue ualles, ſiue quęlibet alia terrena arguun-
tur, uel laudantur, cum ab hominibus in eis ma-
nentibus, & eis præſidentibus reprehenſibile, ſi-
ue laudabile quid agitur, & ipſa hęc loca feciſſe
dicuntur, quæ ab hominibus in eis facta ſunt: ſic;
& ſtellæ de cælo dicuntur feciſſe, quod eis præſi-
dens in cælo Deus fecit. Stellę manentes in ordi- K
ne ſuo pugnauerunt. Intentionem, & rationem
oſtendit in eo quod ait; manentes in ordine ſuo.
Manent enim ubi moram faciunt, & uehemẽter
intendunt. In ordine autem manent, ubi in eo
quod agunt, rationem non deſerunt. Maledicite
terrę † meroth, dixit angelus domini: Vel nuncius † meros
Dei ad me ueniens dixit: uel ego ipſa angelus Dei ſeu me-
exiſtens dico uobis ex parte eius, ut maledicatis roz
terrę meroth. Nomen eſt regionis, uel hominis
poſſeſſoris eius a quo dicta eſt terra meroth. Ma-
ledicite habitatoribus eius. Subdit cauſam: quia
non uenerunt ad auxilium domini, ideſt in adiu-
torium fortiſſimorum eius.

IOas patrem familiæ † Ezri. Patrem hic dicit, L
maiorem, ſeniorem, honorabiliorem inter a- Iud. 6.
lios illius familiæ: de qua, & ipſe fuit. † Ozri.

DE Phano baal berith. Berith coniuratio in- M
terpretatur: hinc Baal berith idolum coniu Iud. 9.
rationis. Occidit fratres ſuos filios Hierobaal, ſe-
ptuaginta uiros. Si oẽs ſeptuaginta occidit, quo-
modo remanſit unus illorum? Sed ſic dictum eſt:
occidit ſeptuaginta, & remanſit unus quaſi dice-
retur: occidit ſeptuaginta pręter unũ, qui reman
ſit. Vinum meum, quod lætificat Deum, cum ſa-
crificatur, & homines, cum bibitur. Quis eſt iſte
Abimelech? Quaſi d. nullius precii eſt. Et adhuc
aliud: quia ſeruum ſuum Zebul abiectum quen-
dã, & uilẽ conſtituit principẽ ſup nobiles uiros.

LOcutus eſt Iepthe omnes ſermones ſuos corã N
domino in maſpha. Sermones dicit uerba, Iud. 11.
quę facta fuerãt inter ipſum, & principes Galaad
de principatu ſuo. Hæc locutus eſt coram domi-
no ad confirmationem pacti quod erat inter eos.
Niſi forte melior es Balach filio Sophor'ı qui .ſ.
hoc repetis, quod magis iuris illius eſſe uideba-
tur: quoniam hæc terra eius fuit, quam illi ab-
ſtulimus, concedente Deo noſtro: quam ſublatã
tamen ille nunquam repetiſſe cognoſcitur: niſi
forte tu docere, & monſtrare potes, quod ipſe un
quam iurgatus ſit pro repetenda terra iſta cõtra
Iſrael: aut pugnauerit contra eum .ſ. Iſrael omni il
lo tempore, quando Iſrael habitauit in heſebon,
& uiculis eius &c. quod iam eſt per trecentos an
nos. Si tradideris in manus meas filios Amon,

qui-

„ quicunq; primus fuerit egreſſus, holocauſtum of
„ feram domino. Ritum gentilium ſecutus huma-
num ſanguinem nouit: ſicut poſtea legimus regẽ
Moab filium ſuum immolaſſe ſuper muros. Hoc
ergo contra legem: niſi forte occulto inſtinctu di
Heb. 11. uino excuſetur, ut recte ab apoſtolo inter ſanctos
numeratus ſit.

O Iud. 12. PErcuſſeruntq; uiri Galaad Effraim. quia dixe
rat fugitiuus eſt Galaad de Effraim, & habitat
in medio Effraim, & Manaſſe. In Hebræo ſic habe
tur Atem Galaad. Quod interpretatur uos Ga-
laad, quod eſt cum indignatione pronunciatum.
Quaſi diceretur. Vos qui eſtis? aut quales inter
nos habitetis? Atẽ Galaad inter Effraĩ, & Manaſſe.

P Iud. 13. COepitq; ſpiritus domini eſſe cum eo in ca-
ſtris Dan. Vel ſic intelligendum eſt, quod
dicitur in caſtris Dã: ac ſi diceretur in exercitu ſi-
ue in multitudine, ſiue in agminibus Dan. Vel
per caſtra Dan nomen loci ſignatur, ubi manſit
Samſon primum. Et forte per anticipationem di-
ctum: quia poſtea locum ubi ſexcenti uiri de tri-
bu Dan in cariathiarim Iudæ manſerunt, legimus
ex eo caſtrorum Dan nomen accepiſſe. Niſi forte
idcirco hic locum illum conuenienter intellige-
re non poſſumus; quòd ille in cariathiarim Iudæ,
iſte inter ſaraa, & eſthaol nominatur.

Q Iud. 14. NOn potuerunt per tres dies ſoluere propoſi
tionem. Cumq; adeſſet dies ſeptimus, dixe-
runt ad uxorem Samſon: Blandire uiro tuo. Quę
„ fundebat lachrymas apud Samſon: & ſeptem die
„ bus conuiuij flebat apud eum. Hęc ſeries, eſt nar-
„ rationis. Sed aliquid inconuenientis hinc ſur-
„ gere uidetur. Si enim uſque ad diem ſeptimum
*Pulchra. Dubitatio* terminus ſoluendæ propoſitionis poſitus fuerat,
& illi ſuſcepta ꝓpoſitione ꝑ tres dies in ſoluẽda
ea laborãtes, nihil ꝓficientes tãdẽ, ſicut legitur cũ
dies ſeptimus adeſſet, ad uxorẽ Sãſon locuti ſũt.
Illa uero tam precibus, quam cõminatione illo-
rum flexa, tunc demum ab ipſo Sanſone, ut ſibi
propoſitio ſolueretur, lachrymis extorſit: quomo
do ſtare poteſt, quòd per ſeptem dies conuiuii fle
uit apud eum? Quomodo enim per ſeptem dies
conuiuii ſolutionem propoſitionis poſtulans fle
uit: quæ ſeptima die primum rogare cœpit? Si
autem poſt tres dies quibus fruſtra in ſoluendo
problemate laborauerant, quarta die locuti ſunt
ad uxorem Samſon. Sed nec tunc ſtare poteſt, ut
ſeptem diebus fleuiſſe legatur pro ſolutione pro-
poſitionis. Itaq; ſi, ut ſcriptum eſt, ſuſcepta pro-
poſitione per tres dies laborantes ſoluere illam
conati ſunt: quarta autem die ad eam locuti ſunt:
quomodo uerum eſt, quod dictum eſt: cum
adeſſet dies ſeptimus locuti ſunt ad uxorem Sam
ſon, ut ſolutionem eius inueſtigaret: & illa qua-
tuor diebus qui ſuperfuerũt, importuna uiro ſuo
exiſtens, tandem die ſeptima ſolutionem extor-
ſit, ciuibuſq; ſuis nunciauit. Verum eſt itaque
quod dicitur, quod per tres dies non potuerunt
*Solutio.* ſoluere propoſitionem: Quod aũt ſequitur, Cum
que adeſſet dies ſeptimus: per ſe legendum eſt, ac
diſtinguendum, ut ſequenti clauſulæ non copule
tur ſic: per tres dies non potuerunt ſoluere pro-
poſitionem. Cumque adeſſet dies ſeptimus:
hic ſuſpende, ut ſubaudiatur, tunc ſoluerunt eam.
Et quomodo ſolutionem eius inuenerant, ſubiũ-
git: quia locuti ſunt ad uxorem Samſon; locuti
ſunt ſcilicet poſt diem tertium cum defeciſſent.
Et illa precibus eorum ſuſceptis fleuit apud uirũ
ſuum: ſeptem diebus conuiuij, non tamen totis
ſeptẽ diebus: ſed quatuor diebus qui ſuperfuerũt
de ſeptem poſt tres. Fleuit igitur ſeptem diebus. i.
in illis ſeptẽ diebus fleuit. Fleuit ſeptem diebus,
ideſt uſq; ad conſumationem ſeptẽ dierũ fleuit.

SAmſon gener Thãnatei. Thãnata locus eſt, un- R „
de Thãnateus dicitur, nomẽ patrium, nõ ꝓ- Iud. 15.
prium. Licet hæc feceritis. licet hãc uindictam ꝓ „
mea iniuria ulciſcenda in ſocerum meum exercui
ſtis; tamen nondum me ita placaſtis, ut adhuc a uo
bis ultionem non expetam. Percuſſitque eos ingẽ „
ti plaga, ita ut ſtupẽtes ſuram femori imponerẽt.
Typum ſtupentium exponere uoluit ſcriptura,
per ſuram femori impoſitam. Solent enim ſtupen
tes & fatigati nonnunquam tibiam reflexam fe-
mori alteri imponere: ſuraque ipſius tibię, utpote
parte inferiori, femori affixa ſic ſedere, quaſi con
ſilium non habentes & neſcientes ꝙ ſe mouere
poſſint. In hebræo ſic habetur. Sogal ghereth. i. ti-
biam ſuper femur: ut ſic dicatur, percuſſit eos in-
genti plaga tibiam ſuper femur. Quod tamen ad
eundem ſẽſum referri poteſt. Alius ſenſus eſt. Per
cuſſit eos ingenti plaga ſic ſcilicet quod percuſſit
tibiam ſuper femur: hoc eſt percuſſo femore inſu
per & tibiam percuſſit. Quia uero ſtantes uel
ambulantes tibijs innituntur, ſedentes uero femo
ri, poſſumus non inconuenienter per tibiam pe-
dites, per femur equites intelligere. Quid eſt ergo
ſuper femur tibiam percutere, niſi percuſſis ma-
ioribus etiam minores delere? In loco qui poſtea
uocatus eſt lechi. id eſt maxilla ubi eorum fuſus „
eſt exercitus, ideſt diffuſus, uel effuſus, ſiue expau- „
ſus ingenti multitudine terram occupans. Sicut
ſolent ad † odorem ignis lina conſumi. Lina abſ † ardorẽ
que g. unde ueſtis linea: non ligna per g. unde do
mus lignea. Odorem autem primam calefactionẽ „
intellige ignis, quia leuis materia facili incendio
concrematur. In maxilla aſini, in mandibula pulli
aſinarum deleui eos, & percuſſi mille uiros. In he „
bręo ſic habetur. In maxilla aſini homor hemor, „
in maxilla aſini percuſſi mille uiros. Interpreta- „
tur autem homor hemor, cumulum de cumulis,
quaſi diceret, ideſt aceruum de cadaueribus mor
tuorum quos ſtraui in maxilla aſini. Quod autẽ
dicit cumulum de cumulis, ſic intelligendum eſt,
quia eos in diuerſis locis proſtrauerat, & multos
cumulos fecerat: de omnibus autem quaſi unus
factus eſt aceruus, & cumulus ingens. Idcirco ap-
pellatum eſt nomen loci illius: fons inuocantis „
de maxilla. Ne forte contrarium eſſe uideatur, qđ „
ſuperius locus hic lechi. i. maxilla, uocandus dici- „
tur: hic autem non maxilla ſimpliciter, ſed fons
inuocantis de maxilla appellatus perhibetur. Si-
cut enim in Geneſi Abraham locum appellaſſe le
gitur, dominus uidet: & ſtatim ſubiunxit ſcriptu S „
ra: uſq; hodie dicitur: in mõte dominus uidebit. Gen. 22.

Ita & hic nomen loci, lechi, i. maxilla dicitur: & tamen eius loci poſtea nomen non maxilla, ſed fons inuocantis de maxilla eſſe perhibetur. Appelatum eſt nomen loci illius maxilla. Appellatũ eſt & fons inuocantis de maxilla: ut pro diuerſis euentibus, aliud nomen loci ſit ideſt campi, pro interfectione hominum: aliud fontis pro emanatione aquarum. Fons igitur, fons dicitur de maxilla, ſcilicet productus: & ipſe idem fons inuocantis appellatur uidelicet Sãſonis, qui Deum inuocans illum de maxilla produxit. Hebræus autem quod dicitur inuocantis, non ad precem, ſed ad appellationem nominis referendum dicit: ut ſit ſenſus. Nomen loci eſt Inuocantis, id eſt nominãtis uel appellantis, fons de maxilla. hoc eſt qui locum ſuo nomine appellare uoluerit, fontem de maxilla appellandum dicit, id eſt lechi. Sic ergo nomen loci eſt inuocantis uel appellantis fontem de maxilla. Nomen itaque loci & inuocantis eſt, & loci eſt. Inuocantis, quia ipſe dicit: loci autem, quia de ipſo dicitur. Dicit autem, quia locum illum uel fontem illum nominare uult: quòd locus ille uel fons ille de maxilla nominandus eſt & maxilla nominandus. Nam de proiecta maxilla inuocans locum uel fontem lechi uocat, id eſt maxillam.

,, T
Iud. 16. LAtentibus apud ſe inſidijs. Non mirum uideatur, quòd Philiſtei Samſonem occidere quęrentes nec dormiẽtem nec ligatum aggredi auſi ſunt: donec uerum fortitudinis eius experimentum cepiſſent. Tantus enim terror in ipſis erat, ut nec appropinquare illi auderent: ne forte ſi in dormientem aut ligatum ſubito irruerent, priuſquã eum extinguere poſſent, excitatus, & uinculis ruptis uniuerſos trucidaret: quemadmodum cum quis dormientem etiam leonem expaueſcit, neque appropinquare audet ut tangat: ne ſubito uigilans irruat in authorem uulneris, tanto crudelius ſæuiens, quanto iratus magis.

,, V
Iud. 17. IMpleuitque unius filiorum ſuorum manum, & factus eſt ei ſacerdos. Quod ait, impleuit manum filiorum ſuorum: uel ad munera referendũ eſt, quibus conduxit illũ: ſicut de hebræo expreſſius dicendum uidetur. Inueſtiuit manum unius filiorum ſuorum, donans ut ſacerdotio fungeretur. Fuit quoque in illo tempore alter adoleſcẽs
,, de Bethleem Iuda ex cognatione eius: ſcilicet Iu-
,, da: eratque ipſe leuites tam officio quàm gene-
,, re: ex patre de una tribu: ex matre de altera. habi-
,, tauitque ibi: id eſt in Bethleem. Habuit apud ſe
,, puerum. Puerum uocat uel pro ętate, quia adoleſcens erat, uel pro miniſterio quia famulus.

,, X
Iud. 18. VTenteſque illius diuerſorio. Diuerſorium dicit ſecretum colloquium uel cubiculũ, in quo ſeorſum manebat.

,, Y
Iud. 19. ERant filij Iemini: filij Beniamin. Nunc uadimus ad domum Dei. Dominum Dei uocat tabernaculum in ſylo, ſiue phanum quod Michaas ædificauerat, ſculptili quod fecerat.

,, Z
Ruth. 4. VOlẽtes me occidere & uxorẽ meã ĩcredibili libidinis furore uexãtes. Pudice de ſe tacet, qđ facere uoluerũt, aliud cõmemorans pro illo.

*Annotatiuncula una in librum Ruth.*

SOluebat homo calciamẽtum. Ille homo, qui ſuo iure cedebat proximo, ſoluebat calciamentum ſuum, & dabat proximo ſuo cui cedebat. Hic Booz ergo qui propinquus erat, dixit alteri qui ei cedebat: Tolle calciamentũ &c. A a ,, Ruth. 4.

---

## *M. HVGONIS DE SANcto Victore Canonici Regularis Lateranenſis Annotationes Elucidatoriæ in libros Regum: qui ſit huius Tomi Liber. iiij. Et primo de numero librorum, deinde de explatione.*

LIber Regum apud nos quatuor diſtinctionibus clauditur, quarũ duæ priores apud Hebręos liber Samuelis dicuntur: Duę ſequentes Malachim, Ramathã, ſicut in hebræo, uelut quidam Arimathaim: unde Arimathia in euangelio. A

DOnec ſterilis peperit plurimos. ideſt ſeptem.
Poſt Samuelem. ii. tres filios, & tres filias: B ,,
itaque ſeptem. Addunt de uno filiorum ſeptimũ 1. Reg. 2.
natũ; qui eſt & eius, ut ſint ſeptem. Videbis æmu- † litera
lum tuũ in templo in uniuerſis proſperis Iſrael. habet
Videbis in filijs tuis: ipſi enim uidebunt poſt te. duas. ,,

HEli iacebat in lectulo ſuo, & oculi eius cali- ,,
gauerant nec poterat uidere, hic diſtingue, ,,
Poſtea ſequitur, & lucerna Dei extingueretur. Sa- ,,
muel autem dormiebat in templo domini, ubi C ,,
erat arca Dei, & uocauit dominus Samuel: & hoc 1. Reg. 3.
antequàm lucerna Dei extingueretur: qui Sa- ,,
muel dormiebat ĩ templo domini. Quod autem ,,
dictum eſt antequàm lucerna extingueretur, uo- ,,
catum a domino Samuel: uel ſic accipiendũ eſt: ,,
quaſi diceretur nocte uocauit, uel ideo quia ipſe ,,
Samuel qui nondum cum Deo loqui conſueuerat, lucerna lucente nullum alium in templo præter Heli eſſe uideret. Cumque ipſum Heli nequaquam locutum didiciſſet, Dei uocem hanc eſſe non dubitaret.

AB urbe murata uſque ad uillã, quæ erat abſ-
que muro. Quod dicit quinque ciuitates D ,,
quinq; mures dediſſe, & quemque anos aureos, 1. Reg. 6
& poſtea ſubiungit, ab urbę murata uſque ad uillam quæ erat abſque muro, ita intelligendum eſt ꝙ quinque prouinciæ quinq; mures dederũt, & quinque anos ſingulæ ſingulos: quos licet pro dignitate ſpecialiter ciuitates quaſi capita prouinciarum dediſſe dicuntur, tamen pecunia non ſolum ab ijs qui in ciuitatibus erãt, ſed etiam a uil-

lis

lis quę erant abſque muro: hoc eſt tam a mini-
mis quàm a maximis collecta eſt, ut ſicut pericu
lum erat omnium, ita oblatio eſſet uniuerſorum.
Sic igitur omnes dederunt per uniuerſam regio-
,, nem a fine uſq; finem. hoc eſt quod ſequitur. Et
,, uſq; ad Abel magnum: lapidem dicit de quo ſu-
,, perius dixerat. Erat autem ibi lapis magnus, & ce
ciderunt ligna plauſtri: uaccaſque impoſuerunt
ſuper ea. Hic ergo lapis quaſi terminus erat terræ
philiſtiim, & Iſrael uſq; ad quem Philiſtei arcam
domini proſecuti ſunt: ubi, & Bethſamitę arca ſu
ſcepta holocauſta obtulerunt. Vſq; ad hunc igi-
tur lapidem omnes tam uillæ, quæ erant abſque
muro, quàm ciuitates muratę terræ Philiſtiim ad
debitum munus domino perſoluendum pecuniá
& impenſam tribuerunt. hoc eſt quod dicitur:
Vſque ad Abel magnum, uſq; ad lapidem magnú.
Nam, & ipſum nomé lapidem ſonat. Abel enim
hebraicæ lapis dicitur. ut proprium nomen ex
communi uocabulo deriuatum intelligatur. Su-
,, per quem lapidem poſuerunt arcam domini: ſi-
,, cut ſuperius dictum eſt. Quæ arca erat uſque in
,, illa die, quo ſcilicet percuſſit dominus Bethſami-
,, tas, in agro Ioſue. In quo etiam culpa eorum no-
,, tari poteſt ꝙ non eam in domum introduxerunt,
ſed foris dimiſerunt: ubi ab omnibus irreueren
ter aſpiceretur. Nam uiri Cariathiarim non ſic
fecerunt poſtea, propter quod nec percuſſi ſunt
illi. Et percuſſit de populo ſeptuaginta uiros, &
,, quinquaginta milia plæbis. Quidam per ſeptua-
,, ginta uiros maiores, & principes populi intelli-
E gendos putant. Vt quod ſequitur: Quinquagin-
ta milia plæbis, ſic accipiendum ſit, quaſi in mor-
te horum tantum damnum ſit factum, quantum
foret ſi quinquaginta milia de plębe proſtrata
fuiſſent. Sed in hebræo plæbis non habetur. Sic
igitur accipiendum ſupradictum putant: percuſ-
ſit de populo ſeptuaginta uiros, & quinquaginta
milia. Ac ſi dixiſſet. Quinquaginta milia, & ſe-
ptuaginta percuſſit de populo: neque hos ſolum
de Bethſamitis, ne forte non de populo: ſed ipsú
populum proſtrauiſſe uideatur: ſed de tota pro-
uincia, & regione circuniacente ciuitati Bethſa-
mis. Subdit cauſam, quare ſint percuſſi, dicens.
Eo ꝙ uidiſſent arcam domini: ſcilicet non reueré-
,, ter, neq; cum timore, ut tantam rem decebat: ſed
,, audacter irruentes reſpexiſſent arcam domini.
,, Dignum quippe fuerat, ut quia Philiſteos, qui di-
gni non erant arcam Dei retinere, præſumentes
pro ſua temeritate percuſſos audierant: ipſi quo-
que infirmitatis ſuæ memores cum magna reue-
rentia, & timore ad illam reſpiciendam accede-
rent. Quia igitur pro ſua præſumptione percuſ
ſi ſunt innuit eoſdem percuſſos nominans. Hinc
2.Reg.6 eſt ꝙ Oza in ſequentibus cum ad eandem arcam
ſuſtentandam manum extenderet, percuſſus pe-
riit, quia inclinato uehiculo, & ruinam minitan-
ti auxilium laturus maieſtatem præſidentis non
cogitauit.

,, F ET factum eſt ex qua die manſit arca domini i
1.Reg.7 Cariathiarim; multiplicati sút dies: erat quip
,, pe iam annus uigeſimus. Ab eo ſcilicet tempore,
quando ingreſſa eſt in Cariathiarim uſq; ad hoc
tempus, quando ait Samuel ad uniuerſam domú
Iſrael, quod ſequitur. Vocauit nomen illius, lapis ,,
adiutorii. Quod igitur ſuperius Iſrael iuxta lapi-
dem adiutorii caſtra poſuiſſe dicitur, per antici-
pationem dictum eſt, id eſt in loco ubi poſtea hic
lapis poſitus eſt ſic appellatus.

VT aſcenderet in excelſum. Poſt ſilo, ante æ- G ,,
dificationem templi excelſa, id eſt loca emi 1.Reg.9.
nentiora, ubi Deo ſacrificaretur, non repræhende
bantur: quę poſt, loco ſacrificandi determinato,
illicita facta ſunt.

MIlitiæ Aſor, id eſt militiæ Iabin regis: qui H ,,
habitabat in Aſor, de qua ſuperius in Aſo- 1.Re.12
reth gentium.

FIlius unius anni erat Saul cum regnare cœpiſ I ,,
ſet: & duobus annis regnauit ſuper Iſrael. Et 1.Re.13
elegit ſibi Saul tria milia de Iſrael. Quidam ſic ,,
exponunt. Ipſi autem Saul, cú regnare cœpiſſet, ,,
erat filius unius anni. uel ipſe Saul erat filius u-
nius anni, id eſt innocens, & ſimplex ut puer uni-
anni. Et duobus annis regnauit in illa ſimplicita-
te: Poſtea mutatus eſt in peius. Hebræi dicút Saul
duobus tantum annis regnaſſe, Samuelem uigin-
ti annis iudicaſſe Iſrael. Secundum hanc exiſtima
tionem ſic intelligitur. Saul duobus annis regna-
uit ſuper Iſrael, qui cum regnare cœpiſſet, & eſſet
filius unius anni, id eſt unum annum iam habuiſ
ſet in regno, fecit quod ſequitur. Elegit ſibi tria
milia de Iſrael. Nam, & Dauid poſtea ſecundum
eandem loquendi formam filius triginta annorú
dicitur: id eſt habens triginta annos cum regna-
re cœpiſſet. Quod idioma in hebræo frequens, &
uſitatum eſt: ut filius iniquitatis, filius pacis, fi-
lius unius anni, filius triginta annorum. Percuſ- ,,
ſit Ionathas ſtationem Philiſtinorum, quæ erat i
Gabaa: id eſt exercitum eorum, qui in illo loco
morabantur. Quod cum audiſſent Philiſtei, Saul ,,
cecinit buccina. Saul cum cognouiſſet Philiſteos ,,
audiuiſſe, ꝙ Ionathas filius eius ſtationem eorum
percuſſiſſet, ſciens eos in ultionem percuſſorum
aduenturos: cecinit buccina in omni terra: dicés
audiant hebræi. Ideo enim buccina cecinit, ut he ,,
bræi audirent percuſſos Philiſteos, & animaren-
tur ad prælium. Quod factum eſt. Nam uniuer- ,,
ſus Iſrael audiuit huiuſcemodi famam: ꝙ ſcilicet ,,
Saul percuſſit ſtationem Philiſtinorum. Fama re- ,,
gi attribuente, quod filius fecerat. Et ideo fiducia ,,
accepta erexit ſe Iſrael aduerſus Philiſtiim. Cla- ,,
mauit ergo populus Iſrael, currens poſt Saul, ad
prælium in galgala. Hebræi autem tranſierunt
Iordanem. Hebræos hic uocat partem populi, ꝗ
trans Iordanem morabatur: id eſt tribum Rubé,
& Gad, & dimidiam tribum Manaſſę. Reliquos
Iſrael: hinc, & Saul buccina cecinit, ut remoti fa-
mam uictoriæ audirent: quos, & Hebræos diſcre
te ſcriptura nominat, alludens uocabulo, quia ad
auxilium reliquo Iſraeli uenientes frequenter Ior
danem tranſire oportebat, quia hebręus tranſiés
interpretatur.

POrro triumphator in Iſrael non parcet: nec K ,,
pœnitudine flectetur. Hebræus habet ſic. 1.Re.15.

Vagham,

,, Vagham, Neza Izrahelloe Zachir, Id eſt, porro
,, uirtus Iſrael non mentietur. Hoc uult dicere, ꝙ
Deus qui eſt triumphator in Iſrael, quia per eum Iſrael triumphat, & uincit: ſiue uirtutis Iſrael, id eſt dans uirtutem & fortitudinem Iſrael; ipſe non mentietur, ut uerbum ſuum mutet, ſicut tu modo uerbum eius caſſare conatus es, non faciēs quod præcepit. Ipſe autem non mentietur, ſed ad effectum perducet uerbum ſuum; ſine non parcet quaſi miſeratione aliqua mutatus, ut non impleat quod propoſuit; ſicut tu prius uideri noluiſti parcens hominibus dignis morte, & mendacem faciens Deum. Nec pœnitudine flectetur, ut pœniteat eum propoſitiſſe, & ſic flectatur, & non faciat quod facere cogitauit. Neque enim homo eſt ut agat pœnitentiam. Homo enim qui malum uelle poteſt & mutare poteſt, pœnitentiā agere poteſt.

,, I Num coram domino eſt Chriſtus eius? Id eſt
1.Reg.13 nunquid iſte qui tibi nunc præſentatus eſt, & corā adductus, prorſus eſt a te, ut ſit Chriſtus
,, tuus? Adduxit itaque Iſai ſeptem filios ſuos co-
,, ram Samuele: Et ait Samuel ad Iſai: Non elegit dominus ex iſtis. Quomodo uerum eſt ꝙ Iſai ſeptem filios ſuos ad Samuelem adduxiſſe dicitur, & Samuel ex illis adductis nullum electum eſſe teſtatur, cum Dauid unus de ſeptem adhuc & adductus non ſit, & electus ſit? Qua propter ſic intelligendum eſt quòd ſex adduxit, illo ſolo excepto quem ſupereſſe dixit, & uerum eſt, quòd de reliquis nullum elegit dominus.

,, K Dauid caput Philiſtei attulit in Hieruſalem.
1.Reg.17 Hinc apparet iam eo tempore communem fuiſſe habitationem in Hieruſalem, & filijs Iſrael & Iebuſeis, ad quam uelut excellentiorem ciuitatem, ob gloriam triumphi caput Philiſtei Dauid
,, attulit. De qua ſtirpe deſcendit hic adoleſcens. Re-
,, ſponditq; Abner &c. Quomodo Saul hic Dauid ignorat, & progeniem eius quæritat cum ſuperius ad Iſai patrem eius miſiſſe legatur, dicens, mitte ad me Dauid filium tuum, qui eſt in paſcuis. Dauid quoque ad eum ueniſſe, & coram eo ſtetiſſe, dilectuſque ab eo fuiſſe, & armiger eius factus aſſeratur? Sed notandum quòd potentes in cotidiana hominum frequentia poſiti, non omnes circa ſe conuerſantes poſſunt agnoſcere; præcipue eos quos nec dignitas perſonæ commendat, nec diutina conuerſatio familiares efficit. Quia igitur Dauid puer adhuc & contemptibilis, neq; regia familiaritate dignus breui tempore cū Saule manſerat, non mirum eſt ſi eundem modo ad tam egregium opus procedentem diligentius non ratum ignorat. Nam quod prius eum ad Iſai patrem eius mittens ex nomine uocat: nequaquàm notitiæ adſcribendum eſt, quia eo nomine illum uocat quod ex relatione ſuggerentium didicit. Non autem ex præcedentis notitia familiaritatis agnouit.

,, L Poſuitque eum Saul ſuper uiros belli. Hoc non
1.Reg.18 amore, ſed odio feciſſe intelligendus eſt, ut cupiditate laudis bellis ſe ingerens interiret. Iam
,, enim audierat mulieres canentes; Percuſſit Saul mille, & Dauid, decem milia. Atque hac laude ,,
Dauid in iram excitatus mortem eius meditari cœperat. Ideoque ſubiungitur. Porro cum reuer- ,,
teretur percuſſo Philiſteo Dauid &c. Hoc iā præ- ,,
ceſſerat, ſed narratur præpoſtere. In duab⁹ rebus gener meus eris. Primum ſcilicet de Merob promiſſa & deinde Michol data.

Fuerunt uaſa puerorum ſancta. Porro uia hæc M,,
polluta eſt, ſed & ipſa hodie ſanctificabitur in 1.Reg.21
uaſis. Secundum ritum legis loquitur, ſecundum ,,
quem illicitum erat ut in uaſis, in quibus ante cōmunis cibus poſitus fuiſſet, ſanctificatus poſtea panis poneretur. Ideo dicit uaſa puerorum, id eſt comitum ſuorum ſancta; quod nihil in eis cōmune continebatur, quominus cibum ſanctificatū caperent. Porro hæc (inquit) uia polluta eſt; id eſt nos uia polluti ſumus aliquid uidendo forte uel contingendo propter quod iure ſecundum legis conſuetudinem a contingendis ſacris prohiberi deberemus. Sed & ipſa ſanctificabitur in uaſis; id ,,
eſt parcetur nobis de his ſi qua tetigimus immū- ,,
da. Parcetur dico pp uaſa quæ munda portamus.

Si dominus incitat te aduerſum me, odoretur N,,
ſacrificium: placatur Deus ſi ex ira eius eſt. Aliud 1.Reg.26
conſilium non habeo pro parte hac. Si autem fi-
lij hominum hoc faciunt: ipſi maledicti ſunt in ,,
conſpectu domini, quia iniuſte agunt qui eie- ,,
cerunt me &c. ,,

Eſt apud me multis diebus uel annis. Superius O,,
dictum eſt quòd quatuor tantùm menſibus 1.Re. 29
fuit in regione Philiſtinorum: nunc autem achis dicit multis diebus uel annis moratum apud ſe; quòd fortaſſis idcirco dicit ut rectius argumentum fidelitatis ipſius caperent ex temporis prolixitate, ideoque annis adiunxit.

## *SEQVVNTVR ADNOTATiunculæ Elucidatoriæ eiuſdem Magiſtri Hugonis Canonici Regularis Lateranenſis in Lib. Regum ſecundum.*

Planxit autem Dauid planctum huiuſcemodi ſuper P,,
Saul & ſuper Ionathan 2.Reg.1
filium eius: & præcepit, ,,
ut docerent filios Iuda ar- ,,
cum, id eſt artem ſagittā- ,,
di: quoniam Saul, & Io- ,,
nathas filius eius ſagittis Philiſthijm interierant, ut ſi denuo bellum ſurgeret, cōtra aduerſarios ſe defendere poſſent. Sicut ,,
ſcriptum eſt in libro iuſtorū. Quidam librum iu- ,,
ſtorum hunc eundem librum intelligendum putant, propter Samuelē & Dauid, de quibus principaliter agit. Alij librum iuſtorum, legem Moyſi interpretantur; in qua forma iuſtitiæ hominibus proponitur. Ex qua conijci putant in nonnullis locis artem ſagittādi utilē, ſicut fortaſſis illud in Geneſi Iacob dicente ꝙ portionem tulerit de manu amor rei in gladio & arcu. Alij librum iuſtorum

ſtorum non hominum interpretantur, ſed iudiciorum, uel præceptorum. Ac ſi diceretur in libro iuris: ut ſit ſenſus, præcepit ut docerent filios Iuda arcum: ut hoc ita quaſi pro lege teneretur; & inuiolabiliter obſeruaretur, ſecundum q̀ ſcriptum eſt in libro iuris: & præcepto legis editum. Clypeus fortium, pluraliter pronunciandum: quod tamen ſingulariter exponens, adiungit: clypeus

Q Saul. Modus dicendi quando aliquid communiter proponitur: cui ſingularis executio adiungenda eſt. Hic fit in rerum exaggeratione: quando quid cum ualida intentione narratur. Abiectus eſt clypeus fortium, clypeus Saul: quaſi non eſſet unctus oleo. Quaſi hominis uilis: quaſi hominis ſanctificationem diuinam non habentis. Deinde ſequitur. A ſanguine interfectorum ab adipe fortium, ſagitta Ionathæ nunquam abiit retrorſum. Ac ſi diceret. Non abiit retrorſum ſagitta Ionathæ in præliis ut emiſſa unquam caſſa reſiliret a ſanguine fortium, ab adipe medullatorum: ſed fortiter penetrauit effundens ſanguinem, & perſtringens adipem fortium, quos interficiebat. Ionathas in excelſis tuis, o Iſrael, interfectus eſt. Doleo ſuper te frater mi Ionatha.

2.Reg. 5 Dictum Dauid ab eis, id eſt a Iebuſeis. Non ingredieris huc, niſi abſtuleris cęcos, & claudos. Cęcos, & claudos ſuper muros ſuos poſuerũt, ut dicerent Dauid aduenienti. Non ingredieris huc ad contemptum, ſcilicet illius quaſi tales ad uiolentiam eius reppellendam ſufficerent. Ideoq; dixerunt ei: Non ingredieris huc niſi iſtos uidelicet cęcos, & claudos, qui ad reſiſtendum tibi propoſiti ſunt, abſtuleris. Propoſuerat enim Dauid in die illa præmium, illi ſcilicet, qui percuſſiſſet Iebuſeum: & tetigiſſet domatum fiſtulas. Id eſt fiſtulas canalium, prominentes per ſummitatẽ muri a domatibus, id eſt tectis domorum ad educendam aquam ſtillicidiorum. Illi ergo, qui primus uſq; ad canalia deſuper prominentia aſcendens urbem ingrederetur, præmium propoſuerat Dauid: quod tamen præmium hic non determinat, ſed in libro Paralipomenon exponit, ſcilicet q̀ ducem exercitus faceret. Vnde Ioab prim⁹ aſcendens, princeps militiæ factus eſt. A mello, & intrinſecus. Mello locus erat in ciuitate a quo incipiens ædificare per circuitum, & intrinſecus ædificauit.

S
2.Reg. 7 A Facie populi tui faceres, ſcilicet horribilia: id eſt propter populum tuum. Ab eo enim ſumpſiſti cauſam faciendi. Quem redemiſti tibi ex Ægypto. Hic ſiſtendum eſt: deinde ſubiunge. Gentem, & Deum eius: ſubauditur ubi inueniemus talem gentem, & talem Deum eius, qualis populus tuus Iſrael, & qualis tu Deus eius.

T
2.Re. 11 SAnctificata eſt ab immunditia ſua, id eſt lauit ſe poſt coitum: uel quia ſteterunt menſtrua eius propter conceptum.

V
2.Re. 14. IN me domine mi rex iniquitas, & in domo patris mei: rex autem, & thronus eius ſit innocens. Quaſi diceret. Caue ne forte promiſſio tua inanis ſit: quod non conuenit tibi, qui rex es, & dominus. ut iniquitas inueniatur in te, ſicut, & de me, & domo patris mei, id eſt mei ſimilibus. Quãto enim maior es, tanto iniquitas tua deformior. Recordetur rex domini Dei ſui, id eſt timeat dominum Deum ſuum. Vt non multiplicentur, id eſt ut non permittat multiplicari, & multipliciter inſurgere: proximos ſanguinis, id eſt cognatos interfecti ad ulciſcendum: & tunc non interficient filium meum. Loquar ancilla tua &c. Accepta ſecuritate de cauſa quã ſuam finxerat: nũc infert quo regem ad parcendum cogat proprio iudicio, dicens. Quare cogitaſti huiuſcemodi rẽ: id eſt q̀ filium tuum eieciſti pro nece fratris: quod quidem contra populum Dei fuit: quia nocere poterit in poſterum hoc exemplum populo Dei, ſi imitatus hoc fuerit populus, ſimiliter hoc agẽs. Nunc igitur ueni, quia bonum eſt parcere, & miſereri. Ideo ueni, & loquar ad te regem dominũ meum uerbum hoc, quod feci de filio meo. Quod ſequitur: præſente populo: in hebræo expreſſius inuenitur. chi, chire, id eſt quoniam terruerunt me: quaſi diceret, quia terruerunt me illi, qui filium meum interficere uoluerunt: Ideo ueni pro impetranda uenia. Quod tamen, & in prioribus uerbis conuenienter intelligi poteſt, ut ſit ſenſus: ueni ut loquar uerbum, præſente, hoc eſt inſtante, & urgente me populo: qui filium meum ad mortem expoſcunt. Et dixit ancilla tua. Loquar ad regem ſiquo modo faciat rex uerbum ancillæ ſuæ: id eſt ſi forte exaudiat me deprecantem pro filio meo. Et exaudiuit rex. Dicat ergo ancilla tua, ut fiat uerbum domini mei regis, ut iudicium quod de mea cauſa feciſti, in tua conſerues: quia tu ſicut angelus Dei nec pro ira quam aduerſus aliquem habeas, nec pro gratia a ueritate moueri debes. Per ſalutem animæ tuæ domine mi rex, nec ad dexteram, nec ad ſiniſtram eſt: nuſquam ſcilicet deuiat quicquam ex omnibus, quę locutus es, quin ita ſit ut dicis, q̀ ſcilicet manus Ioab mecum eſt. Sapiens es in omnibus iſtis, ut intelligas omnia: hoc eſt quod expediat fieri in omnibus, quæ agenda ſuper terram. Captatio eſt, ut attendat quid agendum ſit ut ſapiens.

POrtantes arcam fœderis domini: & depoſuerunt arcam Dei. Quidam idcirco arcam Domini depoſitam putant, ut Dauid Dominum conſuleret. Sed quia tunc ei reſpondere noluit: idcirco dixiſſe Dauid ad Sadoch. Reporta arcã Dei in urbem ſ. Hieruſalem. Alii depoſitam putant, ut populum traſeuntem præſtolaretur. Vnde eſt quod ſequitur. Aſcendit Abiathar, hoc eſt ſeorſum ſtetit in loco eminentiore præſtolans, donec omnis populus congregaretur. X
2.Re. 15

INgreſſus eſt ad Abigail filiam Naas. Naas ipſe eſt Iſai & Ieſſe pater Dauid. Y
2.Re. 17

AB initio meſſis donec, ſtillaret aqua ſuper eos. Nota quòd in illis regionibus, æſtate maximè tempore meſſis nec tonitrua ſonant nec pluuiæ fiunt, uſque ad circa Kalendas Septembris. Factum eſt autem rurſum prælium Philiſtinorum aduerſum Iſrael: & deſcẽdit Dauid. &c. Quam in hoc loco † arepham, ſcriptura nominat. 2.Re. 21

† araſam.

nat, ipſa creditur fuiſſe Orpha moabitis, nurus Noemi, ſocia Ruth: de cuius progenie nati ſunt hi quatuor gigantes, qui hic in manu Dauid, & ſeruorum eius cecidiſſe dicuntur. Repetit autem a ſuperioribus ſcriptura, bella iſta commemorans fortaſſis alio ordine quam geſta ſunt. In primo Abiſai filius Saruię interfecit Ieſbidenob. In ſecũdo Sobochai interfecit †Sephi. In tertio Dauid q. hic dicitur, Adeodatus, quoniam ad liberationẽ Iſrael a Deo donatus eſt, & filius ſaltus, quia de paſcuis & ſaltu ſumptus eſt, & polymitarius, quia multiplici decore cultum Dei ornauit, in pſalmis & canticis: & bethleemites, propter patriam. Ipſe.ſ. Dauid iterfecit Goliath getheum. Quod bellum primum fuiſſe uidetur: quàmuis hic cõmemoretur tertiũ. In quarto Ionathas interfecit nimium ſenos digitos ſingulis manibus pedibuſque habentem qui ſimiliter fuit de ſtirpe †arepha.

† Zaph.

† Arafa

2.Re.23 HÆc ſunt uerba nouiſſima quæ dixit Dauid. Hæc uidelicet q̃ ſupradicta ſũt: uel hæc quæ ſequuntur: dixit Dauid filius Iſai. More ſcripturarum de ſe loquitur quaſi de alio. Dixit uir cui cõſtitutum eſt de Chriſto Dei Iacob.i. cui gratia uel officium conceſſum eſt de Chriſto Dei Iacob: ut uidelicet ſit Chriſtus Dei Iacob. In hebręo ſic eſt: dixit uir leuatus ſuper Chriſto Dei Iacob. i. uir qui eſt Chriſtus Dei Iacob: quẽ ipſe Deus Iacob ſupleuauit.i. exaltauit, ut eẽt ſuperior oĩbus. Egregi⁹ pſaltes ſiue pſalmiſta ĩ Iſrael. Quid dixit? Hoc.ſ. Spiritus domini locutus eſt per me: & ſermo eius per linguam meam: Deus Iſrael dixit mihi & fortis Iſrael loquutus eſt mihi. Quid dixit mihi? hoc videlicet ꝙ ille qui iuſtus eſt, debet eſſe dominator hominum. Ita tamen ꝙ dominator ſit in timore Dei: vt ſic per iuſtitiam homines inferiores regat, quatenus ſemper per timorem Deo ſe ſubdat ſuperiori. Vel hoc dixit mihi, ꝙ dominator hominũ iuſtus & dominator in timore Dei rutilat & germinat. Hoc dixit mihi vt ſciam qualiter præeſſe debeam, & qualiter ſubeſſe: & per hoc factus ſum ſplẽdidus. Sicut lux auroræ quæ rutilat clare abſq; nubilo mane oriente ſole: & factus ſum germinans: ſicut pluuijs, i. irrigatione pluuiarum germinat herba de terra. Quod tamẽ factũ non eſt meritis meis: quia apud Deum cuius eſt totus mundus, non eſt tota domus mea, id eſt familia & progenies mea, ut pactum æternum iniret mecum: ita firmum in omnibus atq; munitũ niſi gratia ſua hoc feciſſet. Ex qua gratia eſt cuncta ſalus mea & omnis uoluntas mea.i. quicquid uolo & deſidero per eã datur & impletur, & nõ eſt quicquam circa me uel ad me pertinẽs, quod non germinet & proficiat. Præuaricatores autem, qualis Saul fuit, quaſi ſpinæ euellẽtur uniuerſi, quoniam indigni ſunt, ut permaneant in agro Dei, quia ſpinæ non tolluntur manibus, quia intractabiles ſunt, & per rebellionem pungunt tangentes. Et ſi quis eas tangere uoluerit increpando.ſ. & caſtigando, armabitur ferro & ligno lanceato. Haſta lignum eſt, lancea ferrũ. Quaſi diceret. Qui in eos ſæuire uoluerit, utetur non ſolis uerbis quibus erudiantur, ſed uindicta extirpẽtur, ut extirpati comburantur igne ſcilicet inextinguibili uſque ad nihilum conſumendi. Nota autem ꝙ ligno percuſſio fit, ferro ſectio: lignum ergo lanceatum eſt uindicta nõ ſolum cruA ciãs, ſed exterminans. Hæc ſunt nomina fortium Dauid. Hic enumerat eos qui in exercitu Dauid fortitudine excellentes erant: quibus & ipſum Dauid annumerat: quia perfecta gloria regis non eſſet fortes habere milites, niſi & ipſe fortis eſſet. Propter quod ipſum cæteris omnibus præfert, quaſi fortibus fortiorem: quatenus etiam ipſorũ commendatio ad gloriam illi cedat. Numerat autem primum tres ſeorſum per ſe, quaſi excellentiores omnibus, in quibus Dauid primum ponit ac principem. Secundum Eleazarum. Tertium Semmaa. Hi primi tres. Deinde ponit alios tres & uirtutem eorum exponit ꝙ per media hoſtium caſtra irrumpentes aquam de ciſterna, quæ erat in Bethleem, attulerunt: quos tamen licet inter alios triginta inſignes effulſerint, primis tribus nequaquam ęquandos eſſe teſtatur. Deinde annumerat reliquos & in ſumma triginta ſex, & cum Vria triginta ſeptem, qui ſunt hi.

A

*Incipiunt nomina fortium de Iſrael.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| Dauid primus fortium primorum. | | Banai | 12 |
| | | Heldai | 13. |
| Elxazar. | 2. | Albiadon† | 14. |
| Semmaa. 3. hi primi. | | Azinaueth | 15. |
| Abiſai primus fortium ſecundorum. | | Eliaha | 16. |
| | | Ionathas | 17. |
| Banaias | 2. | Ara | 18. |
| Aſahel 3. hi ſecundi | | Semma | 19. |
| Eleanan primus tertiorum. | | Haian | 20. |
| | | Helefeleth | 21. |
| Semma | 2. | Helian | 22. |
| Elicha | 3. | Efrai | 23. |
| Heles | 4. | Farai | 24. |
| Hira | 5. | Igaal | 25. |
| Abieſet | 6. | Bonni | 26. |
| Mobonnai | 7. | Selech | 27. |
| Selmon | 8. | Naharai | 28. |
| Macharai | 9. | Hira | 29. |
| Heleph | 10. | Gareb | 30. |
| Hithai | 11. | Vrias | 31. |

† Albialbon.

¶ Ioab non numeratur uel propterea, quia princeps aliorum & notus: uel propter mortem Abner & Amaſæ. B

¶ Dauid in cathedra ſedens. Ecce magiſterium. Merito quia ſapientiſſimus. Ipſe eſt quaſi tenerrimus ligni uermiculus. Vermiculus ligni in ſe tener & mollis, durum lignum perforat. Quando tãgitur, nihil molius illo: quando tangit, nihil durius. In eo igitur quòd tenerrimus appellatur, notatur humilitas & manſuetudo: in eo ꝙ uermiculus ligni dicitur, fortitudo ſignatur. Dauid quando lædebatur, nihil manſuetius: quando lædere uolebat, nihil ferocius. Tres principales uirtutes. Sapientia, humilitas, fortitudo. Has omnes nullus aliorum habere potuit, niſi ille ſolus, in quo directus eſt ſpiritus Dei. Has ſequuntur tres quaſi imagines aliarum. Diſciplina, ſapientiæ.

C

*Pulchra comparatio Dauid ad uermiculum.*

tiæ. Manſuetudo, humilitatis. Conſtantia, fortitudinis. Has autem ſecundas tres nouiſſimæ ſequentes perneſe imitantur. Diſciplinam hypocriſis. Manſuetudinem, pigritia, Conſtantiam, pertinacia. Dauid ſedens in cathedra, qui octingentos interfecit impetu uno. Vbi hoc factum ſit, non legimus, niſi quantum hic commemoratur. In hebræo ſic eſt. Octingentos una uice. Quod ſic intelligi poteſt, quaſi diceret Dauid ligni uermiculo comparatur propter fortitudinem: qua omnia penetrat, & nihil ei reſiſtere poteſt: intantum ut ſuper octingentos una uice irruere poſſit, & uincere. Poſt hunc Eleazar: ſecundus ſcilicet in fortitudine poſt Dauid. Inter tres fortes, qui erant cum Dauid quando Philiſtini exprobauerunt Iſrael ſcilicet timiditatem, & quòd eis reſiſtere non poterant: & congregati ſunt ipſi Philiſtei illuc (ubi erat Dauid) in præliũ. Hoc iudæi dicunt ibidem factum ubi Goliath agminibus Iſrael exprobrauit. Aliud non legimus niſi quantum hic dicitur. Et poſt hunc Semmaa filius Aggæ de arari. Et congregati ſunt Philiſtiim in ſtatione. Hoc cohærere non uidetur. Sed ſic legendum eſt: poſt hunc Semmaa. Et ipſe ſimiliter Philiſteos percuſſit, & ubi ſubiungit: quia congregati ſunt Philiſtiim in ſtatione: id eſt in loco ubi caſtris poſitis ſtabant, & morabantur. Cumque fugiſſet populus Iſrael a facie Philiſtiim, ſtetit ille in medio agri: id eſt in campo, unde populus fugerat: & tutatus eſt, id eſt defendit eum: ſcilicet campum ut eum obtineret fugatis, uel proſtratis hoſtibus. Necnon, & ante: in alio ſcilicet prælio, quod ante hoc factum fuerat. Deſcenderant tres fortes, qui erant principes inter † triginta, id eſt aliis triginta excellentiores. Et uenerant tempore meſſis ad Dauid in ſpeluncam Odollam. Horum omnium, quæ dicuntur aliam notitiam habere non poſſumus, niſi quantum coniicimus ex his, quę in hoc loco commemorantur. Ipſe percuſſit duos leones Moab. In hebræo euidentius legitur duos principes Moab. Et ipſe deſcendit, & percuſſit leonem in media ciſterna. Magna audacia ad tam ferocem aggrediendum ſolum deſcendere. Verumtamen uſq; ad tres, ſcilicet primum nominatos: non peruenerat, ut illis æqualis eſſet. Fecitque eum Dauid ſibi auricularium: ideſt conſiliarium, a ſecreto, uel pro una dictione accipiendum eſt, uel a ſecreto, ideſt de ſecreto. quaſi diceret de ſecretis, uel in ſecretis fecit eum conſiliarium ſibi.

† Nō annumerato Vria.

D — 2.Re.24. ET addidit furor domini. Addidit ſupradictis flagellis hoc, ideſt hanc iram. Et commouit ipſe dominus, commouit Dauid in eis, ideſt ad faciendum, quod fieret contrarium illis: Dauid dico dicentem Ioab. Vade numera Iſrael: hoc eſt quod ſequitur. dixit rex ad Ioab. Percuſſit autem cor Dauid eum, ideſt conſcientia remordebat eum eo, quòd fecerat.

## *ADNOTATIVNCVLÆ Eiuſdem in Reg. Tertium.*

E — 3.Re.6. FEcitque in templo feneſtras obliquas, id eſt arcuatas deſuper: uel in toto obliquas, ideſt interius latiores propter claritatem. Super parietes. Ideſt extrinſecus ad parietes, fecit tabulata quaſi ſolaria per circuitum triplici ordine: imũm ſtrictius, medium latius, ſupremum latiſſimum: ut columnæ quibus ſuſtentabantur ſuperiora, non contingerent inferiora tabulata: ſed extrinſecus ab imo ſurgerent ſingulæ. Iſta tabulata quaſi hexhedræ fuerunt foris adhærentia muro. Trabes autem quibus ſuſtentabantur tabulata ipſa, poſuit in domo per circuitum, ideſt adiunxit domui: per circuitum tamen forinſecus, ita ſcilicet ut non hærerent muris templi, ideſt ut non eſſent infixę muris, quia eiectura quædam in ipſo muro per circuitum facta, ipſas excipiebat, & portabat in illo capite quo murum contingebãt, in altero capite columnis innitentes. Vel de trabibus intra domum intelligi poteſt ad eundem modum diſpoſitis. Texit quoq; domum laquearib⁹ cedrinis. Tectum domus more regionis planum fecit, quemadmodum extrinſecus tabulata. In tecto igitur domus laquearia cedrina poſuit: & domum lignis, & pauimentũ texit tabulis abiegnis. Et ædificauit uiginti cubitorum tabulata cedrina: uiginti cubitos de ſexaginta, qui in longitudine domus erant, ſeparauit in poſteriori parte domus. i. occidentali: quia introitus ad orientem erat. Atq; in illa parte ſimiliter ædificans tabulata cedrina, a pauimẽto ſurſum fecit de parte eadem domũ oraculi in ſanctũ ſanctorũ. i. ad hoc ut ipſa eſſet ſanctũ ſctõrũ: ipſam dico interiorẽ, qa ad eã niſi p alia introitus non patebat. Porro quadraginta cubitorũ erat ipſum templũ pro foribus oraculi. A foribus enim oraculi uſq; ad portã orientalẽ quadraginta cubiti erant: qđ totum dicebatur sãcta. Et iuncturas ſuas, iuncturas dicit, ubi tabulata iungebantur. Oraculum aũt in medio domus. i. intra domum, fecerat in interiori parte. i. remotiori ab introitu. Porrò ipſum oraculum habebat uiginti cubitos longitudinis: & uiginti cubitos latitudinis: & uiginti cubitos altitudinis. In hoc patet, ꝙ oraculũ uiginti cubitis inferius erat reliqua domo. Sed, & altare ueſtiuit cedro. Hoc eſt altare thymiamatis, qđ ſtabat ante oraculũ. i. ſancta ſctõrũ. Sed, & totũ altare oraculi texit auro. Ipſũ ẽ qđ ſuperius texit cedro: nunc auro, qđ ſtabat ante oraculũ. Quinq; cubitorum ala cherubin una, ſubaudiendum eſt lata erat, & quinq; altera, ut a ſummitate, ideſt extremitate, unius uſq; ad ſummitatem alterius, per tranſuerſum, ſcilicet decem eſſent cubiti, latitudo æqua altitudini. Nam corpus cherubin inter alarũ expanſionẽ tenebatur. Poſuitq; cherubin in medio templi interioris. i.

,, oraculi uerſis oultibus ad orientem in propicia-
,, totium coram poſitum. Ita ut alter ala una parie-
tem meridianum tangeret, altet ala una ſeptétrio
nalem: reliquas duas adinuicem iungerent in
medio oraculi tanta fieret extenſio alarum, quan
ta fuit latitudo oraculi. Et fecit in eis, ſcilicet pa-
rietibus, cherubin: alias formas cherubin in di-
,, uerſis locis ſculpſit in parietibus; & palmas ma-
,, nuum, & alias figuras uarias. In ingreſſo oraculi
,, fecit oſtiola duo, ot poſt determinat. Duo oſtia
,, de lignis abiegnis altrinſecus: ſcilicet unum hic,
,, alterum illioc. Et otrumq; oſtium duplex erat,
,, ideſt duas ualuas habens; & ſe inuicem tenens,
quia conoexæ ualuæ ad poſtem in medio poſi-
,, tum aperiebantur. Et ædificauit atrium interius,
,, quod exteriori cingebatur. Diſpoſitis tribus or-
dinibus io pariete. ttibus lapidum politorum, &
uno ligoorum cedri.

,, F
3.Reg.7. AEdificauit quoque domum ſaltus libani.
Propter immenſitatem, & multitudinem
operis ſaltui comparatur domus; oel quia ex illo
materia ſumpta eſt. Quatuor deambulacra inter
,, columnas cedrinas fecit; & tabulatis cedrinis oe
,, ſtiuit totam cameram, quæ quadragintaquinque
,, columnis ſuſtentabatur. Vnns antem ordo habe-
,, bat columoas quindecim. Secundum hanc di-
,, ſpoſitionem tres ordines intrinſecus erant colũ-
narum: & quatuor deambulacra, hoc eſt inter-
ualla. Et inter columnas a pariete uſq; ad primũ
ordinem, unum interuallum; a primo ad ſecun-
dum, alterum: a ſecundo uſq; ad tertium aliud: à
tertio irem uſq; ad parietem iterum aliud. In he-
bræo habetur. Tabulata cedrioa deſuper ordi-
nes columnarum quadragintaquinque. Quinde-
cim unus ordo. Quod ſic iotelligi poteſt, ut non
quadragintaquinq; columnas, ſed tabulata, ideſt
tabulas quadragintaquinq;, quibus tabulatum
compactum eſt eſſe dicamus: & tres ordines in
tabulato: qoorum ſinguli quindecim tabulas cõ-
tinebant. Hoc eſt quod dicit, coopertura tres or
dines, ſubanditur habebat, teſpicientes alterum
ad alterum ter. In ipſis ordinibus ſingulæ tabulæ
ordinis unius ſingulas tabulas alterius ordinis op
poſitas reſpiciebant; ita, quòd altera ad alteram
iungebatur ter, ideſt tres io ſingulis ordinibus a-
liis tribus alterius otdinis oppoſitis connecteren
,, tur, inſertis capitibus alterius ad alteram. Et ſu-
,, per columnas quadrangulata ligna in cũctis ęqua
lia. In hebręo hoc ſic habetur. Er omnia oſtia, &
poſtes quadrata unum contra alterum. Quod au-
tem dicit hic, oſtia quadrata .i. deſuper ooo rotũ
da: ad comparationem fortaſſis dictum eſt eorũ
,, quę erant io introitu oraculi ſic formata. Et por-
,, ticum columnarum fecit .i. porticum in qua ſimi
liter columnas poſuit, quę porticus lõga erat quĩ
,, quaginta cubitorũ ſecũdum latitudinẽ domus;
,, & alteram porticum io faciẽ maioris porticus .i.
ante maiorem porticum. Porticum quoque ſolij
in qua tribunal fecit. Solium regnantis, tribunal
iudicantis: & eſt domuocula in qua ſedetur ad iu
dicandum: ſeorſum ad dictãdam ſeotentiam, uel
,, palam ad profetendam. Tam intrinſecus, quàm

extrinſecus ferrati, id eſt ſecti, & politi in utraque ,,
ſnperficie parietis. Et extrinſecus oſque ad maius ,,
atrium porrecto tali opere. Maius atrium extrin
ſecus, minus atrium interius. Necnon, & in atrio
domus domini interiori: & in porticu domus
domini, tale opus factũ eſt. Quod autem in ſtru- G
ctura parietum per uarios ordines, nunc quadra-
tos, ſiue politos lapides poſuit, nunc cedros, id eſt
ligna imputtibilia; idcirco factum, ut uarietas ip
ſa ſtrocturę gratior fieret atq; decentior. Alia au-
tem fuerunt atria domus domini: alia domus re-
gis, ſiue extrinſeca, ſiue iotrinſeca. Et finxit, id eſt
artificioſe compoſuit, uel formauit, duas colum- ,,
nas æteas, id eſt ex ære fuſas. Iſtæ columnæ oon
ad portandam fabricam, ſed ad ornatum factæ
ſunt, & in porticu templi erectæ. Altitudinis o- ,,
ctodecim cubitorum: in circnitu duodecim cu- ,,
bitorum, hoc eſt, quòd Linea duodecim cubito- ,,
rum ambiebat columnam utranq. hæc erat men- ,,
ſora rotunditatis. Si linea duodecim cubitorum
cingeretur, ambiret eam, & totam rotunditatem
eius complecteretur. Vel ambitus columnæ ſe-
cundum ductum linearem duodecim cubitorũ
erat, uel linea fuſili opere illi circunducta, ambie
bat eam duodecim cubitorum. Capitella ſummi ,,
tatibus columnarum ſuperpoſita magna erant
ſingula altitudine quinq; cubitorum; quorum o-
pus, & factura talis deſcribitur. Vtrumq; capitel- ,,
lum fuſile erat quaſi in modum retis, & catenarũ ,,
ſibi inuicem miro opere cootextarum. Quem ,,
admodum ex hac deſcriptione apparet ipſa capi-
tella non ſolida ſed perforata uodiq; fuſa ſunt, ut
coonexiones eorum intrrorſum, & extetius retis
formam exprimerent. Quæ connexiones, & per-
plexitates ſeptem modis ab imo ſurſum in capi-
telli ambitu uariatæ ſunt; quos modos ſeptem
uerſus notaot. Deinde duo ordines malogranato ,,
rum in circũitu capitellum ambiebant; ut ipſa ,,
malogranata extrinſecus pendentia quaſi tegere ,,
uiderentur retiacula capitellorum, id eſt ipſa ca- ,,
pitella, quæ erant ſuper ſummitatem columna- ,,
rum. Capitella autem iſta, quæ erant ſuper ſummi ,,
tatem columnarum quaſi opere lilij fabricata e- ,,
rant, id eſt in eiſdem capitellis cum malogranatis ,,
ſimilitudo ſoliorum lilii facta erat deſuper in ip-
ſis. Quod ſequitur. In porticu quatuor cubitorũ: ,,
obſcurum eſt. Et fortaſſis ſic intelligi poteſt, qđ ,,
ipſa capitella deſnper non rotunda ad ſimilitudi-
nem columnarum quibus ſnperpoſita erant, ſed
quadrata fuerunt, habentia in ſingulis lateribus
quatuor cubitos. Quod ergo ait. In porticu qua- ,,
tuor cubitorum: noo ſic legendum ut ipſa porti
cus quatuor cubitos habuiſſe dicatur; ſed potius
ipſa capitella quatuor cubitos habentia fabricata
fuiſſe in porticu. Et rurſum alia capitella in ſum- ,,
mitate columnarum deſuper iuxta menſuram co ,,
lumnæ contra retiacula. Vtrum hæc ſecunda ca- ,,
pitella prioribus ſuperpoſita fuerint, an iuxta po
ſita, noo ſatis litera manifeſtat; Fecit quoque ma- ,,
re fuſile. Luterem magnum ſignificat fuſilem, ,,
ex ære rotundum deſuper io circuitu triginta cu ,,
bitorum, per tranſuerſum decem. Quod dicit, ,,

reſticulam

reſticulam triginta cubitorũ cinxiſſe luterem: uel ſic accipiendum eſt, φ ſimpliciter quantitas ambitus ſignificata ſit, cum fune tantæ longitudinis poſſet ambiri: uel reſtem intellige torquem æream ex ipſo opere fuſam in ſimilitudinem reſtis ipſum mare ambientem. Sculptura ſubter labiũ circumibat illud decem cubitis. Quomodo decẽ cubitis circuire poterat: cum dictum ſit ipſum ambitum triginta fuiſſe cubitorum? An non tutũ circuibat, ſed decem tantum cubitis ipſius ambitus ſculpti fuerunt. An deorſum ambitus arctabatur ſubter labium, ut decem cubitis ſubter labiũ poſſet ambiri ubi ſculptura erat ĩ circuitu in duobus ordinibus circa inferiorem partem luteris: ubi duodecim boues ex ære fuſos ſuper quos poſitus fuerat, contingebat. Sic enim uidetur, quòd baſis luteris ſignificata ſit quadrata decem cubitorum in ſingulis lateribus, in qua erant duo ordines ſculpturarum hiſtriatarum bubus ſuppoſita duodecim: ſuper quam ipſum mare fundatum erat. Craſſitudo autem luteris, id eſt ſpiſſitudo erat trium unciarum. duo milia batos capiebat luter: & tria milia metretas. Par quantitas in diſſimili numero. Idem enim ualent, uel ſi de eadem menſura legitur, tantum ſunt duo milia bati in ſiccis per cumulum: quantum tria milia in liquidis per planum. Cumulata enim menſura, planam continet totam, & dimidium eius. Et fecit decem baſes æreas. Iſtæ baſes non ad mare, ſed alios luteres præparantur: quibus ſinguli ſuperpoſiti ſunt. Ipſum opus baſium interraſile erat: id eſt interraſili opere factæ ſunt baſes. Et ſculpturæ inter iuncturas, & inter coronulas, & plectas: leones, & boues, & cherubim, & inter iuncturas ſimiliter, & ſubter leones, & boues quaſi lora ex ære dependentia. Obſcura eſt deſcriptio nec facile, quid intelligendum ſit, agnoſcitur. Videtur autẽ ſignificare, quòd in ipſis baſibus per ſingula latera diuerſi fuerint ordines ſculpturarum: & ubi illi ordines ſiue uerſus iungebantur ſculpturæ uariæ in lineam ductæ, inter uerſum, & uerſum diſcreationem facientes. Ipſi autem uerſus, quaſi areolæ quædam inter lineas, & lineas patentes. habebant circulos inſculptos in ſimilitudinem coronarum, & plectarum quorum alii leones, alii

† in iun-cturas.

boues, alii cherubin continebant. Et † inter iuncturas ſimiliter deſuper. ubi deſuper? Fortaſſis hoc dicere uult, quòd eiuſmodi ſculpturæ non per totum factæ ſunt, ſed ſurſum, & deorſum in lateribus baſium: quaſi oræ quædam, & ſculpturæ. Et ſubter leones, & boues quaſi lora ex ære dependentia. Et quatuor rotæ per baſes ſingulas, & axes ærei, & humeruli a quatuor partibus erecti: quaſi ad continendas baſes rotis ſuperpoſitas, & luterẽ baſibus impoſitum. Os quoq; luteris intrinſecus erat. Sic dicere uidetur, quòd a fundo luteris intrinſecus quaſi fiſtula rotunda ſurgens in altum, cubito, & dimidio tenebatur, cuius altitudinis cubitus quidam ſupra luterem eminebat. Dimidius autem cubitus intra profundum luteris erat. In cuius fiſtulæ ſummitate os erat ipſius luteris, per quod aquæ egrediebantur. In angulis autem columnarum, id eſt baſium uariç cælaturæ erant: & media intercolumnia, id eſt quæ inter angulos erant, quadrata erant, & non rotunda. Hæc ſunt latera baſium plana: quæ intercolumnia nocat quadrata: quia ſuper quatuor humerulos in quatuor angulis erectos apparebant. In ſummitate autem baſis, id eſt ipſa baſis in ſummitate ſua, erat unius cubiti, & dimidii: ut cõuenienter luterem ſuperpoſitum portaret. Sculpſit quoq; in tabulatis illis, quæ erant ex ære, & in angulis: fortaſſis humerulos ſignificat, qui in angulis erant columnarum, in quibus ſimiliter ſculpturæ factæ ſunt. Mare autem poſuit ad dexteram partem templi contra orientem ad meridiem, id eſt in angulo, ubi orientalis, & meridionalis paries domus iungebatur. Columnas duas, & funiculos capitellorũ ſuper capitella columnarum duos. In hebreo ſic eſt. Columnas duas, & coronas ſuper capita columnarum, & retiacula duo. Per coronas ſuper capita columnarum aliquis fortaſſis intelligat, nihil aliud ſignificari niſi ipſa capitella rotunda, columnis ſuperpoſita. Quia autem funiculos nominauit, aliud uoluiſſe uidetur: quod tamen non ſatis patet niſi in ipſis capitellis ſculpturam factam fuiſſe dicamus in modum coronæ, uel funis circũ ducti, & ambientis.

CHerubim expandebant alas ſuas ſuper locũ I
arcæ, & protegebant arcam, & uectes eius 3.Re.8.
deſuper. Cumq; eminerent uectes, & apparerent ſummitates eorum extra ſanctuarium ante oraculum, non apparebant ultra extrinſecus, id eſt cum tantum porrigerentur in anteriora ut uſq; ad uelum peruenientes ipſum uelum contingerent, & aliquantulum in ipſum impingerent: ut per uelum ab iis, qui extrinſecus ſtabant, eorum capita notari poſſent: non tamen uelum penetrabant, neq; extrinſecus extra uelum prominebãt.
Si peccauerit homo in proximum ſuum, hoc mo K
do ſcilicet, ſi habuerit aliquod iuramentum, quo teneatur aſtrictus: id eſt ſi aſtrictus eſt aduerſus proximum aliquo iuramẽto, & non teneat quod iurauit: coactuſq; ab illo cui iurauit: ueniat corã altari tuo in domum tuam, ut teſtificatione præſentis diuinitatis ſe abſoluat: ſi negauerit coram te iuramentum, quod fecit proximo ſuo occulte de quacunq; re, & non reueritus fuerit præſentiã tuam, quominus mentiatur: tu exaudies in cælo, id eſt cognoſces, & intelliges fallaciam illius qui fraudat, & facies hoc, ſcilicet iudicabis ſeruos tuos, nõ ſecundum hoc quod ille hominibus mẽtitur: ſed ſecundum, quod tu noſti, cui quod uerũ eſt, abſcondi non poteſt: condemnans impium, & iuſtificans iuſtum.

APpellauit eas terram Chabul, ideſt paludo- L
ſam, uel paluſtrem propter uilitatem mu- 3.Reg.9.
ne. is.

IN domo ſaltus libani, quia forte de libano M
materia ſumpta eſt. 3.Re.10

AEdificauit mello, & coæquauit uoraginem N
ciuitatis Dauid patris ſui ædificans mello, 3.Re.11.
id eſt locum illũ, partem ſcilicet inferiorem ciuitatis coæquauit ipſum, q prius uorago, & quaſi ſẽ-

tina erat ciuitatis Dauid patris ſui: ut ęqualis. ſ.
eſſet parti eminentiori ciuitatis. n quo iniuriam
patri facere uidebatur uiliſſima & abiecta ſūmis
operibus illius coæquans. In hebræo ſic habetur.
Ædificauit mello & clauſit aperturam ciuitatis
Dauid patris ſui: quod ſic intelligi poteſt, quòd
mello ædificauit & extulit in altum & per hoc
exitum, qui prius erat in ciuitate Dauid patris ſui
clauſit: Hanc fabricam contra portam ciuitatis
,, extruens. In libro uerborū Salomonis. hic apud
nos non inuenitur: quemadmodū nec liber uer-
borum regum Iſrael uel Iuda.

,, O ASCendit ſuper altare. ſic dictum eſt, quaſi
3. Re. 12. aſcendit ad altare. Aſcendit ut ſuper altare
incenſum poneret, ſiue aliud in hunc modum.

,, P ME proiecisti poſt corpus tuum, id eſt con-
3. Re. 14 tempſiſti.

,, Q CVrauit altare domini quod destructum fue
3. Re. 18 rat & ædificauit altare ex lapidibus in nomi
,, ne domini. Sic eſt quaſi diceret. Mundauit locū,
ubi prius altare deſtructum fuerat: & ædificauit
aliud nouum.

,, R OMne os quod nou adorauit eum oſculans
3. Re. 19 manum uidelicet eius Baal. In hebræo ſic
habetur. Omne os quod non oſculatum eſt eum.
Notat modum uenerationis in curuatione ge-
nuum & oſculo oris.

,, S OMnia propter quæ miſiſti ad me ſeruum
3. Re. 20 tuum in initio faciam: hanc autem rem fa-
cere nō poſſum. Sic eſt quaſi diceret quod in ini
tio petitionis tuæ fuit d'argēto & auro tribuēdo
faciam: hanc autem rem, hoc eſt ut etiam uxores
,, & filios tribuam, facere non poſſum. Quis inci-
,, piet præliari? Et ait. Tu: ne uideatur contrarium
quod prius dixerat per pediſſequos principum
prouinciarum uictoriam obtinendam. Nunc
autem uolo ipſum regem pugnam incipere. Sic
enim dictum eſt, ut non expectet aſſultum ho-
ſtium: ſed ut ipſe, id eſt ſui prælium incipiant:
uel ipſe incipiet totum exercitum producens, &
deinde pediſſequi principum prouinciarum ui-
,, ctoriā obtinebunt. Hoc eſt quod ſequitur. Egreſ
,, ſi ſunt autem pueri prima fronte. Incipiente igi-
tur rege prælium cum uniuerſis, iſti præeuntes ui
ctoriam obtinuerunt.

,, T PRædicate ieiunium & ſedere facite Naboth
3. Re. 21 &c. Religioſe inchoari uult opus malitiæ, ut
per deuotionem ieiunij crudelitas homicidij te-
,, gatur. Benedixit Naboth Deum & regem. Ironia
,, eſt: quaſi maledixit regem, ac per hoc Deum cu-
ius miniſter eſt. Occidiſti inſuper & poſſediſti. Et
poſt hæc addes. In hebræo ſic eſt. Occidiſti, &
poſt hæc hæreditabis? ſub interrogatione, quaſi
dicat. Nunquid non ſufficit tibi occidiſſe homi-
,, nem: niſi & hæreditatem eius poſſideas? In loco
hoc &c. Quomodo dictum eſt ad Achab. In loco
hoc in quo linxerūt canes ſanguinem Naboth,
lambent quoque tuum ſanguinem: cum ſanguis
Naboth in Iezrahel effuſus ſit: ſanguinem uero
Achab iuxta piſcinam Samariæ canes linxerint?
Sed in hoc loco dictum eſt, i. tali loco: quaſi ita
uiliter effuſū, ſicut tu ſanguinē Naboth effudiſti.

## ADNOTATIVNCVLÆ
### *Eiuſdem in Quartum Librum Regum.*

FAcite alueum torrentis hu V,,
ius foſſas & foſſas. Vel ſi- 4. Reg. 3.
cut alij dicendum putant
multas foſſas, id eſt torrē
tis huius, qui modo exic-
catus eſt, alueum arentem
fodit altius ſiue profun-
dius & in multis locis, ut
aquas ſuperuenientes in abundātia capere poſſit.

DIxitque Naaman, ut uis. Fiat. ſ. uoluntas tua. X,,
Ecce non rogo amplius ut mea accipias. 4. Reg. 5.
Sed tamen obſecro ut tua concedas. Concede mi
hi ſeruo tuo, ut de hac terra ſancta in qua Deus
uerus adoratur, tollam & feram mecū onus duo- ,,
rum burdonum. Quare autem portare uoluerit ,,
terram ſubiūgit. Non enim faciet ſeruus tuus ul ,,
tra holocauſtum aut uictimam dijs alienis, niſi ,,
domino. Adhoc igitur terram ferre uolebat. Vt ,,
ex ea in terra ſua altare faciat domino: in quo im ,,
molaret. Abiit ergo ab eo electo tempore. Ambi
guitate dictionis in terræ ſpatium & tempus de-
ceptus eſſe uidetur. Nam in hebræo ſic expreſſius
ſonat. Abijt ab eo ergo quaſi aliquanto terræ ſpa ,,
tio & ſic conuenienter adiungitur. Dixitque Iezi ,,
puer. i. famulus, uiri Dei. Simile eſt quod in Gene ,, Gen. 35.
ſi legitur. Eratque uernum tempus & ingrediebar
effrata. In hebræo expreſſius ſonat: & adhuc ſpa-
tium terræ, ſubauditur ſupererat: & ingredie-
bar effrata.

QVarta pars † cadi ſtercoris columbarum. Ca Y,,
dus menſura eſt: ſtercus columbarum qui- 4. Reg. 6
dam idcirco ab eſurientibus ereptum putant: ut Suntqui
grana a colūbis a longe delata ſtercori forte mix †tabi le-
ta & electa aliquā famelicis refectionem pberēt. gant.

CVmque ueniſſet dies altera: tulit ſtragulū & Z,,
infudit ipſi aquam: uel aqua ipſum infudit. 4. Reg. 8.
i. perfudit, hoc eſt accepit pānum & madefecit in ,,
aqua & expādit ſuper faciem eius. Ipſe Azahel tu
lit pannum & madefactum expandit ſuper fa-
ciem domini ſui. ſ. ad refrigerandam faciem eius,
quia calore æſtuabat. In hebræo expreſſius dici-
tur. Expandit ſuper faciem ſuam, ut non Azahel,
ſed ipſe Benadab pannum madefeciſſe & ob re-
frigeriū ſuper faciem ſuam expandiſſe intelliga-
tur. Quod tamen nil prodeſſe potuit, quia mor-
tuus eſt. Quo mortuo regnauit Azahel pro eo.

DEprecatus eſt aūt Ioachā faciē dn̄i & audi- Aa,,
uit eū & dedit dn̄s ſaluatorem Iſrael. Ioam. 4. Re. 13
i. filiū eius, quia ipſe poſtea liberauit Iſrael de ma
nu regis Syriæ.

MVſach quoq; ſabbati. Tectū ſignificat. uel Bb,,
coopertura ubi ſabbato rex ſedere cōſue- 4. Re. 16
uerat iuxta templū. Hoc igitur Muſach & ingreſ
ſū regis. i. porticū p̄ q̄ īgrediebatur extrīſec⁹ poſi
tā, cōuertit i tēplū dn̄i p̄ timore regis Aſſyriorū.

NVnquid nō audiuiſti qd ab initio fecerim? Cc,,
id eſt quomō olim Pharaonē & Ægyptios 4. Re. 19
populū meū perſequentes ſubmerſi? Ex diebus an ,,
tiquis

,, tiquis plaſmaui illud, ideſt in diebus antiquis o-
,, peratus ſum illud, ideſt illam uindictam: Et nũc
,, adduxi, ideſt nunc iterum ad exemplum reuoca-
,, re uolo ut ſimile in te exerçeam. Tibi autem Eze
chia hoc erit ſignum. Hoc ſcilicet, quod hoſtem
tuum proſternam, & repellam: hoc erit ſignum
ſequentis propitiationis: quod uidelicet terram
ab eodem uaſtatam poſt eius abſceſſum multipli-
,, citer germinare faciam, ut populus meus affli-
ctus abundantia releuetur. Igitur hoc anno co-
mede quod reperetis. Id eſt contentus eſto eo
quod habere poteris: ut ſi quid minus fuerit, pa-
tienter feras. Et ſi non habes, quod ſemines, ne
,, timeas. In ſecundo anno germina ſponte na-
,, ſcentia multiplicabuntur: intantum ut abundan
tia frugum, & ad præſentem ſuſtentationem, &
ad futuram ſementem ſufficiat. Propterea, In ter
tio anno ſeminate. Porro quod hoc futurum ſit,
,, ſcire poteris ea eo, quod regem Aſſyriorum tibi
modo comminantem repellam, & deſtruam.

*Et hæc in Quartum Regum.*

---

## *M. HVGONIS DE SANCTO Victore Canonici Regularis Lateranenſis Annotationes in plurimos Pſalmos Dauid, Quarum hæc ſunt capita.*

*De fabrica cathedræ peſtilentiæ, & quæ eam concernunt.* Cap.I
*De habentibus legem in corde: non cor in lege.* Cap.II.
*De quatuor generibus hominum iudicio Dei obnoxiorum.* Cap.III.
*De æterna Chriſti generatione* Cap.IIII.
*Quod ex natura homo ad imaginem Dei creatus ſit: ex ſola autem gratia in domino lætari poſſit* Cap.V.
*Quod duobus modis Deus hominem perdit.* Ca.VI.
*Quod hic expelli debet peccatum per confeſſionem, ne in iudiciũ compellatur ad confuſionem.* Cap.VII.
*De cauſa liti, inter Deum, hominem, & diabolũ.* Cap.VIII.
*Quomodo Deus dextrum, & ſiniſtrum dicatur oculos habere* Cap.IX.
*Quod locutio ſit in uoce, & opere: & quis uanitatẽ in corde habeat, quis loquatur, et quis loquatur eam ad proximum* Cap.X.
*Qui ſint timorem Dei habentes, & Chriſto credentes: & quomodo uia pacis Chriſtus cognoſcatur* Cap.XI.
*Quid Deus homo factus inuenerit in mundo, quod ſuum eſſet: & quid, quod diaboli: et quomodo uterq; pro ſuo iure certauerit* Cap.XII.
*Quid ſit prouidere dominum in conſpectu ſuo ſemper.* Cap.XIII.
*Quibus, & quando dominus, & diabolus a dextris & a ſiniſtris ſint.* Cap.XIIII.
*Vbi detur impleri lętitia* Cap.XV.
*Dextera, & ſiniſtra Dei, quæ ſint.* Cap.XVI.
*De tribus orantium generibus* Cap.XVII.
*De examine bonorum, & malorum, ſed non mediocrium* Cap.XVIII.
*De uiis duris huius uitæ, & qui eas cuſtodiunt propter uerba labiorum Dei* Cap.XIX.
*De uijs, & ſemitis Dei* Cap.XX
*Quæ ſit dextera Dei, & qui ei reſiſtant: & quomodo ab eis cuſtodiri cupiat iuſtus* cap.xxi.
*Quæ ſint alæ Dei, ſub quibus protegamur.* Cap.XXII.
*Faciem, & latus occurrenti opponere, quid ſit.* Cap.XXIII.
*Præuenire, & ſupplantare quid ſint.* Cap.XXIIII.
*Quod framea ſit Chriſti anima quæ partem ab inferno abſcidit* Cap.XXV.
*Quomodo dominus noſter eſt liberator noſter, refugium noſtrum, firmamentum, fortitudo, Deus, adiutor, ſpes protector, cornu ſalutis &c.* Cap.XXVI.
*Dolores, & laquei mortis, & inferni, & torrentes iniquitatis, qui ſint* Cap.XXVII.
*Salus humana, & diuina quomodo homini impertiatur* Cap.XXVIII.
*Dextera, & ſiniſtra Dei, quos ſuſcipiant.* Cap.XXIX.
*De fine bono, & malo, & de diſciplina domini in finem corrigente.* Cap XXX.
*Quid ſubtus, & quid ſupra nos: & cuius ueſtigia non infirmentur* Cap.XXXI.
*Qui ſint inimici ſpirituales, & quomodo eos perſequamur.* Cap.XXXII.
*De timore ſeruili, & cuſtodia legis diuinæ, & delectatione varia: de terra, frumento, oculo, & neceſſitate diuerſis. Deq; humilitate.* C.XXXIII.
*Miſericordiam, & veritatem Dei pœnitentibus eſſe neceſſariam* Cap.XXXIIII.
*De agnitione, & dilectione veritatis.* Cap XXXV.
*De tabernaculo Dei.* Cap.XXXVI.
*Deum fortitudinem, & refugium eſſe pugnantiũ.* Cap.XXXVII.
*De uanitate rerum temporalium.* Cap.XXXVIII.
*Reprobatio luxuriæ, auaritiæ, & ſuperbię.* Cap.XXXIX.
*Occultos iuſtorum inimicos in iudicium reſeruari: manifeſtos in hac vita aliquando puniri.* C.XL.
*De armis ſapientiæ, & ſcuto patientiæ.* Cap.XLIi
*De manifeſtis, & occultis diaboli inſidiis.* C.XLII.
*Quod temporalis malorum proſperitas, electis teſtimonium eſt ęternæ felicitatis* Cap.XLIII.
*Quod occulta eſt interim bonorum iuſtitia, donec educatur iudicanda de præmio* cap.xliiij.
*De utili ſubiectione erga Deum, & ipſius recta expectatione.* cap.xlv.
*De quatuor hominum generibus, quantum ad uulnera, & cicatrices: de uera ſapientia, & præteritorum memoria.* cap.xlvi.
*De duplici hominum uanitate.* cap.xlvij.
*Quid dicendum Deo cum breuis, mala, & incerta ſit dies.* cap xlviij.
*De mirabilium Dei multitudine, & profunditate.*

*cap.xlix.*
*De curioſi,& ſuſpicioſi malo. cap.l.*
*Quod fontium nomine ſummum bonum ſignificetur, idq; maxime ſit deſiderabile, & quæ toto pſalmo.xli.tractentur. cap li.*
*De iudicio ſecundum cauſam, & ſecundum retributionem: de luce, & ueritate Dei: de monte, & tabernaculo,& de lætificatione iuuentæ noſtræ. cap.lij.*
*Quas ſemitas declinauerit dominus. cap.liij.*
*De puluere cogitationum, & terra deſideriorum inutilium. cap.liiij.*
*De forma,gratia, & benedictione adeo,ad hoc, & propter hoc &c. cap.lv.*
*Quomodo Deus mentem beatam ſibi per pacem,et amorem coniunctā adiuuet,& quando. ca.lvi.*
*Quæ ſint opera domini nobis uidenda:& prodigia, quæ poſuit ſuper terram &c. cap.lvij.*
*Qualiter orandum ſit pro remiſſione peccatorum a Deo obtinenda ad imitationem Dauid.cap.lviij.*
*Quod Deus in ſanctis, ideſt intus plus,quam foris mirabilis eſt. cap.lix*
*Quod adhærere Deo,& ponere ſemper ſpem in eo bonum ſit. cap.lx.*
*De tribus malis, quibus homo affligitur, & quatuor bonis quibus conſolatur. cap.lxi.*
*De quadruplici pace quam diuerſis loquitur dominus. cap.lxij.*
*Miſericordia,& ueritas,qua diſceptatione ſibi mutuo obuiam uenerint,& iuſtitia,& pax ſe oſculatæ ſint. cap.lxiij.*
*De confeſſione duplici, & quod dominus mitis eſt, & ſuauis. cap.lxiiij.*
*De ſpirituali cithara. cap.lxv.*
*De fide, operatione, & retributione bonorum. cap.lxvi.*
*De duabus ſcholis,ſcilicet uirtutis,& ueritatis:& duplici genere diſcentium: & quod omnes cupiant eſſe beati,ſed pauci ſtudeant eſſe immaculati. cap.lxvij.*
*De nominibus præceptorum Dei contentis Pſalm. 118.& de cauſis eorumdem. cap.lxviij.*
*De tribus uiis,Dei,hominis,& diaboli. cap.lxix.*
*Qui ſint in lege domini ambulantes,qui ſtantes,& qui declinantes. cap.lxx.*
*De directione cordis humani. cap.lxxi.*
*Qui Deum ex toto corde requirant:et quid ſit Deū requirere,& quomodo ſit requirendus:& quomodo,quis repellatur a mandatis Dei. ca. lxxij.*
*Abſcondenda quō ſint eloquia domini. cap.lxxiij.*
*Quod iuſtificationes fiant propter opera. ca.lxxiiij.*
*Loquendi,quæ ſint impedimenta, & quæ indicia cordis,& oris: Item de quatuor quibus indicia fiunt. cap.lxxv.*
*Quis in mandatis Dei exerceatur. cap.lxxvi.*
*De multiplici uia Dei, & qui eam conſiderent. cap.lxxvij.*
*Quomodo dulcia dicat eloquia domini faucibus ſuis: utrum ea manducando:& ſi ſic, quia cibus ſunt: qualis ergo cibus? cap.lxxviij.*
*Quomodo Chriſtus ſit nobis lucerna. cap.lxxix.*
*Oculi bonorum,quomodo ſint ad dominū. ca.lxxx.*
*Bonum, & iocundum ſimul,quid ſit. cap.lxxxi.*
*Quare dominus iudicium ſuum in finem ſeruauit. cap.lxxxij.*

## Prologus.

QVoſdam tibi,frater Cariſſime,pſalmiſtæ uerſiculos prælibaui de profunda abyſſo ſtillam modicam hauriens.

### *De fabrica cathedræ peſtilentiæ,& quæ eam concernunt. Cap. I.*

BEatus uir qui non abiit in A ,,
conſilio impiorum & in Pſal. 1.
uia peccatorum non ſte- ,,
tit, & in cathedra peſtilē- ,,
tiæ non ſedit. Quam diu ,,
anima per contemplatio- ,,
nem Deo adhæret,manet *Vide Ann.*
in patria:quando cogita- *F. Sexti ſu-*
tionem ſuam ad terrena,& tranſitoria inflectit,a *per hūc uer.*
patria in exilium uadit. Primum per uanitatem *in ſua Bib. li.5.2.par.*
abit. Deinde per delectationem ſtat. Deinde per conſenſum ſedet: per opus ædificat, per deſperationem habitat. Qui malum operatur, cathedrā fabricat:in cathedra ſedet, qui in malo perſeuerat. Inſtrumenta operis mali, ſunt quinq; ſenſus corporis: materia eſt illud in quo quiſq; explet propoſitum prauæ uoluntatis. Modus fabricandi talis eſt: uiſus eligit, ſermo præcidit, officium coaptat,experientia componit. Viſus pertinet ad oculum,ſermo ad auditum, officium ad manum, experientia ad olfactum,& guſtum. Quem in prauo opere ipſa propter ſe actio delectat,is in agendo guſtat: quales ſunt gula,& luxuria. Cum autē ipſe actus prædicandi per ſe non placet, ſed per id quod agitur,aliud quod deſiderat homo conſequi cupit: iſte de longe olfacit: qualia ſunt latrocinium,& furtum. Neque enim latronem delectat hominem occidere,ſed delectat ſpolia poſſidere. Neque furem limen ſuffodere, ſed pecuniam obtinere. Iſta quinque inſtrumenta non operantur in omni peccato: quædam tamen ſunt peccata ubi omnia ſimul inueniuntur. ut eſt uerbi gratia,Luxuria. Cum enim primum ardorem libidinis per cogitationem quis mente conceperit,ad implendam deinde prauam uoluntatē per oculos materiam eligit: quando conſortem turpitudinis eam,quæ magis placere poſſit,inquirit. Deinde per ſermonem materiam præcidit: quia iuuentam noxijs perſuaſionibus a ſtatu rectitudinis ad conſenſum peruerſitatis trahit. Deinde officio coaptat: quia iugi obſequio ( quaſi palpando)in prauo conſenſu confirmat. Adaptata materia,fabricam conſtruit: quia conſenſu communi habito, ad actum turpitudinis uenit. Quatuor ergo iſta,hoc eſt eligere,præcidere,coaptare, conſtruere: quatuor ſunt piſtylla cathedræ quæ uidelicet cathedra tunc cathedra peſtilentiæ fit: quando prauū opus in apertū ueniēs plures corrūpit.

### *De habentibus legem in corde: non cor in lege. Cap. II.*

B Eodem. SEd in lege domini uoluntas eius: & in lege eius meditabitur die ac nocte. Multi habent legem in corde: ſed non habent cor in lege. Legem in corde habent, qui cognoſcunt ueritatem: cor in lege habent, qui diligunt ueritatem. Qui uero legem in corde habent, nó cor in lege, hi portát legem, nó portantur a lege: onerati ſunt, non adiuti, quia ſcientia ubi non eſt caritas, grauat, non alleuat.

### *De quatuor generibus hominum Dei iudicio obnoxiorum. Cap. III.*

C Eodem. *Videas præ dicti F. Sixti Ann. ſuper hūc verſ. in ſua Bib. li. 5. 2. par.* IDeo non reſurgunt impii in iudicio: neque peccatores in conſilio iuſtorum. Quatuor ſunt maneriæ hominum: iudicati, & damnati: iudicandi, & damnandi: iudicati, & ſaluati: iudicandi, & ſaluandi. Iudicati, & damnati ſunt, quorum damnatio iam certa eſt. Iudicandi, & damnandi, quorum damnatio adhuc certa non eſt. Iudicati, & ſaluati ſunt, quorum ſaluatio iam certa eſt. Iudicandi, & ſaluandi, quorum ſaluatio adhuc certa non eſt.

### *De æterna Chriſti generatione. Cap. IIII.*

D Pſal. 2. DOminus dixit ad me, filius meus es tu: ego hodie genui te. Quando pater uerbum coæternum ſibi genuit, tunc dixit. Filius meus es tu, ego hodie genui te. In uerbo dixit, quia genuit, filius meus es tu: & quia non tranſit genitura, hodie.

### *Quòd ex natura homo ad imaginem Dei creatus ſit: ex ſola autem gratia in domino lætari poſſit. Cap. V.*

E Pſal. 4. SIgnatum eſt ſuper nos lumen uultus tui domine: Hæc eſt ratio. Dediſti lætitiam in corde meo: hęc eſt aſpiratio. Signatum eſt lumen per naturam: dediſti lætitiam per gratiam. Ideo ait ſuper nos, non ſuper me: quia communis eſt natura, & poſtea in corde meo, nó noſtro: quoniam ſingularis eſt gratia.

### *Quòd duobus modis Deus hominem perdit. Cap. VI.*

F Pſal. 5. PErdes omnes qui loquuntur mendacium. Duobus modis perdit Deus hominem: primum, quando homo peccando a Deo recedit: ſecundo, quando Deus iudicando hominem abiicit.

### *Quòd hic expelli debet peccatum per confeſſionem: ne in iudicium compellatur ad confuſionem. Cap. VII.*

SEcundum multitudinem impietatū eorum expelle eos. Totus eſt peccator, quamdiu iniquitatem ſuam abſcondit: quando autem confitetur iniquitatem ſuam, foras uenit. Núc ergo uocat Deus Lazarum, & præcipit ut foras ueniat: quia monet peccatorem, ut peccatum ſuum reuelare non erubeſcat. Sed quiſquis in hac uita ſponte exire noluerit, in futuro expelletur inuitus: quia qui hic peccatum ſuum reuelare neglexerit ad ſalutem: eius peccatum ibi uelit nolit reuelabitur ad confuſionem. ſicut dicitur in alio pſalmo: arguam te, & ſtatuá contra faciem tuá. G Eodem.

### *De cauſa litis inter Deum, hominem, & diabolum. Cap. VIII.*

QVoniam feciſti iudicium, & cauſam meam. Tres in cauſam ueniunt: diabolus, homo, & Deus. Diabolus Deo iniuriam feciſſe conuincitur: quia ſeruum eius, hoc eſt hominē, & fraudulenter abduxit, & uiolenter tenuit. Homo iniuriam Deo feciſſe conuincitur: quia, & præceptum eius contempſit, & ſe ſub manum alienam ponens ſuæ ſeruitutis damnum illi intulit. Item diabolus homini iniuriam feciſſe conuincitur: quia illum, & prius bona promittendo decepit, & poſtea mala inferendo læſit. Iniuſte ergo diabolus tenet hominem: ſed homo iuſte tenetur: quia diabolus numquam meruit, ut hominem ſibi ſubiectum præmereret: ſed homo meruit per culpam ſuam, ut ab eo præmeretur. Licet enim ignoraret falſum eſſe, quod diabolus promiſit: non tamen ignorauit, quòd illud etiam ſi uerum eſſet contra creatoris uoluntatē concupiſcere non debuit. Iuſte ergo ſubiectus eſt homo diabolo, quantum pertinet ad culpam eius: iniuſte autem, quantum pertinet ad diaboli fraudulētiam. Si igitur homo talem patronum haberet, cuius potentia diabolus in cauſam compelli poſſet, iuſte dominio eius homo contradiceret: quia nullam diabolus iuſtam cauſam habuit, quare ſibi ius in homine uendicare debuiſſet. Patronus autem talis nullus inueniri poterat niſi Deus. Sed Deus cauſam hominis ſuſcipere noluit: quia homini adhuc pro culpa ſua iratus fuit. Oportuit ergo, ut prius homo Deum placaret, & ſic deinde fiducialiter Deo patrocinante cum diabolo litem iniret. Sed Deum rationabiliter placare non poterat, niſi & damnum, quod intulerat, reſtitueret, & de contemptu ſatisfaceret. Homo uero nihil habuit, quod digne Deo pro illato damno recōpeſaret: quia ſi quid de irrationabili creatura redderet, pro rationali ſublata, minus eſſet. Sed nec hominem, pro homine reddere potuit: quia iuſtum, & innocentem abſtulerat, & neminem niſi peccatorem inuenit. Nihil ergo homo inuenit, H Pſal. 9. I

unde

unde Deum ſibi placare poſſet. quia ſiue ſua, ſi-
ue ſeipſum daret, digna recompenſatio non eſſet.
Videns ergo Deus hominem ſua uirtute iugũ dã
nationis euadere non poſſe, miſertus eſt eius: &
primum gratuito præuenit eum per ſolam miſe-
K ricordiam, ut deinde liberaret per iuſtitiã. Hoc
eſt, quia ex ſe homo iuſtitiã euadẽdi non habuit,
Deus homini per miſericordiam iuſtitiam dedit.
Neque enim ereptio hominis perfecte rationabi
lis eſſet, niſi ex utraque parte iuſta fieret: hoc eſt.
Sicut Deus iuſtitiam habuit hominem requiren-
di: ita & homo iuſtitiam haberet euadendi. Sed
hanc iuſtitiam homo nũquam habere potuiſſet,
niſi Deus ei per miſericordiam ſuam illã tribue-
ret. Vt ergo Deus ab homine placari poſſet, Deus
dedit gratis homini, quod homo ex debito Deo
redderet. Dedit homini hominem, quem homo
pro homine redderet: qui ut digna recompenſa-
tio fieret, priori non ſolum æqualis, ſed & maior
eſſet. Vt ergo pro homine redderetur, homo ma-
ior homine, factus eſt Deus homo pro homine:
& dedit ſe homo homini, ut ſe acciperet ab ho-
mine. Incarnatus eſt Deus Dei filius, & datus eſt
hominibus Deus homo Chriſtus. Sicut Eſaias di-
cit. Puer natus eſt nobis: & filius datus eſt nobis.
Et uocabitur nomen eius admirabilis, Deus for-
tis &c. Quòd ergo homini datus eſt Chriſtus, Dei
fuit miſericordia: quod ab homine redditus eſt Chri
ſtus, hominis fuit iuſtitia. In natiuitate enim Chri
ſti iuſte placatus eſt Deus homini, quia talis ho-
mo inuentus, pro homine, qui non ſolum, ut di-
ctum eſt par, ſed & maior eſſet homine. Ideo in
natiuitate Chriſti angeli mundo pacem nunciãt,
dicentes. Gloria in excelſis Deo, & in terra pax
L hominibus bonæ uoluntatis. Sed adhuc ſupere-
rat homini, ut ſicut reſtaurando damnum placa-
uerat iram: ita quoque pro contemptu ſatisfaciẽ
do, dignus fieret euadere pęnam. Sed hoc conue
nientius fieri non poterat, niſi ut pœnam, quam
non debebat, ſponte, & obędienter ſuſciperet: ut
de pœna, quam per inobœdientiam meruerat, e-
ripi dignus fieret. Hanc autem pœnam homo pec
cator ſoluere non poterat: qui quamcunq; pœ-
nam ſuſciperet, non niſi digne, & iuſte propter
primi contemptus reatum ſuſtineret. Vt ergo ho-
mo iuſte debitam pœnam euaderet, neceſſe fuit,
ut talis pro homine pœnam ſuſciperet: qui nil
M pœnę debuiſſet. Sed talis nullus inueniri poterat
niſi Chriſtus. Chriſtus ergo, & naſcendo debitum
hominis patri ſoluit, & moriendo reatum homi-
nis expiauit: ut cum ipſe pro homine mortem,
quam non debuit, ſuſtineret, iuſte homo pro ipſo
mortem quam debebat, euaderet. Et iam locum
calumniandi diabolus non inueniret: quia, & ip-
ſe homini dominari non debuit: & homo libera-
ri dignus fuit. Idem itaque, & iudicium noſtrum,
& cauſam noſtram fecit. Cauſam, quia naſcendo
debitum patri pro nobis ſoluit, & moriendo rea-
tum expiauit: Iudicium uero, quia deſcendens ad
inferos, & portas mortis frangens, captiuitatem,
quæ ibidem tenebatur, liberam eduxit,

### *Quomodo deus dextrum, & ſiniſtrum oculos habe re dicatur. Cap. IX.*

OCuli eius in pauperem reſpiciunt: N
palpebræ eius interrogant filios ho Pſal. 9.
minum. Deus oculos habere dici-
tur: quia bonorum, & malorũ uias
iugiter contemplatur. Et quaſi ſini-
ſtrum oculum habet, quando malos ad damnatio
nem præuidet. Dextro autem aſpicit, quando in
præſcientia ſua bonos ad ſalutem diſponit. ¶ Iſti O
oculi palpebras habent: quæ aliquando aperiun
tur. Quando in hac uita Deus bonis proſpera, &
malis aduerſa tribuit: quaſi palpebras leuat: quia
ſe uidere opera hominum bona, & mala, etiam
præſenti retributione, manifeſtat. Quando uero
bonis aduerſa, & malis proſpera euenire permit-
tit, quaſi palpebras claudit: quia dum merita ſin-
gulorum quodammodo diſſimiliter recompen-
ſat: quaſi quid factum ſit ſe uidiſſe diſſimulat. I-
ſtæ palpebræ interrogant filios hominum: quia
inde Deus cor humanum tentat, unde aliquando
ſimilia, aliquando diſſimilia, ſemper tamen iuſta
meritis hominum recompenſat. Item oculi eius
in pauperem reſpiciunt. Duo ſunt. paſtor, & lu- P
pus: ambo in ouem reſpiciunt, alter ut rapiat, al-
ter ut cuſtodiat. Item oculi eius in pauperem re-
ſpiciunt: inſidiatur lupus in abſcondito quaſi leo
in ſpelunca ſua. Inſidiatur ut rapiat pauperem. O-
culi eius, id eſt paſtoris in pauperem reſpiciũt, ut
ſeruent eum. Hinc eſt lupus: hinc eſt paſtor.
Ouis in medio, eſt pauper. Paſtor Deus. Lupus
diabolus. Hinc paſtor. illinc lupus. numquam
ex uno latere occurrunt. Si paſtor a dextris. lu-
pus a ſiniſtris. A dextris eſt mihi ne commouear.
Si paſtor a ſiniſtris: & diabolus ſtet a dextris eius:
& obſeruat lupus. & cum paſtor elongat, lupus
appropinquat. cum paſtor redit, lupus recedit. E-
gredietur diabolus ante pedes eius. Omne autem
iudicium procedit ab oue. † Timida deſeritur: ti- † Tumi-
mida uiſitatur. deſeritur ne præſumat: uiſitatur da
ne deſperet. Ideo. Ne declines in ira a ſeruo tuo.
Et uelociter exaudi me domine: defecit ſpiritus
meus.

### *Quòd locutio ſit in uoce, & opere: & quis uanitatem in corde habeat, quis loquatur: & quis loquatur eam ad proximum. Cap. X.*

VAna locuti ſunt unuſquiſque ad pro- Q
ximum ſuum. Locutio non incon- Pſal. 11
grue intelligi poteſt, non ſolum in
uoce, ſed etiam in operatione: quia
indicium cordis non ſolum uox eſt,
ſed etiam exhibitio operis. Scimus autem, quod
uanum eſt omne quod tranſit. Ille uanitatem in
corde habet, qui tranſitoria diligit. Vanitatem
loquitur, qui pro hac uita tranſitoria immodera-
te laborans ipſo ſuo ſtudio, & opere eam ſe dili-
gere oſtendit. Vanitatem autem ad proximum
ſuum loquitur, qui exemplo ſuo eum ad petenda
tranſitoria cohortatur.

Qui

### *Qui ſint timorem Dei habentes, & Chriſto credentes: & quomodo uia pacis Chriſtus cognoſcatur. Cap. XI.*

R
Pſal. 13. *Inſpiciat Annotat. F. Sixti ſuper hunc Pſalmum in ornatis Bib. li. 5. 2. par.*
VIam pacis non cognouerunt: non eſt
timor Dei ante oculos eorum. Qui
timorem Dei añ oculos habere noluerint, uiam pacis agnoſcere nõ poſ
ſunt. Sed ſi timorem Dei ante ocu-
los haberent: proculdubio uiam pacis agnoſce-
rent. Sicut ipſe dominus in euangelio iudæis lo-
Ioan. 5. quens. Si credideritis (inquit) Moyſi, crederetis for-
ſitam, & mihi. Quid enim in Moyſe niſi legem:
& quid io lege niſi timorem Dei intelligere debe
mus? Et quid in Chriſto niſi gratiam, & ueritatẽ
accipimus. Quid eſt ergo Moyſi credere, niſi acce
S ptæ legis mandata fideliter obſeruare? Obſeruare
autem mandatum, hoc eſt uere timere Deum ſi-
cut ſcriptum eſt. Qui timet Deum, nihil negligit.
Et ſicut in pſalmo dicitur. Beatus uir qui timet
dominum: in mandatis eius uolet nimis. Quid ẽ
autem Chriſto credere: niſi confiteri, & agnoſce
re gratiam, & ueritatem Dei: hoc eſt redemptio-
nem humani generis, & ſalutem omniũ per Chri
T ſtum compleri, & in Chriſto conſiſtere, eamq; cũ
amore, & deuotione ſuſcipere. In qua uidelicet
gratia uia pacis agnoſcitur. quia homini aditus
ad Deum reconciliationis aperitur. Dicatur ergo
contumacibus, & tranſgreſſoribus legis: qui timo
rem Dei ante oculos noo habebant, & ideo uiam
pacis, hoc eſt Chriſtum, noo agnoſcebant. Dica-
tur ſi crederetis Moyſi, crederetis forſitan, & mi-
hi: ac ſi diceret. Si ſeruaſſetis legem, intelligere-
tis ueritatem. Si audiuiſſetis præceptorẽ, cogno-
ſceretis ſaluatorem. Scio quidem, quòd me Deũ
cognoſcere non poteſt, qui a me illuminatus nõ
eſt. Et ideo uos non creditis, quia a me illumioati
non eſtis. Ego autem idcirco uos ad me cognoſcẽ
dum non illumino: quia ueſtram cootumaciam,
& præuaricationem ſcio: & dignum eſt ut me
præſentem iam non cognoſcatis, cuius præcepta
prius ad uos per Moyſem miſſa ſeruare noluiſtis.
Audiant hoc illi, qui præcepta Dei oon custo-
diunt, & tamen ſecreta Dei ſe cõprehendere poſſe
V præſumunt. Audiant quod dicitur. Si credere-
tis Moyſi, crederetis forſitam, & mi hi. Hoc eſt e-
nim aperte dicere: habetote experimentum uir-
tutis, ſi habere uultis agnitionem ueritatis. Neq;
enim poteſt perfecte cognoſcere bonum, qui bo
ni adhuc oon attigit experimentum. Idem eſt qđ
Ioan. 5 alibi dicitur. Scrutamini ſcripturas. Quaſi unicui
qoe diceretur. Experire, & diſce: fac, & intellige,
ideſt faciendo melius, quàm loquendo inueſti-
gas. cum expertus fueris, tunc fideliter diiudicas.
Neceſſe eſt ergo, ut ſi nondum agnita cognoſcere
cupimus, in iis, quæ iam cognouimus, torpentes
non ſimus: quia quiſquis timorem Dei noo cu-
ſtodit, ut bonum, quod poteſt faciat: ille non ſo-
lum maiora dona percipere dignus non eſt: ſed
X eo ipſo etiam priuari, quod iam perceperat. Si igi
tur Iudęi idcirco uiam pacis, hoc eſt Chriſtum co
gnoſcere non potuerunt, quia timorem Dei, in cu
ſtodiendo mãdata ante oculos habere noluerũt:
patenter nobis oſtenditur, quòd per experimen-
tum boni operis apertiſſime peruenitur ad agni-
tiooem ueritatis. Sed adhuc teſtimonium pſalmi
ſtæ, quod ſupra poſitum eſt, ad moralem intelligẽ
tiam adaptare uolumus: ut in eo non ſolum do-
ctrinæ, ſed, & diſciplinæ ordinem eſſe oſtenda-
mus. Viam inquit pacis non cognouerunt. Non „
eſt timor Dei ante oculos eorum. Anima duas „
uias habet: Vnam bonam, & alteram malam, per Y
quas ambulat non paſſibus pedum, ſed deſiderio-
rum. Vna uia eſt caritas, altera cupiditas. Cupidi-
tas eſt amor huius mundi. Caritas eſt amor Dei.
Anima, quæ Deum diligit quibuſdam amoris paſ
ſibus, per caritatem ad Deum currit. Animam, q̃
mundum hunc diligit: affectus carnis ad ea quæ
amat per cupiditatem abducit. Caritas autem uia
pacis eſt, quia in amore cõditoris currens anim⁹,
nihil quod lædat, inuenit. Cupiditas uia pacis nõ
eſt: quia mentem per multos labores, & dolores
diſtrahit. Huius uiæ portę ſunt ſenſus corporis: Z
quia per eos animam concupiſcentia educit. Sed
inter has portas, prima eſt uiſus: quia oculi alio-
rũ ſenſuum duces ſunt, & eos fere in omni actio-
ne ad concupiſcentiam præcedunt. dum enim gu
ſtare deſideras, prius manum porrigis, ut accipias.
Sed prioſquam accipis, uiſum dirigis ut eligas.
hoc ordine, & primum peccatum perpetratum
eſt. Vidit mulier lignum, quod eſſet pulchrum ui
ſu, & ad ueſcendum ſuaue: & tulit de fructu eius,
& comedit. Primum uidit, deinde attigit, & tulit,
demum guſtauit. Si non uidiſſet, nec tetigiſſet A
nec guſtaſſet. Ecce quomodo uiſus ante alios ſen-
ſus in concupiſcentia etiam in ipſo uiſo fuit. Cũ
enim dicitur: uidit, quòd eſſet pulchrum uiſu: ec-
ce in uiſu concupiſcentia uidendi. Cum dicitur, &
ſuaue, ecce in uiſu concupiſcentia tangendi. cum
dicitur ad neſcendum: ecce in uiſo concupiſcen-
tia guſtandi. Non ſolum igitur uiſus in concupi-
ſcentia præcedit ſenſus alios, uerum etiam omnes
alii ſenſus in concupiſcentia uidendi præcedunt
ſemetipſos: & totum quodãmodo in uiſu prius
per delectationem agitur quicquid poſt modum
a cęteris ſenſibus in operatione perpetratur. Ideo
dixit dominus. Qui uiderit mulierem ad concu- Matth. 5
piſcendum, iam mechatus eſt in corde ſuo. quia
profecto animus uidendo totum delectabiliter
cogitat, quicquid eum poſtmodum in agendo
delectat. Si igitur porta oculorum bene munita
fuerit, tota illa interior ciuitas cordis noſtri ab in
ſultu uiciorum quieta erit. Sed huic portæ nul-
lus cuſtos eſſe poteſt melior, quam timor domi-
ni: ut ille uidelicet carnalem mentem, quę lubri
ca eſt, ne ad antiquas delectationes redeat, ſemper
in propoſito diſciplinæ configat, atq; coerceat.
Hanc cuſtodiam pſalmiſta deſiderabat, cum dice B
ret. Confige timore tuo carnes meas. Et ſapientia Pſal. 118
hanc cuſtodiam nos habere monuit, quando uir-
tutis ſtudium aggredienti formã diſciplinæ præ-
ſcripſit, dicens: Fili accedens ad ſeruitutem Dei Eccl. 2.
ſta in timore, & præpara cor tuum ad tentatio-
nes. Sta in timore, ne te blandimenta carnis ſedu
cant.

cant. Præpara cor tuum ad tentationes: ne aduerſa ſuperuenientia frangant. Laſciniam carnis per timorem comprime. Preſſuram tribulationis per
C patientiam uince. Duo quippe iſta ſunt, quæ præcipue inchoãtium propoſitum labefactare ſolẽt: incumbentium ſcilicet tentationum moleſtia, & præteritarum delectationum memoria. Illæ namque dum ſolito grauiores ſuperueniunt, ſæpe puſillanimes per impatientiam deiiciunt. Iſtæ uero dum ſolito male dulces redeunt, per incontinentiam incautos ſeducunt. Ponamus ergo cuſtodẽ optimum ante oculos noſtros timorem domini ut dum ſcilicet ipſe reliquorum ſenſuum duces cuſtodit, omne ſequentium actionum corpus ſa-
2.Re.4. num, & integrum eſſe poſſit. Hanc cuſtodiam Iſboſeth, quia domui ſuæ præficere noluit, in inguine uulnus mortis accepit. Quia quiſquis ſenſus ſuos timore domini munire negligit: huic ſubito irrepens delectatio carnis uitã animæ extinguit. Recte ergo dicitur: uiam pacis non cognouerunt non eſt timor Dei ante oculos eorum: quia quiſquis foris ſenſus ſuos per timorem Dei a delectatione carnis non reſtringit, quæ ſit interni amoris dulcedo guſtare non poterit.

### *Quid Deus homo factus inuenerit in mundo, quod ſuum eſſet: & quid, quod diaboli: Et quomodo uterq; pro ſuo iure certauerit. Cap. XII.*

D Funes ceciderunt mihi in præclaris: etenim hæreditas mea præclara eſt mihi. Deus per hominem mundũ redempturus in mundum uenit: & toti mundo diabolum dominantẽ inuenit. Deus per hominem mundum uiſitans in propria uenit: & homo per Deum mundum nõ amans, ubi caput reclinaret, non habuit. Deus bomo in hoc mundo elementis imperauit: & bomo Deus de hoc mundo regnum ſe non habere dixit. Ergo ad aliquid totum Dei erat: & ad aliquid totum diaboli. Totum Dei erat, quod ipſe fecerat: & totum diaboli, quod ipſe poſſidebat. Deus in principio mundum creauerat: & diabolus a principio mundum poſſidebat. Ergo certamen factũ eſt Deo, & certamen factum eſt diabolo. Deus dixit ſe, quod ſuum erat, debere recipere. Diabolus dixit, ſe poſt tam longam negligentiam ſua poſſeſſione non priuandum. Deus dixit, aliena eũ fraudulenter abſtuliſſe, & uiolenter tenuiſſe: diabolus dixit, eum nec cum abſtulit contradixiſſe: nec cum tenuit, aliquando repetiiſſe. Deus dixit, potentem ſe ad ſua recipienda, ſi uellet uiribus uti: diabolus dixit, contra iuſtitiam non debere uiribus abuti. Deus dixit, iuſtum non eſſe, ſi quod pie creauerat, perire permitteret: diabolus dixit, iniuſtum non eſſe ſi quod ſponte perierat, nõ reſtauraret. Deus dixit, ſe uelle miſereri per benignitatem propriam: diabolus dixit, ſe nolle pati damnum per poteſtatem alienam. Deus dixit, iuſtum eſſe, ut de peccato pœnitentes ad ſalutem reciperentur: Diabolus dixit, iuſtum non eſſe, ut in peccato perſiſtentes ad ſalutem cogerentur. Deus dixit, ſe ueniſſe non ut nolentes cogeret, ſed ut uolẽtes adiuuaret: Diabolus dixit, interim pro tempore æquanimiter ſe paſſurum uolentes perdere, ſi nolentes retineret. Deus dixit, ſe in aliena ad gehennam manum non mittere, ſi ſua redderentur: Diabolus dixit, ſe aliena paratum reddere, ſi ſua non auferrentur. Deus dixit, nullum ſe a miſericordia poſſe repellere: diabolus dixit, ſi omnes perderet, non ſe poſſe æquanimiter tolerare. De' dixit, ſe ſuadere, ut in toto ab alieno iure ſecederet: diabolus dixit, ſe poſtulare, ut ſaltem pro reuerentia priſtinę dominationis aliqua in parte requiem ſibi non negaret. Deus dixit, ſe cum prius potiora elegiſſet, poſt illi abiectiora conceſſurũ: Diabolus dixit, iure ſe ſi electionem habere non poſſet, ſaltem partitionem facturum. Deus dixit, ſe priuilegio dominationis utriuſq; poteſtatẽ uendicare: diabolus dixit, ſe quia iam amplius non poſſet nihil ex iure: ſed ex permiſſione poſtulare. Deus dixit, ſe tantum ei permiſſurum, quantum etiam auari ſamem ſatiare poſſit. Diabolus dixit, ſe non tantum accepturum, quin amplius cupiat ſi fieri poſſit. His dictis, iuſſit Deus tendi funiculos in partitionem: & inuenit uirentia, & irrigua in uallibus imis, minora ſpatio, maiora pretio: & hæc præcepit ſeponi ad partem alteram: deſerta autem, & arida in rupibus, & montibus altis, lata, & aſpectu patentia: magna ſpatio, uilia precio: & hæc iuſſit ad alteram partem diſcerni. Tunc mandauit diabolum adeſſe, & aſſiſtenti ſic ait. Ne forte aut uiolentiam iudicantis, aut auaritiã dantis cauſari ualeas: quicquid oculus tuus uidet, tibi dabo. Tunc diabolus, qui omne ſublime conſiderat, & humilia non ualet intueri, leuans oculos aſpexit montes altos, & ſaxa prominentia in rupibus ac deſerta patentia: & quaſi totum ſibi ceſſiſſe glorians, deſpexit, quod Deus elegerat. Tum deus increpitans ac cæcitatem elati deridens ait. Funes ceciderunt mihi in præclaris. Tu laudas, quod uides, & ego laudo, quod uideo. Tu in imo es, & propterea oculis tuis niſi alta, & extantia non patent. Ego deſuper contemplor, quam habeant amœnitatem humilia. Etenim hæreditas mea præclara eſt mihi.

Pſal. 15. *Vide Ann. F. Sixti ſuper hunc Pſalmum in ſua Bib. li. 5. 2 par.*

### *Quid ſit prouidere dominum in conſpectu ſuo ſemper. Cap. XIII.*

Prouidebam dominum in conſpectu meo ſemper. Dominum prouidet, qui in tribulatione poſitus, ſpem in domino habet. Quaſi enim prouidere eſt de præſenti tribulatione futurum auxilium expectare. Sed ſi quando diuturna expectatione fatigatus animus ſpem cœptam deſerit, quaſi conſpectum a domino auertit. Semper autem in conſpectu ſuo dominum prouidet: qui in preſſura conſtitutus, & diuinum auxilium quandoque ſibi affuturum confidit, & ſpem cęptam uſq; in finem non deſerit. E Eodem.

Qui-

*Quibus & quando dominus & diabolus a dextris & a ſiniſtris ſint.* *Cap. XIIII.*

F

Eodem *Pulchra de dextra & ſiniſtra Dei ac diaboli.*

QVoniam a dextris eſt mihi, ne commouear. Dominus a ſiniſtris eſt, quādo exterius ſalutem temporalem tribuit. Dominus a dextris eſt, quando interius uirtutes animæ cuſtodit. Diabolus a ſiniſtris eſt, quando foris per aduerſa im-
G pugnat. Diabolus a dextris eſt, quando intus per uitia tentat. Hinc eſt, quod de reprobo ſcriptura
Pſal. 8. loquitur, dicens. diabolus ſtet a dextris eius. Diabolus quippe interpretatur deorſum fluēs: quia de illa primæ conditionis ſuæ gloria per ſuperbiam cecidit. Tunc ergo diabolus nobis a dextris ſtat, quando ille qui de cœlo cecidit, nos ſibi per conſenſum peccati ſubiiciens in nobis aſcendit. Quando enim nos cadimus, diabolus erigitur:
Thre. 1. quādo nos ſurgimus, ipſe proſternitur. Hinc Hieremias plangit, dicens, Vide domine afflictionem meā, quoniam erectus eſt inimicus meus. de hac etiam ſiniſtra in euangelio dicitur. Si quis te per-
Matt. 5. cuſſerit in ſiniſtram maxillam: præbe ei & alterā. Siniſtram quippe maxillam percutit, qui exterius nocet. Cui nos dexteram maxillam præbemus: ſi contra exteriora damna, animæ uirtutes opponimus; ut ſcilicet tanto minus foris periculum timeamus: quanto certius præſidium intus eſt in quo confidimus.

*Lætitia impleri vbi detur.* *Cap. XV.*

H
Eodem.

ADimplebis me lætitia cū uultu tuo. In hac uita mortali aliquando lætari poſſumus; impleri lætitia non poſſumus: quia & ſi quædam ſunt quæ lætificant, multa ſunt quæ cōtriſtāt.

*Dextera & ſiniſtra Dei quæ ſint, & vbi delectatio vſque in finem.* *Cap. XVI.*

I
Eodem.

DElectationes in dextera tua uſque in finem. Siniſtra Dei bona ſunt temporalia: dextera Dei bona æterna. In temporalibus autem bonis delectationes quædam ſunt, ſed uſquē in finem non ſunt: quia in hac uita ſemper gaudium dolor ſequitur; & omnis delectatio amaro fine terminatur. In dextera autem Dei delectationes uſque in finem ſunt; quia in uita æterna nec gaudia in mœrorem, nec delectationes in dolorem mutari poſſunt.

*De tribus orantium generibus* *Cap. XVII.*

K
Pſal. 21.
*Orantium triagenera*

AVribus percipe orationem meam: nō in labijs doloſis. Ideo exaudiri poſtulat, quia non ſolum labijs, ſed corde orat. Tria ſunt genera orantium. Alij qui ſolis labijs, alij qui ſolo corde, alij qui & labijs & corde orāt. Qui ſolis labijs orant doloſi ſunt, quia non habēt in corde quod ore proferunt. Qui corde & labiis orant, ueraces ſunt; quia ſicut loquuntur, ita ſentiunt. Qui ſolo corde orant, deuoti ſunt, quia orationem ſuam a Deo tantum audiri uolunt. Quando ergo in oratione uerba proferimus: ſi cogitamus quod loquimur, facimus quod debemus. Si autem uerba orationis fundimus, aliud quodcunque in corde uerſamus, etiam ſi illud bonum ſit, quia tamen ordinatum non eſt, prorſus a culpa liberi non ſumus: ita tamē ſi id quod dicimus, intelligere ualemus.
Si quis autem nō intelligens uerba orationis pro- L
ferat, & ſi non intelligere ualet quod dicit: ſi tamen bona intentione dicit, ſine fructu non erit. Si autem orantes uana cogitamus, etiam ſi ueritatem loquimur, cogitando uanitatem uani efficimur. Si autem dum os ueritatem loquitur, in corde turpitudo uerſatur: iam non ſolum uani, ſed etiam abominabiles in cōſpectu Dei reputamur. Aliud tamen eſt, quando homo hæc inuitus patitur: atque aliud, quando in eis per deliberationem delectatur.

*De examine bonorum, & malorum, ſed non mediocrium* *Cap. XVIII.*

IGne me examinaſti: & non eſt inuen- M
ta in me iniquitas. Examen in libra Eodem.
eſt illud deſuper, in quo perpendi-
tur ad quam partem pondus ſeorſum inclinet. Igne ergo tribulationis iuſtus examinatur; quia perfecta uirtus in aduerſitate cognoſcitur. ualde mali iam examinati ſunt, quia per iniquitatis pōdus ad ſiniſtram partem ſe inclinauerunt. Valde boni examinati ſunt quia per grauitatem conſtantiæ & perſeuerantiā uirtutis ad dextram ſe conuerterunt. Mediocres adhuc examinati non ſunt; quia ad quam partem pertineant, humana iudicia necdum diſcernere poſſunt.

*De vijs duris huius vitæ: & qui eas cuſtodiunt propter verba labiorum Dei.* *Cap. XIX.*

PRopter uerba labiorum tuorū, ego N
cuſtodiui uias duras. In hac præſen- Eodem.
ti uita in uia ſumus; quia per hanc ad aliam uitam tranſimus. Sed quia humana infirmitas diu in eodē perſiſtere non poteſt; tot quaſi uias ingredimur, per quot actiones uariamur. Quia uero in hac uita nihil ſine labore facere poſſumus: quaſi gradientes duras uias habemus. Sed has duras uias illi nō cuſtodiunt, qui in hac uita delectari quærunt. Qui aūt ſponte hic ſe humiliant, & affligunt, ij duras
uias cuſtodiunt. ¶Sed quis eſt qui Deo dicere po- O
teſt: propter uerba labiorum tuorum ego cuſtodiui uias duras? Quæ ſunt uerba labiorum eius? Verba labiorum noſtrorum peccata noſtra ſunt. Sicut dicitur in Pſal. Longe a ſalute mea uerba delictorum meorum. Verba labiorum Dei, præcepta eius ſunt. Quiſquis ergo præteritorum delictorum conſcius, ſponte per pœnitentiam ſe affli-

gitis

gitːis propter uerba labiorum ſuorum uias duras cuſtodit. Qui autem laborat ne præcepta Dei tranſgrediatur, & ut uoluntatem eius impleat, ſuis uolũtaribus uim facit, is propter uerba labiorum eius uias duras cuſtodit. Ille ſoluit debitũ : hic implet præceptum. Deus enim homini præcipit, ne cadat: Sed cum ceciderit, iam non præcipit, ſed monet ut reſurgat, præceptum namque non pertinet niſi ad obœdiẽtes: ſed qui in peccato adhuc permanet, obœdiens non eſt. Cum autem pœnitẽdo ad obœdientiam redit, dignus efficitur ut præceptum accipere poſſit.

*De uijs, & ſemitis Dei* *Cap. XX.*

P Eodem. PErfice greſſus meos in ſemitis tuis: ut non moueantur ueſtigia mea. Viæ Dei ſunt pręcepta leuia. Semitæ Dei ſunt ſtrictiora mãdata: in quib. pauci ambulare poſſunt. In uia Dei ambulat qui proximo ſuo malum non facit. In ſemita Dei ambulat, qui etiam malum inferentem diligit. Qui uero adhuc ambulare neſcit in ſemita: ſæpe mouetur a uia, quia ſæpe caritatem deſerere cogitur, qui non didicit adhuc diligere, niſi eum a quo amatur.

*Dextera Dei, quæ ſit & qui ei reſiſtant: & quomodo ab eis cuſtodiri cupiat iuſtus*
*Cap. XXI.*

Q Eodem. A Reſiſtẽtibus dexteræ tuæ cuſtodi me: ut pupillam oculi. Dextera Dei eſt Chriſtus, quia per eum Deus pater operatus eſt propitiationem noſtrã. Vel dextera Dei potiora ſunt opera eius ideſt æterna bona. Illi ergo dexteræ Dei reſiſtunt: qui uel male credendo, uel male uiuendo Chriſto contradicunt. Dexteræ Dei reſiſtunt, qui terrena amantes æterna bona quærere contẽnunt. Ab his omnibus cuſtodiri iuſtus deſiderat: ne uidelicet malo exemplo illorũ prouocatus ad

R iniquitatem cadat. ¶ Sed quomodo ſe uult cuſtodiri: Audire quomodo: ut pupillam inquit oculi. Multum diligenter uult cuſtodiri is qui uult cuſtodiri ut pupilla oculi. Pupilla quidem pars oculi modica eſt & tenera, ſed tamen precioſa. Diligẽter cuſtoditur, quia multum cuſtoditur. Myſtice oculus Dei eſt eccleſia ſanctorum: pupilla oculi eſt humanitas Chriſti. Per pupillam animal aciem dirigit, ut ea quæ foris ſunt, diſcernat: & Deus pater omne iudicium filio dedit: & neminem niſi per filium iudicat, quaſi lumen a tenebris, ſic iuſtos diſcernens ab iniuſtis. Quid eſt ergo quòd iuſtus ſe cuſtodiri uult ut pupillam oculi? Chriſtus multa aduerſa in hoc mundo paſſus eſt: ſed per preſſuram tribulationis ad gloriam reſurrectionis peruenit. Hoc igitur nos debemus orare ut cuſtodiamur ſicut pupilla oculi: uidelicet non ut nihil mali patiamur in hoc mundo: ſed ut per mala præſentia tranſeamus ad gaudia æterna.



*Quæ ſint alæ Dei, ſub quibus protegamur.*
*Cap. XXII.* S Eodem.

SVb umbra alarum tuarum protege me. Duas alas habet Deus, miſericordiam & caritatem. Per miſericordiam peccatores protegit: per caritatem iuſtos. Ille ergo non ſub umbra alæ, ſed umbra alarũ protegi ſe poſtulat, qui & in quibuſdam miſericordia ſe indigere agnoſcit, & in quibuſdam dignum amore ſperat.

*Faciem, & latus currenti opponere, quid ſit.*
*Cap. XXIII.*

A Facie impiorum qui me afflixerunt. T Eodem.
Inimicus quaſi faciem nobis opponit, quando currenti in deſiderio Dei aĩo praua delectatio obſiſtit. A latere eſt inimicus, quando currentem fatigat tentatio, ſed a curſu, praua delectatio non retardat.

*Præuenire, & ſupplantare quid ſint.*
*Cap. XXIIII.*

EXurge domine, præueni eum, & ſupplanta eum. V Eodem.
Præuenire currẽtis eſt, ſupplantare luctantis. Nam qui ad finem propoſiti operis tẽdit, quàmuis non paſſibus pedũ, promotione tamen actionum currit. Diabolus ergo in paſſione Chriſti cucurrit: quia eum quem purum hominem exiſtimabat, per traditionem ad paſſionẽ, per paſſionem ad mortem, per mortem ad dãnationem ducere uoluit. Similiter cucurrit Deus, quia eum per traditionem ad paſſionem, per paſſionem ad mortem, per mortem ad reſurrectionẽ promouere diſpoſuit. Vtrique ergo cucurrerunt, & Deus & diabolus: ſed diabolus præuentus eſt, quia ne ad finẽ ꝓpoſiti ſui peruenire poſſet, diuina uirtute eſt impeditus. Et ſupplanta inquit eum. In paſſione Chriſti diabolus cũ Deo luctabatur: diabolus foris luctabatur ut deijceret: Deus intus luctabatur ut ſuſtineret. Sed diabolus ſupplantatus eſt, quia occulta quadam uirtute & ſapientia Dei ſubito & ex improuiſo eſt deiectus.

*Pulcher conceptus & feſtinatione Dei, & Diaboli circa Chriſti paſſionẽ.*

*Quod framea ſit Chriſti anima: quæ partem ab inferno abſcidit.* *Cap. XXV.*

ERipe animam meam ab impio: frameã tuam ab inimicis manus tuæ. X Eodem.
Anima Chriſti framea eſt, ideſt gladius Dei, quia per Chriſtum dum Deus electos ſuos redemit, quaſi quędam membra præcidit a corpore diaboli. Vnde alibi dicitur. Ero mors tua, mors: morſus tuus inferne. Deus enim quaſi infernum momordit, quando deſcendens ad inferos, quoſdam inde abſtulit, quoſdam ibi reliquit. Dicit ergo, eripe animam meã ab impio per frameam tuam. Ac ſi dice- Oſeę.13.

ret.

ret. Si prius gladium, quo pugnaturus es non cuſtodis, quomodo eos, qui per gladium ſaluandi ſunt, liberare poteris?

*Quomodo Deus noſter eſt liberator noſter, refugium noſtrum, firmamentum, fortitudo, Deus, adiutor, ſpes protector, Cornu ſalutis, ſuſceptor &c. Cap. XXVI.*

Y Pſal. 17. Diligam te domine fortitudo mea: dominus firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus. Deus meus, adiutor meus: & ſperabo in eum. Protector meus, & cornu ſalutis meæ, & ſuſceptor meus. Humanitas Chriſti in reſurrectione loquitur. Diligam te dñe. In periculis timor: poſt pericula amor. Diligam te domine. Cauſas dilectionis, ſubiungit: quia fortitudo mea, quia firmamentum, quia refugium meum, quia liberator meus. Cõuerſo ordine narrat uſq; ad ipſum diuinæ gratię principium memore recurrens. Primum liberator, quia hominem a poteſtate diaboli eripuit: deinde refugiũ, quia de propriis uiribus diffidentẽ, benigne ad patrocinandum excipit. Deinde firmamentum, ſtanti ne cadat. Deinde fortitudo pugnanti ut uincat. *Pulcher diſcurſus pro concionatoribus.* Liberator per baptiſmum, Refugium per pœnitentiam, Firmamentum per patientiam, Fortitudo per uictoriam. Ecce quo ordine euaſit malum. Deinde ſecundus uerſiculus quomodo conſecutus ſit bonum. Deus meus, quia per fidem illuminat. Adiutor meus, quia ad bene operandum adiuuat. Sperabo in eum: quia cor ad amorem ſui inflammat. Protector meus, quia ſupra id quod ferre poſſumus, tentari non permittit. Cornu ſalutis meæ, quia etiam perſequentem diabolum nos contemnere facit. Poſtremo ſuſceptor meus, quia finito curſu peruenientibus cælum aperit. In cornu fortitudo ſignatur. Cornua confuſionis eſt ſuperbia: cornua ſalutis eſt fiducia bona.
Z

*Dolores, & laquei mortis, & inferni, & torrentes iniquitatis, qui ſint. Cap. XXVII.*

A Eodem. Circundederunt me dolores mortis: & torrentes iniquitatis conturbauerunt me. Dolores inferni circundederunt me: præoccupauerunt me laquei mortis. Dolores mortis, paſſibilitas, & mortalitas. Torrentes iniquitatis, huius mundi uanitas. Dolores inferni, pœna æterna. Laquei mortis, originalis culpa. Dolores mortis, & dolores inferni circundederunt: quia illos homo ante Chriſtum euadere non potuit. Torrentes iniquitatis conturbauerunt: quia huius mundi uanitas ad actualia peccata hominem impulit. Laquei mortis præoccupauerunt, quia antequam homo actualiter peccatum perpetrare potuit, culpa originalis in eo fuit.

*Salus humana, & diuina quomodo homini impertiatur. Cap. XXVIII.*

Et dediſti protectionem ſalutis meæ. Salus humana eſt ſanitas carnis: ſalus diuina integritas mentis. Hanc homo diligit: illam Deus tribuit. Hanc homo conſeruat moleſtias fugiendo: illam Deus confirmat, moleſtias inferendo. Sic tamen ſi mens intus cuſtoditur, ut nec per aſpera carnis ad impatientiam prorumpat: nec per blanda ad laſciuiam emolleſcat. Tunc ergo Deus ſalutis ſuæ protectionem nobis tribuit quando animam noſtram dum caro foris patitur intus illæſam cuſtodit: ut preſſura quam caro foris tolerat, intus ad mentis corruptionem non pertingat. A Eodem.

*Dextera, & ſiniſtra Dei, quos ſuſcipiat. Cap. XXIX.*

Dextera tua ſuſcepit me. Siniſtra Dei bona ſunt temporalia: dextera Dei bona æterna. Et ſæpe contingit, ut illos Deus ſpiritualibus bonis abũdantius repleat, quos inopia rerũ temporalium exterius coanguſtat. Iſtos ergo, qui quaſi foris per egeſtatem corruunt, & intus uirtutum diuitiis ſolidati ſunt: quaſi ſiniſtra Dei deſeruit, & dextera ſuſcepit. C Eodem.

*De fine bono, & malo, & de diſciplina domini in finem corrigente. Cap XXX.*

Et diſciplina tua correxit me in finẽ. D Eodem. Eſt quidam finis bonus: & eſt quidã finis malus. Finis malus eſt profundum peccatorum: finis bonus cõſummatio uirtutum. Diſciplina autem Dei in finem corrigit: quia eos etiam, qui in ꝓfundũ pctõrũ lapſi ſunt, ad cõſummationẽ uirtutũ ꝑducit. *De diſciplina Dei & eleganter diſcurrit.* O bona, o dulcis diſciplina Dei: utinã cognoſcamus eã, utinã ſuſcipiamus eã, utinã ſuſtineamus eã. Quæ tamẽ eſt, ut uideamus, ut cõcupiſcamus, ut apprehendamus, ut teneamus eã. ¶In E tribus cõſiſtit: in pręceptis, in tẽtamẽtis, in flagellis. In præceptis experitur Deus obœdientiã tuã, ĩ tentamẽtis conſtantiã, in flagellis patiẽtiã. Præcepta obœdienter ſuſcipe: tẽtamentis cõſtanter reſiſte: flagella patienter ſuſtine. Hæc tñ tria .i. obędiẽtia, cõſtãtia, patientia, ſibi inuicẽ deeſſe nõ poſſũt: quia in ſingulis oĩa neceſſaria ſunt. In ꝓceptis quidẽ, ut ea primũ obœdienter ſuſcipias, deinde conſtanter ꝑficias, poſtremo tps retributionis patienter ſuſtineas. In tentamentis aũt obœdiẽs eſſe debes: ut ſi forte Deus uitiorum incurſu te ſollicitari, & ad tẽpus uoluerit fatigari, per elationẽ non contradicas. Cõſtãs, ne per delectationẽ ad cõſenſum defluas. Patiẽs, ne importunitate, uel inſtãtia tentationis, tãdem aliquãdo emolleſcas. Hoc aũt præcipue dicimus propter quoſdam minus diſcretos: qui ſpiritualis ſtudii modum ignoran-

tes,poſt prima initia bonæ conuerſationis,ita a tẽ
tatione uitiorum liberi eſſe uolunt: ut ſi ſe, uel te
tenuiter delectatione illicita pulſari perſenſerint,
ſtatim tumido corde infirmitatis ſuæ obliti con-
tra Deum murmurent:&ſi uel modicum fatigen
tur per inconſtantiæ,& impatientiæ uitium ener
F uati,ad conſenſum iniquitatis declinent. ¶ Sed
neſciunt iſti,quàm pia ſit diſpenſatio Dei,ut mala
quæ iam uoluntate dimiſimus (quamuis inuiti)
adhuc in tentatione ſentiamus: quatinus in eis
nunc expietur cum cruciant:quod prius in eis cõ
miſſum eſt,cum delectabant: & noſtræ infirmita
tis memores dum ſemper cogimur reminiſci, qđ
fuimus,non nos extollat,quod ſumus.Præterea e-
tiam cum mala noſtra cum tanta difficultate uin-
G cimus, amplius peccare timeamus. Cum itaque
tot utilitates ex tentatione proueniant, oportet
quotiens tentamur,diſpenſationem Dei obœdien
ter excipere,& conſtanter prauæ delectationi cõ-
traire,& patienter uiolentiam tentationis ſuſtine
re: quatinus, & fatigatio noſtra nobis placeat,&
tamen delectatio praua ad conſenſum non acce
dat.In flagello autem obœdientiam ſeruat: qui
etſi cauſam percuſſionis ſui ignoret, tamen con-
tra Deum non murmurat. Conſtans autem, & pa
tiens eſt, quem nec pondus tribulationis oppri-
H mit,nec diuturnitas frangit. Primus ergo gradus
diſciplinæ Dei eſt,cuſtodia mandatorum. Secun-
dus gradus eſt, pugna tentationum. Vnde manife
ſtum eſt, quòd ij, qui mandata Dei non cuſto-
diunt, adhuc in diſciplina Dei eſſe non cœperũt.
Qui autem ſub diſciplina Dei non eſt, ad hæredi
tatem filiorum Dei pertingere non poteſt. Nemo
ergo contemnat diſciplinam Dei: quia ſi pecca-
tor eſt, neceſſaria eſt illi,ut corrigatur: ſi iuſtus ẽ,
neceſſaria eſt illi ut erudiatur. Propterea iſte, qui
eam ad correctionem acceperat,adhuc eam ad e-
ruditionem neceſſariam ſibi eſſe confirmat;ut ſi-
cut correctus expiauit culpas præteritas; ita eru-
ditus cautelam habeat contra culpas futuras. Di-
cat ergo:Diſciplina tua correxit me in finem:di-
ſciplina tua ipſa me docebit.

*Quid ſubtus, & quid ſupra nos: & cuius ueſtigia non infirmentur. Cap. XXXI.*

I DIlataſti greſſus meos ſubtus me: & nõ
Eodem. ſunt infirmata ueſtigia mea. Subtus
non eſt quicquid tranſitorium eſt,
& caducum: quod autem æternum
eſt,ſupra nos eſt.Mens ergo iuſti ſu-
pra ſe dilatatos greſſus habet: quia quantò altius
per contemplationem in amorem æternorum di
rigitur, tantò amplius deſiderio guſtatæ dulcedi-
nis dilatatur. Cum autem in rebus tranſitoriis
ſubtus ſe per cogitationem ambulat: ipſa eã quo
dammodo ſuę occupationis moleſtia coanguſtat.
& totiens intra ſemetipſam ſtringitur, quotiens
foris aduerſis occurrentibus præpeditur. Sed fit
nonnunquam,ut etiam subtus ſe mens diuinoa
more ſuccenſa, dilatatos greſſus habeat: quia dũ
totã ſe intus per deſiderium retinet,& ſi foris per
operationẽ occupata ſit, nullius tñ moleſtiæ ad-
uerſitas libertatem eius coanguſtat. Vnde rectè cũ
dixiſſet: Dilataſti greſſus meos ſubtus me: ſtatim
ſubiunxit dicens. Et non ſunt infirmata ueſtigia
mea. Quando enim greſſus in lubrico figitur,& ſi
pes fortis permaneat, ueſtigia tamen eius infirmã
tur: Ita quoq; neceſſe eſt ut, qui uel modicam in
rebus perituris fiduciam poſuerit, etſi per turpia
deſideria non langueat: tamen, quia tranſitoriũ
eſt,quod amat,ſtabilis non ſit: & cum labi cœpe-
rit cui innititur: mox innitentis ueſtigia ab ipſa
ſua ſtabilitate infirmẽtur. Cum aũt totum animi
deſiderium in æternis figitur: quaſi pede in ſoli-
ditate conſtituto,ueſtigia non infirmantur.

*Qui ſint inimici ſpirituales, & quomodo eos perſequamur. Cap. XXXII.*

PErſequar inimicos meos, & compre- K
hendam illos: & non conuertar do Eodem.
nec deficiant. Quoſdam ſpirituales
inimicos habemus, qui nobis inſi-
diantur. qui quantò magis occulti
ſunt,tantò amplius nocere poſſunt. Hi ſunt mot⁹
carnales,qui in corde noſtro oriuntur, & quia de
latentibus deſideriis prodeunt, incautos ſępe ſub
ſpecie uirtutum fallunt. Quos tunc nimirum per-
ſequimur: quando ipſam originis eorum radicẽ
ſubtiliter inueſtigamus. quatinus dum illos illici
to motu oriẽte pulſare ſenſerimus: ſtatim de qua
affectione ille natus ſit,& ad quem finem eius ap
petitus tẽdat,perſpicere ſtudeamus. Hoc fortaſſis
qualiter fieri poſſit,citius agnoſcetur: ſi eius ali-
quod exemplum in medium proponatur. Verbi
gratia.Eſt aliquis,qui de ſe ipſo pluſquam opor-
tet ſentiens,occulta ſuperbia laborat. Hic ergò ſi L
forte inter cæteros, uel ad colloquendum,ſiue ad
conſulendum conſederit,quia ſe ſingulariter ſa-
pientẽ exiſtimat,ſingulariter ſe audiri debere pu-
tat. Si uero alios ad uerbũ ſuum minus attentos
fortaſſis uiderit,ſuumq; conſiliũ repudiari abquã
do perſpexerit:ſtatim per impatientiæ uitium tu
mens,totum,quod contra uoluntatem ſuam agi-
tur,ad iniuriã ſuam fieri arbitratur. Et quia eos,nõ
rõne,ſed odio potius aut inuidia ad contẽptũ ſui
excitatos credit: iam omnino ut, pote a maliuo-
lis ſuum colloquium ſubtrahere diſponit. Cũq; ſe
immoderate lingua a loquutione ſtringit: a cari-
tate animus refrigeſcit. Oportet ergò ut dum nos
uel loquentes,uel conſulentes minus audiri, & e-
xinde cor noſtrum aliquo fortaſſis ſubito dolore
tangi ſenſerimus: impetum animi noſtri refrene-
mus: & hunc dolorẽ quaſi inimicũ a latere de in-
ſidiis ꝓſilientem inſtanter perſequamur, & late-
bram eius occultam de qua prodijt.i.ſuperbiam,
& occurſum eius ad quem tendit.i.odiũ fraternũ
perſcrutantes,dum laqueos conſpicimus,pericu-
lum caueamus. Cõprehenſus eſt inimicus,quia cũ
finem praui deſiderii prouidemus: animũ a con-
ſenſu retrahimus. Sicut enim uitia intelligendo
pſequimur, ſic cõprehẽdimus ineniẽdo,& donec
deficiant,nõ reuertimur,ſi ab inſtantia boni ope-
ris ante ſubiugationem uitiorum nõ relaxamur;

De

***De timore ſeruili & cuſtodia legis diuinæ & dele ctatione uana. De terra, firmamento, oculo, & neceſſitate uarijs: deq; humi litate. Cap. XXXIII.***

N
Pſal. 24. DVlcis & rectus dominus: ꝓpter hoc
legem dabit delinquentibus in uia.
Non eſt ſeruilis timor, ubi conſtitu
tio legis fit in electione uoluntatis.
Primum timemus, deinde uiam eli
gimus: deinde lex nobis proponitur qua ĩ uia am
bulemus. Legem cuſtodientes, præmium accipi-
mus: in præſenti animæ iocunditatem, in futuro
animę pariter & corporis beatitudinem: hoc eſt
O quod ſequitur. ¶ Anima eius in bonis demorabi-
tur, hoc eſt de præſenti, & ſemen eius hæreditabit
terram, hoc eſt de futuro. Et ſatis eleganter ſpiri-
tuales delectationes exprimit, cum dicit. Anima
eius in bonis demorabitur. Quicquid.n. carnali-
ter dulce eſt ſuæ quidem delectationis experien
tiam fruẽtibus præſtat: ſed diu cũ eis morari non
põt, quia dũ guſtu appetitũ ꝓuocat, trãſitu deſide
riũ fraudat. Spũales aũt deliciæ q̃ nec guſtatæ trã
ſeũt, nec reficiẽtes decreſcũt nec ſatiãtes tædiũ gi
gnunt: diu cũ fruẽtibus permanere pñt. Sequitur:
P ¶ Semen eius hæreditabit terrã. Terrã uiuẽtiũ in
futuro in hæreditatem accipiet pro bonis operibus
ſuis, quæ p ſemen ſignificãtur. Vel per terrã caro
accipi põt, quam in futuro immortalẽ & impaſſibi
lẽ accipiet, quiſquis eã in pñti in opere uirtutũ exer
Q cet. Sed quõ illuc perueniet? ¶ Firmamẽtũ eſt dñs
timẽtibus eũ: & teſtamẽtũ ipſius ut manifeſtetur
illis. Qui uincentibus promittit præmiũ: pugnan
tibus pſtat adiutoriũ. Præmiũ tale eſt: quia. ſ. Dei
teſtamentũ. i. cõteſtata promiſſio eſt ut ipſe mani
feſtetur illi uidelicet uidenti ſe. Adiutoriũ tale ẽ:
quia firmamentũ eſt dñs. i. protectio timentibus
ſe. Ideo ſecurus de promiſſo fiducialiter curro.
R ¶ Oculi mei ſemper ad dñm, qm̃ ipſe euellet de la
queo pedes meos. Oculus actionum intentio eſt.
Oculos ad dñm ſemp habet, qui per intentionem
ad amorem Dei dirigit omne qđ agit. Cuius ni-
mirũ pedes a laqueo euellũtur: quia actio mala eſ
ſe nõ põt, cuius amor Dei origo eſt. Sine periculo
nãq; uia actionũ curritur: cum intentio animi ca
ritate duce gubernatur. Sed quis poteſt ſemper
reſpicere Deum, niſi quem ſemper Deus reſpicit?
Quia nimirum dilectionem hoĩs ſemper dilectio
Dei ſicut præueniendo excitat: ſic ſubſequendo
S conſeruat. Hoc eſt.n. qđ ſequitur. ¶ Reſpice in me.
ac ſi diceret. Vt te diligere poſſim, tu dilige me, &
ut amore tuo dignus ſim, miſerere mei relaxando
pctã mea. ¶ Quia unicus & pauper ſum ego. Ideo
reſpice, quia ſum unicus: ideo miſerere, quia pau
per. Vnicus.n. plus diligitur: pauper plus doletur.
T ¶ Tribulationes cordis mei multiplicatę sũt: đ ne
ceſſitatibus meis erue me. Quæ eſt paupertas tua?
Tribulationes cordis mei multiplicatæ ſunt. Non
eſt periculoſa afflictio carnis: quæ non frangitur
conſtãtia mentis. Cum aũt dolor intima tangit:
maius periculum eſt etiã ſi foris tribulatio deſit.
De neceſſitatibus meis erue me. Multæ ſunt ne-
ceſſitates bonorum, in quibus periclitantur: quas
fortaſſis melius cognoſcemus, ſi eas diſtinguendo
proponamus. Gemina ſi quidem eſt neceſſitas sã
ctorum: altera quã intus, altera quam foris ſuſti-
nent. Altera a proximis: altera a ſemetipſis. Quã-
diu.n. in hac corruptibili carne uiuunt: moleſtias
& tentationes, quæ ex carne corruptibili oriun-
tur, oĩno declinare non poſſunt. In quibus tãtum
cum labore periculum eſt, ut eas quotidie ſentire
neceſſe ſit: & tamen conſentire eis nemo unquã
ſine graui detrimento poſſit. Altera neceſſi-
tas eſt bonorum: quia cum inter malos quos
declinare non poſſunt, conuerſantur, ex illorum
praua conuerſatione quotidiana quadam perſe-
quutione uita eorum affligitur. Quos ita tolerare
neceſſe eſt, ut nec pp iniquitatem eorũ odio ha-
beamus hoĩes: nec pp amorẽ hoĩum, iniquitatis V
efficiamur conſortes. Sed hoc ſine humilitate &
labore nemo facere poteſt. Humilitate uidelicet,
ne ſe per ſuperbiã a conſortio uanitatis diuidat:
& dum malorum ſocietatem habere contemnit,
quaſi de ſingulari iuſtitia pniciosius intumeſcat.
Labore aũt opus eſt, ut quorum ſocietatem non
deſerit: ſemper fugere quantum poteſt, ſtudeat cõ
uerſationem. Hoc eſt quod ſequitur. Vide humili
tatem meam & laborem meum.

***Miſericordiam & ueritatem Dei pænitentibus eſ ſe neceſſariam. Cap. XXXIIII.***

QVoniã miſericordia tua ante oculos X
meos eſt: & complacui in ueritate Pſal. 25.
te tua. Miſericordia Dei eſt, quæ par
cit: ueritas qua corrigit. per miſeri-
cordiam pœnitentes ab indulgen-
tia nõ repellit: per ueritatem pctã puniens, cãm,
non perſonã reſpicit. Quiſquis ergo ad ſalutem
ꝑuenire deſiderat, hæc duo neceſſe eſt medicinæ
Dei remedia non contemnat. Sine miſericordia
enim ueniam non conſequitur: ſine ueritate non
emendatur. Sunt uero nonnulli, qui dum culpas
ſuas per miſericordiam temeraria quadã præſũ-
ptione a Deo relaxari expetũt: diuinæ correctio-
nis flagella patienter ſuſtinere nolunt. Et ſi fortaſ
ſis aliqua ſe pro peccatis ſuis aduerſa pertuliſſe co
gnouerunt: ſtatim typo ſuperbiæ eriguntur, eoq;
minus miſericordiã Dei neceſſariã exiſtimãt, quo
ſua ſe ſatisfactione apud diuinum examẽ plenius
purgatos putãt. Contra quos qđ iſte dicat, audia
mus. Miſericordia (inquit) tua ante oculos meos
eſt: & cõplacui in ueritate tua. Ac ſi diceret. Miſe-
ricordiam tuã ubiq; mihi neceſſariã eſſe uideo:
& tñ correctionis tuæ uerbera, qbus peccata mea
diſtricte punis, nõ ſolũ nõ repello, ſed & gaudens
ſuſcipio: immo ẽt in ipſis miſericordiã tuã nõ de-
eſſe cognoſco. Cõplacui (inquit) in ueritate tua.
Elegãter dictũ, laudabiliter dictũ, dictũ imitatiõe Y
digniſſimũ: cõplacui in ueritate tua. Quaſi dicat.
Nõ mihi niſi in tua ueritate cõplaceo: qa qđ tibi
me diſplicet, hoc ẽt ipſe reprehẽdo. In tua uerita-
te mihi cõplaceo: quia dum mea peccata perſeque
ris flagellando, lætificas me amore correctionis.

Cur enim mihi in tua ueritate non placeam, qui in mea prius falſitate male mihi complacebam? Quoniam miſericordia tua ante oculos meos eſt: & complacui in ueritate tua.

### *De agnitione, & dilectione veritatis. Cap. XXXV.*

Z VT uideam uoluntatem domini: &
Pſal. 26. uiſitem templum eius. Videre uoluntatem domini, eſt neritatem agnoſcere: uiſitare templum eius, eſt ueritatem diligere.

### *De tabernaculo Dei. Cap. XXXVI.*

A QVoniam abſcōdit me in tabernaculo
Eodem. ſuo. Tabernaculum Dei eſt eccleſia catholica, in qua fideles laborant: & in procinctu cuiuſdam ſpiritalis militiæ contra aereas poteſtates pugnaturi excubant. In hoc autem tabernaculo illos Deus abſcondit: quibus amorem quietis inſpirando, eos a ſtrepitu huius mundi ſecretum expetere facit. Sed in abſcondito tabernaculi protecti non ſunt, qui in loco quietis, quietè uiuere nolunt.

### *Deum fortitudinem, & refugium eſſe pugnantium. Cap. XXXVII.*

B QVoniam fortitudo mea, & refugium
Pſal. 30. meū es tu. Cōtraria loqui nidetur.
*Pulchra Dubitatio* Si n. timet, qūo fortitudinem ſe habere dicit? Et ſi nō timet, quare refugium quærit? Sed mēs humana iter
*Solutio.* ſpem, & timorem conſtituta, dū fortitudinē adiutoris ſui conſiderat: de uictoria præſumens ſponte prouocat inimicum. Com uero propriam infirmitatem ad memoriam reuocat, ſuperari metuens, quærit refugium.

### *De uanitate rerum temporalium. Cap. XXXVIII.*

C ODdiſti obſeruantes uanitates ſuperua
Eodem. cue. Vox iuſti eſt præſentem felicitatem deſpicientis. Superius commēdauerat ſpiritum ſuum Deo, & quaſi nunc quæreres, quid de carne fieri uellet: reſpondet ſe carnis curam non habere: quia uanitas eſt oīs caro. Quia ii ēt qui eā illicite, & ſuperflue amādo oī ſtudio, & diligentia cuſtodiunt, eādē a corruptione ſeruare non poſſunt. Quos nimirū odit Deus, quia dū nimis rem corruptibilem diligunt, ad amorem Dei incorruptibilem non aſſurgunt. Odiſti (inquit) obſeruantes uanitates ſuperuacue. Bene ſuperuacue. Quia, & ſi tranſitoria ad neceſſitatem appetimus: nunquā tamen ad ſuperfluitatem diligere debemus: carnemq; morituram non in deliciis fouere, ſed ab incommodis (his præcipue, quæ ad ſalutem animæ minus conducere uidentur) defendere.

### *Reprobatio luxuriæ, auaritiæ, & ſuperbiæ. Cap. XXXIX.*

DOminus diſſipat conſilia gentium: D
reprobat aūt cogitationes populo- Pſal. 32.
rum, & reprobat conſilia principū. Gentes intelligūtur peccatores, populi ſtulti, principes ſuperbi. Conſiliū gentiū eſt concupiſcētia carnis. Cogitatio populorū, eſt cōcupiſcētia oculorū. Cōſiliū principū eſt ſuperbia uitæ. Quæ oīa ideo Deus reprobat: quia mundus tranſit, & concupiſcentia eius. Bene tamen populi cogitationes habent, non conſilium: quia ſtulti in populis ſignificantur.

### *Occultos iuſtorum inimicos in iudicium reſeruari, manifeſtos in hac vita etiam aliquando puniri. Cap. XL.*

IVdica domine nocentes me: expu- E
gna impugnātes me. Nocētes ſunt, Pſal. 34
qui uoto malignitatis inſidiantur. Impugnantes ſunt, qui aperte perſequuntur. Iuſtus ergo occultos inimicos ſuos iudicari tātum, ideſt ad futurum iudicium ſeruari: manifeſtos expugnari, ideſt in hac uita etiam puniri poſtulat: ut eorum pœna manifeſta alios ab iniquitate retrahat: quos prius eorum malitia per exemplum ad iniquitatem animabat. Ideo Deus omnipotens manifeſtas iniurias ſeruorum ſuorum ſæpius etiam in hac uita ulciſcitur, ut quanti meriti ſit apud eum iuſtitia, aperte demonſtretur: quatinus hoc alios ad amorem inſtitiæ accendat: quòd ipſe author iuſtitiæ ſe eam tantum diligere manifeſtat.

### *De armis ſapientiæ, & ſcuto patientiæ. Cap. XLI.*

APprehende arma, & ſcutum: & exur F
ge in adiutorium mihi. Armis pu- Eodem.
gnamus: ſcuto regimur. Mundus enim contra electos duobus modis pugnat: uerbo, & gladio. Verbum falſitatis expugnamus per ſapientiam: gladio aduerſitatis reſiſtimus per patientiam. In ſapientia igitur accipimus arma: & ſcutum in patientia. Sed cur Deo dicitur, appræhende arma, & ſcutum, niſi quia ille in nobis dimicans, aduerſarios ſuperat, qui nos pugnaturos contra aduerſarios armat. Quia ſicut ab ipſo dona eius accepimus: ita ſine ipſo donis ei⁹ uti ad ſalutē nō ualeamus.

### *De manifeſtis, & occultis diaboli inſidiis. Ca. XLII.*

ERipiens inopem de manu fortiorū G
eius: egenum, & pauperem a diripiē Eodem.
tibus eū. Quoſdā diabolus aperta tētatione opprimit: quoſdā occultis inſidiis ſeducit. Vnde ī ſcriptura ſacra diabolus aliquando per leonē, aliquando p draconem exprimitur. Per leonem aperta eius fiducia: per draconem uero occulta eius uerſutia ſignifica-

ſicatur. Vnde Pſalmiſta hæc duo tentationum
genera exprimens,dicit. Eripiens inopem de ma-
nu fortiorum eius: egenum,& pauperem a diri-
pientibus eum. Quis eſt enim inops,niſi qui uir-
tutum diuitias non habet?Et quis eſt pauper, niſi
qui iam aliqua uirtutum dona accipere meruit:
ſed tamen adhuc ad perfectionem uirtutis nõ p-
uenit? Inopem ergo manus fortiorum opprimit:
pauperem uerò manus diripientiũ affligit: quia
nimirum antiquus hoſtis eos, qui nulla uirtute
roborati ſunt uiolenter ſibi p conſenſum iniqui-
tatis ſubiicit. Ab his uerò,qui iam aliqua ſpiritua
lis lucri bona colligere incipiunt, occulta dire-
ptione dona uirtutum tollit. His ergo quos aper-
ta ſæuitia perimit,latro eſt: fur uerò illis quos oc
culta fraude ſeducit. Vnde, & his fortitudo neceſ
ſaria eſt,ut poſſint aperte impugnantem uincere:
illis uerò circumſpectio, ut poſſint occulte inſi-
diantem cauere.Cum igitur diuina pietas quoſdã
contra apertam ſæuitiã inimici corroborando,
quoſdã aũt cõtra occultas eius inſidias per circũ-
ſpectionẽ illuminando cuſtodit:quid aliud facit,
quàm inopem de manu fortiorum, & a diripien
tibus pauperem eripit,ut & illi euadant dominũ;
& iſti caueant damnum?

*Quod temporalis malorum proſperitas,electis teſti
monium eſt æternæ felicitatis. Cap. XLIII.*

H Eodem. SVrgentes teſtes iniqui,quę ignorabã,
interrogabant me. Oẽs iniqui q̃ tẽ-
poralia bona æternis pręferũt,cũ in
hac uita proſperantur,quaſi in teſti
moniũ cõtra electos ſurgunt:qa dũ
ipſa ſua felicitate de uiſibilibus (non loquendo
ſed proſperando) teſtimonium perhibent: iudi-
cium bonorum(quod de æternis, & inuiſibilibus
bonis dant) conuincere ſtudent. Vnde recte,quæ
ignorabam(inquit)interrogabant me. Mali enim
bonos de præſenti felicitate interrogant: quia cũ
eis dulcis ſit,mirantur, quòd illi ſe ad appetitum
eius non inclinant. Sed quia hæc non dulcis, ſed
amara bonis eſt:quicquid de eius laude in mediũ
proferunt, hoc boni per experientiam non co-
gnoſcunt.

*Quod occulta eſt interim bonorum iuſtitia: donec
educatur iudicanda de præmio.
Cap. XLIIII.*

I Pſal. 36. ET educet quaſi lumen iuſtitiam tuã:
& iudicium tuũ tanquã meridiem.
Iuſtitia bonorum nunc occulta eſt:
quia ibi ſe iuſtificari ſatagũt,ubi ab
hoĩbus uideri nõ poſſunt. Et quãuis
in eis iam luceat exemplum boni operis,tñ in ab
ſcondito eſt uirtus intentionis. In futuro aũt qua
ſi lumen iuſtitia eorum educitur:quia, qui modò
bona opera ſua ab humana laude abſcondunt,ue
niente iudice iam ſecurè pro eis in æterna clarita
te gloriabuntur. Vnde & in alio pſalmo dicitur.
Vanũ eſt uobis ante lucem ſurgere, ideſt ante fu-
turi iudicii claritatem exaltari. ſed ſurgite poſtq̃
ſederitis: qa tunc fructuoſa ibi erit ueſtra exalta-
tio,ſi prius in huius uitæ exilio ſpõte ꝓpter Deũ
uos humiliaueritis. Sequitur. Et iudiciũ tuũ tanq̃
meridiem. Iuſtitia bonorũ eſt opus uirtutis,quod
faciunt: iudiciũ eorũ eſt p̃miũ uirtutis, quod eli-
gunt. Deus ergo educet iuſtitiã ſctõrum qñ mani
feſtabit opera uirtutum, q̃ fecerunt: educet iudi-
cium,qñ manifeſtabit quale boni operis p̃mium
elegerunt. Et ideo iuſtitia tanquã lumen, iudiciũ
uerò tanquam meridies.i. clarum lumen educi-
tur: quia minor eſt omnis claritas boni operis cla
ritate æternæ retributionis.

*De utili ſubiectione erga Deum, & ipſius recta
expectatione. Cap. XLV.*

SVbditus eſto dño,& ora eũ: Perfecta K
hic nobis forma uiuẽdi p̃ſcribitur. Eodem.
Audi ergo hõ,quid dicitur tibi. Sub
ditus eſto dño,& ora eum. Primum
ſubditus eſto, ne male agendo præ-
cepta eius deſpicias. Deinde ſubditus eſto, ut ad
bona agenda de uiribus tuis nõ p̃ſumas. Nã,& ille
quoq; Deo ſubiectus eſſe renuit: qui aliquid de
ſua uirtute poſſe p̃ſumit. Sed inqs mihi. Si hoc ad
obœdientiam ptinet,ut nihil ex me eſſe intelligã,
quid ergo fruſtra conor? Quieſcam potius, & ex-
pectabo dñm,ut faciat,qđ ſuum eſt. Optime dixi-
ſti: expecta dñm. Sed uide q̃uo expectes. Nam,&
montes expectant,& hoĩes expectant:ſed montes
aliter,& aliter hoĩes. Montes expectant durando:
homines expectare debent deſiderando. Montes
pluuiam:homines gratiam. Montes ne areſcant:
homines ne pereant. ſicut in pſalmo legitur. Expe
ctans expectaui dominũ,& intendit mihi. Qui.n. Pſal. 39.
durando expectat,ſed deſiderando non expectat,
non expectans expectat. Qui uerò perſeuerat, &
deſiderat,hic expectans expectat. Expecta ergo,&
non ſolum expecta:ſed expectans expecta.i. perſe
uerans deſidera, & deſiderans perſeuera, & non
fraudaberis a deſiderio tuo:ſicut,& ille fraudatus
non fuit,qui dominum expectãs expectauit. Ait.
enim. Expectans expectaui dñm,& intendit mihi.
Et exaudiuit preces meas,& eduxit me de lacu mi
ſeriæ,& de luto fęcis. Vide ergo quomodo ille ex-
pectauit. Cum precibus expectauit: cum deſide-
rio expectauit. Et quod ipſe tũc fecit,hoc tibi nũc
præcipit. Nam cum dixiſſet,ſubditus eſto dño,ſta
tim adiunxit: & ora eum, ut & ſubditus Deo ſis;
de te nõ præſumendo:& ores, eius auxilium expe
tendo. Nã quid eſt aliud Deũ orare, niſi mẽte hu
mili atq; deuota ad eius miſericordiã ſẽp reſpice-
re? Propterea.n.non dixit tibi,ora eũ hoc, ſiue il-
lud:ſed tñ,ora eũ:quia nil aliud à te q̃ affectum
bonum exigit:qui tuã neceſſitatẽ,ẽt te nõ loquen
te,cognoſcit. Cum ergo oras, quẽ petas potius,q̃
quid petas cogitare tibi dulce ſit: & ipſe quem pe
tis,quicquid tibi petendum fuerat,prouidebit. Si
cut in alio pſalmo Pſalmiſta idem teſtatur,dicens.
Oculi mei ſemper ad dominum:quoniam ipſe e- Pſal. 24.
uellet de laqueo pedes meos.

***De quatuor hominum generibus, quantum ad uulnera, & cicatrices: de uera ſapientia, & præteritorum memoria. Cap. XLVI.***

L Pſal. 37. PVtruerunt, & corruptæ ſunt cicatrices meæ, a facie inſipientiæ meæ. Conſideranti mihi huius uerſiculi uirtutem, non poteſt iam legenti eſſe incognitum, quod totiens eſt patienti expertum. Sed utinam mihi, uel experientia cognitionem non dederit; uel ſi aliter cognoſcere non debueram, ipſa potius cognitio data non ſit. Quod ſi ſic neceſſe fuit, & ſine manu ualida erudiri non poteram: utinam iam nunc uel ipſa mea cognitio mihi ſic ſaperet, quatinus præteritorum dolorum experientia a futura me iniquitate coerceret. Sed quia totiens poſt experientiã malorum deſipuiſſe me uideo: ipſos adhuc amaritudinis guſtus pertimeſco. Dicam tñ, & non ſine dolore dicam. Putruerunt, & corruptæ ſunt cicatrices meę a facie inſipientiæ meæ. Et licet horum uerborum expoſitio non ſit mihi neceſſaria: quia tamen multi felicius eam non nouerunt: propter eorum inſtructionem, non eſt omnino tacenda. Putruerunt (inquit) & corruptæ ſunt cicatrices meæ. Diligentius conſideranti quatuor hic genera hominum occurrunt. Primum eſt eorum, qui nunquam uulnerati ſunt. Secundum eſt eorum, qui poſt uulnera perfecte ſunt ſanati. Tertium eſt eorum, quibus obducta quidem ſunt uulnera, & tamen adhuc permanſerunt cicatrices, id eſt uulnerum ſigna. Quartum eſt eorum in quibus ipſa adhuc uulnera hiantia ſunt, & necdum obduci cœperunt. Si igitur per uulnera peccata intelligimus, ij qui in peccati deſiderio permanent, quaſi uulnera aperta habent. Qui uero peccatum deſerunt, & tamen adhuc a reatu peccati per ſatisfactionem plene purgati nõ ſunt: in his quaſi quædam ſigna uulnerum permanſerunt. Qui autem poſt perpetrata ſcelera, & peccandi affectum deſerunt, & reatum peccati plena ſatisfactione obducunt, ab iis etiam ipſa uulnerum ueſtigia diſceſſerũt. Sic ſanctus erat Paulus, qui poſt tanta mala dicebat, Nihil mihi conſcius ſum.

*Pulchre diſcurrit ꝑ uulneratis ſpiritualiter, & non erit inutile concionatoribus hunc Diſcurſum annotare.*

1. Cor. 4 Quia nimirum præteritorum uulnerum in ſe ne ſigna quidem inuenire poterat, quem de anteacta prauitate conſcientia non accuſabat. Hos ſequuntur ii, qui etſi uitam ſine peccato ducere nequeunt, nunquam tamẽ culpæ criminalis uulnus perceperunt. Primum genus eſt peccantium: ſecundum pœnitentium: tertium eorum, qui per pęnitentiam ſunt correcti: quartum eorum, qui per iniquitatem non ſunt corrupti. Primi ſunt ægri: ſecundi ſunt ad ſanitatem conuerſi: tertij ſunt ſanati; quarti ſunt ſani. Ex his ſatis colligi poteſt de quo genere hominum iſte ſit, qui cicatrices ſuas ad corruptionem reuerſas plangit. Pœnitere enim iam cœperat, & peccatum iam uoluntate deſeruerat: ſed reatus peccati nondum adhuc ĩ eo plene ſanatus erat; & priuſquam perueniſſet ad integram ſanitatem uulneris, corruptus eſt per iterationem iniquitatis. Vnde recte prius dicitur; Putruerunt, ac deinde adiungitur: corruptæ ſunt cicatrices meæ. Prius enim praua deſideria ad mentem redeunt: & ſic quodammodo cicatrices obductæ interius computreſcunt. Deinde uero cum uoluntas mala uſq; ad operationem ire permittitur, iam ipſæ cicatrices quaſi ex ſuperabundanti ſanie corrumpuntur. Cauſa quoq; corruptionis explanatur cum dicitur. A facie inſipientiæ meæ. ¶ Sapiens a ſapiendo dicitur. non ille q̃ M ſapores palato oris percipit, ſed ille, qui ueritatẽ iudicio mentis comprehendit. unde etiam cor, quod ueritatis expers eſt, non abſurde ſapiens dici poteſt. Notandum uero eſt, quod non qualibet ueritatis cognitio proprie ſapientia dicitur, niſi illa quæ non ſolo auditu, ſed per ipſam experientiam rerum comparatur. Familiarius enim quodammodo atque perfectius experta, quàm audita cognoſcimus: & cognitionem ueritatis, quam in nobis doctrina inchoat, experientia cõſummat. Ipſa etiam rerum docente natura didicimus, quòd cuiuſlibet rei qualitatem perfectius ꝑ ſui contrarii experientiam iudicamus: quia & bona quælibet tunc iocundius, & delectabilius amplectimur, cum poſt longam miſeriam fatigati reſpiramus. Hinc quoque eſt, quòd Dei miſericordiam tanto amplius in noſtra liberatione diligimus: quanto magis nobis e uicino ſapit ipſa miſeria de qua erepti ſumus. Et derelicti aliquando N melius per tribulationem cognoſcimus, quàm ſtricte tenenda fuerat gratia, quam tempore quietis minus fortaſſis amabamus. Propterea in quodam loco ſcriptura admonens nos dicit. Fili in tẽ Eccl. 11. pore malorum ne immemor ſis bonorum: & in tempore bonorum ne immemor ſis malorum. Memoria namque bonorum in tempore tribulationis animum per ſpem erigit: & memoria malorum in tempore proſperitatis ad cuſtodiam ſui cautiorem facit. Cumq; alterno ſapore ſe utrũque contemperat, nec aduerſitas per deſperationem deiicit, nec proſperitas per inanem lætitiam mentem diſſoluit. Hinc populo Iſrael a Moyſe ꝑ Deut. 32 increpationem dicitur. Gens abſq; conſilio, & ſine prudentia, utinam ſaperent, & intelligerent ac nouiſſima prouiderent. Quia enim nec præſentia Dei beneficia cognoſcere, nec ſua pericula futura præuidere poterant: quaſi prudentię ſaporem in mentis palato non habebant. Duo igitur ſunt, q̃ O nobis ſemper ſapere debent: & mala uidelicet noſtra quæ euaſimus: & gratia Dei quam conſecuti ſumus. Mens etenim ſtulta cum malarum delectationum laborem non meminit, eaſdem delectationes ſi quando pulſata fuerit tẽtatione, iterare non pertimeſcit: & quemadmodum mulier cum anguſtia pariendi præmitur, concupiſcentiæ carnalis delectationem abominatur: ſed cum memoria doloris a mente receſſerit, iterum carnis illecebras concupiſcit, totaque auiditate ad earum experientiam rapitur, quia eis quantus admixtus ſit dolor, non recordatur. Nam ſi bene memoriæ ſaperet dolor ipſe, qui malam delectationem ſequitur, nequaquam ita infrænis mens ad eius appetitum traheretur. Ipſa quoque gratia ac-

cepta,

ceptæ, ſi animus ab eius recordatione non deſipe
ret, ab iiuria cōditoris uel ſolo pudore nos coer-
P cere potuiſſet. Quia igitur cicatrices peccatorū
noſtrorum nequaquàm aperirentur ad actū, niſi
prius putrefactæ eſſent per deſideriū: neque ullo
modo per praua deſideria mens intus putreſce-
ret; ſi non prius a memoria præteritarum miſe-
riarum ſuarum, & præſentis beneficij Dei conſi-
deratione deſipuiſſet: plangat iſte inſipientiam
ſuam & dicat. Putruerunt & corruptæ ſunt cica-
Q trices meæ a facie inſipientiæ meæ. Sed libet ad-
[*Pulchra obſeruatio*] huc conſiderare, quare non ſimpliciter dixit, ab
inſipientia mea, uel propter inſipientiam meā,
ſed a facie inſipientiæ meæ: utrum ne aliquid no
bis iſta adiectione ſignare uoluerit. Primum ipſe
modus loquendi conſiderandus eſt, quia ſæpe in
diuino eloquio ſimilis poſitio inuenitur: cum
dicitur, a facie domini, uel a facie inimici: ſiue ēt
quod magis obſcurum eſt, cum de rebus humana
figuratione carentibus, corporeis nōnunquàm ēt
incorporeis agitur, facies memoratur: quod in
uſu loquendi nunc minime eſſe cognoſcitur: tūc
tamen fuiſſe dubium non eſt: quod ſatis ex tam
frequenti ſcripturarum poſitione colligi poteſt.
Quia enim ubique occurrentis faciem declinare
non poſſumus, congrue in ſcriptura per faciē præ
ſentiam ſiue inſtantiam atque importunitatem ſi
gnificamus. Quid eſt ergo quòd cicatrices nō ſo-
lum ab inſipientia, ſed a facie inſipientiæ putruiſ
ſe & corruptæ eſſe dicuntur: niſi quòd Dei gratia
nequaquàm nos uſque ad lapſum peccati deſere
ret; ſi non prius noſtra inſipientia Deo in nobis
habitanti diu importuna fuiſſet? Qui cum per lō-
gam negligentiam noſtram a nobis recedere inui
tus cogitur, ſtatim cicatrices uulnerum noſtrorū
non ſolum per praua deſideria putreſiunt, ſed uſ
que ad operationem prauam corrumpuntur.

*De duplici hominum uanitate. Cap. XLVII.*

R VNiuerſa uanitas omnis homo uiuēs:
[Pſal. 38.] Alia eſt uanitas quam in rebus iſtis
uiſibilibus cernimus: alia eſt uani-
tas quam in nobis inuiſibiliter ſen-
timus. Iſta exteriora uana ſunt, quia
cum in corruptionem labuntur, ſpeciem ſuā per-
dunt. Anima autem quæ per iniquitatem defluit,
magis miſerabili uanitate iuſtitiæ decorem amit-
tit. Vniuerſa ergo uanitas omnis homo uiuens,
quia & foris per mortalitatem præterit, & intus
per iniquitatem: qui ſi ſaltem in altero perſiſte-
ret, uniuerſa uanitas non fuiſſet.

*Quia dies hominis breuis, mala & incerta eſt,*
*quid dicendum Deo. Cap. XLVIII.*

S NOtum fac mihi domine finem meum.
[Eodem.] Vita iſta præſens breuis eſt, mala eſt,
incerta eſt. Quia incerta eſt, dic Deo.
Notum fac mihi domine finē meū.
Quia breuis eſt, dic Deo. Ecce men-
ſurabiles poſuiſti dies meos. Quia mala eſt, dic
Deo: Subſtantia mea tanquàm nihilum an-
te te eſt.

*De mirabilium Dei multitudine & profunditate.*
*Cap. XLIX.*

MVlta feciſti domine Deus meus mira- T
bilia tua: & cogitationibus tuis nō [Pſal. 39.]
eſt qui ſimilis ſit tibi. Omnia quæ
ſunt, fecit Deus: & tamen illa ſpecia
liter Deus feciſſe dicitur, per quæ
homo ad Deū reuocatur. Illa ergo mirabilia Deus
quaſi non ſua fecit, quorum admiratio humanā
mentem ab amore ipſius auertit. Illa autem mira
bilia quæ hominē ad amorem Dei reuocant, quia
nos illius faciunt, quodā ſingulari priuilegio eius
dici poſſunt. Quia igitur ſuperius Pſalmiſta beatū
dixerat, qui ad huius mundi uanitatem non reſpi
cit: ubi fructuoſa eſſe poſſit admiratio, conſequen
ter adiungit. Multa feciſti tu domine Deus meus
mirabilia tua. ſ. opera reſtaurationis noſtræ: quæ
ne in eis faſtidium metuas, multa ſunt numero: &
ne facilitatem contemnas, profunda in ſacramen
to. Hoc eſt enim, quòd cum dixiſſet, multa feciſti
tu domine deus meus mirabilia tua: ſtatim ipſam
eorum profunditatem demonſtrare uolens, adiū
xit: & cogitationibus tuis non eſt qui ſimilis ſit ti
bi, ut & multitudo mirabilium uarietate delecta-
tionem afferat: & profunditas exercitationem.

*De curioſi & ſuſpicioſi malo. Cap. L.*

ET ſi ingrediebatur ut uideret, uana V
loquebatur cor eius: cōgregauit ini- [Pſal. 40.]
quitatem ſibi. Magnum malum eſt
curioſitas, ſeque a uicio alienum nō
eſſe indicat quiſquis animum ſuū
ad ſuſpicionem facile inclinat. Neque enim alie-
ni peccati ſuſpectus cor eius ureret, ſi non prius
eiuſdem peccati affectus in eo radicaſſet. Iuſto er
go iudicio, dum ex ſui cordis prauitate falſam de
alio exiſtimationem colligit: per eandem ſe exiſti-
mationem in affectum prauitatis amplius accen-
dit: & inde ueraciter mens eius corrumpitur: un-
de fallaciter aliena actio inſimulatur. Propter qđ
Pſalmiſta contra eiuſmodi loquens dicit: Et ſi in-
grediebatur ut uideret, uana loquebatur. Curio-
ſus etenim quiſque tunc quaſi ad uidendum in-
greditur, quando alienum ſecretum ſagaci ſtudio
perſcrutatur. Vana loquitur, quia ut minus ſuſpe-
ctus eſſe poſſit, eos a quibus caueri non uult, ſe di
ligere fingit. Deinde iniquitatem congregat, quia
cum liberè admiſſus fuerit, quicquid repræhenſi-
bile inuenire pōt, fraudulenter ī corde ſuo coacer
uat. Congregat autem paulatim minima, ut poſt
longum ſilentium cuncta ſimul obiecta plus no-
ceant, quàm minus opinionem læderent, ſi per ſe
ſingula prolata fuiſſent. Sed quia hoc non cor-
rectionis, ſed læſionis affectu iniquus operatur, ſi-
bi potius nocitura colligit: quia ſicut dictum eſt.
Vnde aliena actio fallaciter per infamiam obfu-
ſcatur: inde ueraciter mēs ei' p nequitiā cōtabeſcit.

Quòd

### *Quod fontium nomine ſummum bonum ſignificetur: idque maxime ſit deſiderabile, & quæ toto pſalmo tractentur. Cap. LI.*

X Q Vemadmodum deſiderat ceruus ad
Pſal.41. foores aquarum: ita deſiderat ani-
ma mea ad te Deus. Quæ ſunt dona
Dei: fons aquarum author eſt do-
norum: fontem aquæ deſiderat, cu-
ius deſiderium non impletur, dooec ad Deum p-
ueniat. Qui dona Dei propter Deum non amant,
ij quaſi aquas, & oon fontem deſiderant. Summū
autem bonum ideo plurali nomine footium ex-
primitur, quia licet in ſe unum ſit, omninm ta-
men origo bonorum in ipſo contioetur. Viuus
fons, quia uiuificat. Viuus ſons, quia indeficiens
perſeuerat. Ideo ſicut ceruus deſiderat: quia uetu
ſtatis defectum reparare exoptat. Sed differtur de
ſiderium, ut creſcat. Sed quia omnis mora deſide
tanti longa eſt: exclamat, quando ueniam, quan-
do perueniam, quaodo apparebo ante faciem do
mini: non ut uideri, ſed ut uidere iocipiam, quem
prius uiſus non uidebam. Sed hoc nunc deſide-
rari poteſt, haberi oō poteſt. Quid ergo ioterim?
Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte.
Paſcar doloribus, requiram fletibus, uocabo ſuſpi
riis, lachrymæ nutrient deſiderium: dooec præſen
tia ſatiet affectum. Flebo, quia abeſt, quod deſide-
ro. flebo, quia adeſt quod non amo. Non amo præ
ſentem infelicitatem, deſidero futuram beatitudi
nem. Irriguum ſuperius: quia deſiderat anima
mea ad Deum fontem uiuum. Irriguū inferius, qa
dicitur mihi, ubi eſt Deus tuus? hoc ad præſentem
miſeriam pertinet, quod opprobria malorum ſu-
ſtineo, quia terrenam felicitatem non amo. Et qa
Y me in præſenti felicitate derelictum aſpiciunt,
me Deum non habere inſultantes dicunt. ¶His i-
gitur inſultationibus fractus tædere cœperat: ſed
mox ad ſemet ipſum reuerſus, & qualis ſit præſen
tis uitæ conditio conſiderans, a tali ſe mœrore ca
ſtigat, dicens. Hæc recordatus ſum, quoniam trāo
ſibo per tabernaculum ad domum, ideſt per labo
rem ad requiem. Quaſi dicat. Cum de præſen-
tis uitæ moleſtia contriſtatus ſum, qualis ſit præ-
ſentis uitæ cooditio, recordatus oon ſum. Nunc
autem recordatus ſum, quia nemo poteſt perue-
nire ad requiem, qui prius noluerit æquanimiter
Z ſuſtinere laborem. Quia tranſibo per tabernacu-
lum ad domum. Tabernaculum eſt præſens eccle
ſia: domus eſt cæleſtis patria. In tabernaculo lo-
cus eſt, quia extra fidem tuta manſio eſſe non po-
teſt. Nec ſolum tranſibo per locum tabernaculi,
ſed in locum tabernaculi, ideſt de infidelitate ad
fidem: de fide ad beatitudinem. Ideo in locum,
ut fidem rectam oon ſolum tenere incipiam, ſed
uſq; in finem in ea permaoeam. Nec terrere de-
bet labor certaminis: quia mirabile eſt tabernacu
lum: & multa iam in eo fulgent exempla uirtutis.
Et quia per tabernaculum ad domum, id eſt per
laborem ad requiem tranſitum eſſe agnouii ideo
A animam meam iam amplius extra me non effudi,
ſed in me effudi. Sicut anguſtia animum conſtrin
git, ſic lætitia diffundit. Quiſquis ergo in rebus
tranſitoriis lętari appetit, extra ſe animam ſuam
effundit. Qui uero terrena omnia uana eſſe conſi
derans, ſecurius in conſcientia bona gaudiū quæ
rit, hic intra ſe aoimam ſuam effundit: Supra ſe
autem anima effunditur, quando per contempla
tionis gaudium in amore conditoris dilatatur.
Sed cum anima intra ſe effunditur, ſtatim anima
litas, quæ exteriorem delectationem amat, cootri
ſtatur: quam nonſquiſq; fidelis nutu rationis cor
rigere debet, dicens. Quare triſtis es anima mea? B
quare doles te perdere, quod non potes retinere?
Quare conturbas me? quia tibi per naturalem af-
fectum cōiunctus ſum, io tui turbatione ego in-
turbatus eſſe noo poſſum. Spera io Deo, quia ſi C
nunc propter eum tranſitorias delectationes ſpō
te reſpuis, permanſuras poſtmodum ipſo tribuen
te conſequeris. Quoniam adhuc confitebor illi.
Cum adeptus fuero, quod ſpero tunc laudabo il-
lum, & confitebor illi de quo dubitandum non
eſt: quia ipſe eſt ſalutare uultus mei, id eſt ſimili-
tudinis meę. i. homo: & eſt Deus meus. Non eſt
dubitandum, quin mortalibus promiſſam æterni
tatem tribuat: quem pro ſalute mortalium aſſum
pſiſſe mortalia conſtat: & qui pro nobis noſtram
mortem pati uoluit, multò magis oobis uitam
ſuam donabit. Quod poteſt facere, quia Deus eſt:
ut nec de uoluntate eius dubites, qui pro oobis
homo factus eſt; nec de poteſtate, quia Deus eſt.
Ad meipſum anima mea conturbata eſt. Quod a- D
nima mea conturbata eſt, ad me ſolum referen-
dum eſt: quia niſi prius meum peccatum præceſ-
ſiſſet, caro foris corrupta non eſſet: & ideo eius
corruptio ad mei conturbationem iuſtè reduci-
tur: quia ex mea culpa primum eius corruptio
oriebatur. Vel ad meipſum, id eſt in meipſo: quia,
& ſi foris conturbationem non inueniat ipſa, eā
ſuæ conditionis corruptio conturbat. Id eſt licet
exteriora incitamenta peccati deſinãt, ipſa tamē
uitia ex naturali corruptione orta me conturbãt. E
Quæ ergo adhibenda ſunt remedia contra recidi
uum peccati? Baptizari iterum non poſſumus: &
tamen uice baptiſmatis cootra quotidiana pecca
ta quotidianum fontem lachrymarum habemus:
etſi ſæpius baptizari prohibemur per aquam, nun
quam prohibemur per pœnitentiam. Sequitur er
go nos gratia primi baptiſmatis in pęnitentia: ſi-
cut populum Iſrael per deſertum gradientem a-
qua de petra: ut quotiens in huius uitæ deſerto p
peccatum areſcimus, per pœnitētiam reficiamur.
Quia igitur quotidie anima noſtra ad oosmetip- F
ſos conturbatur, memores Dei ſimus de terra Ior
danis, ut ſcilicet illam adhuc remiſſiooem quęra
mus in pœnitentia, quā olim accepimus in aqua:
& tantò fiducialius quantò apertius nos ipſius ſa-
cramento ſignatos eſſe cognoſcimus. Quid enim
per Iordanem rectius accipitur, quam baptiſma?
Et quid per terram Iordanis, niſi humana natura
ablura fonte baptiſmatis? De terra ergo Iordanis
memores Dei ſumus, quando eandem ablutionē
quærimus in pęnitentia, quam iam olim memini
mus nos ab eo accepiſſe in aqua. Sequitur, & her- G

monii

monij a monte modico. Subauditur memor ero
tui. Hermonium interpretatur anathematizatio.
In baptiſmo autem diabolom, cum omnibus ope
ribus & põpis eius anathematizauimus: & Chri.
ſto conformes facti a membris diaboli ſeparati
ſumus. Homo igitur per Baptiſmum a diabolo ſe
paratus, fit hermon mõs per uirtutem, modicus
per humilitatem. Quando itaque p pœnitẽtiam a
Deo, uirtutum dona per peccatum amiſſa requiri
mus, quaſi de modico monte hermonij, eius me-
mores ſumus, quia ſic olim nos a diabolo ſepara-
tos & per uirtutem exaltatos, & per uirtutem cõ
formitatis Chriſti temperatos, meminimus. De
terra Iordanis eius memores ſumus, quando ei eã
dem naturam, quam prius per aquam baptiſmi
a peccato abluit, per pœnitentiam nunc abluen-
dam offerimos. De modico mõte hermooij eius
memores ſumus, quando præcamur dona uirtu
tum cum humilitate nobis reſtitui: quæ prius nos
ab eo accepiſſe meminimus. Quod utrunque me
moria dicitor: quia hoc iterato petimus, quod
prius accepiſſe nos recordamur. Et oeceſſe eſt pœ
H nitere, quia Abyſſus abyſſum inuocat. i. iudicium
damnationis ad confirmationeio ſui adducit iu-
dicium mortalitatis. Si uidemus uerum quod pri
mo homini peccanti minatus es mortem: creda-
mus etiam uerum eſſe quod peccantibus ounc &
in peccato perſeuerantibus minaris damnationẽ.
Abyſſus igitur id eſt iudicium damnationis: abyſ
ſum. i. iudicium mortalitatis iouocat: quia hoc il
lud confirmat. Vel iudicium ignis futurum, iudi-
cium aquæ præteritum: uel nouum teſtamẽtum,
quod pœnitentiam præcepit: ad hoc confirman-
dum oetus teſtamentum adducit. Vel abyſſus di-
uinæ ſapientiæ inuocat abyſſum conſcientiæ hu-
manæ: qoia Deus qoi per ſapieotiam ſuam occul
ta noſtra ſubtiliter penetrat, eandem ipſa conſciẽ
tia noſtra accuſante condemnat. Ac per hoc ualde
nobis neceſſarium eſt eius nunc miſericordiam
pœnitendo quærere: in cuius iudicio teſtis alie-
nus non quæritur: quia ſua quiſque conſcien-
I tia accuſante condemnatur. Hoc autem totũ co-
goouimus: In uoce cataractarum tuarum id eſt io
ſermone prædicatorum tuorum. Qui prædicato-
res ideo cataractæ dicuntur: quia eis pluuiam do
ctrinæ ſtilãtibus, cordis humaoi terra infunditur.
In uoce ergo cataractarũ audiuimus quòd ſicut
olim caſſa nõ fuit ĩ peccãtibus cõminatio mortis:
K ita nũc quoq; caſſa nõ erit in peccato perſeuerã-
tibus cõminatio damnationis. Qũo autẽ ſcimus
quòd antiqua comminatio caſſa non fuerit? Om-
nes iam experimento didicimus, quàm nimis ue-
rum fuerit, quod peccanti homini olim commi-
natus eſt Deus. Quomodo didicimus? Omnia ex-
celſa tua & fluctus tui ſuper me tranſierunt. Sicut
uolumina uodarũ ſuper naufragũ alia poſt alia p
*Pulchra ſimilitudo* tranſeunt & obruunt, dooec conquaſſatum & cõ
fractum deorſum demergant: ſic pęnæ & paſſio
oes uitæ huius ſuper hominem mortalem aliæ at-
que aliæ conquaſſantes & confrigentes pertran-
ſeunt: & tandem deficiẽtem in profundum mor-
tis demergunt. Fluctus ſunt communes & quoti-
dianæ pœnalitates: excelſa, excreſcentes & ſingu
lares aduerſitates: quæ nec eædem omnibus nec
eiſdem ſemper eueniunt. Omnes tamen aliqui-
bus: & aliquæ omnibus. Quia ergo præſens iudi
cium tam graue ſentio, merito futurum iudiciũ
pertimeſco. Et ideo ut poſſim illud euadere, dum
adhuc tempus ſuper eſt, neceſſe eſt pęnitere. Quo-
modo ſcis, an recipiatur pęnitentia tua? Scio, quia L
in die mandauit dominus miſericordiam ſuam.
Miſericordia Dei eſt, quòd peccatum hominis in
præſenti uita punit, ut æternam damnationem
homo euadere poſſit. Hanc ergo miſericordiam
Deus per prædicatores homini mandat, ot præ-
ſentis mortalitatis utilitatem agnoſcens, pro libe
ratione ſui futura, libenter iſtas pęnalitates ſuſci-
piat. Hanc autem miſericordiam ideo in die, hoc
eſt in proſperitate mandat: quia homo minus pa
rato animo ſuſciperet quicquid in tribulatione
poſitus de utilitate tribulationis audiret. Sequi- M
tur ſicut alia traoſlatio habet. Et nocte declara-
uit, ſubauditur ipſam miſericordiam. Quod enim
io die, ideſt proſperitate de utilitate huius com-
munis miſeriæ uerbo docuit hoc in nocte, id eſt
in aduerſitate per ſingulares quaſdam tribulatio
nes exemplo declarauit. Qualis enim in futuro pa
tieutiæ fructus ſit, ſatis innotuit, cum in præſenti
etiam uita nõnounquam, quàm neceſſariæ ſint
tribulationes, oſtendit. Quod ergo in die man-
dat, in oocte declarat: quia qood uerbo dicitur,
experimento comprobauit. Vel ſicut alia tranſla-
tio habet. In die mandauit dominus miſericor-
diam ſuam: & nocte caoticum eius. Quod ſic in-
telligi poteſt. Mandauit, hoc eſt per nuncios ſuos
præcones, ſcilicet ueritatis promiſit miſericordiã
ſuam, ideſt quòd nos de miſeria huius uitæ libe-
raret: io die, id eſt cum claritas uitæ æternæ pul-
ſis tenebris mortalitatis illuceſceret. Et ideo inte-
rim in oocte uitę huius, mandauit canticum eius,
ideſt laudem ſuam: ut ſi io futuro die eius miſeri
cordiam percipere uolumus, in præſenti aduerſi
tate ab eius laude noo recedamus. Dignum eſt e-
nim, ut ſi in gloria ſua propitium eum habere uo
lumus, in ooſtra hunc miſeria iuſtum prædice-
mus. Quia igitur peccauimus, quia flagellum ſu-
ſtinemus, quia ereptiooem expectamus: in pecca
to confiteamur noſtram culpam, in flagello lau-
demus eius iuſtitiam, in ereptione ſperemus eius
miſericordiam. Apud me oratio. Pro iniquitate,
Deo uitæ meæ in corruptione dicam Deo ſuſce-
ptor meus es in miſeratione. Apud me oratio, in N
ſecreto in abſcoodito. Ideo io abſcoodito, quia
per eam oon hominibus ſed Deo ſoli placere cõ-
cupiſco: Deo uitæ meæ: quia dum me foris fla-
gellaodo mortificat, iotus uiuificando aſpirat. Di
cam Deo, in futuro cum ſuſceptus ad gloriã fue-
ro ſecurus, dicam ſuſceptor meus es: quod in du-
bio conſtitutus adhuc dicere oon præſumo. Vel
in præſenti dicam præſumens de promiſſione,
quam habeo iam in ſpe, quia iam quaſi factum te
neo, quod faciendum ſine dubitatione expecto. O
Quare oblitus es mei? Animus amantis, & paueo *Pulchra & animo A. mantis.*
tis ad diuerſa rapitur: nunc de promiſſiooe glo-
ria-

riatur,nũc de dilatione conqueritur: nunc ſe derelictum propter pondus tribulationis, nunc ſe ſuſceptum gratulatur propter fiduciam repromiſſionis. Quare oblitus es mei? Paruulus delicatus patri amanti iraſcitur:& quia non ad omnia uota reſpondet,de obliuione cauſatur. Enumerat etiã
P mala,quæ patitur.Quare triſtis incedo? & ne uideatur ſuperflua triſtitia,dum affligit me(inquit) inimicus. Et quia ſæpe plus gaudendum, quam triſtandum eſt in afflictione corporis exaggerat cauſam,adiungens etiam detrimenta uirtutis: dũ confringuntur oſſa mea, idest uirtutes deſtruuntur. Poſtremo ſummam mali addens irriſionem inimicorum: exprobrauerunt, inquit, mihi qui tribulant me inimici mei. In quo non unus læditur,ſed tota ſocietas per infamiam obfuſcatur. hæc omnia patior dum incedo, id eſt dum in uia recta gradiendo proficio ubi occulte meritum innuit: dum ſe, & bona agentem,& mala patientem dicit.

*De iudicio ſecundum cauſam, & ſecundum retributionem. De luce,& ueritate Dei.de monte,& tabernaculo: & de lætificatione iuuentæ noſtræ. Cap. LII.*

Q
Pſal.42. IVdica me Deus, & diſcerne cauſam meam: de gente non ſancta. Aliud eſt iudicium ſecundum cauſam, aliud ſecundum retributionem. Boni ergo, qui in præſenti inter malos ſunt,& tamen in cauſa eis uniti non ſunt,orãt ut Deus primum eorum cauſam diſcernat: & ſic iudicet. quia tunc nos ſalubriter in retributione iudicat: ſi prius cauſam noſtram hic a gente non ſancta diſcernat. Quia tu es fortitudo mea. Ideo per te ab eis ſeparari peto:quia cum eorum malitiam grauiter portem: non tamen ab eorum ſocietate me per ſuperbiam, & confidentiam uiriũ mearum diſiungo. Sed differtur,quod petitur, i-
R deo clamat.Quare me repuliſti? Emitte lucẽ tuã & ueritatem tuam.Per fidem illumina: per ueritatem fidem remunera: illuminando miſericors, remunerando uerax. Ipſa duo deduxerunt me a malis meis,& adduxerunt ad bona tua. Quæ bo-
S na?In montem,in tabernacula. In montem ductus ſum per fidem. In tabernacula ductus ſum p operationem.Introibo ad altare per dilectionẽ. In montem ut alta crederem: in tabernacula, ut fortia facerem: ad altare,ut me immolem.Mons, & tabernacula de præſenti: altare de futuro, ubi plena caritas: & ideo ait introibo ut immoler, & contempler ad altare,id eſt adDeum,qui lætificat iuuentutem meam. Et bene iuuentutem lætificat. Vetuſtatem enim non lætificat, ſed contriſtat. Ad Deum,qui lætificat iuuentutem meam. Si exterior homo noſter uetus corrumpitur: ſed interior ille homo noſter de die in diem renouatur. Caro enim noſtra,quæ per mortem diſſoluitur,in præſenti uita non renouatur.Spiritus autẽ iuuentutem ſuam in hac uita renouare incipit, quando per gratiam Dei uirtutibus renouatis de ſideria uetuſta deponit. Deus ergo non uetuſtatẽ noſtram, ſed iuuentutem lætificat: quia quantò magis caro foris atteritur,tantò magis mens interius ſpirituali gaudio conſolatur. Ideo inquit cõfitebor tibi in cithara.Quia tu lætitiam non uetuſtatis,ſed iuuentutis,idest non gaudium carnis, ſed ſpiritus diligis: ideo,& ego carnem affligam, & laudabo te in maceratione carnis. Contra, qđ quia animalitas murmurat: ipſe eam increpando caſtigat,dicens: Quare triſtis es anima mea?

*Quas ſemitas declinauerit dominus. Cap. LIII.*

DEclinaſti ſemitas nr̃as a uia tua.Tu T
ueniens in homine uiam nobis p Pſal.43.
exẽplũ ſtrauſti:&ab illa uia quicquid boni i nobis eſt p imitationẽ deduxiſti.Vel ſemitas noſtras, id eſt perplexas,& laborioſas uias noſtras:in quibus prius ſecundum carnem ambulauimus, a uia tua bona declinaſti,idest remouiſti, quia amplius per illas non currimus, poſtquam in uiam tuam directi ſumus.

*De puluere cogitationum, & terra deſideriorum inutilium. Cap. LIIII.*

HVmiliata eſt in puluere anima noſtra: V
conglutinatus eſt in terra uenter Eodem.
noſter.Puluis ſunt cogitationes uanæ. terra autem praua deſideria.Bene autem prius anima in puluere humiliatur ac demum uenter conglutinatur in terra:quia niſi prius anima uanis ſe cogitationibus ſubderet nequaquam carnis deſideria immũda obligarent: ſed quia prius anima a uanitate uincitur, poſtmodum caro ad immunditiam glutinatur.

*De forma,gratia, & benedictione a Deo, ad hoc, & propter hoc &c. Cap. LV.*

X
SPecioſus forma præ filiis hominum: Pſal. 44.
rectitudo opis. Diffuſa eſt gratia in labiis tuis, puritas prædicationis. Propterea benedixit te Deus in æter- *Pulchra*
num: felicitas retributionis.Primũ *diſtinctio* benedixit ad hoc:poſtea benedixit propter hoc. *Benedictio*
Ad hoc,in tempore: propter hoc,in æternitate. *ne Dei.*
Ad hoc benedixit ut bonum perficeretur: propter hoc benedixit, ut bonum remuneraretur.

*Quomodo Deus mentem beatam ſibi per pacem,et amorem coniunctam adiuuet, & quando. Cap. LVI.*

DEus in medio eius non commouebitur: adiuuabit eam Deus mane Y
Pſal.45. diluculo.Beata ciuitas,quæ regem habet Deum: quia cum foris bella patitur, pax eius intus non côturbatur.

batur. Felix ille, qui talem habet animam ita in
amore Dei ſolidatam, ut quæcunque foris mole-
ſtiæ perſtrepant, tamen uſque ad ſilentium inter-
næ quietis non irrumpant: quia Deus, qui pacis
amator eſt, cor turbatum inhabitare non poteſt:
ſed quia tam pacificam habitationem Deus non
inueniret, niſi ipſe eam faceret, adiuuabit eã Deus
mane diluculo. Mane, tempeſtiue, diluculo, in lu
ce. Mane, quia adiutor in opportunitatibus. Dilu
culo, quia in tenebris operari neſcit. Adiuuabit
uolentem, quia nemo inuitus bonum facit. Adiu
uat ciuitatem, & ædificat ciuitatem, requieſcit in
ciuitate, & protegit ciuitatem.

### *Quæ ſint opera domini nobis uidenda. Et prodigia quæ poſuit ſuper terram. Cap. LVII.*

Z Eodem. VEnite, & uidete opera domini, quæ
poſuit, prodigia ſuper terram. Ve-
nite (inquit) & uidete opera domi-
ni. Primum uenite, poſtea uidete.
Vos enim in tenebris eſtis, & ibi o-
pera domini uidere non poteſtis. Venite igitur
ad lucem, & uidete per lucem: quæ lux fecit in lu
ce: uidete opera domini. Quæ opera domini? Nũ
quid cœlum, & terram? Non, ſed quæ deſuper cæ
lum poſita ſunt ſuper terram. Primum enim De*
cælum, & terram fecit: deinde quædam in cœlo,
& in terra de cœlo, & terra produxit. Sed hæc, q̃a
terrena ſunt, ubique terrarum uideri poſſunt, nec
ut iſta uideantur alicunde aliò homines inuitan-
tur. Sunt quædam alia, quæ non de cælo, uel de
terra produxit: ſed deſuper cælum ſecum afferẽs
ſuper terram poſuit: non deiiciens ea, ſed incli-
nans: nec terram per ea præmens, ſed releuans.
Quę ſunt iſta opera domini. Domine audiui au-
Abac. 3. ditum tuum, & timui. Domine opus tuum in
medio annorum notum facies: quando uideli-
cet in medio duum animalium cognoſceris.
Ioan. 1. Quomodo poſita ſuper terram? Verbum ca-
ro factum eſt, & habitauit in nobis. Quomo-
Eſa. 9. do prodigia? Paruulus natus eſt nobis, & fi-
lius datus eſt nobis: & uocabitur nomen eius
admirabilis, Deus fortis, pater futuri ſeculi,
princeps pacis. Super terram poſita ſunt: quia
terrena ad pacem componunt: prodigia ſunt,
quia uenturi ſeculi gaudia portendunt. Prodi-
gia ſunt, quia pater futuri ſeculi. Super terram
poſita ſunt, quia princeps pacis, Auferens bel-
la, Pacificans hominem intus, & extra: ac ter-
ram carnis, dominio animę uſquequaque ſub-
iiciens. Arcum conteret, & confringet arma:
uerſutias, & machinationes diaboli adnihilans.
Scuta comburet igni: dura corda molliet igne
ſpiritusſancti. Quibus paratis, & pace plena
reddita, exhortatoria uox ſequitur, qua omnes
uoluntarii ad uerum bonum inuitantur: Va-
cate, & uidete quoniam ego ſum domi-
nus.

### *Qualiter orandum ſit pro remiſſione peccatorum a Deo obtinenda ad imitationem Dauid. Cap. LVIII.*

MIſerere mei Deus ſecundum magnã A
miſericordiam tuam. Audite pec- Pſal. 50.
catores orantem peccatorem: & di *Vide Ant.*
ſcite qualiter uos pro peccatis ue- *F. Sixti in*
ſtris orare debetis. Audite, quid di- *ſua Bib. ſu*
cit. Miſerere mei Deus. Reus enim in cauſam du *p hũc pſal.*
ctus, conſiderat, quòd iudex ſuus nec falli poteſt, *lib. 5. 2. pa.*
quia ſapiens eſt: nec corrumpi poteſt, quia iuſtus
eſt: nec uinci poteſt, quia omnipotens eſt: nec de-
clinari poteſt, quia ubique eſt. Videte ergo nullũ
omnino excuſationi, ſiue defenſioni locum eſſe:
& idcirco ad ſolam miſericordiam flagitandam
ſe cõuertit, dicens. Miſerere O quãta eſt uirtus hu
ius uerbi miſerere? Ac ſi diceret. O domine, agno
ſco culpam meam, intelligo reatum meum, ſcio
quid feci, ſcio quid merui: non ignoro cum quo
mihi cauſa agitur, non ignoro quid pro culpa mi
hi debetur. Volo peccatum meum abſcondere,
ſed tu noſti omnia. Volo reſiſtere, ſed tu potes om
nia. Volo effugere, ſed tu complecteris omnia.
Quod ergo ſolum reſtat, de te fugio ad te. Fugio
iram, fugio ad miſericordiam. Miſerere. Nolo ut
intres in iudicium cum ſeruo tuo: quia non iuſti
ficabitur in conſpectu tuo omnis uiuens: quantò
magis ego peccator, & criminis reus? Non ego
peto ut iudiceris mecum: ſed ut miſerearis mei.
Miſerere mei. Tu quis es? edicito, qui ſis. Citius
fortaſſis ad miſericordiam flectar, ſi perſonam a-
gnouero. Non inquit domine, non: Sed uolo in
terim latere, quem tamen latere non poſſum. Vo-
lo ut interim me neſcias licet non ignorem, quod
omnia ſcias. Timeo enim ſimulque erubeſco no-
men edere: perſonam deſignare: & quantò tibi
familiarior ante culpam extiti, tantò magis nunc
confundor poſt culpam agnoſci. Non ergo dico
tibi, domine miſerere Dauid: quemadmodum a-
libi dixi. Memento domine Dauid, & omnis man
ſuetudinis eius. Nec ſicut aliquando blandiens di
cere conſueueram, puero tuo: non ſaltem ſeruo
tuo, aut filio ancillæ tuæ: quia hæc omnia nomi-
na familiaritatis ſunt: & ideo quantò manifeſti*
prolata maioris gratiæ beneficium ad memoriã
reducerent, tantò grauius ſequentis culpæ reatũ
accuſarent. Taceo igitur hæc omnia, ſileo, diſſi-
mulo, abſcondo: ne forte aliquid eorum comme-
morans, & te magis iratum redderem, & me ma-
gis reum demonſtrarem. Volo interim ego non
agnoſci, ut citius poſſis tu complicari. Ne ergo q̃-
ras domine, quis ſim ego: tantum miſerere confi
tenti peccatum ſuum, damnanti culpam ſuam,
quærenti miſericordiam tuã. Miſerere mei Deus.
Non enim audeo dicere, Deus meus: Deum ſolũ-
modum agnoſco: meum non præſumo. Ego enĩ
peccando te perdidi: inimicum ſequendo, a te re
ceſſi: malum amando, a bono elongaui. Propte-
rea quaſi leproſus, quaſi eiectus, quaſi ſeparatus,
quaſi immundus, quaſi alienus, appropinquare
non audeo, accedere non præſumo. Sed tantum
deloo-

delonge ſtans, & ad te uocem leuans, cum magna deuotione, cum magna cordis contritione, clamo & dico: Miſerere mei Deus. Dicant qui boni ſunt, dicant qui mundi ſunt, dicãt qui puri sũt, dicant qui familiares ſunt, dicãt qui filij ſunt, qui hæredes ſunt dicãt: Deus meus. Ego qui immundus ſum, qui pollutus ſum, qui abiectus ſum, qui longe ſum, qui patrem deſerui, qui inimico me uendidi, qui in regionem longinquam abij, qui hæreditatem meam perdidi, qui ſubſtantiã meã luxurioſe uiuendo diſſipaui: ego nõ dicam Deus meus, non dicam pater meus, ſed tantummodo: miſerere mei Deus, fac me ſicut unum de mercenarijs tuis: quia nõ ſum dignus uocari filius tuus. Miſerere ergo mei Deus ſecundum magnam miſericordiam tuam: non ſecundum magnam miſeriam meã, ſed ſecundum magnam miſericordiã tuam: quia licet magna ſit mea miſeria, maior tamen eſt tua miſericordia. Miſerere mei Deus ſecũdum magnam miſericordiam tuam. Nolo paruã miſericordiam quærere: quia nec te decet paruã miſericordiam dare. Iã enim exauditione dignus non eſſem, ſi a magno paruũ quærerem. Miſerere ergo mei Deus ſecundum magnam miſericordiã tuam. Nequaq́ domine magna poſtulans de meis meritis confido: ſed tuam magnificentiam honoro. Miſerere mei Deus ſecundum magnam miſericordiam tuam. Propter magnam miſericordiam tuam, & ſecundum magnam miſericordiam tuã. Miſerere mei Deus ſecundum magnam miſericordiam tuam.

*Quod Deus in ſanctis, ideſt intus plus, quam foris mirabilis eſt. Cap. LIX.*

B Pſal. 67. Mirabilis Deus in ſanctis ſuis. Quid miraris foris? Intus eſt mirabilis Deus. Si enim mirabile eſt, quod ad ſeruitutem factum eſt: quod ad imaginem factum eſt, quomodo mirabile non eſt? Mirabilis Deus in ſanctis ſuis. Ne ergo illos foris reſpicias. Nõ quod foris eſt mirabile eſt: quod intus eſt, mirabile eſt. Intus ergo uide & non miraberis quicquid foris apparet.

*Quod adhærere Deo, & ponere ſpem in eo ſemper bonum ſit. Cap. LX.*

C Pſal. 72. Mihi autem adhærere Deo bonum eſt: ponere in domino Deo ſpem meã. Habent homines bona ſua: alijs in neceſſitate bonum eſt conſiliũ ſuũ, alijs in proſperitate bonum eſt conſilium ſuum, alijs in proſperitate bonum eſt gaudium ſuum. Mihi autem unum eſt bonum, adhærere Deo, ponere in domino Deo ſpem meam. Si inundant flumina temptationum, bonum eſt mihi adhærere ne diſſoluar. Si flauerint uenti aduerſitatis, bonũ mihi eſt in illo anchorã ſpei figere, ne conquaſſer uel diſſiper. Illis autem nec in aduerſitate bonum eſt conſilium ſuum, quia non liberat: nec in proſperitate gaudium, quia non conſeruat. Ideo unus cõſilium improbauit, alter gaudium. Vſque quo ponam conſilia in anima mea. Et gaudio dixi quid fruſtra deciperis? Pſal. 12. Eccle. 2.

*De tribus malis, quibus homo affligitur, & quatuor bonis quibus conſolatur. Cap. LXI.*

D Pſal. 76. Aut cõtinebit in ira ſua miſericordias ſuas. Tria ſunt mala quibus homo affligitur: & quatuor bona quibus conſolatur. unum malũ eſt exterius ſub homine, alterum malum eſt exterius in homine, aliud eſt malum interius in homine. Malum exterius ſub homine eſt, cum in ijs quæ foris poſſidet, damna patitur. Malũ exterius in homine, cum caro eius infirmatur. Malum interius in homine, eſt uermis conſcientiæ. Tribus his malis quatuor bona opponũtur ut miſericordiam ira non contineat. Sed beneficia propitij, irati flagella tranſcendãt. Eſt namque bonum exterius ſub homine in tranquillitate rerum temporalium: & eſt bonum exterius in homine, ſecuritas conſcientiarum: & eſt bonum interius ſupra hominem, dulcedo cæleſtium gaudiorum. Plus ergo confert propitius quàm abſtulit iratus: quia peius peccãtes in noſtris percutimur: ſed poſtmodum ẽt in his quæ ſupra noſtra ſunt, conſolamur.

*De quadruplici pace quam diuerſis loquitur dominus. Cap. LXII.*

E Pſal. 84. *Pro Chirnatoribus de Pace.* Quoniam loquetur pacem in plæbem ſuam: & ſuper sãctos ſuos. Quatuor ſunt paces. duas dat mũdus: & duas dat Deus. Mundus dat pacem in trãquillitate rerum temporalium: & in ſanitate corporum. Deus dat pacem in trãquillitate mentis: & in gaudio contemplationis. Sed ea pax quæ eſt in tranquillitate mentis, in homine eſt: ea quæ eſt in gaudio cõtemplationis, ſupra hominem eſt. Illam Deus in plebem loquitur: quia eam imperfectioribus tribuit: hãc ſuper ſanctos, quia eam perfectioribus concedit.

*Miſericordia, & ueritas, qua diſceptatione ſibi mutuo obuiam uenerint, & iuſtitia, & pax ſe oſculatæ ſint. Cap. LXIII.*

F Eodem. Miſericordia & ueritas obuiauerunt ſibi iuſtitia & pax oſculatæ ſunt. Veritas de terra orta eſt, & iuſtitia de cælo proſpexit. Deus ſurſum erat & homo deorſum. Veritas erat in cælo cũ iudice Deo: & miſericordia in terra cum homine iudicando: ubi enim miſericordia eſſet, ſi cũ miſero non eſſet? Deſcenderat enim forte neſciente ueritate, quoniam illam ad hominem uenturã ſciebat: & de illius aduentu metuebat. Deſcendit ergo prius miſericordia: ne ſi ueritas præueniret acceſſum ad hominem, ipſa poſtea non inueniret. Accepto igitur tempore aſſumpta ueritate deſcendit

*Pulchra diſceptatio miſericordiæ, & ueritatis pro concionatoribus.*

dit Deus ut rationem poneret cum homine. Quod cum uidiſſet miſericordia: non ignara diuini conſilii, perrexit obuiam illi, Deum cupiens mitigare, & placatum adducere. Cernens autem ueritatem obſtinato uultu incedentem primum occurrit illi rogans ut gradum ſiſteret, nec nimis properaret, donec funderet orationem ſuam ad dominum. Ibi ergo miſericordia, & ueritas obuiauerunt ſibi. Tunc miſericordia clementi cauſatione querelam coram Deo depoſuit, dicens, ægre ſe ferre, quòd ad hoc negocium ſocia aduocata non fuerat: præſertim cum nunquam Deus ſine utraque hac comite iter aliquod facere con-

Pſal. 24 ſueuerit. Cum enim, inquit, ſcriptum ſit: uniuerſę uiæ domini, miſericordia, & ueritas: quomodo ſola ueritate contentus miſericordiam dominus meus non uocauit? præcipue cum non ſolum æqualem, ſed priorem etiam miſericordiam eſſe debere ſcriptura ubique commemoret? Neq; enim ſcriptum eſt: ueritas, & miſericordia, ſed miſericordia, & ueritas, uniuerſæ uię domini. Quare ergo, quæ prima eſſe debui, nunc poſtrema, & quod magis me grauat ad comitatum tuũ non uocata accedo? E contrario ueritas reſpondit. In hac uia miſericordiam comitem domini nec eſſe poſſe nec debere: tum quia conſilium uoluntati eius contrarium ordinatum ſit, & idcirco in eius opere præſens ipſa eſſe non poſſit: tum etiá quia cum ipſo egreſſa non ſit. Dixit etiam ipſam miſericordiam magis oportere rationem reddere, quare ipſa egredienti domino non affuerit: & abſentia eius magis eſſe læſum dominum, in tantũ ut una comite iter carpere compulſus ſit. Ad hæc miſericordia reſpondit: ſe nec mala intentione egreſſam, nec malo opere occupatam. Sed magis ſe honori, & utilitati domini ſui conſulere, quæ non perdere ſtudeat, & deſtruere, ſicut ipſa ueritas, ſed ſeruare. Illam eſſe notandam potius, & accuſandam, quæ famulos, & miniſtros domini tantum uelit imminui: ut cum omnes abierint, nullum patiatur per indulgentiam aliquam leuari, & reuocari. Veritas autem reſpondit non eſſe decens, bonum dominum, & iuſtum malos ſeruos, & iniuſtos habere. Miſericordia dixit tantũ dominum ſine miniſtris eſſe non debere. Veritas affirmauit, nequam homines merito debere damnari. Miſericordia reſpondit, eos ut boni fierent, ſpontanea etiam pietate debere reuocari. Veritas dixit: quod Deus malis omnino parcere non deberet. Miſericordia dixit. Si nemini parceret Deus, quòd nunquam bonos haberet. Veritas dixit ſe nolle nec poſſe tot ſcelera hominum tolerare. Miſericordia reſpondit: gratiam domini ad indulgendum ſuperabundare. Veritas dixit: Vnuſquiſque prout geſſit in corpore accipiat. Miſericordia dixit. Omnis homo magis conuertatur ad dominum, & uiuat. His ergo ita ſibi obuiantibus, & ad diuerſa uoluntatem Dei inclinare deſiderantibus: uidens Deus tam diuerſas ſententias ad effectum ſimul procedere

Pſal. 24. non poſſe, ait. Scriptum eſt. Miſericordiam, & ueritatem diligit Deus. Quas ergo diligit, uult ſibi ſemper præſto eſſe: & quia rurſus dicitur de Deo. In pace factus eſt locus eius, non po- Pſal. 73.

teſt illas diſcordes ſuſtinere. Concordia autem eſſe non poteſt ubi uoluntas tam diuerſa eſt. Veritas enim uult ut totum imputetur. Miſericordia uero ut totum condonetur: quæ ſimul fieri non poſſunt. Propterea ne ego, qui amator pacis ſum, compellar ueſtram ſocietatem relinquere: neceſſe eſt ut uos ſtudeatis utrinque ueſtras uoluntates ad unum conſenſum inclinare. Ad hæc ueritas reſpondit, ſe minus laudabilem ſi aliquid inultum relinquatur. Miſericordia dixit ſe minus amabilem ſi non totum gratuita pietate ſoluatur. Tunc Deus interrogauit utrum uellent ambę ſuas uoluntates in eius arbitrium ponere: & quod ipſe inde diſcerneret ſine contradictione annuere. Quod utraque in quantum fieri poſſet ſine diminutione nominis, & dignitatis ſuæ concedente: Deus dixit. Æquum ſibi uideri ut peccatum hominis, & ex parte propter ueritatem puniatur: & propter miſericordiam ex parte dimittatur. In hoc ergo ambabus conſentientibus: ueritas adiecit dicens, iuſtum eſſe ut ſicut prius miſericordia cum homine fuit, & ipſa in cælo permanſit: ita nunc ipſa in terra cum homine permaneat, & miſericordia cum Deo cælum conſcendat. Scriptum eſt enim. Miſericordia, Pſal. 88.

& ueritas pręcedent faciem tuam. Si ergo prius miſericordia præceſſit, & ueritas permanſit: iuſtum eſt ut nunc miſericordia maneat: & ueritas præcedat. Tum miſericordia rogans ueritatem memorem eſſe communis pacti: ſcilicet ne quicquam ultra conceſſum contra hominem moliatur, cum domino aſcendit. Veritas autem intrans cor hominis inuenit ibi omnia mala, & digna pœnis: & clamare cœpit de terra hominem accuſans. Miſericordia uero non deſiſtebat in cælo dominum orare pro homine poſtulans. Homo in terra per ueritatem ſtimulatus, peccaſſe ſe confitebatur: & Deus in cælo per miſericordiam flexus, confitenti miſerebatur. Homo confeſſionem ad ſalutem ore proprio faciebat: & miſericordia precibus ſuis dominum ad iuſtificationem hominis compellebat: ¶ Veritas de terra per confeſſionem G

hominis oriebatur: & iuſtitia de cælo proſpiciens per miſericordiam Dei ad terras mittebatur. Veritas dixit, prius puniendum, qui prius malum fecerat: Miſericordia dixit poſtea iuſtificandum, & ſaluandum qui, & malum confitendo benefecerat. Per ueritatem accuſabatur, & per miſericordiam propter ueritatem iuſtificabatur. Quia ueritas de terra orta eſt, & iuſtitia de cælo proſpexit. Quia ergò miſericordia cũ Deo pro homine erat: & iuſtitia, & ueritas a Deo cum homine erat iam inter Deum, & hominem pro iuſtitia pax erat, & aſcendit iuſtitia ab homine ad Deũ, pacem poſtulans: & deſcendit pax a Deo ad hominem iuſtitiam amplectens, & oſculans. Tunc ait iuſtitia ad pacem. Nunquid optimo ſatus eſt mala dimittere: niſi etiã ſtudeat bona cõſet

re: Laxauit peccata per indulgentiam: nunc conferat dona uirtutum per gratiam. Reſpondit pax & dixit. Dominus dabit benignitatem: & terra noſtra dabit fructum ſuum. Nunc autem interim iuſtitia ante eum ambulabit: & ponet in uia greſſus ſuos. Quod audiens iuſtitia præcurrens reuerſa eſt ad hominem, ut ab eo non diſcedat: donec dominus ponat in uia greſſus ſuos, & ueniat.

*De confeſſione duplici: & quòd dominus mitis eſt, & ſuauis. Cap. LXIIII.*

H Pſal. 91 BOnum eſt confiteri domino: & pſallere nomini tuo altiſſime. Duplex eſt confeſſio, altera criminis, altera laudis. Confeſſio criminis eſt conuerſio peccatoris: confeſſio laudis glorificatio creatoris. Confeſſio criminis eſt in deteſtatione mali: confeſſio laudis in exaltatione boni. Confeſſionem criminis parit timor: confeſſionem laudis parit amor. Propterea bonum eſt confiteri domino, quoniam mitis eſt: & pſallere nomini eius bonum, quoniam ſuauis. Exemplũ manſuetudinis eius fuit, quòd peccatores ad ſe uenientes non repulit. Exemplum ſuauitatis eius, quòd qui eum guſtauerunt, faſtidire non potuerunt. Exemplum manſuetudinis fuit, quòd infirmantibus compatiebatur. Exemplum ſuauitatis, quòd imperfectis conformabatur. Infirmantibus compatiebatur, confitentibus dans ueniam: & pœnitentibus non indicens pœnam. Imperfectis conformabatur ſpiritalia ſeminans, & metens carnalia. Seminans uerbum cibum mentis, & metens uictum cibum carnis. Venit ad illum peccatrix, & fudit lachrymas ad pedes eius per confeſſionem criminis: ipſe ut oſtenderet manſuetudinem ſuã & paruicordibus daret fiduciam appropinquandi, cito ueniam indulſit, pœnam nullam indixit.

Ioan. 8. Sed ait, uade, & amplius noli peccare. Dicitur, & Ioan. 12. in alio loco, quòd habebat Ieſus loculos: & ea quæ 1. Cor. 9. dabantur, ſuſcipiebat: cõformans ſe imperfectis, Ibidem. ut qui euangelium prædicant, de euãgelio uiuãt. Paulus autem noluit ſumptus accipere de euangelio: ſed gratis factus eſt miniſter uerbi. Et inueni- I tur Paulus magis aliquid feciſſe, quam Chriſtus. Chriſtus autem in numero imperfectorum inueniri uoluit, ne præſumerent non accipientes, & confunderentur accipientes: & exiſtimaretur nõ eſſe chriſtianus, faciens quod uoluit facere Chriſtus. Propterea cum fiducia accedamus ad mitem: & non derelinquamus ſuauem.

*De ſpirituali cithara. Cap. LXV.*

K Eodem. CVm cantico in cithara. In cithara duo ligna ſunt, unum inferius, alterum ſuperius. Inferius lignum cauum eſt, ſuperius ſolidum eſt. Inter utraque ligna tenduntur chordæ clauis: quibuſdam deorſum tendentibus, quibuſdam ſurſum trahentibus. Superiores clauos plectrum torquet: ad inferiores autem clauos chordæ digitis percuſſæ reſonant. Duo ligna duæ ſunt cruces: inferius lignum crux carnis, ſuperius lignum crux mentis. Crux carnis eſt afflictio in corpore. Crux mentis eſt compaſſio in corde. Inferius lignum ſolidum non eſt, quia omne quod in carne dolet, ſi conſcientiæ bonæ gaudium tollitur, foris ſpeciem doloris habet: intus ueritatem non habet. Superius lignum ſolidũ eſt, quia dolor mentis ad intima penetrans, monſtrari poteſt, fingi non poteſt. Chorda eſt corpus, quod tẽditur, & maceratur inter pœnam carnis, & dolorem cordis. Inferior clauus eſt timor, ſuperior eſt amor: quia timore caro configitur, amore animus uulneratur. Illa, ne ad mala moueatur: iſte ut ad bona ſenſificetur. Plectrum eſt gratia, quæ affectum cordis apprehendens ad ſe trahit, & ad ſuperiora ire facit. Chorda ſiccatur, & tenditur ut ſonitum reddat: & caro hominis prius a malo mundatur, poſtea in bono excitatur, ibi ſiccata, hic tenſa. Siccata per abſtinentiam: tenſa per patientiam. Inferiores claui rotundi ſunt, ſuperiores ſolidi: quia timor circunſpectus eſſe debet: amor perfectus.

*Conformitas Citharæ, & crucis pulchra.* L M

*De fide, operatione, & retributione bonorum. Cap. LXVI.*

EXortum eſt in tenebris lumen rectis N corde: miſericors, & miſerator, & Pſal. 111 iuſtus dominus. Hæc eſt fides. Iocũdus homo qui miſeretur, & cõmodat, diſponet ſermones ſuos in iudicio: quia in æternum non commouebitur: hæc eſt operatio. In memoria æterna erit iuſtus, ab auditione mala non timebit. Hæc eſt retributio.

*De duabus ſcholis uirtutis, & ueritatis: & duplici genere diſcentium: & quod omnes cupiant eſſe beati, & pauci ſtudeant eſſe immaculati. Cap. LXVII.*

BEati immaculati in uia: qui ambulãt O in lege domini. Beati qui ſcrutantur Pſal. 118 teſtimonia eius: in toto corde exquirunt eum. Duæ ſunt ſcholæ, & duo ſunt genera diſcentium. Alij uirtutem quærunt, alij ueritatem. Qui tamen alterum in ueritate appetunt, neutrum contemnunt: quia nec uirtus odibilis eſt amatoribus ueritatis, nec ueritas contemptibilis amatoribus uirtutis. Sunt autem qui ueritatem quærere uidentur, qui tamen quia non in ueritate, & pro ueritate, ſed pro uanitate eã quærunt: ueritatem ſine uirtute habere uolunt. Sed, & ueritas nõ eſt ſine uirtute, nec uirtus niſi in ueritate. Alij dicũt boni eſſe uolumus, ſed ſapiẽtes eſſe nolumus: & hi nõ iuſtificãtur, quia uirtus ſapiẽtia dicitur. Sicut quidam dicũt,

ſapien-

ſapientes eſſe uolumus, ſed boni eſſe nolumus, nõ erudiuntur: quia ſapientia per uirtutem confirmatur. Schola uirtutis eſt. Beati immaculati in uia,
P
qui ambulant in lege domini. Schola ſapientiæ. Beati qui ſcrutantur teſtimonia eius: in toto corde exquirunt eum. Sic & in Pſalmo primo. Beatus uir qui non abijt in conſilio impiorum: & in uia peccarorum non ſtetit, & in cathedra peſtilentiæ non ſedit. Hæc eſt ſchola uirtutis: Sed in lege domini uoluntas eius: & in lege eius meditabitur die ac nocte. Hęc eſt ſchola ſapientiæ. Vtrobique tamen ſtudium uirtutis præmittitur: quia multi ſcire uolunt, pauci facere: ut prius per ſtudiũ boni operis mundetur conſcientia, poſtea autem corde mundo quæratur ſapientia. Primum diſce quod facias, poſtea quære quod ſcias. Ideo prius beati immaculati: poſtea beati qui ſcrutantur. Beati immaculati. Omnes libenter audiunt beati: ſed non omnes libenter audiunt immaculati. Tu autem ſi uis eſſe beatus, eſto immmaculatus. Quis eſt immaculatus? Nunquam pollutus uel ablutus: ſanctus immaculatus, & ſanctificatus immaculatus. Primo qui non eſt auerſus. Secundo qui eſt reuerſus. Ille quia non eſt præuaricatus: iſte quia eſt reconciliatus.

*De nominibus præceptorum Dei, contentis pſal. cxviij. & de cauſis eorundem.*
*Cap. LXVIII.*

Q
Eodem.
*Quàm eleganter diſcurrit de Nominibus Pręceptorũ Dei.*

PRęcepta Dei multis nominibus ſignificantur. Via, lex, teſtimonia, mandata, iuſtificationes, iudicia, ſermones, eloquia, mirabilia, æquitas, uerba, ueritas, iuſtitia. Via dicuntur, quia ea faciendo peruenimus ad uitam. (Via.) Lex dicuntur, quia obſeruationum ritu propoſito ligant. (Lex.) Teſtimonia dicuntur, quia euidenter ammonent pœnis uel promiſſis uel præmijs uel donis conteſtantia. (Teſtim.) Mandata dicuntur, quia facienda indicunt. (Mãdata.) Iuſtificationes dicuntur, quia impleta a reatu liberant. (Iuſtific.) Iudicia dicuntur, quia unicuique pro merito debitam retributionem pronunciant. (Iudicia.) Sermones dicuntur, quia narrando inſtruunt. (Sermo.) Eloquia dicuntur, quia aperte ſignificant. (Eloquia.) Mirabilia dicuntur, quia inſolita præcipiunt & incognita promittunt. (Mirabil.) Æquitas dicuntur, quia ſecundum iuſtitiam facta ſunt. (Æquitas.) Verba dicuntur, quia ſignificationes Dei ſunt ad homines. (Verba.) Veritas dicuntur, quia ita eſt ut dicunt. (Veritas.) Iuſtitia dicuntur, quia nihil inordinatum continent. (Iuſtitia.)

*De tribus vijs. Cap. LXIX.*

R
Eodem.
*Pulchra & Vÿs Dei. Hominis, & Diaboli*

VTinam dirigantur uiæ meę &c. Tres ſunt uiæ. Via Dei, uia hominis, uia diaboli. Via Dei eſt ueritas, uia hominis eſt neceſſitas, uia diaboli iniquitas. Via Dei & diaboli nũquam flecti poſſunt, ut ad aliud tendant: quia nec uia Dei mala, nec uia diaboli bona aliquando eſſe poteſt. Via hominis mutabilis eſt, & ad diuerſa inflectitur: hoc eſt uel ad uiam Dei uel ad uiam diaboli. Si enim neceſſitas intorquetur ad cupiditatem, & cupiditas ad iniquitatem: uia hominis flectitur ad uiam Diaboli. Si autem dirigitur ad menſuram, & menſura ad iuſtitiam: uia hominis directa eſt ad uiam Dei. Propterea ait. Vtinam dirigantur uiæ meæ &c.

*Qui ſint in lege domini ambulantes, qui ſtantes, & qui ab ea declinantes.*
*Cap. LXX.*

S
Eodem.

BEati qui ambulant in lege domini &c. Alij ſunt in lege ambulantes: alij ſunt in lege ſtantes: alij a lege declinantes. In lege ambulant, qui in bono proficiunt. In lege ſtant, qui a bono non recedunt. A lege declinant, qui non facienda pręſumunt.

*De directione cordis humani.*
*Cap. LXXI.*

T
Eodem.

COnfitebor tibi in directione cordis. Cor hominis dirigitur, quando humana uoluntas diuinæ uoluntati conformatur: id eſt, ut homo id quod Deus odit, odiat: & quod diligit, diligat. Ad hoc autem per legem Dei inſtruimur, in qua nobis uoluntas Dei demonſtratur: quæ uidelicet uoluntas noſtræ uoluntatis regula eſt. Ideo prius uię hominis, id eſt opera ad cuſtodiendas iuſtificationes Dei diriguntur: poſtea homo Deo in directione cordis confitetur. Quis eſt qui Deo confitetur? Cui placet quod facit Deus, hic Deo confitetur. Ille autem eſt cuius uoluntas, & cor directum eſt, ut a uoluntate Dei non diſcrepet: uel approbando uel improbando, uel odiendo, uel amando, nec infra ſubſiſtens, nec ultra tranſgrediens.

*Qui Deum ex toto corde exquirant & quid ſit Deum exquirere & quomodo ſit exquirendus. Et quomodo quis repellatur a mandatis Dei. Cap. LXXII.*

V
Eodem.

IN toto corde meo exquiſiui te: ne repellas me a mandatis tuis. Pagani & infideles Deum non exquirunt, qui diuinum honorem creaturæ tribuunt. Similiter falſi fideles: qui aliud plus quàm Deum diligunt, Deum non exquirunt. Deum exquirere, eſt extra omnia quærere: fide ut aliud eſſe credatur: dilectione, ut plus diligatur. Toto corde exquirit, q̃ hunc ſolum inuenire concupiſcit. ¶ Ne repellas me a mandatis tuis. Sæpe homo accedens ad Deũ a ſeipſo

*Pulchre diſcurrit quõ homo acceſſens ad De , multiplex repellatur.*

a ſeipſo repellitur. Sæpe a mũdo: Sæpe a diabolo, aliquando a Deo. A ſeipſo repellitur, uel per uoluntatem propriam, uel per carnis concupiſcentiam. Per uolũtatatem propriam repellitur: quia in hoc aliquando graue fit illi quod Deus uult: quia cum eo quod Deus uult propria uoluntatẽ aliud uult, quod ſimul fieri oon poteſt cum eo qđ Deus uult. Per carnis concupiſceotiam repellitur: quia dum aliud caro appetiuit, uoluntas ſpiritus non ſine difficultate ad effectum procedit. A mundo repellitur: dum uel aduerſis premitur, uel proſperis irretitur. A diabolo repellitur, quando ſuggestionum illius importunitate ſine ceſſatione uexatur. A Deo repellitur: quando ad illius maieſtatem contemplandam aſſurgens, incomprehenſibilis lucis radijs reuerberatur. Quæ tamen repulſio ira nõ eſt, ſed exercitatio: quoniam idcirco homo ad tempus a ſummis repellitur, ut per humilitatem melius in minimis exerceatur. Vnde dictũ eſt. Ne declines in ira a ſeruo tuo: hoc eſt ſi declinas, declina ut redeas. Memẽto ergo ſcalæ Iacob.

X Aſcendunt angeli & deſcendunt. Quidam aſcendere ſciuot: deſcendere neſciũt. Aliud eſt enim deſcendere, aliud præcipitar. Non eſt hominis ſemper ſurſum ire. Si aſcẽdere noſti per deuotionem mentis: ſcias & deſcendere per exercitium boni operis. Si neſcis deſcendere, neſcis conſcendere, & incipies tandẽ poſt indiſcretam & immoderatam uehementiam aſceodendi, cadere. Cum deſcẽdis: uidetur elongare Deus qui ſurſum eſt. Sed ſcriptũ eſt. Excelſus dominus & humilia reſpicit. Melius ergo tibi eſt, ut humilis ſis & uidearis: quàm ſublimis & ignoteris. Aues uolando laſſeſcunt, & deſcendunt ſuper terram ut requieſcant. Sed aliæ loca mũda diligunt, aliæ lutoſa & polluta exquirũt. Si ergo deſcendis: munda ſit requies tua. Quid eſt contemplatio niſi cælum? Quid operatio niſi terra? In contemplatione uolas. In operatione ſedes. Sed elige loca munda: opera bona, uita, & fuge lutoſa ubi coinquinatio eſt contingeotis. Hæc ſunt opera immunditiæ inquinantia appropinquantem. Nunc ergo repelleris, cum repararis; quia ſi bene reſides, ualidior conſurges.

*Pulchra & aſcenſu, & deſcenſu hominis*

Pſal. 137

## *Abſcondenda quomodo ſint eloquia domini. Cap. LXXIII.*

Y Eodem.

IN corde mẽo abſcondi eloquia tua ut non peccem tibi. In corde eloquium Dei abſcondit, qui illud per dilectionem ſuſcipit, per memoriã retinet, per humilitatem tegit. Si nunquàm tegeretur, non foueretur. Si nunquàm manifeſtaretur, non multiplicaretur. Cor nidus eſt, uerbum ouum, opus pullus. Foue & nutri. Nõ uiuificatur, niſi nutriatur. Peccas ſi nõ recipis: peccas ſi receptũ reijcis. peccas ſi retẽtum ante tẽpus exponis, Primo duritia, ſecundo negligentia, tertio ſuperbia. Ideo abſcoode, ne pecces.

## *Quòd iuſtificationes fiant propter opera. Cap. LXXIIII.*

Z Eodem.

BEnedictus es domine doce me iuſtificationes tuas. Non auditores legis iuſti ſunt apud Deum, ſed factores, Igitur per bonum opus iuſtificat Deus. Iuſtificationes Dei nouit qui intelligit iuſtum eſſe, ut qui mala cum delectatione perpetrauit, bonum ſine dolore & labore facere non poſſit: nec murmurat in pœna qui humiliatur pro culpa.

## *Loquendi quæ ſint impedimenta: & quę iudicia cordis & oris. Item de quatuor quibus iudicia fiunt. Cap. LXXV.*

A Eodem.

IN labijs meis pronunciaui omnia iudicia oris tui. Bonus ordo. Primũ humilitas ſilentij, deinde ſtudium boni operis. poſtremo fiducia pronunciandi uerbi. In corde meo, ſilẽtium. Doce me iuſtificationes, opus. In labijs meis pronunciaui, uerbum. Duo ſunt quæ homini labia tollunt ut loqui non poſſit. Ignorantia, quando neſcit: & conſcientia mala, quando erubeſcit. propterea contra ignorantiam, in corde meo abſcondi eloquia tua: contra conſcientiam malam, doce me iuſtificationes tuas. Pronunciaui, fiduciam loquendi ſignificat. Omnia iudicia oris tui. Nihil abſcoodi, hoc eſt totum dixi. Quæ dixiſti mihi ego pronunciaui. Nihil de tuo abſcondi. Nihil ex meo adieci: ne uel falſitatem prędicarem uel ueritatem negarem. Iudicia cordis quæ ſunt abſcoodita. Indicia oris quæ ſunt manifeſta. Iudicia oris quæ ꝓpoſuiſti. Iudicia cordis, quæ abſcondiſti. Iudicia cordis ubi ſnĩa eſt dictata. Iudicia oris ubi ſnĩa eſt ꝓlata.

B Quæ ergo manifeſta ſunt, pronũciantur: quæ abſcondita ſunt, ſciri non poſſunt. Iſta tacere, torpor eſſet: in illis præſumere, elatio eſſet.

C ¶ Quatuor autem ſunt quibus iudicia fiunt. Aliquando reddit Deus malum pro malo ad bonum: ut Saulo pœnam pro culpa ad correctionẽ. Aliquando bona pro bono ad malum: ut diuiti abundantiam booorum pro iuſtitia, ad retributionem. Aliquando malum pro malo ad malum: ut Herodi & Antiocho & Iudæ pœnam pro culpa, ad damnationem. Aliquando bonum pro bono ad bonum: ut Abrahæ & Iob abundantiam pro iuſtitia, ad ſaluationem.

*Duo impediunt loquelam hominis, ignorantia, & et mala conſcientia.*

*Pulchra diſtinctio & quatuor Dei Iudicijs.*

## *Quis in mandatis Dei exerceatur. Cap. LXXVI.*

D Eodem.

IN mandatis tuis exercebor. Exercetur qui præſenti ſtudio ad meliora & futura bona eruditur. In mandatis ergo Dei exercetur, qui ſic ſẽper bona quã agit, cõſiderat, ut

per

per ea ſe ad bona agenda quæ nec dum cœpit
præparari credat : ut ſe non quaſi conſum-
matum exiſtimet, ſed ſemper quaſi incipientem
attendat.

*De multiplici uia Dei, & qui eam conſiderent.*
*Cap. LXXVII.*

E Eodem. COnſiderabo uias tuas. Via Dei eſt, per
quam ad nos nenit interna aſpira-
tio. Via Dei eſt per quam ad illum
imus. bona operatio. Vias ergo Dei
conſiderat qui ſtudio boni operis
exercendi inuigilat. Vias etiam Dei cõſiderat qui
aduentum eius internum ad ſe diligenter obſer-
uat: quando ueniat, & ad quales ueniat ut agno-
ſcat tempus uiſitationis ſuæ.

*Quomodo dulcia dicat eloquia domini faucibus*
*ſuis: utrum ea manducando: & ſi ſic, ci-*
*bus ſunt: qualis ergo cibus?*
*Cap. LXXVIII.*

QVã dulcia faucibus meis eloquia tua
ſuper meliori meo. Nunquid putas
F Eodem. frater, iſte manducate conſueuerat
uerba Dei, ut diceret. Quàm dulcia
faucibus meis eloquia tua? Et quis
eſt, qui uerba maducaret? Si ergo manducantur
uerba Dei: utique cibus ſunt. Et qualis cibus? Nõ
puto uentris, ſed mentis: in uno illo ieiuniũ uen
tris, & cibus mentis: Non (inquit ſcriptura) in ſolo
pane uiuit homo, ſed in omni uerbo, quod proce-
dit ab ore Dei. Et tamen aliqua ſimilitudo eſt in
ter cibum uentris & cibum mentis: quia &
ideo uerba Dei cibus dicta ſunt, quoniam ſi-
G cut cibus corporalis carnem reficit, ita ſapien-
tia mentem paſcit. Cibus corporalis tria habet
*Quàm pul chre diſſeruerit de Cibo corporis, et mẽtis pro Cõcionatoribus.* in ſe, ſaporem, nutrimentum, maſſam. Sapor dele-
ctat, nutrimentum ſuſtentat, maſſa onerat. Sapor
ad palatum pertinet: nutrimentum ad naturam:
maſſa ad miſeriam. Gula percipit ſaporem. Stoma
chus nutrimentum & maſſam. Alterum ad refe-
ctionẽ, alterum ad grauamen. Nutrimentum ut il
lud in corpus traijciat: maſſam ut illam eijciat. Sa
H por quodã modo ſpiritualis eſt, & ideo ſolummo
do delectat, nõ grauat. Inde eſt quòd fames in fau
cibus ſatiari nunquam poteſt, quia ibi nec ap-
petitus menſuram habet, nec delectatio finem. In
ſtomacho autem fames ſatietatẽ recipit: quia ibi
appetitus edendi certam menſuram habet & de-
lectatio finem. Nam quia ille nutrimentum quod
ſuſtentat, non percipit ſine maſſa quæ grauat: ne
id quod prodeſt, ultra modum appetere incipiat,
ipſa quam ſimul percipit maſſa illum onerando
refrenat. Nam cum eum prægrauare, & quodam-
modo ſuffocare incipit pondus ipſum quod inui
I tus tolerat, uolũtarie iã appetere deſinit nutrimẽ-
tum quod reficiebat. Ergo frater cum manducas,
noli interrogare fauces tuas an ſatis eſt: quia ſi iu
dicium illarum ſequeris, priuſquam eas delecta-
tione repleas, ſtomachum tuum onere ſuffocabis:
uentrẽ potius de menſura edendi cõſule: & priuſ-
quàm ille tibi dolere incipiat, fauces auiditate cõ- K
peſce. Hoc tamen de cibo corporali intellige
dictum. Nam de refectione ſpiritualis cibi fau-
ces potius quam uenter ſunt conſulendæ. Fauces
dico non carnales, ſed ſpirituales: & uentrem di-
co, non uentrem carnalem, ſed ſpiritualem. Nam
ſicut cibum ſpiritualem nouimus: ita fauces &
uentrem ſpiritualiter intelligere debemus. Ha-
bet quippe ſpiritualis cibus. i. uerbum Dei ſimili-
ter ſaporem ſuum qui fauces ſpirituales delectat.
Nutrimentum ſuum, quod ſubſtantiam ſpiritua-
lem paſcit & uegetat. Habet etiam maſſam ſuam
quæ infirmitatem quodammodo premit & gra- L
uat. Fauces ſpirituales dicimus palatum cordis.
Sapor uerbi Dei eſt guſtus internæ dulcedinis.
Anima autem, ipſa eſt ſubſtantia ſpiritualis. Nu-
trimentum uerbi Dei eſt exercitium uirtutis.
Maſſa uero pondus laboris. Quia igitur ſapor ille
internæ dulcedinis ſine faſtidio ſumitur, quaſi de
quodam ſpiritualis cibi guſtu fauces cordis dele
ctationem percipiunt: ſed ſaturari non poſſunt.
Quia uero exercitium uirtutis, quo anima paſci-
tur, non ſumitur ſine pondere laboris, quo caro
grauatur: quaſi quidam ſenſualitatis noſtræ ſtoma
chus dũ cibũ boni operis exercendo percipit, ne
uirtutem qua reficitur ultra modum appetat,
ipſe eum quo premitur labor operis caſtigat. Iam M
(ut exiſtimo) ſatis intelligis quid ſibi uult q̃d iſte
dicebat. Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua
ſuper mel ori meo. Nõ. n. ait dulcia uẽtri meo, ſed
faucibus meis. Non ſtomacho meo, ſed ori meo.
Ac ſi diceret: per uerbum quidem tuum domine
uenter carnalitatis præmitur, ſed palatum cordis
intus ſapore dulcedinis delectatur: quia & ſi foris
infirmitatem grauat labor operis: intus tñ deſide N
rium paſcit dulcedo & guſtus ſuauitatis. Hinc eſt
quod dilectus ille & carus Ioannes qui uerbũ Dei
tam frequenter & tam libenter edere conſueue- Apo. 10.
rat, de ſe perhibet, dicens. Accepi librum de ma-
nu angeli & deuoraui eum: & erat in ore meo tan
quàm mel dulce: & cum deuoraſſem eum amari
catus eſt uenter meus. Sic & tu frater deuora li-
brum uitæ, comede uerbum Dei: nec ſolum come
de, ſed auide comede: & noli propterea dulce-
dinem ſaporis eius deſerere, ſi aliquid amaritudi
nis ſentis in uentre.

*Quomodo Chriſtus ſit nobis lucerna.*
*Cap. LXXIX.*

LVcerna pedibus meis uerbum. Lucer O Eodem.
na lumen in teſta: lumen in uaſe,
diuinitas in humanitate. Vas hu-
manitas: lumen diuinitas. Vita uia;
tenebræ ignorantia. Præceſſit: Chri
ſtus ferens lucernam: ſequitur Chriſtianus te-
nens exempli ſemitam. Propoſuit humani-
tatem lucentem: ex diuinitate extulit lucer-
nam: ut uideamus fide, ambulemus operatio-
ne, dirigamur imitatione: præcedentem unum
multi ſequentes.

*Oculi bonorum quomodo ſint ad dominum &c.*
*Cap. LXXX.*

P Pſal. 122 SIcut oculi ſeruorum in manibus dominorum ſuorum. Vbi baculus, ibi oculus. Seruus enim eſt, qui timet flagellum. Oculus filii ad faciem, Oculus ſerui ad manum. Ita oculi noſtri ad dominum Deum noſtrum, donec miſereatur noſtri.

*Bonum, & iocundum ſimul quod ſit.*
*Cap. LXXXI.*

Q Pſal. 132 ECce, quàm bonum, & quàm iocundum: habitare fratres in unum. In hoc mundo, quædam bona ſunt, ſed iocunda non ſunt: & iterum quædam iocũda ſunt, ſed bona nõ ſunt. bonum, & iocundum eſt habitare fratres in unũ, hoc eſt caritas. In uno animo, non in uno loco. Nam loco unum eſſe, & animo non eſſe, pœna eſt.
R Animo non loco bonitas: loco, & animo felicitas. Prima unitas eſt, ut membra capiti cohæreât. Secunda ut ab ſe inuicem non recedant. Ex prima uiuunt: ex ſecunda unum ſunt.

*Quare dominus iudicium ſuum in finem ſeruauit. Cap. LXXXII.*

S In cantico Annę 1. Reg. 2. DOminus iudicabit fines terræ. Dominus iudicium ſuum in finem ſeruauit, ut compleatur iuſtitia. Non eſt in iudicio hominis iuſtitia conſummata: & idcirco iudicium hominis præcedit ut probetur homo, deinde ſubſequitur
V iudicium Dei, ut remuneretur. Si totum iudicaret homo, non haberet iudicium Deus.

---

## *M. HVGONIS DE SANcto Victore Canonici Regularis Lateranenſis in Salomonis Eccleſiaſten, Homiliæ. XIX. Quarum hæc ſunt argumenta.*

*In Homilias XIX. in Eccleſiaſten: de uaria ſacrę ſcripturæ expoſitione, & de Salomonis intentione, Prę fatio.*
*De titulo operis, Salomonis nominibus, & libris, & de principij huius libri, de uanitatum explanatione.* Homilia. I.
*De probatione uanitatis omnium ſub ſole: per elementorum corruptionem, per rerum generationem, & earum, quę fuerunt obliuionem.* Homilia. II.
*Quomodo Eccleſiaſtes probet per ſua opera omnia hominum opera eſſe uana, cum prædictorum epilogo.* Hom. III.
*De triplici rerum uanitate, & hominum occupatione peſſima.* Hom. IIII.
*De uerborum eccleſiaſtæ literali, & morali expoſitione.* Hom. V.
*Quid ſit diſtendi in occupatione peſſima.* Hom. VI.
*Quòd peruerſi difficile corrigantur, &c.* Hom. VII
*Quòd homo a ueritate aufugit: ut Adam in paradiſo fugit, & abſcondit ſe.* Hom. VIII.
*De diuerſis Eccleſiaſtæ uanis conatibus.* Hom. IX.
*De reliquis uſq; in eum locum: ſtultus in tenebris ambulat.* Hom. X.
*Quomodo ſapientia attigit a fine uſq; ad finem fortiter &c.* Hom. XI.
*In illud ſecundum aliam tranſlationem oculi ſtultorum in finibus terræ: ubi noſtra habet. Stultus in tenebris ambulat, & in reliqua capituli ſecundi.* Hom. XII.
*Quomodo omnia tempus ſuum habeant.* Ho. XIII.
*Reliquorum, quę tempus ſuum habent declaratio, & dictorum repetitio.* Hom. XIIII.
*De tempore, & tempori ſubiectis: per aliam interpretationem.* Hom. XV.
*De ſpirituali intelligentia eorum, quæ de tempore dicta ſunt.* Hom. XVI.
*De animorum confuſione ex temporum tranſitu.* Hom. XVII.
*De peruerſis hominum moribus: & quid ex eis cenſuerit Eccleſiaſtes.* Ho. XVIII.
*De innocentium oppreſſione, & derelictione: & uano ac ſtulto impiorum de hac uita iudicio.* Homilia. XIX.

*In Homilias XIX. in Eccleſiaſten de uaria ſacræ ſcripturæ expoſitione: & de Salomonis intentione, Præfatio.*

QVę de libro Salomonis, qui eccleſiaſtes dicitur, nup uobis coram diſerui: breuiter nunc perſtringens (quia, quædam ibi digna memoria uidebantur) ſtilo ſignaui. ¶ Omnis ſcri- A
ptura ſecundum propriã interpretationem expoſita, & clarius eluceſcit, &
ad intelligendam ſe faciliorem legentibus pandit H
acceſſum. Multi uirtutem ſcripturarum non intelligentes, expoſitionibus peregrinis decorem ac pulchritudinem earum obnubilant: & cũ occulta reſerare debuerint, etiam manifeſta obſcu-
rant. Mihi uero ſimili culpæ ſubiacere uidentur, B
uel qui in ſacra ſcriptura myſticam intelligentiã, & allegoriarum profunditatem, uel inquirendã pertinaciter negant, ubi eſt: uel apponendam ſuperſtitioſe contendunt, ubi non eſt. Quapropter in hoc opere non multum ego laborandum exi-
ſtimo tropologiis, ſiue myſticis allegoriarum ſen- Intentio
ſibus per totam duntaxat narrationis eius ſeriem Salomo
perquirendis: præcipue cum ipſe auctor hic non nis.
tàm moribus inſtruendis, uel myſteriis enarrandis intendat, quàm ut cor humanum ad rerum mundanarum contemptum manifeſta rationum ueritate

ueritate atq; exhortatione euidenti commoueat. Neque hoc tamen nego, multa huic narrationi myſtica inſerta, quæ propriam explanationem re quirant: præcipue in conſequentibus, ſicut ſemper in procurſu narrationis ſecundum contemplationis incrementum magis ac magis ſpiritualia attingit, & a uiſibilibus ſuſtollitur. Sed aliud eſt, quo tota ſcribentis intentio totaq; narrationis ſeries ducitur attendere: atque aliud quædam ex accidenti myſtice dicta, & ſpiritualiter intelligendam non negligenter prætereunda potare. Nunc itaq; narrationis ſuperficiem, quę tanta eloquii ac ſententiarum uenuſtate pollet explanandam ſuſcipimus: ut ea, quę ſcripta nunc legitis (hac qualicunq; lucubratiuncula, iter ad intelligentiã præbente) amodo non ſolum uobis ſcripta, ſed a uobis intellecta gaudeatis.

*Finis Præfationis.*

---

## *DE TITVLO OPERIS, SAlomonis nominibus, & libris, & principii huius operis de uanitate uanitatum explanatione. Homilia Prima.*

Eccl. 1. VErba eccleſiaſtę filij Dauid, regis Hieruſalem.

G ¶ Titulus libri eſt iſte: in quo breuiter, & qualitas exprimitur ſequẽtis operis, & pariter perſona cõmendatur authoris. Nam in eo, quod dictum eſt, uerba: multiplex diſputatio ſignatur, & ad diuerſas deducta ſententias. Quia enim in hoc libro multorum mores, ſtudia, & opera deſcribuntur: propterea neceſſe eſt loquentem multorum uoces aſſumere: multorum opiniones in ſuo ſermone exprimere, ut ualeat multorum perſonas (cũ ipſe tamen non niſi unus ſit, qui loquitur) in ſua perſona præſentare. Nam circa finem libri multis locutum ſe, & in ſe multos fuiſſe teſtatur, dicens. Finem loquendi omnes pariter audiamus. Deum time, & mandata eius obſerua: hoc eſt omnis homo. Hoc eſt etiam cur ſe in hoc opere

Eccleſiaſtes. eccleſiaſten nominari uoluit: quia uidelicet ſermo eius hic non ad unum aliqoem ſpecialiter; ſed ad totam eccleſiam, ideſt concionem, ſiue multitudinem populi dirigitur, & multorum moribus exprimẽdis ſimul, & informãdis, eius in hoc

D libro oratio famulatur. Tribus ſane uocabulis Sa

Noia Salomonis tria. lomonem appellatum legimus Idida, quod interpretatur dilectus: & Coeleth, quod græce eccleſiaſtes, latinę concionator dicitur, & Salomon, quod ſonat pacificum. Porro eccleſiaſtes, uel concionator dici poteſt, qui eccleſiam, ſiue concionẽ, ideſt multitudinem populi inſtruit: ſicut ipſe in

E hoc libro feciſſe manifeſte monſtratur. Dilectum

Libri. autem a domino Salomonem, & pace magna in regno ſuo perfruitum uſque ad nouiſſima tempora uitæ ſuæ, quando pactum, & legem domini p̃uaricatus eſt: manifeſte regnum pandit hiſtoria. Itaque ſecundum tria uocabula tria compoſuit uolumina. Primum cui titulus parabolæ, ſiue prouerbia Salomonis. Secundum, quod nunc in manibus habemus, quod eccleſiaſtes dicitur. Tertiũ, quod Canticum canticorum appellatur. In primo quaſi ex paterno affectu dilectum filium alloquitur, eumque crebra ammonitione ad uitia declinanda, & ad conſectãdas uirtutes exhortatur. In ſecundo prouectum, & maturę ætatis uirum admonet, ne quicquam in mundi rebus putet eſſe perpetuum. Ad extremum oero iam conſummatum, & calcato ſeculo expeditum in Canticis canticorum ſponſi iungit amplexibus. Haud longe ſane ab hoc genere tractationis etiam gentiliũ philoſophi auditores ſuos informare conſueuerant: Primum, Ethicam: Deinde phyſicam: Poſtremo, theologiam proponentes inſtruendis.

¶ His ad aperiendam dicendorum intelligentiam F præmiſſis: nunc ad ipſam libri ſeriem accedamus.

Materia Salomonis in hoc opere, ſunt omnia ua- Materia nitati ſubiecta, ideſt caduca, & tranſitoria. Intẽ- Intẽtio. tio eſt mundi cõtemptum perſuadere. Modus tra Mo. tra. ctandi eſt talis. Oſtendit ſecundum triplicem uanitatem, omnia eſſe uanitati ſubiecta, ideſt caduca, & tranſitoria, uidelicet, & quæ propter homines facta ſunt, & quæ ab hominibus facta ſunt, & quæ in hominibus facta ſunt. In his, quæ pro- G pter homines facta ſunt: uanitas eſt mutabilita- *De uanitate Pulchra* tis. In his, quæ ab hominibus facta ſunt: uanitas eſt curioſitatis. In his, quæ in hominibus facta ſunt: uanitas mortalitatis, & omnia uanitas. Et de his quidem latius poſtmodum diſſeremus: ſi prius quæ dicenda ſunt, tractauerimus, de ipſo contẽplationis genere. In quo mens ſpeculantis ſubleuata, tam noua, & tam miranda de humani ſtatus conditione, uel uidere potuit, uel enarrare. Videamus enim quid ait.

Vanitas uanitatum, dixit Eccleſiaſtes &c.

¶ Vbi aotem putatis mens erat huius hominis cũ H hæc diceret: Homo erat, ſed ſupra hominem erat. Quia niſi hominem excederet, omnem hominẽ mendacem eſſe non uideret. Propterea de conſideratione huius: conſideratio prius nobis habẽda eſt: & diſtinguenda ſunt genera ſpeculationũ ſpiritualium. Tres ſunt animę rationalis uiſiones, cogitatio, meditatio, contemplatio. Cogitatio *Eleganter diſcurrit de Cogitatione, Meditatione, et Cõtemplatione.* eſt, cum mens notione rerum tranſitoriæ tangitur: cum ipſa res, ſua imagine animo ſubito præſentatur: uel per ſenſum ingrediens, uel a memoria exurgens. Meditatio eſt aſſidua, & ſagax retractatio cogitationis, aliquid, uel inuolutum explicare nitens: uel ſcrutans penetrare occultum. Cõtemplatio eſt perſpicax, & liber animi contuitus in res perſpiciendas uſquequaque diffuſus. Inter meditationem, & contemplationem hoc intereſſe uidetur. Quòd meditatio ſemper eſt de rebus ab intelligentia noſtra occultis. Contemplatio uero de rebus, uel ſecundum ſuam naturam, uel

ſecundum capacitatem noſtram manifeſtis. Et
quod meditatio ſemper circa unum aliquid rimá
dum occupatur;Contemplatio ad multa,uel etiá
ad uniuerſa comprehendenda diffunditur. Medi-
ratio itaq; eſt quædam uis mentis curioſa,& ſagax
nitens obſcura inueſtigare,& perplexa euoluere.
Contemplatio eſt uiuacitas illa intelligentiæ,quæ
cuncta in palam habens, manifeſta uiſione com-
prehendit. Et ita quodammodo id quod medita
I tio quærit contemplatio poſſidet. Contempla-
tionis autem duo ſunt genera. unum qđ, & prius
eſt, & incipientium: In creaturarum conſidera-
tione: alterum quod poſterius, & perfectorū eſt.
K In contemplatione creatoris. In prouerbiis Salo-
mon quaſi meditando inceſſit. In eccleſiaſte ad
primum gradum contemplationis aſcendit.In cá-
ticis canticorum ad ſupremum ſe tranſtulit. In
meditatione quaſi quędam lucta eſt ignorantiæ
cum ſcientia: & lumen ueritatis quodammodo
in media caligine erroris emicat. uelut ignis in li
gno uiridi,primo quidem difficile apprehendit,
ſed cum flatu uehementiori excitatus fuerit,& a-
*Pulcherri ma ſimilitudo.* crius in ſubiectam materiam exardeſcere cępe-
rit: tunc magnos quoſdam fumoſæ caliginis glo-
bos exurgere,& ipſam adhuc modicæ ſcintillatio
nis flammam rarius interlucentem obuoluere ui
demus: donec tandem paulatim creſcente incen-
dio uapore omni exhauſto, & caligine diſiecta,
ſplendor ſerenus appareat. Tunc uictrix flamma
in omnem crepitantis rogi congeriem diſcurrēs,
libere dominatur: ſubiectamq;materiam circum
uolitans, ac molli attactu perſtringens lambendo
exurit ac penetrat: nec prius quieſcit, quàm inti-
ma penetrando ſuccedens,totum quodammodo
traxerit in ſe,quod inuenit præter ſe. Poſtquá au-
tem incendio id quod exurendum eſt concrema
tum a ſuo quodammodo natura totum in ignis
ſimilitudinem proprietatemque tranſierit: tunc
omnis fragor decidit, & ſtrepitus ſopitur: atque
illa flammarum ſpicula e medio ſublata tollun-
tur,ſæuuſque ille,& uorax ignis cunctis ſibi ſubie
ctis, & amica quadam ſimilitudine concorpo-
ratis,in alta ſe pace ſilentioque componit: quia iá
non inuenit nec diuerſum aliquid præter ſe, nec
aduerſum contra ſe. Primum ergo uiſus eſt ignis
cum flamma,& fumo,deinde ignis cum flamma
ſine fumo,poſtremo ignis purus ſine flamma, &
L fumo.Sic nimirum carnale cor quaſi lignum uiri
de,& necdum ab humore carnalis concupiſcen-
tiæ exſiccatum,ſi quando aliquam diuini timoris
ſeu dilectionis ſcintillam conceperit, primum
quidem prauis deſideriis reluctantibus paſſionū,
& perturbationum fumus exoritur:deinde robo
rata mente cum flamma amoris, & ualidius arde
te,& clarius ſplendere cęperit,mox omnis pertur
bationum caligo euaneſcit: & iam pura mente a-
nimus ad contemplationem ueritatis ſe diffun-
dit. Nouiſſime aūt poſtquam aſſidua ueritatis có
templatione cor penetratum fuerit, & ad ipſum
ſummæ ueritatis fontem medullitus toto animæ
affectu intrauerit: tunc in idipſum dulcedinis
quaſi totum ignitum,& in ignem amoris conuer
ſum,ab omni ſtrepitu, & perturbatione pacatiſ-
ſimum requieſcit. Primum ergo, quia inter peri
cula tentationum conſilium quæritur: quaſi in
meditatione fumus cum flamma eſt. Secundo qa
mente pura cor ad contemplationem ueritatis dif
funditur: quaſi in principio contemplationis flá
ma ſine fumo eſt. Tertio,quia iam inuenta ueritа
te,& perfecta charitate, nihil ultra id quod uni-
cum eſt,quæritur:in ſolo amoris igne ſumma trá
quillitate,& felicitate ſuauiter repauſatur. Tunc
corde toto in ignem amoris conuerſo,uere Deus
omnia in omnibus eſſe ſentitur: cum tam intima
dilectione ſuſcipitur,ut præter illum etiam de ſe
metipſo cordi nihil relinquatur. Vt igitur tria M
hæc propriis uocabulis diſtinguamus. Prima eſt
meditatio. Secunda, Speculatio. Tertia,Contem
platio. In meditatione, mentem pia deuotione
ſuccenſam,perturbatio paſſionum carnalium im
portune exurgens obnubilat.In ſpeculatione, no
uitas inſolitæ uiſionis in admirationem ſubleuat.
In contemplatione, miræ dulcedinis guſtus totá
in gaudium,& iocunditatem commutat. Igitur
in meditatione eſt ſollicitudo: In ſpeculatione,
ammiratio.In contemplatione,dulcedo. Solet ta
men etiam ſpeculatio ipſa ſpiritalis, magna ani-
mum iocunditate reficere,dum poſt luctam ten-
tationum, & caliginem erroris, ſubito inſperata
pace componit,& inſolita claritate perfundit. In
hanc igitur iſte ſupra omnia caduca, & tranſito-
ria, mente raptus, uidit uniuerſorum nihil eſſe
quod maneat,& quaſi ſtupore nouæ huius atque
inſolitæ uiſionis territus exclamauit. Vanitas ua- N
nitatum, & omnia uanitas. Vniuerſitatem enim
intuebatur, & totam uanitati ſubiectam, eiuſque
uanitatem,omnium uanitatum uanitatem, ideſt
omnem uanitatem in ſe continentem, quaſi ge-
nus omnium generum (eo quòd omnia in ſe re-
rum genera contineat) appellauit. Omnia enim
uanitas,& ex omnibus uniuerſitas,& uniuerſa ua
nitas. Nunc autem,quia de ipſo contemplationis O
genere quo iſta mens humana de homine, ſiue
de humanis perſpicere potuit, quantum ad prę-
ſens uidebatur,iam diximus. Ad propoſitum re-
uertemur,& conſequenter genera uanitatum o-
mnium quas ipſa contemplatione illuminatus,
rebus caducis ineſſe deprehendit,diſtinguemus:
quia in eo quòd ipſam operis totius materiá pri-
mum dilucide explicare nitimur: textum quoq;
eius legentibus manifeſtius aperimus. De uanita
te enim rerum temporalium tota eius narratio
contexta eſt. ¶ Tria igitur ſunt genera uanitatū,
quas liber iſte ſpecialiter proſequitur, in quibus P
omnem uanitatem complectitur:& omnia,quæ *Tria perifſima genera Vanitatum.*
ſub ſole fiunt,his ſubiacere teſtatur. Prima eſt ua-
nitas mutabilitatis, quæ omnibus rebus caducis
ineſt per conditionem. Secunda eſt uanitas curio
ſitatis ſiue cupiditatis, quæ mentibus hominum
ineſt per rerum tranſeuntium & uanarum inor
dinatam dilectionem. Tertia eſt uanitas mortali-
tatis quæ corporibus humanis ineſt per pœnalita
rem.Prima ergo uanitas naturalis eſt, & apta ſiue
congrua: Secunda uanitas culpabilis, quia per-

uerſa.

uerſa. Tertia uanitas,pęnalis, & miſera. Propte-
rea uero naturalem uanitatem, ideſt mutabilita-
tem aptam dicimus: quòd ex ordinata uiciſſitudi
ne rerum tranſeuntium, maior uniuerſitatis pul
chritudo conſtat, maiorique commodo eius in-
ſtabilitas diſpenſatur: quia in eo, & faſtidium re
rum uarietate mentibus humanis tollitur, & de-
cor (ut dictum eſt) uniuerſitatis augetur. Corpo
rea enim natura, cuius pulchritudo ſecundũ ſpe-
cies,& formas diuerſas perficitur,ex ipſa ſua mu-
tabilitate ampliori decore adornatur, dum per
interualla temporum, & alterationem tempore
tranſeuntium ac tempore ſuccedentium capit,qđ
ſimul capere non potuit:quia ſpecies eius per ſuc
ceſſionem adueniunt, quæ illi pariter ineſſe non
potuerunt. Porro illa uanitas,quæ mentibus pra-
uis dominatur, cæteris tanto deformior exiſtit,
quantum a ſpirituali ſubſtantia mutabilitas nõn
ſolùm per gratiam,ſed etiam per naturam aliena
fuit. Propterea ſola hæc in cæteris omnibus argui
tur,& præ cæteris omnibus ſola hęc iniqua atq;
Q peruerſa demonſtratur. Pęnalis autem uanitas,
quæ eſt in corporibus humanis per mortalitatẽ,
idcirco miſera dicitur, quoniam homo nunc ex
pœna peccati hoc habet, ut conditioni rerum tẽ-
poraliter trãſeuntium ſubiaceat,qui prius in crea
tione ſui ſupra omnium uiſibilium conditionem
ſtare acceperat. Conditio quippe rerum tranſeũ-
tium eſt: ut omnia orta occidant, & aucta ſene-
ſcant. Natura autem hominis de corruptibili qui
dem materia ſumpta, ſed per gratiam ſupra cor-
ruptionem eleuata,& contra corruptionem con-
firmata: hoc in dono acceperat, ut ortum quidẽ
cum cæteris haberet: occaſum autem non habe-
ret: & in naſcituris,ſed non morituris per incre-
menta ætatis ſuſciperet augmentum,non patere-
tur defectum. Hanc dignitatem homo per pecca-
tum præuaricationis perdidit, quando immorta
litatis ſtola exutus, & ad ſuæ originis conditio-
nem relapſus: ex ſententia creatoris audiuit. Ter-
ra es, & in terram ibis. Huic ergo uanitati (quæ
cæteris natura eſt ſubiacere) ſoli homini deputa-
tur ad pœnam, quia ſolus homo ſupra illam ſtare
R acceperat per gratiam. Cum igitur tres uanitates
diſtinxerimus. Prima quidem, ideſt uanitas muta
bilitatis,cauſa eſt peccati. Secunda, ideſt uanitas,
cupiditatis, peccatum. Tertia uero, ideſt uanita
mortalitatis pœna peccati. Vanitas ergo cupidita
tis in uanitate mutabilitatis arguitur. In uanitate
Pſal. 48. mortalitatis punitur. Quia ſicut dicit Pſalmiſta.
Homo cum in honore eſſet non intellexit: ſed cõ-
paratus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis fa-
ctus eſt illis. Niſi enim prius ipſe per inordinatã
concupiſcentiam carnis ad ea, quę ſunt iumen-
torum ſe inclinaſſet: nequaquam per mortalita-
tem carnis, iumentis ſimilis factus fuiſſet. Nunc
autem,quia per deſiderium mentis mutabilibus
inniti cœpit, ipſe quoque in eo quod fuerat, ſta-
S bilis eſſe non potuit. Poſſumus adhuc alia diuiſio
*Alia Vanitatum pulchra diſtinctio.* ne has uanitates diſtinguere, ut idipſum quo mul
tiplicius exponitur tanto euidentius agnoſcatur.
Vanitas alia eſt in rebus conditis. Alia in operi-
bus humanis, alia in corporibus, alia in mẽtibus.
Prima eſt mutabilitatis. Secunda curioſitatis,
Tertia, mortalitatis. Quarta, iniquitatis. Vanitas
mutabilitatis duobus modis in rebus conſidera-
tur: Siue quia inanes ſunt: ſiue quia tranſitoriæ
ſunt. In illo uanę ſunt, quia oſtendunt, quod non
habent. In iſto uanæ ſunt, quia non permanent
in eo quod habent. Ibi uanæ ſunt, quia ſolam for
mam habent: eſſentiam non habent. Hic uanæ
ſunt,quia etſi aliquam habent eſſentiam, tamen
ſubſtantiam nullam habent. Illic uanæ ſunt, quia
ſine ueritate ſpeciem opponunt. Hic uanæ ſunt,
quia ſtatum prætendunt,& tranſeunt. Sic ſunt
omnia caduca,& tranſitoria falſa,& fallentia: qui
uana diligunt,& in uanitate confidunt: & pro eo
non ſolum uani, ſed uanitas ipſa ex uanitate fa-
cti deficiunt. ¶ Vanitas cupiditatis in tribus con- T
ſtat, in concupiſcentia,ſcilicet oculorum,in con-
cupiſcentia carnis, & in ſuperbia uitæ. In omni-
bus enim iſtis uanitas eſt. Quia omnia, quæ ad
carnem pertinent, ſiue bona, ſiue mala uideãtur:
nec uera mala, nec uera bona ſunt: nec poſſunt
ſemper eſſe,ſiue bona,ſiue mala ſint, id quod ſũt,
Propterea tam uanum eſt in iis, quæ bona uiden-
tur, ſpem ponere, quàm ea quæ mala putantur,
formidare. Quid enim facit concupiſcentia ocu-
lorum? Videte quid facit, & inuenietis quanta la-
teat uanitas palliata ſub hoc uelo. Fallaces rerum
fucos,& lubricos captat aſpectus. Oblita ſui,foras
funditur, ac totam ſe curioſitatis dedens, circuit
omnia,luſtrat uniuerſa, ſi qua forte noua, ſi qua
inſolita,ſi qua mira occurrant: quid ſibi illa, uel
illa uelint, quam habeant ſpeciem ſingula, uel
quam prætendant ſignificationem. Ad omnes re-
rum motus ſemper altera, ſemper pręceps,teme-
raria,procax,inſtabilis,petulans,impatiens,& lu-
brica: ſæpe uana ſpe exultans, ſæpe inani timore
trepidans, nullam interius radicem habens,ſed ſẽ
per ſuſpecta ad exteriores rerum pendẽs motus.
Ante periculum nutat, ante diſcrimen trepidat:
omne quod euenire poteſt in utrãque partem,ſi-
ue bonum, ſiue malum ſit metuens,& cupiens u-
trunque uane ſola ſuſpitione declinat. Vritur mo
re impatientis, exſpectans uidere quod futurum
eſt: ad inſtantia diſſoluitur, ad conſiſtentia hæ-
betatur,& ad omnem rerum uiciſſitudinem, ſiue
triſtia, ſiue læta fuerint, inconſtanti mentis flu-
ctuatione uariatur. Hoc autem, quam uanum ſit,
conſiderate. Certe omnis creatura talis eſt homi
ni, qualis homo ipſe eſt illi: ut ab iis, quæ foris
ſunt, nec bona mens lędi poſſit, nec mala iuuari.
Igitur hæc omnia nec ad malum bono, nec ad bo
num malo eſſe poſſunt, niſi quãtùm ipſe animus
uel iſta aſpernando proficit, uel deficit peruerſe
amando, aut metuendo uane. Quanta ergo uani
tas eſt, hæc quaſi alicuius ſint momenti, ſiue ad
dandã,ſiue ad tollendam ſalutem tanta ſollicitu-
dine,ac curioſitate proſpicere: & ea in quibus ue
ra ſalus conſtat, interiora bona aut non attende-
re aut diſſimulare? Quid de concupiſcentia carnis V
dicam: quàm ſit uana,cum ipſa carnis delectatio
quantacunque fuerit,nec pręterita iuuare poſſit,

nec

nec præſens permanere? Quid prodeſt carnem
morituram deliciarum luxu, & uoluptatum afflu
entia contra corruptionem tanto adniſu defen-
dere, cum nemo ſit, qui poſſit eam a corruptione
cuſtodire? Nam ſupetbia uitæ, ſiue de diuitiis ſi
ue dignitatibus gloriari uelit, quid nanius eſſe
poteſt? Quis enim non uane glorietur amplius ſe
cæteris oneratum eſſe? Hoc profecto diuitiæ, hoc
dignitates ſuis poſſeſſoribus ſolum conferunt, ut
quo in eis plus aliis accipere uidentur, inde plus
aliis onerati inueniantur: quos certe pro eiſdem
acquirendis, uel conſeruandis plus ſemper, uel la
bore atterunt, uel cura affligunt. Sed in his omni
X bus uanitas magna eſt, & cura ſuperflua. Vanitas
mortalitatis, quę in duobus conſtat, in pęna uide
licet quæ atterit, & in pęna, quæ diſſoluit. Pęna
quæ atterit, primum nos facit per defectum uitæ
ſeneſcere. Pęna quæ diſſoluit, poſtmodum com-
pellit in putredinem ire, & in puluerem de quo
ſumpti fuimus per carnem, reuerti per carnis cor
ruptionem. Hinc ergo perpendat homo in qua
uanitate uiuat omnis homo, qui nolēs, carnis cor
ruptionem patitur; quia uolens mentis corru-
ptionem operatur. Totus ergo uanitati ſubiectus
eſt, qui & carne per mortalitatem defluit: & men
te per iniquitatem: Sed alterum ſuum eſt, ex ipſo:
alterum ſuum cōtra ipſum: & totum in ipſo. Hæc
tria genera uanitatum mox in principio libri ſui
author diſtinguit, quæ poſtea per omnem operis
ſui ſeriem ſingillatim proſequendo copioſa di-
ſputatione extendit, ubique in tribus quartum il
lud genus uanitatis, quod mentibus prauis ineſſe
diximus, arguens, & ſolum hoc culpæ obnoxiū,
& pęnæ debitum oſtendens. Vanitatem, quæ re-
bus conditis per mutabilitatem ineſt, primum ꝓ
ponit. Vanitas uanitatum, & omnia uanitas. De-
inde ſecundo loco uanitatem, quæ eſt, in operibꝰ
humanis, adiungit. Quid habet amplius homo de
uniuerſo labore ſuo quo laborat ſub ſole? Tertio
loco, illam uanitatem, quæ corporibus humanis
per mortalitatem ineſt, ſubdit dicens. Generatio
Y præterit, & generatio aduenit. Et ſecundum has
tres diſtinctiones, totam quoque ſequentis ope-
ris ſeriem in tres partes diuidit, ſingulis, ſingulas
tribuens portiones. In prima parte cuius initium
eſt. Oritur ſol, & occidit, diſputat de uanitate mu
tabilitatis. In ſecunda parte, quę ſic incipit. Ego
eccleſiaſtes fui rex Iſrael in Hieruſalem. Perſequi
tur latiſſime uanitatem humanæ cupiditatis. In
tertia parte (quæ quaſi clauſula loco nouiſſimo
in diſputatione collocatur, cuius initium eſt. Me
mento creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ) ua-
nitatem mortalitatis commemorat: ut quaſi hoc
animus humanus in fine audiat: quod magis ne
ceſſe eſt intenta conſideratione percipere, & ſæ-
pius ad memoriam reuocare. Hæc nos pro captu
intelligentiæ noſtræ in Eccleſiaſtem, qui ſecun-
dus eſt librorum Salomonis aperiendum ingre-
Z dientibus eius lectionem pręparauimus. Cæterū
totam eius latitudinem digne explanare ſupra ui
res noſtras fatemur eſſe: magis in rebus huiuſmo
di alta profunditate tectis, doctorē audire quę-
rentes, quàm doctoris uicem arripere. Magis enī
bonum eſt (ut ait Plato) aliena uerecunde diſce-
re, quam ſua ingerere impudenter. Quòd ſiqua
ſuper hoc conuenienter ualuerimus dicere, præ-
ter ſpem ſit, & exiſtimationem. Si qua utiliter,
non præter intentionem. Primum quaſi proœ-
mium quoddam præmittit libro ſuo: in quo eā
quam commemorauimus ſequentis operis tripli
cem materiam diſtinguit, de qua poſtmodum la-
tius ingreditur diſputationem. Proœmium igi-
tur eſt. Vanitas uanitarum, uanitas uanitatum, &
omnia uanitas. uſque, Oritur ſol, & occidit. Ab-
inde prima pars libri inchoatur, & cætera ſicut
diximus. Nunc ipſa literæ uerba conſideremus, ſi
quid in eis ex iis, quæ ſupra dicta ſunt, compre-
hendere ualeamus.

VAnitas uanitatum (dixit Eccleſia-
ſtes): uanitas uanitatum, & omnia
vanitas.

¶ Cum pondere pronuntiandum eſt quod de ſe A
quaſi de alio loquitur, dixit eccleſiaſtes. Nam qa *Notabile de illis uerbis. Dixit Eccleſiaſtes.*
pro authoritate ſuam perſonam appoſuit: conue
niēter ſe nō quaſi ſe, ſed quaſi alium dixit. ut quia
magnum aliquem ſe prout res poſtulabat dicere
habuit: decentius ac maturius hoc diceret de ſe
in alio, quàm in ſe. Sic Balaā de ſe loquens ait. Di-
xit auditor ſermonum dei, qui uiſiones omnipo- Nu.24.
tentis intuitus eſt, qui cadit & apertos habet ocu
los. Et Ioannes in euangelio ſuo. Ipſe de ſe quaſi
de alio loquitur, dicens. Hic eſt diſcipulus ille Ioā.ult.
quem diligebat Ieſus, qui teſtimonium perhibet
de his, & ſcimus quia uerum eſt teſtimoniū eius.
Et Paulus de ſe quaſi de alio Corinthijs loquitur,
dicens. Scio hominem in Chriſto ſiue in corpo- 2.Co.12
re ſiue extra corpus neſcio, Deus ſcit, raptū eiuſ-
modi uſque ad tertium cęlum & raptum eiuſmo
di in paradiſum, & audiſſe arcana uerba, quę non
licet homini loqui. Sed hoc genus locutionis
quotiens in ſcriptura aſſumitur, uel humilitatis
cauſa fit, uel admirationis: ut ſcilicet cum magna
dicere uolumus, hæc potius quaſi aliis aſcriba-
mus: ne uel ſuperbum, uel nimium uideatur, ſi
nobis ea tribuamus. Nam, & magna propter hu-
militatem a nobis remouere debemus, & mira-
bilia propter admirationem, quaſi de longe oſtē-
dere. Minus enim mira ſunt, quæ magis ad cogni
tionem accedunt. Vt ergo omnium animi ad fu-
turam dictionem erigantur, & quaſi miraculo
quodam nouitatis euigilent, dicitur recte. Dixit
Eccleſiaſtes. Ac ſi diceretur. Quod tantus ac talis
dixit, uanum eſſe non potuit, etiamſi de uanitate
dixit. Communis doctor, & omnium eruditor
Eccleſiaſtes ipſe dixit. Quid dixit? Audite quid di
xit, & intendite. Non enim parua ſunt, quæ dicū-
tur. Vanitas uanitatum, uanitas uanitatum, & om
nia uanitas. Si omnia uanitas: Ergo, & ipſe uani- B
tas, qui hoc dixit. Et quomodo conſtabit non eſſe
uanum, quod uanitas dixit de uanitate? Quòd ſi
uerum eſt, quia uanum eſt quod dixit, audiendū
non eſt, ſed reſpuendum. Quid ergo dicemus?
Aut non omnia uanitas, ut dixit, & falſum dixit:
aut

aut omnia uanitas,ut dixit: & ipſe uanitas, uanũ
dixit.Sed profectò ut ipſe dixit: omnia uanitas,&
ipſe,qui dixit,uanitas: & non ſolum uanitas, ſed
etiam uniuerſa uanitas; & tamen, quod dixit,nõ
eſt uanitas,ſed ueritas: quia in eo,quod dixit, ipſe
non erat uanitas; quia contra uanitatem dixit,
quod de uanitate dixit:& conſtat,quòd cõtrarius
uanitati eſſe non potuit in eo quod uanitas fuit.
Aliquid ergo in ipſo fuit, quod uanitas non fuit,
& id contra uanitatem non uane loqui potuit.
Sed quid erat hoc,aut ubi erat? Certe ſi corpus
hoc fuiſſe dixerimus,aut in corpore aliquid,qđ ſi
ne uanitate locutum ſit de uanitate: ergo corpus
quod corrumpitur uanitati ſubiectum, & ad ua-
nitatem natum, aliquando ſine uanitate eſſe po-
Pſal.38. tuit,quod totum in uanitate uiuit? Meminimus
dictum Pſalmiſtæ.Vniuerſa uanitas omnis homo
uiuens.Quod enim moritur, ipſum eſt quod ui-
C uit: quod ut uiuat, naſcitur:& uiuit ut moriatur.
Quid autem eſt quod moritur: niſi id quod uita
priuatur? Ipſum ergo moritur in homine:quod a
uita extinguitur.Et quid hoc eſt: niſi corpus, &
ſenſus corporeus? Ipſum enim poſt animal nõ eſt,
ex quo ipſum eſt animal, & cum ſenſibile eſſe de
ſinit,deſinit eſſe ſenſus. Ergo quod moritur in
homine, ipſum eſt quod uiuit in homine: quod
ideo uanitati ſubiectum eſt, quia obnoxium eſt
mortalitati. Ergo ſenſus corporeus non potuit
uanitatem arguere,in quo nihil reperiri poteſt li-
berum ac purum a uanitate. Quid ergo dicẽdum
eſt illud fuiſſe? Nunquid anima? Nonne,& illam
ſuperius uanitati ſubiectam eſſe oſtendimus. In
ea namque uanitatem poſuimus iniquitatis: quæ
cæteris rebus omnibus eo deformior exiſtit: qđ
ex ea tantum cęterę habent,uel quòd noxiæ ſunt,
uel quòd omnino ſunt. Sine hac namque uanita
te,nec uanitas mortalitatis eſſet: nec uanitas mu-
tabilitatis noxia eſſet.Quomodo ergo anima,quę
tantę uanitati ſubiecta eſt, uanitatem ueraciter ar
guere poteſt? An aliquid in ea ſuperſtes inuenitur
liberum a uanitate,& ſine cauſa dictum eſt: Vni-
uerſa uanitas omnis homo uiuens? Vniuerſa quip
pe uanitas,homo eſt,quia corpore,& mente uani
D tati ſubiectus eſt.Quis homo? Omnis homo uiuẽs.
Non omnis homo uita,ſed omnis homo uiuens.
Nam,& uita eſt homo,& uiuens eſt homo.Vbi ui
ta,& ubi uiuens. Vita in eo,quod uiuificat; uiuẽs
in eo,quod uiuificatur. Viuit autem, & caro ex a-
nima, & anima ex carne: & utrunque uiuit: ſed
caro ex anima totum habet quod uiuit; anima
in carne non totum habet quod uiuit. Nam ui-
uit etiam in Deo: & utinam uiuat. Quod uiuit in
carne,uanum eſt: Quod uiuit in Deo, non uanum
eſt: ſed uerum eſt, quia ex ueritate eſt. In ea igitur
parte, qua ex ueritate uiuit: ueraciter uanitatem
arguit,& inuenitur quomodo uanitas arguit ua-
nitatem: non per uanitatem, ſed per ueritatem.
Recte ergo eccleſiaſtes, qui mente eleuatus erat
ſupra omnem uanitatem,& ad ipſam peruenerat
„ ueritatem: in eadem ueritate ſublimiter uidit qđ
„ de arguenda uanitate ueraciter dixit. Vanitas ua-
nitatum, uanitas uanitatum,& omnia uanitas.In-
culcatio uerborum cum affectu loquentis: & rei E
magnitudinem, & admirationis ſignificat noui-
tatem. Et eſt cum exaggeratione prolata ſenten-
tia. Nam ſunt gradus quidam, & quaſi quædam
progreſſiones, & in melius, & in deterius eunti.
Sic enim canticum canticorum dicitur, & ſecu-
lum ſeculorum, quemadmodum nunc hic dictũ
eſt,uanitas uanitatum: ut quadam parili diſtan-
tia,& differentia conſimili,tantum ſuperexcelle-
re intelligatur canticum canticorum a cantico;
quantum canticum a uerbo:& deinceps uerbum
a ſilentio. Et tantum ſeculum ſeculorum a ſecu-
lo: quantum ſeculum ſolum a momento,uel item
momentum a nihilo.Similique progreſſione hic
per contrarium facta: Tantò uanitas uanitatum
deterior eſſe a ſimplici uanitate: quantò ſimplex
uanitas ab eſſentia ſolida,& permanente. Sic per
inculcationem legi poteſt ſententia uanitas uani
tatum,uanitas uanitatum,& omnia uanitas.ut in
omnibus omnimoda uanitas exprimatur: & ex
omnibus ſumma quædam confici intelligatur,
quæ omnem contineat uanitatem: ut quaſi ſingu
la quæque,per ſe uanitas ſint: & uniuerſitas ex o-
mnibus collecta,uanitas uanitatũ. Sic in creatio- Gen.1.
ne rerum,cum opera ſua compleret Deus unum-
quodq; opus per ſe bonum dicitur, & nouiſſime
uniuerſitas perfectis omnibus ualde bona nomi-
natur.Nam ſi id quod in parte bonum eſt,in toto
melius inuenitur: id quoque quod in parte ma-
lum eſt,in toto deterius eſſe neceſſe eſt. Ergo ua-
nitas eſt uanitatum, & uanitas omnium uanitatũ
uniuerſa uanitas,& uanitatis uniuerſitas, omnia
uanitas. Vel uanitas illa mentium humanarum
hic per comparationem aliarum uanitatum ar-
guitur: quæ uelut ex aliis uanitatibus orta, & cũ-
ctas uanitates,uanitatis comparatione ſupergreſ-
ſa, merito uanitas uanitatum appellatur. Poteſt F
etiam non incongrue trina hæc uanitatis repeti-
tio ad tria uanitatum genera ſupra memorata re
ferri,ut quaſi una uanitatum ſit opus hominis,a-
lia natura mortalis,tertia mundus hic totus cum
ſua uniuerſitate mutabilis. Conſiderauit enim i-
ſte opera mortalium, & uidit ſingula quæque,quæ
cum labore,& dolore ad effectum ueniunt: Facta
breui tempore ſubſiſtunt: Tranſeuntia autem fru
ctum poſt ſe non relinquunt. Vidit quanta affli-
ctione ac miſeria cotidie ſine ceſſatione uita hu-
mana atteritur,etiam in iis, quæ pro ſui conſola-
tione operatur: & quemadmodum ſemper ferè
plus detrimenti patitur in quærendo remedio;
quàm recipiat conſolationis in percipiendo fo-
mento. Et in his omnibus,quàm uane conturbe-
tur omnis homo uiuens,admirans,& ſtupens ait.
Vanitas uanitatum. Deinde conditionem ipſam
mortalium attendens, & in ea maiorem ac miſe-
rabiliorem uanitatem inueniens, uidit quod ſi
magna uanitas exiſtimatur dum præterit id quod
homo facit: illa prorſus dolenda, & miſeranda
ſit uanitas,dum ſtare non poteſt id quod homo
eſt. In hoc ergo,rurſus ingemiſcens,exclamauit
& dixit. Vanitas uanitatum. Poſtremo omnium
mutabilium rerum,& ad occaſum properantium
incon-

per prouidentiam miſericordiæ ſuæ, æternæ bea
titudinis præmia ſeruat. Quia igitur pſalmiſta la-
borē iuſtorū & hūc imaginariū dolorē, quia ſpe-
ciē miſeriæ hēt, uerā miſeriā non hēt: fictū noiat:
Ipſum profecto eūdē, ſm aliquid etiam uanū nō
incōuenienter dici poſſe demōſtrat. Ecce ergo p-
tranſit labor operis. Pertrāſit quod uanum fuit:
quod trāſitoriū fuit, pertranſijt: pertrāſijt labor,
pertranſijt dolor. Nūquid pertranſijt fructus ope
ris aut merces laboris? Propterea licet: ecce ſecun
dum aliquem dicendi modū labor ipſe & dolor
L tēporalis uanus non inconuenienter dicitur. Nū
quid tamen merces laboris ipſius uanitas unquā
recte dicetur? Abſit. Quomodo ergo ſtabit qđ
dictum eſt. Quid habet amplius homo de uniuer
ſo labore ſuo? De præmio enim laboris & non de
ipſo labore: de utilitate, non de opere, hoc dictū
eſt. Quid habet amplius homo de uniuerſo labo
re ſuo? Ecce amplius hēt homo & multò amplius
habet, & tu dicis. Quid amplius habet? Propterea
M adiunxit & ait. Quo laborat ſub ſole. Ecce habe-
mus ſolutam qōnis huius difficultatem. Nam hic
aperte oſtendit quos labores arguat uanitatis.
Qui fiunt, inquit, ſub ſole: Quid eſt, fiunt ſub ſo-
le? Fortaſſis ſimpliciter accipiēdum eſt quod ait,
ſub ſole; Quia homines in hac mundi parte infe-
riori degentes: deſuper ſolis lumen accipiunt, &
ad agēda opera uſibus humanis neceſſaria illumi-
nantur ut uideant. Propterea namque uitæ hu-
manæ tempora per diuinā prouidentiā alternis
uicibus ſic diſtributa ſunt, ut ægra corpora actio-
nū ſuarū nimia protenſione feſſa: ipſa alternātiū
temporū uiciſſitudo repararet. Ideo nox & dies
inceſſanter mutua ſibi parilitate ſuccedūt: ut per
diem ab ortu ad occaſum ſol curſu ſuo deſuper
pertranſiens; lumen ſuum uſquequaq; in ſubie-
cta diffundat; & humanos oculos ſua præſentia il
luſtrans, cæterorūq; animantium terræ ad exerci
tationem agendi excitet, & ſimul operandi præ-
beat facultatem. Nocte uero ſe humanis aſpecti-
bus ſubducens, & quaſi quibuſdam pannis infan
tiæ, uelamine tenebrarum oppanſo, lumina mor-
talium contegens, feſſos artus ad quietem foueat
& ſoporem, ut iterum reparatos labori atq; exer
citationi diurnę, alacriores reſtituat. Hinc admi-
rabilem diuinæ diſpenſationis ordinem pſalmi-
ſta intuens cum eius opera commendaret, hoc in
ter cætera quaſi excellens aliquod & non parua
Pſal. 103 laude dignum commemorat, dicens. Fecit lunam
in tempora: ſol cognouit occaſum ſuum. Poſuit te
nebras, & facta eſt nox: in ipſa pertranſibunt om-
nes beſtiæ ſyluæ. Catuli leonum rugientes ut ra-
piant, & quærant a Deo eſcā ſibi. Ortus eſt ſol &
congregati ſunt, & in cubilibus ſuis collocabun-
tur. Exibit homo ad opus ſuum: & ad operatio-
nem ſuam uſque ad ueſperam. Hinc etiam eſt il-
lud qđ Deus Noe egredienti de arca poſt diluuiū
quaſi pro magno aliquo ſigno pietatis ſuæ, ac mu
nere largitionis repromittit, dicens: Cunctis die-
bus ſementis, & meſſis, frigus, & æſtus, æſtas &
hyems, nox, & dies, nō requieſcēt. Pulchre igitur
hoies in hac mundi area deorſum p uarios diſcur
ſus occupationū uitæ mortalis diſtentos ſub ſole
laborantes dixit: ut hoc etiā ad uanitatem operis
humani ptineat, φ hoiem ad operādum ptrāſiens
& tenebris finiendum deſuper lumē illuſtrat. Cō N
ſiderauit quippe q̄ abiecta & miſera ſit mortaliū
cōditio, q in terrę ſuperficie quaſi uermes qdā
uana curioſitate reptātes, ſubito lumine deſuper
infuſo, quaſi ad illuſionem excitātur captare, qđ
uane appetunt: & eodem poſt modicū ſubtracto
ſubita rurſū cæcitate obuoluuntur, & nequaq̄ ul
tra in effectū pdire poſſunt. Iō & ipſū lumē quo
illuminātur, eminus ac procul deſuper & hoi in
acceſſum oſtēditur, ut ipſum nequaq̄ in hoīs cōſi
ſtere ptāte pberet: quatinus ex eo tm̄ homo acci
piat, quātum permiſerit largientis & cuncta ordi
nātis Dei grā: non quātum appetit cupiditati ſer-
uiens hois uoluntas puerſa. Magna ergo uanitas
laborare ſub ſole: & parua fiducia laborare ſub
ſole: cuius lumen quis iocundum aſpectu & uiſu
ſit delectabile: non ſemper tamen humanis aſpe-
ctibus adeſſe pōt nec prodeſſe. Qđ ſi altius adhuc O
conſiderationem promouere, & ſubtilius rem in
ſpicere libeat: poſſumus noīe ſolis tpus ſignifica-
tum accipere, ut qđ dixit ſub ſole, idem ſit ac ſi di
xiſſet ſub tpe. Nā qa per ſolem pcipue & tporum
curſus diſtinguitur: & temporalium natura uaria
tur; congrue per ſolem tps ipſum exprimitur,
cum dr ſub ſole, idem eſt, n. ac ſi dixiſſet, ſub tpe.
Sed nunquid eť in hoc nobis aliquid innuere uo
luit φ nō ait in tpe, uel cum tpe, ſed ſub tpe: & di
ſcretio nobis habēda eſt, ut intelligamus alia eſſe,
q̄ quaſi cum tpe facta ſunt: alia uerò illa q̄ uel in
tpe facta, uel ſub tpe fiūt? Diſcernamus ergo ſi poſ
ſumus, ſi forte cām inuenire ualeamus, quare po
tius ſub tpe q̄ uel cum tpe, uel in tpe, facta dixit
uana eſſe opera hoīum. Oīa q̄ facta ſunt, uel cum P
tempore facta ſunt, uel in tempore. Cum tempo
re. n. facta ſunt, quorum ortum tps non præceſſit:
qualis eſt angelica natura, & illa informis mate-
ria rerum uiſibilium, quam in principio creauit
Deus. In tempore facta ſunt, quorum ortum tps
præceſſit, ſicut illa ſex dierum opera in quibus
Deus perfecit atq; cōpleuit huius ſenſibilis mun
di fabricam: ſed & illa quę poſtmodum formali-
ter, ſiue eſſentialiter facta ſunt, omnia in tempo-
re facta ſunt. Rurſus eorum quæ fiunt in tempo
re: Alia fiunt in tempore & ſub tempore: Alia
fiunt in tpe tm̄, non ſub tpe. In tempore fiunt, &
non ſub tempore: q̄ tempore quidem incipiunt,
ſed tempore non finiuntur. In tempore & ſub tē
pore fiunt; quę ſimul & in tempore incipiunt, &
in tempore finiuntur. Item eorum quæ ſub tem
pore fiunt: Alia fiunt pro tempore, alia fiunt pro
æternitate. Quæ ergo p tpe fiunt, & actu & fru-
ctu uana ſunt. Quæ uerò p æternitate fiunt: actu
quidem uana ſunt: ſed fructu uana non ſunt, quia
& ſi trāſeunt in opere: permanent tamen in retri-
butione. Bonum. n. opus non hoc ſolū eſt qđ fo-
ris tranſitoriū apparet: qa & actione uiſibili con
ſtat, & inuiſibili deuotione. Nā ſicut homo ex niuē
te cōſtat & uita, & uiuēs qdē moritur, ſed uita nō
moritur. Ita nimirū bonū, & actionē i ſe uiſibilē

*Pulchra diſtinctio de factura rerum temporalium*

habet,& inuiſibilem deuotionem. Viſibilis actio quaſi corpus eſt: Interior deuotio, quaſi ſpiritus eſt. Actio per deuotionem uiuit, ſicut corpus per animá. Deuotio autem actionem uiuificat, ſicut anima corpus. Omnis enim actio quæ ſine deuotione eſt, mortua eſt. Viſibilis igitur actio, ipſa quaſi uiuit, & inuiſibilis deuotio, ipſa uita eſt. Quod autem uiuit hoc moritur: ſed quod uita eſt ipſum non moritur. Quia actio tranſitoria ſicut ex tempore initium habet: ita etiam finitur in tempore. Quod ergo moritur quod finitur, quod tranſit, quod mutabilitati deditum eſt: ipſum obnoxium eſt uanitati. Quod autẽ uita eſt, quod permanet, quod finem aut corruptionem non recipit: ipſum uanitatem non admittit. Dicatur ergo, quid habet amplius homo de uniuerſo labore ſuo quo laborat ſub ſole? (ſubauditur præter uanitatem) Nihil amplius, quia uana ſunt omnia quę ſub ſole fiunt. Et quid de uanis haberet

R nisi uanitatem. Quid ergo? Bona opera quæ ſub ſole fiunt, nihil amplius conferre poterunt ſuis operatijs niſi uanitatem? Et quõ ſuperius q̃õnem hanc ſolutam diximus per id quod ait, ſub ſole? Ecce nobis iterum eadem oboritur non minus q̃ ſupra difficilis, quia & bona opera ſub ſole, ideſt ſub tempore fieri ſecundum id quod ſupra expoſitum eſt, negare nõ poſſumus: & tamen ex eis nihil præter uanitatem conſequi, dicere non audemus. Et ecce manifeſte liber dicit. Quid hẽt amplius homo de uniuerſo labore ſuo quo laborat ſub ſole? Sed ſi diligentius uerba ipſa conſiderare uolumus: manifeſte oſtẽditur, quę ſint illa opera quę uana eſſe arguuntur. Nõ enim dixit. Quid habet amplius homo de uniuerſo labore ſuo q̃ fit, uel qui factus eſt ſub ſole? Sed ait potius, quẽ ipſe homo laborat ſub ſole. Non ergo tã laborẽ q̃ laborãtẽ argui eſſe ſub ſole. Vt q̃a ipſe homo ſub ſole poſitus laborat: idcirco uanum ſit quod laborat. Sed quis eſt qui ſub ſole laborat? Qui rerum temporalium & tranſitoriarum amore preſſus, pro eiſdem adipiſcendis (ſi non habet) uel cõſeruandis (ſi habet) laborat. Iſte ſub ſole poſitus laborat: & iſte in uanũ laborat. Qui autem pro ſpe & deſiderio æternorum bona opera exercet: iſte ſub ſole nõ laborat, etiã ſi ſub ſole eſt labor ĩ quo laborat: q̃a licet t̃pale ſit opus q̃d peragit: ipſe tñ oĩa t̃palia & caduca, mente ac deuotione trãſcendit. Iſte ergo in uanum non laborat, etiam ſi uanum eſt in quo laborat: quia uanum non eſt pro quo laborat. Et dum tranſierit quod uanum eſt in quo laborat, paratum habet quod uanitas non eſt pro quo laborat. Non ergo iſte eiuſmodi ad hanc ſententiam pertinet, qua dictũ eſt. Quid hẽt amplius homo de uniuerſo labore ſuo quo laborat ſub ſole? Quia non laborat ſub ſole, ſed ſupra ſolẽ: qui laboris ſui mercedem non conſtituit in rebus uolubilibus & tẽpore trãſeũtib⁹

S Generatio p̃terit & generatio aduenit.

¶ Ecce uanitas. Generatio præterit & generatio aduenit. Hãc humana natura in prima radice ſui generis uitiata concepit, & in omnem propaginẽ poſteritatis cũ hac eadem ſeminata pullulauit. Primus.n. generis humani parens, ut audiuit: Terra es & in terram ibis: exinde mortalis factus: quia a ſtatu ĩcorruptionis cecidit: quaſi a uita ad mortem per mortalitatem tranſire cœpit. Hanc ergo uiam omnes homines poſt ipſum pertranſeunt, qui ab ipſo per carnis natiuitatem deſcendunt. Hæc eſt illa uanitas, de qua pſalmiſta locutus eſt, dicens. Veruntamen uniuerſa uanitas omnis homo uiuens. Veruntamen in imagine pertranſit homo. Hanc ergo uanitatem quaſi cæteris maiorem & humanis animis propter diram mortis neceſſitatem magis horribilem, nouiſſimo loco adiunxit: ut hoc ad extremum homo audiat, in quo euidentius miſeriam conditionis

Pſal. 38.

T ſuæ agnoſcat. Prima enim uanitas nec in homine eſt: nec refertur ad hominem. Secunda uanitas in homine quidem non eſt: ſed tamẽ refertur ad hominem. Tertia uanitas & in homine eſt, & refertur ad hominem. Proinde quaſi per gradus quoſdã ſemper ad altiora progrediens: Primum poſuit illã uanitatem quæ nec pęna hominis eſt: nec culpa. Deinde illam uanitatem adiunxit, quæ pęna hominis non eſt, ſed culpa. Poſtremo illam quæ culpa non eſt, ſed pæna: licet tamen nec talis culpa ſine pæna unquam eſſe poſſit: nec talis pæna in ijs duntaxát quibus ſacramentú ſalutis non ſubuenit, a culpa prorſus libera ſit. Sed illam culpam hominis dixi, non pænam: & hanc pęnam, non culpam: quia in illa meritum hominis cernitur: & in iſta, iudicium inuenitur. Hanc ergo pænã quaſi cæteris grauiorem & immaniorem nouiſſime appoſuit: quę licet culpa nequior nõ ſit, moleſtior tamen carni eſt & ad excitandás carnales mentes efficacior. Dicat ergo. Generatio præterit, & generatio aduenit. Acſi diceret. Si negligendum putatis quòd uanum eſt omne quod agitis: Nunquid uel hoc negligendum eſt quod ipſi uanitas eſtis? Generatio præterit & generatio aduenit. Si morientes diſcedunt & morituri ſuccedunt, quod gaudium eſt? Videtur quidem dolor uiuentium in naſcentibus conſolationem accipere: ſed unde finiri putatur ut non ſit, inde accipit ut ſemper ſit. Quod enim morientes diſcedunt, dolor eſt. Quæ conſolatio ſequitur quod morituri adueniunt? Conſolatio quæ luctu terminatur. Et quid in utroque uanius eſſe poteſt. Generatio præterit & generatio aduenit. Si paucos uel non uniuerſos ſaltem lamentabilis caſus inuolueret, tolerabile uideretur: nunc autem ſæua lues omnes ſecum ad interitum trahit. Generatio præterit & generatio aduenit. Si præterit, quo uadit? Si aduenit, unde uenit? Heu dira ſors. Quomodo ſecurus eſſe potes o homo tantis tenebris inuolutus? Ecce ſcis quòd uiuendo tendis ad mortem. Sed nunquid ſcire potes qualis aut ubi futurus ſis poſt mortem? Conſidera ergo in quanta uanitate uiuis, qui cotidie cernis præterire quod es: nec tñ ſcire ulla rõne potes quale ſit quod futurus es. Generatio p̃terit & generatio aduenit.

*De Vanitate Hõis pulchra.*

Terra autem in ęternum ſtat.

Auſculta

Auſculta homo,& erubeſce.Terra in æternũ ſtat.
Quare terra ſtat,& tu ſtare nõ potes,pp quẽ facta
eſt terra.Fortaſſis dices, q̃a ad cõſolationẽ tui ſtat.
Stat ut uenientes mittat, pertranſeuntes portet,
diſcedentes recipiat. Naſcentes enim de terra ue-
niunt per carnis originem: & uiuentes ſuper ter-
ram pertranſeunt, per carnis mutabilitatem: &
morientes in terram redeunt, per carnis corru-
ptionem. Ergo ſtat ad conſolationem tui: Immo
uero ad confuſionem tui ſtat. Quomodo? Vide
qualis ſtat, qualis portat, & quales portat, & de
quali portat.Qualis ergo portat? Audi qualis. Ma
ledicta terra in opere tuo,ſpinas, & tribulos ger-
minabit tibi.Quales autem portat? Rurſus audi.
Maledictus es ſuper terram. Et de quali portat?
In ſudore uultus tui ueſceris pane tuo: & come-
des hærbas terræ.Ergo maledicta,maledictos por
tat.Et tamen portat. Sed unde portat, habet ali-
quid ad conſolationem tui:& aliquid ad pœnam
tuam. Quod ad conſolationem tui, eſt cum labo-
*Nota.* re tuo: quod ad pœnam tuam, eſt per laborẽ tuũ:
Habet panẽ:habet,& ſpinas.Panem cũ labore tuo
ad conſolationem tui:Spinas per laborem tuum,
ad pœnam tuam.In ſudore uultus tui ueſceris pa
ne tuo:hoc ad cõſolationem tui cum labore tuo:
Cum operatus fueris: terra non dabit tibi fru-
ctum ſuum: ſed ſpinas,& tribulos germinabit ti-
bi.Hoc ad pęnam tuam per laborem tuum. Ergo
non ſolum ſtat ad conſolationem tui: ſed multo
magis ſtat ad confuſionem tui. Stat non ſolũ ad
leuamen miſeriæ tuæ: ſed ſtat in teſtimonium, &
X pœnam culpæ tuæ. Terra ſtat: & tu ſuper terram
ſtas.Stabilis ipſa eſt quæ portet, & tu corruis qui
portaris. Quare hoc? Nunquid, & tu terra non
es? Quid ergo dictum eſt tibi? Terra es,& in terrã
ibis. Ergo terra es, & ſuper terram es, & de terra
es.Quare ergo non ſtas in æternum? Nunquid tu
infirmior factus es terra illa de qua ſumptus es?
Quid ergo operata eſt manus artificis ſi non pro-
uexit opus ſuum in melius? Ergo ſcientia non e-
rat apud ipſum,aut infirmus inuẽtus eſt ut in ma-
nibus eius bona illa materia deterior efficeretur?
Abſit. Immo uero multo meliorem te fecit: quã
illud fuerat unde te fecit: quia terram fecerat ſta-
bilem: te autem de terra fecit immortalem.Ergo
meliorem te fecit,quàm fuerat unde te fecit. Nõ
ergo ex artifice proceſſit corruptio tui, qui tanta
poteſtate,& tali bonitate te fecit, ut nihil poſſet a
perfecto minus,nihil ab optimo uellet deterius:
Itaq; optimus artifex plaſma bonum fecit, cuius
æterna incorruptio,& bonitas immortalis nec ui
tium gignit nec uitium recipit.
Y ¶ Sed forte materia culpanda ſit,quæ talis erat de
qua aliud fieri non poterat. Terra enim erat mate
ria:& exiuit uas teſteum. Quid? Mirum hoc eſt.
Hoc ergo tu dicẽs reſpicere debueras, quia ſi uas
teſteum es: ergo de molli luto in teſtam ſolidatus
es,& gleba tua ſi naturam non habuit firmitatis:
habuit tamen naturam confirmationis.Si nõ ha-
buit ut hoc eſſet ex natura: habuit tamen ex na-
tura ut hoc eſſe poſſet ex gratia. Ergo materia tua
nihil tibi nocuit,quę & hoc integrum conſeruat
quod natura contulit: & quod gratia dedit, ipſa
non minuit Nam terra in æternum ſtat.Quid eſt
ſtat? Perſeuerat in eo quod facta eſt: ſeruat natu-
ram ſuam: conditionem ſuam non deſerit: quod
accepit,hoc retinet incorruptum. Terra facta eſt,
& terra permanet,nũquam aliud eſt, quàm quod
eſt. Et cum aliud eſt,non ex defectu corruptionis
aliud eſt,ſed ex prouectu ſublimationis. Quemad
modum, & in te aliud effecta eſt: & aliud futura
eſt,quàm nata eſt: ſed ſublimatione,nõ corruptio
ne. Et cum in quibuſdam terrenis ſe de alio tranſ
ferre uidetur in aliud,nunquam tamen aliud eſt,
quàm eſt: quia terra eſt, & ſemper terra eſt: & id
quod tranſit, terra eſt,& in quod tranſit, terra eſt:
& cum hoc in illud,uel in illud tranſit: non tran-
ſit tamen quod terra eſt: quod in hoc,& illo idem
eſt.Ergo terra intra naturæ ſuæ gremium moue-
ri habet, & operari habet de illo quod eſt,hoc q̃d
eſt: extra terminos naturæ ſuæ tranſire non habet
de eo quod eſt in id, quod non eſt:& idcirco, ter
ra in æternum ſtat in eo quod eſt. Quare igitur,
& tu non ſtetiſti in eo, quod factus es ſuper ter-
ram: ſicut,& terra ſtat in eo, quod facta eſt? Qua
re degeneraſti ut non ſaltem imiteris materiam
tuam, quę intantum ſeruat quod eſt: ut & tu cũ
terra factus fueris,non poſſis aliud eſſe, quàm ter
ra eſt? Vſque ad illam defluis uitio tuo: ultra pro
gredi non permitteris natura eius.Ecce quantum
cuſtodit quod eſt: ut & te fluentem,& inſtabilem
cum exceperit, non ſinat ultra tranſire in aliud
quod ipſa non eſt. Vnde ergo tibi fluere? Quære
diligenter, & cogita. Neque artifex tuus neque
materia tua hoc tibi fecit: quia,& illa ſtando in æ-
ternum,& in te ſeruat,quod ipſa eſt: & ille te ad
æternitatem faciendo, & amplius dedit,quàm ip
ſa eſt.Vnde igitur tibi hoc niſi uitio tuo ex quo ti
bi nunc pœna eſt ut reuertaris in illam,cui hoc ex
gratia datum erat ut ſtares ſemper ſupra illam?
Igitur tu tranſis, & terra ſtat in teſtimonium con
tra te,ut mortalem arguens, & morientem exci-
piens,prius te conuincat,quàm puniat.Propterea
terra in ęternum ſtat.Generatio præterit, & gene
ratio aduenit: terra autem in æternum ſtat. ¶Hæc Z
ſecundum paruitatem,uel exiguitatem ſenſus no
ſtri diximus in exordium libri Salomonis,qui Ec
cleſiaſtes dicitur: nequaquam præſumentes nos
dixiſſe, quod potiſſimum dicendum erat: cum
hoc tantum nobis magnum ſit nihil dixiſſe,quod
dicendum non erat. Cæterum ſciendum eſt,hunc
librum nouum quoddam expoſitionis genus re-
quirere: quia cum totus ad commouendos affe-
ctus cordis humani intendat: ſæpius in eo quaſi
colloquendo, quàm exponendo ſermonem for-
mare oportet. Vnde neceſſe eſt in iis etiam ali-
quando, quæ plana, & aperta uidentur, diutius
uerbis immorari ut ipſa locutionis inculcatio ua
lidius tangat,& efficacius penetret cor audientis.
Qui aliter hanc ſcripturam tractare uoluerit, e-
tiam ſi commode intelligentiæ audientium ſer-
uit: uim tamen, proprietatemque non retinens,
minus fortaſſis proficit ad ędificationem.

*De probatione uanitatis omnium ſub calo: per elementorum corruptionem, per rerum generationem, ſucceſſionem & eorum, quę fuerunt obliuionem. Hom. II.*

A VErba eccleſiaſtæ, quæ cuncta ſub ſole uana eſſe teſtantur, oeſcio quo pacto, modo cũ legerentur dulcia facta sũt in auribus noſtris. Et ecce cœpimus libenter audire mala nr̃a: & quæ nõ diligimus, tñ audire diligimus. Mala .n. nr̃a nõ diligimus: & mala noſtra andire diligim⁹. Quia audiẽdo mala, quę non diligimus: bonorũ recordamur, q̃ diligimus. Et ipſa hæc bonorũ recordatio (ẽt inter mala) dulcis aĩo eſt, & tãto utiq; dulcior: quãto amariora ſunt ipſa mala, q̃ uel audiendo, uel ſentiẽdo, agnoſcimus lõge nos eſſe ab iis bonis ad quæ, uel ſaltem per recordarionem ſuſpiramus. Hoc totum erat, quod in hac relatione nobis modo tantum ſapuiſſe miramur; in qua exilii noſtri oobis ærumna deſcribitur, & noſtra miſeria atq; calamitas qualis ac quanta ſit declaratur. Mens .n. nr̃a in auditu malotum ſuorum quaſi de quodam ſomno priſtini temporis euigilans ſubito agnouit ubi eſſet: ſtupenſq; & mirans tantum ruinæ baratrum, ſimul etiam conſiderare cœpit de quanta ſublimitate in hoc ipſum miſeriæ profundum cecidiſſet: & ad illam quia necdum effectu potuit: miro quodam ardoris intimi deſiderio ſuſpirauit, Hoc ergo erat qđ io illis uerbis quæ noſtram recitabant miſeriam, noſtrũ traxit affectum. Hoc fecit ut mala noſtra ſic nobis ſemper audire libeat: nec poſſit amatũ eſſe quicquid illud eſt quod cũ eo percipitur quod tã dulce eſt. Hoc cotidie miſeris lamenta ipſa dulcia facit, & inter ſuſpiria ac gemitus lachrymis delectabiliter paſcit afflictos; quia eorũ quæ diligũtur inter aduerſa recordatio ſuauior eſt, & ipſe animus deſiderio abſentium amplius inardeſcit; præteritorum memoria dulcins tangitur, dilatione futurorum ualidius inflãmatur. Hoc noſter Eccleſiaſtes optime nouetat, qui in oĩ narratione ſua tã diligenter exequitur uanitatem rerũ trãſeuotium, ut ex eius conſideratiooe cor humanũ admoneat cæleſtia meditari, & euigilare in deſiderio æternorum. Sciuit .n. q quãtò euidentius eotum quæ tẽporaliter prætereunt uanitas agnoſcitur: tantò ſublimius intus mentis oculus ad ſtatum æternitatis aperitur. Incipiens ergò, in hac prima parte operis ſui, oſtendit omnia uana eſſe quæ ſub ſole ſunt. i. quæcunq; uiſibilia ſunt corruptioni ſubiecta eſſe, uel obnoxia mutabilitati. Oſtendit enim neq; in cęlo neq; ſub cælo, neque ſuper terram, neq; io terra aliquid eſſe perpetuum quod uiciſſitudinem nõ patiatur oec tranſeat in alterarionem, Ideoque nihil uere eſſe ex omnibus iis quæ ſemper ſine ceſſatione in id trahuntur, quod non ſunt: & quod ſunt, ſtabile, uel incorruptũ ſeruare non poſſunt.

Oritur ſol, & occidit, & ad locum ſuum reuertitur: ibiq; renaſcens gyrat per Meridiem, & flectitur ad Aquilonem.

Hoc per ſe diſtinguendum eſt. Deinde ſequitur.

Luſtrans uniuerſa in circuitu pergit ſpiritus, & in circulos ſuos reuertitur.

Et hoc per ſepooendum eſt. Poſtea ſequitur.

Omnia flumina intrant in mare, & mare non redundat: ad locum unde exeunt flumina reuertuntur ut iterum fluant.

Et hoc ſimul coniungendum eſt.

¶ Tria ergo quædam proponere uidetur in argumentum mutabilitatis omnium, ſolem, ſpiritum, flumina, ideſt ignem, aerem, humorem: ut per ſolẽ quidem ignem, per ſpiritum aerem, per flumina humorem, uelut a parte totum ſignificatum intelligatur. Superius nãq; terram quaſi fundamentũ immobile medio loco cõſtituit. Nunc cætera tria elementa, ideſt ignem, aerem, aquam, circa ipſam motu inſtabili fluctuãtia diſponit: ut in procreãdis mutabilibus, his tribus elementis motum agẽdi, & quodammodo uicem artificis attributam oſtendat. Terram uero quaſi materiam quãdam procteandorum omnium immobilem ſubiacere: impotentem quidem agendi, ſed aptam tantũmodo ut ex ea cæteris operantibus formentur, q̃ creanda ſunt. Per hæc igitur tria elementa in illo quarto uim ſuam natura exercet, quę circa illud, & in illo diſcurrentia, lege mirabili, & ſe inuicem contemperantia, tam innumerabiles formas, & ſpecies rerum ex ea producunt: quot annuis, menſtruis, diurnis temporum uiciſſitudinibus in eorum acceſſu, & receſſu iugiter ſine ceſſatione alternantibus demooſtrantur. Quia igitur cuncta naſcentia, quæ de terra oriuntur, & ex terra ſubſtantiam outrimentumque accipiunt: ab his tribus elementis uitalis motus oaturam ſortiuntur i recte io eis, & mutabilitatis originem poſuit, & mutabilium omoium naturam proprietatemq; expreſſit: ut in his pariter uideamus, & unde ſit qđ ſtare oon poteſt, quicquid ſub tempore oritur, & qua uia ad eſſe prodeat quod non eſt, uel quod ẽ, ad non eſſe reuertatur. ¶ Oritur ſol, & occidit, & ad locum ſuum reuertitur, ibiq; renaſcens gyrat per meridiem, & flectitur ad aquilonem. Paucis uerbis rem magnam compręhendit: de quibus aliqua nos pro tempore dicere oportet, non tñ animũ auditoris diutius iu eiuſmodi detioere: ne uideamur contra propoſitum noſtrum ſacram expoſitionem relinquentes, ad deſcribendos ſiderum curſus deuolui. Omnia quidem hæc ob id ſolummodo dicta ſunt, ut humanus animus earum rerum quas nouit relatione, cõmodius excitetur: & ut per hæc ad cogitanda ea quæ oon oouit, euigilet: & idcirco uon oobis pigrum eſſe debet, aut indignum uideri, ad ea diligenter iotendere, quæ nobis diuinus ſermo ſtuduit tam diligenter enarrare. Demonſtrat ergo quali uia luminare hoc magnum, quod ſua præſentia uniuerſa illuſtrat, inceſſabili agitatione in hoc mundi ſenſilis globo circũferatur, ſuoq; acceſſu, & receſſu uarias rerũ mutationes efficiat. Oritur ſol, & occidit, & ad locum ſuum reuertitur. Primum oſtendit eum C

circularem

circularem habere motum, & ad id ſemper unde progreditur, reuertitur quia in circulo finis nõ potest inueniri, cur ſus eius perpetuus demõſtretur. Oritur ſol, & occidit, & ad locum ſuum reuertitur: Deinde anfractus ꝓgreſſionis eius deſcribit, dicens. Gyrat p Meridiẽ, & flectitur ad Aquilonẽ. Vt idipſum ad magnã rerũ mutationẽ pertineat, ꝙ non ſemper eodem mõ neq; in directũ curſum ſuum dirigit incedens. Oritur ſol, & occidit. Oritur quotidie, quando emergens humanis præſentatur aſpectibus. Occidit, quando deſcendens ad inferiores partes ſecundũ cõuexitatem circũactionis ſuę oculis noſtris ſe ſubducit. Reuertitur ad locum ſuum: quia impellente uolubilitate ſubtus rurſum ad ortũ reuocatur. Poſt ortum uero ad occaſum tendens, primũ flectitur ad meridiem, quia obliquo ductu præcipue cum in æſtiualibus commoratur ſignis, ab ortu ad lineam meridianam conſcendit. Deinde aũt ad occaſum deſcendens: rurſum obliqua progreſſione ad aquilonem inclinatur.

D Põt alia adhuc in his uerbis expoſitio ſatis conueniens adhiberi: ſcilicet ut hæc omnia nõ de diuturno, ſed de annuo curſu ſolis dicta accipiamus. Oritur quippe nobis ſol: quando per uernale æquinoctiũ ingrediens ad noſtrum polum cõſurgit. Occidit autẽ, qñ p autumnale ęquinoctiũ exiens ad inferiora deſcendit. Gyrat per meridiẽ: quando in hyemalibus ſignis commoratur. Flectitur ad Aquilonem: quando in æſtiuis ſignis quæ polo boreali uiciniora ſunt, circunfertur. Oritur ergo ſol, & ipſo oriente omnia pariter oriuntur, quæ ex eius calore reuiuiſcunt. Occidit, & ſtatim igne uitali ſubducto, uniuerſa occumbunt, quę ex eius præſentia uiguerunt. Gyrat per meridiem: ut ęſtiua incendia algor temperet hyemalis. Flectitur ad Aquilonem, ut quæ brumæ gelu, & torpor glacialis aſtrinxerat: æſtiuis ardoribus rurſum calefacta animentur. Vides igitur unum corpus quãtas ſecum trahat rerum mutationes.

E Luſtrans uniuerſa i circuitu pergit ſpiritus, & in circulos ſuos reuertitur. Si per ſpiritũ, aerẽ accipimus: congruo ordine poſtquam inſtabilitatem cęleſtis elementi deſcripſerat: eandem quoq; inferiora legẽ pati demonſtrat, dicens. Luſtrans uniuerſa in circuitu pergit ſpiritus. Acſi diceret, Si ea quæ in cælo ſũt, uis naturæ ſtare non patitur, neceſſe eſt, ut ea quoq; quæ ſub cælo ſunt, eadem conditio mutabilitatis moderetur. Sane quẽadmodum ſoli: ita quoque aeri orbicularem tribuit motum, ut eius agitatio, perpetua eſſe demonſtretur. Qđ autem pluraliter ſubiungit. In circulos ſuos reuertitur: hoc ſignificare poteſt, ꝙ motus aeris non ſemper ubiq; idem eſt: ſed cum alibi uehementius, alibi moderatius agitetur: ipſa eius fluctuatio uerſa uice in ſemetipſam refuſa diſſimiliter moueatur: & non uniformiter conquieſcat: ut non cogamur motũ ſemel cœptum uſq; ad extrema extendere: ut ſingulæ motiones impulſioneſq; quaſi in ſe factæ, & paulatim ſpatio motu languente quieſcant. Sed, & illud quod ait. Luſtrans, apte huic elemento tribuitur, quod ſordes uniuerſas ſua mobilitate ubicunque aſperſas ſiue collectas purget ac diſſipet. Sine ꝙ ſua ſubtilitate cuncta penetrans ubiq; ſe diffundat. Vel ad ſuperiorem hoc uerbum ſententiam copulatur ſic. Oritur ſol, & occidit, & ad locum ſuum reuertitur: ibiq; renaſcens gyrat p meridiem, & flectitur ad aquilonem, luſtrans uniuerſa in circuitu. Et hic diſtinctione facta: deinde ſequẽs ſententia ſubinfertur ita. Pergit ſpiritus &c. Sol.n. curſu ſuo uniuerſa in circuitu luſtrat: quia omnes partes mundi per diuerſa ſigna oriens, uel occidens attingit. In cancro enim oriens; & occidens, aquilonem tãgit. In capricorno, meridiem. In libra, & ariete, per orientem, & occidentẽ medium pertranſit. Sequitur. Pergit ſpiritus, & in circulos ſuos reuertitur. F

Secundum præcedentem expoſitionem, ſpiritum nunc non inconuenienter accipere poſſumus igneam uim quę ab ipſo ſole procedens, per cuncta ſe diffundit, & uniuerſa inuiſibiliter penetrans uegetat, & mouet. Vnde, & ueteres naturam eſſe dixerunt. Ignem artificem ꝓcedentem in res ſenſibiles procreandas. Vitalis.n. motus, & negetationis ſenſibilis in cunctis naſcẽtibus ignea uis origo eſt: quæ rebus omnibus incrementum ſubiicit, & inuiſibili eas nutrimento alens ac fouens, ad uiſibilem tãdem producit ſubſtantiam. Hanc autem occultam naturæ uim cunctã mouentem, & alentem poeta quoq; ſpiritum nominauit: & nota ſunt eius uerba. Principio cælum ac terras, campoſq; liquentes. *Æneî.6.* Lucentemque globum lunæ, titaniaq; aſtra, Spiritus intus alit: totamq; infuſa per artus, Mens agitat molem, & magno ſe corpore miſcet. Quamuis in his uerbis illũ potius errorem probare uideatur, qui mundum hunc ſenſilem quaſi animal conſtans ex anima, & corpore, ipſamq; eius animam ſpiritum eſſe cuncta mouentem aſſeueret. Sed quomodolibet opinio errantium exponatur: nos ſano intellectu ſpiritum pergentem in oĩa, & in circulos ſuos reuertentem: occultam naturæ uim accipere poſſum⁹: G quæ uniuerſa inuiſibiliter nutrit, & uegetat, & unumquodq; ad certum finem legitimumq; terminum perducit. Hic ergo ſpiritus, id eſt hæc occulta naturæ uis omnia luſtrat: quia per omnes rerũ partes inuiſibiliter ſe diffundens, unicuiq; ſecundum ſuæ naturæ capacitatem, propriam qualitatẽ diſtribuit. Pergit, & reuertitur: quia uniuerſa quæ oriuntur in tempore prius per incrementum prouehit: ac deinde ſeneſcentia ad originem ſuam reducit. Pergit.n. quia in naſcentibus egreditur: in creſcentibus uſq; ad certã menſuram procedit: Reuertitur: quia in ſeneſcentibus, & per defectũ naturæ ſuæ retro labentibus uſq; ad originis ſuæ principiũ reuocatur. Sic igitur ſingularũ rerũ curſus, & progreſſiones, quaſi circulos quoſdã, & orbes in ſemetipſos recurrentes recte accipimus: quia oĩa tẽporaliter orta illuc tandẽ p occaſũ redeunt, unde p natiuitatis principiũ exiuerũt. Et unũquodq; quidẽ ſm ꝓpriã menſurã, & tẽpus quo ſubſiſtit, differentẽ ab alio, id eſt maiorẽ minorẽue excurſũ habere probatur. Oĩa aũt ſicut originem unã, ſic & finem unum habere noſcuntur: quia omnia per occaſum ad terram redeunt, quæ in ortus ſui principio de terra exiuerũt. Sicut ergo ſol oritur,

& occidit,& ad locum ſuum reuertitur: ſic ſpiri-
tus pergit,& in circulos ſuos reuertitur. Quia ſi-
cut in corpore ſolis localiter ignis progrediens,
ad ortus ſui principium reducitur:ſic etiam natu
raliter in cunctis naſcentibus motũ quem per in-
crementum rerũ erexit; per defectum, & occaſũ
H earundem,ad originem ſuam reducit. ¶Sequitur
tertia clauſula in qua tractatur de elemẽto aquæ,
quod in ordine rerum, tertium poſt ignem poni-
tur in procreatione ſecundum ſociatur. Quantũ
.n.attinet ad diſpoſitionem,& ordinem rerum,
primum,& ſupremum locum ignis poſſidet: aer
ſecundum igni proximum. Poſtea aqua tertium
uendicat locum; nouiſſimo,& imo loco terra re-
ſidet. In his quatuor ignis,& aqua,natura quidẽ
maxime repugnantia,cõfęderatione tamen æqua
bili amica,oĩm naſcentium origo ſunt. Et ideo ſi
locum,uel naturam attendimus a ſe inuicem duo
hæc diſparata cernimus:Si efficientiá reſpicimus,
proxima ſibi utraq;& amica inuenimus.Igitur de
elemento aquę,quod alterum cum igne fomentũ
uitale præbet naſcẽtibus:quaſi poſt ignem,& ae-
rem tertio,uel cum igne ſecũdo:inter rerum mu
tabilium naturas tacendum non fuit. Et idcirco
huius quoq; circuitum,& excurſum in res ſenſi-
I ,, biles procreandas deſcribit,dicens. Omnia flumi
,, na intrant in mare,& mare non redundat, Et cau
,, ſam ſtatim adiungit, quare non redundet mare
,, omnibus in ſe fluminibus receptis: Quia ſcilicet
,, rurſum ad locum unde exeunt flumina reuertun
,, tur ut iterum fluant. Ductus enim aquarum per
omne corpus terræ intrinſecus,& deforis in mo-
dum uenarum humorem trahunt: ut æquabili-
ter irrigatio in oẽm partem diffundatur. Hæc au
tem infuſio ut iugis,& perpetua eſſe poſſit, idcir-
circo aquarum curſus in orbẽ diſpoſitus eſt,& in
illa perenni circuitione ut nunquam deficiat qđ
deſuper infunditur: quantum in parte altera de-
orſum fluit, tantum in altera parte per occultos
meatus ad ortum reuocatur. Sic, & cibus corpo-
ris quodam circuitu fertur, & primum a palato ĩ
aluum deſcendens,ac deinde in ſeceſſum pertrá-
ſiens: & in ipſo eius tranſitu quaſi quadam inſtil
latione naturæ deficienti nutrimentum ſubiici-
tur, quo euaporato, & exinanito neceſſe eſt rur-
ſum ut membris fatiſcentibus reparandis eden-
di ſubſidio concurratur. Quaſi ergo circulus re-
naſcentis ſemper indigentiæ in ſuam originem
recurrẽs ducitur: quia dum ſine ceſſatione quod
ſumptum eſt præterit: ſemper iterato ſumi neceſ-
ſe eſt,quod ſupplendo defectui ſubſtantiam mi-
niſtrare poſſit. Quale ergo nutrimentum ſubſtá
tia cibi aſſidua iteratione alendo corpori ſubii-
cit;tale omnino elementorum refluxio nutrimẽ
tum in terræ corpore procreandis fętibus ſemini
buſq; uiuificandis infundit.Hoc ignis, hoc aqua,
hoc aer perpeti acceſſu,& receſſu ſine intermiſſio
ne agere non ceſſant: ut ſemper accedentia reple-
ant,& recedentia euacuent:ut quia ſubſiſtere nõ
poteſt uigor infuſionis prætetitę, ex neceſſitate
denuo iteretur irrigatio plenitudinis reparandæ.
Quam ergo rerum alimenta fiduciam perpetuę
ſubſiſtentiæ præſtare poterunt: cum in rebus om
nibus ſic ſemper ſine ceſſatione,& reparantia trá-
ſeant,& deficiant reparata? Licet enim huic defe
ctui qualemcunque conſolationem præſtare ui-
deatur repetita infuſio; magna tamen eſt miſeria
ſemper ad indigentiam accipere: & nunquam in
digentia accipiendi poſſe carere. Vnde manifeſtũ
eſt ꝙ omnia tranſitoria,& caduca uana ſunt,quæ
a ſui ſtatus ſoliditate iugiter,uel tranſitu, uel defe
ctu inaneſcunt. Magnum ergo hic ſpectaculum K
ſanctis mentibus præparatum eſt,quæ norunt ex
uiſibilibus trahere inuiſibilium cognitionem.
Quæ norunt dicere creatori ſuo: Omnia in ſapiẽ Pſal.103
tia feciſti domine. Delectaſti me domine in factu Pſal.91.
ra tua,& in operibus manuum tuarum exultabo.
Quàm magnificata ſunt opera tua domine:nimis
profundæ factæ ſunt cogitationes tuæ.Ecce enim
quomodo in circuitu feruntur omnia tranſito-
ria, & uanitati ſubiecta. Et ſcimus, quia circulus
finem non habet. Quæ ergo in circuitu currunt:
currunt quidem: ſed ad finem nunquam perue-
niunt. Quæ ergo requies ſperari poteſt; ubi ſta-
tus nullus eſſe poteſt? Vbi enim perpetuus curſus
eſt: ſtatus nullus eſt. Vbi autem circuitus uia eſt; u-
bi curſus certe finem habere poſſit, non eſt. Quæ
ergo in circuitu currunt,ſemper currunt: & nun
quam ad ſtatum perueniunt. Semper tranſeunt:
& nunquam ſubſiſtunt.Semper finiuntur: & fi-
nem inuenire non poſſunt. Cum prętererint,fu-
tura ſunt: cum ſuperuenerint, non ſubſiſtunt.
Hæc eſt uia omnium mutabilium; & uia omniũ
mutabilia amantium; & mutabilia ſequentium.
Nam,& de impiis dictum eſt. In circuitu impii Pſal.11.
ambulant. Et iterum.Caput circuitus eorum: Et Pſal.139
pone illos ut rotam domine. Caput quoq; impio Pſal.82.
rum omnium de ſe teſtatur,dicens. Circuiui ter- Iob.1.
ram, & perambulaui eam. Et de ipſo apoſtolus 1.Pet.5.
ait. Circuit tanquam leo rugiens quærens quem
deuoret. Vides ergo quemadmodum peruerſi ſẽ-
per circuitũ diligunt:& a circuitu non recedunt.
Idcirco quæ a peruerſis peruerſe amantur:etiam
ipſa in circuitu omnia currunt in teſtimonium
illis,quod circuitum ſequuntur,& ipſi. Econtra-
rio amator æternorum dicit,Pes meus ſtetit in di Pſal.27.
recto.Et iterum. Dirige me in ſemita mandatorũ Pſal.118
tuorum: quia ipſam uolui. Et iterum. Rectus eſt Eſa.26.
callis iuſti. Et alibi rurſum.Ibunt,inquit,directe Sap.5.
emiſſiones; & ad certum locum deducet eos do-
minus Deus noſter. O uia recta: o circuitus, quo
ducis tu? Et tu quo ducis? Tu ducis, & perducis.
Tu uero ducis,& ſeducis: quia quos ducis, per-
dis: nõ perducis, O circuitus quomodo inuoluis?
quomodo complecteris ſequaces tuos? Tu currẽ-
tibus per te, neq; exitum tribuis a te: nec in te p-
uentionem. Ergo omnia tranſitoria, & caduca p
circuitus uoluuntur dum tranſeunt: ut in eis bo-
num ęternitatis non quæramus, quæ cernimus ſẽ
per,& ſic aduenire ut tranſeant, & ſic tranſire ut
non ſubſiſtant. Videamus ergo adhuc circuitus i-
ſtos uanitatis. Dei enim ſapientia(ut iam dictum L
eſt)hoc mirabiliter prouidit: ut rerum omnium
motus in orbẽ ageretur: quatinus corporea na-

tura

tura quæ effluendo aliquando defectum ſentire potuiſſet, ſemper in ſuam recurrendo originem dum ſine intermiſſione recipit quod effudit: ſine defectu effundat quod recipit: & ſit defectus ſine defectu: nec unquàm deſit quod poſſit deficere, ut ſemper deficiat. Vnde in una eademque re, & miſerum eſt, quod eſt: & mirabile quod factum eſt, quia in eodem opere & fragilis inuenitur materia, & ratio artificis admiranda. Et contemptũ quidẽ mundi ſuadet natura corruptibilis: ſed ſuccumbit mens admiratione in contemplatione rationis. Ad hanc ergo rationem intuendam poſt explicitum curſum rerum mutabilium: noſter Eccleſiaſtes ſe conuertit: ut in ea mentis aciẽ per contemplationem exerceat: quia eam ſcientia ſufficienter non ualet comprahendere: digna ſtudet uenerari admiratione. Nam quia mutabilitatẽ omnium, in tribus rerum generibus igne, aere, & aqua, ſecundum motum mouentem explicuit: quàm inexplicabilis eadem ſit ſecundum motum qui mouetur per ſingula quæq; oriẽtia & occidentia in uniuerſitate ſubſequẽter oſtẽdit.

Cunctæ res difficiles non ualet eas homo explicare ſermone: non ſaturatur oculus uiſu, nec auris impletur auditu.

M ¶Cum res quælibet in ſuperficie ſua cernitur, nõ dum adhuc uel cauſa eius occulta, uel natura penetratur. Videtur namq; quod eſt: ſed quale ſit illud quod uidetur: uel quam in occulto (quo ſenſus corporeus accedere non poteſt) retineat qualitatem: cur etiã ſic ſit ne uidetur: uel unde ſic ſit: uel ad quid ſic ſit: quis hominum (non dicam in rebus omnibus ſed nec in una qualibet re) ad plenum comprehendere ualet? Quantis ergo tenebris homo inuoluitur: quanta ignorantiæ cæcitate coarctatur: cuius ſenſus uix etiam ſuperficietenus pauca rerum poteſt attingere? Qui & ſi cuncta quæ ſunt ſecundum ſpeciem exteriorem, cerneret: nondum tamen uim latentem rerum, inuiſibilemque naturam penetraret: Ergo uniuerſitas rerum utroque modo homini incõprehenſibilis eſt: uidelicet & ſecundum exteriorem ſpeciem, & ſecundum interiorem qualitatem. Singulæ autem rerum, aliæ quidem ex parte foras ſpecie ad ſenſum ueniunt: aliæ prorſus abſcondũtur: uel quia localiter remotæ ſunt: uel quia etiam loco, præſentes, ſubtilitate ſui, tarditatem ſenſus humani excedunt. Vix ergo aliqua ſenſus humanus in rebus attingere ſufficit: nihil autem uniuerſorum (perfecte ut eſt) comprehendit. Ergo cunctæ res difficiles ſunt: & ſecundum uniuerſitatem uidelicet ut nec ualeant attingi: & ſecundum ſingula quæq; difficiles: quia nullo ſenſu poſſunt uel intellectu plene comprehendi. Quæ ſi ratione perfecte inueſtigari nõ poſſunt: multo minus ſermone poſſunt explicari. Nam hoc ipſum in rebus magis omnibus ineffabile eſt: quod in tanta mutabilitatis confuſione nuſquàm bene conſiderãti ratio euidens & manifeſta deeſt: quòd tam bene diſponitur id etiam quod in rebus bonũ non eſt, ut quodammodo ſingulorum corruptio, uniuerſorum ſit pulchritudo. N Propterea ſenſus humanus in conſideratione horum ſuccumbens ſuauiter ex defectu ſuo reficitur: quia in eo quod ſecundum corruptionem diſplicet: in ordinatiſſima pulchritudine uniuerſitatis, etiam ipſa corruptio pulchra eſt & placet. Sic miro & ineffabili modo, conditor in creatura ſua ſimul & per corruptionem rerum punit malitiã: & per pulchritudinem delectat naturam, ut agnoſcat homo in pœna ſua quid per culpam meruit, & in delectatione quid amiſit. Quantam enim in creatore rerum dulcedinis affluentiam eſſe credimus: ſi tam miram in creaturarũ pulchritudine ſuauitatem inuenimus? Propterea cum dixiſſet in tam multiplici & perplexa uariaque rerum profunditate defectum humanæ intelligentiæ: Subdit ſtatim in pulchritudine earundem iocunditatem naturæ.

,,O Non ſaturatur oculus uiſu: nec auris impletur auditu.,,

Cum omnes ſenſus corporei in rebus cõditis oblectamenta ſua, & quaſi proprias quaſdã delicias ſinguli præparatas inueniant: utpote uiſus ſpeciem auditus melodiæ dulcedinem, olfactus odorem, ſaporem guſtus, & tactus lenitatẽ. Cæteri quidem omnes, corporeæ neceſſitati, uel etiam uoluptati ſeruiunt: Hi uero duo ſenſus, id eſt uiſus, & auditus alimenta ſua magis ad ſpiritalem iocunditatem trahunt. Vnde & illorum refectio defæcationem non habet, quia cum perceptione dulcedinis nullam trahunt maſſam corruptionis. Propter quod illorum refectio ad dulcedinis ſatietatem non peruenit: quia a percipienda dulcedine appetitum illorum nec percurrens difficultas tardat: neque ſuccedens moleſtia ulla reſtringit. Purum ergo atque ſincerũ hoc alimentum ſine omni mole corporea totum in refectionem animæ tranſit: quia licet a ſpecie corporali emanet, & per corporis ſenſum tranſeat: non poteſt tamen retineri a corpore: quia corporeũ nihil habet, nec ingerit corpulentum. Idcirco ergo uiſus & auditus quaſi excellentiores cæteris & nihil ponderis deprimentis habentes, ſublimiorem in corpore ſedem ſortiti ſunt: ut libere & ſine obſtaculo ad ſuas delectationes effluant, uel influentes in ſe ſine difficultate admittant. P Sane duo ſunt quæ ex rerum ſpecie per uiſum intrant ad animũ. Et duo item quæ ex uocum perceptione ingrediuntur per auditum. Per uiſum namq; ad animi cognitionẽ ex rebus peruenit ſubſtãtia & forma. Ex uocibus per auditum, ſignificatio & melodia. Et idem operatur in animo per uiſum ſubſtantia ex rebus: quod per auditum ſignificatio ex uocibus. Itemque idem facit per uiſum in animo forma ex rebus: quod per auditum melodia ex uocibus. Duo quippe ſunt, quibus animæ rationalis natura tota diſponitur, uidelicet cognitio & affectus: id eſt ſapientia & amor. Quæ duo ſi anima perfecte obtineat, & legitime diſponat: beata eſt. Si uero uel in his quantum natura expetit, obtinendis deficiat: uel obtenta, contra naturam peruertat: in ea procul dubio parte qua uel defectum uel confuſionem horum patitur: miſera (neceſſe eſt) efficiatur. Tota ergo animæ rationalis

tionalis ſubſtantia his duobus regitur, id eſt cognitione & affectu: ut per ſapientiam quidem, ueritatem inueniat: per amorē autem, amplectatur uirtutem. Vt igitur ob beatitudinē rationali animæ etiam exteriora ſeruirent, poſita ſunt in corpore humano hæc duo inſtrumenta ſenſuum: ut per ea ad animam notiones uiſibilium ingrederentur: atque in ipſa ſapientiam ſiue uirtutē, uel ſi omnino non eſſet, efficerent: uel ſi minus eſſet, augerent. Ergo eſſentia rerum per uiſum ad animam ingrediens: & uocum ſignificatio per auditum, ſcientiam pariunt. Forma uero rerum per uiſum intrans, & melodia uocum per auditum: ad iocunditatem animum accendunt. Quoties enim foris ſine rerum ſpecie uiſus afficitur: ſiue auditus uocum dulcedine demulcetur: euigilat animus intus miris affectibus, illi quo exterius tactum ſe ſentit, reſpondens. Et fit nonnunquam ut per eam quam ſenſu corporeo trahit dulcedinē, redeat ad inuiſibilium bonorum recordationē: & quodāmodo ex ſimilitudine, ammonitus inenarrabili deſiderio illud incipiat concupiſcere: cuius quaſi umbram & imaginem in affectu corporali ſe ſentit percepiſſe. Dicat ergo Eccleſiaſtes. Non ſaturatur oculus uiſu: nec auris impletur auditu. Quia per hos ſenſus, uiſibilium pulchritu-

Q do, dum animum iocunditate in ſui contemplatione afficit: inenarrabilem in eo concupiſcentiā inuiſibilium bonorum accendit. Quæ uidelicet concupiſcentia ineffabilem dulcedinē ſitiens: uiſu uel auditu corporeo quo excitatur quātamcūque iocunditatem afferant, irritari poteſt potius quàm expleri: & ſermone humano quātumlibet profuſus fuerit uel diſertus, & ſi tenuiter uix dicitur, nunquam perfecte explicatur. A ſpecie.n. uiſibilium rerum, quaſi quædam tantummodo tōnalis animus ſemina concipit gaudiorum: ſed excreſcē e mox in immenſum deſiderio parturit ipſe, & non ſe capit in tanta iocunditate. Nemo ergo uiſibilium rerum aſpectum caſtis mentibus noxium putet: Quia ſi uidere opera Dei oīno noxiū

Viſus utilis.

foret: nequaquam ab ipſo uidendi uſus creatus fuiſſet. Opus enim Dei quaſi uerbum illius eſt, per quod nobis loquitur: & ipſi oculi quaſi inſtrumenta ſunt, quibus per contemplationem uerba Dei percipiuntur. Sicut ergo auris inſtrumentū eſt ad percipiendum uerbum hominis: ſic oculus inſtrumentum eſt ad percipiendum uerbū creatoris. Propterea congrue in humano corpore, & oculi coram poſiti ſunt, & aures a latere conſtitutæ: quaſi per hoc nobis ſignificetur quòd noſtra intentio ſecundario dirigi debeat ad proximum: principaliter ad Deum. Recte ergo ut oſtenderetur qualiter ex conſideratione rerum uiſibilium, naſcitur in animo deſiderium æternorum, ſoli oculi & aures commemorantur. Quia his ſolis ſere ſapientiæ & uirtuti uia patet ad animum: quia dum uiſibilium pulchritudinem præ cæteris ſenſibus meram percipiunt: ſoli interius amorem inuiſibilium bonorum ſyncerius accendunt. Cū ctæ res difficiles non ualet eas homo explicare ſermone. Non ſaturatur oculus uiſu: nec auris impletur auditu. Mirum eſt. Cor humanum toti R mundo non ſufficit: & totus mūdus cordi humano non ſufficit. Quare cor humanum toti mundo non ſufficit? Quia cunctæ res difficiles nec ualet eas homo explicare ſermone. Quare cordi humano totus mundus non ſufficit? Quia non ſaturatur oculus uiſu: nec auris impletur auditu. Ergo ſcientia ſuccumbit: affectus trāſcendit. Tendit ſe ſcientia quantum poteſt, & totum capere nō poteſt. Amor uero totum haurit: & adhuc ſatiari nō poteſt. Quare hoc? Quia ſcientiæ charitas ſupereminet: nec dicit, ſufficit cor humanum: donec ad illum peruenerit, & illum inuenerit a quo factum eſt, ut eſſet, & ad quem factū eſt, ut ī illo beatum eſſet. Omnis iocunditas, omnis ſuauitas, omnis pulchritudo rerum conditarum afficere cor humanum poteſt: ſatiare non poteſt: niſi ſola illa dulcedo ad quam factum eſt. Nam ſpecies rerum uiſibilium quaſi uenæ tantummodo quædā ſūt, per quas inuiſibilis pulchritudo ſe manifeſtans, ad nos uſque emanat. Et ideo cum iſta ſenſum noſtrum atque affectum in ſe naturaliter prouocant: non quidem deſiderium replent: ſed ad inquirendam conditoris ſpeciem, & eius pulchritudinem concupiſcendam irritant. Ergo iſta omnia quæ foris uidentur, ad prouocandum affectum humanum, non ad ſatiandum facta ſunt: ut ab eis excitatus ſurgat: & ea auctus tranſcendat. Quapropter non ſaturatur oculus uiſu, nec auris impletur auditu. Quia delectat quidem q̄d pulchrum factum cernimus: ſed non ſufficit, niſi illum qui fecit, inueniamus. ¶ Vel ſic intelligi po- S teſt quod dicit. Non ſaturatur oculus uiſu, nec auris impletur auditu. Quia enim præmiſerat cunctas res eſſe difficiles, nec poſſe hominem eas explicare ſermone. Ne forte putaretur uel ſcientia eas compræhendere poſſe, adiunxit. Non ſaturatur oculus uiſu: nec auris impletur auditu. Ac ſi diceret Non eſt mirum ſi homo rerum difficultatem ſermone explicare non poteſt: qui nec ſenſu, earum profunditatem capere uel peruestigare poteſt. Siue enim per ſemetipſum inuenienda quærat: ſiue ab alio iam inuenta audiat: infra plenitudinis ſatietatem eſt omne quod capere poteſt. Nam ſi per ſemetipſum contemplari incipiat: non ſaturatur oculus uiſu. Si erudiri quærat ab altero: non impletur auris auditu. Anguſtiæ enim corporalium inſtrumentorum, ſi ſe foras effundant, profunditati rerum ſiue immenſitati explicandæ non ſufficiunt. Si autem ſe infundāt, capacitatem cordis humani implere nō poſſūt. Quia enim cor hominis peccati tenebris cæcatū, intus oculum non habet quo lumen ueritatis plene uideat, nec aurem qua Dei uerbum intrinſecus ſonans percipiat: ad ariditatem ignorantiæ ſuæ rigandam, corporeos oculos & aures aperire cogitur: ut foris aliquam ſaltem in rerum ſpecie ueritatis ſtillam hauriat: qua ſitis eius licet non ualeat omnino extingui, uel ad modicum ualeat temperari. Hoc eſt enim quod dominus per prophetam populo ſuo improperat, dicens. Duo peccata fecit populus meus. Me dereliquerunt fon- Hiere. 2.

tem

Nota de corde Hominis.

tem aquæ uiuæ:& foderunt ſibi ciſternas diſſipatas,& non ualentes aquas continere. Scimus námque quia ciſterna idcirco foditur: ut aqua extrinſecus collecta in eam defluat: & ex ea rurſum in uſus hominum tranſitura hauriatur. Sed hæc quia uenam uiuam non habet: quantumlibet magna & aquarum collectione redundãs uideatur: aliquando exhauriri poteſt & exſiccari: quia cum ſublatũ fuerit & conſumptum quod aliunde infunditur: nihil ei de ſuo ſupereſt unde reparetur. Sed fons qui uiuam habet uenam etiam ſi modicus eſt, deficere tamen omnino non poteſt: neq; effuſionis ſuæ defectum aliquando ſentit, cui ſine defectu ſemper de proprio incrementum accedit. Corporales igitur oculi,& aures, licet præcipua ſint inſtrumenta, quibus uia diſciplinis aperitur ad animum: quia tamen intus a fonte ueritatis non ueniunt notiones rerum uiſibiliũ: ad cor hominis per anguſtos ſuæ capacitatis ductus, & quaſi aquas ſparſim collectas, in ciſternam deducunt. Et quia in eiſdem rebus quas percipiunt, neque uniuerſitatem compræhendere, neq; intima penetrare ualent: recte nunc dicitur. Non ſatiatur oculus uiſu: nec auris ĩpletur auditu. Quia humanus animus uel uidendo uel audiendo, etiã ſi aliquid quantulumcunque de ueritate percipit: longe tamen ab eius plenitudine, ſuę eum cõditio infirmitatis repellit. Non ergo mirum eſt ſi humani ſermonis ariditas ad explicandam rerũ difficultatem nõ ſufficit: quia ſenſus etiam humanus in eius conſideratione ſuccumbit. Ideoque cunctę res difficiles: nec ualet eas homo explicare ſermone: non ſaturatur oculus uiſu nec auris impletur auditu.

Quid eſt quod fuit? Ipſum quod futurum eſt. Quid eſt quod factum eſt? Ipſum qđ faciendum eſt. Nihil ſub ſole nouum: nec ualet quiſquàm dicere, ecce hoc recens eſt. Iam enim præceſſit in ſeculis quæ fuerunt ante nos.

T ¶Exiſtimet fortaſſis aliquis errorem hic illum cõfirmari, quo philoſophi gentilium de ſeculorum reuolutione,& rerum omnium recurſu in idipſum, mira dementia temporum æternitatẽ aſtruere conati ſunt. Dixerũt quippe rerum mutabiliũ ſeriem ab æterno eodem ordine quo nunc cernitur cucurriſſe: & ſine fine lege eadem mundo in ſua uniuerſitate nec principium nec finem habẽte, per ſecula quædam ſibi ſuccedentia curſuram. Seculum autem in quindecim milibus annorum conſtare (quẽ magnum annum appellant) quo expleto, omnibus ſideribus ad locum ſuũ unde ſingula quæq; ab initio ſeculi progreſſa fuerant reuocatis, rurſuſque in exordium alterius ſeculi ſimili ratione ac modo motum inchoantibus, ſubiectamque naturam ſimili itidem ratione mouentibus: rurſus eadem prorſus omnia quę in ſeculis præcedentibus ordine præceſſiſſent: eodẽ nihilominus ordine, eadem eſſentia, eadem forma, eiſdem omnino & locis & temporibus, iterato conſurgere, curſumque ſuum ac fatum ſimile priori atque idem peragere: eandem quoque legem pati, fortunamque ſubire: ita ut eoſdem homines naſci, itidem eoſdem filios gignere: eadem fortuna uiuere, eadem ſorte mori contingat: eundem rerum euentum eandem prorſus qualitatẽ, eundemque ſtatum & procurſum omnium quę præterita prioris ſeculi tempora tenuiſſent. Talem autem rerum omnium reuolutionem atque iterationem in idipſum ſemper fuiſſe ſemperque futuram eſſe ſine fine, ut quemadmodum recurſu unius ſideris per ſingulos annos ad priſtinum iſta tum renouãtur omnia: ita recurſu omnium ſiderum totiuſque naturę ad ortum ſuum per ſingula ſecula & magnos annos ad primam conditionem repatentur uniuerſa. Hic uero error quã V tus ſit, facile arguet ratio manifeſta. Nam tempora ęterna eſſe non poſſe in hoc euidẽtiſſime comprobatur: ꝙ omne tempus initium habuit: & ſine contradictione conſtat, ꝙ omne quod initiũ habuit, aliquando non fuit. Amplius. Omne tempus præteritum, aliquando præſens fuit. Omne autem tempus quod aliquando præſens fuit: antequam præſens eſſet, nondum fuit. Alioquin ſi ſemper pręſens fuit: non iã tempus fuit, ſed æternitas. Si ergo omne tempus præteritum aliquando non fuit: fuit quando nullum tempus fuit. Itaque tempora æterna eſſe non potuerunt: ſed erat ante tempora æternitas ſine tempore: quam tempora quidem nec auxerunt cum inciperent: nec cum finientur, conſument. Liquet ergo falsã eſſe aſſertionem eorum qui ſeculorum ęternitatem prædicauerunt: & mutabilitatis principium ſine principio fuiſſe teſtati ſunt. Sed ne forte in hoc loco error huiuſmodi confirmari uideatur, ”
cum dicitur. Nihil nouum ſub ſole: neque ualet ”
quiſquàm dicere, ecce hoc recens eſt. Iam enim ”
pręceſſit in ſeculis quæ fuerunt ante nos. Quo intellectu id accipiendum ſit: ſtatim ſubſequentibus uerbis oſtendit, dicens.

*Hic fuit Platonis error.*

Annus magnus.

Non eſt priorum memoria, ſed nec eorum quidem qui poſtea futuri ſunt, erit recordatio apud eos, qui futuri ſunt in nouiſſimo.

¶ Nam ſi priora & nouiſſima cum præſentibus X prorſus eadem eſſent: nequaquàm præſentes homines a prioribus,& a futuris in nouiſſimo alios diceret: nec diceret, apud eos qui poſt nos futuri ſunt in nouiſſimo: ſed diceret, apud nos qui futuri ſumus in nouiſſimo. Niſi forte primos & nouiſſimos ad principium & finem eiuſdem ſeculi referendum quis dicat. Alioquin nec primos eſſe nec nouiſſimos qui ſine principio fuerunt: & ſine fine futuri ſunt. Sed primos & nouiſſimos ad principium & finem eiuſdem ſeculi referre ꝓhibet, quod ait. Iam præceſſit in ſeculis quæ fuerunt ante nos. Quia dum alia ſecula pręcedentium, atque alia ſubſequentium dicit: nequaꝗ̃ ſe primos & nouiſſimos eiuſdem ſeculi ſignificaſ Y ſe oſtendit. Ergo quia non ſolum a catholica ueritate, ſed a ratione quoque ſententia abhorret, nos dictum hoc referamus ad rerum ſimilitudinem,

nem, quæ in ſuis generibus ſic a principio inſtitu
tæ ſunt: ut unumquodq; ſecundum ſimilitudi-
nem & formam primæ originis ſuæ propaginē
extendat. & nihil ſit qd terminum primæ diſpo-
ſitionis in ſuo genere excedat. Sic in ipſis elemē
tis mundi, ſic in ijs quæ ex ipſis procreata ſunt
uel procreantur, omnibus natura primam diſpo
ſitionem cuſtodit: ut nihil a primo alterum id eſt
diuerſum, aut diſſimile inueniri poſſit ſub ſole.
Vt uerbi gratia, ab initio cælum ſurſum, & terra
deorſum. Ab initio luminaria in cęlo, ſol, luna, &
ſtellę: aues in aere: piſces in aqua: beſtiæ in terra.
Ab initio uolatus auibus, natatus piſcibus, greſ-
ſus hominibus, & beſtijs quibuſdam reptatus, &
tractus ſerpentibus. Et hæc omnia ſicut fuerunt,
ſic ſunt, ſic permanent. Et ſi quando forte miracu
lo aliquo præter uſitatum naturæ curſum acci-
dente, aliud fiunt quàm ſemper ſunt: non tamen
in toto fiunt nec ſemper fiunt, ut prima illa inſti
tutio & ſi aliquando intermitti uideatur: nunq̃
tamen uideatur diſſolui. Ergo & hanc confu-
ſionem regit ſapientia Dei. Et quod nobis confu
ſum eſt, ipſi non eſt. Et ideo ſub ſole nihil nouū
eſt: Quia ab illo qui eſt ſupra ſolem quod tempo
raliter tranſit, ab æterno ordinatum eſt. Atque iō
ſingula quæque quia in ſemetipſis per immuta-
bilitatem ſtare non poſſunt: in ſuo tamen gene-
re per ſimilitudinem ſtatum cuſtodiunt, ut licet
quod ſunt, ſemper eſſe non poſſint ſingula: nun-
quam tamen inuenientur aliud eſſe uniuerſa, q̃
Z ſingula. Ergo nihil nouum ſub ſole. Quanto ma-
gis ſupra ſolem? Nam & ideo nihil nouum ſub
ſole: quia ęternum eſt ſupra ſolem. Sub ſole & lu
na nouum non eſt: nec eſt tamen æternum. Æter
num enim non eſt ſub ſole aliquid: quia omne
quod ſub ſole eſt, in ſemetipſo præterit: & tamē
nouum non eſt: quia in ſimilitudinem ſui gene-
ris ſubſiſtit. Ergo ſub ſole nihil nouum eſt: & ni-
hil æternum. Quia enim præceſſit in ſeculis quæ
fuerunt ante nos, ideo nouum non eſt: & quia
non eſt prętéritorū memoria: ideo ęternū nō eſt.
Ideoque quia omne quod uenit, præterit, & non
ſubſiſtit, aut permanet quicquàm ſub ſole: non
ſaturatur oculus uiſu, nec auris impletur auditu:
quia dum intrat elabitur, & fugit omne dum te-
neri putatur: & completur ſententia. Vanitas ua-
A nitatum, & omnia uanitas. Quid ergo quia ſub
ſole non ſaturatur oculus uiſu, nec auris imple-
tur auditu? Supra ſolem erit ubi non ſolum nouū
non eſt aliquid, ſed nec tranſitorium: ubi & prio
rum memoria & præſentia futurorum, immo
omnia præterita & futura præſentia ſunt: quia
nec præteritū nec futurū aliquid ibi eſt, ubi præ-
ſens eſt omne quod eſt: & omne quod eſt, ibi eſt.
Ibi ergo & oculus uiſu ſatiari & auris auditu im-
pleri poteſt: ubi conſummata & plena perfectio
percipitur: & percepta plenitudine æternitas non
B euacuatur. Sic ergo tota hæc ſententia qua ſub ſo
le, nec nouum aliquid nec ęternum eſſe dicitur,
ad hoc ſpectare uidetur: ut agnoſcat homo quid
uel fugere debeat uel ſequi. In eo enim quòd ſub
ſole nihil nouum eſt: ęterna diſpoſitio oſtēditur.

In eo autem quòd nihil ſub ſole permanens eſſe
poteſt: in ijs quæ ſub ſole ſunt, ęternitatem quidē
ſignificari, non tamen eſſe demonſtratur. In ipſis
ergo quæ ſub ſole ſunt, ſimul agnoſcimus, & in
eo quòd nihil ęternum eſt, fugiendum eſſe quod
ſunt. In eo autem quòd nihil nouum: ſequendū
eſſe quod non ſunt. Quapropter recurrat ad ſū
mam ſententia: ut quia in ijs quæ ſub ſole ſunt,
oculi ſatiari, & aures impleri, nec ſcientia poſsūt,
quia non compræhendunt totum quod eſt: nec
deſiderio poſſunt: quia & ſi compræhendant, nō
ſufficit totum quod eſt, nec quantum poſſunt p-
manet quod præſens eſt. Sciunt uanitatem eſſe
omne quod ſub ſole eſt: & quòd nihil de uniuer
ſo labore ſuo quo laborat ſub ſole, homo amplius
habere poteſt. Dicat ergo. Cunctę res difficiles ut C
compræhendātur ab humano ſenſu, quæ nec nu
merari poſſunt multitudine, nec compræhendi
quantitate, nec profunditate perueſtigari. Et iō
non mirum eſt ſi ſermo deficit, ubi intelligentia
ſuccumbit. & ob hoc nō ualet eas homo explica
re ſermone: ut rationem reddat de ſingulis qui
omnia non nouit: Non enim ſaturatur ocu-
lus uiſu, cum per ſe cōſiderat: nec auris impletur
auditu, cum eruditur ab altero: ut uel intentio
exiens ad inquiſitionem rerum quantum extra
eſt, totum cōpræhendat: uel cognitio ingrediens
quantum intus eſt, totum repleat. Ergo oculus &
auris nec toti mundo ſufficiunt ut totum capiāt:
nec toti animo ut totum impleant: Et tamen per
ea quæ foris ſunt, admonentur ut pergant illuc
ubi uita eſt, ubi totum inueniant, & totū capiant:
quia omnia in ipſo uita erant, & uita erat lux ho Ioan. 1.
minum. Illuc ergo pergant, ubi ſimul totum in-
ueniant: & totum capiant, totumque poſſideāt:
ubi in æterna diſpoſitione iā facta ſunt, quæ ſunt
futura in tempore. Nam quid eſt quod fuit? Ipſū D.
enim idem, & non aliud futurum eſt in tempo-
re quam quod fuit ante tempora, in ęterna Dei
diſpoſitione. Nec aliud ſubſequens in rerum or-
dine explicatur mutabile: quàm quod fixum &
permanens ſemper fuit in illa rata & inuariabili
diuina diſpoſitione. Et ut manifeſte pateſcat q̧
ſubſequens rerum effectus cum prouidentia cō-
cordat: ideo etiam in ipſa rerum ſerie, futurum a
præterito non diſcordat. Quid eſt.n. quod factū
eſt? ipſum quod faciendum eſt. Ergo quod fuit in
prouidentia ſemper: aliquando futurum eſt in
re: & quod factū eſt iam in re: per ſimilitudinem
adhuc eſt faciendum. Sed nō prætereundum mi- E
hi uidetur quòd non ait. Quid eſt quod futurum
eſt, ut deinde ſubiungeret. Ipſum quod fuit: cum
prçterita magis certa ſint futuris: quia & ſi non
ſunt: fuerunt tamen aliquando, & uiſa ſunt. Futu
ra autem nunquàm fuerunt. Et ideo magis in qō
ne ponendum uideretur, quod minus certū eſt.
In reſponſione autem: quod magis notū eſſe con
ſtat. Sed notādum quòd effectus rerum ſecundū F
cauſam, prouidentia poſterior eſt: in noſtra co-
gnitione, prior. Quia donec in actu ſuo rem cer-
nimus: quid de ipſa in æterna prouidentia diſpo.
ſitum ſit, prorſus ignoramus. Atque ideo recte cū

quæ-

quæreret diceus.Quid eſt quod fuit? (quia ipſa p
ſe prouidentia occulta eſt) ſtatim ad intelligen-
dam eam audito res ad actũ rerum mittit,dicens.
Ipſum quod futurum eſt: quia ſcire non poſſu-
mus q̃d in præſcientia præcedat,donec uiderim⁹
quid in effectu rerum ſubſequatur. Sed & in re-
bus ipſis,præteritorum qualitatem quæ non uidi
mus:ex futurorum comparatione cum ſuperue-
nerint, colligemus. Dicat ergo. Quid eſt quod
fuit?Ipſum quod futurum eſt. Quia ſicut dictum
eſt,quod præcedit in prouidentia: hoc idẽ & nõ
aliud in effectu rerum ſubſequitur. Et deinceps
Quid eſt quod factum eſt? Ipſum quod faciendũ
eſt. Quia eadem rerum natura in ſingulis gene-
ribus eandem ſimilitudinem actu exhibuit in p̃-
teritis: quã producet cum ſuperuenerint in futu-
ris. Et ideo nihil nouum eſt in rerum generibus
ſub ſole,cuius ſimilitudo non præceſſit.Nec ualet
quiſquàm dicere,Hoc recens eſt: quantum ad ſi-
militudinem generis ſui.Iam enim pręceſſit in ſe
culis quæ fuerunt ante nos in genere ſuo, cuius
ipſum eſt.Et tamen fluunt omnia: nec permanet
quicquam ſub ſole. Et quæ in diſpoſitione ordi-
nantis fixa ſunt,a noſtra præſentia ſimul & a me
moria in ſemetipſis tranſeuntia recedunt. Nam
prius a præſentia noſtra ſubtrahuntur ut nõ ſub-
ſiſtant per ſpeciem:deinde etiam a memoria obli
H uione deleantur: ut nec ſubſiſtant ſaltem per re-
cordationem. Et ne forte dura corda hominum
tranſitus præteritorum ad contemptum rerum
uiſibilium trahere non ſufficeret, ſi illis ſublatis
ij qui præſentes ſunt de ſtatu ſuo fiduciam habe-
re potuiſſent: Ideo poſt quàm illorum tranſitum
commemorando ait, Nõ eſt priorum memoria,
ſtatim iſtorũ etiam interitum demonſtrat dicẽs:
Sed nec eorũ qui poſt nos futuri ſunt. Nã ſi poſt
nos futuri ſunt alij: profecto conſtat quòd nos q
modo ſubſiſtimus, cum uenerint qui poſt nos fu
turi ſunt & nos quoque eadem ſorte ſublati, etiã
in recordationem uiuentium tunc nequaquàm
ueniemus. Quid ergo nobis prodeſt quòd illis q
per mortem ſublati ſunt, in hanc uitam ſucceſſi-
mus: quia & nos quoque cum tempus noſtrũ ad-
uenerit deſcendentes, alios ſucceſſores relinque-
I mus. Si ergo ſcire uolumus quales erimus apud
eos qui poſt nos futuri ſunt: conſideremus qua-
les modo apud nos ſint qui nos ab hac uita iam
olim ſublati præceſſerunt. Et ut omnis improbis
mentibus ſpes præſentium tollatur: ij quoque q̃
poſt nos futuri ſunt, non permanſuri dicuntur:
nec in recordationem apud ſuos poſteros uentu-
ri: ne uel hoc in conſolationem prauis mentibus
ueniat: ſi is qui in ſemetipſo ſtare non poteſt: ſaltẽ
in ſuo hærede aut ſucceſſore ſubſiſtat.Propterea,
præteritorum,præſentium,ac futurorum omniũ
unum oſtendit interitũ.Non eſt priorum memo
ria: ſed nec eorum qui poſt nos futuri ſunt,erit re
cordatio,apud eos qui futuri ſunt in nouiſſimo:
ut omnia uanitati ſubijciat,& humanum animũ
ab amore eorum quæ ſub ſole uidentur, ad deſi-
K derium æternorum cõuertat. ¶ Si quis autem ſim
plici expoſitione contentus eſſe uelit,habet aliud
quod in his uerbis,quæ ſupra expoſita ſunt, con-
uenieñter ſatis & forte maniſeſtius intelligere poſ
ſit. Quia enim dixerat nec oculũ uiſu ſatiari, nec
aurem impleri auditu: confeſtim cauſam adiũgit
quare nec oculum uiſus, nec aurem poſſit imple
re auditus: Quia uidelicet rerum tranſitoriarum
ſpecies per ſenſum quidem aduenientes, concu-
piſcentiam excitant: ſed cito fugientes, tranſitu
deſiderium fraudant.De hoc enim tranſitu,ſentẽ
tiam ſubiungit dicens.Quid eſt quod fuit?Iã non
eſt: præterijt enim,& iam non eſt.Ipſum idem ta
le erit & id quod futurum eſt: nam & ipſum cum
uenerit,pertranſibit: & cũ pertranſierit, amplius
non erit. Quid eſt quod factum eſt?Etiam ipſum
iam pertranſijt,& non eſt ipſum. Ergo idem tale
erit & illud quod faciendum eſt; quia & ipſum
cum factum fuerit, pertranſibit,& amplius non
erit.Sed quęri poteſt,quare præterita ſolum & fu L
tura commemorauit,cum pręſentium rerum po
tius contemptum perſuadere intendat? Sed hoc
ipſum ad magnũ cõtemptũ pertinet eorum quę
uidentur quòd ea ſolum in numero eorum com
memorare noluit quæ ſola ſenſus carnis præſen
tia compræhendit: quaſi illa ſolum non eſſe ui-
deat,quæ ſola eſſe uidentur,ut ne dicere quidem
poſſit,quod eſt.Quod eſt,dum eſt,pene nihil eſt:
nam præſentium momenta ita curſu feſtino &
ueloci elapſu fugiunt: ut etiam de ſe loquentiũ,
ſermones expectare non poſſint. Nam & ſi aliq̃n
ab interrogante ſecũdum quid recte dici poſſit,
eſt, a reſpondente tamen ſemper uerius dicitur,
fuit,& non eſt. Sic ipſa interrogatio reſponſionẽ
quidem quærit,quæ nondum eſt. Sed reſponſio
ueniens interrogationem non inuenit, quę iam
non eſt.In uera igitur conſideratione hoc ſolum
quaſi non eſſe uidit, quod ſolum eſſe uidetur.
Quia dum ſimul & eſſe incipit ex eo quod non-
dum eſt:& eſſe deſinit in id quod iam non eſt: pę
ne nihil eſt,quod eſt.Et idcirco nequaquam inter
rogat,quid ſit quod eſt? quia & ipſum interrogã-
tis eſt reſpondenti quantumuis proximo,fuit iã,
& non eſt.Recte ergo dicitur.Quid eſt quod fuit?
Ipſum quod futurum eſt. Quid eſt quod factum
eſt? Ipſum quod faciendum eſt. Ac ſi diceret.Ex
præteritorum conſideratione perpendite, quid
debeatis de ſuperuenientibus expectare,idem.n.
eſt utrunque. Et quod fuit,& quod futurum eſt.
Quod factum eſt,& quod faciendum eſt. Idẽ eſt,
non per eſſentiam: ſed per conſimilem naturam.
Quod enim fuit(quantum ad res) Et quod factũ
eſt(quantum ad actiones) utrunque pertranſijt.
Et nõ eſt iam uel quod fuit, uel quod factum eſt.
Similiter quod futurum eſt in rebus, & quod fa-
ciendum eſt in actionibus, totũ pertranſibit: &
non erit aliquid ſub ſole perpetuum. Vnde hoc?
Quia eadem eſt conditio præteritorum, & eorũ M
quæ futura ſunt,& natura conſimilis.Nihil enim „
nouum eſt ſub ſole,nec ualet quiſquàm dicere: Ec
ce hoc recens eſt. Iam enim præceſſit in ſeculis
quæ fuerunt ante nos. Et quia ſimilis condi-
tio eſt: Ergo ſicut pręterita: ſic & futura. Et qua
lia ſunt putas ipſa præterita? Audi qualia.Nõ eſt,
inquit,

inquit priorum memoria. Ergo non ſolum præſentia eorum, interitu ſublata eſt: ſed memoria quoque obliuione deleta eſt. Magna ruina. Talia ſunt & ipſa quæ futura ſunt. Nam & eorum qui poſt nos futuri ſunt, non erit recordatio apud eos qui futuri ſunt in nouiſſimo. Veraque ſententia eſt. Vanitas uanitatum, uanitas uanitatum, & omnia uanitas.

### *Quomodo Eccleſiaſtes probet per ſua opera omnia hominum opera uana, cum prædictorum epilogo. Hom. III.*

Eccle. 1. EGo Eccleſiaſtes fui rex Iſrael in Hieruſalem: & propoſui in animo meo quærere & inueſtigare ſapienter de omnibus quæ fiunt ſub ſole.

N ¶Sermones ſapientium & ænigmata eorum ſcrutari, & eã quæ intrinſecus abſcondita eſt ſapientiæ dulcedinem ad guſtum elicere, ſpeciemq; ei⁹
Matt. 13 in lucem proferre quis potens eſt? Scriba doctus in regno cælorum qui ꝓfert de theſauro ſuo noua & uetera: ſi nobis adueniat, ecce ille qui dedit Deus ſapientiam & intelligentiam adaperire eam & manifeſtare, ut ſciãt homines, quoniam in ipſa eſt uita. Sed nos quid ſumus? tenebræ ad lucẽ tã comprehendere cogitemus quod abſcondit Deus ab oculis hominum, amicis ſuis reuelare ſecretum ſapientiæ ſuæ: Quid facimus nos? Ergo non meditabimur in mandatis eius, neque inueſtigabimus ſemitas illius, & requieſcere poterit cor noſtrũ donec inueniat illã: Tñ ipſis ſermonib. perſequamur illã: & ſi forte inuentio differatur; paſcat interim nos inquiſitio illius ſuper omnia: ut ſi inuentam non poſſumus, tamen quæſitam do-
O ceamus. Ecce Eccleſiaſtes noſter hucuſque de rerum mutabilium uanitate diſputans breui ſermone iam multa complexus eſt: ut in illis eius uerbis hoc nobis mirabile appareat, quo pacto totum & de toto totum, ita dictum ſit: ut ad breuitatem quidem nihil minus: ad euidentiam uero nihil amplius dicendum uideatur. Sed hoc ſapientia fecit quæ in toto tota eſt: & in ſingulis tota. Nec in ſingulis tota contrahitur: nec in toto tota dilatatur: ſed tanta in ſingulis, quanta in toto: & in toto talis, qualis tota in ſingulis: quia nec unitas minor ſe eſſe poteſt: nec immenſitas maior. Ipſa ergo ſapientia in hoc breui ſermonis corpore totã uniuerſitatis effigiem expreſſit: ut parui in paruo magnum uideamus, quia in ſe ipſo totum nõ poſſumus. Et uidimus illic totum mundum, & agnouim⁹ uere uniuerſorum nihil eſſe quod maneat: ſed fluere ac pertrãſire omnia quæ ſub ſole ſunt, ueramque conſtare ſententiam: quòd omnia ua-
P nitas. Nunc ergo poſtquàm nobis demonſtrauit qualia ſint ea quæ nobiſcum facta ſunt: tranſit ut doceat nos quid ſentire debeamus, aut expectare de ijs quæ a nobis fiunt. Quia ſi id quoque uanitati ſubiectum eſt quod Deus fecit, dubitari nõ poteſt omnino uanum eſſe, & multò magis unum, quod homo uanitas facit. Hoc eſt quod modo ingreditur demonſtrare omnia uidelicet opera hominũ q̃ ſub ſole fiunt uana eſſe: & nihil amplius habere hominem de uniuerſo labore ſuo quo laborat ſub ſole. Vt autem ſuæ aſſertioni fidem faciat: ſeipſum in exemplum proponit omnium quæ dicturus eſt: aſſerens ſe cuncta quæ loquitur experimento didiciſſe ac ꝓbaſſe uera. Et id circo talem proponit ſuam perſonam, ut non incredibile uideatur harum rerum omnium, eum expe- Q
rimentum habere potuiſſe. Propterea potentiã & dignitatem ſuam demonſtrat: rex Iſrael in Hieruſalem. Sapientiam quoque oſtendit. Et præceſſi ſapientia omnes qui fuerunt ante me in Hieruſalem. Diuitias enumerat, domos, uineas, hortos, pomaria, piſcinas, ſeruos, ancillas, armenta, greges, aurum, argentum. Poſtremò ne quid defuiſſe putetur: Luxum quoque & uoluptatem adiũgit. Cantores, cantatrices & delicias filiorum hominum: & omnia (inquit) quæ deſiderauerunt oculi mei, non negaui eis: nec prohibui cor meum quin oĩ uoluntate ſua frueretur in ijs quæ parauerat. Et in ijs omnibus per oĩa rerum experimenta cucurriſſe: nihilq; ſe p̃ter uanitem & ſpũs afflictioné, curãq; ſuperfluã inueniſſe, teſtatur ĩ cũctis q̃ Epilogus
fiũt ſub ſole. Quæ aũt ſint illa quæ fiunt ſub ſole, ſupra iam dictũ eſt. Sed ut cõpetentius ſermo ad ea quæ ſunt dicenda, tranſeat, breuiter nunc & ſummatim repetemus quæ dicta ſunt. Per ſolem R
namque tempus ſignificari oſtendimus, propterea quia per ſolem præcipue omnis temporum mutabilitas atque uiciſſitudo diſtinguitur, ut idẽ intelligatur per id quod dictum eſt, ſub ſole, ac ſi dictum fuiſſet, ſub tempore. Rurſum ut euidentius pateret quæ eſſent illa quæ ſub tẽpore facta author uanitatis argueret: Diſtinximus alia eſſe quæ facta ſunt cum tempore, alia quæ facta ſunt in tempore. Eorum item quæ facta ſunt in tempore: Alia facta ſunt in tempore, non ſub tempore: Alia in tempore, & ſub tempore. Et ea quidem quæ facta ſunt ſub tempore, magis ſubiecta ſunt tempori, & obnoxia mutabilitati: quia in tempore cœperunt, & pariter finientur in tempore, atque ideo ne ſe ad æternitatem aliquatenus extendant, quodammodo tempore concluduntur: quia eorum tempus & præceſſit initium, & ſubſequitur finem. Tamen in his ne prorſus uanitas dominetur, & non inueniat ueritas ſub ſole ubi caput reclinet, excepimus quędã ex his quę fiunt ſub tempore, & eis ſi uanitatem prorſus non tollimus: ſeruire tamen uanitati prohibemus. Eorũ quippe quę fiunt ſub tempore: alia fiunt pro tempore, alia fiunt pro ęternitate. Et ea quæ ſub tẽpore fiunt pro tempore, actu & fructu uana ſunt. Ea uero quæ ſub tempore pro æternitate fiunt, actu quodãmodo uana ſunt, ſed fructu non ſunt; quoniam & ſi tranſeant in opere, permanent tamen in retributione. Qua propter eiuſmodi & ſi plene uanitatem non euaſerunt: non tamen uanitati ſed ueritati ſeruiũt: neque in eis omnino uanum eſt quod ſunt, quia uanitas non eſt pro quo ſunt. Illa uero quæ ſub tempore & pro tempore

fiunt

ſiunt, prorſus uanitati ſubiecta ſunt: quia, & quod in illis eſt, uanum eſt, & uanitas pariter, quod ex illis eſt. Et hæc ſunt illa de quibus in præſenti agitur. In quibus ſub ſole nihil præter uanitatem, & afflictionem ſpiritus, uel cum fiunt, uel cum facta ſunt ab eis, qui tranſitoria diligunt, inuenitur.

### *De rerum uanitate, & hominum occupatione peſſima. Hom. IIII.*

S ET tamen in his ipſa uanitas quaſi per quoſdam gradus ad incrementum conſurgit, & corruptio ueluti a modico excreſcens, paulatim aucta ſemper in peius procedit. Nam in eis prima origo uanitatis inuenitur, curioſitas. Deinde cupiditas, poſtremo uoluptas. Inter quas prima, quidem ad concupiſcentiã oculorum pertinet. Secunda ad ambitionem ſeculi. Tertia ad cõcupiſcentiam carnis. Per quas uidelicet uanitates humanus animus a ſumma ueritate defluens intantum præcipitatur: ut carnalibus tandẽ deſideriis preſſus, totuſq; uoluptatum illecebris deuinctus, ſuæ originis non ſolum per ſe reminiſci non ualeat, ſed nec admonitus quidẽ uelle poſſit aut nõ eſſe quod male eſt, aut eſſe quod male non eſt. Nã quod eſt, male eſt, & quod eſſe deberet, male non eſt. Et quod uult, aut non eſſe, quod eſt, aut eſſe quod non eſt: hoc utroq; peius eſt. Hinc igitur noſter Eccleſiaſtes exemplo ſui demonſtrare hic incipit, qualiter humanus animus per hos errorum gradus a ſumma ueritate in uanitatem corruat, & ipſo ſuo uitio ſe propellente ſemper in deterius eat.

T Veritati enim inhærere, & ipſam propter ſe diligere ueritatem, uerũ bonũ eius eſſe debuerat. Cũ ergo ueritatem deſerit, & ſe ab illa, auerſione mentis deflectit: hanc primũ repulſus, erroris ſui pœnã patitur, ut ipſam qua in ſe, & propter ſe amare noluit ueritatem: iã pro uanitate quærere incipiat: & quia deſiit illud unũ cõtemplari in quo omnia uideret, iam nõ tã ueritatẽ, quã nouitatẽ affectãs, multa ſcire cõcupiſcat. Quia enim illã (in qua uera mentis refectio eſt) interna cõtemplatione perdidit: in earũ, quæ foris ſunt rerũ cognitione quaſi cibũ intelligentiæ eſuriendo requirit. Sed quia in eis, quæ extrinſecus apparent uniuerſis nequaquã perfecta cognitio ueritatis inueniri põt: incipit miſer defectus ſui ærumna languẽs, quaſi quodã faſtidio de aliis ſemper ad alia appetenda diſcurrere: & priora abiiciẽs quaſi uacua, & ſterilia ſperat ſe deſiderii ſui effectũ in iis, quæ ſupſunt poſſe obtinere etiam ſtultus, & cæcus, ut cũ ſe in iis ſẽper fruſtrari uideat, nec unquã ad deſiderii finẽ pertingere: nequaquã tñ hæc aliquñ quaſi uana, & infructuoſa ceſſet ambire.

V Sed huius tã impudentis deſiderii, & ſtultæ curioſitatis, qua ſe in cognitione uiſibiliũ rerũ ſuper uacue extẽdit, & ſui creatoris cognitionẽ in qua ſola uera beatitudo cõſtat, aut habitã negligit, aut nõ habitã quærere diſſimulat: iuſta tñ pœna ſubſequitur: quoniã ibidẽ ubi peruerſe delectationẽ quærit, nihil præter dolorẽ, & ſpus afflictionẽ inuenit. In tãta. n. occupatione maiorem ſuis uiribus difficultatem reperiens, quaſi quodã põdere anxietatis ſuæ opprimitur: quia dũ eum ad quærendã in huiuſmodi ſapientiã ubi inueniri non põt, deſiderium impellit: & multitudine pariter diſtrahitur, & profunditate reuerberatur. Hic eſt ergo labor, & afflictio ſpũs: quo mẽs ſtulta, & impudens merito pro ſua temeritate atteritur: dum non ſolũ creatorẽ ſuũ obliuiſcens, ſed ſemetipſam quoque negligens, in reb⁹ infimis (quæ ad ſalutẽ non pertinent) inueſtigandis occupatur. X

Et ſi aliquñ ſcientia tali uanitate quæſita, tantoq; labore exquiſita quantulacũq; inuẽta, aĩum per ſuperbiã inflat: & de curioſitate ad elationẽ quaſi de uanitate ad uanitatẽ præcipitat. Quæ uidelicet elatio ambitionẽ ſeculi inducens, dũ laudis cupidũ efficit: ad amorẽ põpæ, & gloriã diuitiarũ animũ accẽdit, ut dũ de boni interioris gloria ad appetitũ exterioris ſibi tumidus ſemper ad deteriorẽ uanitatem præcipitetur. Y

Sed neq; hic ſtare põt ſemel cœpta corruptio. Nã bona carnis ſicut prius dũ nõ habentur, ut quærantur debeãt, cupido blanditur per ſpeciẽ ita poſtea dũ poſſidentur fractũ eneruiter, & emollitũ uſu illiciũt ad uoluptatẽ. Sicq; miſer anim⁹ poſt amorẽ uanæ laudis, poſt ardorẽ magis uanæ cupiditatis, nouiſſime ad appetitum uoluptatis inflãmatur: ut iã etiã in carne uanitatẽ ſeminare incipiat: ut poſt de carne caro factus fructũ uanitatis in corruptione metat. Hic eſt. n. fructus uanitatis, ut mens miſera tandẽ carnalibus deſideriis obruta, & uoluptate carnaliũ deſideriorũ ſopita, intantũ obdormiat: ut iam nũc ſapientiã non ſolũ ueritate, ſed nec ſpecie quidẽ requirat. Tantoq; auidius totã ſe ad carnis uoluptatẽ male dulcẽ experiendã effundat: quanto magis interius fatigata, & ab inquiſitionis ſuæ intentione repulſa, de inueniẽda ueritate deſperat. Z

Et quia ſupra ſe tendens per inquiſitionẽ labore ſe atq; difficultate nimia ſuccubuiſſe cõſiderat: ad aliam ſe, & quæ ſine labore haberi ualeat cõſolationem tota auiditate relaxat. Sed, & ibi quoq; uanitatem inueniens, requieſcere non ſinitur: quia in carnis uoluptate fugientem delectationẽ nec cũ præſens eſt retinere poteſt: nec cũ præterierit, reuocare. Sicque undiq; fatigata, & diſſipata, procella uanitatis ſuæ cõcutitur: ut per idipſum quo male delectata abiit, ſalubriter tandem afflicta, redire cõpellatur. Et ſæpe grauis, quædam fit lucta in aĩo: cum dum ſe in infimis delectari pariter, & affligi cõſiderat: magno deſiderio amore libertatis dilecta etiã, ſi fieri poſſit, deſerere concupiſcat. Hanc igitur luctam, & tumultuationem humanæ mentis per uaria uitæ mortalis ſtudia, in uerbis ſequentibus omnium cauſam in ſe per ſententiam tranſumens Eccleſiaſtes exprimet & qualiter de uanitate curioſitatis ad uanitatem pompæ, & ambitionis, ac deinde ad uanitatem uoluptatis corruat, oſtendet: ſicut in ſerie libri ac ordine demonſtratur. Sed quia, quæ in præfatione dicenda erant, expleuimus: nunc ad exponenda uerba narrationis eius reuertamur.

*De dictorum uerborum eccleſiaſtæ literali, & morali expoſitione. Hom. V.*

A EGo Eccleſiaſtes fui rex Iſrael in Gieruſalem.

Primum mihi hoc nequaquam prætereundum uidetur, ꝙ quidam hũc librum Salomonem in pœnitentia exiſtimant conſcripſiſſe: & ꝙ idcirco in eo uanitatem mundanarum rerum, & maxime carnalis uoluptatis tam ſtudioſe arguat: quoniam ipſe experimento cuncta didicerit deliciarũ luxu corruptus, & blãdimentis ſe ductus mulierum. Et ꝙ idcirco noluit dicere: Rex ſum Iſrael in Hieruſalem: quia depoſita regni purpura de ſolio ſuo iã deſcenderat: contemptaque, quam male tenuerat, poteſtate: in habitu pœnitentiæ reatum ſuum plangebat: ideoq; ait. Rex fui in Hieruſalem. Atq; utinã hoc uerũ eſſe conſtaret, & tã certũ de pœnitentia illius, quã non dubiũ de culpa teſtimoniũ haberemus. Nũc autẽ, q̃a dubia ꝓ certis affirmare non poſſumus: illa quæ dubia non ſunt proſequamur.

*Ambiguus eſt de Pœnitentia Salomonis.*

B Ego Eccleſiaſtes. Seipſum (ut diximus) in exemplum proponit omniũ, q̃ dicturus eſt: quatenus uerbis illius eo citius auditores fidem adhibeant, ꝙ eum non audiendo ſolum, ſed experiendo intelligunt didiciſſe, quę docuit. Ac ſi diceret. Ego, qui uos doceo expertus ſum uniuerſa, quæ dico. Nam, quæ ſit uanitas in culmine terrenæ poteſtatis: quis ſcire melius potuit? Ego quippe fui rex Iſrael in Hieruſalẽ. Satis magna ſublimitas in tanto populo, & in tam nobili ac famoſa ciuitate regnare: ſeq; in regni ſolio uidere cunctis, & poteſtate dominum, & honore prælatum. Et hæc quorſum? Fui inquit. Quaſi dicat iam non ſum: Quia etſi ſum, idipſum iam nihil eſſe agnoſco, quod ſum. Et quomodo ad id peruenerit ut nihil ſe eſſe agnoſceret: deinde proſequitur dicens.

Propoſui in aĩo meo q̃rere, & inueſtigare prudẽter de oĩbus, quę fiunt ſub ſole.

¶Quaſi diceret. Ego exterius poteſtate tumidus, & interius ſciẽtia inflatus: altiora me q̃rere conatus ſũ. Sed ubi innaniter p̃ſumẽdo ſupra me tum in ubi deficiẽdo ueraciter directionẽ mei agnoui.

,, C Propoſui in aĩo meo q̃rere, & ĩueſtigare ſapienter

,, de oĩbus, q̃ fiunt ſub ſole. Magnũ ꝓpoſitũ, ſi ad effectũ uenire potuiſſet: ſed mens humana q̃uo ad tãta ſufficeret? Magna igitur ſupbia mortalẽ hominẽ de tã multis p̃ſumere: & rurſũ magna curioſitas tã multa appetere. Propoſui inq̃t. Videte q̃uo elationẽ ſonãt oĩa. Nõ ait, cogitaui, ſed ꝓpoſui: ut ſaltẽ uenialis fuiſſet, & humana tentatio ſi ſubito ac trãſitorie (ſicut nõnũq̃ ſolet) tumida cogitatio aĩm tangeret: & nõ p cõſenſũ recepta, uel approbata nõ fuiſſet. Nũc uero nõ ſolũ elata, uerũ et cæca mens, ad tantũ erroris ꝓfundũ corruit: ut nõ ſolũ id q̃d inordinatũ erat facere cogitaret: ſed etiã id, q̃d ĩpoſſibile fuerat implere ſę poſſe pręſumeret. Propoſui in aĩo meo. Ingens conatus. Et q̃d? Quærere, & inueſtigare. Quærere ignota, & ĩueſtigare ꝓ

D funda. Q̃uo? ſapienter. O cor inſipiens. Ergo ſapiẽtiã non q̃ris: ſed tm̃modo p ſapientiã, q̃rere te ꝓfiteris. Hoc. n. dixiſti. Propoſui ĩ aĩo meo q̃rere, & inueſtigare ſapienter, de cũctis, q̃ fiunt ſub ſole. Si ergo ſapienter q̃ras: p ſapientiã q̃res. Et dicis, Vtiq; ſic: p ſapientiã quærã. Male. n. q̃rerem, ſi p ſapiẽtiã non quęrerẽ. Nã ſi ſine ſapientia quærerẽ: etiã ſi ſapientiã quærerem, inſipienter quærerem. Sapientiã uero inſipienter quærere, idipſum iam ſapere nõ eſſet, ſed deſipere. Quapropter ſapienter quęrã: & p ſapientiã quærã: & ſapientiã q̃rã. Dic ergo mihi ſapientiã p q̃ q̃res. ubi quæres? & p q̃ ſapientiã quæres ſapientiã. Per q̃ queres? Iã inquit habeo ſapientiam per q̃ q̃ram: & ideo per ſapientiã, quã habeo: q̃ram, & ſapientiam per q̃ quærã, nõ q̃rã. Quid q̃res? De cũctis, q̃ fiũt ſub ſole. Quid eſt de cũctis? Quare non dixiſti cuncta, q̃ fiunt ſub E ſole? Quia inquit maius aliq̃d, & multo maius ꝓpoſui. Nã ea, q̃ fiunt ſub ſole cuncta uiſibilia ſunt, & ideo ſi magnũ eſt, ſummum tñ non eſt, q̃rere & ĩueſtigare ea, q̃ oculo compꝛ̃hendi poſſunt. Idcirco illa non q̃rã: ſed de illis, q̃rã. Quærere, & inueſtigare de cunctis, q̃ fiunt ſub ſole. Non illa, q̃ uidentur, ſed de illis, quæ uidentur illa, q̃ non uidẽtur. Non illa, q̃ fiunt ſub ſole, q̃ uidentur: ſed de illis, q̃ fiunt ſub ſole, rõnes, & cauſas eorũ, q̃ non uidentur. Hæc ergo propoſui, quærere, & inueſtigare ſapienter de cunctis, quæ fiũt ſub ſole. Magnã F profecto ſapientiam habes. Quis tibi tãtam ſapiẽtiam dedit? Homo es tu, & quæres ſapiẽter de cunctis, quæ fiũt ſub ſole? Vnde tibi talis ſapientia? Deus io quis dedit. Videamus modo. Non. n. indiſcuſſus pertranſibis. Volumus. n. prius ſcire utrũ poſſis de temetipſo rõnem reddere: qui cũ tanto ꝓpoſito aduenisti, ut putes eorũ, quæ fiunt ſub ſole, oĩm rõnem inueſtigare. Dic ergo in illa ſapientia, per q̃ rõnem oĩm inueſtigare proponis, tuam ſaltẽ poſſibilitatẽ adhuc agnoſcere potuiſti? Ego ĩquit niſi ſperaſſem me ipſam rẽ poſſe ad effectũ pducere: q̃d oĩno impoſſibile crederẽ, & ſi facere cogitarẽ, nequaq̃ tñ me facturum proponerẽ. O cor inſipiens. Hoc eſt quod dixi: quia nõ cognouiſti te: idcirco p̃ſumpſiſti appetere, quod erat ſupra te: in altero cæcum, in altero tumidum, in utroq; ſtultum. Tu ergo inueſtigabis ſapienter de cunctis, quæ fiunt ſub ſole? Inueſtiga modo, ſatage, da operam. Quære, & inuenies. Quid ĩuenies? Sapientiam inuenies. Quam ſapientiam? Vt cognoſcas tuam ſtultitiam. Quęres. n. & non inuenies, quod quæres, laborabis, & non proficies: & ſola uexatio dabit intellectum auditui.

Hanc enim occupationem peſſimã dedit Deus filiis hoĩm ut † occuparẽtur in ea. † diſtendantur.

¶Recte, & iuſte: ut quia in ueritate ſtare noluerunt per multiplicitatem diuiſi diſtendantur, & occupentur in uanitate. Propterea inquit. Vi- G di cuncta, quæ fiunt ſub ſole, & ecce uniuerſa uanitas, & afflictio ſpiritus, Deo gratias. Modo primum ſapere cœpiſti. Modo uideo te ſapientiam habere, per quam poſſis quærere, & inueſtigare ſapienter de cunctis, q̃ fiunt ſub ſole: Sapienter enim inueniſti & ſapiẽter intellexiſti:

quòd

ꝙ uniuerſa uanitas & afflictio ſpiritus. Velim tñ
ſcire unde iſta tibi pœnitudo tam ſubita? Magnũ
quoddã expectauimus,& illud propoſitũ grande
oẽs nos attẽtos & expectãtes iam ſecerat. Quis.n.
de tanta promiſſione exiguũ aliquid exire poſſe
putaret? Quærere inquit & inueſtigare ſapiẽter
de cũctis q̃ fiunt ſub ſole. Et quid poſtea? Hãc oc-
cupationem peſſimam dedit Deus filijs hominũ:
ut diſtẽdantur in ea. Quã occupationẽ dicis? Hãc
inquis ut proponant in aĩo ſuo quærere & inue-
ſtigare ſapienter de cunctis q̃ fiunt ſub ſole. Qua-
H re ergo tu hanc occupationẽ peſſimã dicis, q̃rere
& inueſtigare ſapienter de cunctis q̃ fiunt ſub ſo
le? Tolle ait, ſapienter. Non.n. occupatio peſſima,
eſſet ſapienter quærere & inueſtigare de cunctis
q̃ fiunt ſub ſole. Sed qs hoc põt? Supra hoĩs ſenſũ
eſt cauſas inueſtigare oĩum, & cõprehendere rõ-
nem uniuerſorum quæ fiunt ſub ſole. Ergo ꝓpo
ni põt, fieri nõ põt, quærere & inueſtigare ſapiẽ-
ter de cũctis quæ fiunt ſub ſole. Multa enim latẽt
& abſconduntur plurima, & cũcta reſeruãtur in
poſterum, nec debet inueſtigari qđ fieri nõ licet.
Ergo qđ non põt ſapienter fieri, non põt ſapiẽter
proponi, ẽt ſi proponitur ſapienter fieri. Ego igi-
tur inſipienter ꝓpoſui qđ ſapienter facere non
potui: quærere & inueſtigare de cunctis q̃ fiunt
ſub ſole. Vtrobiq; inſipiẽs, & dum propoſui qđ
non potui, & dum feci qđ non debui: tertia adiũ-
cta inſipientia, qđ utrunque ignoraui. Quæſiui
tñ & inueſtigaui qđ quærere & inueſtigare ꝓpo
ſui. quæſiui, & non inueni qđ quæſiui. Aliquid tñ
inueni: ſcilicet non poſſe me qđ credidi: & ibi a-
gnoui ꝙ hãc occupationem peſſimã dedit Deus
filijs hominum ut diſtendantur in ea. Ergo inſi-
pientem fuiſſe profuit: ſed tñ inſipientia, ſapiẽtia
non fuit. Data eſt tñ inſipientia, ut ad ſapientiã
erudiat filios hominum. Dimiſſi sũt ſibi, ut agno-
ſcant ſe, & agnoſcentes damnent: et fugiãt quod
facti ſunt ex ſe. Hanc ergo occupationẽ peſſimã
dedit Deus filijs hominum ut diſtendãtur in ea.
I Quia.n. mens hominis in illo uno bono ſtare no
luit, in quo potuit feliciter requieſcere: et ſine di
ſtractione uel occupatione, ſummæ ueritatis ple-
nitudinem poſſidere: proiecta foras extra ſemet
ipſam, in multiplicitatem rerum uiſibilium ſpar
gitur, et ueritatem q̃ intus cæcata à fonte haurire
non põt, quaſi per riuulos quoſdã uiſibilium, are
ſcentibus ꝑcordijs ſaltẽ fugere conatur. Sed quo
magis ſe foras p intẽtionem ad uiſibilia fundit,
tãto magis intus ab inuiſibilium cognitione tene
breſcit: qa dum amplius per exteriora ſpargitur,
magis ab interioribus auerſa cæcatur. Vñ bñ Ca-
in cum ſcelus ſuũ detectũ cerneret, et maiori ſce
lere reprobus, de uenia ſceleris deſperaret: legi-
Geñ.4. tur dixiſſe ad dñm. Ecce eiicies me hodie à facie
*Pulchra de peccatore.* terræ: et à facie tua abſcondar: et ero uagus et ꝓ-
fugus ſuper terram. Reproba etenim mens eie-
cta à facie dñi abſcõditur, dum ſe per exteriora
ſpargens, tanto magis ab interni luminis aſpectu
regitur: quanto magis in ijs quæ foris ſunt, cogi-
tãdis ſẽper occupata tenetur. Vnde bene illic di-
citur, uagus & profugus. Vagus.n. p inordinatã
cõcupiſcentiã: & ꝓfugus p peccatricem cõſcien-
tiã: dũ ſe ĩ cõcupiſcentia p cogitationem diuidit,
& ĩ cõſcientia p deſperationẽ auertit: ipſe ſibi pec
cator ne redire ualeat, ad ſe lumen ueritatis abſcõ
dit. Ergo hãc occupationẽ peſſimã dedit Deus fi
lijs hoĩum ut diſtẽdãtur ĩ ea. Quare đdit: ut diſtẽ
dãtur ĩ ea? Vt ſe tẽdãt & diſtẽdãt, laborẽt & defi-
ciãt: & reuertãtur & ſanet eos. Si.n. in occupatio- K
ne ſua nõ diſtenderentur neq; laborarent: dulcis
fieret nimis ipſa occupatio: & nollent illã deſere-
re, neq; redire amplius, cõcupiſcerẽt ubi ueritas
ẽ. Propterea đdit illis occupationẽ peſſimã Deus,
ut diſtendãtur ĩ ea. Agamus pietati eius gratias,
qa laborare nos fecit in malo nr̃o: in auerſione
nr̃a: qa ſepiuit ſpinis uiã nr̃am ut reuertamur &
cõuertamur ad ipſum uirũ & ſpõſum & amicũ
animæ nr̃æ: qa bñ erat nobis tunc, magis q̃ nunc.
Hoc aũt nõ intelleximus nos & putauimus nobis
bene eſſe cum male erat. Et iõ aſpſit ipſe amaritu
dinẽ & abſinthiũ, & fel ĩ poculũ dedit ſup male
dulcẽ & blãdiẽtẽ ad mortẽ auerſionem noſtrã &
occupationem peſſimã. Et dedit hanc occupatio
nem peſſimam filijs hominum ut diſtendãtur in L
ea. Occupatio.n. eſt diſtractio & illigatio mentiũ
q̃ auertit & diſſipat & illaqueat aĩas ne cogitare
pualeãt ea q̃ ſalutis sũt: & ideo occupatio. Quare
peſſima? Quia eſt & alia mala occupatio, ſed non
peſſima: & ipſa eſt q̃ circa neceſſitates uitæ mor-
talis uerſatur, & ſollicita eſt erga plurima: & ipſa
occupatio mala eſt: & ut amplius aliqd dicamus,
ipſa malitia eſt, ut de illa recte dictũ intelligatur.
Sufficit diei malitia ſua. Hæc ergo occupatio mi- Matt. 6.
ſeriæ uitæ mortalis neceſſaria eſt: poſtea a gloria
uitæ immortalis abſorbenda: & ideo mala eſt ad
miſeriam, ſed mala non eſt ad culpam: qm̃ ſi pœ-
nã hẽt a beatitudine alienã: culpã nõ habet iuſti
tiæ ac ueritati cõtrariã. Occupatio aũt curioſita-
tis qua ſe mens ad illicita extendit, & inſtat ſcru-
tari & inueſtigare qđ ei ſcire aut non conuenit,
aut noxiũ eſt: ipſa eſt peſſima occupatio: quia dũ
ſe dilatat ultra menſuram, aut affectũ capit, & ani
mũ per inanem ſcientiã inflat: aut ſi apprehende
re nõ ualet, per dilationẽ & deſperationẽ fatigat.

*Quid ſit diſtendi in occupatione peſſima. Hom. VI.*

HAnc ergo occupationẽ peſſimã dedit M
Deus filijs hoĩm ut diſtẽdãtur ĩ ea.
Quid eſt diſtẽdãtur? Exteri⁹ intume
ſcãt, iterius inanes fiãt. Nã qđ diſtẽ
ditur, foris qdem mai⁹ apparet: ſed
unde extrinſecus incrementũ accepiſſe cernitur:
inde ueraciter itẽrius ſoliditatem amiſiſſe cõpro
batur. Dũ. n. ultra ſe ptingere nititur in id qđ nõ
eſt: in ſemetipſo deficere incipit, & inaneſcere ab
eo qđ eſt. Sic nimirũ mens humana dũ p curioſi-
tatẽ ad ingrẽda ea q̃ extra ipsã ſunt, tẽditur: ne ſe
metipsã conſiderare ualeat, ipſa ſuæ inqſitionis
occupatione ꝑpeditur. Hãc ergo occupationẽ peſ
ſimã dedit Deus filijs hoĩm ut diſtẽdantur in ea.
O peſſima occupatio? o diſtẽtio pnicioſa? quo tra
his animũ? Quantũ ꝓmittis, & quantũ tollis? Pro
mittis hoĩ totũ qđ ipſe nõ eſt: & tollis totum qđ

ipſe eſt.Quid ſi totũ dares quod promittis,& to-
Matt.16. tum tolleres,quod tollis?Quid enim prodeſt ho-
mini ſi uniuerſum mundum lucretur,animæ ue-
ro ſuæ detrimentũ patiatur? Quanto magis mo-
do,quia fallaciter totũ promittis, & ueraciter to
tum tollis?Peſſima es diſtendens & diſſipans affli
gens & crucians: animos quibus dominaris illa
ſemper appetenda ſuggerẽs,quorũ inquiſitio aut
noxia ſit, aut uana: inuentio uero multo magis
N aut inutilis,aut pernicioſa.Si ergo dulcis eſſes, &
ſine labore animos poſſidere ualeres: quis mali-
tiam tuam unquam deprehenderet?Nunc autem
ipſe labor & afflictio quam mentibus ingeris, o-
dioſam te faciunt:& facilius quod promittis,ua-
num eſſe agnoſcitur,dum id quod infers,durum
eſſe ſentitur.Sic multos erudis ad ſapientiam,qui
tũc demũ plenè depræhẽdũt,quãta poſt te ſequa
tur uanitas, cũ sẽtire cœperint experiẽdo quãta ĩ
te lateat labotãtibus difficultas.Propterea iſte ad
iunxit & ait.Vidi q̃ fiũt cũcta ſub ſole,& ecce uni
uerſa uanitas & afflictio ſpiritus. Vnde, inquit,ubi
uidiſti?Quis te docuit?Faciendo(inquit)uidi: ex-
periendo cognoui.Quid feciſti?Propoſui(ait) in
animo meo quærere & inueſtigare ſapiẽter de cũ
ctis q̃ fiunt ſub ſole.Et ecce quærere cœperã & in
ueſtigare: & exiſtimaui me in tã operoſo ſtudio
exitũ aliquem inuenire. Extẽdi ergo animũ meũ
quãtũ potui:cogitationem meã in oia circunlu-
ſtrãda diffudi.Abſtuli ſomnũ ab oculis meis, nec
dedi requiem cordi meo nocte ac die:donec in-
uenirem qđ quærebat anima mea,ut inuenirem
rõnem de oĩbus quæ fiunt ſub ſole.Sed quis finis
in tantis conatibus eſſe potuiſſet? Feci & defeci,
conabar & repellebar:donec cõtabuit aĩa mea &
ſenſus cõtenebrati ſunt.qm̃ in tãta rerũ multitu-
dine,& ueri latentis profunditate,dũ intellectus
& ſpargi inciperet & reuerberari: pondus labo-
ris & inextricabilis luctæ anguſtiã ultra ſuſtinere
nõ ualui.Tunc in memetipſum reuerſus & quaſi
repulſus ab illo cui obniti conabar denſo ac im-
meabili latentis naturæ induo:cogitare cœpi ſtul-
tũ eſſe & uanũ illarũ rerũ ſcientiã tã pertinaci ſtu
dio hominẽ mortalẽ quærere, quæ nõ ſolũ extra
eius naturã factæ ſunt,ſed nec ſaluti eius ſiue ſciã
tur,adiicere quicq̃ põt:ſiue neſciãtur,auferre.Ibi
ergo uidi q hãc occupatiõẽ peſſimã dedit Deus
filijs hominũ:ut diſtendantur in ea,qa cũcta quę
fiunt ſub ſole,uniuerſa uanitas & afflictio ſpirit⁹.
O Nam qa fructũ nõ habent,uana ſunt: & qa affli-
gũt,noxia.Poſſidentes quippe nõ adiuuãt:& quę
rentes ſe affligũt.Sine labore. n. quæri non põt:
ſed põt ſine utilitate poſſideri. Animus nãq; ſta-
tim ut cura ac deſiderio quærendi atq; inuenien-
di ea occupat⁹ fuerit,& ſe per curioſitatis ſtudiũ
ac ſollicitudinem cupiditatis in ea diffuderit, di-
gna temeritatis ſuæ pœna affligendus:& multipli
citate ſpargitur,& difficultate reuerberatur. Vidi
ergo cuncta q̃ ſub ſole fiunt, & ecce uniuerſa ua-
nitas & afflictio ſpiritus. Vidi & hoc ipſum ua-
num fuiſſe qđ ꝓpoſui in aĩo meo, q̃rere & inue-
ſtigare ſapienter de cunctis q̃ fiunt ſub ſole. Vidi
uanũ eſſe q occupãtur filij hominũ occupatione
peſſima ut diſtendantur in ea:& hoc totum uidi
cum expertus ſum: & uidi quãtus labor & affli-
ctio ſpiritus eſſet in eo qđ ꝓpoſui i aĩo meo,quæ
rere & inueſtigare ſapienter de cunctis q̃ fiũt ſub
ſole.Et uidi qa uniuerſa uanitas & afflictio ſpiri-
tus in oĩbus q̃ fiunt ſub ſole.Hæc ergo uidi. Qua-
re aũt ſimiliter nõ uidẽt oẽs filii hominum occu
pationem peſſimã,q̃ dedit eis Deus ut diſtendã-
tur in ea:ut intelligãt & uideãt uanitatem & af-
flictionem ſpiritus:in oĩb⁹ q̃ fiunt ſub ſole? Qua-
re laborãt & nõ ſentiunt:affliguntur ac diſſipan
tur:et diſtẽduntur in occupatione peſſima,et nõ
intelligunt uanitatem ſuam et afflictionem ſpi-
ritus in oĩbus quæ fiunt ſub ſole?Quia(inqt)puer
ſi difficile corriguntur.De quo dicamus latius.

*Quòd peruerſi difficile corrigantur,&c.*
*Homilia VII.*

P

PEruerſi difficile corriguntur. Idcir-
co non põt intelligere,qa peruerſi
ſunt: et ideo laborãt et nõ ſentiũt,
et delectantur in afflictione ſui, et
putant bene ſibi eſſe,dum male eſt. Iob.xx.
In tm̃ enim peruerſi ſunt:ut iudicium ueritatis
nõ ſit in eis:putantes bonũ eſſe, qđ malũ ẽ:& qđ
bonum eſt,malũ,ponẽtes tenebras lucẽ,et lucẽ te
nebras:exiſtimantesq́ue amarum dulce: & dulce
amarum.Delicias enim eſſe computant ſub ſenſi
bus:& idcirco amant dolores ſuos, & ſe uolunta-
rios ingerunt ad occupationem peſſimam et di-
ſtenduntur in ea:quia dum cæca mente qđ falsò
delectare uidetur, appetunt, qđ uere cruciat et
affligit,non attendunt. Propterea ergo non ui-
dent uanitatem ſuam et afflictionem ſpiritus in
oĩbus quæ fiunt ſub ſole: quia peruerſi ſunt et ,,
difficile corriguntur. Et ſtultorum infinitus eſt
numerus.Non ſolum enim auerſi ſunt,ſed etiam
peruerſi.Auerſi à Deo: in ſemetipſis peruerſi. Et
auerſi non facile conuertuntur,quia peruerſi dif
ficile corriguntur. Nam ſi in ſemetipſis corrige-
rentur, per ſemetipſos conuerterentur. Quia ſi
prius iudicium ueritatis in ſemetipſis reciperent:
ſuo poſtmodum iudicio uanitatem fugiendã et
ueritatem ſequendam eſſe uiderent.Nunc autem
nec auerſi lumen ueritatis uident,nec peruerſi ꝑ
lumen ueritatis uident,et ideo difficile corrigun
tur,qa rectitudinem et ueritatem nec abſentem
quærere ſciunt,nec præſentem approbare. Ideo
peruerſi difficile corriguntur:et ſtultorum infini
tus eſt numerus. Tã multi.n. non eſſent ſi facile ,,
corrigi potuiſſent.Et in hoc manifeſte oſtẽditur,
quam difficilis ſit peruerſorum correctio q infi-
nita eſt ſtultorum multitudo.Nunc ergo peruer
ſi et ſtulti tam ſunt ad correctionem peruerſita-
te difficiles: q̃ multitudine contra ueritatẽ auda-
ces:et ideo peruerſi difficile corrigũtur, et ſtul-
torum infinitus eſt numerus. Vis, inquir, ſcire
quam difficile peruerſi corrigãtur.Cape me.Ego
hodie tibi omnium exemplum fiã. Nam & ego
aliquando peruerſus fui & nõ intellexi ipſe per-
uerſitatem meam: ſed putaui me rectum eſſe, &
recte

recte agere quando propoſui in animo meo quęrere & inueſtigare ſapienter de cunctis quæ fiũt ſub ſole: nec erat tunc aliqua conſideratio neritatis in me: quæ me corrigeret, & cohiberet: ne excedere tentarem menſuram meam. oeque appetere præſumerem quæ non ſunt data hominibus ſcire & inueſtigare. Q Deſcendi ergo in occupationem peſſimam quam dedit Deus filijs hominum, ut diſtendantur in ea: & diſperſi animum meum in omnia, & cogitatione cœpi per cuncta diſcurrere: nt quærerem & inueſtigarem de cunctis quæ fiunt ſub ſole: & non ualui. Et cæpi laborare & tædio nehementer affligi: & uidi ꝙ mens mea quocunque ſe uertebat, dolore & amaritudine & ſollicitudine replebatur, & erat labor quærendi immenſus, & innentionis fructus exiguus. Y Fiebat ergo ut tandem aliquãdo pœna ipſa & afflictio magna, prudentem me facerent. Et uidi cũcta quæ ſub ſole fiunt: & ecce uniuerſa uanitas & afflictio ſpiritus. Cognoui ergo ueritatem, & reprobaui uanitatem: quia ſenſi afflictionem. Et uidebar iã in totũ correctus de peruerſitate mea: ſed erat adhuc aliud inuolumentum: & oeſciui ꝙ peruerſi difficile corriguntur. Eram iam tunc correctus, ut de uanitate ueritatem cognoſcerẽ, & non eram correctus adhuc oe de ueritatis cognitione ſuperbirem. Excuſſa iam fuerat una erroris palea: & reſtabat adhuc alia magis tenax atque inhærens palea elationis. Tam difficile enim peruerſi corriguntur: ut correctionem & purgationem aut non admittant omnino, aut ad perfectum non recipiant. Propterea ego iam corrigi cęperam: ſed nondum adhuc perfecte correctus eram. & ideo cognoui laborem præſumptionis meæ, ſed inuentionis meæ uſum nõ cognoui. Cognoui uanã eſſe afflictionẽ, non profutura ſaluti quærere: ſed nondum cognoui uanam eſſe elationem de inuentis ſuperbire.

Propterea locutus ſum in corde meo dicens: Ecce magnus effectus ſum.

¶Neſciui enim, quoniam inflatione tumueram, & ideo magnus mihi uidebar, & dixi in corde meo. Ecce magnus effectus ſum. In corde dixi. De corde enim tumui, & ideo in corde dixi: quia in corde uidi unde tumui: ut ibi eſſet elatio, ubi erat cauſa elationis. Locutus ſum in corde meo: Ecce magnus effectus ſum. Quàm magnus.

Præceſſi (ait) ſapientia omnes qui fuerũt ante me in Hieruſalem.

R ¶Paulatim pergitur in corruptionẽ: & mẽs praua excreſcente tumore in deterius ſemper præcipitatur. Primũ de ſe pluſquã debuit, ſenſit: deinde uſque ad aliorũ contemptũ uenit. Præceſſi ſapientia oẽs qui fuerãt ante me in Hieruſalẽ. Propterea ergo tumuiſti & inflatus eras: quia pręceſſiſti ſapiẽtia omnes qui fuerunt ante te in Hieruſalem. Et quantum hoc fuit ut ideo ceruicem erigeres: quia præceſſiſti ſapientia omnes qui fuerũt ante te in Hieruſalẽ? Ne mireris, inquit. Sæpe ſuperbia ſingularitate magis gaudet q̃ cõparatione. Neque enim ſemp attẽdere curat elatio quales illi ſiot, quos io comparatione præcedit: quia hoc ſolum nonnunquam illi ad exaltationẽ abũdat, quòd inter omnes qui fueruot ante eum in Hieruſalem, nullũ ſibi æqualẽ agnoſcit. Propter hoc igitur & ego uidens quòd pręceſſi ſapientia omnes qui fueruot ante me in Hieruſalem: & ſi pancos cernerem fuiſſe ante me in Hieruſalem ſapientes: uehementer tamen gloriatus ſum illis me ſuperiorem in ſapientia conſiderans: quoniã licet nec plurimi, nec magni illi fuerũt ante me, quibus factus ſum comparatione præcipuus: uidi tamen multos poſt me uenire poſſe ſapientes in Hieruſalem quibus fierem exemplo ſapientiæ primus. Quod ergo me ſapientia prætuli in comparatione præcedentium: ad hoc quoque ſpectabat quòd gloriabar exemplo præcipuo in auctoritatem conſtitui futurorum: ut præcedentibus quidem ſummus, ſubſequentibus uero primus ſapientiæ author inuenirer. Et ideo locutns ſum io corde meo, dicens. Ecce magnus effectus ſum & pceſſi ſapiẽtia oẽs q fuerũt ante me in Hieruſalẽ.

Et mens mea contemplata eſt multa ſapienter & didici.

¶Ergo aliquantulnm iam correctus eras, quia non dixiſti, mens mea contemplata eſt omnia ſapienter, ſicut ſuperius propoſueras quærere & inueſtigare ſapienter de omnibus quæ fiunt ſub ſole: ſed moderatius aliquid intuliſti, dicens. Mens mea contemplata eſt multa ſapienter: ut oſtenderes te erudinim occupatione peſſima: & uidiſſe uanitatem & afflictionem ſpiritus, ne amplius de uniuerſis pręſumeres, ſed tamen nondum plene correctum ut de plurimis non ſuperbires. S Quærendo igitur omnia iueniſti plurima, nõ omnia, & deficiendo ad omnia intellexiſti non debere hominem de omnibus præſumere: ſed inueniendo plurima non conſideraſti non debere hominem etiam de plurimis ſuperbire. Ergo ſecundũ aliquid correctus fuiſti, & ſecũdum aliquid ĩcorrectus, cum dixiſti: Mens mea cõtemplata eſt multa ſapienter & didici: quia licet multa fuerint ad pauca, & ipſa tamen pauca fuerũt ad omnia. Hoc uero ad humilitatem magis ſpectabat: ut qui iam defectum tuum expertus fueras erga omnia i inuenta tua plurima non ad pauca aliorum plurima: ſed pauca potius uocares ad ea, quæ non potuiſti, omnia. Sed quia temeritas curioſitatis iam repreſſa erat per defectum, & afflictionem ſui io inueſtigatione omnium: ſed tumor elationis creuerat in contemplatione plurimorum: ideo adhuc tumuiſti & dixiſti. Ecce magnus effectus ſũ: & pceſſi ſapientia oẽs qui fuerunt ante me in Hieruſalẽ & mẽs mea cõtẽplata ẽ multa ſapienter & didici. Sed q̃ſo te ſi pceſſiſti ſapiẽtia oẽs q fuerũt ante te ĩ Hieruſalẽ: a quo didiciſti ut diceres: Mẽs mea cõtẽplata eſt multa ſapiẽter & didici? T Si ſapiẽtior oĩbus fuiſti: a quo diſcere potuiſti, q̃d ipſe oõ noueris? An ppea ẽt ſapientior oĩbus fuiſti: quia ab oĩbus didiciſti, & oĩum ſapiẽtia in te uno collecta eſt, nt inde pcederes ſapientia de uniuerſis ſingulos, ꝙ diſcens a ſingulis

*Pulchra Obiectio. Solutio.*

doctores habuiſti uniuerſos? An forte non ab ho
minibus didiciſti: ſed experimenta rerum te do-
cuerunt quæ mẽs tua contemplata eſt ſapienter:
ut inde contemplatio ſapientiæ rationi certior
fieret quòd hanc ipſe rerum effectus experien-
ti manifeſte comprobaret? Neque enim con-
gruere uidetur typo tuo ut ab hominibus diſce-
res qui in tantum ſupra homines æſtimatione ele
uatus fueras: ut non ſolum multa ſapienter, ſed
& uniuerſa quæ ſub ſole fiunt quærere & inueſti
gare putares? Ergo contemplatus es & didiciſti:
quia cogitaſti & probaſti, quatinus eo maiorem
uim atque potentiam intelligentiæ tuæ demon-
ſtrares: quo cuncta argumenta rationis tuæ ad ui
ſibilia rerum experimenta euidẽtius produceres.
V Et forſitan iſte uoluntarie in ſapientia ſua ſtultus
factus eſt ut ſtultos ſapientiam doceat. Non enim
uias erroris ſui tam diligenter nobis exponeret:
niſi in eodem ſuo errore noſtri eruditionem co-
gitaret. Propterea ingeminat adhuc & commen-
dat malam illam diligentiam ſuam, atque eam
de qua tumuit, ſapientiam qualiter adeptus ſit,
ſubiungit dicens.

Dediq; cor meum ut ſcirem prudentiam
atque doctrinam: erroreſque & ſtultitiã.

¶Quæ uerba ſub eodem ſenſu duobus modis ſu-
perioribus coniungi poſſunt. Quia. n. primum
hanc elationem oſtenſurus, ſic cęperat. Locutus
ſum in corde meo: Ac deinde quid locutus ſit ſu-
biunxit. Ecce magnus effectus ſum: & præceſſi ſa
pientia omnes qui fuerunt ante me in Hieruſalẽ:
& mens mea contemplata eſt multa ſapienter &
didici; Et poſtea id quod modo propoſuimus in-
tulit. Dedique cor meum ut ſcirem prudentiam
atque doctrinã, errores & ſtultitiam. Poteſt hæc
tota ſeries ſub una continuatione compræhẽdi:
ut totum hoc in corde ſuo dixiſſe intelligatur. ſ.
quòd magnus effectus ſit: & quòd omnes qui an
te eum fuerunt in Hieruſalem ſapienter præceſſe
rit: & quòd mens eius multa ſapientia & contem
plata ſit; multaque didicerit, & quòd cor ſuum
dederit ut ſciret prudentiam atque doctrinam er
roreſque & ſtultitiam; & quòd poſt hæc omnia
cum ita locutus eſſet in corde ſuo, & ſe extuliſſet
de inueſtigatione & conſideratione tantarum re
rum: tandem reſipiſcens agnouerit hanc quoque
gloriationem uanam, & propter hoc ſubiungat.

Et agnoui quòd in his eſſet quoque uani
tas & afflictio ſpiritus: eo quòd in multa
ſapientia multa ſit indignatio, & qui ad-
dit ſcientiam, addit & laborem.

X ¶Si quis autem diſtinguere uelit ſententiam, &
hoc quod poſtremo intulimus ſeorſum a ſupradi
ctis partiri; poteſt ſic a præcedentibus inferre, ut
quaſi ea quæ ſupra dicta ſunt, omnia locutus ſit ĩ
corde ſuo, ſ. quod magnus effectus eſt, quòd præ-
ceſſit ſapientia omnes qui fuerunt ante eum in
Hieruſalem, quòd mens ſua contemplata eſt mul
ta ſapienter & didicit; & cũ hæc omnia dixiſſet
in corde ſuo, deinde altiora adhuc inueſtiganda
teſtetur: acſi diceret, Hæc omnia quę ſupra dicta
ſunt, locutus ſum in corde meo: & cum hæc uni-
uerſa locutus eſſem in corde meo, tunc demum
ex præcedenti contemplatione fiduciam ſumens
dedi cor meum, ut adhuc altiora quærerem, & ꝓ-
fundiora inueſtigarem: ut. ſ. ſcirem prudentiam
atque doctrinam, erroreſque & ſtultitiam. Quod
autem dicit dediſſe ſe cor ſuum: ſic intelligẽdum
eſt, quòd liberum illud fecit & expeditum ut nõ
per illa aut illa diuideretur, ſed totum propoſitæ
conſiderationi intenderet. In quo uerbo etiam ty
pum ſuperbiæ & tumorem elationis exprimit; q
cor totum contemplationi ſapientiæ dediſſe ſe di
cit: quaſi illi poſſibilitas inueniendi uerum proti
nus ſubeſſet: ſi tantum uoluntas quærendi non
deeſſet. Ad quid autem dederit cor ſuum, expo- Y
nit dicens. Vt ſcirẽ prudentiam atque doctrinam,
erroreſque & ſtultitiam. Superius multa ſe ſapiẽ-
ter contemplatum fuiſſe & didiciſſe teſtatus eſt:
nunc autem poſt hæc omnia inueſtigare diſpo-
nit, ut ſciat prudentiam, atque doctrinam, erro-
reſque & ſtultitiam. Vnde patet quòd ſuperiora
ad rerum naturã referenda ſunt: hęc uero quæ
ſubiungit ad mores hominum, præpoſtero quidẽ
ordine uſus: quia prius uita propria corrigenda
erat per circuoſpectionẽ morum: ac deinde cæte
ris quæ extra propriam naturã fuerunt, ſtudium
adhibendum: ut primum interiores cordis oculi
mundarentur a uitijs, & poſtea aperirentur in
contemplatione ueritatis. Sed elatio quæ foris
magna apparere uoluit, primum exteriora quæſi
uit, ut prius per exteriorem ſcientiam uiam iactã
tiæ aperiret. deinde etiam interiora ſua ſcrutãdo
ad oſtentationem foras proiiceret. Vnde recte
cum dixiſſet prudẽtiam ſe quæſiſſe, pariter adiũ
xit etiam doctrinam; quia mens gloriæ & oſten
tationis, cupida, nequaquàm prudentiam circun-
ſpectionis ad bene uiuendum, ſed ad docẽdum
habere uoluit: & ideo ſcientiam prudentiæ, ſine
ſcientia doctrinę inutilem ſibi & infructuoſam
fore reputauit. Quod autem etiam errores & ſtul
titiam ſcire ſe uoluiſſe fatetur: nequaquã ad hoc
mala cognoſcere uoluit, ut cognita uitaret: ſed ut
& ſe de malorum cognitione extolleret, & alios
de opere damnaret: Error uero eſt cum per igno-
rantiam malum committitur: ſtultitia autem
cum malum cognitum non uitatur. Ergo & bona
pariter & mala ſcire uoluit. & cum ſcientia utro-
rumque doctrinam ſimul concupiuit: ut totum
quod mens per ſcientiam compræhenderet, per
doctrinam ad oſtentationem manifeſtare uale-
ret. Sed peruerſus animus ubique nequitiæ
ſuæ pœnam inueniens, totum quod inordinate
propter elationem appetijt, propter laborem &
afflictionem ſpiritus refugit. Nam quia hunc pa
riter, & curioſitas ad inquiſitionẽ impellebat, &
ſuperbia ad oſtentationem: dignum erat, ut & tu
midum labor prémeret, & curioſum occupatio
diſſiparet: quatinus in pœna ſaltem uitium ſuum
agnoſceret; eumque & ſi non amor uirtutis, uel
dolor afflictionis ad menſuram cohiberet. Pro- Z
pterea ſuperius curioſus occupationem inuenit:

Hic

Hic uero elatus laborem & afflictionem: quoniá dum mala & bona non ad ædificationem, ſed ad elationem ſcire quærit: ipſa ei cognitio teſtimonium fit prauitatis ſuæ, ut ipſa iniquum per conſcientiam arguat, quam elatus ad oſtentationem quærebat. Inde. n. ſemetipſum deſpicere cogitur: unde in oculis aliorum magnus fieri conatur: itaq; dum amplius ſcire quærit quod de ueritate alijs inſinuet, magis in ſemetipſo uidet de prauitate quod dánet. Hinc ergo ſibiipſi animus indignatur & rixam quandam ac luctam ſumit contra ſe, quia turpitudinem uitiorum quam ſuperbia deſpicit, prauitas defendit. In hac ergo huiuſmodi conflictatione grādis ſuperbiæ labor naſcitur & indignatio: quia dum ſubiacere uitijs dedignatur, atque ea a ſe propellere nititur: ne perficere ualeat quod uult, prauis ſuis deſiderijs ſuperatur. Inde ergo iam ipſam etiam cognitionem ueritatis abominari incipitur quia id quod in ſemetipſa odit, propter infirmitatem, non poteſt tollere, poſſit ſaltem per ignorantiam non uidere. Propterea cum dixiſſet in ſua ſcientia laborem & afflictionem inueniſſe: atq; eadem afflictio & labor unde eſſet, expoſuiſſet, dicens. Eo quòd in multa ſapientia multa ſit indignatio, & qui addit ſcientiam, addit & laborem. protinus qualiter per eandem afflictionem ſpiritus & laborem & indignationem attritus & acidiatus ipſam ſciétiam ſpreuerit: & animum ſuum ab inquiſitione ſapientiæ ubi affligebatur ad delicias & uoluptatem conuerterit, ſubiungit, dicens.

*Quòd homo a ueritate aufugit: ut Adam in paradiſo fugit, & abſcondit ſe. Hom. VIII.*

Eccle. 2. DIxi ergo in corde meo, Vadam & affluā d̄licijs & fruar bonis.

A ¶ Ecce qualiter deſperata mens totā ſe in uoluptatem proijcit, & carnis blandimenta iā ſolū bona uocat: quia in eis laborem & afflictionem non inuenit, quaſi malam reputans inquiſitionē ueritatis: in qua prius plus iuſto per curioſitatem ſe diſtēdens laborauit. Sed hæc rurſum exiſtimatio, quia manifeſtam ſtultitiam præfert, citius deprehenditur: quia carnis uoluptas quæ appetenti dulcis uiſa eſt, ſtatim ab experto reprobatur. Vnde cōtinuo infert, dicēs.

Et uidi quòd hoc quoq; eſſet vanitas. Riſum reputaui errorem: & gaudio dixi, quid fruſtra deciperis?

¶ Quanta autem uanitas in delicijs carnis ſit, me ſupra dixiſſe memini. Vnde reliqua quæ ſequuntur conſideranda nobis ſunt, quia & ipſa licet plana per ſe uideātur, habent tamē fortaſſe aliquid

B quod diligens inueſtigatio adijcere poſſit. Ait ergo. Riſum reputaui errorem: & gaudio dixi, q̄d fruſtra deciperis? Cunctis liquet quòd per riſum quodammodo concepta lætitia foras trahitur: & quod de gaudio intus latuit, ruptis uelut modeſtiæ clauſtris, quadā leuitate & incontinentia lubricę mentis propalatur. Et idcirco rectè riſus error dicitur: quia cum mens gaudium ſuū per ineptam lætitiam foras fundit: quaſi ad ſiniſtram p- C
gens rectum iter, quo in Deum gaudendo pergere debuerat, derelinquit. Sed ſciendum eſt quòd ſpiritale gaudium nequaquam animum ad riſū diſſoluit: ſed ea tantùm lętitia quæ a carnis blandimento concipitur, etiam per carnis motum facile aperitur. Nam quia primum ad animum ingrediendo inordinatum gaudium clauſtra continentiæ rupit: eadem poſtmodum uia qua illapſū eſt, cum introrſum excreſcere cęperit, ſine modeſtia facile erumpit. Lubrica. n. mens ſemen peruerſum, quod primum ſine modeſtia concipit, quaſi parturiēs poſtmodum ſine pudicitia, effundit: nec ſe continere poteſt, quin excreſcentem intus lætitiam eijciat, cuius integritatis clauſtra rupta ſunt, quando eam concipiebat. Primum ergo decipitur, quando blandientis mundi illecebras intro ad gaudium ſuſcipit: poſtea errat, quando cōceptum introrſum gaudium ad laſciuiā mundi p- riſum foras effundit. ¶ Notandum quòd gaudiū D
tārum arguitur, riſus uero omnino reprobatur: quia riſus omnimodo malus eſt: gaudiū non ſemper malum eſt, niſi quando de malo eſt: & idcirco illum reprobat, hoc caſtigat: quatinus & id quod prorſus malum eſt, caueatur: & id quod bonum eſſe poteſt, corrigatur. Propterea, inquit: Riſum reputaui errorem: & gaudio dixi, quid fruſtra deciperis? Decipitur ergo, cum delectatur in rebus noxijs: & bene ſibi eſſe putat, cum male eſt. *Fallax gaudium mortaliū.*
Decipitur etiam cum præſentium occupatione delectationū inuoluitur, & ne futura mala conſiderare ualeat, præpeditur. ¶ Sed quare fruſtra? Fruſtra decipitur, quia ipſe mundi delectationes a E
conſideratione futurorum malorum cor auertere poſſunt: ſed a preſſura ſuperuenientium liberare non poſſunt. Fruſtra etiam decipitur, quia fallacis boni gaudia in quibus exultat, tantis amaritudinibus admixta ſunt: ut iure diſplicere debeant, etiam ſi debeant permanere. Fruſtra ergo utrobique decipitur: uidelicet & cum malum nō uidet quod patitur: & cum nō pręuidet malum quod patietur: quoniam & ratio manifeſta eſt, quæ illud bene conſiderāti iudicare ualeat: & experientia præſens, quæ hoc patienti oſtendat. Propterea infert & dicit.

Cogitaui ergo in corde meo abſtrahere a vino carnem meam, ut animum meum transferrem ad ſapientiam: deuitaremq; ſtultitiam, donec uiderem quid eſſet vtile filijs hominum: quo facto opus eſt ſub ſole numero dierum uitæ ſuæ.

¶ O cor humanum: ubi es? quomodo huc ueniſti, F
ut hoc neſcias quid utile ſit filijs hominum, quo facto opus eſt ſub ſole numero dierum uitæ ſuę? Vbi es, ut hoc ignores? ubi es Adam, ubi es? Audiui (inquit) uocem tuam & abſcondi me. O abſcondite, cui abſcondite? O abſcondite, ubi es? Quàm longe es? & quàm propè es? Quàm longe es ab il- Gen. 3. *Pulchra ad Adam abſcōditū conuerſio.*

lo,& quàm propè es illi?Propterea ubi es? Ecce q̃
rit te Deus tuus & clamat.ubi es?Tu te auertis ut
lateas:& claudis oculos ne uideas.Ille autem non
uidentem uidens:& ideo non uidentem:quia nõ
uideri cupientem : propter tuum affectum,non
propter ſuum defectum clamat & dicit: Adã ubi
es?Quærit ergo te,ut tu ipſum inuenias:& quęrit
te,ut & tu ipſum quæras & dicas:Domine ubi es?
Tu uero quid facis:Nã ipſe ſi perdidit, tamẽ quæ
rit.Si perdidit,non totũ perdidit : quia uidet q̃d
perdidit . Et ideo quærit quod perdidit,quia ui-
det q̃d perdidit.Nõ enim quæreret niſi uideret.
Tu autem quid? Adam ubi es?Tu perdidiſti & to
G tum,perdidiſti, quia & perdidiſti ne habeas: &
uidere deſiſti ne requiras. Nam ſi uides quod nõ
habeas:intelligis quid requiras. Nunc autem lon
ge es & exulas a ueritate:ut non poſſis uidere un-
de ueneris,& quo tibi redeundum ſit. Propterea
quæris quid quærere debeas:quia quid amiſeris,
ignoras. Quæris quid utile ſit filijs hominum:
quo facto opus eſt ſub ſole numero dierum uitæ
ſuæ.O quàm ſcire hoc debuiſti:ſed nunc abſcon-
ditus es a ueritate, latens ſub umbra ignorantiæ
tuæ:quia receſſiſti longe & noluiſti cum illa eſſe,
ſine qua eſſe nõ potes. Nam quia ſine illa eſſe nõ
potes,ideo quæris:& quia auerſus es & abſcondi
tus, propterea neſcis quid quærere debeas : cum
tamen in hoc abſcondi ab ea omnino non potui
ſti:ut non intelligas quærendum tibi eſſe cum ui
deas,& hoc deeſſe tibi quod quæras.Intellige er-
go te uel in hoc prorſus non eſſe abſconditum:
quia illa fugientem ſequitur atque auerſo ſe in-
gerit;ac quærendam docet cui ſe uidendam non
præbet. Quàmuis & hoc ipſum extra ueritatẽ nõ
uideas quod tibi quærendum eſſe uides, quod d.
eſſe uides:licet hoc quid ſit,non uideas. Ergo in
ueritate uides quærendum tibi eſſe quod uerita
tem eſſe non uides.Quare hoc?Quia abſconditus
es.Nam ſi abſconditus non eſſes,nihil præter ue-
ritatem quærendum eſſe uideres : & ipſam ueri-
tatem non quæreres,ſed haberes.Nunc abſcondi
tus es,& non uides:& tñ derelictus nõ es,quia q̃
rere admoneris q̃d nõ uides.Iõ dicitur tibi, Adã
ubi es? ut ad ueritatem redeas, & inuenias uerita
tem.Noluiſti ſtare in ueritate: modo redi ad ueri-
tatem,quia ſtare non potes extra ueritatem. Va-
gus & profugus & ĩſtabilis eris omnibus diebus
quibus cum ipſa & in ipſa non fueris : nec inue-
niet cor tuũ ubi requieſcat, ſi in ipſa ſtare nolue-
rit: quia nec ſtabit extra ipſam ut quærat:nec in-
ueniet præter ipſam ut requieſcat.Surſum,deor-
H ſum,longe,& prope,quouis pergat:non inueniet
requiem,donec illam inueniet. Quid tumultua-
ris ĩfelix?Rides,ploras,foueris,affligeris: quid ad
ad ſapientiam?Nam quia in laſciuia & uoluptate
ſtultus fuiſti : in afflictione miſer eris. Quid am-
plius tibi conferre poterunt? Vanitas uanitatũ:
uanitas uanitatum & omnia uanitas. Sed nondũ
iſta cognoueras. Propterea ſenſu tuo & ſapientia
tua, quæ apud ipſam ſtultitia eſt, inflatus magis
quàm ſolidus,obniti cunabaris: & exiſtimaſti te
aliquid facturũ cum nihil eſſes.Tentaſti omnia:
& ubique defeciſti.Mollia & dura, læuia, & aſpe
ra,proſpera & aduerſa: extra ueritatem corrum-
pere poſſunt,emendare non poſſunt. Ergo flu-
ctuas,& iactaris:cadis,& ruis,& impelleris: appe
tis nec conſequeris.Palpando & non uidendo fru
ſtra ex aduerſo incedis,quærens ueritatẽ ubi non
eſt.Et tu ubi es? Illa intus eſt:& tu foris es.& ideo
clamat tibi:& dicit, Adam ubi es? Quærit ut tuã
ignorantiam arguat : ambulat ut inſtabilitatem
tuam oſtendat.Cum deambularet dominus in pa
radiſo ad auram poſt meridiem uocauit & dixit.
Adam ubi es? Non ambulauit,ſed deambulauit. Gen.3.
I Quid eſt deambulauit? Huc & illuc quaſi errabũ
dus & uagus in directum non uadens:ſed per-
gens quocunque,hoc eſt, deambulauit. Et quare
ita deambulare uoluit?Vt talem ſe oſtenderet fo-
ris:qualis intus eſſe cœperat. Iã enim mota erat
ueritas,& fluctuabat:ut recederet a corde pecca
toris.Immo ueritas ſtabat,& peccatrix conſcien-
tia fluctuabat:& ideo ueritas foris deambulabat:
quia intus peccator a ueritate fluctuabat. Deam
bulabat tamen & non diſcedebat, neque abijt in
directum elongãs quaſi irreuocabilis,nec reuer-
ſura amplius: ſed prope gyrans & iuxta deambu-
lans, abijt & non abijt: modo uadens, & modo
rediens:& magno quodam incerto æſtuãs: quaſi
nolens ſedem ſuam deſerere, nec ualens pollutã
manſionem ſuſtinere.Quid facis Adam?Quare ſi
les.Voca diſcedentẽ,ſequere fugientem: quoniã
adhuc prope eſt & expectat ſi forte reuocetur:&
ideo moram facit & blande minatur abſceſſum:
læſam ſe dolens & uiolenter eiectam: ac redire
uelle indicat,ſi fors inuitetur ut ueniat. Idcirco
non cito abijſſe,ſed p̃ſtolari adhuc: Iturã tamen,
& iam,quia non eſt qui reuocet, ituram, & ecce
ambulare ut abeat: quoniam nemo eſt dilectio-
nis memor,qui caritatis recordetur, cui cordi ſit
ſocietatis affectus : O infelix Adam,ubi eſt recor-
datio tua? Vbi fixiſti animam tuam ut hæc ſuſti-
neas?Dure,indurate, & obdurate,non te emolli-
re potuit tanta benignitas,tanta flamma,tam in-
gens ardor dilectionis, ut liqueſieres & curreres
poſt eam?Tu uero quid facis? Audiui, inquit,uo-
cem tuam & abſcõdi me.Quare? Eo quòd nudus K
eſſem.Ergo fugis ueritatem: quia amas prauita-
tem.Ipſa autem quid facit? Sequitur fugientem-
quæ deſeruit diſcedentem. Quę auerſa eſt ini-
qua facientem: reuocat in iniquitate perſiſten-
tem. Adam ubi es?Ego,inquit,ſcio ubi es: tu ne-
ſcis.Ideo ubi es? Attende ubi es,ut corrigas quod
factus es: & redeas ad eum a quo factus es.Adam
ubi es? Audiui domine uocem tuam:& abſcondi
me.O abſcondite & non abſcondite:non uidens
& uiſe,cui abſcondiſti te? Audiſti uocem, & fa-
ciem non uidiſti.Quare. Quia abſconditus.Hoc
n.lucratus es abſcõdendo te:ut nõ uideres a quo
uidebaris.Quem q̃dem fugere potuiſti,ſed effu-
gere non potuiſti: quia eum nec abſcõditus latui
ſti. Propterea quæſitus inuentus es: quia latens
abſcõditus nõ es.Tu uero malitia tua iterũ fugis,
& iterũ fugis,& inuenires & fugis:& ſemper fu-
gis,& non effugis.Habitus fugis,quæſitus fugis,
requi-

requiſitus inficiaris. Propterea quæſitus inueni-
ris: inficiatus conuiuceris: conuictus condemna
ris. Videamus ergo nunc, ne forte ſine cauſa tan-
tum exceſſum fecerimus. Videamus noſtrum A-
dam antiquum illum, & nouum adhuc iterata
malitia. Videamus eum uetera adhuc ſtudia re-
nouantem: & transfugam ueritatis umbram: ac
latebras, & tegmina foliorum requirentem, undi
que conuinci: nunquam uelle reprehendi. Non
poſſe latere, & ſemp fugere. Videamus ergo, quid
Gen. 3. facit. Quid enim facit? Vidit cibum, & contem-
platus eſt: quoniam delectabilis eſt uiſu, & ſua-
Eccle. 2. uis ad ueſcendum: & aperuit fauces, & ait. Vadã,
& affluam deliciis, & fruar bonis. Et ecce poſt ter
gum eius ſapientia, & ueritas clamauit, & dixit. A
dam ubi es? Ille uero audiens uocem eius: & con
uictus a ueritate intus clamante, negare non po-
tuit ueritatem, & ait. Audiui domine uocem
tuam: & uidi uere, quòd hoc eſſet uanitas, & ideo
riſum reputaui errorem, & gaudio dixi: quid fru
ſtra deciperis? Ecce hominem audientem uerita
M tem, & confitentem ueritatem. Quis putatis iſte
eſt? Magnus uidetur omnino, & appropinquans
ueritati, qui ſic profitetur ueritatem. Vere ma-
gnus, ſi non abſconditus. Audit enim, & non ui
det ueritatem: quia ipſe per concupiſcentiam fo
ris eſt: ueritas autem per ſapientiam intus. Et
uult eum lucrari ueritas: & reuocat ad ſe, & iterũ
atque iterum de intus clamat, & dicit. Adam ubi
es? Ille uero proditum ſe ſentiens, & conuictum,
uno aditu obſtruſo, alias fugæ latebras quærit: &
coercitus a uoluptate ad auaritiam ſe effundit.
Etenim: prius fructum ad eſum expetiit: nunc fo-
lia ad umbram quærit, & tantò profundius ſe a
luce ueritatis abſcondit, quantò nequius ſub ſtu-
ſtio parſimoniæ uitium ambitionis tegit. Propte
N rea infert, & dicit. Cogitaui in corde meo abſtra
here a uino carnem meam. Quare? Vt animum
meum, inquit, transferrem ad ſapientiam, deuita
remq; ſtultitiam. Bene hoc feciſti. Nemo enim
poteſt duobus dominis ſeruire. Idcirco bene feci
ſti, ut præcideres a te nebuloſam, & tenebrãtem
conſcientiam, delectationem carnis, quatinus in-
uenire poſſes luminoſam, & nihil impuritatis ha
bentem delectationem ueritatis. Bene in hoc feci
ſti, quòd abſtrahere propoſuiſti a uino carnem
tuam, ut melius inebriares ſapientia animam tuá,
& eam ad ſemetipſam introrſum colligeres: ubi
ſapientia lucet, ubi ueritas cognoſcitur, & pru-
dentia inuenitur. Nam, & hoc ipſum erat deuita
re ſtultitiam, non ſe ad inania, & uana appeten-
da effundere: ſed totam animi intentionem om-
neſque cordis conatus ſub rationis moderamine
cohibendo ueritati conformare. Hoc ergo bene-
O feciſti. Sed uſquequo? Donec, inquit, uiderem,
,, quid eſſet utile filiis hominum: quo facto opus
,, eſt ſub ſole numero dierum uitæ ſuę. Vide ergo
ut perſeueres, ut in ueritate quęras, & ut perſeue
ranter quæras, quia non inuenitur ueritas niſi ab
iis, qui eam in ueritate quærunt. Qui ſunt, qui eã
in ueritate quærunt? Qui toto corde ad eam acce
dunt. Qui non dimidii ueniunt, & dimidii rece-
dunt: ſed toti ueniunt, & ex toto ueniunt. Hi ueri
tatem in ueritate quærunt. Qui autem cor ſuum
alibi colligunt, & alibi diſpergunt: iſti non toti
accedunt, nec ex toto accedunt: & ideo ueritatẽ
non inueniunt: quia id quod de ueritate alibi lu
crati uidebantur, alibi perdunt. Qui congregant
mercedes, & mittunt eas in ſacculum pertuſum.
Si parſimonia colligit, & auaritia diſpergit: qđ
prodeſt? Quid confert ſi gulam ſtringens, per cõ
tinentiam uoluptaris, collegiſti: & oculos aperiẽs
per ambitionem diſperſiſti? Attendis, quòd intra
ſti: ſed ꝙ exiuiſti, non attendis. Si intras, & exis, fo
ris es: quemadmodum ſi exis, & intras, intus es. Si
autem foris es, ubicunque es cum ueritate non
es: quia ueritas intus eſt. Et quid intereſt ubi ſis, ſi
ibi non es, ubi ueritas eſt? Vndecunque uenias, &
quacunq; ingrediaris, ſi intus es, bene es: quia cũ
ueritate es. Et quocunque pergas, quacunque e-
grediaris, ſi foris es, male es: quia cum ueritate nõ
es. Si ergo in ueritate quæris: totus quære, totus
accede, totus intra: quia ueritas intus eſt. Quare
tam diu quæris: & non inuenis, quod quæris?
Quia male quæris, quia ibi quęris, ubi non eſt,
quod quæris. Tu enim foris, quæris: & quod quę
ris intus eſt. Ideo male, quęris, & ideo inuenire
non potes, quod quæris, & propterea non ibi re-
quiem inuenire poteris, ubi es: quia ueritas ibi nõ
eſt, ubi es. Vbi es? Sub umbra, ſub foliis: quia fru- P
ctum perdidiſti, & ideo ſpecies fallit te: & ueri-
tas non eſt in te. Quocunque perrexeris, fraudabe
ris. umbra totum eſt quod uides, & ueritas latet.
Quæ eſt umbra? Species rerum uiſibilium umbra
eſt: & tu animam tuam in eas effudiſti, & abſcon
diſti te ſub foliis ut lateres. Et quomodo lucem quæ
ris tenebras intrans? In fructu uanitatem conſpe
xiſti, & in foliis ueritatem eſſe putas? Si terrena
omnia ad fruendum uana ſunt: quomodo ad ui-
dendum multo magis uana non ſunt? Si enim
fruentibus uerum bonum non conferunt, poſſi-
dentibus nec fruentibus conferre quid poſſunt?
Quare ergo poſt bonum propoſitum continen-
tiæ, & quærendæ ſapientiæ ſtudium, tam cito ite-
rum ad occupationem uanam conuerteris? Qua-
re? Niſi quia mens tua foras eiecta eſt, & uaga ac
profuga effecta ſuper terram. Ideoque ſtare non
poteſt, quia in ueritate fixa non eſt. Idcirco inqt
Magnificaui opera mea, &c.

*De diuerſis uanis Eccleſiaſtæ conatibus.*
*Homilia. IX.*

MAgnificaui opera mea. Quæ
opera? Aedificaui mihi do-
mos: plantaui uineas, feci Pomeria
hortos, & pomaria, & conſe-
ui ea cuncti generis arboribus: & extruxi
mihi piſcinas aquarum, ut irrigarem ſyl-
uam lignorum germinantium.

¶Hoc eſt, quod dixi. Extra quæris, quod intus per Q
didiſti. Magnificas opera tua: quia in temetipſo
minoratus es. Ædificas domos, quia proiectus es
de

de habitaculo conſcientiæ tuæ. Plantas uineas & facis hortos: quia germina ſapiētiæ in corde tuo aruerunt. Extruis piſcinas, qui fontem uitæ intus ſalientis non habes. Syluā irrigas lignorum germinantium: quia umbram quæris luce ueritatis amiſſa. Quid tibi cum iſtis delectationibus infelix, & honorum tuorum oblite? Vbi eſt nunc qđ paulo ante propoſuiſti a uino abſtrahere carnem tuam: qui mō omni laſciuia & uanitate inebrias animam tuam? Nunquid ita quæritur ſapientia? Exiſſe illic uidebaris: quomodo tam cito reuerſus es? Quomodo? niſi quia in circuitu ambulaſti: & inuoluta fuit ſemita tua: & reduxit te parſimonia, ubi gula proſtrauerat. Ecce iterum in uoluptatem corruiſti: & captiuus factus es uanitatis. Quomodo huc ueniſti: niſi quia audiſti uocem eius, & abſcondiſti te. Hæc eſt enim umbra uanitatis, ſub qua lates: ne uideas ueritatem. Quomodo
R ergo huc ueniſti? Nonne debueras quærere ſapiētiam? Sed mēs tua longe exulans a ueritate & uiā ueritatis ignorans, unde ab uno ſe uitio uoluptatis per continentiam gulæ cohibuit: inde licentius in omnem ſe laſciuiam & ſuperſtitionē per concupiſcentiam oculorū effudit: & eo nequius nunc in toto corrumpitur, quo magis in parte quantulacumque correcta uidebatur. Prius.n. corrumpebaris & humiliabaris: quoniam uidi-
Q ſti & intellexiſti quod patiebaris. nunc ſub ſpecie uirtutū, uitiorum præda factus es. Intrat auaritia ſub obtentu parſimoniæ: & dum perſuadet animo in rebus habitis temperantiam non deſerere, facit non profutura ſeruare. Inde multiplicatis diuitijs ſuperbia ſequitur: dum id quod per ambitionem quæſitum eſt, ad elationem poſſidetur. Inde omnia hæc portenta uanitatis orta ſunt: quòd mens ſtulta in rerum experimentis uerum bonum extra exiſtimat inueniendum, non quaſi per ea que foris ſunt, uerum bonum intus quęrendum ſit, ſed quaſi in eis conſiſtat. Idcirco ſine modeſtia audacter per omnia ſe diffundit: & quæ in abſtinentia carnis afflictionem inuenerat: alio aditu reperto per concupiſcentiam oculorum, carnalem affectum multiplicius paſcit. Neque.n. laſciuienti ſufficit, ut in rebus quæ ad humanam ſeruitutem factæ ſunt, & iocunditatem delectetur: niſi etiam ſuperbia æqualitatem conditionis tranſgrediens, hominibus dominetur. Hoc eſt.n. quod poſt cæteras & inter cæteras ſuperſtitiones ſuas adiungit, dicens.

Poſſedi ſeruos & ancillas: multamq; familiam habui.

S ¶ Dominus factus eſt hominum, qui ſeruus erat uitiorum. Quāto melius eſſet ibi dominus: & hic ſocius? Nam illic dominari, regnantis foret probitas. Hic uero dominari, non repugnātis probitas eſt, ſed præmentis iniquitas, & patientis utilitas. Sed gloriæ animal ſpeciem attēdit exterius: morbum interius non attendit. Putat magnum eſſe quod inflatū eſt, & ideo gaudet exterius magnus uideri. Introrſus autem uacuus & inanis eſſe non timet. Poſſedi, inquit, ſeruos & ancillas, multamque familiam habui. Quid multa familia ſine poſſeſſione multa: & pecunia multa atq; abundantia ſumptuum facere potuiſſet? Propterea adiunxit, & ait.

Armenta quoque, & magnos omniū greges vltra omnes qui fuerunt ante me in Hieruſalem.

¶ Ecce abundantia. Gloria ubi eſt? Coaceruaui mihi argentum & aurum: & ſubſtantias regum & prouinciarum. Quanta gloria. Et quid ſequitur? niſi quòd mens procax ad iactantiam cito per laſciuiam molleſcat & eneruatur & dicit.

Feci cantores mihi & cantatrices & delicias filiorum hominum. Cyphos & † vrcelos in miniſterio ad vina fundenda: & ſupergreſſus ſum opibus omnes qui fuerunt ante me in Hieruſalem. Sapientia quoq; perſeuerauit mecum.

† urceos

¶ Grandis fiducia. Ideo ſecure peccaſti. Ideo confi T
denter effudiſti cor tuum in delicias uoluptatis, & ſuper illecebras pulchritudinum & iocunditatum uanitatis. Quare? Quia ſapientia perſeuerabat tecum. Quare enim tu intus poſitam quærerēs: ſi ipſa foris uagum non reliquit? Quæ tamen eſt iſta ſapientia quæ ita diſcurſus amat, & ſecretum faſtidit? Vide ne forte ſimilitudo fallat te: & non ſit ſapientia quod ſapientia eſſe uidetur. Caue ne in umbra filiorum decipiaris: ubi latuit pater tuus qui ueritatem uidere nō potuit. Vmbra n. obſcurū facit: & ſi requiem habere uidetur, lumen non habet. Caue ergo ne & tu dum ſub umbra foliorum requiem quęris, incipias pati caliginem. Nec poſſis in umbra poſitus clare diſcernere: quia imago quæ apparet umbra, ſola eſt, non
ueritas. Hanc ergo umbram foliorum ſuſpectam V
habe: ne decipiaris. Quæ ſunt folia? Species rerū uiſibiliū folia ſunt: quæ modo quidē pulchra & nitentia apparent, ſed cadēt ſubito cū turbo exierit. Quę ſunt folia? Domus, uineæ, horti, piſcinæ, ſylua lignorum germinantium, familiæ, poſſeſſiones, aurum, argentum, ſubſtantiæ regum & prouinciarum: lyræ, citharę, tibiæ, organa, cyphi, & urcei, & uaſa precioſa diuitiæ, & pōpæ, & gloria:
omnia hęc folia ſunt. Quare folia? Quia uana, qa X
caduca, quia tranſitoria: ideo folia. Virent quidē modico tēpore: ſed cito areſcunt & cadunt. Sed tamen dum ſtant, umbram faciunt & habent refrigerium ſuum: ſed eſt obſcura umbra & inimica lumini. Carnt quidem ad tempus refrigerium pręſtare uidetur: ſed oculos caligare facit. Idcirco ſuſpectā habere debemus umbram: nec facile credere ijs quæ uidentur in umbra. Fallunt enim oculos imagines: quia & ipſa umbra imago eſt, non ueritas. Ideo dixi ut ſuſpectam habeas um-
bram, qui te ſub folijs poſitum confiteris. Sub fo Y
lijs es, in umbra es: & ſapientiam iuxta te uides. Vide diligenter ne forte nō ſit ſapientia, ſed aliud aliquid latens ſub ſpecie illius. Quæ eſt enim ſapientia in umbra foliorum? Nam umbra folio-

*Pulchra diſcurrit. Species rerū uiſibilium folia ſunt.*

rum delectatio eſt, & iocunditas in ſpecie,& pul
chritudine rerum tranſitoriarum. Et habet iſta
ſapientiam ſuam. Sic enim homines uocant ſa-
pientiam qua iſta requies,& tranquillitas iſta car
nis callide, & aſtute quæritur, & prudenter con-
Luc. 16. ſeruatur. Et iſta eſt ſapientia,qua filii huius ſecu-
li,& filii tenebrarum prudentiores ſunt filiis lu-
cis in generatione ſua,quæ perſeuerat cum iis, q̇
iacent in umbra foliorum: & lumen ueræ ſapien
tiæ,apud quam ſtultitia eſt ſapientia iſta, uidere
non poſſunt. Quia enim ad ſola commoda car-
nis reſpiciunt,detrimenta animæ non attendũt:
& quia cauti eſſe uolunt ubi timendum non eſt:
ſtulti,& imprudentes fiunt ibi,ubi periculum gra
ue eſt,& intolerabile detrimentum. Nam quæ eſt
ſapientia,carnem fouere, & animam negligere?
Quæ eſt ſapientia id quidem,quod modico tem-
pore moleſtum eſt carni,tota intentione fugere:
& id quod animæ ſemper exitiale eſſe conſtat, nõ
cauere? Hæc eſt ſapientia de qua iſte gloriatur ſub
umbra foliorum iacens. O folia,& umbra qualis
eſt fructus ueſter? uide Adam qualia ſunt folia
tua, & qualis eſt fructus tuus? Abſcondiſti te,&
folia tua umbraculum præbuerunt, ut tectus
non uideres ueritatem. Manducaſti, & fructus
tuus cibum præſtitit: ut corruptus edulio perde-
res immortalitatem. Recognoſce miſer recogno
ſce malum tuum: recognoſce miſeriam tuam: re
cognoſce ubi es,& qualis factus es. Conuertere
de umbra ad claritatem luminis,ut non ſolũ uer-
ba audias,ſed etiam faciem uideas ueritatis.

*De reliquis uanitatibus uſq; in eum locum: Stul-
tus in tenebris ambulat. Hom. X.*

CVmque me conuertiſſem ad
uniuerſa opera,quæ fecerant
manus meæ, & ad labores in
quibus fruſtra ſudaueram; Vi
di in omnibus uanitatem,& afflictionem
animi: & nihil permanere ſub ſole.

A ¶ Audiuimus ſupra,iſte quanto ſtudio diuitiis cõ
gregandis augendiſq; rebus inſudauerit: ac deinde
laſciuiæ, & uoluptati experiendæ, in iis, quas
parauerat,rerum affluentiis, quemadmodum a-
nimam ſuã effuderit, ipſo teſtante cognouimus:
Nunc uero quid poſt hæc omnia ſubiungat, au-
diamus. Cum,inquit,me conuertiſſem ad uniuer
ſa opera,quæ fecerant manus meæ, & ad labores
in quibus fruſtra ſudaueram: uidi in omnibus ua
nitatem,& afflictionem animi: & nihil permane
Quæſtio. re ſub ſole. Hoc itaque in principio quæſtionem
nobis ingerit,quomodo nunc primum iſte con-
uerſum ſe dicat ad uidendum opera ſua cum ni-
hil aliud hactenus feciſſe uideatur,quàm his reb⁹
intentionem adhibuiſſe,& ſtudium? Quando ma
gnificauit opera ſua ædificauit domos, plantauit
uineas,& hortos fecit,& pomaria, atque piſcinas
extruxit: ſeruos,& ancillas habuit,armẽta, & gre
ges, argentum,& aurum, ſubſtantias regum,& ꝓ
uinciarum:& delicias filiorum hominum. Quan

do denique non ſolum opere,ſed & mente quoq;
rerum ſe ſuarum amori, & uoluptati tantum im-
merſerat,ut hanc partem ſuam exiſtimaret: neq;
ob aliud quodam modo ſe factum crederet, quã
ut oblectaret ſe in his omnibus, quæ parauerat:
Nunquid non uidebat quod faciebat? Sed uidit B
ſpeciem: non præuidit corruptionem. Vidit quid Rñſio.
eſſe uidebantur,quæ ſtabant: ſed nõ attẽdit quid
facta fuiſſent,quæ perierant. Amor enim præſen
tium dum in ſe totam animi intentionem con-
uerteret: & in eorum,quæ uidebantur fallaci ſpe
cie per carnis aſpectum ingreſſus cordis quoque
oculos occuparet: ſimul,& præteritorum memo
riam abſtulit,& futurorum prouidentiam abſcõ-
dit. Vnde factum eſt,ut dum ad ea, quæ uideban
tur ſola reſpiceret: in ipſis quoque ueritatem a-
gnoſcere non ualeret. ſimulque in ſuis operibus,
& conuerſus, quæ concupiſceretur uideret ſpe-
ciem: & auerſus, quæ caueretur non agnoſceret
uanitatem. Fit autem nonnunquam ut tempora
lia bona tunc citius uana eſſe deprehendantur: cũ
magis abundare cœperint: quæ ſæpe cum non ha
bentur prodeſſe potuiſſe exiſtimantur,ſi affuerint.
Cum uero habita,mentis inopiam, nec in ſua af- C
fluentia expellere ualeant: tunc primum experiẽ
ti,quam exiguum pro laborantibus fructum cõ-
ferunt manifeſtant. Vnde conuenienter iſte poſt
tantam rerum omnium affluentiam, uſumq; uo-
luptatum: conuerſum ſe dicit, ut intelligeret ua-
nitatem ſuam. Quia cum experiri cœpit,quod fe-
licem facere non poterant habita: tunc agnouit
ꝙ multomagis miſerum fecerant caſſo labore q̃-
ſita. Cum,inquit,me conuertiſſem ad uniuerſa o-
pera,quæ fecerant manus meæ: uidelicet reſpi-
ciens qualis fructus tantos labores ſequi potuiſ-
ſet: tunc ait inueni non æqua lance recõpenſari
mihi fructum laborum meorum: ideoq; fruſtra
me laboraſſe iudicaui reſpiciens labores in qui-
bus fruſtra ſudaueram. In omnibus enim uanitas,
& afflictio animi. Prius afflictio. poſtea uanitas.
Sed, & poſt uanitatem afflictio: & ante uanitatẽ
afflictio: & in uanitate afflictio: & totum uani-
tas,& totum afflictio. Vana quippe ſunt uniuer-
ſa,quæ ſuis dilectoribus, & cum ſunt,non exhi-
bent,quod promittunt:& cum teneri exiſtiman-
tur pertranſeunt. Sed poterat fortaſſis tolerabi- D
le uideri,ſi ſola uanitas eſſet:& afflictio non eſſet:
Nunc autem,et ante uanitatem afflictio,& in ua-
nitate afflictio,& poſt uanitatem afflictio, quo-
niam nec ſine labore acquiri,nec ſine ſollicitudi-
ne conſeruari, nec ſine dolore amitti poſſunt: q̃
cum amore poſſidebantur. Ideoq; & totum uani
tas,& totum afflictio: quia, & in afflictione uani
tas, & in uanitate afflictio. Et propter hoc recte
conuerſus ait. Vidi in omnibus uanitatem, & af-
flictionem animi: & nihil permanere ſub ſole.
Eruditus namque in proprijs,etiam aliena iudica
re cœpit: & quod in parte cognouerat, ueraciter
de toto pronunciabat dicens: nihil permanere
ſub ſole. Hinc uero colligi poteſt, quantum in re-
bus aliis,ſiue ad bonum, ſiue ad malum condu-
cat homini noſſe qualis homo ipſe fuerit ſibi. Nã
ſecun-

ſecundum aliquid omnia hoc tibi eſſe incipiunt, quod tu ipſe fueris tibi. Si teipſum non uides: nihil bene uides. Si in tuo iudicio non falleris: facile dirigeris in alieno. Sicut hic quoque conuerſus, & directus cum de ſuis operibus ſubiunxiſſet ,, uidi in omnibus uanitatem, & afflictionem animi: ſtatim quaſi in propriis eruditus, aliena di iudicare incipit: & de iudicio ſuorum operum ,, ſententiam format uniuerſorum dicens, Et nihil permanere ſub ſole. Sed quia ad perfectum non ſufficit mala reprobare, niſi etiam bona eligere, quis nouerit: ſubiunxit, & ait.

**Tranſiui ad contemplandam ſapiétiam.**

E ¶ Hebræus tranſiens interpretatur. Hebræus ergo factus eſt iſte ad contemplandam ſapientiam. Erat quidem ipſe etiam prius hebræus ſecundum carnem: ſed hebræus non fuit ſecundum ueritatem, donec tranſire cœpit ad contemplandam ſapientiam. Quemadmodum iudæus ſecundum carnem dicitur, & iudæus ſecundum ueritatem: ita alius hebræus eſt ſecundum carnem, & alius hebræus ſecundum ueritatem. Qui autem in manifeſto ſecundum carnem iudæus eſt, & qui in manifeſto ſecundum carnem hebræus eſt: nó uere iudæus eſt, & non uere hebræus. Sed qui in occulto ſecundum ſpiritum iudæus eſt, & ſecundũ ſpiritum hebræus eſt: uere iudæus eſt, & uere hebræus. Nam multi tranſeunt ſecundum carnem, & non tranſeunt ſecundum ueritatem: quia non tranſeunt ut perueniãt ad ueritatem. Facilius maria tranſeant, & longinquas peragant regiones: q̃
Rom.10 pertingant ad ueritatem: & ipſa prope eſt. Prope eſt (inquit ſcriptura) uerbum in ore tuo: & ueritas uerbi in corde, & ipſum uerbum eſt ueritas, quia ueritas uerbum eſt. Et cum tam prope ſit ipſa ueritas: nihil tamen longius ab iis, qui ſtultiF tiam amant. Qui autem ſtultius, quàm ſemper ima reſpicere: & uultus habere pronos in terrá? Hoc enim beſtiis datum eſt, quibus ultra nihil appetere eſt conceſſum. Sapientia autem habitat in ſupernis: ad quam erigi nolunt, qui beſtiis comparati ſunt, & terram intuentur. Hæc eſt ipſa ſtultitia, de qua tranſiuit iſte ad contemplandam ſapientiam: cum falſa bona, quæ in terra amauerat, deſpexit: & ad uera bona, quæ ſurſum ſunt, cõtemplanda, & amanda ſe erexit: quia in his, quæ deorſum ſunt ſub ſole omnibus uanitatem aſpe-
G xit. Propterea cum uidiſſet in omnibus uanitatẽ & afflictionem animi, & nihil permanere ſub ſole: tranſiuit ad contemplandam ſapientiam ſupra ſolem. O quàm difficilis tranſitus, & quã multorum dierum uiis infirmos greſſus habentibus? Et neſcio an tota uita hominis ſufficere poſſit ad conficiendum hoc iter. Quis enim in hac mortali uita degens, ſapientiam plene apprehendere poterit? Sapientia enim de occultis trahitur, & in occultis inuenitur: & ſemper ſecretum amat ſapientia, nec ſe contemplandam præbet, niſi iis,
H qui ingrediuntur ad eam. Sed hoc ualde graue ẽ infirmis animis, ut dilecta relinquant, & deſerant amata: & ad ea tranſeant appetenda, quę non nouerunt: niſi doloribus ſuis erudiantur: & amara eſſe incipiant, quę ante dulcia fuerunt: & ita quodammodo inuiti retrahantur, & compellantur intrare, & tranſire ad contemplandam ſapientiã. Nam cum guſtare cœperint, & intelligere ſuauitatem, & iocunditatem ſapientię: tunc iam compelli opus non habent, ſed ſequuntur uolentes: & libenter uniuerſa deſpiciunt: & relinquunt omnia, ut tranſeant ad contemplandam ſapientiam: & tunc cito perueniunt, quia currunt uelociter, & ardenter requirunt, & incipit prope eſſe illis ſapientia, quia ipſi appropinquant ei, & non elõgant ab ea in concupiſcentias alienas. Sic cum eſſet Moyſes in deſerto paſtor animalium: & æthiopiſſam haberet uxorem, non nouerat adhuc niſi ignem conſumentem: Propterea mirabatur, q rubus ardebat, & non comburebatur. Quamdiu enĩ I animus deſideria ſua in infimis uoluptatibus paſcit, & carnali concupiſcentiæ iunctus nondum ad amplexus ſapientiæ peruenit: in igne cõſumẽte eſt, & deuorat te uſque ad perditionem. Flãma enim libidinis, & amor carnis eos quos accendit, conſumit. Amor uero ſapientiæ lumen habet: ſed conſumptionem non habet, & ſi accendit frigidos, ardentes tamen non comburit. Propterea Moyſes mirabatur quomodo ardebat rubus, & non comburebatur. Nam, & ipſe ardebat, quia uxorem æthiopiſſam habebat: neq; hoc ei miraculum fuit, ſed ardere, & non comburi: quod expertum non fuit, hoc ei miraculum fuit. Et ipſum K miraculum trahebat eum, & hortabatur ut tranſiret, & uideret uiſionem maximam, quomodo rubus ardebat, & non comburebatur: & currere cœpit in concupiſcentiam ſuauiorem: & obliuiſci deſideria antiqua ubi ardebat, & comburebatur: atque æthiopiſſæ uxoris amorem faſtidire: quia nigra erat, & formoſa non erat: neq; ſimilis ad illam ſunamitem, quæ ſenes calefacit, & iuuenes non urit. Huius enim ſunamitis, id eſt ſapientiæ, amorem ſignificabat ignis ille quo rubus ardebat, & non cóburebatur: & ideo Moyſes poſtquam tranſiuit ad uidendam uiſionem: ac ſentire cœpit, quam ſuauiter arderet flamma eius: non amplius teneri potuit æthiopiſſę uxoris amore: ſed accenſo corde meliori igne, uſque ad colloquium altiſſimi peruenit: & miſſus eſt in populi ſalutionem. In igne enim ei Deus loquebatur: & de igne audiebatur, & per ignem intelligebatur. Et erat intus flamma, quæ cor ſuccenderat: quia ſicut rubus ardebat, & non comburebatur. Mens ipſa in igne Deum conceperat: & per ignem Deũ cognoſcebat. Niſi enim arſiſſet, non uidiſſet nec cognouiſſet: quia ignis ipſe, dilectio eſt: & dilectio ipſa cognitio. Cognouit ergo, & dilexit, uidit, & arſit, guſtauit, & amauit, & uicit ignis ignẽ, L dilectio ſuperauit dilectionem. Contempta eſt æthiopiſſa deformis, & nigra: quam ſua flamma fuſcauerat, & amor ipſe ſuus, non amabilem fecerat. Contempta eſt in comparatione pulchrioris: neque ultra ſeruire pro illa uoluit, qui ſe cum illa ſeruum ſemper futurum agnouit. Vita enim carnalis, & cõcupiſcentia carnis ex patre Deo nõ

eſt,

eſt, ſed ex patre diabolo: & ipſa amatores ſuos, pa
tris ſui ſeruituti addicit: & ſubiicit dominationi.
Et ſeruit Moyſes, & paſcit pecora: & amorē fœdę
cōiugis turpi famulatu mercatur: nec pōt liber eſ
ſe, donec Deus in igne adueniat, & appareat in di
lectione. Tunc.n. facile contēnit, qđ male amaue-
rat: cū guſtare cœperit, qđ dulcius cōcupiſcat. Et
iā pro Æthiopiſſa Moyſes ſeruire non dignatur:
quā et ſi poſtea ſequētē nō abiicit, non ſuſcipit tñ
ad dilectionem. Curā.n. carnis, amator ſapientiæ
effectus ſic admittere debuerat, ut proteruę laſci-
uienti ſe p affectū non ſubiiceret: ſed tñ infirmā-
ti, & obſequenti cōdeſcenderet p cōpaſſionē. A-
liud eſt.n. amare ad gaudiū: aliud ſuſtinere ad uſū.
Aliud in ſocietatem dilectionis ſuſcipere: atq; a-
liud in parte cōpaſſionis ſuſtinere. Vita carnis in
neceſſitate portāda eſt, ſapientia in dilectione ſo-
cianda. Illa propter ſe appetenda eſt: iſta propter
ſe fugienda, pp nos ſuſtinenda. Ideo Moyſes poſt
uiſionem nō ſeruit in madian patri Æthiopiſſæ:
neq; ipſa amplius parit filios quaſi a thoro repul-
ſa, ubi locus amoris eſt, & dilectionis: & alia pul-
chriore atq; amabiliore recepta ex cuius cōſortio
nō fuſcus, ſed luminoſus fieret uult' Moyſi, cuius
amor in illo igne mōſtrabatur: qñ rubus ardebat,
M & nō cōburebatur. Cucurrit aūt Moyſes ut trāſi-
ret, & cōtemplaretur uiſionē: qa nōdū adhuc ſa-
pientię ignem cōceperat, neq; ſenſerat ſuauitatē.
Ideo mirabatur, & ipſa admiratione trahebatur:
ut appropians caleſieret, & arderet. Et ignis ipſe,
qui abſentem illuminabat: appropinquantem ac
cēdebat. Propterea appropians ſoluit calciamen-
tū: libenter iā carnalibus cōcupiſcentiis abrenun
cians, deguſtata illius amoris dulcedine, & agnita
ſuauitate. Quid.n. concupiſcentia carnis potuiſſet
amori ſapientiæ comparata? Propterea ergo Moy
ſes feſtinauit currere, & uidere uiſionē: atq; tranſi
re ad cōtemplādā ſapientiā. Et manifeſtū factum
eſt, qūo ille tranſiuit: & qūn puenit ad cōtemplan
dā ſapientiā. Quantū in illa uidit, & quantū de il
la agnouit: & qūo amicus factus eſt ſapiētiæ: uſq;
in pfunda eius penetrans, & cōſcius ſecretorū il-
N lius. Et q̃ multi ſunt ab initio, qui ſic tranſire uo
luerunt ad cōtemplandā ſapientiā? Primus Abra-
hā magnus ille pater de igne Chaldæorū exiuit:
& trāſiuit ad cōtemplādā ſapientiā: & uenit ī ter
rā uiſionis, quam monſtrauit ei Deus, & uidit cla
ritatē ſapientię, & gauiſus eſt. Et Yſaac ad meditā-
dū egreſſus fuerat, & tranſiuit ad cōtemplandā ſa
pientiā: & locutus eſt cū eo Deus. Iacob quoq; ad
contemplādā ſapientiā pergens tranſiuit, de Meſo
O potamia ueniēs: & uidit dominū facie ad faciem,
& ſalua facta eſt aīa eius. Poſt iſtos, oēs patriarchę
& oēs prophetę trāſiuerūt: & oēs ſapientiā contē
plari uoluerūt. Et uenit nouiſſime ſapientia ipſa,
& trāſiuit, & cōtemplati ſunt eam amici eius: qm̃
ad hoc uenerat ut uideretur, ne incaſſum q̃reretur,
ſi nunq̃ uideretur: & dixit eis, qui tranſiuerant, ut
Matt. 13 cōtemplarentur eā. Beati oculi, qui uident, q̃ uos
uidetis. Multi reges, & multi prophetę uoluerunt
uidere, quæ uos uidetis, & non uiderunt; & audi-
re, quæ auditis, & non audierunt. Hoc dixit, &
tranſiuit: ut poſt illā tranſirent, qui eā cōtempla-
ri concupiſcerent: ne forte iam non quæreretur,
ſi ſemper uideretur. Et ſecuti ſunt poſt eā alii mul
ti, & pertranſiuerunt plurimi, & multiplex facta
eſt ſapientia. Et multi trāſire uoluerunt, & perue- P
nire non potuerunt: quia uiā nō tenuerunt. Alii
tranſierunt, & peruenerunt. Alii trāſire uoluerūt
& ptranſire nō potuerūt, quia p ſe ire putauerūt.
Nā ēt gentiū philoſophi, & ipſi ad cōtēplandā ſa-
pientiā tranſire uoluerūt, ſed errauerunt atq; eua
nuerunt, quia ſemetipſos ducere putauerūt. Et tñ *De uano*
trāſire cœperant: & puenerant uſq; ad aliquid, & *philoſopho*
ad uiā acceſſerunt: ſed uiā non intrauerunt, quia i *rum cona-*
Chriſtū nō crediderunt. Vultis ſcire uſquequo p- *tu in quæ-*
uenerant? In terra erant corpore, & aſcenderunt *renda ſa-*
mente, & tranſiuerunt terrena oīa, cæleſtia ſcru- *pientia.*
tando. Vſq; ad lunā, & uſq; ad ſolem, uſq; ad ſide-
ra cæli, deniq; uſq; ad ipſum cælum, & uſq; ad ip-
ſum firmamentum ingenio ſuo aſcenderunt, & i-
tellectu peruenerunt. Et quid erat ultra quo pge
re potuiſſent? Sed ſapientia ſuper omnia eſt: neq;
inueniri poteſt intra omnia, per quā omnia facta
ſunt. Nihil horū eſt, a quo eſt omne quod eſt. Sed
ubi illud inuenire potuiſſent? Non uidebatur, &
tamen quærebatur: nec latere potuit, ut non loq̃
retur, nec inueſtigari ut inueniretur. Sapientia in
tus erat, & ipſi foris erant: & ingreſſi ſunt mente
poſt eā, ut tranſirent ad contemplandā ſapientiā:
Et inueſtigauerunt, & perſcrutati ſunt ſapienter;
& comprehenderunt ſecreta naturæ: & inuene-
rūt occulta multa: & nihil horū ſapientia fuit: qa
omne hoc per ſapiētiam factū fuit. Supra omnia
quo aſcēderunt, intra oīa quo intrauerunt: & nō
erat ultra aliquid ubi ſapientiam quærere potuiſ-
ſent. Et ceciderunt, & defecerunt ſcrutantes ſcru
tationes: & uiſum eſt illis diuinum aliquod eſſe
ſupra omnia: & tamen illud non cognouerunt
neq; intellexerunt: ſed uidentes amplius caligaue
runt, quia infirmis oculis contra lumen ſplendi-
dū impegerūt. Et cœperant falſa multa de uero
exiſtimare: & Deum corde ſuo peruerſo cōparare,
non q̧ ipſe erat, ſed q̧ ipſis uidebatur, qui uidere
nō potuerūt qđ erat. Illi aūt bene uidere ſe exiſti
mauerūt, & in cogitationibus ſuis euanuerūt; &
peius excęcati ſunt, & inuenti ſunt profundius er
rantes, ſubtilius pſcrutātes. Alii aūt ſubtilius mo- Q
ribus ſapientiā q̃rendā putauerūt: et facti ſunt plu
rimi bonorū ſuorū cōtēptores: ſed nō uitiorū ſuo
rū correctores. Et iſti quoq; uſq; ad aliqđ puene-
rūt: qa ſpeciē pietatis habuerūt, ſed ueritatē nō te
nuerūt. Abiecerunt pecuniā: ſed malitiā retinue-
rūt. Qđ foris erat, mūdauerūt: & qđ intus erat, pol
lutū reliquerūt. Hoc aūt ſapiētia nō fuit, qa ueritas
nō fuit: ſed falſa imago ſola. Illi aūt putauerunt ſe
per iter uirtutum incedere: ſed quò tēderēt, neſci
uerunt, quia directionē ſuā, & finem nō cognoue
runt. Et erāt adhuc alii, qui uirtutes quaſdā habue R
runt, & naturali ductu in eas ferebantur: & trāſie
runt, & puenerūt uſq; ad aliquid: & ex parte qua-
dam naturæ, qua non tota corruptioni ſubiacuit,
bonum uiderunt, & concupierunt. Et datum eſt
eis multa poſſe de ſtudio uirtutum: & affectu p-

S bo ad bonitatem proclioi. Quis hoc neſcit quam
tõs,& illi uiros uirtutum habuerunt,& quanta il
li miranda,& imitatione digna fecerunt: ſectan-
tes iuſtitiam, pietatem colentes, ſeruantes caſti-
moniam, patientia confirmati,ſtabiles fidelitate,
prudentia circunſpecti, & quid dicemus? Nunq d
hęc omnia bona non fuerunt? Fuerunt otiq;,ſed
naturæ,non gratiæ: conditionis,nõ reparatinnis:
bona quæ natura conſeruauerat ne tota corrum-
peretur: non bona quæ gratia dederat, ut natura
a corruptione liberaretur.Bona quæ naturæ qui-
dem gratia primum conditæ dederat: poſtea cor
ruptæ reliquerat: ſed a corroptione purgandæ
non ſuperaddiderat. Bona quibus bene conditæ
naturæ polchritudo probaretur: non quibus glo
rificandæ celſitudo acquireretur. Bona igitor ꝓ
parte ſua omnia iſta fuerunt, ſed uera bona non
fuerunt: quia mentem per intentionem ad ſum-
mum bonum non direxerunt.Et bis omnibus ſa-
pientia inuenta non eſt: quia in ueritate non eſt
quæſita: & non appropinquauit,uel illis, ut eorũ
oculos ad ueritatem illuminaret: uel iſtis ut eorũ
T greſſus ad uirtutem dirigeret.Atq; ideo nec cęci
eam inuenire potuerunt:nec claudi ad eam per-
uenire. Sed dicat iſte noſter hebræus quid fece-
rit: quantum tranſitu ſuo profecerit: quoniam,
& ipſe ſe cum cæteris ad contemplandam ſapien-
tiam tranſire teſtatur, dicens. Tranſiui ad contem
plandam ſapientiam.Hoc eſt ergo, quod conſide
rare debetis.Qui enim ad ſapientiam tranſit: ſtul
titiam relinquit. Et quid eſt quod ſequitur?

Errores quoque,& ſtultitiam.

¶ Si ad ſapientiam tranſit, qui ad contemplandã
ſapientiã trãſit: quõ a ſtultitia recedit, uel errorẽ
relinqt: qui ad contẽplandos errores, & ſtultitiã
trãſit? Sed ſapiẽtia lux eſt: error aũt, & ſtultitia te-
nebræ ſunt. Qui aũt in tenebris eſt: nec tenebras
uidet, nec lucẽ. Qui uero in luce eſt: & tenebras ui
det, & lucẽ: quia oĩa, q̃ arguuntur, arguuntur per
V lucem. Qm̃ igitur tenebras ſuas uidere nõ poteſt,
qui adhuc ipſe in tenebris eſt, ſed a tenebris ad lu
cem uenit: ut uideat p lucem, & tenebras, & lucẽ:
non p tenebras tenebras, & p lucẽ lucẽ, ſed tene-
bras, & lucẽ per ſolã lucem. Nemo ad tenebras ua
dit, ut tenebras uideat: ſed ad lucẽ uenit ut uideat
p lucẽ non ſolũ lucẽ, ſed & tenebras, & lucẽ. Qui
ergo uidere uult tenebras ſuas, recedit ab eis: ne
in tenebris ſit ipſe, & nihil uideat: & trãſit ad lu-
cẽ, ut p lucẽ, & tenebras pariter, & lucẽ uideat. Re
cte igitur eccleſiaſtes cum ad ſapientiã cõtemplã
dã tranſiit errores quoq; & ſtultitiam cõtẽplatu-
rus ad ipſam uenit, quaſi ad lucem: ut in ipſa ui-
deat, & tenebras, & lucẽ. Hoc eſt, ut in ipſa uideat,
& quòd ipſa eſt ſapientia: & per ipſam uideat er-
rores, & ſtultitiã, qđ ipſa nõ eſt ſapientia. Nam q
ſapientiã uidet, uidet qđ ipſa eſt ſapientia: & q er
rores, & ſtultitiã uidet, uidet qđ ipſa nõ eſt ſapien
tia: & tñ ſapientiã uidere, & errores, & ſtultitiã ui
dere non niſi per ipſam poteſt, & ipſa eſt ſapien-
tia. Qui ergo ad contemplandos errores, & ſtulti-
tiam contemplãdã tranſit, ad ſapientiã tranſit: q̃m
admodũ, qui ad contemplãdã ſapientiã trãſit, ad
ſapientiam trãſit. Cum tñ altera. i. errores, & ſtul-
titiam contemplatur ut fugiat: ad alteram uero,
hoc eſt ad ſapientiam, ut eã cõtempletur, accedat:
quia utrunq; ſapientia non eſt, ſed utrunq; contẽ
plari ſapientia eſt: & qui ad utrunq; contemplã
dum tranſit, non ad aliud, q̃ ad ſapientiã tranſit:
neq; aliud, quam errores, & ſtultitiam relinquit.
Dicat ergo. Tranſiui ad contemplandam ſapien-
tiã erroreſq; & ſtultitiam. Quid eſt error? Neſcire X
quod rectum eſt. Quid eſt ſtultitia? Scire, & non
ſequi. Quid eſt ſapientia? Cognoſcere, & amare
bonum. Malum uero cognoſcere, & odiſſe: & ip
ſum eſt ſapientia, & prima ſapientia, quia odiſſe
malum, bonum amaſſe eſt: & cognouiſſe malum,
rectum intellexiſſe. Quapropter cognoſcere, & a-
mare bonũ, ſapientia eſt: & ipſum eſt odiſſe malũ,
& cognouiſſe. Et hoc totũ in ſapientia cognoſci-
tur: cum ſapientia uidetur, & quod ipſa eſt ut dili
gatur, & qđ ipſa non eſt, ſed p ipſam manifeſtũ ẽ,
ut odiatur. O q̃ bonus tranſitus iſte eſt: & q̃ felici- Y
ter migrat, qui ad contemplandam ſapientiam *Fœlix trã-*
migrat. Quid mirum eſt ſi Deus Hebræorum do- *ſitus ad ſa-*
minus Deus eſt: qui tales tranſitores facit, & ad ta *pientiam.*
lia tranſire facit? Tranſite ad me, inquit ſapientia, Eccl. 24.
omnes qui concupiſcitis me, & a generationibus
meis implemini. Spiritus enim meus ſuper mel
dulcis: & hæreditas mea ſuper mel, & fauum. Qui
edunt me adhuc eſurient: & qui bibũt me, adhuc
ſitient: qui elucidant me, uitam æternã habebũt.
Quoniam doctrinam quaſi antelucanũ illumino
omnibus: & illuminabo omnes ſperãtes in domi-
no. Vultis enim ſcire quomodo illuminat ſapien-
tia eos, qui ad ſe contemplandã tranſierint? Iſtum
ipſum interrogate, qui ad contemplandam ſapiẽ
tiam tranſiuit: & conſiderate qualiter illumina-
tus ſit, ex quo cœpit uidere eã. Nam prius, quàm
ad ipſam contemplandam tranſiſſet: quam cęcus
fuerit, ſatis ſupra audiſtis: quãdo ire putauit ubi
homini uia non erat: q̃rere, & inueſtigare uniuer
ſa, quæ erant ſub ſole: & magnũ aliquid eſſe credi
dit illorum inueſtigare naturam: quæ extra homi
nis naturam conſiſtunt: quæ etſi ſciantur quan-
tum in ipſis eſt, nec ſalutem conferre poſſunt: ne-
q; ſi neſciantur, auferre. Ibi ergo cęcus fuit, nõ ui
dendo neq; cognoſcendo in ſe quod potuit: nec
pro ſe appetendo, quod debuit. Sed nunc illumi- Z
natus a ſapientia: quid dicat, intendite.

Quid eſt inquã homo? Quid eſt inquam?

¶ Non quæro quid eſt quaſi admirando dignita-
tem, ſed cognoſcendo infirmitatẽ. Quid eſt hõ?
nihil eſt homo. Nõ aliquid tale eſt homo: ut ſuffi
ciens inueniatur ad hoc. Ad quid?

Vt ſequi poſſit regem factorem ſuum.

¶ Si enim non põt conſequi facturam: multo ma
gis factorem ſequi non põt. Si non põt inueſtiga-
re qđ factũ eſt: eum qui fecit, quõ poteſt compre
hendere? Quid eſt homo ut ſequi poſſit regem
factorem ſuũ? Regẽ ſuũ, & factorem ſuũ. Idẽ ipſe ,,
qui rex eſt, factor eſt. Factor eſt, quia creauit: Rex, ,,
quia

quia gubernat in eo, quod creauit: & dirigit ad
A quod creauit.Creauit enim in magno bono,& di
rigit ad ſummum bonum. Quis eſt, qui ſequitur
factorem ſuum?Qui uiuit,ut factus eſt. Qui ince-
dit ſecundum quod inſtitutus eſt. Qui ſeruat bo-
num,quod creatus accepit: & quod natura con-
tulit impollutum cuſtodit.Iſte ſequitur factorem
ſuum.Et quis eſt,qui ſequitur,& regẽ ſuum? Qui
tendit ad quod dirigitur: qui feſtinat peruenire
quo inuitatur: qui legibus bene præſidentis obtẽ
perat:qui iubentis imperio ſpontanea ſe ad om-
nia uoluntate inclinat.Iſte ſequitur regem ſuum.
B Sed quis eſt homo, qui Deo reſpondere poſſit?
Quis ſufficiens inuenietur reddere uicem Deo?Si
ipſe præcedit,& tu ſequeris: ergo aliud illius eſt,
aliud tuum. Immo ſi ipſe bonum inchoat: tu cõ-
ſummas:quod minus eſt illius eſt, & quod maius
eſt,tuum eſt.Si Deus præcedit bonum inchoãdo,
tu ſubſequeris perficiendo: iam non ſolum æqua
lis Deo,ſed maior inueniris.Sed forte ipſe præce
Pſal.58. dit oſtendendo,tu ſequeris imitando. Et ubi qđ
dicitur:Miſericordia eius præueniet me:& ſubſe
Rom.11 quetur?Vbi eſt.Ex ipſo,& per ipſum,& in ipſo sũt
1.Cor.4. omnia? Vbi eſt.Quid habes, quod non accepiſti?
Si autem accepiſti,ut quid gloriaris,quaſi non ac-
ceperis? Nam ſi oſtendere illius eſt, tuum ſequi:
iam aliquid habes,quod non accepiſti:neq; ex ip
ſo,& per ipſum,& in ipſo ſunt omnia: ſed quędã
hominis ſunt,quę ex ipſo non ſunt: ſi aliqua po-
teſt per ſe homo,quæ per ipſum non ſunt. Sed nõ
ad hoc illuminat ſapientia, ut ſic ſentiat homo:
aut ſic dicat quaſi ex ſe aliquid habere poſſit ho-
mo:qui neq; hoc a ſe habere potuit,quod eſt ho-
mo. Quid ergo dicit?Quid eſt homo, ut ſequi poſ
C ſit regem factorem ſuum? Quod longe enim pu-
tas homo eſt a Deo ut pertingat ubi ille eſt? Quid
enim eſt pertingere ubi ille eſt: niſi eſſe quod il-
le eſt?Et quid eſt Deus? Aut homo quid eſt? Vide-
te,quàm longe ſunt.Deus iuſtus eſt,& beatus:Ho
mo iniuſtus,& miſer. Videte quantum diſtant iu
ſtus,& iniuſtus:miſer,& beatus.Non poteſt autem
eſſe cum beatitudine miſeria: nec ad beatitudinẽ
peruenire iniuſtitia.Iuſtitia uia eſt: beatitudo pa-
tria.Peccati autem ſeruus iuſtus eſſe non põt: niſi
D fuerit a peccato liberatus.Videte ergo,ꝙ non po
teſt homo ſequi regem factorem ſuum: niſi prius
uiſitetur a rege factore ſuo. Non poteſt homo ad
illum ire: ſed ille poteſt,ſi uoluerit, ad hominem
uenire.Propterea rex,& factor hoīs uenit ad hoī-
nem.Venit ad id,quod homo erat:& factus eſt ip
ſe,quod non erat.Factus eſt homo pro homine:aſ
ſumens noſtram miſeriam, retinẽs ſuam iuſtitiã.
Et apparuit inter Deum,& hoīes mediator Dei,&
hominum hõ Deus. Appropians hominibus De⁹
per miſeriam: nec recedens a Deo homo per iu-
ſtitiam.Ita Deus deſcendit ad unũ:& homo aſcen
dit ad unũ:& in uno duo inuenta ſunt,alterũ ex
nřo,alterũ ex ſuo.Erant quippe tria quædã. Deus
erat,iuſtus,& beatus:& homo erat,miſer, & iniu-
ſtus:& quia hæc cõuenire nõ potuerunt,poſuit ſe
in medio hõ Deus coniungens miſerum,& iuſtũ,
ut per iuſtitiam, miſeriam uinceret: & iuſtitiam
ad beatitudinem repararet. Igitur cum eſſet no-
biſcum Emmanuel per iuſtitiam quam ad nos at-
tulerat:& per miſeriam quã a nobis aſſumpſerat,
redire cœpit unde uenerat.Vt in homine per iuſti
tiam,miſeriã uinceret: & hominem cũ iuſtitia p
miſeriam ad beatitudinẽ reuocaret. Tenuit igitur
iuſtitiam, & ſuſtinuit miſeriã quouſque miſeriã
uinceret:& iuſtitiam coronaret.Et cucurrit, & p̃- E
ceſſit nos. Paſſus pro nobis, & exemplum relin- 1.Pet.2.
quens nobis,ut ſequamur ueſtigia eius. Liberans
nos a ſeruitute peccati, ut & nos in miſeria, iuſti-
tiam habeamus,& per miſeriã cũ iuſtitia ad bea-
titudinem tranſeamus. Promittens nobis, quod
accepit:ſi patimur,quod ſuſtinuit. Vt regnemus
cum ipſo,ſi patiamur pro ipſo.Ita igitur uerbum
incarnatũ factor, & rex noſter, quia ſequi ipſum
non potuimus in ſua maieſtate, præceſſit nos in
noſtra humilitate:& de nřo uiã ſtrauit ut ad ſua p
ueniamus.Sed nec ſic quidem ſequi eũ poſſet hõ: F
niſi adiutus eſſet ab ipſo:quia nec iuſtus homo p
mortem ad uitam curreret, niſi ille qui peccato-
ri dedit iuſtitiam etiam patienti cõſtantiam da-
ret. Recte igitur,qui ſapientiam contẽplatus fue-
rat,& quàm per ſe nihil ſit homo agnouerat: di-
xit.Quid eſt homo, ut ſequatur regem factorem
ſuum?Vere enim iſte ad contemplandam ſapien-
tiam tranſiuerat: & uere a ſapientia illuminatus
erat: multo magis nunc ſapiendo ueraciter hoīs
infirmitatem agnoſcens: ꝗ prius inaniter ſe ultra
hoīs poſſibilitatem extendens.Ibi enim elatus eſt
ut deficeret: hic ut proficeret humiliatus. Illic ex
tra ſe per elationem tumuit,ut in ſe euacuaretur:
hic ſe per humilitatem ad ſe collegit ut ſolidare-
tur.Et hoc totum ſapientia fecit poſtquam eam
contemplatus eſt:oſtendens illi in luce ſua prius
tenebras eius:poſtea,& lucem ſuam: & totum in
luce ſua,& per lucem ſuam.Et non erant tenebræ
lux:nec in luce tenebræ erant:ſed per lucem tene
bræ uidebantur,& a luce diuidebantur: & ait.

Et uidi quia tantum præcederet ſapiẽtia ſtultitiam, quantũ differt lux à tenebris.

¶Quomodo hoc uidebatur? Quia ſapiẽtia illumi G
nat:ſtultitia excęcat.Et unde hoc probari põt: ꝙ
ſapientia illuminat,ſtultitia excæcat?Intendite.

Sapientis oculi in capite eius: ſtultus in tenebris ambulat.

¶ Modo ꝓbatũ eſt,ꝙ ſapiẽtia illuminat: ſtultitia
excęcat.In quo ꝓbatũ eſt?Quia ſapiens oculos il-
luminatos hẽt:ſtultus nihil uidet.Si.n. ſapiens o-
culos illuminatos habet: ergo ſapiẽtia illuminat.
Et ſi ſtultus nihil uidet:ergo ſtultitia excæcat. Nã
ſapientia lux eſt:& illuminat. Si habueris oculos
quo illa attingit. Si autem oculos habes ubi lux H
non eſt:oculos habes,ſed nihil uides. Et quid pro
deſt hoc? Sint ergo oculi tui ubi lux eſt: ne efficia
ris quaſi oculos non habens, ſi lucem non habes.
Vbi aũt eſt lux? Surſum eſt lux ubi eſt ſapiẽtia. Nã
ſapiẽtia ſurſum eſt:& lux ſurſũ, & oīs lux de ſur-
ſum uenit.Et ſicut deorſum tenebrę ſunt ſine lu-
ce,ita ſurſũ lux ſine tenebris. In medio uero poſt

lucẽ tenebrę:& poſt tenebras lux.Propterea ſunt
dies cęli quos tenebræ non diuidunt ; neque
obſcurum interpolat.Et dies terræ ſũt quib,tene-
bræ ſuccedunt. Quia ubi ſapientia ſemper eſt,
ſemper lux eſt ; & ubi ſapientia non ſemper
eſt: tantum lux eſt, quantum ſapientia eſt. Et
ubi ſapientia nunquàm eſt: nunquàm lux eſt. Er-
go lux eſt quo attingit ſapientia,& quo nõ attin-
git ſapiẽtia,lux non eſt.Et quo non attingit ſapiẽ
tia,ſi attingit a fine uſque ad finem:quid relinqui
I tur extra quo attingere non poſſit quæ totum pe
Eccl. 24. netrat & complectitur totum? Gyrũ cæli circuiui
Sap. 8. ſola,& profundum abyſſi penetraui: & in flucti-
bus maris ambulaui:attingens a fine uſque ad fi-
nem fortiter,& diſponẽs omnia ſuauiter. Magna
igitur quæſtio eſt, quidnam ſit quo non attingit
ſapientia. Vbi oculi ſtultorum ſunt,qui ambulãt
in tenebris & non uident.Aliam itaque ſcripturã
interrogemus:ubi ſunt oculi ſtultorum qui in te
Alia interpretatio. nebris ambulant & non uidẽt,Dicit enim . Oculi
ſapientis io capite eius:oculi autem ſtultorum in
finibus terræ.Ergo in finib. terræ tenebræ ſunt :
& propterea non uident ſtulti qui ambulant in
tenebris,quia oculos habent in finibus terrę.Nã
ſi lumen ibi eſt, ubi oculos habent:non ambulãt
in tenebris ſtulti; ſed illuminatos habent oculos
& uident. Si uero ſtultus in tenebris ambulat:&
oculi ſtultorum ſunt in finibus terræ,ibi procul-
dubio tenebrę ſunt:ubi oculi uidere non poſſũt,
Et ubi eſt hoc?In finibus terræ. Ergo procul ſunt
tenebræ: & lumen propè eſt.Quare ergo facilius
tenebras inuenimus quàm lumẽ?Forte,quia nos
longe nõ ſumus a finibus terrę:& habitamus iux
ta populum tenebrarum : neque perreximus
Luc. 11. & 3. Re. 10. adhuc a finibus terræ ad audiendam ſapientiam
Salomonis,ubi lumen eſt.idcirco impingimus in
tenebras & caligamus a luce.Ipſa tamen lux pro
pè eſt & ingerit ſe: Sed lippientes oculi fuſcum
amant,& conuertuntur in tenebras. Ergo propè
eſt lux,nos autem longe ſumus:& tenebrę longe
ſunt,& nos propinquamus ad illas.

*Qui ſint fines terræ in quibus ſunt oculi ſtultorum: & quomodo ſapientia attingit a fine uſque ad finem fortiter &c. Homilia XI.*

K VBi tamẽ ſunt tenebræ,& ubi eſt lux?
Et quis eſt finis? & finis quo attin-
git ſapiẽtia. Et qui ſunt fines terræ,
ubi ſunt oculi ſtultorum qui ambu
lant in tenebris,& non uideot. Et
quod eſt caput ſapientis ubi ſunt oculi eius qui
nõ ambulat in tenebris ſicut ſtultus:ſed illumina
tos hẽt oculos? Ne forte ergo & nos in tenebris
remaneamus, inquiramus lucẽ ſapiẽtię,ut intel-
ligamus,ubi ipſa maneat ſapiẽtia: & diuiſionem
lucis & tenebrarum.Vbi finiũtur lux & tenebrę,
& terminum uniuſcuiuſque.Vſquequo ipſa ſapiẽ
tia,& quid ipſa:& quid extra ipſam, & quid ſine
ipſa. Primum, quia duos fines audiuimus, alterũ
a quo, & alterum uſque ad quem ſe extendit ſa-
Sap. 8. pientia,attingens a fine uſque ad finem fortiter,
& diſponens omnia ſuauiter : Et nondum adhuc
cognouimus, qui ſunt iſti duo fines, & ubi ſunt:
& an finem habeant iſti fines: & an ultra iſtos a-
liud aliquid ſit,quo non attingit ſapientia.Et ſi ẽ,
quomodo fines ſunt, qui non perueniunt ad fi-
nem?Si autem non eſt, quomodo fines terræ ubi
tenebræ ſunt, intra iſtos fines cõtinentur:& tene
brę eſſe poſſunt in luce: quia ſapientia attingit a
fine uſque ad finem fortiter, & diſponit omnia
ſuauiter. Primum ergo duo ſunt fines rerum om L
nium.Alter eſt finis ſupra quem nihil.Et alter ſub *Pulchra & fine.*
quo nihil. Finis ſupra quem nihil, ſummum om-
nium eſt.Finis ſub quo nihil, infimum.Itaq, duo
ſunt fines omnium: ſummum,& infimum. Et qc
quid in uniuerſitate eſt pręter ſummum, & infi-
mum,medium eſt inter ſummum,& infimum.Et
unumquodque quanto magis diſcedit ab altero,
tanto magis accedit ad alterum: ſiue a ſummo ad
infimum: ſiue ab infimo ad ſummum. Vis noſſe
ſi forte ſcriptura manifeſtius alicubi fines iſtos cõ
memoret?Si aſcendero(inquit Pſalmiſta) in cęlũ, Pſal. 138
tu illic es: ſi deſcendero ad infernum, ades. Ergo
cælum,& infernum duos fines conſtituit excur-
ſus ſui.Nihil autem altius eſt cęlo:& nihil profun
dius inferno.Itaque cælum ſummum omnium ẽ.
Infernus infimum, ſupra quod nihil, & ſub quo
nihil: & pertingit ſapientia a fine uſque ad finẽ:
& implet totum ac penetrat. Si aſcendero in cæ-
lum(inquit) tu illic es: ſi deſcendero ad infernũ,
ades.Non dixit,in cælo ades. Neque in inferno il M
lic es. Sed ſi aſcendero in cælum, illic es:ſi deſcen-
dero ad infernum,ades.Ergo in cælo eſt.In infer-
no adeſt: in cælo manens:in infernum adueniẽs.
In cælo expectat aduenientes.In inferno ſequitur
fugientes. Aſcendentes in cælum illic eum inue-
niunt,deſcendentes ad infernum illic eum non ef
fugiunt.Si aſcendero in cælum,tu illic es: ſi deſcẽ
dero ad infernum,ades. Et tamen utrobiq; es: &
ubi es,& ubi ades:pertingens a fine uſque ad finẽ.
A fine ubi es,uſque ad finem ubi ades, fortiter, &
diſponens omnia ſuauiter.Ecce modo diſtinxim⁹
duos fines ad quos pertingit ſapientia: ſummum,
& infimum,quorum alter quaſi locus eſt ſapien-
tiæ ubi conſiſtit:alter uero uelut excurſus quidã,
& (ut ita dicatur)meta porrectionis qua ſe exten N
dit.Finis ille a quo exit ſapientia,caput eſt, ante
quem nihil.Finis uero in quem excurrit: finis ul-
tra quem nihil.Finis ille caput eſt,& finis. Finis i-
ſte non caput,ſed tantum finis.Caput eſt ille finis,
quia ab ipſo,& non ſupra: finis eſt, quia uſque ad
ipſum,& non ultra.Alter autem finis, caput non
eſt: quia ab ipſo nihil: ſed tantum finis, quia quic
quid uſque ad ipſum,non ultra ipſum. Ille igitur
finis qui ſurſum eſt: quaſi principium,& origo ẽ,
ſupra quẽ nihil.Finis uero,qui deorſum eſt: quaſi
meta,& terminus ultra quẽ nihil.Oĩm.n.rerũ ori
go,& principiũ a ſũmo eſt:terminus aũt, & finis,
in infimo. Quapropter finis deorſum finis eſt,&
tm̃ finis.Finis uero ſurſum,nõ ſolũ finis:ſed,& ca
put, & finis.Si ergo cælum ſurſum eſt, & infern⁹
deorſum:& nihil altius cęlo,& nihil profundius
inferno inueniri poteſt:principium eſt cælum, &
infer-

infernus finis.O quàm bonum principium: & q̃
O malus finis.Ideo fortaſſis oculi ſapientis in capite
eius ſunt,quia in medio conſtitutus reſpicit prin
cipium ſuum: ut ibi finem faciat ubi accepit ori-
ginem.Non eſt enim bonum in alium finem fini
ri,ubi finis eſt conſumptionis non conſummatio
nis.Propterea homo qui ad æternitatem creatus
eſt, ſolus inter omnia animalia uoltum erectum
habet,ut cælum contempletur, & in finem con-
ſummationis tendat: & non ſolum uiſibile hoc
cælum oculis corporeis ſuſpiciendum exiſtimet:
ſed mente quoque, & cordis uiſione ſupra cælũ
uſque ad inuiſibilia cæli, & ſpiritalia uirtutum,
oculos interiores clariore atq; perſpicaciore in-
tuitu attollens, uſque ad finem, qui non habet fi-
nem, in lumine æternitatis contemplatione con-
P ſcendat.Illud eſt uerum cælum ſupra omne cælũ:
quod non ſolum cælum cæli eſt: ſed cælum cęlo-
rum. Non primo ſecundum: ſed primo, & ſecun
2.Co.12 do tertium.Propter hoc Paulus uſque ad tertium
cælum raptum ſe gloriatur. qui ad ſummum om
nium mente peruenerat: & non ſolum uiſibile
hoc cęlum, quod & humana cogitatio ſuperare
poteſt,tranſierat:ſed ea quoque, quæ inuiſibilia
ſuper hoc uiſibile totum creata ſunt omnia tranſ-
greſſus ad primum principium, & æternitatis ca-
*Pulchra de cælo triplici.* put inſpiciendum eleuatus erat. Hoc eſt cælũ ter-
tium.Primum enim cęlum uiſibile eſt cælum. Se
cundum cælum eſt uiſibilis cæli inuiſibile cælũ.
Tertium cælum eſt cæli uiſibilis, & cæli inuiſibi-
lis inuiſibile cælum. Primum cælum tantum eſt
cælum,& terræ cælum. Secundum cælum 1 cæli
cęlum. Tertium cælum: cælorum cælum. Et hoc
cęlum ſupra ſe non habet cælum.Primum cælum
eſt ſupremus ſtatus conditionis: Secundum cæ-
lum eſt ſupra conditionem prouectus uirtutis.
Q Tertium cælum eſt ſublime cõtemplationis.Pri-
mus infernus eſt infimus ſtatus conditionis.Secũ
dus infernus eſt ſub conditione defectus iniqui-
tatis.Tertius infernus eſt profundum damnatio-
nis. Primum cęlum,& primus infernus:finis,& fi
nis. Secundum cælum,& ſecundus infernus:finis
& finis.Tertium cælum,& tertius infernus:finis,
& finis. Et ubique ſapientia pertingit a fine uſq;
ad finem fortiter: & diſponit omnia ſuauiter. A
primo cælo uſque ad primum infernum: primus
eſt excurſus ſapientiæ. Incipiens enim a ſummo
deorſum,& a ſupremo uſque ad fundum rerum
deſcendens,comitatur ac fouet cuncta, quæ ope-
rata eſt:ut non ſubſiſtant ſine ipſa, quæ facta, &
creata ſunt ab ipſa.A ſupremo autem uſque ad in-
fimum in uniuerſis,quę ſubſiſtunt, ſingula quæ-
que quantomagis a perfecta pulchritudine con-
ſummatoq; decore ſummorum degenerant:tan-
to magis quaſi fugientia quodammodo a ſapien-
R tia elongant.Sed ipſa ſapientia fugam rerum a fi-
ne uſque ad finem ſequitur:quia in uniuerſis,quę
fecit nihil ex toto deſerens,ſingula quæq; a ſum-
mis uſque ad infima proprio conuenientiq; ſuo
generi decore moderando: his quoque ſe præ-
ſentem eſſe teſtatur. Eadem enim ipſa,quæ excel-
lentiſſima creaturarum in ſumma,& ſuperemi-

nenti pulchritudine diſpoſuit: inferiora quoque
conſequẽter coaptans,& diſpoſitione proſequẽs,
uſque ad fundum rerum nihil inordinatum re-
linquit. Pertingit itaque ſapientia ad finem uſq;
ad ea,quæ in rebus omnibus infima ſunt: quia in
his etiam aliquid eius inuenitur, quæ per infirmi
tatem conditionis,& defectum naturæ a ſummis
longe receſſerunt.Sed tamen ipſa ſapientia in ſũ-
mis quaſi permanendo conſiſtit: ad infima uero
quaſi excurrendo pertingit, quia illa in perfecto
decore ſuo immutabiliter ſubſiſtentia nuſquam
ab eius ſimilitudine defluunt: Iſta uero per defe-
ctum fugientia per idipſum tamen, quod in ſuo
genere retinent pulchritudinis:ſibi quoque ſapiẽ
tiam adeſſe oſtendunt. Pertingit ergo ubique ſa- S
pientia: quia in omni quod eſt, pulchrũ aliquid
eſt:& omne quod pulchrum eſt, ſapientiæ opus
eſt.Quod uero in eo,quod eſt, pulchrum non eſt,
ſapientiæ opus non eſt: quia quod pulchrum eſt
in omni quod eſt,ipſa fecit:quod autem pulchrũ
non eſt, ipſa non fecit, ſed permiſit in eo, quod
pulchrum fecit.Quare ergo non totum pulchrũ
fecit in eo,quod fecit: & quare non fecit ut non
pulchrum nuſquam eſſet in eo quod fecit? For-
taſſis fatigata erat priora illa faciendo in quibus
ſummam quandam perfectamque pulchritudi-
nem effecerat.Et idcirco cętera quomodo potuit,
poſtea proſecuta eſt: faciendo quidem ut totum
pulchrum eſſet,quod in eis fecit, ſed non faciẽdo
ut non pulchrum in eis non eſſet, quod non fecit
ſed permiſit:quia ut omnino non eſſet,facere nõ
potuit. Deinde itaque ad alia poſt alia deſcęnden-
do:& alia poſt alia faciendo,tanto minus ſemper
poſterioribus operum ſuorum pulchritudinis ac
decoris contulit, quanto magis priora faciendo,
& uires fortitudinis ſuæ qua amplius poſſet, &
qua ſciret amplius,prudentiæ ſuæ uim ingeniũq;
conſumpſit. Propterea rerum ordo deorſum de-
generauit ad infima deſcendens. Et niſi ſapientia
ſibi proſpexiſſet,ut in his tandem faciendi finem
conſtitueret, non erat fortaſſe ultra pulchritudi-
nis aliquid qđ faciendis conferre potuiſſet. Quid
dicimus? Ergo in faciendo minorata eſt ſapien- T
tia Dei: & debilis proſecuta opus ſuum in finem?
Et ubi eſt pertingens a fine uſque ad finem forti-
ter? Si fortiter pertingit ſapientia a fine uſq; ad fi
nem: ergo non eſt defectu opificis,differens pul-
chritudo conditionis: Quare ergo non ęque pul-
chra ſunt omnia: niſi ut magis pulchra ſint ſimul
uniuerſa? Nã ſi nõ eſſent differẽter pulchra ſingu
la:nõ eſſent incõparabiliter pulchra uniuerſa : q a
ſũma eſſet pulchritudo in ſingulis quãlibet excel
lens illa foret,& cæteris oĩbus eminentior, nõ eſ-
ſet oĩs pulchritudo in uniuerſis. Ergo ſapientia a
fine uſq; ad finẽ fortiter pertingit: quia ſic opera
ſua uſq;ad fundum rerum perſequitur, ut etiam
defectum inferiorum ad uniuerſorum pulchritu
dinem moderetur, ut inde uniuerſitas magis
pulchra ſit, quòd in uniuerſitate quædam alio-
rum comparatione,& reſpectu defectum patiun
tur. Nã hoc ipſum,qđ in quibuſdã eius operibus
pulchris non pulchrum uidetur: turpe tamen nõ

eſt, ubi eſt: ſed minus in parte pulchritudinis habet, quia hoc in toto pulchrum eſt ad quod eſt. Ergo in nulla parte turpitudo: ſed tamen in quibuſdam partibus maior, in quibuſdam minor pulchritudo eſt: quia ex eo in toto partium maxima eſt: quod in partibus differens, & multipliciter uariata diſtinctaq; omnifariam pulchritudo eſt.
V Deinde ſequitur, & dicit. Diſponens omnia ſuauiter. Suauiter enim omnia diſponit, quia in tam multis tamq; diuerſis rerum generibus, ſingula quæque ad terminum ſuum promouens: nihil uniuerſitatis concordiam pacemque turbare permittit: ſed ſic unicuique quod ſuum eſt tribuit, ut diſſimiliter currentia ad unum finem conducat, & ut unius operatio uim effectumque alterius non impediat. O ſapientia, quàm late diffunderis, & tamen non diſſiparis? quàm in longinquum porrigis te, & defectum non pateris? Quantus eſt excurſus tuus? A ſummo uſque ad infimū. Quantum cęlum diſtat a terra: & infernus ſub terra ubi eſt finis terrę, & ultra non eſt terra: quātum diſtat ſummum ab infimo, totum penetrat
X ſapientia. Et breuis eſt tamen uia hæc ſapientiæ, & compendioſa porrectio, & modicum putat ſibi omne quod eſt, ut tranſeat, & apprehendat, & penetret: nec lōge eſſe quicquid ſpatio porrigitur, quod bonitate proximum ſit. Multo uero amplius diſtare a iuſtitia iniquitatem: & longinquius duobus, cælo a terra, & inferno ſub terra. Iuſtitia enim altior cælo eſt, & non ſolum cælo, ſed etiam iis, qui ſunt in cælo. Angeli in cælo ſunt, & a principio in cęlo ſunt: & inde ſupra id quod facti fuerant per iuſtitiam aſcenderunt. Et iuſtitia altior cælo eſt: iniquitas profundior inferno. Profundior enim eſt omni, quod in creatura imum eſt: quia quod per iniquitatem lapſum eſt ſub
Y omni creatura eſt: nec poteſt eſſe profundius quicquam eo quo nihil eſt peius. Quantū igitur aſcendit, qui in cælum aſcendit: tantum aſcendit, qui ad iuſtitiam proficit. Et quantum deſcendit, qui ad infernum deſcendit: tantum deſcendit, qui ad iniquitatem cadit. Quantum autem aſcendit, qui de inferno ad cælum aſcendit: tantum aſcendit, qui de iniquitate ad iuſtitiam redit. Quantum uero deſcendit, qui de cælo ad infernum deſcendit: tantum deſcendit, qui de iuſtitia ad iniquitatem ruit. Et in his omnibus aſcendunt uſque ad cælos, & deſcendunt uſque ad abyſſos: & anima eorum in malis tabeſcebat. Ergo cælum eſt iuſtitię, & infernus iniquitatis: & rapiuntur motus animorum alterna fluctuatione inceſſanter quaſi contrariis flatibus acti aſcendentes, & deſcendentes: & fiunt exaltationes, & depreſſiones, & commotiones magnæ in illo inuiſibili ſalo fluctuantium deſideriorum. Venit ſpiritus bonus, & ſurſū impellit. Venit ſpiritus malus, & impellit deorſū: & aſcendunt uſque ad cælos, & deſcendunt uſque ad abyſſos: anima illorum tabeſcente in incerto
Pſal. 138 malorum ſuorum. Et quid dicit? Si aſcendero in cælum, tu illic es: ſi deſcendero ad infernum, ades. Si enim aſcendis in cælum iuſtitiæ, habes illic tecum ſapientiam continentem te ne cadas: ſi autē deſcendis ad infernum culpæ: adeſt illic ſapientia apprehendens te ne effugias. Surſum dexterā habet, & deorſum ſiniſtram, pertingens a fine uſque ad finem fortiter, & diſponens omnia ſuauiter. Surſum fortis, deorſum fortis. ubique inuincibilis. Surſum fortis eſt ut eos, qui in ipſa confidunt a malo cōſeruet, & eos, qui de ſe præſumūt Z in malum deſerendo præcipitet. Deorſum fortis eſt ut contemnentes pro malo condemnet: pœnitentes a malo iuſtificet. Ecce quantos in ſummo conſeruauit, quantos de ſummo præcipitauit, quantos de imo erexit: quantos in imo deſeruit. Manifeſta ſunt iudicia eius: & qui ſeipſum nouit, nouit quomodo hæc omnia cotidie ſapientia operatur in ſecreto cordis humani: ſemper iudicio præſidens, & occulta retributione ac diſpenſatione inuiſibili, merita examinando, nunc per gratiam aſſumit: nunc per iuſtitiam deſerit: nunc per lenitatem parcit: nunc per diſtrictionem punit. Et cum deſeruerit iterum aſſumit, & cum aſſumpſerit iterum derelinquit: ut neſciat homo finem ſuum, & ſollicitus ambulet omni tempore uitę ſuæ: ut qui iacent non deſperent, & qui ſtāt non præſumant. Si in cælo iuſtitiæ ſunt, timeant ruinam. Si in inferno culpæ, quærant miſericordiam. Ideo ipſa iuſtitia primum deſcendit ad infernum: poſtea aſcendit ad cælum ut deſcendēs, ſpem daret liberandis: aſcendens uiam oſtenderet glorificandis. Attingit ergo ſapientia a fine uſque ad finē fortiter, & diſponit omnia ſuauiter. Finem enim utriuſque comprehendit, & boni A uidelicet quod eſt in ipſa: & mali pariter, quod in ipſa non eſt. Sed in eo quod eſt ex ipſa defluit ab ipſa, nec tamen omnino ſine ipſa: quia quod natura nō gignit ex ſuo, coercet poteſtate in ſuo. Malum enim propriam ſedem non habet: ſed natura peregrinum a ſuo, in alieno commoratur, ut conſtet quod non eſt in ſuo: quia ſi bona non eſſent in quibus mala eſſent, mala omnino non eſſent. Cum enim malum aliud non ſit, quàm boni corruptio: & omne quod corrumpitur bonum, aliud eſt a quo deficit, aliud in quo conſiſtit. Et in quo conſiſtit bonum eſt, quod deficit autem a quo deficit a bono, malum eſt: defectus a bono alibi omnino eſſe non poteſt, niſi in eo, quod cōſtat in aliquo bono. Igitur ſi nullum bonū eſſet, nullum omnino malum eſſet: quia non eſſet ubi eſſe poſſet malitia, ſi non eam in ſuo pateretur, quæ eam non fecit, ſapientia. Non enim ſapientia ma- B litiam fecit: ſed in eo quod fecit, malitiam eſſe permiſit: ut collata malitiæ ſapientia uinceret: & cōparata pulchrior appareret. Confert. n. ſe, & commetitur ſapientia malitiæ in operibus ſuis, & uincit eam utrinq; ut attingat a fine uſq; ad finem: quia ſapientiam malitia ad defectum currens nō euadit, ſed ſapientia malitiam ad prouectum ſurgens tranſcendit. Ideo enim malitia ad defectum currens ſapientiam non euadit: quia non poteſt malitia ipſa quæ corrumpat inuenire, niſi in iis, quæ ſapientia creauit. Sapientia uero propterea malitiam ad prouectum ſurgens tranſcendit: quia non poteſt totū malitia corrū-

pere,

pere,quod ſapientia potuit creare. Vt ergo mali-
litia compararetur,nihil p malitiam ad non eſſe de
duci poteſt,quod a ſapientia eſſe nõ acceperit: ut
autem malitia ſuperetur,non totum quod a ſapiẽ
tia factum eſt, malitia corrumpit.Currit ergo ſa-
pientia ut attingat a fine uſque ad finem tranſcen
dens malitiã in incorruptis bonis,quo malitia nõ
accedit: & conſequens malitiam in ijs quę corru
C pta ſunt,quo malitia non præcedit.Nõ enim ma-
litia ſapientiã præcedere poteſt ut uel ante illius
exortum prior inueniatur, uel poſt illius defectũ,
poſterior: quia & prius corruptione inuenitur,
quod aliquando corruptionem admiſit:& poſte-
rius corruptione, quod totum corrũpi non po-
tuit:& ſupra corruptionem, quo corruptio non
acceſſit.Et propterea ſapientia malitiam uincit,&
ſtultitiam præcedit: quia attingit a fine uſque ad
finem: id eſt ab exortu,omnis boni ut malitiam
tranſcendat: ultra defectum cuiuſdam boni, ut
malitiam concludat.In quo enim omne bonum
aliquando ſine corruptione extitit,prior ſapien-
tia agnoſcitur.In quo autem etiam bono qđ cor-
rũpitur, poſt corruptionẽ aliquid ſupereſt boni,
qđ oĩo corrũpi nõ põt: poſterior ſapientia inue
nitur. Vincit ergo ſapientia malitiã:quia attingit
a fine in quo omne bonum,initium accepit: uſq;
D ad finem, in quo etiam corruptum bonum poſt
defectum boni in aliquo bono ſubſiſtit. Attingit
autem a fine uſq; ad finem fortiter,ut ipſam mali
tiam poteſtate ad menſuram cohibeat,& ratione
ad ordinem reſtringat:ne uel ĩ finem ſe porrigat
totum perimens corruptio: uel ad extrema ſe dif
fundat,totum deformans confuſio. Propterea er
go fortiter ubique pertingit ſubijciens malitiam
dominationi ſuę: & quicquid illa corruptionis
ad confuſionem ingerit,hęc lege mirabili ſecreta
que diſpoſitione ad decorem operum ſuorum cõ
uertit: ex nõ pulchro efficiens ut pulcherrimum
fiat quod pulchrum eſt:& quod bonum per ſe cõ
ſtat ex eo qđ bonum non eſt, in conſumationem
bonitatis cõſurgat. Attingit ergo a fine uſque ad
E finem fortiter & diſponit omnia ſuauiter. Nihil
excipitur a ſuauitate eius: Omnia diſponit ſuaui-
ter.Quæ omnia? Praua & recta,bona & mala,ob-
noxia & aduerſa. Omnia diſponit ſuauiter: non
ſolum bona,ſed etiam mala:non ſolum recta, ſed
etiam praua:non ſolum obnoxia,ſed etiam aduer
ſa.Omnia diſponit ſuauiter.Quàm ſuauiter? Vul-
tis ſcire quàm ſuauiter diſponit omnia? Sine uio-
lentia,aduerſa ſubijcit:ſine tumultuatione,praua
dirigit: & in pacatiſſimo regno ſuo quod iuſtitia
intus tenet, mala quoque & aduerſantium uitio-
rum motus,ſine coactione ſecreto ordine,ſapien
tiſſimaque diſpoſitione ſeruire facit. Tam ſuaui-
ter enim oĩa etiam non ſuauia diſponit: ut oĩa q̃
contra eius uoluntatem ſe erigunt, neque poten
ter extinguat ut nihil ſint,neque uiolenter com-
pellat ut nihil poſſint:ſed eſſe ſinens & poſſe an-
nuens, currentia contra ſuam uoluntatem mani-
F feſte permittit, & occulte conducit ad implendã
ſuam uoluntatem.Et cum mali uolunt illa contra
ipſam,ſine ipſa uolunt:cum autem poſſunt quod
uolunt,ab ipſa poſſunt: Cum uero faciunt quod
poſſunt:putant quidem & uolunt facere ſe quod
ipſa non uult, & tamen non aliud faciunt nec fa-
cere queunt quàm quod ipſa uult. Manifeſte.n.
permittuntur,& occulte conducuntur ut ſuaui-
ter diſponantur: & pertingit uſque ad eos ſapien
tia fortiter,ut ipſos ad ſuã diſpoſitionem reſtrin
gat:& diſponit ſuauiter, ne ipſos contra eorum
uoluntatem compellat.Sed & ſi quando exterius
uiolentiam prauis uoluntatibus cohibendis ſiue
plectendis adhibet:nunquàm tamen ſuauitatem
ſuæ diſpoſitionis deſerit: quia in ſe tranquilla per
manens, unde aduerſantium pacem male quietã
turbat:inde regnum iuſtitię ſuæ ſolidius ad pacẽ
componit. Propterea ergo pertingit a fine uſque
ad finem fortiter & diſponit omnia ſuauiter. Re G
ſtat nunc maximus ille & ſupremus ſapientiæ ex
curſus,a fine uſque ad finem:qui nullum habent
finẽ.Surſum ſublime contemplationis,& deorſũ
ꝓfundũ dãnationis.Iſti.n.fines non habent ultra
alios fines,q̄bus ipſi finiri poſſint:ſed oĩa uſq; ad
ipſos q̃ facta ſunt ad ipſos,& ultra ipſos nihil. Ad
iſtos duos fines uniuerſorum curſum, incipiens a
medio ſapientia hinc inde ſiue promouendo ſiue
deſerendo diſponens,conducit.ſurſum aſcenden
tibus uiam ſternens iuſtitiam: deorſum deſcen-
dentibus uiam relinquens iniquitatem:ut per iu
ſtitiam eatur ad beatitudinem, per iniquitatem
uero & iniuſtitiam perueniatur ad dãnationem.
Quo cum uentum fuerit, ſiſtet uniuerſa in finib⁹
ſuis:& fines ipſi nunquam habebunt finem. Et
tunc quoque ipſa ſapientia pertinget a fine uſq;
ad finem fortiter: ut amplius nunquàm uel a re-
tributione iuſtorum deficiat,uel a pœna iniquo-
rum deſiſtat: diſponens omnia ſuauiter: hinc ad H
gaudium,illinc ad ſupplicium æternum.Sed quę
ſo quæ ſuauitas in inferis erit?quę ſuauitas in tor
mentis æternis eſſe poterit:ut dicatur diſponens
omnia ſuauiter?An ideo ſuauiter:quia ipſa ſuauis
permanet quæ diſponit, licet illi ſuaues non ſint
quos diſponit: nec illud ſuaue ſit in quo diſpo-
nit?Quomodo tamen ſuauiter diſponit? An ideo
ſuauiter diſponit, quia ipſa diſpoſitio ſuauis eſt,
etiam ſi illa ſuauia non ſunt quæ diſponit:& ſi-
cut mala non male ſed bene diſponit,ita inſuauia
& amara ſuauiter diſponit? Propterea enim mala
ſunt & ob omnipotenti bono mala eſſe permiſſa
ſunt, non ut mala bona fiãt: ſed ut de malis bonũ
fiat, & bona ipſa malorũ cõparatione pulchrius
eluceſcant: non ut bona malis augeantur adiun-
ctis,ſed comendentur comparatis.Quis autem ſa
piens eſt,ut intelligat hæc,quid mala faciant in re
gno boni: & tamen ſi nihil facerent in regno ſa-
pientiæ omnino mala non eſſent?Ergo aliquid fa
ciunt mala propter quod eſſe permiſſa ſunt: &
bonum faciunt ipſa & mala & non ipſa mala fa-
ciunt bonum,ſed ex ipſis malis facit bonum:qui
& bonis & malis uti nouit ad bonum. Hoc aũt ſa
pientia eſt quæ pertingit a fine uſque ad finem
fortiter & diſponit omnia ſuauiter.

*In illud, ſecundum aliam tranſlationem: Oculi ſtultorum in finibus terræ: ubi noſtra babet, Stultus in tenebris ambulat, & in reliqua capitis Secundi. Ho.XII.*

I Diutius fortaſſis, quàm tractatus breuitas poſtularet io his diſcutiendis immorati ſumus: ſed non plane, q̄ rei difficultas exigeret. Nunc igitur quia inuenimus finem, & finem de quibus ſcriptura locuta eſt, cum diceret ſapientiam pertingere a fine uſque ad finem fortiter, & diſponere omnia ſuauiter: & iſtos fines quærere propoſitum erat propter fines terræ, ubi ſunt oculi ſtultorum, qui ambulant in tenebris, ne forte pertiugat ſapientia ad fines terræ: quæ a fine pertingit uſque ad finem: & lux io tenebris luceat in finibus terrę: Si ſapientia pertingit ad fines terræ, quæ pertingit a fiue uſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter. Quia igitur iſtos fines inuenimus. Si tamen ea, quę de finibus iſtis diximus, interpretationi ſcripturæ ſuam ueritatem digne accommodare ualeant: & non ſit alia excellentior interpretatio cui iſta iure concedat: nunc reſtat inquirere, qui ſint iſti fines terræ, qui commemorati ſunt, & obi ſunt, ſed & quæ ſit terra ipſa, & ubi ſit, in cuius finibus ſunt oculi ſtultorum, qui non reſpiciunt ad caput ſuū

K ut uideant, & non ambulent in tenebris. Primū ergo quæramus quæ ſit terra iſta: & ubi ſit terra iſta. Scimus autem quòd in boc mundo terra eſt & cęlum eſt: & inter terram, & cœlum eſt quicquid in hoc mundo eſt. Nam in huius mundi corpore cœlum ſupremnm eſt: & terra infima: & ſicut ſupra cælum nihil huiuſmodi eſt, qood in ipſo cęlo uoo eſt; ita ſub terra nihil eſt, niſi forte quod in terra eſt. Et ſi dicimns de terra iſta quòd in finibus eius oculi ſtultorum ſunt, quomodo hoc ſtare poterit? Magis enim perſpicaces quàm cæcos oculos prædicamus, quos uſque ad fines terræ uiſione ſua porrectos aſſerimus. Quis iuſtorum hoc potuit ut ambitum terræ oculis luſtraret, & tam longinqua ſpatia quæ multorum labore annorum uix confici potuiſſent, una uiſione percurreret? Ridiculū eſt uel hoc cogitare, quòd ſcriptura de uiſione corporali dixerit: & de terra iſta uiſibili oculi ſtultorum in finibus terræ: niſi forte quis in his uerbis hoc ſignificari credat, quòd ſtulti quique, & carnalis uitæ amatores, quia terrena bona tota, mentis intentione ſemper ambiunt: pro eis adipiſcendis ac quærendis uſque ad exteras nationes, & ſæpe uſque ad ultimos fines terrarum diſcurrunt: & propterea illic oculos habere dicuotur, quòd cogitatione ac deſiderio ſemper illuc intendunt. Sapiens autem qui ad ea, quæ ſurſum ſunt meutem erexit, & intentionem dirigit: ipſe oculos in capite ſuo habeat: pro eo, quod ad id quod ſummum omnium ac principale eſt adiſpiſcendum intendat. Puſſet hoc quantum ad ueritatem interpretationis pertinet: ſatis cooueuienter induci: ſi ſapieotia nos ad altiorem iutelligentiam, & terram aliam, alioſque fines, & oculos alios cogitandos non uocaret. Nam ſi caput ſapientis recte ſpiritualiter intelligitur: neceſſe eſt, ut terram quoque & fiues eius propter oculos ſtultorum myſtice & non corporaliter interpretemur. Sicut ergo L

hic mundus uiſibilis habet terram ſuam & cęlū ſuum: ſic homo habet terrā ſuam, & cælum ſuū. Nam & ipſe bomo mundus eſt & minor mūdus dictus eſt homo. Huius terra eſt caro eius: & cælū eius anima eius. Sed in hoc mundo maiore intra cęlum terra eſt: iu muudo autem minore cælum intra terram. Et tamen mnndi minoris cęlum maius eſt quàm cælum mundi maioris. Terra uero eius quid eſt ad terram illius? Quàm parua eſt? & tamen cælum eins in terra eius. Quid eſt cęlum in terra? Anima in corpore. Anima cælum, corpus terra, Anima in corpore: cælum in terra. Et tamē ſemper cælum ſurſum: terra deorſum. Nam ſicut cælnm hoc terra ſuo loco excelſius eſt: ita cælum illud terra ſua natura ſublimius. Propterea in M

mundo maiore quæ in terra ſunt ſub terra ſunt: quæ extra terram ſunt ſupra terram ſunt. Io mundo minore quæ intus ſunt ſupra ſuut, quæ foris ſunt ſubtus ſunt. Quæ ſunt intus & quæ ſunt foris? Inuiſibilia intus ſunt, uiſibilia foris ſunt. Ergo inuiſibilia ſupra ſunt, uiſibilia ſubtus: & inuiſibilia ſupra cælum noſtrum, uiſibilia ſub terra noſtra. Omnia terrena ſub terra noſtra ſunt: quia ad eius ſeruitutem facta ſunt, & ad eius obſequium ordinata. Ergo ſupra terram terra noſtra. Et quid

dicam? Nonne & ſupra cœlum eſt terra noſtra? N

*De terra mortalitatis noſtræ ſublimatio*

Nonne illuc portauit eā, & illic collocauit eā, ſūptam de nobis: qui eam ſumpſit pro nobis? Ergo ſupra cælum eſt terra nnſtra. Facta erat primum per naturam ſupra terrā terra noſtra, poſtea iuit per culpam in terram, & ſub terram terra ooſtra: ſed nunc per gratiam eleuata eſt ſupra cælum terra noſtra. Ergo terrena omnia ſub terra noſtra ſunt. Et eſt tamen ipſa terra terrenis iūcta, & quadam aioicitia copulata: ſicut cælum cæleſtibus iūctum eſt & fœderatum, & terra uſq; ad terrena, & cęlum uſque ad cæleſtia. Ergo terrena fines ſūe terræ: & cęleſtia fines cæli: quia terra uſq; ad terrena, & oon ultra: & cælum uſque ad cæleſtia, & non ultra. Terra per concupiſcentiam tendit ſe uſque ad terrena: & cęlum per ſapientiam tendit O

ſe uſque ad cæleſtia. Caro enim (ut ait apoſtolus) Gala. 5.

concupiſcit aduerſus ſpiritum: & ſpiritus aduerſus carnem. Spiritus enim concupiſcit ſurſum & caro concupiſcit deorſum: & ideo io contrariū alteri utrunque ſe tendit. Et utrunque cum peruenerit quo tendit, ibi finem facit & oō ultra ſe tēdit. Ergo fioes terrę terrena ſunt, quo terra carnis per deſiderium carnale tenditur. Et habet quidem terra ooſtra alium finem iudicij, ſed deſiderij alium finem oon habet. Hucuſque per deſiderium tenditur, ſed per iudicium ultra ducitur. Per deſiderium quidem concupiſcētia tenditur ad terrena: ſed per iudicium poſt terrena in terrā ducitur poſt terram ad gehenoam. Per concupiſcentiam ad uoluptatem: poſt uoluptatem ad iniquitatem: poſt iniquitatem ad mortem: poſt mor

tem

Iacob. 1. tem ad damnationem. Vnuſquiſque (ait ſcriptu-
ra) tentatur a propria concupiſcentia abſtractus,
& illectus. Concupiſcentia enim cum cõceperit,
parit peccatum: peccatum autem cum conſum-
Pſal. 7 matum fuerit, generat mortem. Cõcepit dolorẽ,
& peperit iniquitatem. Conuertetur dolor in ca-
put eius, & in uerticem ipſius iniquitas eius deſcẽ
P det. Itaque carnalium uoluptatum delectationes
fines terræ ſunt: & delectationes quidem carnis
ſequitur mors carnis. Mortem uero carnis ſequi-
tur ultio damnationis. Igitur fines terræ unum fi
nem habent mortem quo excipiuntur, & conſu-
muntur: mors autem finem habet damnationẽ:
quo excipitur, & conſummatur. Delectationes.n.
carnales morte conſumuntur, ut amplius non
ſint: mors uero carnis damnatione conſumma-
tur ut ſemper ſit. Iſtos fines ſtulti conſiderare no
lunt, qui oculos habent in finibus terræ. Tantum
modo enim primos fines terræ intuentur circa
terram: ubi terra ipſa finitur: non ultra alium fi-
nem, ubi iſti fines finiuntur. Intendunt ad fines
deſiderii ſui: non ad fines iudicii ſui. Ad delecta-
tionem carnis ſuæ, & ad uoluptatum ſuarum ille-
cebras oculos aperiunt: & quid ultra poſtea futu-
rum ſit, non attendunt. Ideo ſtulti ſunt, qui in me
dia uia finem faciunt, ubi non eſt finis: & non p-
Eccle. 7. ſpiciunt finem ubi eſt finis. Cor ſtultorum ubi læ
titia eſt: & cor ſapientum ubi triſtitia. Et alia ſcri-
Eccl. 7. ptura dicit: In omnibus operibus tuis omnibus
diebus uitæ tuæ, memorare nouiſſima tua: & in
æternum non peccabis. Propterea ſtulti peccare
non timent, quia ad ſolam reſpiciunt peccati de-
lectationem, non autem proſpiciunt, quæ deinde
ſequitur, delectationis damnationem. Oculi ſtul-
torum in finibus terræ: oculi ſapientis in capite
Q eius. Quod eſt caput ſapientis? Quod cuiq; ſum-
mum eſt, hoc caput eſt illi. Caput enim ſummum
hominis eſt. Caput ergo ſapientis, hoc eſt quod
ſapienti ſummum eſt. Quid autem ſapienti ſum-
mum eſt, niſi quod ſummum omnium eſt? Neq;
enim ſapiens eſſet, qui pro ſummo haberet, quod
ſummum non eſſet. Itaq; ſummum omnium ca-
put ſapientis eſt, & fortaſſe ipſa ſapientia, hoc ca-
put eſt: quam qui ſapiens eſt, cunctis præponit, q̃
concupiſcendum aliquid habere uidentur: & in
eius comparatione deſpicit uniuerſa. Et recte, q͡a
ſapientia ſummum omnium eſt: caput ſapientis
ipſa eſt, quoniam, & hoc ipſum, quod ſapiens eſt,
ab ipſa ſapientia eſt, & quod eſſe cupit, ſapiens to-
tum in ipſa eſt. Quapropter caput ſapientis non
aliud rectius accipitur, quàm ipſa ſapientia: quo
niam ab ipſa eſt bonitatis origo, & in ipſa conſi-
ſtit omnis boni conſummatio. Itaq; ſummum o-
mnium caput ſapientis eſt, & hoc caput nõ aliud
quàm ipſa ſapientia eſt: quoniam ſapientia ſum-
R ma omnium eſt. Summum ergo bonum caput
eſt: & ſummum malum finis. Duo enim ſunt ſum
mum bonum, & ſummum malum, altrinſecus ex
aduerſo conſtituta: & de medio uniuerſa bona,
& mala ad iſtos duos fines recurrunt. Omne bo-
num ad ſummum bonum, & omne malum ad
ſummum malum. Non enim eſt uerum bonum,
niſi conducat ad ſummum bonum: nec uerum
malum niſi recurrat ad ſummum malum. Ergo
ſimiliter omne malum ad ſummum malũ: ſicut
omne bonum ad ſummum bonum. Sed non ſi-
militer omne malum a ſummo malo: quemad-
modum omne bonum a ſummo bono. Omne Iacob. 1.
enim datum optimum, & omne donum perfectũ S
deſurſum eſt deſcendens a patre luminum. Et de Mat. 24
malis quid? Initia (inquit) dolorum ſunt hæc. Er
go a ſummo bono omne bonum, & ad ſummum
bonum omne bonum. Similiter ad ſummum
malum omne malum, ſed non a ſummo malo o-
mne malum. Ergo ſummum bonum omnium
bonorum, & caput eſt, & finis. Summum malum
omnium malorum caput non eſt: ſed tantum fi-
nis. Igitur omne bonum præter ſummum bonũ,
intantum bonum eſt, quantum conducit ad ſum
mum bonum: & omne malum præter ſummum
malum, intantum malum eſt, quantum conducit
ad ſummum malum. Multi enim fuerunt, qui me
dia iſta bona habuerunt: & uera bona eis nõ fue-
runt, quia per ea ad ſummum bonum non perue
nerunt. Et multi fuerunt, qui media mala grauia
ſuſtinuerunt: & mala eis non fuerunt, quia per ea
ad ſummum malum non deſcenderunt. Illi itaq;
falſis bonis elati ad ſummum malum corruerũt:
iſti falſis malis exercitati, & humiliati ad ſummũ
bonum profecerunt. Propterea ſapiens uſq; ad ca
put ſuum oculos leuat: & non ſufficit ei aliquid,
quod infra eſt, donec perueniat ad id quod ſum-
mum eſt. Quidam enim oculos ſurſum habuerũt T
& uſque ad caput oculos non erexerunt, ſed in
corpore medio remanſerunt. Sed quid facerent
membra ſine capite? Nunquid uiuere poſſent mẽ
bra a capite præciſa? Ita omne bonum, ſine ſum-
mo bono non eſt uerum bonum. Vidiſtis homi-
nem abſtinentem ab his, quæ lege prohibentur,
non homicidium facientem, non adulterantem,
non rapientem, non falſum teſtimonium perhi-
bentem, non concupiſcentem rem proximi ſui:
& dixiſtis hominem bonum, bonæ uitæ, bonę cõ
uerſationis, dignum laude, dignum retributione.
Et quàm multi fecerunt hæc, & Deo non placue-
runt: quia propter Deum non fecerunt, quod fe-
cerunt: & ideo nec bene fecerunt, quia propter
ſummum bonum non fecerunt. Vidiſtis alium
adhuc altius aſcendentem, & maiora bona faciẽ-
tem: non ſolum a malo abſtinentem, ſed etiam
in bono ſe exercentem: ieiunantem, orantem, ele
moſynas multas tribuentem, compatientem mi-
ſeris, ſubuenientem in anguſtia, & tribulatione
conſtitutis: & prædicaſtis magnum, & imitatione
dignum, iam quaſi Deo proximum, & dilectum:
Et tamen multi omnia iſta fecerunt, & nihil pro
fecerunt: quoniam Deum in cauſa non poſue-
runt. Non habuerunt oculos in capite ſuo, ſicut
ſapiens: ſed intentionem ſuam deorſum curuan-
tes, uel ſibi, uel aliis placere cupientes, & de bo-
no ſuo ſine Deo gloriantes: & bonum ſuum per
diderunt, & ad ſummum bonum non peruene-
runt. Merito enim membra uiua tenere non po-
tuerunt, qui caput a corpore præciderunt. Ideo
oculi

oculi ſapientis in capite eius,ut ad ſummũ bonũ
prius mẽtis intentione ac deſiderio præcedat:po
ſtea ſtudio & actione ſubſequatur : deinde retri-
butione perueniat.Præcedat intentione,ut omne
quod facit,pro illo adipiſcendo faciat: ſubſequa
tur ſtudio,ut in illo perſeueret : perueniat retri-
V butione,ut illud in præmium accipiat. Tali mo-
do igitur oculi ſapiẽtis ſunt ĩ capite eius. Propte
rea namque caput noſtrum cum eſſet deorſum,
nobiſcum ne forte noſtra quoque intẽtio deor-
ſum remaneret,aſcendit ſurſum caput ad caput:
ut nos traheret poſt ſe: & ecce ſurſum ſunt non
duo capita,ſed unum caput. Caput enim deorsũ
fuit Chriſtus homo in mundo: & caput ſurſum
1.Cor.11. fuit Deus pater in cælo. Vis ſcire quòd Chriſtus
caput eſt?Caput mulieris uir:caput uiri Chriſtus.
Et caput oĩs eccleſiæ Chriſtus cõſtitutus ẽ a Deo.
Et ipſa eccleſia ſpõſa Chriſti, & corpus Chriſti,
quid dicit de ſpõſo ſuo Chriſto, & de capite ſuo
Chriſto?Ipſa nãq; ſponſa eſt quę in cãtico cãtico
rũ dilectũ ſuũ cõmendãs: poſt multa talia & alia
multa,hoc in eius laudẽ addit,dicens.Caput eius
Cant. 5. aurum optimum.Ergo Caput eſt Chriſtus:& ca-
X put habet Chriſtus.Et quod eſt caput Chriſti?Au
1.Cor.11 di apoſtolũ.Caput mulieris uir:caput uiri Chri-
ſtus:caput Chriſti Deus. Itaque caput Chriſti eſt
Deus:& ipſe Chriſtus aſcenſurus in cælum dixit.
Ioan.20. Aſcendo ad patrem meum, & patrem ueſtrum:
Deum meum & Deum ueſtrum. Si ergo ad Deũ
aſcendit,ad caput ſuũ aſcendit:quia caput Chri-
ſti Deus.Et hoc caput eſt aurum illud optimum,
quod nulla rubigo conſumit, nulla uetuſtas con
ficit:quia immortalis diuinitas corruptionẽ non
recipit.Ecce igitur caput noſtrũ ſurſum eſt Chri-
ſtus,& caput noſtrum ſurſum eſt Deus: & unum
caput noſtrum Chriſtus & Deus;quia & Chriſtus
Deus, & unus Deus Chriſtus: & caput Chriſti
Deus & unum caput Chriſtus. & caput Chriſti
Deus: ſicut unum principium Chriſtus: & caput
Ioan.8. Chriſti Deus.Ego(inquit)pricipiũ, qui & loquor
uobis.Hoc enim principium ipſum eſt caput no
ſtrum:ad quod ſapiens oculos ſuos erexit:nũc ad
illud intendendo per fidem, ut poſtmodum in il
lud oculos ſuos habere poſſit, illud contemplan-
Y do per ſpeciem. Ad hoc principium & ad caput
iſtud ut oculos leuemus,ſcriptura nos ammonet,
Coloſ.3. dicens. Si conſurrexiſtis cũ Chriſto, quæ ſurſum
ſunt ſapite:ubi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedẽs,
quæ ſurſum ſunt quærite,non quæ ſuper terram.
Mortui enim eſtis,& uita ueſtra abſcondita eſt cũ
Chriſto in Deo.Nam ubi mortui ſumus, ibi ſape
re non debemus:ſed ibi ſapere debemus,ubi ui-
tã habemus.Si mortui ſumus ſuper terram,quo-
modo ſapimus ſuper terrã? Quis enim mortuus
ſentit?Ibi itaque ſentire debemus, ubi uitam ha-
bemus:ibi ſapere, ubi uita noſtra abſcondita eſt
cum Chriſto in Deo, ubi Chriſtus eſt ad dexterã
Z Dei ſedens.Quid eſt ſapere? Amare ipſum, eſt ſa
pere.Amor enim ipſe ſapor eſt, & dilectio ipſa ſa
pientia eſt. Amare itaque quæ ſurſum ſunt, hoc ẽ
ſapere ea quæ ſurſum ſũt: quia ipſa dilectio illuc
trahit,ubi eſt quod diligitur: & habet interim ſa

porem ſuum quo reficitur,donec perueniatur ad
id quod diligitur. Quia ergo quod per ſapientiã
diligitur, ſurſum eſt:idcirco ſurſum trahit ipſa ſa
pientia.Et quia quod per concupiſcentiam diligi
gitur,deorſum eſt, deorſum quoq; trahat neceſ-
ſe eſt ipſa concupiſcentia.Ab eo autem quo ſapiẽ- A
tia ſurſum trahit,& concupiſcẽtia deorſum:qua-
ſi diuiſio eſt tenebrarũ a luce: & quæ corda deor
ſum deſcendunt,a luce deficiũt: quæ uero aſcen-
dũt,in luce ſunt.Qui enim ad uanitatem deſcen-
dunt,a ueritate deficiũt:& qui a ueritate deficiũt,
deficiunt a luce:quia ueritas lux eſt. Et non defi-
cit ipſa lux,ſed ipſi a luce deficiunt, quando tene-
brę fiunt:quia tenebrę non ſunt lux, nec illumi-
nantur a luce ut luceant. Tamen ipſa lux lucet ẽt Ioan.1.
in tenebris:ſed tenebræ eam non compræhẽdũt,
ut eam in ſe ſuſcipiant,& participes eius fiãt: qm̃
tenebræ luci communicare non poſſunt.Iſtæ er-
go ſunt tenebrę in quibus ambulant ſtulti:q̃ ter-
rena ſapiunt & non intelligentes honorem ſuũ,
comparati ſunt iumentis inſipientibus & ſimiles Pſal. 48.
facti ſunt illis. Nam quia more iumentorum ſola
terrena appetũt & cæleſtia nullo mentis affectu
requirunt:ita tandem carnis delectatione cæcan
tur, & uoluptatum illecebris ſopiuntur ut nec
cogitare ualeant a quibus bonis ceciderint, neq;
ad quæ mala ſint peruenturi, proſpicere. Quid
igitur iſti, niſi in tenebris ambulant, qui ita pra
ua delectatione cæcati ſunt,ut nec uera bona poſ
ſint cognoſcere,nec uera mala præuidere? Quas
tenebras intus patiuntur qui lucem præſentem
non uident,& illud bonum non poſſunt agnoſce
re:cuius præſentiam nulla ualent auerſione de-
clinare? Quare hoc?niſi quia ſtultitia excæcauit
oculos eorum:quoniam in finibus terrę illos de-
fixerunt: ſtatuentes apud ſe oculos ſuos declina- B
re in terram. ¶ Sed ne forte contrarium quis pu-
tet, quòd hic ſtultus in tenebris ambulare di-
citur,& quòd illic (ut commemoratum eſt) ocu-
li ſtultorum in finibus terræ eſſe perhiben-
tur. Videtur enim quaſi utrumque affirmatum,
quòd uideant & non uideant, cum utrunque ta-
men uerum ſimul eſſe non poſſit, quòd uideant
& non uideãt. Nam qui dixit:ſtultus in tenebris
ambulat,uidetur omnino dixiſſe quòd ſtultus nõ
uideat. Et rurſum qui dixit: oculi ſtultorum in
finibus terrę,uidetur dixiſſe,quòd aliquid uideãt
uel ea quæ ſunt in finibus terræ. Quomodo er- *Pulchra Obiectio.*
go in tenebris ambulant,ſi uident?Quomodo au
tem non uident, ſi ea uident quæ ſunt in finibus *Solutio.*
terræ? Sed ſciendum eſt,quòd ſtulti non ideo in
tenebris ambulare dicuntur,quòd nihil uideant:
uident enim quæ ſunt in finibus terrę, ſed quòd
ſiue in his quæ uident,ſiue in his quæ non uidẽt,
ueritatem non uideant. Viſibilia enim tãtum per
intentionem & deſiderium uident,& inuiſibilia
non uident.Et in his quæ uident, putant bonum
eſſe, quod nõ eſt:& in his quæ non uidẽt, neſciũt
bonum eſſe,quod eſt.Itaque nuſquàm ueritatẽ ui
dent: & ideo in tenebris ambulant etiam in his
quæ uident. Excæcauit enim corda eorũ delecta
tio carnis,& illecebra uoluptatum:ut ueritatem
non

C nō uideant.Quia mens falſa dulcedine inebriata
dū hoc ſolū, quod in præſenti dulce, & iocundū
uidetur,cogitat,nec reminiſci poteſt quanta dul
cedo ſit eorum bonorum a quibus aueiſione ſua
corruit:nec prouidere quanta ſit amaritudo ma-
lorum ſuperuenientium,ad quam ſemper præci-
pitationis ſuæ ruina feſtinat. Et nota quomodo
ſe conſequitur ſententia ueritatis. Superius nan-
que iſte conſiderata uanitate rerum mundanarū,
contemptis omnibus ad contemplandam ſapien
tiam ſe tranſtulit,dicens.Tranſiui ad contemplan
dam ſapientiam: erroreſque, & ſtultitiam. Dein-
de conſiderans, quòd uera ſapientia hominis a-
lia non eſt,quàm uera bona quærere, & amare,q̃
ſurſum ſunt,ubi rex noſter eſt:qui nos idcirco p̄-
ceſſit,illuc aſcendens, ut quo ſequeremur,oſten-
deret. Attendens quoque,quàm difficile ſit men
tem terrenis delectationibus aſſuetam ad deſide
ria æternorum erigere: adiunxit,& ait. Quid eſt
homo ut ſequi poſſit regem factorem ſuum? Vi-
dens tamen, quòd corda, quæ ad delectationes
carnales ſe mergunt, a lumine ueritatis tenebre-
ſcunt, quaſi definitiuam boni maliquе ſententiā
dedit,dicens.Vidi,quòd tantum præcederet ſapiē
tia ſtultitiam,quantum differt lux a tenebris. De-
inde ſtudium utriuſque commendans nouiſſime
adiunxit,& ait.Sapientis oculi in capite eius,ſtul-
tus autem in tenebris ambulat. Quapropter ad
ſummam recurrat ſententia,& dicat.Difficile qui
dem eſt hominem mortalem ad contemplationē
ſupernæ ſapiētiæ cor deſideriis terrenis præſſum
Q erigere: ſed tamen quia ſapientia lux eſt, & om-
nes qui ab eius contemplatione deficiunt, in te-
nebris ſunt:neceſſe eſt,quantum poſſibilitas ſup-
petit,etiam mortalem hominem quærendæ atq;
D inueſtigandæ ſapientiæ ſtudium adhibere. Hæc
eſt enim ſapientia hominis in hac uita, ſapientiā
quærere,& inueſtigare. Nam inuenire ſapientiā,
& perfecte apprehendere uerum, non huic uitæ
datum eſt, ſed futuræ repoſitum.Habet tamen ip
ſa inquiſitio ſapientiæ nunc lucem ſuam: qua di-
ſcernit eos,qui amant ſapientiam,& quærunt: ab
iis,qui ſtultitiam amant,& ambulant in tenebris.
Sed mens carnalis iocunditatem uiſibilis lucis a-
mans,pro interna luce quærenda laborare uanū
exiſtimat: quia eius claritatem poſt hanc lucem
ſublatam,in mentibus ſanctis inextinguibilem p
manere,aut dubitat aut prorſus ignorat.Nam qa
pari ſorte ſimilique conditione ſapientes patitur
& ſtultos,ab hac luce uiſibili cernit poſt mortem
carnis ſubtrahi: dubium ei fit etiam de luce ſapiē
tiæ,an ipſa poſſit in mentibus ſanctis poſt mortē
carnis inextinguibilis conſeruari. Propterea licet
ſtudium ipſius ſapientiæ bonum ac laudabile eſ-
ſe conſideret,utrum tamen tanto labore compa-
randum ſit,dubitat,cuius fructus an perpetuus eſ
ſe poſſit, nondum adhuc ei ratio ulla indubita-
E ta manifeſtat. Hanc ergo fluctuationem humani
cordis iſte in ſemetipſo, & per contemplationem
ueritatis uidens,& per affectum communis infir-
mitatis ſentiens: per ſententiam quoq; aſſumit,
oſtendens qualiter poſt quæſitam uiſamq; ſapien
tiam, ipſa eum mortalis uitæ conſideratio a ſtu-
dio ſapientiæ reuocabat:& q̃ idcirco alios in ſa-
pientia procedere uanum omnino exiſtimauerit:
quia in reddendo mortis debito, parem cæteris
ſe eſſe agnouit. Hoc eſt enim, quod poſt laudatā
ſapientiam ſtudiūq; eius cōmendationem, ſubito
nunc ad conſiderationem communis infirmita-
tis conuerſus infert:dicens.

Didici, quòd unus utriuſque eſſet in-
teritus.

¶ Quia enim uidit utrunque, ideſt, & ſapientem F
& ſtultum uno mortis interitu ab hac uita ſubtra
hi: etiam hoc dubitare cœpit, utrum poſt hanc
uitam diuerſa meritorum præmia ſecundū hanc
ipſam diuerſam huius uitæ conuerſationem de-
beant inueniri.Et ſi hoc uerum eſſe conſtat, qua-
re una uia ab hac uita exeunt, qui poſt hanc uitā
ad unum præmium non pertingunt? Si uero quē
admodum unus cunctis tranſitus eſt, ita etiam u-
niuerſis ſit una peruentio: quare ante mortē diſſi
militer laborando currerent, qui ſimili morte e-
xeuntes ad diſſimile poſt mortem præmium,non
peruenirent? Hoc eſt enim quod ſequitur.

Ex dixi in corde meo.Si unus,& ſtulti, &
meus occaſus erit: quid mihi prodeit, q̃
maiorem ſapientiæ dedi operam?

¶ His enim,qui hanc uitam ſolam eſſe credunt,ſtu G
dium ſapientiæ uanum omnino exiſtimatur: pro
pterea,quòd eius labor præſentis uitæ eſt,præmiū
autem,& fructus laboris,futuræ. Idcirco quia la-
borem uident,& præmium laboris non uident:
cito ipſum laborem faſtidiunt,& facile ad ea con
uertuntur,quæ etſi ſapientia nequaquam appetē-
da eſſe doceat,quia tamen eorum fructus præſēs
eſt,commodiora exiſtimant. Sed quia ſapientia
etiam in hac uita laborem ſuum omnino infru-
ctuoſum eſſe non ſinit: eoſq; qui ſe ſectantur,ma
gna intus conſolatione refouet, ac per illumina-
tionem ueritatis in hac mortalitatis miſeria de
æternitatis prǽmio habere fiduciam ſuadet: iſte
ſtatim poſtquam pro uitæ carnalis defectu de fru
ctu uitæ perpetuæ dubitare cœperat, pro eadem
ſua dubitatione ex intima ſe conſideratione accu
ſat,dicens.

Locutuſque cum mente mea, animad-
uerti,quòd hoc quoque eſſet uanitas.

¶ Et continuo cauſam adiungens quare ſupradi-
ctam dubitationem rem uanam eſſe teſtetur, &
uanitatem ipſam cuius reſpectu ueritas ei in du-
bium uenire potuiſſet,infert,dicens.

Non enim erit memoria ſapientis ſimili-
ter ut ſtulti in perpetuum.

¶ Sapientia enim, quæ uitæ præſenti mortalitatē H
non tollit,futuræ uitæ tribuit æternitatem: & li-
cet ſapientis, & ſtulti in exitu huius uitæ ſimilis
conditio ſit: in futura tamen uita ſimilis memo-
ria non erit.Sicut enim hic eos diſpar uiuendi cō
uerſatio diuidit: ita illic quoque cum in memo-

riam uenerint ut ad iudicium adducantur, diſſimilis pro meritis ſuis retributio ſeparabit. Neq; enim futura tempora obliuione cuncta operiét, ſed uenient in recordationem tempore ſuo cuncta quæ facta ſunt: ut in iudicium adducetur omne opus, ſiue bonum, ſiue malum ſit. Propterea ſapientis memoria non in perpetuum non erit, ſimiliter ut ſtulti: & futura tempora non operiét cuncta obliuione: quia cum tempus aduenerit, & iſte pro merito uirtutis ſuæ gloriam; & ille pro ſtultitiæ ſuæ exceſſu pœnam percipiet. Hoc eſt ergo pro quo uanum non eſt ſtultitiam deuitare, & maiorem ſapientiæ dare operam: quia cum præmium retributionis percipitur, quantus ſit iuſti
I laboris fructus manifeſtatur. Habet tamen iuſtũ quoddam tædium, hęc ipſa noſtræ mortalitatis conſideratio: quia dignum eſt ut homo qđ tranſitorium uidet etiam prius, quam finiatur, deſpiciat: & pro eo adipiſcendo, quod diu ſtare nõ poteſt, inani ſe labore non affligat. Propter hoc rurſum, de eadem pari mortalitatis conditione ſententiam ingeminat, dicens.

Moritur doctus ſimiliter, ut indoctus: & idcirco tæduit me uitæ meæ.

¶ Merito ſiquidem talis uita in tędium uenit, q̃ tota confuſioni obnoxia, neque in bonis ſuis dũ ſtare uidetur, neque in malis ſuis, dum finitur: bonos a malis, uel dignos ab indignis ſecernit. Bona ſiquidem eius ſine diſcretione ad indignos pariter ut ad dignos perueniunt: & mala illius bonos ſimul, & malos pari ſorte, & eodem prouentu af
K fligunt. Vnde, & bona quoque uitæ huius iuſtis ĩ deſpectum iure ueniunt: quæ & pro ſe laborantes uariis doloribus affligunt, & ſæpe multo labore quæſita ſine utilitate poſſidentium ad malos a bonis: & a ſuis ad alienos, tranſeunt. Quod iſte cõſiderans non ſolum, quæ mala uidentur huius uitæ, ſed ea quoq; quæ ſpeciem boni prætendunt, re autem uera mala ſunt, uniuerſa ad unam partem conſtituens, ſimiliq; æſtimatione adiudicãs unam de cunctis ſententiam dat, dicens.

Videns mala eſſe uniuerſa ſub ſole, & cũcta uanitatem, & afflictionem ſpiritus: rurſus deteſtatus ſum omnem induſtriam meam.

L ¶ Et ne forte putares eum illam hic induſtriam deteſtari qua maiorem ſapientię dedit operam, & non illam potius qua eorum occupatione, quę ſub ſole uana ſunt, diſtendebatur: mox quam induſtriam deteſtandam exiſtimet, exponit, dicens,

†Qua † Et quę ſub ſole ſtudioſiſſime laboraui. Subauditur deteſtatus ſum. Continuoq; cauſam quare, & hæc, & eorum pariter induſtriam deteſtetur, aperta, cum ſubiungit.

Habiturus hæredem poſt me, quem ignoro, utrum ſapiens an ſtultus futurus ſit: & dominabitur in laboribus meis quibus deſudaui, & ſollicitus fui.

¶ Et nouiſſime de hoc commendans iudicium ſuum infert.

Et eſt quicquam tam uanum?

¶ Ac ſi diceret: Nihil ego tam uanum iudico, quẽ M
admodum cum alius auare congregans caſſo labore atteritur, alius, & ocioſe, & luxurioſe uiuens in alienis laboribus dominatur. Multiplex enim uanitas eſt, ubi alius ſine cauſa affligitur: alius illicite delectatur. Prima namq; uanitas eſt non profutura appetere: ſecunda tranſeuntia congregare: tertia noſtro labore parta aliis, & eis maxime quos quales futuri ſint, neſciamus, poſſidenda relinquere. Si enim uana eſſent hæc omnia, etiam in noſtros uſus quæſita, & retenta: quid erunt ad ſtultorum uoluptatem tranſmiſſa? Vnde ait.

Ceſſaui, renunciauitq; cor meum ultra laborare ſub ſole.

¶ Cauſam quoque quare a labore ceſſauerit ingeminans ſubiungit, dicens.

Nam cum alius laboret in ſapientia, & doctrina, & ſollicitudine homini ocioſo quæſita dimittit.

¶ Hoc ipſi contigit Salomoni, qui in ſapientia, & N
doctrina, & ſollicitudine laborans congregauit diuitias, & opes cumulauit, & tandem omnia ſtulto hæredi poſſidenda reliquit. Reliquit enim ſtultitiam generis ſui filium Roboam; qui in paternas opes ſuccedens, omnia diſſipauit: regnũq; paternũ, quod amplum ſatis, & magnificum ſuſceperat, minoratione ſenſus, & cordis fatuitate ſciſſum turbatumque dereliquit. Sed, & multi laborant in ſapientia, & doctrina, & ſollicitudine cum magno labore, & ſtudio ſecreta naturæ, & arcana ueritatis rimantes: & inuenta memorię poſteritatis ad commendanda ſtudia ſua uerbo pariter, & ſcripto tranſmittentes: ac ſæpe ocioſis quæſita relinquunt: quia nonnunquam ſubſequentium negligentia hoc paratum in uſum aſſumere reſpuit, qđ priorum ſagax diligentia non ſine grandi labore, & cura acquiſiuit.

Hoc ergo uanitas eſt, & malum magnũ.

¶ Vanum eſt idcirco in cognitione ueritatis laborare, ut in notitiam illorum ueniamus, qui ueritatem nec propter ſe ſuſcipere uolunt, neq; in aliis ſciunt approbare. Huiuſmodi ergo laborem fructus non ſequitur: quia nec ſibi profutura congregat, nec quibus congregata derelinquit, aliqua uirtutis æmulatione ad ſtudium boni prouocantur. Si enim quærenti labor eſt, & accipienti utilitas non eſt: quid prodeſt labor talis? Sed, & malum magnum eſt: ut unde alius labore atteritur, alius ocioſe, & illicite abutatur. Malum enim eſt magnum, quia, & ille malo ſuo colligit, & iſte accipit in malum ſuum. Propterea uanitas eſt hoc & malum magnum.

Quid enim prodeſt homini de uniuerſo labore ſuo, & afflictione ſpiritus, qua

ſub

### ſub ſole cruciatus eſt?

¶ Si nõ ad aliud ꝓdeſt, nihil prodeſt: immo uero ſi nõ ad aliud prodeſt, multũ nocet, qa pœnã magnã hẽt eius inquiſitio, ſed fructũ inuenrio nõ habet. Quæ eſt enim pœna nunquã eſſe ſine pœna?

### Cuncti dies eius doloribus, & ærũnis pleni ſunt: nec per noctem mẽte requieſcit.

P ¶Multũ miſer eſt, qui nec illud tẽpus, qđ naturaliter qeti datũ eſt, quietũ habere põt. Per diẽ labore atteritur: ꝑ noctẽ cura, & ſollicitudine laboris cruciatur. Quẽ.n. uigilantẽ diſtenſio laboris, & inquietudo exagitat: dormientẽ quoq; aĩo per imagines, & phantaſias inſomniorum ingeſta fatigat. Nullum ergo tempus intermittitur requiei, totũ dolori, & labori occupatur: & nihil utilitati ac ſaluti acquiritur.

### Et hoc nonne uanitas eſt?

Vere uanitas eſt: & magna uanitas prorſus. Sed q̃d tunc? Si hoc uanitas eſt: quid ergo faciendum eſt?

### Nonne melius eſt, inquit, comedere, & bibere, & oſtendere animę ſuæ bona de laboribus ſuis?

Q ¶Si uani ſunt labores, qui utilitatẽ nõ conferunt laborantibus: ergo melius eſt laborare, & fructũ capere laborũ ſuorũ. Ratio manifeſta uidetur: ſed multã habet exceptionẽ. Multo.n. melius ſic dictũ fuiſſet: & ubiq; uerũ cõſtaret. Si uani ſunt labores ex quibus laborantibus fructus non prouenit: ergo eiuſmodi labores oĩno poſtponendi ſunt, & laborandum potius in iis ubi certus, & uerus laborantibus fructus proueniat. Nũc aũt hac rõne uanitas mutata eſt, non dimiſſa, & alia aliũ uanitas ſucceſſit, non omnis uanitas diſceſſit. Vana ſollicitudo reprehenditur, ut male ſecura mens per torporem, & ociũ, & incontinentiã ad turpitudinẽ relaxetur. Si enim ille, qui ſuperuacuo labore ſe diſtendit, uere reprehenſibilis cernitur: Cur propterea, qui ad uoluptatem, & incontinentiã ſe re R ſoluit, placere putatur? Sed carnalis animus difficile mediũ ueritatis inuenit: & propterea nonnunquam unum uitium deſerere ſponte acquieſcit: quoniam per id ſibi uiam ad aliud, quod magis placet aperiri cernit. Et tãto audacius ſe in contrarium tota intentione effundit: quanto magis certum habet aliud malum eſſe, qđ deſerit. Iã.n. ſe in ſuo malo nõ ſolum nulla reprehenſione dignum exiſtimat: uerũ etiam laudabilem ſuſpicatur: & cũ malum manifeſte committat, non ſe malum facere uideri uult: ſed potius malum deuitare. Non enim conſiderat uitium declinando in uitium ſe corruiſſe: & idcirco nequaquam, id quod agit malum ſiniſtre notandum putat: quia in eo quaſi non tam facere, quàm declinare malum laborat. Vnde, & hic quoque cum uidiſſet eos, qui nõ profuturas ſibi diuitias cum labore, & ſollicitudine auare congregant: neque his, quæ poſſident, utuntur, ſed aliis poſt ſe poſſidenda, & utenda relinquũt, miſeros, & reprehenſione dignos: ut illorum deuitet ſtultitiã, libere ſe in contrariam ſententiam proiicit, dicens. Nonne melius eſt comedere, & bibere, & oſtendere animæ ſuę bona de laboribus ſuis? Vna omnium ſententia eſt, qui pro- S cliues ſunt in uitium. Semper aduerſa reprehendunt ut ſua commendent. Pereant auari, dicit uorax, & prodigus: & deuorat, & inebriatur, & diſtẽdit ſe ac replet uſq; ad ſuffocationem. Et prouerbium illi eſt ſemper. Pereant auari: & commendari ſe putat: quia talis non eſt, ne reprehenſibiliter talis ſit, qualis eſt. Immo etiam propterea talis eſſe, qualis eſt, uideri uult: ne forte talis ſit, quales eſſe alios accuſat, qualis eſſe nõ uult: quaſi uero medium aliquod non ſit, ubi fieri utrunq; poſſit: & ne talis ſit, quales eſſe alios accuſat, et tamen talis non ſit, qualem impudenti gloriatione ſe eſſe exultat. Melius eſt comedere, & bibere: & oſtendere animæ ſuę bona de laboribus ſuis. Quod pulchra T uerba manducare, & bibere? Quis eſt, qui obhorreat, cum audit manducare, & bibere: aut contra modeſtiam, ſiue pudicitiam hic aliquid dictum putet? Sed latet impudens turpitudo uelo pudicitię tecta. Dicat ergo manifeſte. Melius eſt deuorare, & inebriari, & concupiſcentiæ ſuæ deſideriis effreni libertate ſeruire. Si enim ſic dixiſſet, qualis eſſet ſententia? Et quidem omnino ſic dixit: quia hoc ſignificare uoluit in eo, quod dixit. Melius eſt manducare, & bibere, & oſtendere animæ ſuæ bona de laboribus ſuis.

*Notabile de uitioſorum conſuetudine.*

### Et hoc de manu Dei eſt.

¶Dicũt hoc homines, et eſt hominum genus, qui V hoc dicere ſolent. Deuoremus, et inebriemur, et benefaciamus nobis ex iis, quę Deus dedit nobis, quia hoc de manu Dei eſt: quia, et hęc ideo nobis data ſunt, ut bene nobis faciamus. Quare enĩ hæc omnia facta ſunt, niſi in uſus hominum: ut eis utantur homines, et bene ſit ipſis in iis, quæ dedit Deus ipſis? Et hæc dicendo excæcantur, et rapiuntur ſine menſura, et pudicitia in uoluptates ſuas: ut applaudant ſibi, quoniam hæc omnia Deus ad utendum fecit: ſed neſciunt neque conſiderant, quòd etſi Deus bona omnia ad uſum fecit, ad prauos tamen, et inordinatos uſus nihil fecit.

### Quis ita vorabit, & deliciis affluet vt ego?

¶Mala gloriatio iſta. Et ſunt tñ, q̃ in eiuſmodi glo X riãtur: & iſtos quoq; ſapiẽtia ꝑterire nõ debuit in numero uanitatũ. Tales in alio loco ꝓpheta increpat, dicẽs. Vęh qui potẽtes eſtis ad bibẽdũ uinũ: et uiri fortes ad miſcẽdã ebrietatẽ. Quis ita uorabit, „ et deliciis affluet ut ego? Qualis amator ſapiẽtię? „ Quãtũ retrorsũ cõuerſus, imo quantũ auerſus, et puerſus ab illo, q paulo ante lucẽ ſapiẽtię uidit: eãq; a ſtultitiæ tenebris tã ſubtili cõſideratione diuiſit, dicens: uidi, ꝙ tm̃ ꝑcederet ſapientia ſtultitiã: „ quantum differt lux a tenebris. Vnde tã cito †peſſimatus eſt ſenſus iſte putatis? An pp ſe non dixit, quod de ſe dixit, ꝙ amator ſapientiæ fuit: & hoc non fuit quod dixit: ſed quoſdam tales ſignificare uoluit: propter quos hoc dixit, quod de ſe dixit? An, & hoc totum ẽt ipſe ſecundum aliquid uere fuit, & tñ amator ſapientiæ propter hoc eſſe

Eſa. 5.

† peſſundatus.

non deſiit: quia ſimul in uno homine, & ſenſus
carnis ſecundũ ingenitã corruptionem: & pctm̃,
qđ habitat in eo ſuaſit nequitiã: & tamẽ ſpiritus
ſecundũ uirtutis affectũ, & iudiciũ probitatis di-
lexit ſapientiam? Videte tamẽ quid ſit hõ, ſiue in
eo, qui hoc dixit, & talis fuit, ſiue in iis pp quos di-
xit, quod de ſe dixit: quos tale eſſe ſignificare uo-
luit. Videte prorſus, quid ſit homo. Quis ita uora-
Pſal. 51. bit, & deliciis affluet ut ego? Quid gloriaris in ma-
litia, qui potens es in iniquitate? Si nemo põt, qđ
tu potes: magnum eſt ſi bonũ potes Si uero am-
plius in malo potes, quid gloriaris? Malũ.n. poſſe
poteſtas non eſt, ſed infirmitas. Quis ita uorabit,
& deliciis affluet ut ego? Quis.n. eſt ait, qui cõtra-
dicat, cum Deus hoc iubeat? Deus.n. lætitiã crea-
uit: & uoluit ut qui ei placẽt in ipſa iocundentur.

**Peccatori autem dedit afflictionem, & curam ſuperfluam, ut laboret, & diſtendatur, & congreget, & non poſſideat, ſed tradat ei, qui placet Deo.**

Z ¶ Ergo bona bonis, & mala malis. Conſiderate
quanta eſt peruerſitas ſt.. Mentita eſt iniquitas ſi
bi. Et de ſe mentita eſt iniquitas, & de Deo menti
Pſal. 84. ta eſt: & tamen non niſi ſibi mentita eſt. Dixit ini
Pſal. 118 quitas: Bona bonis, & mala malis. Et ubi eſt. Miſe-
ricordia, & ueritas obuiauerunt ſibi? Vbi eſt, Vni-
uerſæ uiæ domini miſericordia, & ueritas? Vbi ẽ:
Pſal. 35 Homines, & iumenta ſaluabis domine: quemad-
modum multiplicaſti miſericordiam tuã Deus?
Vbi eſt deniq;, quod ueritas ipſa, & miſericordia
Matt. 5 dicit: Eſtote miſericordes, ſicut, & pater ueſter
miſericors eſt: qui ſolem ſuum oriri facit ſuper
bonos, & malos, & pluit ſuper iuſtos, & iniuſtos?
Si bonis tantum bona data ſunt: quid eſt, quod
Eccli. 37 dicit ſcriptura de bonis: Vaſa figuli ꝓbat fornax,
2. Tim. 3. & homines iuſtos caminus tribulationis? Et, Oẽs
qui piè uolũt uiuere in Chriſto, neceſſe eſt, ut per-
Heb. 11. ſecutionem patiantur? Circumierunt in meloris,
in pellibus caprinis, egentes, nudi, anguſtiati, af-
flicti: quibus dignus non erat mundus. In fame,
Aa & ſiti: in frigore, & nuditate? Itaq; mentita eſt
iniquitas de Deo: cum dixit, quòd bonis tantum
bona, & malis tantum, mala dat Deus. Nam, & bo
nis bona dat: & malis mala dat: & bonis mala, &
malis bona. Bonis enim, & bona dat, ut foueãtur,
& mala dat ut exerceantur: & malis mala dat ut
caſtigentur, & bona dat ut prouocentur. Itaq; mẽ
tita eſt iniquitas de Deo: cũ dixit: bona bonis, &
mala malis dat Deus. Verum autem dixiſſet, ſi de
ueris bonis, & de ueris malis dixiſſet: ꝙ uera bo-
na, & uera mala non niſi bonis bona, & malis ma
Bb la. Propterea ergo de Deo mẽtita ẽ iniquitas. Sed,
& de ſe quoq; mẽtita eſt iniquitas. Quando men-
tita eſt iniqtas de ſe? Quãdo ſe bonitatẽ dixit, tũc
de ſe mẽtita eſt iniquitas: quia iniquitas bonitas
nõ eſt. Et ubi iniquitas bonitatẽ ſe dixit? Quãdo di
xit: quis ita uorabit, & deliciis affluet ut ego? Tũc
bonitatẽ ſe dixit: hoc.n. iniquitas dixit, quia dictũ
iniquitatis, & impuritatis eſt hoc, cõtra bonitatẽ,
& honeſtatẽ. Ergo iniquitas hoc dixit, & ĩ hoc bo
nitatẽ ſe dixit: quia hoc bonitas tantum eſſe dixit,
quod ſe facturam dixit: quia ſe bonitatem eſſe prę
ſumpſit. Dixit enim.

**Homini bono dedit Deus in conſpectu ſuo ſapientiam, & ſcientiam, & lætitiam.**

¶ Primũ dedit ſapientiam, & ſcientiã ut intelligat Cc
& ſciat q̃rere lætitiã in cõſpectu ſuo: quia eã fecit
Deus ut exultent in ea, qui placent ei. Quaſi uero
ſapientia nõ ſit, & multo maior ſapiẽtia illã triſti-
tiã, q̃ ſecũdũ Deũ eſt, q̃rere, & amplecti: q̃ ineptã
lætitiã: cũ econtrario dicat ſcriptura. Cor ſtulto- Eccl. 7.
rũ ubi lętitia, & cor ſapientiũ ubi triſtitia eſt. Ve- Dd
rũ quidẽ hoc eſt, ꝙ Deus lætitiã electis ſuis in cõ-
ſpectu ſuo præparauit: & ſapientiã, & ſcientiã in
corde eorũ poſuit: ut ſciãt, & intelligant q̃rere eã
ubi ipſa eſt. Sed hæc non eſt illa lætitia qua lætan Prou. 2.
tur, qui male faciunt: & qui exultant in rebus peſ-
ſimis. Non.n. eſt in cõſpectu eius illa lætitia, quia
de iis, qui eã amplectuntur, dixit ſcriptura. Pones Pſal. 20.
eos deorsũ, in reliquiis tuis ꝑparabis uultũ eorũ.
Ergo Deus hoĩ bono lętitiã dedit, ſed eã, q̃ in con
ſpectu ſuo eſt. De qua ſcriptũ eſt: iuſti epulentur, Pſal. 67.
& exultent in conſpectu Dei: delectentur in læti-
tia. Et iterũ. Viſita nos in ſalutari tuo, ad uidendũ Pſal. 105
in bonitate electorum tuorũ: ad lætandum in læti
tia gentis tuæ: ut lauderis cũ hęreditate tua. Et rur
ſum dicit. Adimplebis me lætitia cum uultu tuo: Pſal. 15.
delectationes in dextera tua uſque in finẽ. Hãc er
go lętitiam dedit Deus hoĩ bono in cõſpectu ſuo.

**Peccatori autem dedit afflictionem, & curam ſuperfluam.**

¶ Non malitiam inferendo, ſed ad malitiam de-
ſcendendo in occupationem peſſimam.

**Vt addat, & congreget, & tradat ei, qui placuit Deo.**

¶ Ideo tñ, quia ille per auaritiã diuitias congrega Ee
uit, & iſte in uſum miſericordię acceptas diſper-
ſit. Alioqnin nec qui congregauit, iure reprehen
ditur: nec qui poſſidet, commendatur. Nunc aũt
oĩa peruerſe dicuntur: cum dicitur: ꝙ qui deuo-
rat, & deliciis affluit, bonus eſt, & illi dedit Deus
ſapientiã, & ſcientiã, & lætitiam in conſpectu ſuo:
cum ſupradictum ſit, ſtultos eſſe, qui oculos habẽt
in finibus terræ, reſpicientes ad delectationes ter
renas, & uoluptati carnis ſeruiẽtes. Itaq; mentita
eſt iniquitas: q̃ dixit, uoluptatẽ ꝑmiũ eſſe iuſtitiæ:
fructũq; ſapientiæ in ipſa cõſiſtere: & corporales
delicias exiſtimauit felicitatis ſũmũ cõtinere. Sed
nõ diu in gloria falſum iudiciũ ſtare põt. Exit.n.
ueritas, & proſternit mendacium. Ait quippe.

**Sed, & hoc uanitas eſt, & caſſa ſollicitudo mentis.**

¶ Quid hoc? Non ſolum hoc ut peccator addat, &
congreget, & nõ poſſideat, uanitas eſt, & caſſa ſolli Ff
citudo: ſed hoc ẽt uanitas, & caſſa ſollicitudo eſt,
ut iuſtus diuitias peccatoris requirat, & concupi-
ſcat, aut ſi acceperit, cor apponat. Totũ ergo uani-
tas eſt, & caſſa ſollicitudo: ꝙ nec utenti, nec quæ-
renti diuitias, & uoluptates, & gaudiũ, & lætitiã,
quicquam ſub ſole permanere poteſt. Tranſeunt

enim

,, enim omnia,& fluunt : & non ſubſiſtit, quicquã ,, ſub ſole,ut impleatur ſententia. Vanitas uanitatũ, uanitas uanitatum,& omnia uanitas. Completur etenim in eo quoq; uanitas quod, & ipſum cor hominis in eodem ſtatu non permanet : ſed ſemper a ſe alterum, & ſibi aduerſum atque extra ſe peregrinum, ab eo ſemper,quod eſt, elongat in id,quod non eſt:& tranſit, & rapitur maxima uanitate: ſiue de uanis ad uera,ſiue de ueris ad uana: ubiq; uanum,& inſtabile : nunc ſumma appetẽs, nunc ſe in infima demergens. Illic approbans ueritatem: hic anteponens uanitatem. Et uidimus nunc fluctuationem iſtam maximam mentis humanæ in uno homine uniuerſum genus hominũ contemplantes:& mirabamur quomodo tam cito peſſunderur ſenſus mortalium,& poſt tam ſublimem contemplationem ueritatis,ire patiatur in aliena turpitudinis. Ex quo quidem non aliud datur intelligi,niſi ut cognoſcamus miſerabilem uanitatem noſtram: & in eo, quòd ad alta pertingimus, & potiora probamus; conſideremus qualis homo ex natura factus : ſit in eo uero, ꝙ tam miſera, & abiecta appetimus,intelligamus qualis homo ex culpa ſua ſit effectus: ut uel in hoc ueritatis participes eſſe incipiamus,quòd noſtram ueraciter uanitatem agnoſcimus.

*Quomodo omnia tempus ſuum habeant.*
*Homilia. XIII.*

A MVlti ſunt ſermones hominis:quia cor hominis unum non eſt. Niſi enim prius mens a fonte ueritatis introrſum ſe per multa deſideria ſpargeret:nequaquam ſermo foris per tã multas ſe aſſertiones deringeret. Nunc autem quia animus rector ab amore uirtutis per uaria deſideria in cõcupiſcentiam uanitatis ſcinditur:idcirco in approbatione eiuſdem uanitatis uario ei incõſtantique iudicio lingua foris per uerbum famulatur. Propterea ergo Salomon de uanitate diſputans, totiens in ſermone ſententiam mutat:ut uidelicet ſenſum in cogitatione per amorem uanitatis mutatum oſtendat. Cor namq; humanum quod in deſiderio ęternitatis fixum non eſt, nunquam ſtabile eſſe ualet:quoniam ęſtu deſideriorũ carnalium totiens a ſua ſtabilitate cõcutitur,quotiens ab iis quibus per amorem inhæserat,ad alia concupiſcenda mouetur. Quia enim in rerũ tranſeuntium uſu fructum æternitatis exquirit, & in iis,quę ſolum ad temporis cõſolationẽ facta ſunt, felicitatis gaudium inuenire ſe putat : ideo ſemper cum in rebus habitis,experientia docente, aut iocunditatem falſam,aut ueram miſeriam inuenerit: continuo ad alia ſe quaſi potiora quibus,uel dolorem ſuum alleuet,uel expleat iocunditatem, appetenda cõuertit. Hinc ergo ſẽper futura appe-
B tit,præſentia faſtidit:& fit miro quodam modo, ut q ſẽper in deſiderio futurorũ fallitur : uix aliqñ in experientia p̃ſentiũ oĩno decipiatur. Ipſe.n. ſibi teſtis eſt hõ:uera bona nõ eſſe hæc ipſa,q̃ diligit:q a dũ ſemper aĩo futuris inhiat,& nunq̃ ſe in iis,quibus fruitur,uere felicẽ agnoſcit:in hoc plane,& ipſe ꝓbat,ꝙ hæc oĩa licet poſſint a ſtultis cũ non habentur ꝑ ſumma felicitate,appeti,nunquã tñ cum habentur, poſſunt ad ſummã felicitatem poſſideri. Et tñ carnalis mens cõcupiſcentiæ ſuæ tenebris cæcata,plane uidere non põt,qd nec ipſa oĩno ignorare põt : ꝙ cum ſemper uanitatem uideat in experientia præſentium, nunq̃ tñ ſe cohibet ab appetitu futurorum. Experta improbat, experienda laudat: & quo immoderatius in deſiderio eorum,q̃ nondum habet, per concupiſcentiã effunditur: eo grauiore, in defectu eorũ, quæ iam habet,dolore uexatur. Hanc ergo fluctuatio- C
nem mentis humanæ hactenus nobis eccleſiaſtes in ſemetipſo expreſſit:cum in rerum approbatione,uel pro faſtidio pręſentium, uel pro futurorũ appetitu, mente mutata totiens iudiciũ uariauit. Putauit.n.in iis,quę ſub tempore uoluuntur, aliquid ſtabile inuenire, ubi animo requieſceret: & idcirco alia poſt alia quaſi experiendo probans, & omnia experta improbans, agnouit tandem nihil eſſe in omnibus, quod fruentibus ſe, aut perpetuo conſiſtere poſſit aut plenum iocunditatis fructum,dum pręſens eſt,exhibere. Idcirco nunc D
arguens ignorantiam ſuam,pro eo,quòd in rebus mutabilibus permanẽtem credidit lætitiam poſſidere: oſtendit,quòd ſicut oĩa nõ ſolũ proſpera, ſed aduerſa quoq; ſuo tempore bene utenti bona ſunt: ita iis,qui peruerſo amore temporalia ꝑ æternis diligunt,& in eis felices ſe poſſe fieri ſperant: nec ipſa proſpera ueram felicitatem conferre poſſunt. Male ergo fecit cum quædam ex iis ſibi quaſi potiora prę omnibus ad iocũditatem elegit: quia fortis animus,qui per temporalia ad ęternitatis ſtatum feſtinat: nõ ſolum proſpera huius mundi interim ad conſolationem expetit,ſed aduerſa quoq; cum tempus poſtulat,ad exercitationem uirtutis ſuæ libenter in uſum aſſumit. Et ideo omnibus experimento probatis mutabiliũ tandem cõditionem agnoſcit: & ꝙ nihil ex oibus quæ tranſeunt perpetuo ſtare poſſit,fatetur,dicẽs.

OMnia tempus habent, & ſuis ſpatiis tranſeunt uniuerſa ſub cœlo. Eccl. 3

¶ Quare ergo tu huius mundi, uel mala metuas, uel bona concupiſcas:cũ tranſeant uniuerſa ſub E
cęlo?Cum potius hoc ueritati concordet,ut in omnibus iis nec aliquid,ſiue in bono,ſiue in malo pro ſummo habeas: quia tranſeunt omnia. ,, Nec aliquid ſuo tẽpore abiiciendũ exiſtimes: quia iuſte ordinata ſunt uniuerſa. ,, Oĩa.n.tẽpus habent: & ſuis ſpatiis tranſeunt uniuerſa ſub cælo. Omnia tempus habent : ut nihil perpetuum ſemperque permanens inueniatur:ſed omne,quod eſt,aut aliud ſubſequatur,ut non ab initio ueniat:aut præcurrat aliud,ut uſq; ad finem ſe non extendat. Tẽ- F
pus etiã habẽt omnia certum, & determinatum, qñ incipiant,& quando finiantur: ſiue etiã q̃diu ſubſiſtant,& quando ſubſiſtant ſingula : ut nihil præter rationem ſit: & prudens animus ſic ſe, & tẽporibus,& tẽporalibus aptare ſtudeat:ut & ĩ iis quę tranſeunt quaſi permanentibus fiduciã ſuam

non conſtituat: & in iis, quæ bene ordinata ſunt
contra diſpoſitionem creatoris murmurare non
præſumat. In omni autem euentu ueris, & perma
nentibus bonis ſe conformans, ita rerum mutabi
lium uarietatem deſpiciat: ut licet unaquaque re
pro tempore utatur dum præſens eſt: nunquam
tamen in eius tranſitu animum a ſtatu ſuo decli-
nare permittat. Ille enim prudentiſſimus eſt, qui
ſic ſcit tranſeuntia in uſum uerteret: ut tamen non
norit in eorum defectu mentem a ſua ſtabilitate
inclinare. Omnia enim ſuo tempore bene uenti
bona ſunt, & tamen uniuerſa, quæ mutabilitati
ſubiacent: licet in miſeria qualencunque conſo-
lationem præbeant: fœlicitatem tamen conferre
non poſſunt. Nihil ergo ſuo tempore abiiciendũ:
& nihil non ſuo tempore eligendum: ſed ſic ani-
mus ad uſum temporis præparetur: ut tamen ad
„ mutabilitatem temporis non mutetur. Omnia tẽ
„ pus habent, & ſuis ſpatiis tranſeunt uniuerſa ſub
G cælo. Quare ergo eligatur ad omne tempus ali-
quid unum: cum omnia tempus habeant? Si enim
unum aliquid ex omnibus omne tempus habe-
ret, non omnia tempus haberent: quoniã ex duo
bus contrariis ſibique repugnantibus ſi tempus
eſſet ut alterum ſemper eſſet, tempus eſſet ut alte-
rum nunquam eſſet. Sicque hoc nullum tempus
haberet: cum illud cum quo idem tempus habe-
re non poſſet, omne tempus haberet. Nunc ergo
quia omnia tempus habent: nihil unum ex omni
bus omne tempus habet: ſed habet ſuum tempus
unumquodq;, quando ut ſit bonum eſt, & tem-
pus quando bonum eſt, ut non ſit. Quando ergo
tempus habet, bonum eſt, ut ſit: etiam ſi bonum
non eſt illud quod bonum eſt, ut ſit: & quando tẽ
pus non habet ut ſit, bonum eſt, ut non ſit: etiam
ſi bonum eſt, quod bonum eſt, ut non ſit. Cogno
H uit hoc Iob, & ſuſcepit bona laudans Deum in be
neficiis ſuis: & putauit hoſtis, quòd tempori ſub-
iaceret conſcientia ſancta. Tulit diuitias, & facul
tates: pignora interfecit, percuſſit carnem, oppro
briis, & iniuriis laceſſiuit, ut frangeret aduerſis
quem proſperis emollire non poterat. Ille autem
ſciens, quod omnia tempus habent: ſicut in bo-
nis per continentiam ſemetipſum cohibuit: ita in
malis quoque fortiter per patientiam aduerſa to-
lerauit. Vxor autem eius qua ſtulta fuit, & non
intellexit, quòd omnia tempus habeant, putauit
momentis temporum examinanda præmia meri
torum: & ideo percuſſum uidens, & derelictum
credens: fruſtra Deum coluiſſe increpuit: & qua
ſi pro benedictione ſua flagella meruiſſet, irriſit
dicens: Nunc benedic Deum, & morere. Cui ille
reſpondit. Quaſi una de ſtultis mulieribus locuta
es. Si bona ſuſcipimus de manu domini: mala qua
re non ſuſcipiemus? Omnia enim tempus habent
„ & ſuis ſpatiis tranſeunt uniuerſa ſub cælo. Si tem
„ I pus eſt, ut proſperis foueatur infirmus: tempus ẽ,
ut aduerſis quoque perfectus exerceatur. Si tem-
pus eſt, ut bona bonis, & mala malis propter ueri
tatem, & tempus eſt, ut mala bonis, & bona malis
propter probationem. Omnia tempus habent, &
ſuis ſpatiis tranſeunt uniuerſa ſub cælo. Quid cau

ſaris ſub tempore omnes de legibus temporum?
Temporis eſt ſubiacere mutabilitati, & pati uiciſ-
ſitudinem. Nam ſi hæc oĩa in tempore non fiunt,
qñ fieri habent? Extra tempora enim æternitas e-
rit, & mutabilitas non erit: & non erit ibi tunc,
omnia tempus habent: ſed omne quod erit, ſic e-
rit, ut pro tempore aliud, & aliud eſſe non poſſit:
ſed quod erit ſemper erit. Ergo quãdiu uiuis ſub
tempore, patere leges temporis. Patere uolens, ne
forte etſi nolueris, tamen patiaris. Patere leges tẽ
poris: ut tranſeas per tempus ad ſtatum æternita
tis. Non enim potes in tempore æternitatem in-
uenire, quia poſt tempora tunc demum uenit æ-
ternitas: & illi poſt tempora æternitatem inue-
niunt, qui in fluxu temporũ alternantiũ mẽte in
deſiderio æternitatis defixi, immutabiles conſi-
ſtunt. Omnia tempus habent, & ſuis ſpatiis tran-
ſeunt uniuerſa ſub cælo. Nam, & ipſum cælũ om „
nium temporum ſpatia metitur: & omnia, quæ „
ſub cælo ſunt tempore tranſeunt: & non trãſit ip K
ſum cælum a quo eſt tempus. Quaſi enim ex ipſo
cęlo tempus eſt, & in ipſo cælo tempus non eſt: &
cum omnia, quæ ſub cęlo ſunt, tempus accipiant
de cælo: in ipſo tamen cælo æternitas conſtat. Ma
gnum ſpectaculum ſapientiæ uiſibilis imago eſt,
ut ex uiſibilium contemplatione ad æmulationẽ
inuiſibilium prouocemur. Aſpice cælum. Quaſi
moueri uidetur, & mutari non uidetur. Sed mu-
tantur, quæ ſub cælo ſunt: & inde omnis motus
origo eſt, ubi mutabilitas nulla eſt. Ideo tranſeunt
uniuerſa ſub cęlo: quia in cælo cuncta conſiſtũt.
Et ipſa quę tranſeunt eſſe ſuum metiuntur ex ip-
ſis, quę ſubſiſtunt: quia non eſſet certa ſubſiſten- L
tia tranſeuntium, ſi ſubſiſtentium ſtatus non eſſet
perpetuus. Illa enim, quę uere ſunt, ſemper ſunt:
& ſemper ſunt, quod ſunt, & ſunt alia, quę uere
non ſunt, & ea quę uere ſunt, quodammodo ęmu
lantur, ut ſint aliquid in eo, quod ſunt: & cũ eſſe
cœperint id qđ ſunt, tranſeunt in id qđ non ſunt:
& nõ uere hoc ſunt, quod ſunt, quia deſinũt hoc
eſſe, & iam non ſunt, nec uere hoc ſunt, quod eſſe
incipiunt: quia incipiunt tñ hoc eſſe, & nõdum
ſunt. Ita ſunt iſta in uero eſſe errantia: & participa
re uidentur, in ipſo tranſitu in quo currunt: eſſe
quod non capiunt nec comprehendunt, licet at-
tingere uideantur, ne omnino nihil ſint. Apparẽt
enim ibi, & cum quæruntur non ſunt, quia abie-
runt in nihilum unde uenerant: & non erant ex
eo ubi erant. Ipſum.n. in quo erant ſolum uere e-
rat: & totum quod erat ipſum erat, nec aliunde
acceperat, quod erat: & in ipſo admiſſa ſunt hæc
omnia, ut ex eo, qđ ipſum uere erat, eſſent, & hæc
aliquid. Quantum ergo participant uerum eſſe, tã
tum ſunt omnia hæc, quæ non habent in ſeipſis
uerum eſſe: quibus hoc totũ eſt eſſe, ꝙ ſunt ipſum
quod habet uerũ eſſe. Et cũ in ſe unũ ſit, in ipſis tñ
ꝓ capacitate participãtiũ aliud uidetur eſſe, cum
ſint ipſa alia ĩ eo, qđ nõ eſt aliud. Habẽt ergo ſin-
gula ſecundũ participationẽ eius, quod ſemp eſt,
ſpatia ſubſiſtẽdi, alia maiora, & alia minora: prout
ſunt in eo, qđ nec maius nec minus eſt, ſed idẽ ſẽ
per ipſum eſt. Ideo diuiditur, & cõmenſuratur ex

eo

eo unicuique ſpatium ſuum,& tempus ſuum: alii
breue,alii longum: & ſunt dies, & menſes, & an-
ni,& luſtra,& ſecula, & horæ breues,& momen-
ta,& inſtantia:& omnia hæc tempus ſunt in ipſis
quę tranſeunt, & uere non ſunt : & in ipſo a quo
ſunt quod ſunt, unum ſunt : & inueniuntur illic
non tempus,ſed æternitas. Omnia tempus habẽt,
M & ſuis ſpatiis tranſeunt uniuerſa ſub cælo. Ex om
nibus enim, quæ ſub cælo ſunt,nihil ęternum eſt:
ſed omnia tẽpori ſubiacent,& mutabilitati. Om-
nia enim initium aliquando habuerunt,aliquan-
do habitura finem: & inter initium,& finem ſpa-
tium eſt ipſum temporis,quod tempus eſt illi qđ
principium habet,& finem: & ipſum æternitas il
li,quod nec principium habet nec finem. Ipſum
enim quod cœpit,antequam inciperet,non fuit :
& cum deſiit eſſe,iam non fuit : & tunc illi nihil
fuit,quia illud nihil fuit: & tamen fuit etiam tũc
quod ſemper fuit: & idem ipſum poſtea fuit cũ
hoc fuit:& hoc quod cœpit, in illo cępit:& quod
fuit,in illo fuit,quamdiu fuit: & cum fuit hoc,qđ
non ſemper fuit,fuit, & illud quod ſemper fuit,
quia hoc in illo fuit: & quod iſti tempus fuit, qa
non ſemper fuit: fuit illi æternitas, quia ſemper
N fuit. Ita ex eternitate omnia tempus habent, &
ſuis ſpatiis tranſeunt uniuerſa ſub cælo. Tempus
habent quando incipiant:& quando finiantur tẽ
pus habent. Spatia habent quamdiu ſubſiſtere ha
bent. hoc enim ſpatium mora eſt ſubſiſtendi in-
ter principium,& finem: & ipſa ſpatia multorũ
ſimilia,multorum diſſimilia ſunt : omnia tamen
æquo iudicio compenſata. Et cum mora ſit iis, q
in lætitia, & gaudio uiuunt, & in bonis ducunt
dies ſuos,felicitas magna uidetur:& cum iis, qui
in ęrumnis ſunt,& aduerſis fatigantur, ſpatia lõ-
ga procurrunt, magna miſeria, & infelicitas ma-
gna exiſtimatur: & neſcit tamen homo ſortem
ſuam neq; iudicium Dei ſuper ſe ſcrutari poteſt.
Nam,& ipſa tẽpora longa finem habent : & cum
finẽ acceperint,ipſa iam nõ ſunt,q̃ bona uideban
tur : ſimiliter, & quæ mala putabantur,iam non
ſunt. Et ſuccedunt ſæpe bonis tranſeuntibus ma-
la manſura: & malis tranſeuntibus poſt finẽ, bo-
na quæ non habent finem: & tunc bona præteri-
ta prodeſſe nil poſſunt in multitudine malorum:
& mala pręterita in abundantia bonorum nihil
O obeſſe feliciter conſummatis. Nõ ergo glorietur
homo pro tẽpore ſuo,ante tempus:neq; temporũ
aduerſis frangatur , qui in tribulatione eſt : quia
tranſeunt omnia, donec ueniat tempus , quando
remetientur in æternitate quicquid in temporum
ſpatiis tractũ eſt,ſiue maius,ſiue minus. Tunc lon
ga ſpatia temporum non placebunt impiis,tranſa
cta felicitate tẽporum, & permanentibus culpis,
quæ per tempora contraxerunt,cum ęterna uide
rint ſupplicia pro temporalibus commiſſis. Iuſtis
autem tunc tempora ſua longa etiam modica ui
debuntur,cum merita temporalia uiderint præ-
miis æternis compenſari. Ante hoc tempus quic
quid in tempore agitur,occultum eſt,ſiue longũ,
ſiue breue ſit ut homo Dei iudicium ſcrutari nõ
audeat,ſed paratus ſit ad omne tempus, ſiue bo-
num,ſiue malum ſit,ut per bona, & mala proba-
batus tranſeat ad bona glorificandus . Et ſi inter
longa ſint ſpatia temporis: non præſumat in bo-
nis,nõ corruat in malis: quia ſpatiis ſuis tranſeũt
uniuerſa ſub cælo: ut tranſeunte tempore ſub cę-
lo ſuccedat æternitas,quæ eſt in cælo.

## Tempus naſcendi, & tempus moriendi.

¶ Nunc exemplis ſuccedentibus proſequitur, qđ P
generaliter præmiſerat, dicens: Omnia tempus
habent. Et enumerat hic,& bona,& mala: & poſt
bona mala,& item poſt mala,bona: nuſquam ſo-
la mala,uel ſola bona. hoc enim tempore uitæ hu
ius,non eſt habere bona,ſine malis,nec mala,ſine
bonis: quia mixta ſunt omnia,quamdiu tempus
eſt,ut omnia habeant tempus.

## Tempus naſcendi, & tempus moriendi: tempus plantandi, & tempus euellendi: tempus occidendi,& tempus ſanandi: tẽpus deſtruendi,& tempus ædificandi.

¶ Primum bona,& mala: tempus naſcendi, & tẽ-
pus moriendi. Poſtea mala,& bona,tempus occi-
dendi: & tempus ſanandi. Non ſola bona nec ſo-
la mala: ſed & bona,& mala. Nec ſolum poſt bo-
na mala: ſed etiam poſt mala bona : prius tamen
poſt bona mala,& deinde poſt mala bona ſubſe-
quuntur. Duæ quippe uitæ ſunt, una ſecundum
carnem, altera ſecundum ſpiritum. Et ſcimus te- Q
ſtante apoſtolo : quia non prius quod ſpirituale
eſt,ſed quod carnale eſt,prius eſt . Ergo duę uitæ 1.Co.15
ſunt: Prima carnalis, Secunda ſpiritualis. Et habet
utraque uita bona ſua,& mala ſua: quia uniuerſæ
uiæ domini miſericordia,& ueritas: quoniam ip-
ſe ſaluat homines,& iumenta: aperit manum ſuã, Pſal. 24.
& implet omne animal benedictione. Propoſuit Pſal. 35
enim omni homini,& bona,& mala. Bona qui- Pſa. 144.
dem,quibus per miſericordiam foueat: mala,qui
bus per iuſtitiam culpas examinando addicat. Et
habet omnis uita,bona ſua,& mala ſua: ut omnia
tempus habeant, & ſuis ſpatiis tranſeant uniuer-
ſa ſub cælo. utrunque datur, & utrunque propo-
nitur: alterum ex iuſtitia, alterũ ex miſericordia.
Vniuerſæ uiæ domini miſericordia,& ueritas. Mi
ſericordia,& ueritas obuiauerunt ſibi: iuſtitia, & Pſal.24
pax obſculatę ſunt. Si ſola mala, non eſſet miſeri- Pſal.84
cordia Si ſola bona,non eſſet iuſtitia. Igitur,& bo
na,& mala proponit Deus: & poteſtatem electio R
nis homini relinquit,utra prius accipiat. Nã utra
que guſtare oportet: ſed utra prius,in ipſo eſt. Car
nalis autem quaſi ad hæreditatem feſtinans,& de
clinans iudicium,ut careat benedictione in no-
uiſſimo; prius bona eligit : & dat illi Deus bona
temporalia,quæ finem habeãt, ut illis ſuccedant
mala manſura ſine fine. Spiritualis uerò prius pro
batur aduerſis,ut ad proſpera perducatur, & ha-
beat ipſe quoq; mala ſua,& bona ſua: ſed mala in
tẽpore,bona in æternitate. Ita omnis uita alterna
ſorte ducitur in conſummationẽ: altera de bonis
ad mala,altera de malis ad bona. Et oĩa tempus ha
bent ut ſint: et tranſeunt ut non ſint, ſuis ſpatiis
procurrentia ad finẽ,quamdiu ſint. Trãſeunt bo-

na in malis, & mala in bonis: & dum tranſeunt
aliquando moram faciunt,& habent ſpatia quæ-
dam ſingula prout ordinantur, donec finem ac-
S cipiant. Propterea enumerat quædam alternan-
tium in mundo: ut omnium mutabilium fluctua
tionem oſtendat. Et primo ponit bona, & mala,
quaſi uitæ carnalis ſtatum deſcribens. deinde ma
la,& bona, ſpiritualis uitæ exprimens conditio-
nem. Poſt alternat, & mutat bona,& mala:& ma
la,& bona,ut alteram quandam confuſionem o-
ſtendat,quia nec malis uſque in finem bona: nec
bonis uſque in finem mala. Sed, & ante finem
nunc bona, & mala: nunc autem mala, & bona
ſubſequuntur. Omnis tamen uariatio hæc diſtri
butionis principium habet a bono in malum:
cum dicitur. Tempus naſcendi, & tempus morië
di. Et finem a malo in bonum: cum dicitur tem
pus belli,& tempus pacis. Quia prima uita pri-
mum bonum, & ultimum malum. Secunda uita
primum malum, & ultimum bonum habet: in
medio utriuſque malis, & bonis incerta ſorte flu
T ctuantibus. In his autem omnibus quæ enume-
rantur pro exemplo uniuerſorum quædam ſunt
ſumpta de ipſa uita humana, quædam de iis, quæ
pertinent ad uitam humanam: ut totum muta-
bile oſtendatur, quod hominis eſt: qui fortaſſis to
tus in corruptionem non iret, ſi uel in ſe, uel in
ſuis ſaltem aliquatenus ſtare potuiſſet. Tempus
,, naſcendi, & tempus moriendi. hoc eſt de uita
,, humana: tempus plantandi, & tempus euellen-
,, di, quod plantatum eſt: hoc eſt de iis, quæ perti
,, nent ad uitam humanam. Opus enim hominis ſi
mul cum homine interibit: quia ſicut in homine
quod naſcitur, naſcitur ut moriatur: ita quod
plantatur ab homine, plantatur ut euellatur. Nõ
enim in uoluntate hominis tempus eſt omni rei
ſub cælo: ſed in arbitrio conditoris. Quoniam
omni rei ſub cælo tempus eſt cum uult Deus, etiã
ſi homo cum tempus eſt, nõ uult, quod uult De⁹.
V Propterea, quæ facit Deus, facit ſemper cum tem-
pus eſt: quæ uero facit homo, non ſemper cum tẽ
pus, eſt facit: cum uel ignorantia, quod rectum eſt,
neſcit, uel uoluntate praua appetit, quod eſt inor
dinatum. Ideo omnis rei tempus ſubeſt uolunta-
ti creatoris, quando tempus eſt ut fiat, quod faciẽ
dum eſt in tempore: & omne quod fit in tempo-
re, ſi eius uoluntati non concordat, tempus erat
cum fieret: ſed non erat tempus cum fieri debuiſ
ſet. Propterea ſola opera hominum tempora ſua
non ſeruãt, etiam cum fiunt in tempore: quia in
ea parte ſolus homo tempus ſtatutum non ſequi-
tur, ubi arbitrii libertate abutens ſe ſub condito-
X ris uoluntate non moderatur. Aliud eſt ergo tem
pus, quod unicuiq; rei per diſpoſitionem condi-
toris tribuitur: aliud quod præſumptione huma
na contra diſpoſitionem conditoris uſurpatur.
In illo tempore homo cum cæteris legẽ patitur:
hic uero ſolus præ cæteris legem præuaricatur. Et
idcirco illic recte cum eo agitur, etiam in eo, qđ
ipſe non uult; hic uerò ſæpe contra rectum agit,
non agendo niſi quod ipſe uult. Tempus naſcen
,, di,& tempus moriẽdi, Nemo cum uult naſcitur,

etiam ſi quando uult aliquis moriatur. Et tamen
multi cum moriuntur, uoluntate non moriun-
tur, quando tempus eſt: & multi qui neceſſitate
naſcuntur, naſcuntur qñ tempus eſt. Etiam ii, qui
ante tempus naſcuntur, naſcuntur qñ tempus
eſt: & qui poſt tempus naſcuntur, naſcuntur quã
do tempus eſt: quia tempus naſcendi confert ne-
ceſſitas, tempus moriendi aliquando eligit praua
uoluntas. Ideo nemo cum naſcitur, offendit in tẽ-
pore: & multi offendunt in tẽpore cum moriũn-
tur. Nam etſi natura aliquando præterit, uolun-
tas tamen non offendit: quia pro culpa patienti
non ponitur, quod non ipſius circa ſe uoluntas,
ſed diſpoſitio deſuper iuſta moderatur. Tunc er-
go tempus eſt omni rei quando iuſtum eſt ut fiat
quod faciendum eſt, quicquid illud fuerit: uel a
Deo ſine homine, uel ab homine cum Deo. Nam
ſine Deo ab homine ut aliquid fiat, ita tẽpus nul-
lum eſt, ſicut iuſtum nihil fieri ſine Deo ab homi
ne poteſt. Tempus naſcendi,& tempus moriẽdi.
Tempus plantandi,& tẽpus euellendi. Poſſumus
hic ſummam quandam atq; uniuerſalem muta- Y
bilitatis omnium comprehenſionẽ attendere: ut
ſicut in principio de tota operis ſerie diſtinxim⁹,
ita hic quoque primo illam cui omnia ſubiecta
ſunt, mutabilitatem exprimat: ac deinde eam in
qua humanæ actiones fluctuant, latius proſequẽ-
do immaniorem cunctis pluſq; metuendam o-
ſtendat. Nam prima iſta quatuor quæ poſita ſunt
ad illam ſpecialiter mutabilitatem, quæ ineſt re-
bus omnibus ortum,& occaſum habentibus, ſpe
ctare uidentur: cætera omnia ad eam proprie, q̃
in actionibus humanis uerſatur, pertinere. Quod
enim omnia orta occidunt:& aucta ſeneſcunt, ꝓ
pter ea quæ uiuunt,& ſentiunt dictum eſt: tẽpus
naſcendi,& tempus moriendi: propter ea quæ ui
uunt,& non ſentiunt, tempus plantandi, & tem-
pus euellendi: uel pro iis, quæ naturalem habẽt
ortum, primum tempus naſcendi,& tempus mo-
riendi poſuit: ac deinde pro iis, quæ ſtudio,& in-
duſtria ad uiuificationem aptantur, tempus plan
tandi,& tempus euellendi ſubiunxit. Hæc eſt er-
go illa magna uanitas, uanitas uanitatum: cui pa- Z
rum eſt, ut mutabilia ſint omnia, niſi adhuc in cõ
traria rapiantur, dum tranſeunt uniuerſa. Quantũ
eſt enim elongare, & peregrinari a proprio eſſe,
& ire ac pergere in contrarium eſſe, ubi non poſ-
ſis omnino eſſe, quod eſſe icipias, niſi id quod es,
prorſus eſſe deſieris? Illic ergo durus tranſitus eſt,
ubi nulla ratione ſubſiſtere poteſt, quod ſequi-
tur: niſi prius id quod præcedit, totum perima-
tur. Et quid putas cum de bonis ad mala itur, cũ
bona in mala contraria commutantur, qualis eſt
mutatio illa, maxime illic ubi recurſus nullus eſt,
neque reditus ullus ſperari poteſt? Nam,& mala
aliquando in bona commutantur, & rurſum bo-
na in mala: & ſæpe fit hoc ut alternatim ſibi ſuc-
cedant utraque. Nec graue omnino illud eſt, q̃
mutuo temperantur, ut nec magna ſint mala, qui
bus bona ſuccedunt: neq; bona optima, quæ ma-
lis ſubſequentibus terminantur: & totũ hoc ſuſti
neri poteſt,& cõparationem habet quodcũq; cũ

acci-

acciderit ne nimium exiſtimetur: unum eſt, qđ cum euenerit, quis poterit ſuſtinere?

**Tempus tacendi, & tempus loquendi. Tempus congregandi, & tempus perdē di. Tempus lugendi & tempus ridendi.**

A ¶Omnia hæc portabilia ſunt: & cum euenerit homini unum aliquod horum: tranſit illud & uenit aliud: & hoc quoque dum ſteterit tempore ſuo tranſit, & redit aliud quod tranſierat: & hoc uſquequaque fit item & item quandiu uiuitur: & nunquàm permanet unum aliquid ut ſolum ſit ſemper.

**Tempus naſcendi & tempus moriendi.**

B ¶Hęc horum ſimilia non ſunt: neque recurſum habent cum ſemel euenerit. Vna eſt enim mors & una natiuitas: & ſicut poſt unam natiuitatem una mors, ita ante unam mortem non niſi una natiuitas. Et nemo moritur qui prius natus non fuerit: nec cum ſemel mortuus fuerit, deinde naſci poteſt aliquis. Principium uitæ natiuitas eſt, mors finis, & de natiuitate ad mortem itur: ſed poſt mortem ad natiuitatem reditus non patet. A natiuitate .n. incipit tempus hoīs: & morte finitur. Et propterea iſta diſſimiliter omnibus tempus habent: aliud, ut in eo tempus primum ſit, & ipſum amplius non ſit: aliud, ut in eo tempus amplius nō ſit, & illud ſemper ſit. Hoc ergo grauius cunctis eſt, quod ita tempus habet, ut ipſum ſit ſine tempore: quia poſt eius tempus non erit tempus, quo poſſit denuo reparari quod abſtulit & conſumpſit eius tempus. Propterea melius uidetur tempus naſcendi quàm tempus moriendi: qa in tempore naſcendi uita datur, in tempore autē moriendi tollitur uita. Et tamen qui naſcuntur, moriuntur, & qui moriuntur, naſcuntur: quoniā qui ad mortem naſcuntur, ex eo mori incipiunt, ex quo ſub mortalitatis defectu uiuere incipiūt: & qui ad uitam moriuntur, ex eo uiuere ueraciter incipiunt, ex quo poſt mortem iā mortales eſſe deſierunt.
C Quo circa bona mors optanda magis eſt quàm mala uita, quia bona morte ad bonā uitam pergitur, mala uita ad mortem malam peruenitur. Propterea omnia tempus habēt, & nihil ſuo tempore abijciendum: quoniam & tempus naſcendi eſt, ut prima uita incipiat, quæ per iuſtitiam exercetur in tempore: & tempus moriendi, ut ſecunda uita ſuccedat: quæ præmio iuſtitiæ perfruitur in æternitate. Poſtea adiungit quod ſequitur.

**Tempus plantandi: & tempus euellendi quod plantatum eſt.**

D ¶Hoc ergo ſecundum de opere eſt artificis, cum natura. Nam primum opus ſolius naturæ erat: & ipſum tranſitorium erat. Nunc autem opus artificis cum natura ſimul ſubiungitur: & ipſum quoque tranſitorium eſſe demonſtratur, ut nihil maneat ſub ſole: & lętitia quæ de natiuitate uel plā tatione ſuboritur, mortis & eradicationis memoria temperetur. Deinde ſequuntur opera ſolius artificis ſine opere naturæ: & ipſa plurima enumerantur, & omnia tranſitoria eſſe demonſtrantur: ut in gradibus ſuis uanitas excreſcat: & tamen uniuerſa hęc ſicut mutabilitate uana ſunt: ita tempore congrua fiunt: ut in his omnibus homo, & ſi ſtatum æternitatis tenere non poteſt, ſeruare tamen ſtudeat ordinem rationis.

**Tempus occidendi & tempus ſanandi: tempus deſtruendi & tempus ædificandi: tempus flendi & tempus ridendi: tempus lugendi & tempus ſaltandi.**

¶Et multa alia quæ enumerantur: & alia multa quæ enumerari non poſſunt. Et in his omnibus E
uita humana uiciſſitudinem patitur, & ſubiacet mutabilitati. Tranſeunt enim iſta omnia ſuper eam, & incurrunt uiciſſim alia poſt alia: & ſubſequuntur quæ præceſſerant, & rurſum quę ſequuta fuerant, præcedunt: & ſine intermiſſione hoc agitur in undis magnarum fluctuationum. Venit poſt fletum riſus: & poſt riſum ſuccedit fletus: & cum dolori gaudium ſucceſſerit, iterum gaudia in dolorem commutantur. Et omnia hęc tempus habent: cum uoluntas hominis ſe per iuſtitiam pro tempore diuinæ uoluntati, uel ad hæc agenda ſponte conformat, uel ad patienda ſupponit. Tempus enim habent omnia, quando ea homo uel agit ſecundum Deum, uel patitur pro Deo: qa ſecundum Deum ambulantem omnia in tempore ſuo ſi proſpera eueniant, fouent: ſi contingant aduerſa, exercent. Ideo omnia tempus habent q̄ F
homo iuſte facere poteſt uel iuſte pati. Quod autem ſine iniuſtitia fieri non poteſt, non habet tēpus unquam ut fiat: quia ad malum faciendū homo nullum tempus accepit: cui propter hoc ſolum tempus ſuum datum eſt, ut uel corrigat mala quę fecit, uel bona ſuppleat quæ nondum fecit. Propterea peccata tempus non habent: & omnia tempus habent, quia in tempore ſuo oīa bene fieri habent. & bona ſunt cum bene fiunt omnia: & ex omnibus non ſunt peccata, quæ bene fieri habent nec ſunt bona peccata, tametſi bonum eſt ut ſint ipſa peccata. Ideo tempus non habent peccata, & permittuntur in tempore fieri peccata: & non iuſte fiunt quando fiunt, & iuſte fieri permittuntur quādo fiunt: & cum facta fuerint, iuſte ordinantur: & fit tempus ut fieri permittantur, & non fit tempus ut fiant: quia non bene fiunt & bene permittuntur, ut iuſte ordinētur. Tempus plantandi, tempus lugendi, tempus ſaltandi, tempus acquirendi. Vbi eſt tempus luxuriandi, & tempus inebriandi? Sed illa bene fieri poſſunt in tempore ſuo: ideo ipſa tempus hēnt. Iſta tempus non habent, quia nunquam bene fieri habent. Sed forte contrarium uideatur quod G
poſitum eſt: tempus occidendi, Tempus belli, Tēpus odij. Sed hæc omnia bene fieri poſſunt: & iō tempus habent cum iuſte fieri habent. Nam eſt & gladius iuſtitię, quo reges & principes criminoſos puniunt pro zelo æquitatis: & interficiunt homines dānatos pro ſceleribus ſuis, ſecundum præcepta legis diuinæ accepta poteſtate in hoc ip

ſo

ſo Deo ſeruientes. Et hi pro defenſione patrię, &
pace eccleſiarum, bella gerunt, & expugnant ini-
H micos pacis, ne opprimant innocētes. Eſt & odiū
ſanctum quo crimina odiuntur, non homines:
& ipſum aliquando pro terrore ſalubri ſeuerita-
tem diſtrictam exterius corrigendis uitiis irro-
gat: & intus dulcedinem dilectionis qua ſalutem
hominum ſitit, inuiolatam conſeruat. Propterea
tempus eſt odij & tempus belli: & omnia tēpus
habent quando iuſte fieri habent. Profiteri licet
mihi quòd & in principio: quòd ad alta & ſubli-
mia iſta ſenſu minor ſum ut narrem quod opor-
teat, quia quod non oportet & non cōuenit, hoc
ſatis eſt declinaſſe ſi datur. Multa enim ſunt in ꝓ
fundo ſapientiæ ſecreta abſcondita: & non ualet
homo ſcrutari arcana eius: & uerba ſapientiæ ad
ſenſum omnem excellentia ſpargunt de iis quæ
latent, lumen aliquod & ipſum modicum eſt ad
totum. Propterea laborat homo cum uidet illud,
& exiſtimat ingredi ut contempletur: & non ua-
let niſi fuerit cum ipſo ſapientia, & oſtendat illi
intus ſecreta uiarum ſuarum in parte qua gratio
ſus factus eſt ad eam. Et cum hauſerit multū, hoc
multum illi eſt, & exiguum eſt ipſum ad plenitu-
I dinem redūdantem. Ideo multa diximus, de flu-
ctibus rerum & de agitatione contraria eorum
quę ſub cælo ſunt; & parum eſt adhuc torū hoc
ad totum; & erunt fortaſſis qui nos profuſiores
exiſtimaturi ſunt in loquendo: quia non atten-
dunt multitudinem dicendorum, & eorum quæ
dicta ſunt, profunditatem. Nos breuiter hoc pro-
locuti ſumus ut nouam iterum reportemus ad
principium futuræ narrationis dictionem, & ani
mos habeamus a lectores.

***Reliquorum quæ tempus ſuum habent declaratio & dictorum repetitio. Hom. XIIII.***

OMnia tempus habent: & ſuis
ſpatiis tranſeunt uniuerſa ſub
cælo.

¶ Quæſierat ſupra eccleſiaſtes unū
K aliquid in mundo in quo animo requieſcere po-
tuiſſet: Et non inuenit illud inter omnia, ſiue qa
imperfecta erant ſingula, ſiue quia tranſitoria
erant uniuerſa. Propterea cæpit faſtidire, & re-
probare omnia: & tamen quærere non deſiit ſem
per in his gaudium plenum: & inuenire non po-
tuit. Tandem ergo aliquando mutabilium condi
tionem agnoſcens: uidit ſe in utroque erraſſe,
ſiue quòd ea quæ in genere ſuo bona erant, mala
eſſe arguit: ſiue ꝙ ea quę tranſitoria erant, perpe
tuo ſtare poſſe putauit. Nunc itaque corrigens ſe
metipſum pro exiſtimatione præterita, profite-
tur omnia quę ſub cælo ſunt ſimul & tempore
tranſeuntia & tempore ſuo bona. Quorum om-
nium mutabilitas & fluctuatio quanta ſit, ut me-
lius intelligi poſſit, uniuerſa hæc non ſolum tran
ſire tempore, ſed tempore quoque in contraria
,, in contraria ire oſtendit dicens: Omnia tempus
,, habent: & ſuis ſpatiis tranſeunt uniuerſa ſub cæ-
lo. Et enumerat deinde uniuerſa in genere ſuo:
diſtinguens, Tempus naſcendi & tempus & ,,
moriendi. Primum ſecundum principium & ,,
finem deſcribit curſum rerum mutabilium,
ut poſtea eorum quæ in medio uerſantur, mu-
tabilitatem, & uiciſſitudinem diligentius pro
ſequatur. Sane quatuor ſunt opera, qbus omnia L
temporalia, & omnia tempore tranſeuntia expli
cantur: Primum eſt opus Dei, Secundum eſt opus
naturę, Tertium eſt opus artificis cum natura.
Quartum eſt opus ſolius artificis ſine natura.
Opus Dei eſt eſſentiam rerum de nihilo creare:
materiam rerum in formam diſponere, motum
autem rerum ſub certo ordine temperare. Pro-
pterea tria hęc ad opus Dei pertinent, ideſt eſſen
tia rerum, forma & ordo. Hæc autem tria, ſicut
poſtea author ipſe atteſtatur de operibus Dei, ſta
bilia ſunt, nec temporis capiunt mutabilitatem:
quia & rerum eſſentię hoc quod ſunt nunquàm
eſſe deſinunt: & rerum formę ſecundum primá
conditoris ſui inſtitutionem ſuis generibus per-
petuam identitatem cuſtodiunt: & motus rerum
primi ordinis legem nūquam tranſcendunt. Ne-
que enim uel eſſentię rerum nihil eſſe, uel formę
rerum aliter eſſe, uel ordo rerum diſpoſitioque
ab initio, aliter ſe habere potuerunt: ſed ſeruant
omnia primæ legis normam: & antiquæ inſtitu-
nis pactum, nunquam ſecus currentia adhuc cun
cta cuſtodiunt. Propterea ergo permaneant ope-
ra Dei, quia ſtabile eſt in rebus omnibus quod
Deus fecit, ut maneat ſemper. Opus itaque Dei
eſt creare, formare, diſponere, uniuerſa. Opus na-
turę eſt ſemina rerum de occulto ſinu per incre-
mentum producere, eademque rurſum marce- M
ſcentia cum concidunt per defectum ad occultū
ſinum, unde prodierant, reuocare. Opus artificis
cum natura eſt ea quæ oriuntur de terra, ſtudio,
& induſtria adiuuare. Opus ſolius artificis eſt: in
ſubiecta rerum materia operari uel diſiuncta cō-
ponendo, uel coniuncta ſeparando: ita ut nec
creare cū Deo poſſit, ut ſit qđ non erat: nec cū na
tura fœtib. rerum incrementum tribuere, ut ma-
ius ſit quod minus erat. Tres itaque opifices ſunt N
in hoc mundo, Deus, natura, & artifex imitans na
turam. Sed hi tres ualde diſpari potētia id quod
ad effectum producunt, efficiunt. Nam Deus in
opere ſuo, nec naturæ opera indiget, nec opificis
imitantis naturam. Operatur enim Deus aliquan
do ſine natura, aliquando in natura, aliquando
ſupra naturam. Nam ſiue natura primum fecit ip
ſam naturam. Quando enim naturam fecit, coo-
perantem naturam non habuit. Nō enim potuit
quod nondum erat, ſemetipſum operari cum eo
qui ſolus erat. Sic ergo primū naturam fecit ſine
natura: ut poſtea in natura, alia faceret cum natu
ra, alia ſupra naturam. Cum natura quippe facit O
ea quæ de natura ſecundum naturam producit.
Supra naturam facit, quando in natura, præter
naturæ curſum ſolitum & poſſe primum maiori
addita potentia aliquid ad effectum producit.
Quando ergo naturam operatur Deus, & quādo
ſupra naturam operatur, natura Deo non coope
ratur:

raturꝫ quia illic tantùm natura accipit, quod non
erat ut ſit: hic uero accipit, quod non poterat ex
eo, quod acceperat, ut poſſit. Ergo ſine natura o-
perari poteſt Deus, natura, ſine Deo non poteſt:
quia quod natura facit, ex eo facit, quod Deus fa-
O cit, & cum eo, quod Deus facit. Poſſe enim natu-
ræ primum Deus fecit: & ut ad effectum prodeat,
rurſum ipſe facit cum ipſa natura quã facit. Om-
ne ergo, quod natura facit, Deus facit: ſed non om
ne, quod Deus facit, natura etiam facit: qui ſine
P natura naturam facit. Tertio loco ſequuntur ope
ra artificis imitantis naturam, & ipſe quidem ali
quando cum Deo operatur ſine natura, aliquan-
do cum natura ſine Deo: aliquando cum Deo ſi-
mul, & cum natura: aliquando ſine Deo pariter,
& ſine natura. Cum Deo operatur, quando opera
iuſtitiæ operatur: quia rectæ uoluntati, & ſecun-
dum iuſtitiam ordinatæ Deus cooperatur. Sine
Deo operatur, quando opera iniquitatis opera-
turꝫ quoniam peccata a Deo non ſunt, nec per e-
ius cooperationem fieri habet, quod fit contra e-
ius uoluntatem. Cum natura operatur artifex,
quando ſeminibus rerum ac fœtibus propagan-
dis, quibus natura incrementum ſubiicit, foris in
duſtriam, & ſtudium apponit. Sine natura opera-
tur, quando prçter ea, quç ad propagationem ſe-
minum ſpectant, & naſcentium atque eorum ꝙ
uegetationis ſenſuſque uim habent, culturam in
ſubiecta materia ſtudium explicat: ut aliquid qđ-
cunque ad effectum promoueat: in quo natura
patitur tantum, non operatur: quia materiam o-
peranti præbet, non effectum operandi exercet.
Talia ſunt omnia opera hominum, quæ fiunt ſu-
per terram: ex quibus multa mortalis uitç neceſ
ſitas cogit, multa ſuadet cupiditas, multa uanitas
operatur. Et in his omnibus, quia nihil ſtabile in-
uenitur, & tranſeunt uniuerſa, quæ fiunt ſub ſo-
le: quæ uel natura producit, uel fingit artifex imi
tans naturam: cuncta ſubiicit uanitati, ſapientiæ
contemplator, ſola opera Dei permanere probãs:
quoniam nec creata aliquando eſſentia conſumi
tur, nec diſpoſitionis aut ordinis rerum ratio im
mutatur. Propterea oſtendit primum naturæ ope
ra uanitati ſubiecta: ſiue in iis, quç natura ſola o-
peratur, quia orta occidunt: ſiue in iis, quæ cum
natura artifex facit, quia aucta ſeneſcunt. Poſtea
opera artificis imitantis naturam multa ac diuer
ſa enumerat: alia neceſſitatis: alia cupiditatis, a-
lia uanitatis, & omnia uanitati ſubiicit: quia mu
Q tabilitati obnoxia oſtendit. Opus ſolius naturæ
narratur cum dicitur. Tempus naſcendi, & tem-
pus moriendi. Deinde opus artificis cooperantis
naturæ ſubinfertur, cum dicitur. Tempus plantã
di, & tempus euellendi. Poſtremo opus hominis
ſine naturç opera adiungitur, cum ſubinfertur.
Tempus occidendi, & tempus ſanandi: tempus
deſtruendi, & tempus ædificandi. Et hoc deinde
pluribus adnumeratis multiplicius exponitur: ut
humani cordis uanitas, quam multis implicita ſit
& late diſperſa patẽnter demonſtretur. Hoc enim
ad rem maxime pertinuit, ut uanitatem mentiũ
humanarum, quæ uitæ mortalis incertum ſequi-
tur, quia illam arguendam ſuſcepit: & in narratio
ne diligentius exponeret, & in comparatione an-
teferret. Vt cæteræ omnes quaſi ob hoc ſolum cõ
memoratæ uideantur, ut illarum comparatione,
hæc quanta ſit, agnoſcatur. Tempus naſcendi, & "
tempus moriendi. Tempus naſcendi eſt, quando R
ducendus eſt homo in hanc uitam. Tempus mo-
riendi eſt, quando ab hac uita eſt euocandus. Inte
rim autem poſt natiuitatem ante mortem dum
in hac uita mortali uiuit, quæ ſuſtentamento indi
get, & alimentis nutritur, ut ſubſiſtat: Tempus eſt "
plantandi, & tempus euellendi: ut excolat homo "
terram de qua ſumptus eſt, & ſeminet, & metat,
& plantet, & carpat. Poſſunt autem, & hæc duo
ſequentia præcedentibus duobus per diſtinctio-
nem conferri, hoc modo. Tempus naſcendi, & tẽ
pus plantandi: tempus moriendi, & tempus euel
lendi. Naſcente enim homine tempus eſt plantan
di, ut fructibus terrenis alatur uita terrena. Moriẽ
te autem homine, tempus eſt euellendi: quia cũ
uita mortalis deſtruitur, etiam ea quæ propter ui S
tam mortalem condita fuerant, tolluntur. Quia
autem infirmitati humanæ poſt fructus tçrrç etiã
carnis uſus conceditur: idcirco poſt tempus plan
tandi, & tempus euellendi, congrue etiam tem- "
pus occidendi ſubinfertur. In quo eſu, quia men
ſura neceſſaria eſt, ne hoc caro ad incitamentum
uitiorum ſumat, quod ad ſuſtentamentum infir-
mitatis accepit: ſtatim poſt tempus occidendi ad- "
iungit tempus ſanandi: ut uidelicet ipſorum ani-
malium uitam, quç pro noſtra infirmitate ſuſten
tanda in tempore opportuno, ideſt cum neceſſi-
tas exigit, occidenda accepimus: cæteris tempori
bus diligenti cura nutrire ac conſeruare ſtudea-
mus. Hoc enim quaſi infirmantia ſanare eſt: in
quibus ſibi non ſufficiunt ſubueniendo, deficien
tia reparare. Vnde fortaſſe congrue cum dixiſſet
tempus occidendi, non addidit, tempus ſanandi,
quod occiſum eſt. Sicut prius poſtquam dixerat
tempus plantandi, ſtatim adiunxit, & tempus e-
uellendi, quod plantatum eſt. Quia ſcilicet plan-
tata euelli poſſunt, ſed occiſa ſanari non poſſunt.
Sic fortaſſe ſi literæ ſenſum, ſequimur, nihil ſpi-
rituali intelligentiæ (quæ poſtmodum ueſtigan-
da eſt) præiudicamus.

## Tempus deſtruendi, & tẽpus ædificandi.

¶ Quando homo deſtruere debeat, & quando ç- T
dificare, quiſpiam nequaquam, quçrendum eſſe
exiſtimet: quoniam hic ſolum hoc demonſtrari
putet, quòd homo, qui ſorte uaria euentibus tem
porum ſubiicitur, iſta diſſimiliter etiam nolens
patiatur. Nos autem ad faciliorem intelligẽtiam
hæc quæ dicta ſunt applicantes, dicere poſſumus:
quòd tempus occidendi ſit, cum Deus peccata ho
minum punire uolens, ad caſtigationem gladiũ
interfectionis adducit. Tempus uerò ſanandi, cũ
afflictos, & tribulationum plagis ſauciatos refouẽs,
ſolita miſeratione reſtituit. Et plane hoc magis
ueritati conſonum eſſe uideatur: ut hic tempora
rerum accipere debeamus, non quæ humanæ uo-
luntati ſeruiunt, ſed quæ diuinæ obtemperant

diſpo-

diſpoſitioni.Neque enim tempus eſt cuiuſq; rei,
cum homo uult,& Deus non uult. Quia & ho-
V mo ſæpe uult cum tempus non eſt: & cum uult
Deus,ſemper tempus eſt. Propterea omnia tem-
pora ad diuinam referuntur ordinationem: &
dicitur tunc tempus eſſe omnis rei, cum a Deo
iuſte diſponitur, ſiue ad caſtigationem & corre-
ptionem criminis, ſiue ad conſolationem infir-
mitatis. Tempus occidendi & tempus ſanandi.
Tempus deſtruendi:& tempus ędificandi.

## Tempus flendi & tempus ridendi: Tempus lugendi & tempus ſaltandi.

¶Prius ubique mala enumerantur,poſtea addun
tur bona:quia prius pro noſtris peccatis iuſtè af-
fligimur:poſtea Dei miſeratione benigne reſoue
mur. Et manifeſtum eſt,qualiter horum omnium
cotidie uiciſſitudinem uita humana patitur:quo
tiens occulta diſpenſatione Deus nos uel flagellis
erudit,uel donis conſolatur.Deinde ſequitur.

## Tempus ſpargēdi lapides & tempus colligendi.

¶Quid autem ſecundum litteram hoc ſibi ue-
lit,merito quæritur:cum tale aliquid ut inter hu
manas actiones tempus habere putetur, ocioſū
omnino atque incongruum uideatur. Niſi forte
ita intelligendū ſit:ut quia dicturus eſt in ſequen
tibus.Tempus belli & tempus pacis:conuenien-
ter hic pręmittat tempus ſpargendi lapides, & tē
pus colligendi: ut uidelicet tempore belli inſtan
te colligantur lapides ad extruendas munitiones
& mœnia murorum aduerſum obſidiones: Tem
pore uero pacis, quia nulla pericula bellorū im-
minent,aggeres munitionum diſpergantur:qua
tinus cunctis acceſſus ſine contradictione pate-
ſcant.Nec ſuperfluum uideri debet propterea ꝙ
ſupra dixerat:Tempus deſtruendi, & tēpus ædi-
ficandi,quaſi idem ſecundo repetitum ſit:quia il
lud de ędificijs domorum & habitaculis homi-
num conuenientius dictum accipitur: hoc uero
Y magis propriè ad munimenta murorum refer-
tur.Poteſt tamen alius ſenſus fortaſſis magis ido-
neus ſub his uerbis intelligi.Nam quia ſupra pręmiſerat,
Tempus occidendi & tēpus ſanandi: ne
forte putaretur ſolos malos,& eos qui pro pecca-
tis ſuis puniendi ſunt ad interſectionem exponi:
oſtendit nunc iuſtos etiam aliquando Deo per-
mittente in exemplum malorum & caſtigationē
cum impijs & peccatoribus & mortibus ſubdi,
& exilijs ac proſcriptionibus diſpergi: ſicut per
1.Pet.4. Petrum dicitur.Tempus eſt,ut incipiat iudicium
Z a domo Dei.Quòd autem lapidum nomine iuſti
Thre. 4. ſignificentur, per Hieremiā manifeſte oſtēditur,
cum dicit.Diſperſi ſunt lapides ſanctuarij in capi
Eſa. 54. te omnium platearum.Et Eſaias rurſum. Ponam
omnes muros tuos in lapides ſculptos, omnes
filios tuos doctos a domino. Ergo tēpus eſt ſpar-
gendi lapides,ut iuſti in hac uita ueram requiem
non eſſe ex ipſo ſui diſperſionis & concuſſionis
labore intelligant. Et rurſum tempus eſt lapides
colligendi:ut poſt attritionem exilij corporalis,
ne deficiant animo iterum pace reddita tempo-
rali beneficio ad æterna conualeſcant. Sic quod
occultum eſt difficile in unam aliquam partem
iudicari poteſt: quoniam idcirco ſermo diuinus
in quibuſdam locis ſe a nobis diſſimulat, ut ſe ēt
illic ubi manifeſtus putabatur, ſcrutatione di-
gnum oſtendat.

### *De tempore & tempori ſubiectis per aliam interpretationem. Homilia. XV.*

NOn nos igitur pigeat iterato parabo A
larum iſtarum duritiam attentare:
donec forſitam uſu ſermonis attri
to cortice uerbi eius interiora pate
ſcant. In temporibus enim ſumus,
& uoluitur nobiſcum ſermo noſter,donec ſtabi-
liamur in eo quod tempore non mutatur: hoc
autem eſt,ut humanas maxime actiones contem
plemur: quia in illis eſt,quod ingemiſcimus,to-
tum uanitatis.

## Tempus occidendi & tempus ſanandi.

¶Quæ fuerunt tempora occidendi: & tempora
ſanandi? Miſerabile principium humanarū actio
num,ab occiſione & interfectione. Sic incipere
debuit opus uitæ morti addictę, ut ſentētiam ſe
queretur authoris. Maledicta ſæuiens in necem
ſuam.Percurramus animo tempora præterita,&
uideamus bella & interfectiones ab initio facta,
uſque adhuc,gentium & gentium: & innumera
bilium populorum.Et ſuſtinuit Deus humanum
genus ſæuire ī uiſcera ſua:& in his omnibus ope-
ratus eſt iudicia ſua,furores hominum intorquēs
ad uindictam iuſtitiæ ſuæ:ut alij iuſte paterētur,
quod alij iniuſte uoluerunt. Et ſurrexerunt alij
& multos oppreſſerūt:& multi interficiebātur &
dānabātur: & multi interficiebātur & ſaluabātur:
& alii a morte interſectionis liberabantur, & ad
dānationē ſeruabantur & alij liberabantur,ne dā
narentur ſi interficerentur. In omnibus his iu-
ſtum iudicium compleuit ſuper eos:ut caſtigaret
& parceret ſecundum moderamē æquitatis: qua
diſponit uniuerſa Deus.Propterea tempus eſt oc
cidendi & tempus ſanandi: & alij faciunt quod B
uolunt,alij patiuntur, quod nolunt & ſedet deſu-
per arbiter iuſtus,faciens quod uult, & diſponēs
omnia ut timeatur.Tempus occidēdi & tempus
ſanandi:tempus deſtruendi & tempus ædificādi.
Quanta a principio ædificauerunt amatores hu-
ius ſeculi,& nomen ſuum in terra ſua uocauerūt,
ut famam haberent apud poſteros glorioſam. La
borauerunt enim labore graui in operibus ſuis,
ut ſtarent poſt ipſos monimenta iactantiæ illorū,
& inualuerūt uſque ad aliquid magna induſtrię
ſuæ ſigna poſteris relinquentes: & apparent ad-
huc ueſtigia quędam ruinarum in ipſis, præteri-
torum ſeculorum:& miramur ipſos quos nō ui-
demus,quòd talia potuerunt & magis ingemiſcī
mus ſuper eos:quia cum eſſent ipſi homines ad
æternitatem conditi,uana dilexerunt:& euanue-
runt, quia uani facti ſunt in ipſis.Perierunt enim

ipſi

ipſis & poſt ipſos opera eorum ceciderunt, & ſucceſſerunt alii: & fecerunt ipſi quoque opera magna, & abierunt poſthæc in nihilum: & deſtructa ſunt omnia, quæ fecerant pariter cum ipſis. Et iterum alii ſurrexerunt, & ædificauerunt, & non intellexerunt ubi eſſet prior generatio, & opera eius: ut uiderent uanitatem, quæ eſt ſub ſole. Et pmiſit eos Deus fruſtra laborare, ut ædificarent peritura: ut intelligat homo uanitatem ſuam, ut deſtruatur, quod ædificatum eſt, & iterum, quod deſtructum eſt, ædificetur: & non ſit ſtabile opus hominis ſuper terram. Ideo omnia tempus habent: ut erudiatur homo de uanitate ſua, & de incerto uitæ mortalis, per quam ambulat.

## Tempus flendi, & tempus ridendi: tēpus lugendi, & tempus ſaltandi.

C ¶Fletus, & riſus ad animum pertinent. Luctus uero uel, ut magis proprie dicatur, planctus, & ſaltatio ad corpus. Fletu itaque, & riſu dolor, & lætitia mentis exprimitur: planctus autem, & ſaltatio eadem ipſa ſignificant, ſed quando per corporis motum demonſtrantur. Tempus flendi, & tēpus ridendi: tempus plangendi, & tempus ſaltandi. Habent omnia hæc tempus ſuum in hominibus, dū currit uita iſta mortalis: & permittit Deus uaria ſorte, & euentu diſpari ſecundum altitudinem iudiciorum ſuorum, & profundum conſilii ſui, quo diſponit nos: ut hæc currant, & uarientur ſuper nos, proſpera aduerſis alternando, & aduerſa proſperis commutans in tempore. Et ueniunt tempora læta, & rident homines, & ſaltāt, & putant bene ſibi eſſe: & obliuiſcūtur ſæpe creatoris ſui, & ſe morituros eſſe non animaduertunt. Sola enim præſentia reſpiciunt: & lætantur in eis quaſi permanſura ſint ſemper: nec conditionem ſuam, & uitæ mortalis dubium attendunt: neque cogitant pericula ſuperuentura. Et ideo ſecure peccant, & effundunt ſe in uoluptates noxias, & ambulant poſt deſideria cordis ſui, in intuitu oculorum ſuorum, ut faciant, quæ nō oportet: & multiplicent iram, & indignationem. Et uidet hoc Deus, & ſuperſeminat dolores, & amaritudines laſciuiis male dulcium uoluptatum: & reuocat ac cohibet effluentes ut non eant in omnē abalienationem. Tunc uenit tempus flendi, & tēpus plangendi: & dolent homines, & cauſantur ſæpe Deum, quando bene cum eis agitur. Ipſe autem diſſimulat prauitatem illorum: & poſt tempus miſcet iterum proſpera aduerſis, ne deficiant: & rurſum cum tempus eſt, aduerſa proſperis ne præſumant: & hoc ſæpe agit nutriens, & exercēs, caſtigans, & refouens hominem, ut diſcat eſſe timoratus: & ſciat quoniam apud dominum eſt poteſtas uitæ, & mortis. Propterea eſt tempus flēdi, & tempus ridendi: tempus plangendi, & tempus ſaltandi. Et ſuccedit his tempus ſpargendi lapides, & tempus colligendi. Hoc tempus poſt illa enumeratum eſt, ſed ordinatum in illis: quia in tempore ſæpe ſimul ſunt cauſæ, quæ unam temporis rationem conducunt. Tempus ſpargendi
E lapides, & tempus colligendi. Omnis mundus exilium eſt iis, quibus cælum patria eſſe debuiſſet. Sed tamen animi mortalium uſu coaleſcunt: & incipiunt homines diligere loca ſua, & terras ſuas in quibus nati fuerant, uel nutriti: & ſuccedit grandis obliuio æternorum pro temporalium affectu: & niſi Deus tergeret iſtas paſſionum inolitas ſuauitates, non erat quo intraret ad nos deſiderium eius. Propterea dat iudicia ſua, & ueniunt commotiones, & concuſſiones gentium, & tranſmigrationes populorum: & ſurgunt alii, ut rapiant non ſua, & alii diripiuntur, & diſperguntur, & iterum fortiores quibus poſſe datum eſt, & ipſi cū uenerint, eiiciunt eos, qui aliena uiolēter rapuerant, & poſſident non ſua, & fluctuat mundus in ſemetipſo: ut uideat homo non eſſe hic ſtabilem manſionem, & aſſueſcat paulatim abſtrahere animum, & ſoluere a uinculis terrenarū delectationum. Propterea uenit tempus ſpargendi lapides, ut non ſit ſtabilis manſio ſuper terram: & cogatur homo ſuſpirare in exilio ſuo ad patriā, ubi manent gaudia inconcuſſa, & pacis ſecuritas
F nulla ſuperueniente infeſtatione turbatur. Hoc ergo facit diſperſio lapidum in tempore ſuo. Sed quia humana infirmitas corruit cito, & non poteſt diu in aduerſis ſalua conſiſtere: uenit poſt tempus diſperſionis tēpus collectionis: ut quietè temporis cōualeſcat: in hoc ipſo admonita ſapere, & experiri quanta ſint gaudia uenturæ quietis, ut ad illam feſtinet, ubi timor diſperſionis nō eſt, neq; exilii ærumna metuitur, quibus æternitas uitæ in patria data eſt. Tempus ſpargendi lapides, & tempus colligendi. Deinde iterum aliud tempus ſequitur poſt tempus iſtud: & nominantur alia, quæ, & ipſa tempus habent ſæpe cum iis, quæ dicta ſunt temporibus, unum: ſæpe extra tempora iſta tempore ſuo ſeorſum aliud.

## Tempus amplexandi, & tempus longe fieri ab amplexibus.

G ¶Caſtis amplexibus tempus datum eſt, ut ſeminetur caro in propagationem: & humani generis ſeges, quæ cotidie per totum mundum morte metitur, ſtudio generationis reparetur. Pactum enim inſtitutionis primæ, qua ex carne caro ſumenda erat ſine carnis contagio, poſt peccatum primæ præuaricationis in carne peccati, per indulgentiā confirmatur non ſolum pro explendo officio, ſed etiam pro conferendo remedio: ne ſcilicet motus carnis immoderatius iam efferuens, turpius in omnem præuaricationem proflueret, ſi licite nuſquam laxari potuiſſet. Præſcribitur itaq; meta uſquequo ſe ſine pudicitiæ damno extendere poſſit carnis affectus: ut quod in matrimonii caſtimonia per conceſſionem agitur, etſi ad infirmitatem pertineat, ad turpitudinem tamen non imputetur. Sed ne rurſum blandimenta uoluptatis auertant animum in obliuionem conditoris, ſalubri diſpenſatione aliquando homo, & a conceſſis ſuſpenditur: ne forte ſi his, quæ in præſenti dulcia uidentur, immoderatius inhiet, ad ea quæ æterna ſunt, non feſtinet. Propterea datum eſt tempus amplexandi, & tempus longe fieri ab amplexibus,

Tempus

Tempus enim amplexandi datum eſt, ut repare
tur mortalitas,& excipiatur mortalium infirmi-
tas:tempus longe fieri ab amplexibus datum eſt,
ut dum caro a carnis delectatione ſubtrahitur,
ad ſpiritualem animus delectationem nutriatur.
Tēpus amplexandi & tempus longe fieri ab am-
plexibus.Quando enim colliguntur lapides,tem
pus eſt amplexandi:quando uero diſperguntur,
tempus longe fieri ab amplexibus: quoniam id-
circo tempora anguſtiæ data ſunt,ut caro afflicta
a ſuis ſe delectationibus temperet:ut poſt in tem
pore gaudij & conſolationis ſe cum timore & re
H uerētia ab exceſſu caſtiget.Sūt & amplexus caro-
rum & contubernia ſocietatis amicæ,in qua præ
ter carnis experientiam, conuictus dulcis gratiſſi
mo fœderatur conſenſu qui & ipſi ſoluuntur tē
pore ſuo, ne cor hominis in homine requieſcat,
donec ueniat quod non ſoluitur pactum carita-
tis æternæ. Propter hæc omnia tempus eſt am-
plexandi,& tempus lōge fieri ab amplexibus: ut
in tempore non quærat homo quod æternum
eſt:& qui hominis uiuentis ſocietatem diligit,co
gitet ſemper morituri ſeparationem.

## Tempus acquirendi & tempus perdēdi.

I ¶ Quę ſunt bona quæ primum acquiruntur, &
poſtea perduntur?Perdita enim fuerant quędam
bona & acquiſita ſunt poſtea, ut deinceps perdi
non poſſint. Et erant rurſum alia bona non ſimi-
lia prioribus, quæ tamen bona uiſa ſunt: & erat
uere aliquid in eis ad bonum, ſed non ut prima
bona quæ uera erant.Et iſta bona non bona erāt
hominis ad uerum bonum:& uenit homo poſtq̄
uera amiſerat, & acquiſiuit falſa bona, felicem
ſe exiſtimans in illis. Voluit enim conſolari & ha
bere in tempore quod æternitas confert:& colle
git peritura,quæ tenere non poſſet; & conceſſit
hoc Deus,ut boni diſtantiam agnoſceret, & eru-
diretur uanitate ſua, ad conuertendum ſe in ea q̄
uera ſunt.Propterea ergo dimiſit Deus cor eius,
ut congreget ea quæ ſtare nō poſſunt & ea ipſa
in tempore ſuo nunc tribuit acquirenda, nunc
acquiſita ſubtrahit: probans hominem in cūctis
operibus ſuis, & oſtendens uana omnia eſſe ſub
cælo. Propter hoc datur tempus acquirendi, &
tempus perdendi: ut dum adeptus fuerit homo
quę concupierat,diſcat experiēdo q̄d poſſint hęc
gaudia cōferre ijs,qui magni ęſtimant peritura:
cum uero habita perdit, agnoſcat quòd omnia
quæ inuito tolli poterant,fuerant etiam cum poſ
ſidebantur extranea.

## Tempus cuſtodiēdi & tēpus abijciendi.

¶Bona temporalia tempore ſuo cuſtodienda sūt,
K quantum uitæ temporalis neceſſitas poſtulat:ſed
quia in morte carnis omne quod ad uitæ carna-
lis iocunditatem pertinet, neceſſitate amittitur t
dignum eſt,ut etiam ante mortem ab amore cor
dis uoluntate abijciatur.

## Tempus ſcindendi & tempus conſuēdi.

¶ Qui ſcindit,unita diuidit:qui autem conſuit,di
uiſa & ſeparata coniungit.Omnia hæc in uita ho
minum quouſque mutabilitati ſubiacet,ſine ceſ-
ſatione agi iſte proſpexerat:in qua ſocietas huma
næ conuerſationis, nunc quia utilitatis aliquid
conferre uidetur,appetenda eſt: nunc uero quia
ſæpe eadem detrimentum adducit,fugienda.Ha-
bet ergo conſutionem ſuam tempore ſuo conſē
ſus ſocialis: habet & ſciſſionem ſuam in tempore
ſuo zelus iuſtæ contradictionis: ut & bene uolen
tibus & bona agentibus aſſenſu & opere unia
mur: ab his autem qui praua diligunt & iniqua
operantur, animo pariter & operatione diuida-
mur.Sed ne forte hæc ſententia eadem uideatur L
cum illa qua ſupradictum eſt:tempus amplexan-
di & tempus longe fieri ab amplexibus:quoniam
in illa ſimiliter de coniunctione & ſeparatione
ſocialis dilectionis tractari aſſeruimus, poſſunt
non inconuenienter quæ illic dicta ſunt,tantùm Ↄ
de amore ac dilectione ſignificanda accipi: quę
uero hic memorantur, ad quamcunque ſocieta-
tem ſiue pactionem quamlibet,in qua idem con
ſenſus eſt & concordię placitū, figurandam refer
ri. Sic ſe ſimilitudines rerum pręſtāt ad ſapientiā
intelligendam: & utitur ipſa ſapientia operibus
ſuis ut ſe manifeſtet in nobis. Multa ſunt quæ in
parabolis dicuntur, & profunda ſcrutatione di-
gna: ſed non cuncta exire uolunt, ut ſemper in-
tus requirantur.

## Tempus tacendi & tempus loquendi.

¶ Prius tempus tacendi,poſtea tempus loquendi. M
Sapientia enim de corde exit,nec aliunde lingua
habet,quod recte proferre poſſit, niſi prius uer-
bum intelligentia formet.Propterea prius eſt tē-
pus tacendi,poſt tempus loquendi:ut prius in ſi-
lentio ſagax cogitatio in ſe ſapientiam colligat,
quā lingua poſtmodum ad audientiam aliorum
per uerbum emittat. Propter hoc etiam tempus
eſt tacendi & tempus loquendi:quoniam audito
res uerbi aliquando illud cum deſiderio & amo
re ſuſcipiunt:aliquando uero ſine reuerentia abij
ciendo contemnunt.Qua propter tempus tacen
di eſt, cū auditores admonitionis omnimodo im
patientes aſpicimus: tempus autem loquendi,cū
eos uerbum uel deſiderare uel ſaltē ſuſtinere uel-
le uidemus.Propter hoc quoque tempus tacendi
eſt,quia in ijs quę diſcutere non poſſumus,pręſu
mere non debemus. Et item tempus loquendi:
quia alia quæ poſſumus comprehēdere, propter
eruditionem proximorum neceſſe eſt, non reti-
cere.Vnde nō ſolum opera hominum,ſed & uer-
ba fugientis uitæ incertum ſequuntur, ut totum
uanitas occupet: & nihil ſtabile uel conſtans re-
linquatur: cum nec ſemper dicere poſſimus quę
ſcimus,nec ſēper quæ nouimus,retinere:& nunc
tacuiſſe noceat, quæ dicenda fuerant:nunc uero
dixiſſe culpa ſit, quæ fuerant reticenda.Item ſæ-
pe non poſſumus, cum uolumus:& ſæpe non uo
lumus,cum poſſumus: ſæpius autē utrunque nō
debeamus,cum facimus. In hoc magnum eſt in-
certum, & caligo ignorationis profundæ: ut ia-
ctetur homo de tempore ad tempus, & non in-
telligat

telligat tempus ſuum in omni opere ſuo.

## Tempus dilectionis: & tempus odii.

N ¶Multa ſunt, quæ diliguntur in hoc mundo: & ſimiliter odiuntur plurima. Et in omnibus, quæ diliguntur, pauci ueritatem diligunt: & in iis, q̃ odiũtur, pauci odiunt iniquitatem. Propter hoc diligunt hoĩes, & putant ſæpe bene ſe diligere, & male diligunt: quia in iis, quæ diligunt, ueritatẽ nõ diligunt: nec ea diligunt propter ueritatem. Similiter odia exercent plurimi, & iactant zelum ſuũ pro iuſtitia, & æquitate: & latet intus rixa in corde: & furor ſæuus odio ſe paſcens iniquo. Et propterea non poſſunt diſcernere tempus ſuum primitus amor, & odium: quia non ſequuntur iudicium iuſtitiæ, & ueritatis, ſed ſuo nutu feruntur ĩ appetitus prauos, ut faciant, quæ uolunt. Diligũt, & odiunt, amant, & zelant, ſæpe, quæ nõ debent, ſæpe qñ non debent: & confuſio fit magna amoris, & odii, & diſpergitur cor in uniuerſam uanitatem fugiens, quæ recta ſunt, & quæ praua ſunt, cõcupiſcens. Propterea poſitum eſt homini tempus amoris, & odii: ut intelligat, & diſcernat, quando ex iis, quæ pro tempore bona, & mala eſſe poſſũt aliquid uel appetere debeat, uel declinare. Nam extra tempora quædam ſunt, quæ tempore non mutantur, ut aliud eſſe poſſint: & ſunt in his bona, & mala. Et quæ bona ſunt, æterna ſunt, ut ſemper bona ſint: & quæ mala ſunt, ſimiliter æterna ſunt, ut ſemper ſint mala. Non de illis tibi dicitur tempus dilectionis, & tempus odii. Nã illic æterna dilectio eſt, & odium æternum: quoniam quæ diligenda ſunt, ibi ſemper diligenda ſunt: & quæ odienda ſunt, ſemper ſunt odienda. Interim autẽ nũc in tempore dum cuncta incerta ſunt, ea quæ tranſeuntibus nobis occurrunt, pro tempore ſe commutant, ut alteri in malum cedat, quod alteri fauſtum extiterat: & quod iſte aduerſum doluit, ille ſibi feliciter proueniſſe cognoſcat. Propterea in iis omnibus, quę tempore tranſeunt, tempus ẽ dilectionis, & tempus odii: ut non firmet cor ſuũ homo ad ea, uel dilectione, uel odio: quæ poſſunt & odio habita iterum iuſte diligi, & dilecta rurſum iuſte odio haberi.

## Tempus belli, & tempus pacis.

O ¶Propter tempus occidendi, tempus belli ordinatur: propter tempus ſanandi, tempus pacis ſubſequitur. Et erat illud primum, hoc autem nouiſſime commemoratum eſt: ut principium, & finis, cum mediis omnibus laboribus, & periculis concludatur: ut uita hominis nunquam tuta ſit, quæ pertranſit ut deſinat. Exiuit enim homo ut recederet, & nõ ſtaret cum Deo: & fecit pactum dilectionis ad uoluptatem huius mundi, ut requieſceret in ea. Et noluit Deus fœdus iſtud ſuſtinere ut permaneret in abalienatione: & ſuſcitauit contra eũ quę peruerſe dilexerat, ut aduerſarentur, & affligerent illum: & factum eſt homini bellum cũ omnibus quæ in mũdo ſunt, ut dolorem, & afflictionem inueniat in eis donec reuertatur ad pacem cum Deo. Tunc ad pacem eius ſe component omnia; ut ſubiecta ſint humili, quæ fuerant aduerſa elato. Primũ. n. cuncta pacata fuerant, ſicut in nouiſſimo pacabuntur uniuerſa: ut in medio quæ tranſeant incerta ſorte percurrant; donec ueniant ut uel ſub iudicio cadenti in ꝑpetuũ aduerſa ſint oĩa: uel feliciter cõſummatio ſubiecta ſint uniuerſa. Vbi enim odium æternum erit, illic erit, & bellũ perpetuum: & ubi erit æterna dilectio, ibi pax ſempiterna conſtabit. Neq; ibi dicetur tempus pacis, & tempus belli, ſicut non dicetur tempus dilectionis, & tempus odii: ſed erit bellũ, & pax: bellum ſine fine, & ſine fine pax. Non ergo exiſtimet homo ualde metuendum bellum, cui poteſt pax ſuccedere: neq; pacem illam uerá, quã bellum ſubſequens põt perturbare: quia cuncta, q̃ tranſeunt uana in hoc ipſo reputanda ſunt, ꝙ in bono, ſimiliter, & in malo ſemper permanere non poſſunt.

## Quid habet ampli⁹ homo de labore ſuo?

¶Ergo in incerto currit labor hoĩs: qa amplius habere nõ põt de labore ſuo, ne contentus ſit homo iis, quæ labore ſuo conſtant: quia uana ſunt omnia, & tempore tranſeunt, tempore finienda. P

### *De ſpirituali intelligentia eorum, quæ de tempore dicta ſunt. Hom. XVI.*

SEd iam tempus eſt ut poſt excurſum temporum, ſecundum ea, quæ foris uoluuntur in tempore: ſpiritualis etiã intelligentiæ recordemur. Paulatim namq; promouet ſe ſermo ſapientiæ ad ſpiritualia contingenda, ut exercitatũ animum ad interiora ſubducat. Duas ergo uitas Q ſupra diſtinximus: unam ſecundum carnem, alteram ſecundum ſpiritum. Vita autem carnalis tempore prior eſt: eo quòd omnis homo prius in carne naſcitur, quàm in ſpiritu renaſcatur: & omnis, qui uiuit in carne, uel ſecundum carnem ambulat, & uitam ſpiritualem nondum attigit: uel ſecũdum ſpiritum ambulat, & uitam carnalem abdicauit. Quapropter omnis ſpiritualis ex carnali ſpiritualis factus eſt: ſed non omnis carnalis ex ſpirituali carnalis eſt affectus. Vita enim carnalis ſemper, uel ſola eſt, uel prima, ut illã omnis homo, uel ſolam teneat, ut ſpiritualem uitam nunquam inchoet: uel prius habitã ſpiritualis uitæ ſtudio ſubſequente cõmutet. Vtraq; hæc uita ſectatores ſuos habet. Carnalis quidẽ eos, qui uitæ pręſentis gaudia diligunt. Spiritualis uero eos, qui futuræ uitę iocunditatem inquirunt. Quorum illi, quidẽ blandimentis terrenarum delectationum carnem fouent: hi uero ſtudio uirtutum in ſpe ac deſiderio futurorum ſpiritum exercent. Cum duobus iſtis populis mundus per temporum mutabilitatẽ ad finem decurrit, donec ueniat ut ſtatuto pacto iuſtitię amborum iudicium fiat. Placuit. n. Deo ut oſtenderet diuitias gloriæ ſuperuenturæ in uaſa miſericordiæ, etiã uaſa iræ in ſuſtentatione per tẽporalem miſericordiã traducere: & ipſa ſimiliter uaſa miſericordiæ, ut iuſtitia, & ueritas adimpleatur, nunc interim moleſtiis tentationũ exercere: ut habeat omnis uita, & qđ đ miſericordia gratuitum accipiat, ne bonitas relinquatur ĩcognita: &

quod de Iuſtitia diſtrictum ſentiat,ur ueritas fiat
R manifeſti. Propterea itaq; propoſuit Deus omni
homini,& bona,& mala:ut utrunque demōſtra-
ret,miſericordiam.ſ.& ueritatem : alterū, quo ſi-
ne merito gratis beneficium tribuit ; alterū, quo
malo merito pœnam dignam rependit. Propte-
rea diſpoſuit ut utrunq; accipiat homo: & reliqt
poteſtatem hoī, quid prius uelit, ut accipiat. Ap-
poſuit aūt conditionem electionis in utroq;: ne
forte excuſabilis ſit concupiſcentia praua: ut ſi ho
mo bona temporalia in hac uita ad iocūditatem
eligeret, æterna adipiſci non ualeret ; & ſi ſe hic
flagello caſtigationis in iudicio ueritatis ſponte
ſupponeret, in futura uita tormēta damnationis
non ſentiret.Reprobi aūt qui uitam temporalem
diligunt,& eius iocunditatem uitæ perpetuæ gau
diis anteponunt : bona præſentia toto deſiderio
amplectuntur,atque in eis oēm felicitatē ſuā con
ſtituunt. Electi uero temporales dolores patien-
ter ſuſtinent, ut ad ea, quæ promiſſa ſunt gaudia
ęternitatis poſſint peruenire : & in eorum reſpe-
ctu quicquid tranſitorium eſt, ſi amarum uide-
tur,non metuunt:ſi dulce,non concupiſcunt. Vn
de accidit,ut carnalis uitæ amatores prius habeāt
bona,deinde mala accipiāt. Spirituales uero pri⁹
aduerſis exerceantur,deinde ab bona pertingant.
Illis prima bona,ultima mala: iſtis prima mala,ul
tima bona.Sed quia rurſum omnia,quę in tempo
re tranſeunt,confuſa ſunt,& permixta, ut ordinē
non ſeruent:ſiue de bono in malum,ſiue de malo
in bonum: idcirco nunc interim inter principiū
& finem multiplex uiciſſitudo incurrit ; ut ſcili-
cet nunc poſt bona mala:nunc poſt mala bona,&
malis pariter,& bonis incerta ſorte contingant,
Omnia iſta dum de temporum uolubilitate,& ui
ciſſitudine eorum,quæ in tempore uariantur,di-
ſtinctionem quandam proponeret eccleſiaſtes, ꝑ
exemplo uniuerſorum diligenter expreſſit ut , &
bonorum,& malorum ſimul ſortem prouectum-
que in contraria currentem oſtenderet. Cum enī
dixiſſet omnia, quæ ſub cælo ſunt temporis rota
tu uariari,& in contraria ferri : ſubiunxit exem-
pla,& enumerauit multa de omnibus , ut omniū
S natura pateſceret.Et in iis,quæ enumerauit,quæ-
dam ſunt in quibus cōmemorantur bona,& ma-
la;quædam in quibus mala,& bona ; ut & carna-
lium,& ſpiritualium pariter ſtatus , & conditio
agnoſcatur . Septem enim ſunt in quibus bona
prius commemorantur , poſtea mala : & iterum
ſeptem in quibus mala prius dicuntur,poſtea bo-
na, ut uniuerſitas in utraq; parte uſque in finem
decurrat. Septenario quippe tota hęc uita pręſēs
exprimitur;quæ ſeptem dierum curriculo prouo
luitur uſq; ad finem ſuum. Habent ergo mali ſe-
ptenarium ſuum, & boni ſimiliter ſeptenarium
ſuum habent; quia tota hæc uita malorum eſt de
bono in malum:& tota bonorum de malo in bo
num euntium. Cuius uitæ principium malorum
eſt in bono,& finis in malo : bonorum autē prin
cipium in malo,& finis in bono: mediis alterna-
T tim fluctuantibus. Media enim incerta ſunt: &
ob hoc etiam quod medium poſitum eſt, dubiè
eſt pronunciatum ; ſiue de bono in malum , ſiue
de malo in bonum . Medium enim fuit tempus
ſpargendi lapides,& tempus colligendi:& ipſum
ambiguam expoſitionem ſuſcepit , ſiue de bello,
ſiue de pace ſignificans ; ut media incerta relin-
quantur . Si enim in hoc,quod prius dicitur,ma
lum eſt,& quod poſtea bonum: iam octo erunt il
la in quibus prius mala,poſtea bona nominātur;
& ſex in quibus prius bona poſtea mala comme-
morantur;quia bonorum uita recte ad numerū
beatitudinis tranſit; malorum autem intentio ſi-
mul,& uita temporalitatis laborem non excedit.
Sic una eſt ueritas quocunq; ſententiā per inter-
pretationem intorſeris.Multa ſunt alia quæ forte
cōuenienter in hac enumeratione,uel diſtinctio-
ne dici potuiſſent.Sed nos faſtidium quantū poſ-
ſibile eſt,euitantes,ad ea, quæ dicta ſunt,ſpiritua-
liter exponenda ueniamus.

## Omnia tempus habent,& ſuis ſpatiis tranſeunt uniuerſa ſub cælo.

¶ Si in obœdientia mādati perſtitiſſet homo,non V
eſſet de numero illorum,quæ tempus habent ſub
cælo,& tranſeunt.Nam ſi mente per iniquitatem
non defluxiſſet,etiam corpore ſtabilis maneret ꝑ
immortalitatem. Neque tunc ſub cælo eſſet, ut cū
ijs uolueretur,quæ tempore tranſeunt ; ſed ſum-
mo,& uero bono inhærens,non ſubderetur mo
mentis temporum,fixus per contemplationem in
ſoliditate æternorum. Ipſa enim æternitas cælum
erat,ubi mente fixus, tempore mutari nō potuit;
quia ſupra tempora eleuatus, ſubtus ſe labentia
cuncta deſpexit.Poſtquam autem cor ſuum decli
nauit,ut illud per concupiſcentiam rebus mutabi
libus ſubiiceret;quaſi de cælo lapſus cœpit deor-
ſum cum iis , quibus inhærebat defluere ; & per
uolumina mutabilitatis ſuæ ductus temporum
momenta ſentire.Hinc mens humana temporib⁹
obnoxia facta eſt,ut in ea iam mala cum bonis ui
cem habeant;quam ſola prius bona ſine uiciſſitu
dine quietam,& inconcuſſam poſſidebant. Pro-
pterea omnia tempus habent,& ſuis ſpatiis tran-
ſeunt uniuerſa ſub cælo ; ut ille quoq; qui ſe per
amorem mutabilibus ſubdidit,lege aliorum ſuæ
mutabilitatis fluctibus agitatus,quietus ſtare non
poſſit. Sic ergo tempora uenerunt in cor huma- X
num,quando multa deſideria introierunt in il-
lud: & mutabilitas illic dominari cœpit; & uene
runt alia,& alia diſceſſerunt ; & facta eſt fluctua-
tio,& inconſtantia magna . Iam enim cum mun-
do uiſibili mundus inuiſibilis uoluebatur; & cœ-
perunt in eo temporum momenta diſcurrere:&
eſſe anni,& menſes , dies,& noctes , ſementes, &
meſſes: pluuiæ,& ſiccitates,fœcunditates,& ſteri
litates . Omnia enim iſta in ſpiritualium natura
adducta ſimilitudine corruptibiliū noxa pcti per
aguntur:ut natura ad æternitatem facta,ei quę tē
poraliter trāſit,praue aſſociata ſimiliter in altera
tionem deficiat.Surgunt quippe germina uirtutū Y
ex radice prima,& pergunt ut creſcāt , & ueniāt
in effectum conſummationis. Et ueniunt contra
uitiorum ortus , & zizania ſuperſeminatat & ex-
tollunt

tollunt ſe, ut ſuffocent ea quæ recta ſunt, ne proſperentur; & fit magna expectatio, & periculum graue ſpei admixtum, & timori. Nam pluuiá gratiæ, & ſtillicidia ueritatis ſuæ ſi effuderit Deus in animam ſitientem, ſurgit meſſis uirtutum prouẽtu multiplici: & ueniunt anni fœcunditatis & tẽpora ſerena illuceſcunt, nihilo ignorãtiæ depulſo. Sin autem auferat beneficia ſua iratus, & contineat benedictionem ſuam, ut iudicia ſua exerceat: tunc triſtia tempora ſuccedunt, & marcent genimina bona in ſiccitate: & tribuli, & ſpinæ uitiorum multiplicantur ad laborem, & dolorem homini peccatori. Et in his omnibus tempora ſua patitur anima peccatrix: cælum deſuper, qđ perdidit, æternitate immobile proſpectans, cum ipſa deorſum uoluatur temporalis: & in ea pertranſeant ſpatijs, & menſuris ſuis quæ ſtare non poſſunt omnia. Et ideo omnia tempus habent, & ſpatijs ſuis tranſeunt uniuerſa ſub cælo.

## Tempus naſcendi & tempus moriendi.

Z ¶Hæc eſt ſors peccatorum in tempore, ut ſi forte in eis bona naſcuntur aliqua; poſtea moriantur, & non perſeuerent in finem. Naſcuntur. n. etiá in malis aliquando bona aliqua, & incipiũt quaſi oriri, & germẽ facere: ſed nata mox areſcũt, quia nõ habent humorem. Ad tempus enim credunt, & in tempore tentationis recedunt: ut tempus habeant, & non perueniant ad æternitatem. Tempus naſcendi, & tempus moriendi. Tempus naſcendi in bono, prauis eſt, cum per ſubitũ mẽtis feruorem recta aliqua incipiunt, ſed ſequitur eos continuo tempus moriendi: quia perſeuerantiam boni non habentes, eadem mentis leuitate qua cęperant, tempore preſſurę imminentis cœpta bona derelinquunt.

## Tempus plantandi, & tempus euellendi.

A ¶Plantantur in malis bona, cum per exhortationem, uel admonitionem rectam aliquando bona ſuſcipiunt: euelluntur autem poſtea, quando praua ſuggeſtione conquaſſari, bona cœpta amittũt. Naſcuntur itaque per propriam uoluntatem, plãtantur per alienam ammonitionem: moriuntur autem, cum propria deſideria a bono tepeſcunt: euelluntur, cum aliena ſupplantatione concidũt. Et in his omnibus habent mali tempora ſua, in quibus iuſto iudicio diſponuntur, ſiue ad hoc ſiue ad illud: & ubique præueniunt bona, & mala ſubſequuntur præuiſis ad malum. Deinde ſequitur uitá bonorum in qua mala præcedunt, ut bona ſubſequantur, & ipſa mala quæ pręcurrunt, in bonum cooperantur.

*Quã pulchre diſcurris.*

## Tempus occidendi & tempus ſanandi.

B ¶Occiditur in electis primum uetus homo, & uita carnalis quę uiuit ſecundum carnis affectum: deinde ſanatur qui ſecũdum ſpiritum eſt nouus homo, ut uiuat in Deum.

## Tempus deſtruẽdi & tempus ædificãdi.

C ¶Omnis homo primum malam ædificationem facit, quando operatur in carne, & malis mala appouit cotidie, ut ſurgat ædificatio praua: quæ deſtruenda eſt, & ſubuertenda in iis, qui ſalui fiunt: ut iuſtitia ædificetur in eis.

## Tempus flendi, & tempus ridendi.

¶Prius flere debet homo ꝓ iis, q̃ praua ipſe cõmiſit: ut deinde ſecure rideat in iis, q̃ a Deo bona accepit. Niſi. n. præcedens fletus in cõtritione conſcientiá abluat: in uanum riſus pro iis, quę foris læta ſunt, ſine interna iocunditate exultat. D

## Tempus lugendi ſiue plangendi: & tempus ſaltandi.

¶Prius caro debet in pœnitentia tormentis pro praua delectatione affici, poſtea in ſtudio uirtutũ bonis operibus exerceri. Sic nimirũ uita iuſtorũ doloribus eruditur, & pœnis preparatur ad gaudia, ut mũda ueniat ad fructum ſuũ: & præcedũt ſemper mala eius ut tranſeant, & bona differũtur in finem, ut maneant ſine fine. Et poſſumus ĩ hac narratione ordinem quẽdam correctionis, & emendationis animæ iuſtificandæ conſiderare. Primũ. n. oĩm eſt: ut in eo qui corrigitur, uolũtas praua interimatur: ac deinde bona, uel ſanetur infirma, uel mortua uiuificetur. Qđ. n. male uiuit, bene occiditur: & quod male infirmũ eſt, bene ſanatur. Poſt mutatam uoluntatem prauorum operũ moles male ædificata deſtruitur, & bonorum operum ſtudia longa negligentia diſſipata reædificãtur. Deinde pro culpa præterita fletus ſequitur, q cum lachrymarũ fonte conſcientiam mundauerit, in riſum tandem cõſolationis, & gaudium cõmutatur. Sequuntur etiá in pœnitentia planctus, uel luctus, cũ dolor mẽtis uſq; ad carnis afflictionem producitur: ut poſtea cum exultatione animi caro etiam attrita ſui conſolatione lætificetur. E

## Tempus ſpargendi lapides, & tempus colligendi.

¶Si per lapides fortis uirtutum opera accipimus, quid aliud in diſperſione lapidũ niſi multiplicationẽ bonorũ operũ accipere debemus? Lapides. n. ſpargere, eſt fortiũ exẽpla operũ in multorum notitiá lõge lateq; offerre. Lapides uero colligere, eſt poſt ſtudiũ laboris fructũ operũ bonorũ percipere. Tempus itaque eſt ſpargendi lapides, & tẽpus iterũ lapides colligendi: quia prius debet hõ in ſtudiis actiuæ uitæ bonis ſe operibus exercere, ut poſſit poſtmodum fructum operis ſui in guſtu cõtemplationis pcipere. De quo guſtu quia fruẽtibus iocundiſſimus eſt, & ſumma delectatione plenus: ut iis, quæ amari poſſunt uniuerſis præcellere uideatur: apte mox ſubditur. F

## Tempus amplexandi.

¶Sunt. n. amplexus qdá ſapientiæ, & interni amoris delectabiles nexus: cum mens introrſum admiſſa apprehendit gaudium dilectionis ſuæ, & quibuſdam brachiis deſideriorum ſuorum aſtringens illud, fœdus facit, & poſcit pactum perpetis manſionis. Sed quia mortalis uita ab G

interni luminis aſpectu citò tenebrarũ ſuarũ cali
gine intercepta repellitor, & mutabilitate condi
tionis ſuæ ab æternæ ſtabilitatis ſocietate ſepara-
tur, apte ſubiungitur.

## Tempus longe fieri ab amplexibus.

¶ Poſt tempus enim amplexandi, ſequitur tẽpus
longe fieri ab amplexibus: quia humana mens, li
cet aliquando per gratiã ſubleuata, ad tactum in-
ternæ dulcedinis admittatur; tamen citò infirmi-
tatis ſuæ pondere preſſa, ad terrena rurſum, & ſo
H lita cogitanda relabitur. Hæc ſententia licet ſpe-
cialiter ad malos pertinere uideatur: eo quòd quaſi
proſpera, & bona principium eius, finis uero ad-
uerſa commemorat: hanc tamen diſtinctionem
in præcedentibus ſex, quæ expoſuimus, obſeruaſ-
ſe ſufficiat; ut cætera, quę ſequuntur, ad generalẽ
potius ſignificationem applicemus. Aliud enim
per diſpoſitionem notatur: atque aliud per ſigni
ficationem exprimitur: quia diſpoſitio ordinis
quaſi diſtinctionem perſonarum innuit; ſignifi-
catio uerò per ſententiam rerum tãtummodo ue
ritatem oſtendit. Ergo id quod pro malis tantum
uel bonis ordine dicendi commutato narratur,
ſine diſcretione in bonis pariter, & malis nõ in-
conuenienter accipitur: ut etiam nonnumquã
hoc magis ad bonos ſecundum ſignificationem
pertineat, quod uitam reproborũ, quantũ ad or-
dinem pertinet narrationis, demonſtrat. Poſſum⁹
tamen, & hoc ipſum de reprobis quibuſque non
inconuenienter dictum accipere: qui etſi aliquã-
do ad amorem boni ſecundum quendam affectũ,
ſpeciem uirtutis habentem, quaſi ad amplexum
ſapientiæ approximare uidentur: tamen quia mẽ
tem a deſideriis carnalibus, & cupiditatibus ter-
renis non diuidunt, citò ad ſolita relapſi, in eo ip
ſo, ꝙ appropinquaſſe uidebantur, longe fiunt. Si-
cut ergo electi ab amplexu ſummæ ueritatis ad
tempus ſuſpenduntur, ut eius deſiderio ex ipſa
ſui dilatione amplius inardeſcant, & tandem de
ſideratam plenius capiant: ita reprobi quoque
ad tempus ſecundum quendam modum, ut ui-
deant quo confundantur, nec ſit excuſata mali-
tia, ſinuntur, ut ad eam cognitione aliqua contin
gendam accedant. Sed hoc intereſt, quòd iuſti
quique atque electi poſt deguſtatam interni bo-
ni dulcedinem ideo ad tempus repellũtur, ut am-
plius deſiderio ardeant: Reprobi uerò poſt agni
tam ueritatem abiiciuntur, ut ex ipſa cognitione
contra ſe ſuæ damnationis teſtimonium ſumant.
Illi ergo admittuntur; & repelluntur ut prouocẽ
tur; illi admittuntur, & abiiciuntur ut confundã
I tur. Sic philoſophi gentilium in parte plurima
admiſſi fuerunt, ſed non deprope contingebant
ſapientiam: neque illam ad ſe attraxerunt ut per
fruerentur ſuauitate illius. Viderunt enim, & co-
gnouerunt, & diligere ſe putauerunt, ſed erat pe-
regrinus amor de longe, ſpeciem commendans,
ſed non hauriens ſuauitatem illius. Procul quaſi
extentis brachiis, & manibus expanſis, amplexũ
facere uoluerũt: & nõ erat dilectus inter ubera ut
fortiter aſtringeretur, & moram faceret, & pma-
neret: & ideo citò, & uelociter fugit ab eis: nec po
tuit caritate extranea retineri. Fugit igitur dile- K
ctus. Sed dilectus non fugit ut effugiat: ſed abſcõ-
dit ſe tñ, & celat in irritationem dilectionis, ut
q̃ratur in deſiderio, & non inueniatur quoaduſq;
ardentiſſime diligatur. Et ſæpe iterum reuertatur
quaſi permanſurus, & præſtat ſe experiendum: &
poſt modicum rurſum elabitur fructũ reſeruans
in poſterum. Et in his omnibus tempus eſt ample
xandi, & tempus longe fieri ab amplexibus.

## Tempus acquirendi, & tempus perdẽdi.

¶ Quando eſt tempus acquirendi, niſi quando tẽ- L
pus eſt amplexandi? Et rurſum, tẽpus perdendi q̃n
eſt, niſi q̃n tẽpus eſt lõge fieri ab amplexibus? Q̃n
.n. dilectus præſens eſt, ſucceſſus oĩm uirtutũ mul
tiplicatur, & repletur domus interior abundan-
tia, & ubertate. Tũc ſterilia fructũ faciũt, & q̃ e-
marcuerant, impinguantur fœcunditate, & diui-
tias ſuas aĩa ipſa miratur quas poſſidet. Flagrãt af
fectus ſancti, & deſideria caſti: motus aũt aduerſi
ſopiuntur: & quicquid repugnare cõſueuerat, uel
importunũ obſiſtere, longe fit: ut pacata ſint, &
quieta uniuerſa. Bene agendi facultas ꝓ uoto ſup
peditat: & diuitis uoluntatis copia uſq; ad operũ
ſanctorum multiplicationem redundat. Hoc er-
go tẽpus eſt acquirendi: q̃n merita ſancta cumu-
lantur, & bonorum operũ merces multiplicatur
in theſauris ęternarũ diuitiarũ. Sed ne forte ſuc-
ceſſus cõtinuus aliquatenus cor humanũ per ela-
tionẽ ꝓcipitet: ſequitur tẽpus perdendi: ut dũ ab
eo ad tempus ſalubri diſpenſatione ſucceſſus
uirtutum tollitur, melius per humilitatem in uir
tute ſolidetur. Sic itaq; mens ſancta intus in am-
plexu ſapientię requieſcens, uirtutum diuitiis au
getur: foris aũt ſparſa ꝑ occupationẽ ſtringitur e-
geſtate: & attenuatur inopia: quemadmodũ e con
trario carnales quiq; pituras opes laborando col
ligunt, & dum amplexibus uoluptatũ uacare coe
perint, eaſdẽ mox ocioſe, & luxurioſe uiuẽdo cõ-
ſumunt. Poſſumus, & alio intellecto tempora ac- M
quirendi, & tempora perdendi conuenienter ac-
cipere. Duæ quippe uitæ ſunt, actiua. ſ. & cõtem-
platiua: quarũ una, id eſt actiua, in ſtudio bonorũ
operũ laborioſa exercitatione meritorum ſancto
rum lucra colligit: Altera uero. i. contemplatiua, i
cognitione ueritatis pacata dilectione requieſcit.
Quas uidelicet, uitas recte per duas Iacob uxores, *Pulchra figura de duabus uitis.*
Lyà ſcilicet, & Rachel ſignificatas accipimus: qua
rum una, id eſt Lya: lippis quidẽ oculis, ſed fęcũ-
da extitiſſe dicitur: Altera uero, id eſt Rachel ocu
lis pulchris, at ſterilis fuiſſe perhibetur. Actiua
quippe uita in prole boni operis fęcunda eſt: ſed
cõtemplatiua in cognitione ueritatis perſpicua.
Et quia in utraq; uita uiciſſim ſanctorum uirtus
exercetur, & alterna quodammodo mutatione
conuertitur: ut ſcilicet nunc eius patientia probe
tur in labore operis: nunc uerò eius deſiderium
reficiatur in dulcedine contẽplationis: recte nũc
dicitur. Tempus acquirendi, & tempus perdẽdi.
Tẽpus. n. acquirendi eſt, cũ deuota mẽs in ſtudio
boni operis meritorũ lucra multiplicat: & quaſi N
de-

deinde tempus perdendi ſequitur,cum pro amo
re quietis intimè, libenter ſuſtinet detrimenta
operationis. Quaſi enim uolūtarie diuitias poſt-
ponit boni operis, ut poſſit uel cum modico re-
quieſcere in dulcedine contemplationis. Cui ta-
men ex hoc nihil meritorum ſuorum minuitur,
q̄ ipſo deſiderio & amore ſummi boni amplius
O quàm operis ſtudio promeretur. Tempus acqui-
rendi & tempus perdendi. De peruerſis quibuſq;
conſtans eſt: ꝙ ſi quando aliquid boni recte agē-
do acquirunt,cito illud,quia in bono cœpto per-
ſeuerantiam non habent,amittunt. Quibus pro-
fecto tēpus acquirendi prodeſſe nil potuit: quia
illi tempus perdendi acquiſita,ſucceſſit. Quos ſæ
pe in hoc ipſo maius detrimētum ſequitur: quia
pro ijs quę acquiſierunt,intumeſcunt:ſed pro ijs
quæ perdunt,non humiliantur.

## Tempus cuſtodiēdi & tempus abijciēdi.

P ¶ Tēpus eſt,ut electos ſuos Deus, quia ſortitā ad-
uerſis frangi potuiſſent, a tentione cuſtodiat: &
rurſum tempus eſt abijciendi,ut eos cum mole-
ſtijs exercendi ſunt, uelut iratus ſalubriter ad tē-
pus ad tentationem exponat. Sed & malos Deus
in hac uita ſæpe a moleſtiis ingruētibus tutos at-
que quietos cuſtodit,ut eos poſtmodum in iudi
cio tāto grauius abijciat, quanto patientius hic
Q etiam dum protegit aduerſarios,portat. Sed &
homo ipſe multa pro tempore cuſtodire debet:
quæ poſtea in tempore ſuo abijciat: quæ & ſuo
tpe cuſtodita poſſint ſeruanti ferre ſubſidium: &
rurſum niſi tpe ſuo abijciantur, facere impedi-
mentum. Terrena namque ſubſtantia recte pro
tpe & ad carnis ſuſtentationem cuſtodienda eſt:
& rurſum tpe ſuo,ſi periculū animæ in illa con-
ſtare cognoſcitur, ſine dubitatione abijcienda.
Multa quoq; in ſpirituali & ſtudio uirtutū ſunt,
quæ pro tēpore nunc cuſtodire, nunc uero abij-
cere oportet:ne ſi ſorte opus uirtutis ſine diſcre-
tione agatur, idipſum ad culpam conſtet, quod
pro merito reputari potuiſſet. Omnia enim tem-
pore mutantur, & non eſt aliquid quod ſemper
idipſum permaneat:& ideo qui uiuit ſub tempo
re,debet cauſas & prouentus rerum omnium tē-
poribus compenſare.

## Tempus ſcindendi & tempus conſuēdi.

¶ Omnis qui in carne ſecundum carnem uiuit,ꝑ
R carnis affectum quaſi unum eſt cum ijs quæ ca-
ro concupiſcit. Neceſſe eſt ergo, ut homo qui a
carnalibus ad ſpiritualia conuertitur, prius ani-
mo ab ijs quibus per affectum inhæſerat, auella-
tur. Tunc ſi quidem libere ſe ſpiritualibus per
amorem conglutinat,cum de terrenis affectibus
nihil ſupereſt qđ eius mentem in deſideria alie-
na auertat. Itaque tempus eſt ſcindendi: ut prius
homo mentem a deſiderijs terrenis auellat: poſt-
ea tp̄s conſuendi,ut animo per amorem ſpiritua-
lem ęternis & permanentibus bonis adhærere
S incipiat. Nec hoc prætereundum uidetur: quòd
*Pulcher conceptus ꝓdicabilis.* ea quidem quæ ſcinduntur,ſubſtantialiter unum
ſunt:ea uero quæ conſuūtur,eſſentialiter quidem
diuerſa ſunt, ſed mediante uinculo fili quaſi acci
dentaliter unum fiunt: Sic enim omnis homo
corruptibilibus & perituris unitur per naturā:
ſed efficitur particeps æternorum per gratiam.
Sic quippe conſuūtur humana & diuina in unū,
ut quæ duo fuerant per naturam, fiant unū per
gratiā. Compūctio ſiquidem ipſa acus eſt:& dile
ctio filum. Et facit uiam acus,& perforat utrūq;,
ut filū utrunq; contineat. Neque enim conſutio
aliter fieri potuiſſet, niſi utrunque foraretur &
utrunque contineretur: quia diſcederet alte-
rum ab altero:& facile ſe ab unitate diuideret, ſi
utrunque uinculum nō contineret. Propter hoc
utrunque perforat acus compunctionis, & filū
dilectionis connectit utrunque: ut ſtent ſimul,
& non diſcedant ab inuicem. Humana quippe
perforat acus compunctionis,qn̄ culpā perſequi
tur:diuina ꝑforat, quādo occulta æternorū ſcru
tatur. Sic.n.gemina cōſtat cōpunctio: & eſt irri-
guū ſuperius,& irriguū inferius. Per irriguū ſu-
perius perforantur diuina: & per irriguum infe-
rius perforantur humana. Per compunctionem
quippe,quæ de culpa ſurgit,trāsfigitur peccatrix
conſcientia: & per compunctionem, quæ ſurgit
de deſiderio æternorum,penetrantur occulta. Il
la ſubtiliter conſcientiam penetrat, ut pellat no-
xia: iſta profunda conſideratione inuiſibilia ſcru
tatur,ut apprehendat amata. Sic utrunque perfo
ratur,& utrunq; transfigitur: alterū dolore, quo
reatus eruitur: alterum deſiderio,quo concupita
requiruntur. Poſt hæc ſuccedit filum amoris: quo
utrinque uinculum unitatis efficitur,ut ab inui-
cem deinceps iuncta non ſeparentur. Vtrinque
enim amor ſurgit,& cōcurrit uinculum dilectio
nis in unum: quia mens humana reſpiciens ui-
det illic quanta ſibi commiſſa ſint per miſericor
diam: diuina uero conſiderans, contemplatur in
eis,quanta ſibi ſint promiſſa ad gloriā. Et utrūq;
diligit,& fit nexus caritatis in ambobus: quia dul
cis eſt miſericordia ad gloriam, & gloria iocūda
ad miſericordiam. Et non poteſt dilectio horum
ſeparari: quia conſutio facta eſt, & firma ſtāt uin
cula caritatis æternę. Tempus igitur ſcindēdi tūc
fuit: nunc autem tempus conſuendi.

## Tempus tacendi & tempus loquendi.

¶ Qui audit,inquit ſcriptura,dicat,ueni. Qui enim T
prius aurem cordis per obedientiam ad uerbum Apo.22.
Dei aperit: ille poſtmodum recte ad loquendum
proximo linguam reſoluit. Nā qui prius per obę-
dientiam in uerbo ędificationis alteri tacere nō
didicit: noxæ ſubiacere conuincitur, ſi alios ipſe
docere præſumit. Igitur prius eſt tempus tacēdi,
ut diſcat homo quod doceat: & deinde tempus
loquendi,ut qui ueritatem iam cognouit, loqui
eam in tempore ſuo non erubeſcat. Vtrunque.n.
culpa eſt,& cū uidelicet homo temere pręſumit
qđ nō debet: & cum per negligentiam torpet ab
eo quod debet. Et ideo prius cauendum,ne com-
mittamus illicita,poſtmodū ſtudendū,ne debita
negligamus. Tempus tacendi & tempus loquen-
di. Succedūt ſibi tpa & uenit temp⁹ poſt tēpora.

## Tempus dilecti onis,& tempus odii.

V ¶ Si quis dixerit in tempore dilectionis tempus
eſſe loquendi, & tempus tacẽdi in tempore odii:
ut non detur ſanctum canibus, neq; margaritæ
proiiciantur ante porcos: ſed ponat iuſtus digitũ
ſuper os ſuum, quando dies mali ſunt, & obmute
ſcat, cum conſiſtit peccator aduerſus eum: nonne
ideo iuſtitia uenit in terram: ut peccatores arguã
tur, & ut conuertantur iniqui ne pereant? Propte
rea ambigua ſunt tempora, quoniam ipſorum eſt
in incertum percurrere. Nihil tamen ſine tempo
re eſt, ſiue dilectio ſit, ſiue odium. Tempus enim
habet dilectio: & tempus odium. Cui enim præci
pitur, ut proximum diligat ſicut ſeipſum: eidem
dicitur ut odiat ſemetipſum. unde conſtat, quòd
qui Deum amat ſicut ſe, cum in Deo diligit pro-
ximum: ſic contra Deum nec diligere nouit ſe-
,, metipſum. Tempus ergo eſt dilectionis, & tem-
pus odii, ut qui pro Deo ſtudemus inimicos dili-
gere: cum cauſa Dei læditur, non præſumamus e-
tiam amicos amare. Eſt adhuc alia dilectio, & o-
dium aliud. ut quiſque carnem ſuam, & in iis dili
gat, que infirmitati ſuſtentandæ neceſſaria ſunt:
& odiat in iis, quæ deſideria praua expoſcunt. Tẽ-
pus itaque dilectionis eſt, & tempus odii, quoniã
oportet nos quamdiu ſub huius mortalitatis deſe
ctu uiuimus, & contradictionem peccati in carne
noſtra portamus: magna adhibita diſcretione pẽ
ſate: quando, & fatiſcentem naturam per com-
paſſionem ſouere debeamus, ne concidat: & quã-
Ephe. 5. do rurſum ſurgentem in carne motum uitiorum
affligendo prꝗmere, ne conualeſcat. Scriptũ quip
pe eſt. Nemo carnem ſuam odio habuit. Et rurſũ
Rom. 13 dicitur. Carnis curam ne feceritis in deſideriis.
Vnde patenter oſtenditur: quòd & diligenda ca-
ro eſt, quantum pertinet ad compaſſionem natu-
rꝗ: & rurſum quantum ad caſtigationem culpæ
ſpectat, odienda. In quo quia magno diſcretionis
moderamine opus eſt: tempus præſcribitur dile-
ctionis, & odii, ut medio incedentes limite, neq;
ſuffocemus naturam, dum culpam perſequimur:
neque culpam nutriamus, quando naturam foue
mus. Sed quia hoc ſine labore magno, & luctu
graui fieri non poteſt: ſubiungitur. Tempus bel-
X li, & tempus pacis ut ſimul agnoſcat homo, & q
nemo ſine pugna ad uictoriam peruenit, & quòd
qui legitime certat, poſt adeptam uictoriam in pa
ce requieſcit. Idcirco enim poſt tempus belli, tẽ-
pus pacis ponitur: ut qui concertationis pondere
frangi poterat, de pacis dono conſoletur. Tempus
belli, & tempus pacis. Tres ſunt, qui bellum ſuſci
tant contra nos: uidelicet diabolus, & mundus,
& caro noſtra. Hos enim omnes hoſtes ſe habere
Paulus cognouit: qui pugnã ſe contra omnes ſu-
ſcepiſſe aſſeruit. Pugnam enim contra dꝗmones
ſibi pariter cum omnibus fidelibus iugem eſſe te
Ephe. 6. ſtabatur, cum diceret: Non enim eſt nobis collu-
ctatio contra carnem, & ſanguinem: ſed aduerſũ
poteſtates, & principatus: aduerſum rectores tene
brarum harum, contra ſpiritualia nequitiæ in cæ-
leſtibus. Rurſum aduerſus mundum, ideſt homi-
nes peruerſos amatores mundi pugnam ſibi fuiſ-
ſe aſſeruit: qui ſe Epheſi contra beſtias pugnaſſe 1. Co. 15
narrauit. Item aduerſus carnem propriam pugnã
ſibi inceſſabilem eſſe teſtatur, dicens: Sic pugno 1. Cor. 9.
non quaſi aerem uerberans: ſed caſtigo corpus
meum, & in ſeruitutem redigo, ne forte cum alijs
prædicauerim, ipſe reprobus efficiar. Tres igitur
ſunt tyranni, qui contra nos exercitus ſuos pro-
ducunt in prꝗlium: & habent ſinguli acies ſuas in
ſtructas ad faciendum bellum animæ. Diabolus
ſiquidem aduerſus fidelem animam ſuggeſtionũ
agmina inſtruit. Mundus proſpera, & aduerſa ad
nos ſuperandos producit. Caro uero deſiderio-
rum carnalium turbas excitans, contra nos in ꝑ-
lium exurgit. Sed contra hos omnes oportet fide
lem animam uiriliter decertare: & ad debellan-
das aduerſæ poteſtates uires uirtutum iacula Dei
protectione munitam exercere. Diabolum quip-
pe uincimus, ſi cum uirtutum perſeuerantia eius
ſuggeſtiones ſuſcipere recuſamus. Mundum uin
cimus: ſi & conſtanter proſpera eius deſpicimus,
& patienter aduerſa toleramus. Carnem autem Y
uincimus, ſi prauis eius deſideriis non conſenti-
mus. Sed hoſtes ſemel uicti non ſtatim ceſſant, ut
pax continuo eſſe poſſit: Sed tentant iterum, &
iterum moliuntur, & conantur quomodo poſ-
ſunt: & ſæpe quaſi audentes cum ſint timidi, ipſi
cum terrore impetum faciunt ut probent quid
ſit animi in nobis: ſꝗpe inſidias ſtruunt, & progre
diuntur occulte ad explorandum, & celant ſe, &
uolunt eſſe occulti, donec improuiſi ſuperueniãt.
Et in his omnibus pericula multa oriuntur, & cir
cumſpectio cotidiana, & timor undique: & fit
bellum magnum, & diuturna concertatio, donec
pars noſtra conualeſcat omni modo, & deſpe-
rantes prorſus ceſſent, & diſcedant a ſpe ſua: ut
aut deterreantur a nobis, aut in noſtram ditionẽ
ſubiiciantur. Nam, et hoc ſine dubitatione proue
niet, ſi non defecerimus a ſpe noſtra, & patientia
bona: ut tandem pax plena, & integra reſtituatur,
poſt conſummatum laborem concertationis.
Tunc enim fugabitur a nobis diabolus diuina uir
tute, ut non audeat præſumere aduerſum uos: ſed
territus fugiat, & abſcedat in confuſionem. Mun
dus quoque ipſe, qui ſæuire in commotionibus
ſuis conſueuerat, pacabitur: & carnis deſideria
ſpiritu roborato ſopientur. Tunc in tempore pa
cis noſtrꝗ recordabimur temporum antiquorũ,
quando bellum fuit, & non pœnitebimus tunc:
ſed lætabimur, & exultabimus pro diebus in qui-
bus uidimus mala: & erit pax dulcis in gratulatio
ne prætcritorum laborum. Propter hoc tempus
belli eſt, & tempus pacis.

## Quid habet amplius hõ de labore ſuo?

¶ Quid amplius habet, quàm bellum, & pacem, Z
dilectionem, & odium, & uniuerſa alia, quæ tem
porum prouentus rota ſuæ uolubilitatis educit?
Non ergo amplius habet de labore ſuo, quàm bel
lum, & pacem: quoniam hoc labore ſuo non po
teſt ut habeat ſolam pacem. Igitur nec labore ſuo
pacem habet: ſicut uoluntate ſua bellum non ha-
bet.

bet. Omnia enim nutum ſequuntur diſpoſitionis
ſupernæ; neque arbitrio humano temporum mo
menta ſubduntur, ut hoc, uel illud eueniat; ſed pa
titur legem homo iu omnibus, ſiue uolens ad me
ritum, ſiue nolens ad tormentum. Non igitur cõ
fidere debet homo iu labore ſuo; neque in actis
ſuis ſpem ponere; quaſi poſſit ipſe, uel quod deſu
per nou ordinatum eſt efficere, uel quod diſpoſi-
tum eſt, impedire. Nihil enim labor hominis u-
niuerſis adiicere poteſt, ut quid amplius ſit: quia
iuſta artificis moderatio ſic cuncta in çquitate di
ſpoſuit, ut omne, quod ſine eius cooperatione ni-
titur, uniuerſitatis ordinem deſerens, ad non eſſe
potius moueatur.

### *De animorum confuſione ex temporum tranſitu. Homilia. XVII.*

A MOdo de temporibus exiuimus: ſed u-
tinam perueniſſemus ad çternitatẽ.
Reſtant enim adhuc multa, & pluri
ma uoluuntur circa nos: & iterant
rurſum tempora orbem ſuum uſ-
quequaque, ut non ſit finis, donec omnia fuerint
conſummata. Sequitur quippe poſt mutabilita-
tem rerum grauis confuſio animorum: quoniã
pergunt corda ſuper uolumina, & tranſitus tem-
porum ut non ſtent in ueritate: ſed defluant cũ
eis, quæ uadunt ut tranſeant. Propterea ceſſat ab
his omnibus, quæ foris uutant, & fluctuant, quaſi
modica ſint uniuerſa hęc, & non ualde ad pericu
lum operantia: & conuertit ſe introrſum: & inge
minat illic quærelam de uanitate, quę abſcondi-
ta eſt: & illam graui examinat conqueſtione ſup
eam, quæ foris patet aliena. Non enim nocuiſſet
mutabilitas rerum, ſi animorum mutabilitas nõ
fuiſſet: quoniam idipſum bonum erat, ut tranſi-
toria pro tempore mutent ſpeciem: ſed non erat
bonum, ut iudicia mentium humanarum deſe-
B rant ueritatem. Non itaque cauſamur, quòd tẽ-
pora uaria ſunt, quoniam bonum eſt: ſed cauſa-
mur, quòd uaria ſunt humana iudicia: quoniam
hoc bonum non eſt. Neque enim ueritas a ſe eſſe
poteſt alia: quia, quod bonum eſt in ueritate, ma
lum non eſt: & quod in ueritate bonum non eſt,
malum eſt. Quare ergo iudicatur, quòd hoc bo-
num eſt, & hoc malum eſt, & iudicatur, quòd ma
lum eſt hoc, & hoc bonum eſt: cum in ueritate,
uel bonum non eſt, ſi malum eſt, uel malum non
eſt, ſi bonum eſt. Alter dicit, bonum eſt, & alter
dicit, malum eſt: & qui dicit, hoc bonum eſt, di-
cit illud malum eſt: & qui dicit malum hoc eſt, di
cit illud bonum eſt: & omnes male dicunt, quia
totum bonum eſt. Hoc autem ſolum bonum nõ
eſt, quod male dicunt de illo, quod bonũ eſt. Qua
propter bona ſunt omnia: & ſoli mali alii ſunt, q
præ cçteris omnibus boni eſſe debuerunt. Cætera
enim omnia ſunt, quod eſſe debuerunt, & ipſi ſo
li non ſunt, quod eſſe debuerunt: quia ueraces nõ
ſunt, & in ueritate non ſunt: & ideo bona ſunt o-
mnia iu eo, quod ſunt: ipſi autem boni nõ ſunt
in eo, quod ſunt, quia non ſunt, quod eſſe debue-
runt. Hoc itaque inter cæteras uanitates, & ipsũ
pro uanitate magna numeratur, & cunctis ſolum
uanitatibus comparatione præponitur. Et dicit.

**Vidi afflictionem, quam dedit Deus fi-
liis hominum, ut diſtendantur in ea.**

¶ Quç eſt enim illa afflictio?

**Cuncta fecit bona in tempore ſuo: & mũ
dum tradidit diſputationi eorum: ut nõ
inueniat homo opus, quod operatus eſt
Deus ab initio uſque ad finem.**

¶ Ergo mutabilitas rerum non affligit hominem, C
ſed diſputatio ſua, ipſa affligit eum. Et merito: qa
diſputatio inquietudinem ſemper ſignificat, & cõ
certationem. Et ideo mutabilitas rerum, labor ho
minis non eſt: ſed ꝙ ipſe inquietus factus eſt, hic
eſt labor illius. Et ipſa iuquietudo diſputatio ma
gna eſt, quam habet homo in inſtabilitate ſua: ut
non ſentiat idem: quoniam diuiſus eſt, & alius
factus, ut non ſit unus totus. Conſiderate nunc
magnam diſputationem, quam exercet homo ſu
per terram. Multa enim eſt, & prolixa, & inuolu-
ta nimis: ut non facile finem habere poſſit, do-
nec homo ipſe finem accipiat. Et nunc ut creda-
tis uidere, quàm multas ab initio curioſi ſapien-
tiæ de operibus Dei ſententias formauerunt: &
nemo fuit uſque adhuc, qui negocio huic tam
grandi finem imponere potuiſſet. Et litigant ad-
huc cotidie, & concertationibus pugnant diſpu-
tantes: & dicit alius hoc eſt, & alius dicit non eſt,
ſed eſt aliud, & dicuntur multa, & confinguntur
quaſi fabrefacta mendacia opinionum de iudi-
cio rerum. Et plurimi aſſerunt, quòd nihil eſt ni- D
ſi ipſum, quod uidetur, & ueniunt alii, & conteſtã
tur, quòd nihil uere eſt, niſi ipſum, quod non ui-
detur. Et in his omnibus congerunt, & multipli-
cant argumenta ſua: & texunt rationes, & quaſi
rationes: & eſt cuique ratio exiſtimatio ſua. Pro-
poſuit enim Deus opus ſuum in oculis hominũ,
ut interroget corda ipſorum de eo: & ipſe re-
trorſum abſconditus latet, donec experiamur e-
xercitationem noſtram in illo. Et hauriunt ſenſu,
& corde diiudicant, & proferunt plurima de the
ſauro iudiciorum ſuorum, & de profunda abyſ-
ſo phantaſiarum, & opinionum falſarum ſuarum *De huma-*
& cogitationum inanium. Et dicunt alii, quòd na *nis diſputa*
tura ſola eſt, & non eſt aliud: & Deus nihil eſt, ſed *tionibus e-*
timor uanus adinuenit omnia: & ſic fuit ſemper *leganter di*
quod eſt ab initio, & ante initium ſine initio. Et *ſcurrit.*
uoluuntur ſecula, & operatur ſeipſam natura, &
renouat, & non poteſt aliud eſſe, quàm ſemper e-
rat. Alii contra proclamant, & litigant pro iniu-
ria creatoris, & defendere ſe putant quem impu-
gnant ipſi mendaciis ſuis. Dicunt eſſe opificem,
qui de coæterna ſibi materia uniuerſa finxerit, ut
formam daret meliorem, & non cognoſcunt iſti
creatoris potentiam, ſed abnegant de nihilo fa-
ctum aliquid: negantque horum, quæ ſunt quip
piam in nihilum poſſe relabi: ſed tantum in alte-
rationibus rerum operam conditoris conſiſtere.
Poſt hos alii ſuccedunt litigantes, & diſputantes,
& pro-

Poſt hos alij ſuccedunt litigantes & diſputantes,
& promittũt errorem tollere, & manifeſtare ue-
ritatem:& ipſi de nihilo cuncta facta confitẽtur,
& factum non eſſe per quem facta ſunt omnia:&
fuiſſe aliquando quando creatum nihil fuit: &
fuiſſe tunc ipſum qui ſemper fuit. Et habent iſti
in ſuis dogmatibus quaſi principium bonũ: ſed
ſuccedit malus finis. Qui enim de rerum creatio-
ne quaſi uera ſentiunt, de ſubſiſtentia rerum plu
rima mentiuntur: & non eſt finis diſputationũ
& adinuentionum hominum. Fingunt eſſentias
& formas & atomos & ideas principalium conſti
tutionum: & elementa plurima, & naſcentias in
finitas,& motus inuiſibiles & efficiẽtias procrea-
trices. Et in ijs omnibus multiplicantur ſimula-
cra rationum,& fiunt diſputationes plurimæ: &
ueritas non eſt in eis omnibus. Similiter.n.qui di
cit, falſum dicit, & qui contradicit, falſum dicit:
quia diſputando & mentiendo omnes una uani
tate a ueritate elongauerunt. Neque enim inue-
,, nire poterit homo opus quod operatus eſt Deus
,, E ab initio uſque ad finem, Ex omnibus quæ facta
ſunt ab initio & quæ facienda ſunt uſq; ad finẽ:
non poterit homo inuenire unum aliquid ut cõ
prehendat illud, & ſciat totum quod eſt ipſum.
Nam & ſi quidam uideantur inueniſſe plurima,
propoſita erant omnia: & quæ occulta fuerunt,
nullatenus inueniri potuerunt. Tradidit. n. Deus
,, mundum diſputationi eorum, & propoſuit eis
opera ſua: ut uiderent ea & indicarent. Et in ijs
manifeſtauit multa quæ uoluit agnoſci, & quæ
abſcõdita eſſe uoluit, nõ potuerunt inueniri. Pro
pterea omnia quę cognita ſunt in eis manifeſta-
uit Deus:& nõ inuenit ea homo ſenſu ſuo, donec
reuelarentur in eo quantum uoluit Deus. Quæ-
dam namque foris propoſita fuerunt, & quædã
intus reuelata ſunt,& nõ inuenit homo aliquid,
ut ſenſu ſuo iret ad ea quę occulta fuerunt donec
manifeſtaretur in ipſo. Et ſi contendere uolue-
rit, quòd aliqua inuenerit ipſe: nunquid tamen
omnia inuenire potuit quę operatus eſt Deus ab
initio uſque in finem? Et in ipſis quæ inuenit, ſi
totum inuenire potuit quod fuit,& non reliquũ
permanſit aliquid abſconditum & occultũ: quo
non admiſſus eſt ſenſus eius, ut inueniret totum?
Nam ſi totum inueniſſet homo, non eſſet diſpu-
tatio ulla neque currerent opiniones in aduerſũ,
F de ijs omnibus quæ in mundo ſunt. Omnes enim
ſimiliter mundum hunc uidemus: & eſt poſitus
ante oculos noſtros, ut traderetur diſputationi
noſtrę: & uidemus totum hoc ante nos, & neſci-
mus unde huc aduenerit. Latet.n.qui fecit eum:
& prætendit opus ſuum ante ſe, ut abſcõdatur &
manifeſtetur in eo. Factum quippe ſimulacrum
humanam contẽplationem e uicino excipiens, fa
cit ut creatorem ſuum nec manifeſtũ uidere, nec
ignorare ſimiliter totum poſſit. Propterea intel-
lectus hominis excitatus rerum ſpecie ſurgit: &
ex eo quòd ſe offert manifeſtationi ſecundum
æmulationem ueritatis ad interiora ſcrutanda
conatur: & habet principium in operibus Dei
primæ contemplationis, ſed non peruenit uſque
ad finem operum Dei, ut capiat totum quod ab-
ſconditum eſt. Si enim ad finẽ peruenire potuiſ-
ſet, inueniſſet utique Deum: quoniam a quo ſunt,
ibi finem habent omnia & conſummationem.
Non ergo peruenit ad finem, quoniam Deum in
uenire non potuit, donec ipſe ſe manifeſtaret in Pſal. 63.
nobis:& confuſi ſunt ſcrutãtes ſcrutationes, quo
niam defecerunt,& non ualuerunt, ut cõprehen 1.Cor.3.
derent,& finem facerẽt diſputationum ſuarum.
Propterea ſtultam fecit Deus ſapientiam mũdi:
quia poſuit mundum in diſputatione eorum: per
manens ipſe occultus donec deficerent diſputan
tes & quęrentes inania. Et non inueniet homo ,,
omne opus quod operatus eſt Deus ab initio uſ- ,,
que ad finem. Poſthæc reuelauit ſe Deus & exiuit ,,
ut inueniretur: cum gloriari iam non poſſit ho-
mo, quaſi ipſe ſenſu ſuo & ſapientia Deũ cogno-
uerit: qui in opere Dei ſcrutando defecerat. Ad
hoc ergo profuit, quòd mundus in tempore tra-
ditus eſt diſputationi eorum, ut non inueniret
homo omne opus quod operatus eſt Deus ab ini
tio uſque ad finem. Iſtæ ſunt diſputationes homi
num uana curioſitate quærentium abſcondita
operum Dei, quas multiplicant ſibi fabricando
de ijs quæ ignorant mendacia:& concertationi-
bus muniunt errores ſuos. Et ſunt adhuc aliæ q̃- G
dam diſputationes in deſiderijs hominum mul-
tiplices nimis & uariæ: & ſurgunt ex ipſis multa
rum ſtudia uanitatum. Omnis enim homo præ-
fert quod diligit ipſe: & trahuntur corda omniũ
in infinitas ſciſſiones, ut non conſentiant in uno
unquam. Alij laſciuiam & luxuriam & uolupta- *De uarijs hominum ſtudijs pulcherrime diſcurrit.*
tem ſequuntur: inebriari & ludere & ridere &
ſaltare: & exiſtimant hanc eſſe felicitatem homi
nis & iocunditatem ſuauiſſimam. Alij honores
ambiunt,& dignitates,& famam magnam, in po
pulis: & commendant ſtudia ſua, & diſputãt gra
ui cõcertatione, quoniam melior eſt portio iſta ĩ
uita hominis. Alij pecunias cumulant & coacer
uãt opes,& putãt ſecuritatem comparare,& fidu H
ciã magnam cõtra ingruentem egeſtatem in tem
pore anguſtiæ. Et laudãt iſti prouidentiam & ſol
licitudinem dicunt meliorem, cũ uelint tñ ſecuri
eſſe ip ſi. Et ſic quidem feruntur omnes in appeti
tus ſuos ſeorſum ſinguli cõtraria approbatione
& diſputãt rixando, & diſſentiendo deſiderijs
importunis. Et traditur mundus diſputationi eo
rum, ut in eius affluentia experiãtur ſinguli uolu
ptates ſuas et probent et uideant et conſumãt tu
argumenta alterutrũ aduerſum ſe de copia illius
quiſque quod ipſe elegerit in approbatione deſi
deriorum ſuorum. Et rapiunt pertinacia magna
quiſque quod ſibi ipſe elegerit: et laudãt partem
ſuam ſinguli, & fit diſputatio magna & alterca-
tio uolũtatum in uarijs æſtimationibus quas pa-
riunt deſideria multa. Et in ijs omnibus nõ inue I,,
nit homo opus quod operatus eſt Deus ab initio ,,
uſque ad finem. Initium namque operum Dei ,,
eſt uſus rerum temporalium: finis uero & conſu
matio, fructus æternorum. Propterea qui in re
bus mundi diſputationem ſuam cõſtituit, et ap-
probationem deſideriorũ ſuorũ exquirit: nõ po

teſt

teſt inuenire in operibus quę operatus eſt Deus
quicquàm ab initio uſque ad finem: quoniam li
cet experiri ſinatur quanta eſſe poſſit delectatio
in bonis huius ſeculi: illam tamen ineffabilē iocū
ditatem quę conſummatam felicitatem cōfert,
non apprehendit in contemplatione Dei. Ideir-
co traditus eſt mundus amatoribus mundi: qui-
bus datum non eſt, ut ab initio uſque ad finē in-
uenire mereantur opera Dei: quia quibus æter-
norum bonorum dulcedo tollitur, eis carnales
datæ ſunt delectationes, & mundi gaudia expoſi-
ta in deſideriorum ſuorum malorum diſſipatio-
K nem: Inuenimus, & alias adhuc diſputationes in
iudicijs hominum graues, & multiplices, & rixas
concitantes horrendas: ita, ut in blaſphemiam ēt
excreſcant creatoris, & dicant quę non oportet.
Arripiunt enim homines uicem Dei uiolenter,
& iudices ſeculi ſe conſtituūt: & diſputant de mū
do, & de operibus Dei, & prouidentia eius, & iu-
dicijs quibus mūdum uniuerſum diſponit. Et di-
cunt alij hoc bene fecit Deus: & alij murmurant,
& dicunt non bene factum eſt illud. Iſtæ enim
querelæ ſunt hominum, & præſumptiones qui-
bus prouocant iram Dei: quia ſubdi nolunt legi
bus eius, ſed diſputant de operibus ipſius, & iudi
L cia eius reprehendunt. Perijt aliquis morte cru-
deli aut graui damno, & caſu miſerabili attritus
eſt: & uenit inimicus eius, & dicit. Bene fecit Deus:
hominem impium & peccatorem ſecundum ma
litiam ſuā iudicauit: & murmurat amicus eius,
& querelam mouet aduerſus Deum, cur perire p
miſerit innocentem, & iuſtum non cuſtodierit:
Et damnatur ille pro malitia ſua: & iſte pro teme
ritate ſua iudicatur. Et tamen non ceſſant homi-
nes diſputare de operibus Dei, & iudicia illius ꝓ
ſua exiſtimatione penſare: & reprehēditur Deus
a cogitationibus hominum malignorum. Dicūt
M enim homines, quòd nō debuit Deus creaſſe no-
xia, nec quæ infeſta ſunt, & nocēt poſuiſſe in ope
ribus ſuis: & maledicunt creaturas Dei bonas, &
blaſphemant creatorem earum. Ranas, & mu-
ſcas, & ſerpētes, & uenenata omnia, & omnia ad-
uerſa & peſtilentioſa quare fecit Deus: Melius.n.
feciſſet, ſi cuncta bona feciſſet. Mala quippe pluri
ma ſunt: & mala omnia bona non ſunt. Et fecit
quidem cuncta bona ipſe in tempore ſuo: ſed ſo-
lus homo malus non intelligens bonitatem ne-
que retinens iudicium ueritatis, mala uoluntate
a bonitate diſcordat: & cum fit quod male ipſe
non uult, dicit male fieri: cum bene fiat, & ipſe
male uelit. Idcirco malæ uoluntates, & concupi-
ſcentiæ nequam excæcant corda hominū, ut non
intelligant quod rectum eſt, quia non amāt nec
uolunt quod bonum eſt. Et reprehēdunt Deū, ꝙ
noxia fecit: & nemo tamen reprehendit cum lę-
ditur inimicus ſuus, cum ſint ipſi uniuerſi inimi-
ci Dei, & aduerſarij ueritatis. Propter hoc non in
telligit homo opus quod operatus eſt Deus ab
N initio uſque ad finem. Carnalis enim homo non
ſapit ea quæ Dei ſunt. Sequitur enim concupiſcē
tiam ſuam: & laudat delectationem deſideriorū
ſuorum, & cum ſibi datur quod diligit, putat ſo-

*Temeritas hominum notatur à iudicandis operibus Dei.*

lum bene agi: cum potius hoc fiat in malū eius:
& cum obſiſtitur deſiderijs ſuis, murmurat,
& mouet querelam: & cauſatur, quaſi male actū
ſit quod iuſte ordinatur: & non intelligit opera
quæ operatur Deus ab initio uſque ad finem. Ex O
quo de terra educitur, donec in terram reuoce-
tur: opera quę operatus eſt Deus non intelligit ab
initio uſq; ad finem. Multa enim operatur Deus
circa hominem ab initio eius uſque ad finem il-
lius: & non inuenit homo quo fine fiant omnia
hæc, donec ipſe finem accipiat. Tunc autem intel
liget, & tunc inueniet quæ operatus eſt Deus in
eo ab initio ſuo uſque ad finem ſuum, uel in mi-
ſericordia, uel in iudicio: ut eum ad talem finem
perduceret, quem operibus ſuis ab initio uſq; ad
finem probauit, ut ueniret in conſummationem.
Interim autem donec finis adueniat ab initio uſ
que ad finem latent omnia, ut non inueniat ho-
mo opus quod operatus eſt Deus ab initio uſque
ad finem. Propterea diſputare poteſt de operibus
Dei, quæ operatur Deus ab initio uſq; ad finem: T
ſed inuenire non poteſt opus quod operatus eſt
Deus ab initio uſque ad finem. Si autem non po-
teſt homo inuenire opus quod operatur Deus
ab initio ſuo uſque ad finem ſuum, ut uel hoc ſal
tem intelligat quod ipſe uidit: quomodo tunc in
ueniet opera quæ operatus eſt Deus ab initio mū
di, uſque ad finem ſeculi: quæ ipſe uidere nō po-
tuit? Ceſſet ergo homo diſputare de iudicijs Dei,
quibus mundum uniuerſum gubernat, & diſpo- P
nit ab initio uſque ad finem: quia homo neque
rector neque iudex mundi a Deo poſitus fuit, ſed
poſſeſſor: neque ut ſua uirtute aut poteſtate mun V
di elementa regeret aut prouentus temporū ſuo
arbitrio diſpenſaret, ſed ut fructus mundi, & tem
porum uices ſecundū creatoris diſpenſationem
in uſum alendæ infirmitatis ſuæ acciperet. Pro-
pterea adiunxit & ait,

Cognoui quòd non eſſet melius, niſi læ
tari & facere bene in uita ſua. Omnis.n.
homo qui comedit & bibit, & uidet bo-
num de labore ſuo, hoc donum Dei eſt.

¶ Nam omnis homo qui contendit, & diſputat Q
de operibus Dei, & cauſatur iudicia Dei, & eius
diſpoſitiones in mundo accuſat; hoc donum Dei X
non eſt, neque ex Deo eſt illud, ſed cōtra Deum,
& melius facit qui licite in hoc mūdo donis Dei
iuſto labore acquiſitis utitur, quàm qui aduerſus
Deum pro ijs quæ in hoc mundo contra ſuā uo-
luntatē uel exiſtimationē eueniunt, rixatur. Neq;
enim poteſt homo rixando, & murmurando cō-
tra Deum eius diſpoſitionem immutare: & Ideo
melius eſt eius iudicia cum timore ſuſcipere, quā
in eius iniuria pro noſtra lęſione murmurare. Nā R
& ideo Deus iudicia ſua abſcondit a nobis: ut dū
ea nec noſtro intellectu penetrare, nec ꝓ noſtro
arbitrio immutare poſſumus, amplius timea-
mus. Idcirco proſequitur, & dicit.

Didici quòd oīa opera quę fecit Deus,
perſeuerent in æternum. Non poſſumus

eis quicquàm addere nec auferre quæ fe
cit Deus,ut timeatur.

¶ Non ſolum de operibus Dei quibus eſſentias
S rerum creauit : creatiſque per ſingula genera , &
ſpecies rerum formam modumq; impoſuit, hoc
uerum eſt , quòd opera Dei perſeuerent in ęter-
num:pro eo , ꝙ eius diſpoſitio in eis non muta-
tur,& ſeruāt ſingula,ut ſint qđ ea eſſe inſtituit:&
ſi trauſeunt,non ex ipſo hoc eſt , quòd id qđ ſunt
ex ipſo ſunt:quod autem eſſe deſinunt,ex ſemet
ipſis habent: ſicut & hoc quòd antequam eſſent,
nihil fuerunt,ex ſemetipſis habuerunt . Non ſolū
itaque uerū eſt hoc de operibus Dei quibus crea
turam mundi diſponit,quòd ſine immutatione,
& confuſione ordinis maneant in æternum: ſed
etiam de diſpoſitione,& prędeſtinatione iudicio
rum eius quibus facta hominum examinat,hoc
uerum eſt , quòd maneant inæternum : & legem
prouidentiæ ſuæ , & ſtatutum cogitationis ipſe
non mutat.Et ſicut operibus eius in rerum gene-
T ribus neque addere poſſumus creando,ut ſit qđ
non erat:neque auferre perimendo, & deſtruen
do,ut omnino nihil ſit quod aliquid erat: ſic ne-
que iudicia eius immutare poſſumus,uel adden-
do ut fiat quod ipſe nō diſpoſuit;uel auferendo,
ut non fiat quod ipſe fieri ordinauit. Vt enim ſo
ſolus ipſe timeatur , & ad eum omni tempore in
miſericordia reſpectus ſit conſcientiæ humanæ:
idcirco ſoli ſibi poteſtatem ſeruauit operum ; &
iudiciorum ſuorum , ut nemo immutare poſſit
quod ipſe legibus æternia fixum cōſtituit, ut ad-
V impleret. Propter hoc non diſputet homo in uni
uerſis quæ illi adueniunt , ſed ſuſcipiat iudicia
Dei cum reuerentia,& timore:& cū quidem pro
ſpera tribuit Deus , & placita condonat,caſta ex-
ultatione lætetur in beneficijs eius:cum uero ad
uerſa egrediuntur, & moleſta occurrunt , mala
ſua merita confitens,iuſtitiam illius commendet,
& ueritatem.Quod ſi quando moleſtis ingruenti
bus,patientiam ſuam labefactari conſpexerit,cō-
tra murmurationis,& impatientiæ uitium dona
munificentiæ creatoris ſui opponat:ut animus q
pondere tentationis præmitur,ne aliquatenus in
blaſphemiam erumpat,recordatione beneficio-
X rum Dei mitigetur . Tunc enim incipiet benefa-
cere,& lætari in uita ſua,& uidere bona de labo-
re ſuo:non ſolum quando bonis huius mundi in
duſtria ſua acquiſitis cum gratiarum actione per
fruitur:ſed tunc etiam quando in aduerſis conſti
tutus,pro patientiæ ſuæ labore ſpe futuræ conſo-
lationis lætatur . Comedet enim & lætabitur in
donis Dei,quando in proſperis exultabit de mu-
nere:& in aduerſis hilareſcet de retributione.Sic
ſe omni tempore componet ad pacem cū Deo ,
ut uideat,& intelligat,quòd cuncta bona facit in
tempore ſuo, ut non iuſte accuſetur ab homine
in omnibus quę acciderint. Rata enim ſunt iudi
Y cia eius : & de legibus illius in æternū ſtantibus,
non poteſt immutari magnum uel paruum ali-
quid.Nam ſicut in cunctis rerum generibus q̃ ui
dentur imminui uel deperire,in ijs quæ trāſeūt ;
in ſuperuenientibus , & ſuccedentibus reſtauran
tur , ut diſpoſitio uniuerſitatis ordinem ſuum
ratum immobilemque conſeruet:& permaneat
ſemper primæ diſpoſitionis ſtatutum inuiolabi-
le:ut neq; ultra trāſgradiatur uel infra remaneat
operum Dei certa moderatio : ſic & iudicia eius
ſecundum certam prouidentiam currunt , ut his
neque addi neque minui aliquid poſſit.Et ſi quā Z
do ipſe aliter facere uidetur,& aliter iudicare:di
ſpenſatio occulta eſt,qua non mutatur conſiliū,
ſed opus uariatur & iudicium exercetur. Nam &
hoc ipſum iudicium eſt : quòd iudicium differ-
tur aliquando ut tempore ſuo reſtauretur, ut nō
pereat aliquid ex omnibus quæ facta ſunt, ut ma
neant ſemper.Semper enim hoc eſt,ut culpa pœ- Aa
nam habeat , & iuſtitia præmium conſequatur.
Sed eſt pœna occulta,& pœna manifeſta. Simili- *Duplex pœna. & duplex Dei præmium.*
ter præmium occultum eſt, & præmium manife
ſtum. Et ſępe Deus malos tolerat, & differt pœ-
nam illorum manifeſtam:& habet tamen omnis
malitia pœnam occultam. Et iudicat Deus,& ui-
detur differre iudicium uel facta hominum om-
nino non attendere ab iis qui non uident niſi ea
quæ foris ſunt.Similiter aliquando probat Deus Bb
iuſtos,aduerſitatibus,& tribulationibus exercet:
& uidetur iuſtitia non habere præmium apud ip
ſum : & tamen nunquam caret retributione ſua
occulta:& manifeſta aliquādo differtur,ut inter-
rogarentur de perſeuerantia ſua conſcientię ho-
minum.Et quia ea quę in manifeſto ſunt,diſſimi-
militer currunt , fluctuant corda hominum , &
mirantur ubi ſit iudicium ueritatis : cum in hoc
mundo innocentia pręmitur,& malitia proſpe-
ratur.Propter hoc ſubiunxit,& ait.

*De peruerſis hominum moribus : & quid ex eis cenſuerit Eccleſiaſtes. Hom. XVIII.*

Vidi ſub ſole in loco iudicij im-
pietatem : & in loco iuſtitiæ
iniquitatem.Et dixi in corde
meo: iuſtum & impium iu-
dicabit dominus : & tempus omnis rei
tunc erit.

¶ Quia uerò mentibus humanis de iudicijs Dei , A
& de rerum omnium prouentu contrario gra-
uis aborta eſt diſputatio : & ſubijciendæ nunc
ſunt rationes, quare corda hominum aduerſus
ipſum moueantur,& in murmurationem cōſur-
gant:breuiter ſuperiora repetemus, ut eorum q̃
dicenda ſunt, ex ipſis ſententiam quaſi a princi-
pio dicamus. Superius demonſtrauerat Eccleſia
ſtes nihil in hoc mundo perpetuo in eodem poſ
ſe conſiſtere: ſed temporum uices contrarijs euē
tibus ſine ceſſatione raptari:quæ uidelicet rerum
mutabilitas licet a creatore rerum omnium re-
cte ordinetur,tamen cor humanum per impatiē
tiam in murmurationem & blaſphemiam aduer
ſus ipſum concutitur . Et ideo ſubiunxit poſt
enumerata rerum tempora, & ait. Vidi afflictio-
nem quā dedit Deus filijs hominum,ut diſtendā
tur.

,, tur in ea. Cuncta fecit bona in tempore ſuo, &
,, mundum tradidit diſputationi eorum. Hæc eſt
,, B ergo afflictio hominum, diſputatio eorum ad-
uerſus Deum: quia in eo, quod iudicijs Dei humili-
ter ſubdi nolunt. & eius diſpoſitionem, quę bo-
na eſt in rebus omnibus, cum quid contra uolū-
tatem eorum prauam agitur, contumaciter re-
prehendunt: non ſolum eos exterius pœna aduer
ſitatis, & tribulationis moleſtia atterit, ſed multo
magis intus furor, & impatientia murmuratio-
C nis affligit. Quam afflictionem Deus illis dediſſe
dicitur: non mentem illorum prauitate corrum-
pendo, ſed iudicia ſua iuſte, ut probentur ipſi, quod
mali ſunt, ab eorum cognitione ſubtrahendo: ut
cum uidere non ualent qua iuſtitia fiat quod circa
eos agitur: amplius per impatientiæ ſuæ uitium
a cognitione ueritatis excęcentur. Idcirco dedit
illis afflictionem, quando diſputationem dedit
celando iudicia ſua: ut non inueniat homo om
ne opus, quod operatur Deus ab initio uſque ad
D finem. Nam præcedunt aliquando quædam cau-
ſæ manifeſtæ in hoc mūdo iudicia Dei: cū Deus
facta hominum in præſenti uita ſubſequente re-
tributione uel bona remunerat, uel punit mala.
Et in his tantùm ualent aliquatenus diſcerni iudi
cia Dei, ut aliquid iudicium habeat homo occul
tæ ueritatis, quatinus illa etiā quæ penetrare non
poteſt, ueneretur. Cùm uero cauſæ præcedentes
occultæ ſunt, uel quæ ſubſequuntur, latentes oriū-
tur diſputationes plurimæ, & contradictiones, &
affligunt ſe mentes hominum prauę rixando, &
murmurando cōtra Deū: cum penetrare non poſ
ſint iudicia ipſius, neque inuenire opus quod ope-
ratus eſt Deus, ab initio uſque ad finem. Non.n.
penetrare poſſunt in tanta caligine, quo fine fiat
aliquid, & ſi quædam in principio cauſæ extare
uidentur, ſed occulta ſunt omnia propter finē.
Idcirco non inuenit homo omne opus Dei ab ini
tio uſque ad finem: quoniam & ſi quædam uide-
re uidetur non penetrat totum, & fit dubium to
E tum, propterea, quia non manifeſtatur totum.
Propterea ne rixetur homo in dubijs contra
deum, & murmuret in aduerſis conſtitutus:
dono Dei conceduntur proſpera multa, &
placita plurima: ut licite utatur homo bonis
iuſto labore acquiſitis, & gaudeat, & lætetur: &
mitiget conſcientiam ſuam aduerſus Deum: ut
bene ſentiat de illo, & non diſputet neque contē
dat aduerſus illum: quaſi aduerſetur Deus qui bo
na largitus eſt. Hoc enim ſibi uult quod ſubiun-
,, xit, dicens. Et cognoui, quòd non eſſet melius ni-
,, ſi lętari, & facere bona in uita ſua. Qui enim ſibi
benefacit in uita ſua de his quæ dono Dei conceſ
ſa ſunt hominibus ad fruendum, ut lætetur, &
gaudeat in Deo ſuo: melius facit, quàm qui diſpu
,, tat, & contendit aduerſus Deum. Omnis enim
,, homo qui comedit, & bibit, & uidet bonum de
,, F labore ſuo, hoc donum Dei eſt. Idcirco hoc quia
donum Dei eſt, & licite conceſſum a Deo, melius
eſt quam diſputare, & contendere, & murmura-
re: quod donum Dei non eſt, nec conceſſum ho-
minibus a Deo: quia malum eſt, & afflictio ma-
gna. Multum quippe affligitur qui neque amare
uel approbare poteſt, quod ſuſtinet: nec quod odit,
immutare. Idcirco multū affligitur qui diſpu-
tat, & rixatur contra Deum, blaſphemans iudicia
eius, & opera eius deteſtās: cum ea quæ operatur
Deus, homo nullatenus poſſit immutare. Propte-
rea quod ſequitur & dicit, Didici, quòd omnia ,,
opera quæ fecit Deus perſeuerarent in æternum. G ,,
Sicut enim opera conditionis in generibus ſuis
ordinem diuinæ inſtitutionis non tranſeunt: ita
quoque opera iudiciorum eius, quibus facta ho-
minum, & totum mundum diſponit, ſententiam
prædeſtinationis, & prouidentiæ eius in æternū
fixam non confundunt. Neque enim addere illis
quicquàm poſſumus, ut amplius ſit quàm prouī ,,
ſum eſt: neq; auferre, ut ſint minus quę facta sūt, ,,
ut timeatur Deus. Propter hoc namq; diſpoſitio ,,
rerum uiſibilium in curſu tranſeuntium rerum, H ,,
& ſuccedentium uiciſſitudine ordinem non con
fundit: ut ſciat homo & intelligat prouidentiam
eſſe æternam, quæ ab initio rata cōſtantique pręe
cepti ſui examinatione quemadmodum prouen-
tus ſuos temporibus ſuis conſequerentur, cuncta
diſpoſuit. Vt illam quoque in factis ſuis diſcat
metuere: cuius omnipotentiam cernit in cunctis
ſuis operibus, & iudiciis conſtantiam atque im-
mutabilem permanere. Rata quippe diſpoſitio
operis, & certa moderatio, qua cuncta tempori-
bus ſuis ad effectum producit Deus, manifeſte de
monſtrat, quòd ſicut ſua ſapientia in diſcernen-
do non fallitur, ita quoque conſilium ſuum in iu
dicando non mutatur. Quod factum eſt ipſum p
manet. Sicut in hoc toto, rerum conditarum cor ,,
pore quod factum eſt, permanet, quia diſpoſitio-
nis ordo non confunditur, etiamſi natura muta-
bilis uarietur: ita etiam in iudicijs eius quod fa-
ctum eſt, permanet, quia in eo etiam quod ſecun
dum ineffabilem diſpenſationem, uariationem
temporum diſſimiliter ordinat, prouidentiæ ſuæ
ſententiam non immutat. Idcirco quod factum
eſt, permanet, & in rerum uniuerſitate, quantum
pertinet ad ordinem diſpoſitionis, & in iudicij
eius exhibitione, quantum ad ſententiam prędc-
ſtinationis ſpectat. Quę futura ſunt iam fuerunt. I
In utroque etenim quæ futura ſunt, iam fuerunt,
quia & in generibus rerum omnium quod fue-
runt ea quæ iam non ſunt, hoc idem ſecūdum na
turæ ſimilitudinem, & identitatem procurſus in
genere ſuo ſingula futura ſunt, quæ nondū ſunt.
Et in iudicijs diuinis, quam ueritatem in preteritis
ſeruatam audiuimus: eādem in ſuperuenientibus
exhibendam expectamus. Inſtaurat enim Deus
ubiq; quod abiit: quia ſicut rerum tranſeuntium
defectum per ſuccedentiū in ſuis generibus mul
tiplicationē reparat: ita cotidie facta hominum
iudicando, antiquam iudiciorum ſuorum, quæ
ab initio exercuit ueritatem, licet intermiſſa ad
tempus uideretur, integram ſe tenuiſſe demon-
ſtrat. Semper enim apud ipſum malitia pœnam K
habet: & præmium uirtus. Sed quia pœnarum
quædam occulta eſt, quædam manifeſta: dum im
pios, & peccatores Deus per patientiam tolerat,

& eis

& eis ſtatim pœnam manifeſtam non irrogat:hu
mana ſtultitia eum aut neſcire aut non curare fa-
cta hominum,ſine etiam(qnod peius eſt)ptauita-
tē malignantium,approbare putat.Inde ergo cor
hominis aduerſus Deum concutitur: unde Deus
ab hominibus amplius diligendus, & laudandus
demonſtratur. Conqueritur homo,quòd malus
homo a Deo toleratur, cum manifeſtū ſit, quòd
nullus homo fuiſſet bonus, ſi nullus aliquando
fuiſſet toleratus malus. Et tamen ſcandalizantur
infirmantium corda,dum uident io hoc mundo
impios proſperari & præmi innocentes:qnia ad
ſola ea quæ foris ſunt in manifeſto reſpiciunt, &
illa quæ uel intrinſecus latent occulta, nel in fu-
turo manifeſta exhibenda ſeruantur, non atten-
dunt. Qnorum querela ex qua cauſa ſurgat,ape
ritur cum ſubditur.

Vidi ſub ſole in loco iudicii impietatem
& in loco iuſtitiæ iniquitatem.

L ¶ Vidit quippe, quòd in hoc mundo Deus im-
pios iudices eſſe permittit, & poteſtatem obtine
re,ut dominentur, & opprimant innocentes: &
facta hominum iniqua,quæ iuſta eſſe debuerunt:
& in his omnibus confuſionem magnā eſſe ſub
ſole. Quia enim Deus poteſtatem in hnc mundo
peruerſis tribuit, propterea impietas eſt in loco
iudicij:& in loco iuſtitiæ iniqnitas, ut ibi ſit im-
pietas,ubi eſſe deberet iudicium:& ibi iniquitas,
ubi iuſtitia. Nam quia prælati ſunt impii,idcirco
ſunt iniqui ſubiecti:quia niſi illi per impietatem
innocentiam opprimerent, iſti per iniqnitatem
juſtitiam non impugnarent. Propterea namque
inferiores ad iniquitatem perpetrādam audaces
ſunt,quia ſuperiores ad tutandam innocentiam
pij non ſunt: quia ſi illi iniuriam patientibus iu-
dicium facerent, iſti ad inferēdam iniuriam tam
M prompti non fuiſſent. Sed in hoc quoqne ſub ſo-
le impietas eſt in loco iudicij, & in loco iuſtitiæ
iniquitas: quòd omnis homo mala proximi ſui ſi
ne miſericordia pſeqnitur:ſua uero mala unuſqſ-
que contra iuſtitiam etiam quātum poteſt, defeo
ſare conatur. In cauſa qnippe proximi ſui impius
eſt oīs iudex: & in ſua cā aduerſus ꝓximū iniqu'
quia cum mala proximi iudicanda ſunt, miſeri-
cordiæ non meminit:cum uero acta ſua aduer-
ſus proximum examinanda ſunt, iuſtitiam non
cuſtodit. Et in hunc modū peruerſa ſunt iudicia
omnia ſub ſole: & nutant mentes hominum,
& mirātur ubi ſit iudicium Dei qui hæc ſuſtinet.
N ¶Adhuc poſſumus, & alio intellectu ſortaſſis cō-
modiore ſub ſole in loco iudicii impietatem, &
in loco iuſtitiæ iniquitatem conſiderare. Eſt quip
pe ſub ſole in loco iudicij impietas, & iniquitas
in loco iuſtitiæ: quando in boc mundo, & iuſtus
ſuſtinet pœnam iniqui, & iniqnus capit præ-
mium iuſti. Boni namque in hac uita tantum iu-
dicantur,ut pro ſuis exceſſibus hic flagella Dei ſu
ſcipiāt, & ad futurū premiū trāſeāt purgatiores:
Mali nero,qnia ad futurum ſeruantur iudiciū, ſæ
pe in hoc mundo non ſolum nulla aduerſa ſuſti
nent, ſed deſideria quoque ſua implere permit-
tuntur: ut cuncta illis ad iocunditatem, & feli-
citatem nitæ præſentis pro uoto ſuccedant. Et ui-
dētur diſſimiliter currere retributiones, ut boni
mala, & mali bona accipiāt:& impiū eſſe iudiciū
iuſtorū,ut opprimātur innocentes, & pœnā ſuſti
neāt iniquorū & ut premiū iuſtorū tollāt iniq:&
cōſuſa oīa,& ꝑmixta,qa De' nō ſtatim exercet iu-
diciū ut innocētes eripiat,& iuſtos de oppreſſio-
ne īpiorū:& eos puniat qui operātur iniqua. In-
de grauis concuſſio naſcitur animorum, & ſuccē
duntur zelo puſillanimes qui non uident,niſi q̄
foris ſunt ſolum, & putant,quaſi Deus humana
non curet,& fortunæ commiſerit uniuerſa, & ni
hil iudicio fiat. Et,quod crudelius eſt,ſæpe in tan
tam itur peruerſitatem ut blaſphemetur Deus: &
dicatur quaſi approbet iniquitatem, & impie-
tas apud ipſum ſit:nec cognoſcat iudicium uerū.
Et hoc totū ex eo oritur, quòd ſub ſole impietas O
eſt in loco iudicij:& in loco iuſtitiæ iniquitas: &
quaſi in uanitate quæ ſub ſole eſt,cōſuſa ſint om
nia,& diſſimiliter cuncta proueniant. Et tamen
cum conſiderat homo opera Dei, & uidet quali-
ter rata conſtantique moderatione uniuerſa di-
ſponit:intelligit,quòd omniū inſpector eſt Deus,
& moderator:& quòd caſſari non poſſunt iudi-
cia eius:& quòd facta hominum quæ in hac uita
non iudicat, in poſterū examinanda cōſeruat. Si
n. quēadmodū ex operū eius diſpoſitione pro- P
batū eſt, iuſtus iudex eſt Deus: ſupereſt, nt quod ī
præſenti in factis hoīum iudicandis non agitur,
in futuro pficiēdū ſine dubitatione credatur. Pro
pterea,nt ꝓponeret querelā īfirmorum in eo, q̄
Deus in huius uitę uolubilitate, & tranſitu oīa
quaſi indiſcuſſa relinquit,& facta hoīum diſſimi
li meritis retributione diſponit:dixit. Vidi ſub ſo „
le impietatem ī loco iudicij:& in loco iuſtitię ini „
quitatem. Statim uero conſiderās, qnòd iuſta iu-
dicia Dei caſſari omnino nō poſſent:intellexit diſ
ferri tantùm iudicium,non auferri:& ait.

Dixi in corde meo:Iuſtum & impium iu-
dicabit dominus, & tempus omnis rei
ſub cælo tunc erit.

¶Tūc quādo iuſtum, & impium iudicabit domi Q
nus, tempus erit omnis rei ſub cælo: quia omne
quod in uita agitur, ſiue bonum ſiue malum ſit,
tunc ad iudicium perducetur. Et nunc quidem
in hac uita iuſtum,& impium iudicat dominus:
ſed occultæ ſunt retributiones iſtæ:& quæ mani-
feſtæ erunt,differuntur in futurū. Et idcirco par-
uicordes murmurāt, & queruntur, & putant nō
eſſe iudicium iuſtum: quia retributiones non ui
dent. Tamen, & nunc iudicium iuſtum agitur:&
unuſquiſque ſecūdum merita ſua iudicatur. Sed
hoc totum intus eſt,quo carnis oculus non attin
git. Et quæ manifeſta ſunt, differuntur donec iudi
cium illorum adueniat:& tunc omnia occulta,&
manifeſta erūt manifeſtata: & iudicabuntur om
nia ſecundum iudicium iuſtum. Et tunc iuſtum,
& impium iudicabit dominus: & tempus omnis
rei ſub cælo tunc erit. Interim autem obſcura
ſunt omnia:& permixta currunt ad finem ſuum.

Et

Et una ſorte inuoluuntur iuſti cum impiis,donec
pariter currunt in uia,ut cũ ſimul exierint,diſcer
nantur,& ordinentur diſpariter.Vſq; illuc.n.nul-
la diſcretio eſt in oĩbus quæ foris apparent ſub ſo
le.Sed ſicut ſimul oriuntur oĩa, ſic uiuunt ſimul,
R & ſimul pertranſeunt uniuerſa.Et hoc totũ fit ut ꝓ
bentur corda hoim:an uiuat in eis aliquid de co
gnitione ueritatis,& affectu boni quod abſcondi
tũ eſt:ſi forte ex illo argumentũ fidei ſumere inci
piant ſe eſſe amplius, q̃ id quod uidentur ſolũ. Nã
extra nihil eſt,unde hoc poſſit agnoſci;& tollun-
tur foris argumenta oĩa ; ut operari incipiat, qđ
intus eſt,& probetur quantũ ſit. Nã ſi cognoue-
rit ſe ex eo homo magnũ eſt:& ꝓ merito conſtat
ꝙ Deũ requirit per fidẽ,quem non uidet p ſpeciẽ.
Receſſit.n.primũ,& auertit ſe qñ preſentem con
templabatur:& erat reatus magnus; & culpa gra-
uis,lucẽ preſentem odiſſe: & conſtitutum eſt hõ-
mini ad remedium placationis,ſi requiſierit abſẽ
tem,& abſconditũ deſiderauerit : & ſciat eſſe qđ
non uidetur:ut manifeſtum fiat tẽpore ſuo. Ideo
nunc ſubtrahuntur oĩa,& abſconduntur quæ in-
uiſibilia ſunt,& relinquitur hõ foris ſolus cũ alie-
nis,ut nihil uideat de ſuo:ut ꝓbetur ſi ſorte recor
datio in illo ſupereſt aliqua,ad conuertendum ad
requiſitionẽ illius.Propterea nunc iſte altius con
ſiderans profunditatem iudiciorũ Dei,uidet non
eſſe mirũ,ſi in huius uitæ nubilo inter iuſtum,&
S impiũ non diſcernitur:cum tanta ſit inuoluta ca
ligine noſtra mortalitas,ut in ea homo etiam be-
ſtiis ſimilis uideatur.Propterea infert,& dicit.

Dixi in corde meo, de filiis hominũ ut ꝓ
baret eos Deus,& oſtenderet ſimiles eſſe
beſtiis. Idcirco unus eſt interitus homi-
nis,& iumẽtorũ,& ęqua utriuſq; cõditio.

S ¶Idcirco.n.mortalis factus eſt hõ,& ideo moriũ-
tur filii hoĩm ſimiliter ut iumenta:ut ꝓbentur,&
oſtendantur ſimiles eſſe beſtiis.Duo quippe in ho
mine facta erant,unũ ad ſimilitudinem Dei,alte-
rũ ad ſimilitudinẽ iumenti.Et illud quidem quod
creatum eſt ad ſimilitudinem Dei,natura factum
eſt immortale:ſicut immortalis fuit Deus,ad cuius
ſimilitudinem factum eſt.Illud uero,qđ ad ſimili
tudinẽ iumenti factũ fuerat,corruptibile erat na-
tura:ſicut illa ad quorũ ſimilitudinem factũ erat.
De terra.n.utraq; ſumpta ſunt,& erat terra utriuſ
q; materia:& ipſa terra natura erat corruptibilis,
ſicut illa,q̃ facta ſunt de terra.Ita ergo duo in ho-
mine facta ſunt,unum terrenũ,alterũ cæleſte:unũ
natura corruptibile,alterũ immortale:unũ ſimili
tudo iumenti,alterum Dei. Et erat quidẽ corpus
terrenum natura corruptibile,factum ad ſimilitu
dinẽ iumenti: Anima uero cæleſtis erat,natura ĩ-
mortalis,condita ad imaginem Dei.Et coniuncta
ſunt in homine corpus,& anima,duo in unum:&
datum eſt corpori beneficium ſocietatis, ut parti-
ciparet de immortalitate animę ad incorruptio-
nem:& hoc totum ad gloriam animæ factum eſt,
quia placita erat Deo in iuſtitia, & ueritate conſi
ſtens,ut non attereretur ueſtimentum eius ſi per-
ſeuerat et obedientia illius. Et coopertum eſt glo
ria incorruptionis,quod erat ſimilitudo iumenti
in homine: ut quaſi diſſimularetur. nec uideret il
lud in confuſionem dilectionis : ſed in toto con-
ſpiceret illius formam, quod amabat,& non elon
garet alicubi. Poſtea auertit ſe anima in abalienã
tionem amoris,& oblita eſt,quod melius erat ſuis:
& intuita eſt foris pulchritudinem alienam.Et in V
tendit in fucum pallii ſui,ut ſe oblectaret ibi, &
cœpit fornicari ad illecebras corporales : & ſub-
tracta eſt ab oculis eius dilectio ſpiritualis.Et ira-
tus eſt Deus,& non placuit ipſi auerſio iſta:& uo-
luit hominem reuocare intus ad id quod uerum
erat,ut ſemper non hæreret ſuper imagines fuca-
tas intuitus fallacis.Et abſtraxit gloriam indumen
ti eius,ut iret in corruptionem, & iuſſit animam
reuerti ne uegetaret illud;& portaret ad æternita
tem:& concidit ueſtimentum eius, ut oſtenderet
homini quòd non eſſet in eo gloria eius ubi ſe be
ſtiis ſimilem eſſe uideret.Et cecidit homo,& dilã-
pſum eſt quod erat terrenum corruptibile,& flue
re cœpit ut rediret,onde uenerat. Factumque eſt
ut probaretur homo,an meminiſſet boni ſui, &
ſi noſſet requirere illud dum cogitur ſpeciẽ uanã
relinquere,& exire ab eo cui peruerſe inhæſerat. X

Propterea ut probaret Deus filios homi
num,& oſtenderet eos ſimiles eſſe beſtiis.
Idcirco unus eſt interitus hominis , & iu-
mentorum,& æqua utriuſq; conditio. ſi-
cut moritur homo,ſic, & illa moriuntur.

In morte ergo una eſt hominis,& iumenti condi T
tio:quia ſicut homo moritur,ita etiam,& illa mo
riuntur.Sed tñ conditio mortalitatis homini ex
iudicio eſt: iumento ex natura; Et quod ſimiliter
habent ex ſimili cauſa non habent:quia homo ut
moriatur ex culpa habuit, iumentum uero ex na-
tura ut moriatur,accepit. Tamẽ probatur homo,
& oſtenditur ſimilis eſſe beſtiis:quia unus eſt inte
ritus hominis,& iumentorum:& ſimilis utriuſq;
cõditio:& ſic homo moritur ſicut illa moriũtur.

Et ſimiliter ſpirant omnia.

¶Ideſt,& ille,& ipſe ſimilem habent uitam,& ſpi-
raculũ ſimile uiuificationis.Et in his omnibus.

Nihil habet homo iumento amplius:

¶Quia communis utriſque eſt,& ortus, quoniam
pariter de terra facta ſunt: & procurſus: quia ſi- Y
mul:

Omnia uanitati , & mutabilitati ſubiecta
ſunt;

¶ Et tranſeunt uniuerſa: & conſummatio finis
eadem , quia moriuntur ſimiliter , & reuertun-
tur ad terram de qua primum ſumpta fuerunt.
Sic, & prius homini cum iumentis una origo e-
rat in corpore, quod ſumptum eſt de terra : &
una uiuendi conditio cum iumentis : ut ſimili-
ter corpus terrenum aleretur de terra : ſed unus
finis cum iumentis homini non erat , quia fa-
ctus erat homo ut non moreretur : neque in ter-

ri reuerteretur de qua factus eſt. Ita tunc ꝑ incorruptionē corporis humilis origo tegebatur, & diſſimulatū erat per immortalitatē ne ocniret ei exprobratione: ꝙ hō ſimilis eſſet beſtiis: neq; oſtendere uoluit homini Deus unde eſſet ignobilitas eius, ut eum in ipſius conditione totum expone-
V ret. Sed ueſtiuit eum pulchritudine immortalitatis, & poſuit ſeorſum extra gentis ſuum in ſortem alteram. Cum uero peccaſſet homo Deo, priuauit eū gloria ſua: & remiſit ad originē ſuā, ut per id, quo ibat, agnoſceret, unde uenerat. Propterea unus eſt interitus hoīs, & iumentorum, & æqua utriuſq; conditio: quia ſicut homo moritur, ſic & illa moriuntur: & ſimiliter ſpirant omnia, & in his oībus nihil habet homo iumento amplius, ſed cuncta pariter ſubiacent uanitati.

## Et pergunt omnia ad unum locum.

¶ Ideſt ad terram matrem ſuam, & originis principium: quia.

## De terra facta ſunt, & in terram pariter reuertuntur.

X ¶ Et ſi quis dicere uoluerit: ꝙ habet homo ampliꝰ iumento in eo, ꝙ ſpiritus filiorū Adā uadit ſurſū, ut occidēte in morte corpore, ſuperſtes in uita remaneat: & ſpiritus iumentorū deſcendat deorſū: ideſt pariter cū morte corporis defluat in corruptionem: quis nouit hoc? Non tamen quia uerum non eſt hoc: ſed quia occultum eſt: ideo

## Quis nouit hoc?

¶ Nun.n. dixit falſum eſt hoc, ſed quis nouit hoc? Nemo hoc nouit. Non.n. ſciri pōt hoc ab hoīe: & tamen credi poteſt. Et uerum eſt, quia creditur: & quod creditur, uerū eſt, & ipſa credulitas non dubia ſcientia firma eſt: & tamen nemo hominum hoc ſcit qualiter ſciuntur ea, quæ uidentur, & audiuntur, & tanguntur, & cęteris ſenſibus percipiūtur: & qualiter ſciuntur ea, de quibus naturaliter dubitari nō pōt: & quę incredulis ſūt dubitantibꝰ, indubitabili ratione demonſtrantur. Sola.n. fide hoc percipitur, & ideo dubitatio magna eſt fidē non habētibus ſuper hoc, quia illud neſciunt, nec demonſtrari eis pōt ab iis, qui fide hoc capiūt: qa ipſi fidem non capiunt. Propterea putant ipſi hominē nihil prorſus iumento habere amplius, qa neſciunt, quòd ſpiritus filiorum Adā uadit ſurſū,
Y & ſpiritus iumentorum deorſum. Et cum dicitur eis, ꝙ homo iumento amplius habet: quia ſpiritꝰ hominis ſurſum uadit ad uitā, & ſpiritus iumentorum ad mortem deorſum, dicunt. Quis nouit hoc? Non enim putant ſciri aliquid poſſe, niſi oculo carnis uideatur, & contingatur ſenſu, & ideo ſcientiam fidei nō recipiunt, qua ſola hō ad id reuocatur in quo iumento habet amplius. Et quia uidere non poſſunt illud, nec contingere in manifeſto, ut cōprehendāt quid hoc eſt, qd habet homo iumēto amplius: deſperant oīno de uita perpetua, & increduli fiunt iis, quę dicuntur, & ſe in delectationes uitæ pſentis tota intētione ꝓiciūt: quaſi hæc ſit portio illorum ſola, & nihil amplius ſint accepturi poſtea. Neſciūt enim, ꝙ ideo abſcōditū eſt, ut credatur, ꝙ habet hō iumēto amplius: & probetur homo ipſe ignorantia ſua in fide a Deo. Si.n. uideretur non crederetur, ſed ſciretur: & nec eſſet meritum, nec ꝓbaretur homo, nec conuincerentur iniqui, nec boni exercerētur. Propterea abſconditū eſt, ut non uideatur, qd habet hō iumento amplius, ut fides meritum habeat, & infidelitas locum. Et ſunt multi infideles: & dicunt, quis nouit hoc? Et probant certa ꝓ incertis non eſſe relinquenda: & incipiunt pſentia amplecti, & ea, quę uidentur rapere, ut teneant q̄ certa ſūt: & ludificantur in incerto quia trāſeunt, & elabūtur dū teneri putantur: & ſuccedunt q̄ certa ſunt, q̄ putabantur incerta. Hæc oīa demonſtrat iſte, & format narrationē ſuam huc, & illuc, ut ſequatur mentes hoīm, qm̄ in hunc modum ipſæ nutāt, & fluctuant in incerto uitæ caliginoſę. Dixit.n. dubitationē hoīm de uita ſua, quia ignorāt, an habeat homo iumento amplius: & non inueniunt quis nouerit, ſi poſt mortem corporis, ſpiritus hominis ſuperſtes in uita remaneat: nunc ipſorum uocem in approbationem præſentium delectationū pro hac ipſa ſua dubitatione, ac deſperatione uitę futuræ aſſumit, dicens.

## Deprehēdi nihil eſſe melius q̄ lætari hominē in opere ſuo: & hāc eſſe partē illiꝰ.

¶ Qui.n. futuram uitā eſſe non credunt, ij partem Z
hoīs hāc ſolā eſſe putant, ut lætetur in opere ſuo: & in hac uita labore ſuo perfruatur. qm̄, qui mercedem poſt opus conſummatum ſubſecuturā nō exiſtimant, ii operis emolumētum non poſt opꝰ, ſed in opere capiendum arbitrantur: atq; illū felicem ſolum eſſe, qui ſui laboris fructum in pſenti ad uſum ꝑparat: non eum, qui ſui operis mercedē in poſterum capiendam reſeruat.

## Quis enim eum adducet, ut poſt ſe futura cognoſcat?

¶ Ex quo ab hac uita ſemel egreſſus fuerit homo, non adducitur amplius, nec reuocatur ultra in hanc uitam, ut experiatur, & ſentiat rurſum, quæ aguntur in hoc ſeculo: ut poſſit denuo delectationibus eius perfrui, & percipere iocunditatem illius, quæ futura eſt poſt eum. Ideo quamdiu uiuit, capiat quantum poteſt, & utatur hoc mundo antequam abeat, & educatur ex illo: quia non reuertetur amplius, nec reducetur, ut poſt ſe futura cognoſcat. Et fieri poteſt, ut iis, quibus ipſe uti noluit, alius poſt ipſum abutatur, & gaudeat, & exultet in bonis eius alienus: & non poſſint amplius ad uſum ipſius reduci, cum ſemel ablatus fuerit. Propter hoc, & huiuſcemodi putant homines hanc eſſe partem ſuam, ut fruantur uoluptate mundi dum uiuunt: & ob hoc ſolum factos ſe exiſtimant, nec futuros poſt hæc aliquid, cum finem acceperit uita iſta. Et multiplicant rationes, & argumenta, & quę ſibi ſunt rationes, coaceruant alias poſt alias, ut ſeipſos decipiant, & confirmentur corda eorum in malum, & credant, quod falſum eſt. Et ædificant mendacia mu-

murũ inter ſe,& ueritatẽ, ut non uideant eam: &
proponunt cuncta, & exquirunt diligenter oĩa,
quibus poſſint ueriſimiliter demonſtrare, ꝙ uita
alia non eſt,& hæc ſola bona eſt: & propter hanc
uitam tantum factus eſt homo, & alia poſt ipſam
non erit. Et hæc tota cõcuſſio de caligine iudicio-
rum Dei conſurgit: quia in dubio hominem po-
ſuit,ut probaret eum, nec uideret quod habet ho
mo iumento amplius. Et tñ ipſe errorem iſtũ rur-
ſum aliis iudiciis proſequitur,& oſtendit bonam
non eſſe uitam iſtã,in qua mala plurima regnant:
nec poteſt uera delectatio, uel requies tranquilla
inueniri. Et ideo ſuperſeminat aduerſa,& conuer
titur retrorſum ad ſe,& elongat, ut oppreſſos nõ
liberet,ut ualde affligantur,& dolore,ac triſtitia,
mala dulcedo,& delectatio iniqua tergatur. Et
idcirco qui uolunt in uita iſta iocundari,& pactũ
faciunt amoris cum ſeculo, & inique proponunt
non requirere ueritatem,coguntur ueris iudiciis
uidere mala,quæ ſub ſole ſunt:ut non placeant ſi-
bi nimis in auerſione ſua. Propterea iſte cum di-
xiſſet bonum eſſe hominis lætari in opere ſuo, &
hanc eſſe partem illius, & definitionem dediſſet
ad requieſcendum in iſtis, mouetur alia conſide-
ratione,quòd non ſic uita iſta eſt,ut requies in ea
eſſe poſſit. Propterea adiungit, & dicit.

Eccl.4. **Verti me ad alia.**

¶Ad alia quippe recte conuerſus dicitur: quia iis,
quæ nunc uiſurus eſt,aliud ab eo, qđ prius exiſti-
mauerat,credere admonetur. Hęc.n.oĩa,quæ uide
buntur nunc,alibi doceat eſſe uerũ bonũ hoĩs, q̃
in hac uita,quæ tantis miſeriis,& doloribus ſubie
cta eſt,in qua innocentia præmitur, & dolor con
ſolationem non meretur: hoc itaque aliud,& lõ-
ge aliud ab eo,quod prius uidebatur, & putaba-
tur,iſte conſiderabat,& ait.

***De innocentium oppreſſione, & derelictione: & uario, ac ſtulto impiorum de hac uita iudicio. Hom. XIX.***

Eccl.4. **VErti me ad alia, & uidi calum-
nias,quę ſub ſole geruntur,&
lachrymas innocentiũ,& con
ſolatorem neminem: nec poſ-
ſe reſiſtere illorum uiolentiæ,cunctorum
auxilio deſtitutos.**

A Ergo non putes hic patriã eſſe. Sed conſidera, &
agnoſce te ſub ſole eſſe,ubi uoluuntur omnia, &
cõfuſa ſunt uniuerſa: qm̃ ideo hoc factum eſt, ut
agnoſcas exilium tuum,& patriam requiras aliã.
Idcirco calumniæ fiunt hic,& oppreſſiones iniu-
ſtę: ut impetant alii alios ſine cauſa,& opprimant
ſine miſericordia infirmos fortiores: & non fert
conſolationem hic innocentibus Deus, quia illis
alibi reſeruat conſolationes ſuas, & nunc interim
cũctorum auxilio deſtitutos relinquit: ne in alie-
no auxilio cõſolẽtur,ꝙ ſuum nõ hñt,& minus ge
mãt,& ſuſpirent,& deſiderent eius conſolationẽ,
B quã nõdũ hñt. Sed peruerſorũ aĩus ĩ utraq; parte
correctionis impatiẽs, nec ꝓſperis excitatur, nec
caſtigatur aduerſis. Cũ.n. dulcia uitæ huius reſpi-
ciunt,hærent aĩo in illis,& dicũt: ſatis eſt hoc, &
nõ ẽ aliud bonũ hoĩs ꝑter iſtud futurũ poſtea. Cũ
uero aduerſa attendũt,hebetãtur, & corruũt aĩo,
& corruũt diffidentia, & deſperãt ſemetipſos, qa
ſpẽ aliã non habent. Et optant magis nõ eſſe,q̃ ma
le eſſe: quia malũ eſt,qđ ſunt,& non nouerũt bo-
nũ eſſe,qđ optare poſſint,ut ſe transferãt ad illud:
qm̃ in tẽpore uoluptatis ſuæ diſcere illud nolue-
runt,ut in tẽpore malo requieſcerent in illo. Et i-
deo faciunt,qđ ſolũ nouerunt: cũ male ſunt,nihil
eſſe uolunt,quia non nouerunt uiã aliã, qua effu-
giant malũ eſſe,niſi trãſeant ad non eſſe. Propter-
ea uiſis malis,quæ ſub ſole ſunt,continuo uoce il
lorum ſubinſertur,cum dicitur.

**Et laudaui magis mortuos,q̃ uiuentes: &
feliciorem utroq; iudicaui,qui necdũ na
tus eſt: nec uidit mala,quæ ſub ſole fiunt.**

¶Iſta quippe uox illorũ eſt,qui uerũ bonũ nõ no- C
uerũt,nec aliud putant hoĩ ad bonũ, uel ad malũ
eſſe,niſi qđ ꝓſens eſt totũ. Idcirco in bonis ſupra
modũ exultant,in malis deſperant: & ubi ſpes il-
lorum eſt,illic deſperatio cõſtat. Propter hoc ui-
ſis malis mũdi huius dicunt,feliciores mortuos q̃
uiuentes: & utriſq; necdũ natos feliciores. Quia
.n. hoc ſolũ exiſtimant eſſe,qđ uidetur: uiſa miſe-
ria,q̃ in illo eſt,iã in eſſe alio felicitatẽ non requi-
rent,qa eſſe aliud ꝑter hoc,nõ nouerunt: ſed in ſo
lo non eſſe eã cõſtituunt: qm̃ in hoc toto,qđ ſolũ
eſſe putant,infelicitatẽ inuenerunt. Idcirco magis
laudãt eos,qui fuerũt,& nõ ſunt q̃ eos, qui adhuc
ſunt,& utriſq; beatiores ꝓdicãt illos, qui necdum
ſunt. Si.n.(ut uidetur ipſis) malũ eſt totũ eſſe: bonũ D
eſt nõ eſſe,& melius nõ fuiſſe. Nã ſi malũ eſt malũ
eſſe,bonũ eſt malũ nõ eſſe: & meli⁹ nõ fuiſſe. Qđ
.n. longius a malo eſt in bono, ipſum maius eſt bo
nũ. Sicut qđ lõgius a bono eſt in malo, ipſum ma
ius eſt malũ. Si ergo malũ eſt eſſe: bonũ utiq; eſt nõ
eſſe,& multo melius utroq;, nunq̃ fuiſſe. Eiuſmo
di itaq; peruerſitates pariunt de ſe mentes homi
nũ ſub ſole,ut hoc etiã ad cõfuſionẽ oĩm accedat,
ꝙ homo ipſe caligat ad uidẽdũ ſe. Si.n. uideret hõ E
quid homo ſit,& quare factus ſit hõ: recognoſce
ret utiq; bonũ ſuũ,& iã nõ magis felices diceret,
qui nihil ſunt,q̃ eos,qui ſunt aliquid. Deſiderio
nanq; tanti boni aſtrictus animus, licet malis tẽ-
poralibus afflictus,uitã præſentem faſtidiret: ſpe
tamen conſolationis uenturæ omnino eſſe magis
quàm non eſſe,diligeret. Sed nunc peruerſitas
magna excreſcit in mentibus hoĩm ignorantium
bonum ſuum,& uanitas in conſummatione, qua
maior eſſe non poteſt. Homo enim uanitate muta
bilitatis ſuæ a uera eſſentia defluens,ſine ceſſatio-
ne omni tempore id,quod eſt,eſſe deſinit: & trã-
ſit in id ſemper, quod nõ eſt, & ita quodãmodo
aſſuefactus malo ſuo tandem ad hoc peruerſitatis
ſemetipſum præcipitat,ut iam omnino nihil eſſe
concupiſcat. Sed hanc inſaniam multi quaſi in
manifeſto propoſitam,& quæ abſcondi non poſ- F

ſit,euitare cupientes: conuertuntur, ut eſſe ſuum
cuſtodiant,& adhibent ſollicitudinē,& induſtriā
magnam laborum ſuorum:ut ſecuram faciant ui
tā ſuā a malis,quæ ſunt ſub ſole:& congregant o-
pes,& multiplicant diuitias,& cætera omnia,quę
ſolatio uitæ eſſe poſſint,multa prouidentia,& ſol
licitudine exquirunt.Et faciunt multa, & operan
tur memoria digna plurima: & nonnunquam in
duſtria ſua, & labore uiolentiam alienā effugiūt,
ſed inuidiam alienam euadere non poſſunt. Qua
propter de iis quoque poſt impatientiam deſpe-
rantium,ſententiam ſubdit,dicens.

Rurſus contemplatus ſum omnes labo-
res hominum, & induſtrias animaduerti
patere inuidiæ proximi.

G ¶Cum enim labores hominum conſideraret: ui-
dit,quòd induſtrię bonorum, proximorum inui-
diæ patuit:quoniam peruerſi quoq; ſicut per pi-
gritiam ligantur,ut in ſemetipſis opera uirtutum
non exerceant, ſic per inuidiam ſtimulantur, ut
ea in proximis carpant.

Et in hoc ergo uanitas, & cura ſuper-
flua eſt.

H ¶Vel hoc uanitas eſt,ꝙ homo bonis operibus alte
rius inuidendo curam animo ſuo,& angorē mali
tiæ inducit,cum inuidendo non illi, cui inuidet,
noceat,ſed ſibi.uel etiam hoc uanitas eſt,quod ho
mo pro his temporalibus bonis laborat nimis, &
ſollicitus eſt,& cura ſuperflua ſe affligit, cum eo-
rum acquiſitio citius proximum ad inuidiam ex-
citet,quam protrahat ad dilectionem.Cum enim
bona ſit induſtria,qua homo exercetur: mala eſt
I cura ſupflua,& ſollicitudo, qua affligitur. Simul,
& fiducia uana,& ſpes,qua in multitudine diuitia
rum uera ſecuritas expectatur: cum earū acquiſi-
tio potius ſecuritatem auferat:quādo proximos,
qui in paupertate forſitam amare nos potuiſſent,
pro ſua ęmulatione ad inuidendum nobis inflā-
mat.Iure igitur induſtria approbatur, & ſollicitu
K do uana arguitur. Sed uenit rurſus aliud genus
hominum de grege uanitatis quęrētium occaſio-
nem torpori ſuo.Et reprehendunt iſti operantes:
& quaſi ſollicitos arguere uidētur,ut ipſi ſint diſ-
ſoluti.Sic enim uanitas currit: ut nunquam me-
dium limitem uirtutis inueniat.

Et ideo ſtultus complicat manus ſuas, &
comedit carnes ſuas,dicēs.Melior eſt pu-
gillus cum requie,quàm plena utraq; ma
nus cum labore,& afflictione animi.

L ¶Complicat ſtultus manus ſuas. Stultus enim eſt,
qui ſibi neſcit ꝓuidere in poſterum.Stultus eſt,q
putat manus ocio complicatas impleri diuitiis.
Cōplicat manus ſuas:alterā ad alterā plicat,ne ex
tendantur ad operationem.Cōplicat manus ſuas,
quaſi pactū faciens cū ocioſitate.Et comedit car-
M nes ſuas.Putat ſe corpori ſuo parcere,quia illud la
boribus non affligit, ſed inde caro eius egeſtate
conſumitur,unde ocio nutritur.Comedit carnes
ſuas.Paſcit.n.eum ſtultitia ſua,& ocioſitas ſua im-
pinguat eū.Sed tamen caro eius quantum in utili
uacatione paſcitur:tm̄ ſubſequenti inedia mace-
ratur.Ideo comedit carnes ſuas,dicens:melior eſt „
pugillus cū requie,q̄ plena utraq; manus cum la- „
bore,& afflictione animi.Verum eſt,ꝙ melior eſt N
pugillus ſi deficere neſciret,& cunctis benedictio 3.Re. 17
uiduæ Sareptanæ data eſſet.Sed nō ad omnes He-
lias miſſus eſt.Quare ergo ſtulte dicis meliorē pu
gillū cū requie,q̄ plenam utranq; manum cum la
bore?Forſitā conſideras,quando pugillum habes,
& requiem habes: ſed non attendis quando nec
ipſum pugillum habebis, quid tūc facturus ſis, &
quam requiem tunc ſis habiturus. Ideo nunc co-
medis pugillum in requie,& placet tibi ocioſitas
tua:neq;curas nunc interim alium pugillum quę
rere cum labore,quem comedas, cum iſte defece-
rit. Ideo comedis carnes tuas nunc, quia ipſæ ua-
pulabunt poſt ocium hoc importunū,& ſui mace
ratione poſt modum exſoluent, quod requies in-
cōſulta expenderit.Et forte putes, ꝙ nunc omnia O
genera uanitatum dicta ſunt, & non eſt aliud ge-
nus uanitatis,quod inueniat ſpeculator ſub ſole.
Ideo ſequitur.

Conſiderans reperi aliam uanitatem ſub
ſole. Vnus eſt, & ſecundum non habet,
non filium,non fratrem,& tamen labora
re non ceſſat:nec ſatiantur oculi eius di
uitiis,nec recogitat,dicens,cui laboro,&
cur fraudo animam meam bonis?

¶ Qui.n.unus eſt,& ſolus alium ſucceſſorem non
habet,nec filiū,quem genuit,nec fratrem,cū quo
genitus eſt ipſe:nā patris ſucceſſor ipſe eſt.Qui er-
go ſecundū non habet, quē relinquat poſt ſe ſuc-
ceſſorē in bonis ſuis: & tn̄ congregare nō ceſſat,
nec per fruitur iis,q̄ poſſidet:ſed ſeruat auare,quæ
cupide congregauit:quid hoc uanius eſſe poteſt? P
Qui.n.laborat,& fruitur labore ſuo, aliquem fru
ctum capit:& qui laborat,nec utitur iis,quæ labo
re ſuo acquirit,& tamen iis,quos diligit,poſſidē-
da ea relinquit,aliquod emolumentū capit labo-
ris ſui,deſiderium,& uotū dilectionis ſuæ.Qui ue
rò laborat,&,nec ſibi,nec alii,quem diligit, labo-
rat,quare laborat,niſi ſoli uitio ſuo cui ſeruit?hic
.n.ſoli uitio ſeruitur:& non eſt alius affectus,q̄ ex
cuſet ſollicitudinē uanā,cui ignoſci poſſit,niſi ſo-
lus ille,quē uitiū genuit.Multi ſunt labores homi Q
num,qui alienis relinquuntur:& non capiunt fru
ctū ex eis,qui faciunt illos. Et multi quoq; in ſa-
pientia laborāt,& dāt operā, & ſtudent multa ſci
re,& dicere plurima,& ſcripto ſenſa ſua commen
dāt,ut ad poſteros trāſmittantur:nec capiūt fru-
ctū ex iis oībus,ut melius ſit ipſis,ſed inanes rema
nent a ueritate,& a dulcedine ſapientiæ uacui.Et
uanitas eſt oīs labor eorum:etiā ſi ueritati appro-
ximare uideatur.Neſciūt.n.hoīes huiuſmodi, cui
laborent,& fraudent aīam ſuam bonis:quia cum
ad ſolam operis magnitudinem intendant,fructū
ex eo non capientes,& ſibi ex illo nullam utilita-
tem prouenire conſpiciunt, & utrum hæc ipſa a-
liis poſt ſe profutura ſint, ignorant.

## *ANNOTATIVNCVLÆ*

### *Elucidatorię in Threnos Hieremiæ Prophetę, ſecundum multiplicem ſenſum. Secundum literalem.*

Thren. 1

A QVomodo ſedet ſola ciuitas plena populo?

¶Quantum ad literam ſpectat, deſolationem Hieruſalem plangit Hieremias: & admirãtis, uel dolentis uox eſt iſta. Ideo aũt ab admiratione inchoat, ut magnitudinẽ calamitatis oſtẽdat, ac per hoc attẽtos faciat auditores; ut in quibus ſint malis agnoſcant, & ad pęnitentiam conuertantur. Quomodo ſedet ſola ciuitas plena populo? quaſi diceret. Ciuitas, quæ olim in tempore Dauid, & aliorum bonorum regum, qui Deo placuerunt, plena populo fuit: attendite quare nunc ſola remanſit. Cur enim niſi, quia Deum offenderunt? Solam autem dicit, hoc eſt deſolatã, propter populum abductum captiuatum in Babylonem. Vel ſi ad idem tempus referatur, plena populo eſt, & tamen ſola ſedet: quia Deum propitiũ non habet: quoniam prodeſſe non poteſt multitudo populi, ubi deeſt auxilium Dei. Quod autẽ dicit, Sedet: ad deiectionem pertinet, & humiliationem. ¶Facta eſt quaſi uidua: hoc eſt uiuente adhuc uiro ſuo derelicta: & ideo non uidua, ſed quaſi uidua: quia ſi pęnituerit, adhuc reconciliari poterit. Propterea uerò Deus uir dicitur plebis illius: quia eam ad cultum ſuum caſto ſibi amore copulauerat, ne per uarias idolorum culturas fornicaretur.

*Notabile verbum quaſi uidua.*

Facta eſt quaſi uidua domina gentium: princeps prouinciarum facta eſt ſub tributo.

B ¶Sic erat olim, quòd gentes alienigenarum ſeruiebant Iudæis; & prouinciæ nationum ſubditæ erant illis: nunc uerò ipſi a Deo derelicti tributarii facti ſunt nationibus. Commemoratio igitur prioris gloriæ, preſentis miſeriæ eſt exaggeratio.

C ¶Secundum allegoriæ ſenſum Hieremias in eccleſia quoſlibet ſpiritales uiros deſignat: qui cum uideant multitudinem hominum ad fidem confluxiſſe, & nomen Christi per totum pene mundum dilatatum eſſe: nullos autem, uel admodum paucos inueniant, qui in ueritate Chriſtum ſequãtur, & ſyncere fidem eius teneant; omnibus quæ ſua ſunt quærentibus, dolentes, & gementes dicunt, Quomodo ſedet ſola ciuitas plena populo? Vt quid tantum in eccleſia populum cernimus, & tamen ſolam eſſe eccleſiam uidemus? quia uix

Allego.

D aliquem, qui uere cum eccleſia ſit, inuenire poſſumus. Simile quiddam in euangelio repperi. cõſtituto in turba Domino undique circumuallante, & prementе ſe populo: uenit mulier fluens ſanguine & accedens retro tetigit fimbriam ueſtimenti eius: & ille confeſtim. Quis (inquit) tetigit me? Tetigit me aliquis? Quia, qui muliere fimbriam contingente, quaſi nouum aliquid paſſus interrogat, quis me tetigit: profecto declarat, quod prius (quamuis cunctis pungentibus, & prementibus) tactus non fuerit. Sicut ergo Chriſtus turba premente intactus permanet: ita eccleſia corpus Chriſti inter multos ſola ſedet: quia fides catholica profeſſores multos habet, imitatores paucos: ſicut, & tunc, qui Domino propè erant per præſentiam corporalẽ, non eum contingere poterant: quia lõge erant per fidem, & dilectionem. Plangit ergo ſpiritualis Hieremias, & dicit. Quomodo ſedet ſola ciuitas plena populo? Quia ubicunque ſerui Dei ſunt ſine dolore, & gemitu, hæc uidere non poſſunt. Facta eſt quaſi uidua domina gentium: princeps prouinciarum facta eſt ſub tributo. Per gentes rectè accipimus carnales quoſque intra eccleſiam poſitos: per prouincias uerò quoſcunque extra eccleſiam conſtitutos: ſicut ſunt pagani, Iudæi, & hæretici. Tunc ergo ſancta eccleſia domina eſt gentium: quando carnales quoſq; intus poſitos per diſciplinę rigorem ad ſeruiendum ſubijcit. Princeps prouinciarum eſt: quando extra poſitos infideles per potentiam, ne nocere poſſint, repellit. Sed ſi forte quando peccatis exigentibus a Deo derelinquitur: quatenus nec eos, qui intus turbant, cohibere ualeat, nec ab iis, qui ſe foris impugnant, defendere: tunc domina gentium quaſi uidua relinquitur: & princeps prouinciarum efficitur tributaria. Quando enim fideles, uel ab hæreticis deceptos, uel a poteſtatibus huius mundi premio, ſiue terrore fractos ad infidelitatem trahi conſpicit, quid aliud, quàm alienigenis tributum ſoluit?

Marc. 5.

E

F ¶Secundum intellectum moralem ciuitas ſignificat animam: quæ ſola ſedet, quando a Deo derelinquitur; plena autẽ populo uirtutum, quando a Deo inhabitatur. Si autem ciuitatem inuenimus, cuius deſolatio plangitur, ubi Hieremias inuenitur? Vnuſquiſq; noſtrum debet eſſe Hieremias: & plangere deſolationem ſui, quemadmodum ille plangebat deſolationem Hieruſalem. Et certe ſi ille ſic plangebat ruinam lapidum: nos multò magis plangere debemus deſolationem animarum noſtrarũ, & dicere unuſquiſq; . Quomodo ſedet ſola ciuitas plena populo? Quomodo anima mea deſolata eſt? Quomodo bonum illum habitatorẽ perdidit, quo præſente olim plena populo uirtutum fuit? Facta eſt quaſi uidua domina gentium.

G Gẽtes ſunt deſideria carnis, quæ nobis ſecundum corruptionem primæ natiuitatis ingenita ſunt, & legi mentis contradicunt: quibus tunc bene aĩa dominatur, quando Deo perfectè ſubijcitur. Princeps prouinciarum facta eſt ſub tributo. Per prouincias accipere poſſumus ſẽſus corporeos: quia, ſicut in una prouincia multi ſũt homines: ita quiſq; ſenſuũ diuerſos habet motus, & diuerſas operationes, per quas foris in uiſibilibus diffunditur: & dum ſingulorum ſenſuũ appetitus ad nutũ ratio-

nis mouentur: quaſi quibuſdam prouinciis ani
ma principatur. Si ergo anima ſuo inferiori, hoc
eſt ſenſualitati principari deſiderat: neceſſe eſt,
ut ſuo ſuperiori, hoc eſt, Deo ſe ſubijciat:
quia nequaquàm ſubtus ſe a ſuo inferiori tueba-
ri poterit: dum ſupra ſe rectorem Deum habebit.
Si uero oblita timoris Domini ſequuta ſit concu
piſcentias ſuas, aufert Deus gratiam ſuam ab ea:
& tunc ex neceſſitate deſiderijs eneruiter ſuccum
bit, quæ prius cum Deo ſubiecta eſſet: & ab ipſo
H regeretur ſuorum ſenſuum appetitus ad imperiũ
rationis potẽter ſtrinxit. Et nota, q̃ dicit domina,
nõ princeps gentiũ, & princeps, nõ dña ꝓuincia
rũ: quia uitia, quæ naturalia nõ ſunt, cõprimi de
bent, ſenſus enim quia naturales ſunt non com-
primi, ſed regi neceſſe habent: ut in illis extirpã
dis homo eſſe ſtudeat diſtrictus, in iſtis moderã
dis, & cuſtodiendis, diſcretus. Sed fit nõnũquàm,
ut dum homo licitis carnis ſuæ deſideriis reſiſte-
re, & motus ſenſuum ſuorum cuſtodire negligit:
ita tandem praua conſuetudine alligetur: ut poſt
modum etiam uolens eiſdem reſiſtere non poſſit.
Quando ergo uitijs ſeruire cogitur, quibus prius
I ſponte conſenſit, quid aliud, quàm prauæ conſue
tudini tributum ſoluit? Tria ergo bona, & tria ma
la enumerauit. Bona ſunt: ciuitas plena populo,
domina gentium, princeps prouinciarum. Mala:
ſola, uidua, tributaria. Sed uideamus primũ quo-
K modo bona obtineat: poſtea quomodo ad mala
deſcendat. Priusquàm ſpiritus ſanctus ueniat ad
cor noſtrum, ſterilis eſt anima noſtra: cum autẽ
uenerit, fęcundat eam, ut pariat: & naſcantur uir
tutes in ea. Quæ uidelicet uirtutes, quàmdiu ad-
huc imperfectæ ſunt, & incipientes, & necdum
foras prodire poſſunt, ſed intrinſecus adhuc per
gratiam eiuſdem ſpiritus nutriuntur, ut creſcant,
& robuſtæ fiant: quid aliud quàm paruuli quidã
in domo patris educantur, donec ad legitimam
ætatem perueniant? Cum uerò ad perfectum ue
nerint incrementum, & ſolido quodam ſapiẽtiæ
cibo uti cœperint: tunc iam non ut paruuli nutri
ri indigent, ſed quaſi ut quidam populus in ciuita
te ſub lege imperatoris ſui uiuere debent. Sed cũ
Deus intus pręſidens nos regit, tunc caro ſubie-
cta foris ſeruit: & quantò humilius ei intus ſubdi
mur, tantò robuſtius foris principamur. Sic ergo
anima noſtra intus plena populo uirtutum, quã-
do regem Deum habuit: extra etiam domina gen
tium, hoc eſt carnalium deſideriorum, & prouin
ciarum, hoc eſt ſenſuum corporis princeps fuit:
Nunc autem ſola, quia regem perdidit: uidua,
quia maritum amiſit: tributaria, quia uitijs ſubie
cta ſeruit.

## Plorans plorauit in nocte.

¶ Inculcatio uerbi abundantiam doloris deſignat.
L Plorans plorauit in nocte, hoc eſt in tempore
quietis, in tempore obliuionis: q̃n ſolent homi-
nes obliuiſci malorum ſuorum. Et attendite
quanta ſit miſeria illius, cui & tunc dolores de-
eſſe non poſſunt, quando alij a doloribus re-
quieſcunt.

## Et lachrymæ eius in maxillis eius.

¶ Eſt aliquando dolor, qui quomodocunq; cor tã
git: ſed lachrymas extorquere non ſufficit. Non
eſt talis dolor huius: lachrymę enim eius in ma-
xillis eius.

## Non eſt qui conſoletur eam ex omnibus caris eius.

Vel quia in tribulatione poſitam contemnũt: uel M
quia in tanto malo ſubuenire nõ poſſunt. Caros
autem populi illius uocat prophetas, & princi-
pes, qui conſolari eos conſueuerant: prophetæ a
Deo promittendo auxilium: & principes contra
inimicos pugnando, & patriam defendendo. Nũc
autem plebem in tribulatione poſitam minime
conſolabantur: quia & illi Deum iratum prædica
bant: & iſti inimicis regionem uaſtantibus, & po
pulum captiuantibus reſiſtere non poterant. Vel
aliter legi poteſt: Plorans plorauit in nocte, hoc † amicã
eſt in ſecreto, in abſcondito: quod † amatũ eſt flẽ-
tibus: qui conſolari nolunt, ſed paſcuntur dolori
bus ſuis. Vel ideo plebs in captiuitate poſita in ab
ſcondito plorat: quia triſtitiam ſuam manifeſtare
non audet, propter crudeles dominos, quibus ſu
biecta ẽ: ne erga ſe maiorũ eorũ excitaret iracun-
diã, ſi de ſua ſeruitute triſtis appareret. Sed tantus
dolor abſcõdi nõ põt: quia lachrymæ eius in ma-
xillis eius, hoc eſt in aperto, in manifeſto: quia ex
aſſiduitate flendi facies intumuit. Et in tantis ma
lis iſtis, quã conſolationẽ expectare poterant: qui
bus etiam chariſſimi conſolationem non ferunt?

## Omnes amici eius ſpreuerunt eam.

¶ Per amicos uult itelligi finitimas nationes olim
fędere iunctas populo Iudæorum: qui nũc in preſ
ſuris conſtitutũ nõ ſolũ ſpreuerunt, auxilium nõ
ferendo: ſed etiam inimici facti ſunt perſequẽdo.
¶ Secundũ ſenſũ allegoriæ: nox ſunt peccatores, N
maxillæ uerò ꝑdicatores, qui cibũ uerbi Dei expo Alleg
nendo cõminuũt, & ſic ad infirmos, & ſenſu hebe
tes trãſmittunt. Q̃n uero eccleſia in hoc miſeræ ꝑſẽ-
tis exilio in mẽbris ſuis pfectioribus lapſus infir-
mãtiũ plorat: quaſi plebs in captiuitate poſita p
noctẽ lachrymas in maxillis portat. Vel nox hanc
ipsã, qua uiuimus, ꝑſentẽ uitã ſignificare põt: q̃n
adhuc inuicẽ cõſciẽtias noſtras nõ uidemus. Et ſi-
cut ſupra dixim⁹, maxillæ ſignificãt illos, qui ſciẽ-
tiã uerbi Dei hñt. Tũc ergo ſãcta eccleſia p noctẽ
lachrymas in maxillis portat: q̃n perfecti quique
quãtò uicinius p illuminationẽ mentis diẽ æterni
tatis cõſpiciũt, tãtò magis ꝑſẽtis uitę tenebras plã
gũt: ſcdm ſniam Salomõis, qua dicit. Qui addit ſciẽ- Eccl. 1.
tiã, addit † dolorẽ. Nõ eſt qui cõſoletur eã ex oibus † laborẽ
caris eius. Caros eccleſiæ eoſdẽ peccatores accipi O
m⁹, quos ſupra p noctẽ ſignificari dicebam⁹: quos
ꝓfecto dũ plãgit diligit, q̃a nequaq̃ d eorũ pditio
ne plãgeret: niſi ſalutẽ eorũ, & cõuerſionẽ amaret.
Sed tũc ab illis cõſolationẽ nullã accipit, q̃n nul-
lus eorũ ad pęnitẽtiã redit: quia cõſolatio flentiũ
eſſet conuerſio peccatorũ. Vel cari eccleſię ſunt il
li beati angelici ſpiritus, uel animę ſanctorum ad

quorum

quorum conſortium de huius exilij nocte ſuſpitat:qui ei tunc conſolationem non ferunt, dũ eã adhuc a ſua ſocietate peregrinari ſinunt. De qua adhuc ſubditur. Omnes amici eius ſpreuerunt eã. Quos hic amicos eccleſiæ dicit, niſi potentes huius ſeculi, qui nonnunquam dum temporaliter ſublimatam uident, honorant: & ſe diligere fingunt:ſed dum in preſſuris conſtitutã conſpiciũt, perſequuntur, & ſpernuntur? ¶Secundum moralem ſenſum habet anima diem ſuum: habet noctem ſuam. Diem habet, qñ in lucem contemplationis erigitur: noctem habet, qñ tentationum caligine tenebratur. Sed in die ridet, in nocte plorat:quia mens, quæ tentationum pondere preſſa gemit, ſubleuata poſtmodum in gaudio contemplationis hilareſcit. Plorat ergo aĩa in nocte: qñ tenebroſam intus conſcientiam ſalubri dolore cõpungit. Lachrymas in maxillis fert: qñ diſtricta foris caſtigatione carnem affligit. Tunc.n.lachrymæ in maxillis ſunt: qñ dolores cordis uſque ad macerationem carnis perueniunt. De quo ad maiorẽ adhuc doloris exaggerationem ſubiungitur. Non eſt qui conſoletur eam ex oĩbus caris eius. Tribus modis homo a Deo derelinquitur: aliqñ intus, & non foris. aliquando foris, & non intus. aliqñ & foris, & intus. Foris, & non intus derelictus fuit Iob, qui exterius flagella carnis ſuſtinuit: ſed intus conſtantiã mentis non amiſit. Intus, & non extra derelictus fuit Dauid, cuius mentem intus ſibi libido per conſenſum ſubdidit: ſed prophetica foris admonitio ad pñiam reuocauit. Intus, & foris derelictus fuit prodigus ille in euangelio filius, qui & luxurioſe uiuens intus defluxit, & fame tabeſcens foris conſolationẽ non inuenit. Sed quos hoc modo Deus deſerit, alios ad probationem deſerit, ut per tentationem exerceantur: alios ad ſubuerſionem deſerit, ut per tentationem deiiciantur. Propter qđ & pſalmiſta p̃catur. Ne declines in ira a ſeruo tuo: quaſi diceret. Etſi me tentari p̃mittis, ne dimittas in tentationem induci, hoc eſt a tentatione ſuperari. Sed quia diuinorum iudiciorum profunditatem homo penetrare nõ põt: tunc maxime quiſq; in tentatione poſitus ſe derelictum eſſe p̃timeſcit: cum & intus, & foris tentationibus ſollicitari ſe conſpicit. Facilius autem foris aduerſa tolerat, cuius conſcientiã intus delectatio peccati non conturbat. Et rurſus, facilius intus tentationem ſuſtinet, qui foris conſolationem habet. Vnde & magna tribulatio huius oſtenditur, quę, & intus, & foris derelicta eſſe demonſtratur. hoc nãq;, qđ dictum eſt. Plorãs plorauit in nocte, & lachrymæ eius in maxillis eius: intus derelictã eſſe inſinuat: qđ uerò dictum eſt, non eſt, qui conſoletur eã ex oĩbus caris eius, foris deſolatam eſſe declarat. Sequitur Omnes amici eius ſpreuerunt eam: & facti ſunt ei inimici: Videte q̃ multæ ſint tribulationes iuſtorum. Fortaſſis parum erat in preſſuris conſtitutæ, ꝙ conſolationem a caris nõ acciperet, niſi etiam ab amicis perſecutionem ſuſtineret. Sed qui ſunt amici iſti, qui nos perſequũtur, niſi illi, de quibus dicitur in euangelio, Inimici hominis domeſtici eius? Ergo iſti ſunt inimici noſtri, perſecutores noſtri, domeſtici noſtri, amici noſtri. ſecundum carnis affinitatem nobis propinqui, qui nos per amorem carnis ad uitam præſentem diligunt: ſed ambulantibus in uia Dei contradicunt. Cum enim ab amore huius mundi nos elongare cupimus: confeſtim eos, qui prius amici uidebantur, aduerſarios inuenimus. Primum ſiquidem ad Deum conuerti nolentes, ſub obtentu peſtiferæ dilectionis blandis perſuaſionibus reuocare contendunt. Quos ſi in propoſito bono fixos, & immobiles uiderint, mox quaſi aduerſarios abdicant, & ſpernunt: & nonnunquam etiam odiis atrociſſimis inſectando, & pœnis affligendo, de falſis amicis ueri perſecutores fiunt. Dicat ergo, non eſt qui conſoletur eam ex omnibus caris eius: quia in tribulatione uerba iuſtorum ad conſolationem accipere non meretur: omnes amici eius ſpreuerunt eam, & facti ſunt ei inimici: quia ab iniquis contumeliam, & contemptum patitur.

Moral. — Pſal. 26. — Matt. 10

## Migrauit Iudas. Literal.

Tranſiuit, receſſit, fugit de terra ſua in Babylonẽ: quia ſuſtinere non poterat multam ſeruitutem, qua affligebatur a nationibus, exiſtimans tolerabilius ſibi fore, ſi uni genti ſeruiret in terra aliena, quàm ſi oĩbus gentibus præda eſſet in propria.

## Habitauit inter gentes, nec inuenit requiem.

¶Propriũ eſt afflictorũ, ꝙ ſemper preſens periculum grauius iudicant: ſicut ægroti in nocte diem expectant, & in die noctem deſiderant: & dũ ſemper dolorẽ tranſire cupiunt, ſemper ad dolorem tendunt. Sic nimirum populus iſte, dum in terra ſua affligeretur, fugam appetiit: dum uerò in exilio deſolatus eſſet, & uagus oberrans requiem inuenire non poſſet, ad reditum ſuſpirauit. Exprimit autem hic affectum fluctuantium, non quia ſponte migrauerint, ſed quia in anguſtia conſtituti in diuerſam mentem uota mutauerunt.

## Omnes perſecutores eius apprehenderunt eam inter anguſtias.

¶Coarctatus undique locum euadendi inuenire non potuit: fugiens Chaldæos, incidit in Ægyptios: & cũ ab Ægyptiis fugeret, occurrit Aſſyrius. ¶Myſtice, Iudas, qui interpretatur confitens, deſignat quoſdam in eccleſia, qui nomen Chriſti cõfitentur: ſed quia in amore Chriſti adhuc firmi nõ ſunt, pati pro Chriſto aduerſa erubeſcunt. De qualibus dictum eſt. Ad tempus credunt: & in tempore tentationis recedunt. Iſti ergo propter afflictionem, & multitudinem ſeruitutis, in qua dum paſſionibus iuſtorum cõicare nolunt, a conſortio iuſtorũ alieni fiũt. Habitauit inter gentes. Habitare inter gentes, eſt uitã, & cõuerſationẽ prauorũ imitari. Requiẽ non inuenire, eſt mundi huius actionibus implicari: quia.n. in huius mundi actionibus finis non eſt, ſectantibus eas requies eſſe non poteſt. Sæpe tamen homo pro amore præſentis uitæ libẽter labores tolerat: quos pro amore Dei

Allego. — Luc. 8.

ferre

ferre recuſabat. Fit ergo magna exprobratio rece
dētibus a Deo: ſimulq; excuſatio tollitur eis, qm̄
aperte monſtratur, q ſine cauſa præuaricati ſūt,
dum utiles labores declinando ad labores inuti-
les deſcenderunt. Omnes perſecutores eius appre
henderunt eam inter anguſtias: Quādiu cor hoīs
caritate, & ſpe æternorum bonorum dilatatum
eſt, ſi forte foris tribulationem ſuſtinet, intus tñ
anguſtiam non habet. Quantum ergo bonū per-
dat, qui fiduciam, quæ eſt in Deum, perdit, hinc
agnoſcere pōt homo: q ſemper anguſtiā in aduer
ſis cor patitur, niſi p ſpem futurorum bonorum
dilatetur: Inter anguſtias, inquit, comprehende-
runt eam. Et attende, quæ ſint anguſtiæ eorum,
qui à Deo recedūt: nunquàm ſecuri ſunt, ſemper
trepidant: in proſperitate timent, in aduerſitate
deſperant.

¶ Migrauit Iudas. Sunt nonnulli, qui dum pecca-
V ta ſua aſpiciunt, tranſitoria quadam compūctio-
Moral. ne accenſi, uſque ad confeſſionem perueniunt:
melioris uitę uias aggredi proponunt, ac ſe dein-
ceps ad perpetrata uitia nō redituros eſſe ꝓmit-
tunt. Sed quia pro commiſſis condigna ſatisfa-
ctione ſemetipſos affligere, & cum apoſtolo cor-
pus caſtigare, & in ſeruitutem redigere nolunt,
citò ſuperueniente tentatione ad ea, quæ dereli-
querant, peccata reuertuntur: quia non facile ni-
tiis reſiſtere poſſunt, qui uitiorum affectus in ſe-
metipſis mortificare negligunt. De quibus hic di
citur. Migrauit Iudas propter afflictionē, & mul
titudinem ſeruitutis. Quid enim Iudas niſi peccā
ta ſua cōfitentes ſignificat? qui migrant propter
afflictionem, & multitudinem ſeruitutis, quādo
uicti poſt concupiſcentias ſuas abeunt: quia eas
per afflictionem, & ſeruitutem carnis ſuæ morti
ficare pertimeſcunt. Contra quos ſapientia dicit.
Eccle. 2. Fili accedens ad ſeruitem Dei, ſta in timore: & ꝑ-
para cor tuum ad tentationes. Nam qui peccata
ſua confitentur, & uitam ſuam emendare inſti-
tuūt: iſti nimirum ad ſeruitem Dei accedūt. Sed
ibi ſtare negligunt, quando aduerſitatibus uicti, a
bono propoſito cadunt. Hoc eſt, quod monuit,
præpara cor tuum ad tentationes, ut in uia Dei
ambulantes, ad toleranda aduerſa parati ſimus:
qui priuſquàm in uia Dei eſſemus, illicita nos per
petraſſe intumuimus. Habitauit inter gentes: nec
inuenit requiem. Quid eſt inter gentes habi-
X tare, niſi deſideriis carnalibus morem gerere: ubi
requies non inuenitur: illa nimirum, quam Do-
minus in euangelio laborantibus promittit, di-
Matt. 11. cens. Inuenietis requiem animabus ueſtris: & de
qua peccatori dicitur. Peccaſti, ne adiicias iterū:
Eccl. 21. ſed quieſce. Et meritò: qui in corpore laborem
ſuſtinere noluerunt, ad laborem animæ perue-
niunt: eorūq; mentem furor malorum deſiderio
rum exagitat, quorum carnem debita pæna non
caſtigat. Sic nimirum Sanſon ille erutis oculis,
ad molam ponitur: quia animus amiſſo lumine
ueritatis per appetitum terrenorum deſideriorū
circumfertur. Qui uidelicet Sanſon quàmdiu ca-
pillum capitis habuit, inſuperabilis fuit: ſed poſt
quàm in ſinu mulieris obdormiuit, & abraſus ca
put capillum perdidit, continuo ab hoſtibus capi
tur, & cæcatur, ſeruituti etiam addicitur. Sanſon Y
interpretatur ſol eorum: & ſignificat animum
diuina cognitione illuminatum. Caput Sanſonis
principale eſt mentis. Capillus capitis radius eſt
contemplationis. Sinus mulieris, blandimentum
eſt carnis. Quamdiu enim animus contemplatio
ni inhæret, a tentatione ſuperari non pōt. Quod
ſi in carnis delectationem reſolutus fuerit, ibiq;
obdormierit: continuo ueritatis intimæ lumen
amittit, & interciſo radio contemplationis, pra-
uis motibus repugnare non ſufficit: tandemque
erutis oculis ad molam ponitur, quando interi
næ dulcedinis oblitus, per terrena deſideria diſſi
patur. Quid enim eſt mola, niſi mens inſtabilis,
& inquieta: quæ dum ſemper nititur comprehē-
dere, quod appetit, quaſi deſiderijs ſuis circūagi-
tata, nūquàm requieſcit? Bene ergo dicitur. Habi
tauit inter gentes: nec inuenit requiē. Quia mens,
quæ deſideria carnis ſequitur, tantum ab inter-
na quiete aliena eſt, quantum foris per labentia
diſſipatur. Omnes perſecutores eius apprehēde-
runt eam, inter angoſtias. Peiores ſunt non nun-
quàm qui a propoſito uirtutum corruunt, quàm
qui ad uirtutis propoſitum nondum peruenire
potuerunt: quia illi ad id, quod nondum habue-
runt, ſe ſperant poſſe pertingere: illi uerò tantò
longius a ſalute ſunt, quantò euidentius cum de-
ſperatione inchoatam uirtutem perdiderūt. Ma-
gis ergo hi inſidijs dæmonum patent, quàm illi:
quia illos ſpes futurę correctionis quodam mo-
do retrahit: iſtos uerò deſperatio ſua ad ruinam
impellit. Propterea de illis, qui poſt inchoationē
boni, ad uomitum redeunt, hic dicitur. Omnes
perſecutores eius apprehenderunt eā inter angu
ſtias. Qui enim ſunt perſecutores noſtri, niſi mali
gni ſpiritus, & deſideria carnis, quæ militant con
tra nos in membris noſtris? Et quæ eſt anguſtia,
niſi deſperatio peccatricis conſcientiæ, quæ intus
cor ſtringit? Ille ergo ab omnibus perſecutoribꝰ
inter anguſtias comprehenditur, qui propterea
dæmonibus ſuggerentibus peccatum, & proprijs
deſiderijs non contradicit in culpa: quia ex lapſu
pręcedenti, iam deſperat de uenia. Migrauit er-
go Iudas propter afflictionem: quando hic, qui
per confeſſionem iam uitam ſuam emendare cœ-
perat, fractus moleſtia tentationum a propoſito
cadit. Habitat inter gentes: quando mentem in
delectationem carnalium deſideriorum figit. Nō
inuenit requiem, quando cor eius concupiſcen-
tia per abrupta uitiorum diſtrahit. Ab omnibus
perſecutoribus inter anguſtias comprehēditur:
quando iam deſperatione preſſus nullis ſugge-
ſtionibus prauis reluctatur.

## Totius alphabeti primi epilogus.

¶ Medicus noſter ægrotum in manibus tenens:
ecce quomodo artis ſuæ peritiam probat. Primū Z
ſtupida membra diu palpando ad ſenſum reuo- *Pulcher*
cat, & tactu leni uulnera dolentia attrectando ad *conceptus*
ictum confirmat, deinde ſecat, deinde ungit, de- *pro concionatoribus.*
inde ligat, deinde fouet, & ad plenam ſanitatem
reparat.

reparat. Sic alphabetum iſtud in quinque partitiones diſtinguitur. Prima eſt conqueſtio. Secunda eſt increpatio. Tertia eſt conſolatio. Quarta eſt præceptio. Quinta eſt deprecatio. Per conqueſtionem palpat: per increpationem ſecat: per conſolationem ungit: per præceptionem ligat: per deprecationem fouet. Conqueſtio eſt a principio alphabeti uſque ad eum locum, ubi dicitur. Cui comparabo te &c. Ibi increpatio incipit, & tenditur uſque ad eum locum, ubi dicitur. Fecit Dominus quæ cogitauit &c. Ibi conſolatio incipit, & tenditur uſque ad eum locum, ubi dicitur. Deduc quaſi torrentem lachrymas. In qua præceptione peccatores informantur ad pęnitentiam, & tenditur uſque ad eum locum, ubi dicitur, uide domine. Et illinc uſque in finem deprecatio eſt: in qua propheta Dominum pro peccatoribus exorat. His breuiter pręlibatis nũc ipſius conqueſtionis ordinem inſpiciamus. Primum quaſi abſentes plangit: quia eos, qui in amaritudine erãt, tam citò præſenti allocutione ſollicitare non debuit: incipit quoque ea in primis, quæ minima ſunt, plangere, ne animos mœrentium improuiſi doloris pondus opprimat: ſicque paulatim a minoribus ad maiora enumerando progrediens, ſenſim ad luctum excitat animos auditorum. Primũ ergo luget depopulationem regionis: deinde deſtructionem ædificiorum communium: deinde euerſionem ſacrarum ædium: deinde contaminationem ſanctorum: deinde a rebus inanimatis ꝓgreditur ad miſeriam hominum, deiectionem, ſcilicet, & inopiam deplorandam, & ſic tandem finit conqueſtionem ſuam.

Threu.2 QVomodo obtexit caligine in furore ſuo Dominus filiam Sion?

A

Literal. ¶ Lamentabile principium ab admiratione inchoat: quòd tam ſubito deiectus eſt populus ille, qui prius uſque ad cælum exaltatus uidebatur. Caligo triſtitiã tribulationis deſignat. Filiam, inquit, Sion: ipſam Sion, ideſt gentem Iudæorum, quam paterno affectu dilexit, & cuſtodiuit uel ipſius Sion filiam, ideſt regionem Iudæã. Mos enim ſcripturarum habet, ut Metropolitanæ ciuitates matres appellentur: & circumiacentes regiones oppida quoque, & caſtella, & uici, filiæ. Incipit ergo, ſicut ſupradictum eſt, e longinquo plangere ipſam, ſcilicet regionem, ut tãdem ad ipſum caput regionis Hieruſalem perueniat.

¶ Sequitur.

Et nõ eſt recordatus ſcabelli pedũ ſuorũ.

¶ Id eſt populi, qui ſeruituti eius humiliter ſubiectus erãt.

Pręcipitauit Dominus, nec pepercit:

¶ Hic diſtingue.

Omnia ſpecioſa Iacob deſtruxit in furore ſuo.

¶ Hic iterum diſtingue. Deinde ſequitur.

Munitiones uirginis Iuda deiecit ĩ terrã.

¶ Hic rurſum diſtingue. Deinde ſequitur.

Polluit regnum, & principes eius.

¶ Quod in præcedenti clauſula generaliter ſub nomine terræ præmiſerat, hoc hic per partes exequitur Specioſa, Munitiones, Regnum, Principes, & uide quomodo lamentum creſcit: prius ſolum, inde terram nominauerat: ſed ne forte ipſa terra ſterilis, & inculta, atque ideo minus plangẽda putaretur, ſubſequenter de eius opulentia, & ſublimitate lamentum confirmat. Præcipitauit: B inquit, plus eſt præcipitare, quàm proiicere: & quod eſt adhuc grauius, nec pepercit. Hoc ueraciter in ultima captiuitate completum eſt: quia iã amplius reuocandi non ſunt: præcipitauit. Quid? Omnia Specioſa Iacob deſtruxit, munitiones uirginis Iuda deiecit. Per Specioſa intellige opulentiam: per Munitiones, fortitudinem, atque potentiam. Per Iacob, & uirginem Iuda, idem populus ſignatur: Iacob tamen generale nomen eſt duodecim tribuum: Iuda uerò ad duas tribus tantum pertinet. Ideo generali nomine præmiſſo ſtatim ſpeciale nomen adiunxit: ut duarum ſe tribuum captiuitatem plangere demonſtraret: Iacob ergo, & Iuda idem populus eſt: Iacob quia in potentia, robuſtus, uirgo Iuda, quia in opulentia delicatus. Quid eſt ergo Specioſa Iacob, niſi opulentiã fortium? & quid eſt Munitiones uirginis Iuda, niſi fortitudinem opulentorum? Sequitur.

Polluit regnum, & principes eius:

¶ Hoc eſt uirginis Iuda. Polluit, dicit, propter gẽtes inter quas diſperſi ſunt ex quarum conſortio, C & ritu prophanati ſunt, qui prius in Dei protectione ſecuri regnabant, & in principum ſuorũ fortitudine confidebant. Nunc autem regnum totum cum principibus ſuis polluitur: quia populus cum protectoribus ſuis, gentibus ſubiugatur.

Confregit in ira furoris ſui omne cornu: & ſimul auertit retrorſum dexterã ſuam.

Per cornu, fortitudo principum eius ſignatur: ꝑ dexteram uero Dei, protectio diuina intelligitur. Quid eſt ergo, quod de Deo dicitur: confregit omne cornu Iſrael, auertit retrorſum dexteram: niſi ꝙ in populo præuaricatore, & omnẽ humanam fortitudinem comminuit, & ſuam tandem protectionem abſtulit: ut omnino deſolati oſtendantur, quibus poſt humana præſidia etiam diuinum adiutorium tollitur. Auertit, inquit, dexteram ſuam. Dexteram auertit, ne protegeret: & ſiniſtram extendit, ut feriret. unde ſequitur.

Et ſuccendit in Iacob quaſi ignem flammæ deuorantis in gyro.

¶ Sicut enim ignis, accenſus late uagatur, & conſumit omnia: ſic hoſtes Iudæorum poſtquam in eis D omnis fortitudo defecerat, & diuinum auxilium ſubſtractum erat: nullo ſibi obſiſtente uniuerſa uaſtabant.

Tetendit arcum ſuum quaſi inimicus.

¶ In

¶In arcu comminatio intelligitur. Arcum ergo tendere eſt comminationem amplificare, uel differre: qui autem poſt comminationem percutit, quaſi inimicus arcum tetendit. Vnde ſequitur.

## Firmauit dexteram ſuam quaſi hoſtis.

¶Quando in ſcriptura dextera Dei ponitur, aliquando protectio, aliquando grauis percuſſio deſignatur: eo quòd dextera naturali habilitate ad percutiendum ſit promptior. Prius ergo Deus dexteram auertit, ne protegeret: poſtea dexteram firmauit, ut feriret. Quod autem dicitur, firmauit dexteram, grauem indignationem percutientis exprimit. Vel ſuper percuſſos dexteram firmat: quia plagam quam ſemel iratus intulit, ſanare amplius non diſponit: quod proprie ad ultimam captiuitatem refertur. Vnde cõuenienter adiungitur, quaſi hoſtis: qui. ſ. ad interniciem percutit, non ad correctionem. Non enim quaſi hoſtis dexteram firmaret, ſi illo ad perdendum percutiente, ipſe ad corrigendum percuteret. Vnde cum graui dolore pronunciandum eſt: quaſi inimicus: quaſi hoſtis. Ille, cuius nec iram reus effugere, nec miſericordiam hoſtis poteſt impedire: Sequitur.

## Et occidit omne, quod pulchrum erat uiſu in tabernaculis filiæ Sion.

E Non occiditur, niſi quod uiuit. Superius dixerat. Deſtruxit omnia ſpecioſa: ſed hic iam aliquid amplius dicere nolens, occidit, inquit, oĩa pulchra: ut per hanc calamitatem, non tantum diuitias, ſed ipſas etiam animas abſtuliſſe oſtendat. Vnde recte ſubinfertur cum dicitur.

## Effudit quaſi ignem indignationem ſuã.

Non quaſi aquam, ſed quaſi ignem. Violentia. n. aquarum deiicere, & diſſipare res ſolet, non conſumere. Quarũ inundationẽ per alium prophetã
Gen. 6. Dominus comminatur, dicẽs. Adducam aquas diluuij ſuper terram, ut interficiam omnem carnẽ, in qua ſpiritus uitæ eſt. Ignis uero non tantum deſtruit, ſed conſumit. Atque ideo recte indignatio Dei, quaſi ignis effundi dicitur, quando diuina ultio uſque ad conſumptionem euagatur. Poſtremo etiam in ipſo effuſionis nomine uiolentia, & (ut ita dicã) abundãtia tribulationis exprimitur.

## Factus eſt Dominus uelut inimicus: præcipitauit Iſrael: præcipitauit omnia mœnia eius.

¶Huc uſque deſolationem filiæ Sion: ideſt regionis Iudeæ planxiſſe uidetur: nunc ad ipſam matrem Sion; ſcilicet ciuitatem Hieruſalẽ deplorandam ſe conuertit, dicens. Factus eſt Dominus uelut inimicus, grauis dolor, Dominus, qui fouere, qui diligere conſueuerat, factus eſt uelut inimicus, quia iam non ut pater ad correctionem percutit: ſed ut hoſtis ad conſumptionem. Præcipitauit mœnia eius. i. Sion: diſſipauit munitiones ei⁹.
F Mœnia in ciuitate ad decorem fiunt: munitiones ad tutamen. Quid eſt ergo, præcipitauit mœnia, diſſipauit munitiones, niſi ſublimia deiecit, & fortia conſtegit? Quod ergo ſuperius de regione plãxerat, hoc idem nunc etiam in Hieruſalem factũ eſſe deplorat: ut ibi per ſpecioſa Iacob, pulchritudinem regionis, hic per mœnia Sion decorem ciuitatis: ibi per munitiones uirginis Iuda, munitiones regionis: hic per munitiones Sion, ipſius Hieruſalẽ munitiones ſignificari intelligas. Vnde ſatis conuenienter ibi ſpecioſa tantum, hic mœnia poſuit: quia alius regionis, & alius ciuitatis decor eſt. Decor namque regionis magis cõſideratur in ubertate frugum, & fęcunditate pecorum. Decor ciuitatis in ſublimitate ędificiorũ: & ideo ſpecioſa deſtrui, & męnia præcipitari dicuntur, ut omnia uaſtata cognoſcas: & ea uidelicet, quæ intus ciuitatem decorabant ſpecie, & quæ foris regionem utilitate.

## Et repleuit in filia Iuda humiliatum, & humiliatam.

¶Deſcripta deſolatione regionis, & ciuitatis quaſi ad utramque reſpondens infert. Et repleuit in filia Iuda ideſt in gente Iudæa, quam quaſi filiam paterno affectu dilexerat, humiliatum, & humiliatam: hoc eſt utriuſque ſexus humiliatis illam repleuit: ut humiliatis ideſt deiectis plena ſit. Vel per humiliatum, ordinem prętatorum accipere poſſumus: per humiliatam, plebem ſubiectam. Contra quod ſuperius in uaſtatione regionis dixerat: Polluit regnum, & principes eius, ut idem per regnum, quod per humiliatam: idem per principes, quod per humiliatum intelligamus.

## Et diſſipauit quaſi hortum tentoriũ ſuũ.

¶Nunc ad deſtructionem ſacratum ædium deplorandam accedit: Et quantum ad literam ſpectat per tentorium, & tabernaculum ſignificat tẽplũ Domini, quod erat in Hieruſalem, quod primum a Chaldæis, deinde a Romanis ſubuerſum eſt: iõ autem templum tentorium, ſiue tabernaculum uocat: quia uice illius antiquitus filij Iſrael primum in deſerto, ac poſtmodum in Silo ad cultũ Dei tentorio, & tabernaculo fungebantur. Cæterum tentorium dicitur proprie, ubi cortinæ funibus ad palos terræ affixos extenduntur. Tabernaculum autem quibuſdam tabulatis conſtruitur: ſicut de tabernaculo fęderis ſcriptum eſt, quod Moyſes in deſerto extruxit, cui extrinſecus uela oppanſa ſunt, & cortinę ex omni latere diſtentæ. Dicitur ergo de ſubuerſione templi, diſſipauit tẽtorium ſuum. G

## Demolitus eſt tabernaculum ſuum.

¶Secundum literam autem congrua ſunt uerba, ut id, quod expanſum eſt, diſſipetur: id, quod terræ fixum eſt, quadam quaſi ſuffoſſione demoliatur: Quaſi hortum, inquit, diſſipauit tentorium ſuum. Quod Eſaias his uerbis ante prædixerat. De Eſa. 1.
relinquetur filia Sion quaſi umbraculũ in uineã, & ſicut tugurium in cucumerario. Ac ſi diceret, ſi

cut

cut ab horto, & a uinea, poſtquam collecti fue-
rint fructus, cuſtodia hominum tollitur: ſic a po-
pulo iſto, quia a fructu boni operis ſterilis eſt, cu-
H ſtodia diuina auferetur: ut ſit in diſſipationem, &
direptionem inimicorum ſuorum. Vel per hortũ
locum uoluptatis, & luxuriæ intelligere poſſum⁹,
unde per legem prohibitum ne lucus in atrijs Do
mini plantaretur: quia, & idolorum cultores ſub
frondoſis arboribus, & in locis uirentibus ſacrifi
care ſolebant, laſciuiæ, & uoluptati ſeruientes. Di
cit ergo, diſſipauit quaſi hortum tẽtorium ſuum:
ac ſi diceret. Quia in locum ſanctitatis impudici-
tia, & uoluptas introijt ideo diſſipatio, & deſola-
tio uenit. Sequitur.

Obliuioni tradidit Dominus in Sion feſtiuitatem, & ſabbatum.

¶ Id eſt, non ſolum repulit hæc, ſed poſt repulſam amplius non requirit: quod proprie ad ultimam captiuitatem pertinet: quando iam manifeſtata gratia, prioris legis obſeruantiæ penitus euerſæ ſunt, & repudiatæ. Sequitur.

Et in opprobrium, & in indignationem furoris ſui regem, & ſacerdotem.

I Subauditur. Tradidit. Regi honor debetur: deuo
tio in ſacerdote diligitur. Ac nunc pro honore op
probrium regis ac pro deuotione indignatio red
ditur ſacerdoti, ut omnis Iudaici populi excellen
tia, & religio deſtructa oſtendatur. Sequitur.

Repulit Dominus altare ſuum.

¶ Hic iam de contaminatione ſanctorum agere incipit. Repulit Dominus altare ſuum: implacabilem ſe eſſe oſtendit, quando etiam illud, unde placari conſueuerat, abijcit, Sequitur.

Maledixit ſanctificationi ſuæ.

¶ Id eſt ſacrificijs, quib. offerẽtes ſãctificare prius, ſolebãt: quod nunc plane impletum cernimus, quando iam legales hoſtię, quæ ſuo tempore offerentes ſanctificare poterant, ſi poſt impletionem gratiæ teneantur, amplius Deum ad iracundiam prouocent. Sequitur.

Tradidit in manus inimici muros turrium eius.

¶ Id eſt ſanctificationis: ut enim oſtenderet ſe amplius priora illa ſacrificia non recipere, ipſum locum, in quo offerri conſueuerant, funditus euerti permiſit: quatenus ex hoc liquido cunctis pateſceret, quòd deſolato priore loco, ritus prior ceſſare deberet. Quòd autem dicit, muros turrium: quantũ ad literam ſic intelligendũ eſt: ac ſi diceret, turres munitas eius intranſitiue, hoc eſt non ſolum muros ciuitatis extrinſecus, ſed etiam muros turrium intrinſecus. Vnde ſequitur.

Vocem dederunt in domo Domini ſicut in die ſolenni.

¶ Ipſi uidelicet inimici nullo ſibi obſiſtente, uniuerſa occupabant, & ſe præualuiſſe gaudebant.

Cogitauit Dominus diſſipare murum filiæ Sion.

¶ Ne hæc tanta mala inconſiderate Deus intuliſſe uideatur, ante factum cogitaſſe ideſt deliberaſſe dicitur. Per murum filiæ Sion, robur, & munimẽ Iudaici populi intelligere debemus. Sequitur.

Tetendit funiculum ſuum.

Vt merita menſuraret: & unicuiq; ſecundũ opera ſua redderet. Vel tetendit funiculum, ideſt pœnã, qua peccatores ligaret, protraxit diu per patiẽtiã expectans: ſed tanto grauius tandem feriens, propter quod ſequitur.

Non auertit manum ſuam a perditione.

¶ Id eſt quia neminem inuenit liberum a culpa, neminem reliquit immunem a pœna. Sequitur.

Luxitque antemurale, & murus diſſipatus eſt.

¶ Ita ambigue poſitum eſt pariter, ut ad utrunq;
referri poſſe uideatur: uidelicet quòd, uel ante-
murale pariter cum muro diſſipatum ſit, uel
quò murus pariter cum antemurali luxerit. Poſ- K
ſumus autem non incongrue per antemurale cu-
ſtodiam hominum: per murum autem intelligẽ-
re cuſtodiam angelorum; quæ utraque a populo
Iudæorum iuſto Dei iudicio ablata eſt: ut nec ho
mines foris, nec angeli intus ab inſtanti tribula-
tione populum, a Deo derelictum, defendere poſ
ſent: ſecundum quam acceptionem conueniens
eſt diſtinctio, quòd antemurale luxiſſe: & murum
diſſipatum eſſe deplorat, ut uidelicet illos ideſt
bonos prælatos etiam ſubuerſione populi ſui per
compaſſionem tribulatos: iſtos uero ideſt ange-
los ab eorum cuſtodia, ſublatos oſtendat.

Defixæ ſunt in terra portæ eius.

¶ Id eſt Sion. Ad monimentum perpetui doloris, poſt euerſionem omnium ſigna ruinæ permanẽt. Neque enim portæ ad munimẽtum, ſed in ſignũ calamitatis permanent: quæ, ut late pateant, in terra fixæ ſunt, & ne defenſaculum præbeant, perditis, & contritis uectibus, ſeras non habent. Sequitur.

Reges eius, & principes eius in gentibus.

¶ Subauditur perdidit, & contriuit: & reſpicit ad id, quod dixerat: Portæ, & uectes, ideſt reges, & principes, qui munimẽ, & fortitudo populi erãt, deiecti, & abiecti, & contriti ſunt. Sequitur cauſa tanti mali: quia

Non eſt lex Domini apud eos.

¶ Id eſt quia præuaricatores legis ſunt: & quia

Prophetæ eius non inuenerunt uiſionẽ a Domino.

¶ Id eſt quia illos prophetas audierunt, qui ex ſpiritu Domini locuti non ſunt.

¶ Quomodo obtexit &c. Sub unius gentis ſpecie L
totius humani generis caſum deplorat. Primus Allego.

homo

homo tribus modis percuſſus eſt,ignorantia,con
cupiſcentia,mortalitate. Mortalitas autem, mors
ipſa cũ uniuerſis defectibus, & pœnis ipſam mor-
tem præcurrentibus,intelligitur.Dicit ergo. Quô
modo obtexit caligine in furore ſuo Dominus fi
liam Sion:quia hominem,quem ad contemplan
dum lumen æternitatis creauerat,peccantem de-
M ſerens,in tenebris ignorantiæ reliquit.Sion nam
que interpretatur ſpecula : ubi hoſtium incurſus
de longe proſpicitur. Primo autem homi-
Gen.2. ni dictum eſt : De ligno ſcientiæ boni, & mali ne
comedas:quocunque enim die comederis ex eo,
morte morieris. Homo ergo quaſi in quadã ſpe-
cula erigitur , quando imminentis mali periculum
per circumſpectionem cauere iubetur.Quid ergo
per filiam Sion , niſi animam hominis , nondum
adhuc uiu circumſpectionis roboratam,accipere
debemus?Nam ſicut dicitur filia Babylonis, ideſt
filia confuſionis:& filia Hieruſalem,i. filia contẽ-
plationis : Sic dicitur filia Sion.i.filia ſpeculatio-
nis,quaſi in ſpeculatione adhuc tenera,& nouel-
la,& necdum in uirilẽ robur ſolidata . Ac ſi dice-
ret:uel hoc furorem iudicantis mitigaſſe potuit,
quòd ille,qui deliquerat , necdum uſu, & experi-
mento obediẽdi, in præcepto ſolidatus fuit. Quo
,, modo obtexit,inquit : quod tegitur,abſconditur
quidem,non aufertur:quia lumen rationis p pec
catum in homine obſcuratum eſt, non ablatum .
,, Quomodo obtexit,rexit ne ſuperiora,hoc eſt cæ
,,N leſtia uidere poſſet.Sequitur.Proiecit de cælo ter
ram inclytam Iſrael.Iſrael interpretatur uir uidẽs
Deum.Primus autem homo,antequam peccaret,
Iſrael fuit,quia per contemplationis internæ præ
ſentiam Deum uidit. Per terram ergo Iſrael con-
grue corpus hominis accipimus : quod Deus qui-
dem per creationem de terra ſumpſit, ſed per im
mortalitatem quodammodo ad cælum tranſtu-
lit:quod quia rurſus exigente peccato hominis ĩ
mortem diſſolui iuſſit; quaſi de cælo ideſt,de in-
corruptione ad corruptionem,terram Iſrael pro-
iecit.Recte autem propheta plangendo caſum ho
minis,primum caliginem mentis, ac deinde cor-
ruptionem carnis commemorat: quia merito pͤ-
cedere debuit in pœna, quę præceſſit in culpa:ut
ſicut caro, niſi prius corrupta mẽte , in delectatio
nem illicitam non ueniſſet,ita quoque,niſi prius
per ignorantiam cæcata mente,caro in corruptio
nem non deſcenderet : quia & ipſe Adam prius ,
dum quæreretur,ſe abſcondit : ac deinde inuen-
tus ſententiam mortis accepit.Sequitur. Et nõ eſt
recordatus ſcabelli pedum ſuorum in die furoris
ſui. Per pedes Domini , præcepta eius intelligun-
,, tur: ueſtigia pedum,cognitio præceptorum . Per
,, ſcabellũ pedum intelliguntur ij, qui per obediẽ
O tiam , præceptis Dei ſubiecti ſunt : quaſi ergo in
ſcabello pedes Deus poſuit,quando primo homi
ni,ad obediendum uitæ præceptum iniunxit:ſed
huius ſcabelli in die furoris quaſi recordatus nõ
eſt:qui cum magna diſtrictione ab eo pœnã tran
ſgreſſionis exigebat,cui prius manſuete obedien-
di præceptum dederat.Præcipitauit Dominus nec
,, pepercit.Præcipitatio ad magnam, & ad ſubitam

ruinam pertinet . Videte quàm magna ruina de *Conceptus pro concionatoribus*
paradiſo in hunc mundum, de hoc mundo in in-
fernum, de immortalitate in mortem, de morte
in damnationem.Vnde bene adiungitur:Nec pe ,,
percit.Quaſi enim peccanti pepercisset,ſi reatum
eius per pœnam examinaret;ſed ipſum per mor-
tem carnis in corruptionem ire non compelle-
ret:uel ſi poſt mortem carni , ſaltẽ in damnatio
nem animam etiam non præcipitaret.Sequitur .
Omnia ſpecioſa Iacob deſtruxit in furore ſuo, Ia- ,,
cob interpretatur ſupplantator:Et homo quodã- ,,P
modo non per pugnam, ſed per gratiam diabolũ
ſupplantauit:quando illuc,unde diabolus ceciderat,
aſcendendi poteſtatem accepit. Iſte Iacob in
prima ſui cõditione intus,& extra ſpecioſus fuit:
cuius conſcientia per innocentiam,& caro per ca
ſtitatẽ floruit . Sed deſtructa ſunt ſpecioſa Iacob :
quia & caſtitatis decorem cõcupiſcentia polluit,
& conſcientiam reatus ſui ſceleris fędam pariter,
& tenebroſam fecit.Vel ſpecioſa Iacob habuit,qa
eum intrinſecus aſpectus inuiſibilium bonorum
lætificabat : & foris rerum uiſibilium pulchritu-
do ad creatoris ſui gloriam excitauit. Sed deſtru-
cta ſunt ſpecioſa Iacob, quia Deus in ultionẽ pri-
mi reatus a mente eius inuiſibilium bonorum co
gnitionem abſcondit , & uiſibilium rerum aſpe-
ctum ab illa ſpirituali iocunditate in concupiſcen-
tiam carnis commutauit.unde bene adiungitur.
Munitiones uirginis Iuda proiecit in terrã. Quid ,,
enim per uirginem Iuda,niſi caſtam animæ inten ,,
tionem accipimus : quæ uidelicet intentio, cum Q
ubique ad arbitrium diuinæ uolũtatis dirigitur,
quid aliud, quàm Domino confitetur ? Cuius in-
tẽtionis munitiones fuerunt bona deſideria ani-
mæ,& naturales appetitus corporis. Quàmdiu.n.
nec caro foris,nec anima intus aliquid inordina-
tum appetijt,quaſi munita, & ſecura intentio ho
minis in omni actione fuit. Sed cũ naturalia deſi-
deria in illecebroſos appetitus,& terrenos affect9
degenerauerunt,quaſi munitiones uirginis Iuda
in terram proiectæ ſunt;ut iam nunc in bonis in
tentio hominis ſecura non ſit , cum facile e uici-
no per inordinata deſideria corrumpi, ac deci-
pi poſſit . Vnde ſubiungitur.Polluit regnum , & ,,
principes eius.Regnum animæ caro fuit , quàm-
diu ipſa in ſe Deum per amorem regnantem ha-
buit.Principes regni,uirtutes animæ fuerunt,per
quas anima motus carnis,& appetitus rexit. Poſt
quàm autem ſpiritus cõtra Deum tumuit, ſtatim
contumaciam contradictionis in carne ira inue-
nit:quia Deo diſponente actum eſt, ut munditia
caſtitatis in pollutionem concupiſcentię trãſiret:
ut ubi prius humilis gloriabatur , ibi ſuperbus
erubeſceret.Regnum ergo eius,hoc eſt animæ, &
principes eius ſcilicet regni,Deus polluit: quia ex
concupiſcentia, per quam carnis integritas uiola
ta eſt, etiam uirtutes animæ maculari ſinit . Con- ,,
fregit i ira furoris ſui omne cornu Iſrael &c.Per ,,
cornu fortitudo uirtutis ſignatur , per Iſrael ho- R
mo,per dexteram Dei protectio,per inimicũ dia
bolus, per faciem inimici inſtantia diaboli , per
ignem concupiſcentia,per gyrum corpus , quod
circun-

*Pulchra conſideratio pro concionatoribus circa cornu moraliter.*

circundat animam. Cornu cum animali non naſcitur, & tamen ineſt ei naturaliter cauſa, unde cornu oriatur. Sic anima non ex natura, ſed ex gratia uirtutes habet, quas tamen uirtutes eadem gratia, non ſine naturali conſenſu liberi arbitrii in homine operatur. Sed quia homo libertatem arbitrii peccando perdidit, & Deus homini peccanti iuſte gratiam ſuam ſubtraxit: quaſi omne cornu Iſrael confractum eſt: quia & iam habitas uirtutes perdidit, & eas etiam, quas habiturus erat, obtinere non meruit. Eſt etiam aliud, quod in cornu notare poſſumus. Cornu nanque creſcendo ex humore carnis induteſcit: & rationalis creatura cooperante gratia ex promotione uirtutum robur accipit. Item ſicut cornu caput, & pedes munit: ſic uirtus mentem intrinſecus, & foris opera a læſione cuſtodit. Auertit retrorſum &c. Primum hominem in uia obedientiæ ambulantem diabolus ſequebatur, ut eum reuocaret, ſed acceſſum nocendi ad hominem habere non potuit: quia dextera Dei inter eum, & hominem fuit. Cum uero homo ad ſuaſionem diaboli ſponte ſe conuertit, ſtatim Deus dexteram ſuam retrorſum a facie inimici auertit: ut eum iam inſtantem a læſione hominis non repelleret, quatenus tranſgreſſionis ſuæ culpam præuaricator, vel in pœna ſentiret. Sequitur. Et ſuccendit in

S Iacob quaſi ignem &c. Ignis eſt concupiſcentia carnis, quam naſcendo contrahimus: & quamdiu in hac corruptione uiuimus, quaſi quendam domeſticum hoſtem intra noſmetipſos portantes toleramus. Iſte ignis ſemper in nobis eſt, ſed non ſemper ardet, non ſemper flammam habet. Tunc autem ignis in flammam accenditur, quando peccati fomes uſque ad delectationem, & conſenſum ſuſcitatur. Quę uidelicet flamma in gyro deuorat: quia ſicut tinea ueſtimentum conſumit: ita quoque integritatem carnis, qua anima ueſtitur, praua delectatio corrumpit. In gyro deuorat, quia per omnes ſenſus corporis ad caſtitatem animæ uiolandam circunquaque uirus corruptionis infundit: uel per gyrum, mundum iſtum accipere poſſumus. Concupiſcentia autem carnis in gyro deuorat: quia per omnia huius mundi oblectamenta diſcurrens, deſideria ſua mala ſatiate laborat. Tetendit arcum ſuum &c. In

T arcu comminatio accipitur: in dextera firmata uehemens percuſſio notatur. Deus ergo, & arcum tendit, & dexteram firmat, quia peccanti homini, & in futuro pœnas perpetuas comminatur: & interim præſentibus etiam flagellis reatum eius ulciſcitur. Quod tamen, quoniam non ex ira, ſed ex miſericordia operatur, non inimicus, ſed quaſi inimicus, & quaſi hoſtis dicitur. Quod legi etiam aliter poteſt. Arcum Deus tendit, quando comminatur peccatoribus pœnam, & tamen adhuc expectando differt ſententiam: ſed quia quoſdam differt, ut correcti emendentur: quoſdam uero, ut per-

*Pulcher conceptus pro concionatoribus.*

ſeuerantes grauius puniantur: in iis, quos ad emendationem expectat, arcum tendit, non quaſi inimicus, ſed quaſi propitius: in iis uero, quos ad cumulum damnationis uiuere ſinit, quaſi inimicus arcum tendit. Similiter in iis, quos per flagella corrigit, firmat dexteram, ſed non quaſi hoſtis: quos autem ad internicionem percutit, in iis dexteram firmat quaſi hoſtis.

¶ Quod autem dicitur, firmauit dexteram: ſic V
intelligi poteſt. Primo nanque homini quaſi dexteram Deus impoſuit, quando peccanti plagam mortalitatis inflixit: quam dexteram Deus adhuc confirmat, quotiens primo uulneri quotidiana flagella ſuperadijcit. Quod uero ſupradixit. Auertit dexteram ſuam, & hic dicit, firmauit dexteram ſuam: contrarium non eſt. Auertit enim, ne protegeret: conuertit, ut percuteret. Firmauit, ut flagella multiplicaret: quatenus præſens pœna percuſſos doceat: qualis eos, qui in malo perſeuerauerint, pœna in futuro expectat. Vnde dicitur in Pſalmo. Dediſti metuentibus te ſignificationem: ut fugiant a facie arcus, & liberentur dilecti tui. Sequitur. Et occidit omne, quod pulchrum erat uiſu in tabernaculis filiæ Sion. Tabernaculum animæ

*Pſal. 59.*

X corpus eſt, quia illud ſenſificando inhabitat. Tabernaculum etiam animæ conſcientia eſt, quia in illa quiſque ſecum cum domeſticis cogitationum ſuarum pauſat. Omne igitur, quod pulchrum erat uiſu in tabernaculis filiæ Sion, Dominus occidit: quia, & foris omnem uigorem, & pulchritudinem corporis humani ab illo immortalitatis ſtatu areſcere fecit, & intrinſecus conſcientiam hominis rectarum cogitationum honeſtate ſpoliauit. Vel per omne, quod pulchrum erat, accipere poſſumus foris diſciplinam, & decorem bonorum operum, & intus (ut dictum eſt) munditiam bonarum cogitationum. Et nota, quòd non occiditur, niſi quod uiuit. Viuunt bona opera, quando recta intentione fiunt: uiuunt bonæ cogitationes, quando amoris intimi affectum ſentiunt. Cauendum autem eſt, cum Deus ab homine uirtutes perimere, & auferre dicitur: quatenus hoc non agendo, ſed permittendo facere credatur. Facit enim, quia iuſto iudicio fieri permittit. Sequitur. Et effudit quaſi ignem,

Y indignationem ſuam. In effuſione abundantia ſignatur: Ac ſi diceret, non ſtillauit, ſed effudit, quaſi ignem: non quaſi aquam, ſed quaſi ignem. Ignis enim dura, & fortia conſumit: quaſi ignis ergo indignatio effunditur, quia in uindictam præuaricationis peccatoris, non ſolum caro, ſed anima quoque cruciatur. Vel quia ignis lutum indurat: dura uero aut liquefacit, aut incinerat: quaſi ignis indignatio effunditur, ut in una, eademq; pœna duri, & rebelles confundantur, & pereant: qui uero ſuam infirmitatem humiliter agnoſcere uoluerint, confirmentur, & ſalui fiant. Factus eſt Dominus

,, uelut inimicus. Nos fecimus quare inimicus
,, Z ſit, qui prius inimicus non fuit: quia nō id, quod
*Pulchra conſideratio* ipſe creauit, ſed quod nos fecimus, odit. Sequi-
tur. Præcipitauit mœnia eius: diſſipauit munitio-
nes eius. Alia ſunt mœnia animæ: aliæ ſunt mu-
nitiones. Mœnia ad decorem, munitiones ad tu-
tamen pertinent. Sic ſunt quędam dona gratia-
rum, quæ ornant: ut eſt prophetia, genera lingua-
rum, interpretatio ſermonum: quædam quæ mu
V niunt, ut eſt fides, ſpes, caritas. Illa ſi adſint, præ-
bent uirtutibus ornamentum: iſta ſi deſint, peri-
culum. Illa, & ſi deſint, ſalutem tamen non im-
pediunt: ſine iſtis homines ad ſalutem peruenire
non poſſunt. Bene autem prius dicitur. Præci-
pitauit mœnia, ac deinde ſubiungitur: diſſipauit
munitiones: quia cum peccatrix anima relinqui-
tur, prius auferuntur ab ea dona, quæ ad manife-
ſtationem data ſunt: ac deinde fidei, ſpei, & carita
tis fundamenta euertuntur. Præcipitauit (inquit)
mœnia. Quod ſublime eſt, pręcipitatur: quod ſoli
dum eſt, diſſipatur: quia, ut dictum eſt, mœnia ad
gloriam, munitiones pertinent ad tutelam. Sequi
,, tur. Et repleuit in filia Iuda humiliatum, & humi
,, A liatam, id eſt ſpiritum, & carnem in homine miſe
ria, & dolore replendo humiliauit: ut qui bene
humiliari noluerunt per uirtutem, humiliaren-
tur per afflictionem. Vel per humiliatum, & hu-
miliatam, ſenſum, & cogitationem accipere poſ-
ſumus: ut intus, & foris cōtumelijs agatur, donec
confuſa ad pęnitentiam redeat. Ad populum etiā
Iudaicum hoc ſpecialiter referri poteſt. Conſide
rans namque propheta qualiter Deus, poſt eie-
ctionem primi hominis, miſereri nolens huma-
no generi, ſolum hunc populum elegit, ut in eo
noſtræ ſalutis exordia præpararet: quomodo illū
datæ legis mandatis coluit, & ſua ubiq; protectio
ne ſublimauit: & poſt hæc omnia peccantem,
& præuaricantem abiecit. Et ita primæ abie-
ctioni ſecundam adnumerans, plangit dicens:
Factus eſt Dominus uelut inimicus, præcipitauit
mœnia eius, diſſipauit munitiones eius. Quando
enim a populo Iudæorum prophetiam, & do-
ctrinam, & miraculorum ſigna abſtulit: quaſi
mœnia eius præcipitauit. Quando uero per in-
fidelitatem eos excæcari permiſit, & a ſpe promiſ
ſionis, & hæreditatis ſuæ alienos, quaſi munitio-
,, nes eius diſſipauit. Sequitur. Et repleuit in fi-
,, B lia Iuda humiliatum, & humiliatam. Quid per
humiliatum niſi ordinem prælatorum: & quid
per humiliatam niſi plebem ſubiectam accipie-
mus? Vtrique enim in aduentu Chriſti humilia
ti ſunt: quia ueritatem, quam uenturam prædi-
cauerant, & crediderant, pręſentem negauerunt.
De quibus adhuc ſubditur. Et diſſipauit quaſi
,, hortum tentorium ſuum &c. Tentorium deſo-
,, ris eſt, tabernaculum intrinſecus: ſicut & taber-
naculum fęderis, in quod Moyſes intrauit ad
conſulendum Dominum. Recte ergo per ten-
torium populus: per tabernaculum ordo præla-
torum ſignatur. Quando enim populum illum
antiquum Deus ita temporali gloria ſublimauit:
quaſi tentorium ad decorem expandit. Cum
uero quoſdam ex illis ad cognitionem ſecreto-
rum ſuorum illuminans, etiam familiari allo-
quio ſuo dignos habuit: quaſi tabernaculum
ad inhabitandum extruxit. Sed quia poſtmo-
dum in carne ueniens populum illū, exigentibus
peccatis eius, & cognitione ueritatis priuauit, &
deinde per Romanos in omnes mundi natio-
nes diſperſit: recte nunc dicitur. Diſſipauit C
tentorium ſuum, demolitus eſt tabernaculum *Pulchra conſideratio pro concionatoribus.*
ſuum. Et notandum, quòd tentorium non
demolitum, ſed diſſipatum dicit: & taberna-
culum non diſſipatum, ſed demolitum aſſe-
rit. Quod enim demolitur, ſenſim, & laten-
ter deſtruitur. Quid ergo hoc loco per de-
molitionem, niſi latens odium exprimitur?
Tabernaculum ergo demolitum eſt, & tento-
rium diſſipatum: quia niſi ſcribas, & phari-
ſæos doctores populi in necem Saluatoris com-
puliſſet inuidia, populum ipſum tam crude-
liter non diſſipaſſet captiuitatis uindicta. Et
uidere qua ſimilitudine tentorium diſſipatum
dicat: quaſi hortum inquit. Sicut hortus
diſſipatur, quando collectis ex eo fructibus,
ſepis deſtruitur, & cuſtodia remouetur: ſic il-
le populus poſtquàm fructum iuſtitiæ ferre de-
ſijt, ſtatim cuſtodia, & tutela Dei ab eo receſ-
ſit: ſecundum uaticinium Eſaiæ dicentis. De- Eſa. 1.
relinquetur filia Sion ſicut umbraculum in ui-
nea: & ſicut tugurium in cucumerario. Et
ipſe Dominus in euangelio Iudæis loquitur, di-
cens. Auferetur a uobis regnum Dei, & da- Matt. 21
bitur genti facienti fructum eius. Hortus enim
ſterilis, & non faciens fructum, id eſt ſynagoga
Iudæorum diſſipatur: & hortus fructum faciens,
id eſt eccleſia gentium munitur, atque conclu-
ditur: ſicut in cantico canticorum dicitur. Hor- Canti. 4.
tus concluſus, ſoror mea, hortus concluſus, D
fons ſignatus. Bene autem ſororem uocat,
quam hortum concluſum nominat: quia ec-
cleſia gentium per fidem de ſynagoga nata eſt,
de qua etiam Chriſtus carnem ſumpſit: ſed
tamen eandem ſynagogam, quia fructum iu-
ſtitiæ non habebat: quaſi hortum ſterilem
diſſipauit: Mater ergo Chriſti, hoc eſt ſyna-
goga, hortus eſt diſſipatus. Soror Chriſti,
id eſt eccleſia hortus concluſus. Sequitur. Obli
uioni tradidit Dominus in Sion feſtiuitatem, ,,
& ſabbatum. Legales enim obſeruantiæ um ,,
bræ quædam fuerunt futurorum: & ideo poſt- ,,
quàm ipſa ueritas uenit, iam ultra Deus ad cul-
tum ſuum priora non admittit. Quaſi enim
oblitum dicit, quia amplius illa ſibi exhibe-
ri non præcipit. Sequitur. In opprobrium,
& indignationem furoris ſui: regem, & ſacer- ,,
dotem. Subauditur, tradidit. His duabus per- ,,
ſonis regebatur populus ille, legali ſcilicet, ,, Eſa. 1.
& ſacerdotali. Et conuenientia ſunt uerba:
honor ad regem, deuotio pertinet ad ſacerdo-
tem: nunc autem contra honorem opprobrium,
contra deuotionem indignatio ponitur. Et ſacrifi
cijs eorū Deus nō placatur, ſed iraſcitur. Sicut per
Eſaiam dicitur. Sāguinem hircorū, & uitulorū, &
arietum

arietum nolui : incenſum abominatio eſt mi-
hi. Cum ueniretis ante conſpectum meum, quis
quæſiuit hæc de manibus ueſtris? Et per Pſalmi-
Pſal. 49. ſtam. Non accipiam, inquit, de domo tua uitu-
los, neque de gregibus tuis hircos. Immola Deo
ſacrificium laudis: & redde altiſſimo uota tua.

E ¶ Si autem ea, quæ ſupradicta ſunt, ad moralem
Morali. ſenſum conuertimus: Per tentorium non incon-
grue accipere poſſumus bonam actionem: quæ fo
ris ad decorem panditur. Per tabernaculum uero
conſcientiam, in qua quiſque familiari quadam,
& domeſtica conuerſatione ſecum commoratur.
Nam, quòd tabernaculum conſcientiam ſignifi-
cet, Pſalmiſta manifeſtat cum dicit. Vox exultatio
Pſal. 117 nis, & ſalutis in tabernaculis iuſtorum : Iuſti nam
que quaſi in tabernaculis uocem proferunt, quia
de bonis actibus ſuis intus in conſcientia ſoli Deo
innoteſcere uolunt. Quaſi ergo tentorium diſſipa
tur : quando boni operis nitor a ſtatu rectitudi-
nis, uento adulationis conquaſſatus impellitur.
Tabernaculnm autem demolitur: quando mun-
ditia conſcientiæ illicita delectatione latéter cor-
rumpitur. Et recte dicitur. Diſſipauit quaſi bortū
tentorium ſuum. In hoc enim quiſque ſterilis eſſe
incipit, quòd de bono opere ſuo in oculis homi
num gloriari quærit: ut iam de reliquo ad bene
operandum tutela Dei indignus ſit : quia germi-
nis ſui fructum, id eſt operis ſui mercedem apud
Deum non cuſtodit. Hoc etiam in tentorio nota-
re poſſumus: quòd ſicut tentorium primum funi
bus extenditur, deinde ipſi funes palis affixis ter-
ræ retinentur: ita quoque bona operatio per in-
tentionis perſeuerantiam tendi debet, ne laxetur:
& ipſa intentio, ne a propoſito ſuo teneſcat, per
ſpem æternæ remunerationis, quaſi palis quibuſ
dam ſoliditati terræ affixis, confirmari. Sequitur.
Obliuioni tradidit Dominus in Sion feſtiuitatē,
F & ſabbatum. Quid per feſtiuitatem, niſi gaudium
internum: & quid per ſabbatum, niſi quies men
tis accipitur? Duo enim ſupradixerat ſcilicet, diſſi
pauit tentorium ſuum : & demolitus eſt taberna
culum ſuum. Ad hęc duo reſpondere uidetur: Ac
ſi diceret. Quia diſſipauit tentorium ſuum: ideo
obliuioni tradidit feſtiuitatem. Quia uero demo
litus eſt tabernaculum ſuum: ideo obliuioni tra-
didit ſabbatum. Nam quanta ſit interni gaudii
dulcedo, non meminit, quiſquis in laudibus ho-
minum, & in rebus tranſitoriis gaudium quærit:
& nequaquam uera pace intus mens fruitur: cum
per incentiua uitiorum, & affectus carnalium de
ſideriorum conturbatur. Sequitur. In opprobriū,
& in indignationem regem, & ſacerdotem. Ani-
G ma noſtra, & rex debet eſſe, & ſacerdos. Rex, quia
regere debet carnem ſuam. Sacerdos, quia Deo
iugiter offerre debet deuotionem ſuam. Sed rex
in opprobrium traditur, quando anima carni
ſuæ ſubiecta, turpibus deſideriis famulatur. Sacer
dos in indignationem traditur, quando ab illa,
quam ergo Deum habere conſueuerat, deuotio-
ne obſtinata mens ex peccati conſuetudine obdu
ratur. Deus ergo nos diſſipat, nos demolitur : in
obliuionem, in opprobrium, in indignationem
tradere dicitur : quia afflicta mens hoc quaſi a
Deo fieri conqueritur, quod ab ipſo, iuſto iudi-
cio ſuo permittente, non impeditur. Permittit
enim ut nos diſſipemur, ut diſſipati eius obliui-
ſcamur : ut obliti eius in opprobrium, & in indi-
gnationem ueniamus. Sequitur. Repulit Domi-
nus altare ſuum. Supra de excæcatione Iudæorū
loquutus fuit : nunc quo ordine eadem facta ſit
ſubiungit, dicens. Repulit Dominus altare ſuum.
Quod eſt enim altare Dei niſi Chriſtus? Quia cū H
per ipſum mediatorem humano generi Deus pla
catus redditur, quaſi propitiatorius noſtræ ſacri-
ficium ſuper ipſum Deo offertur. Hoc altare Deꝰ
pater quaſi repulit, quando Chriſtum uſque ad
crucis patibulum in manibus perſequentium Iu
dæorum in paſſione dereliquit. Sanctificationi
quoque ſuæ Deus pater maledixit : quia ipſi, quē
ſingulariter ſanctificauerat, & ad ſanctificandos
nos miſerat: prius maledictionis noſtræ pœnam
expiandam impoſuit, ac deinde nos a reatu male-
dictionis abſolutos, ſanctificationis illius partici
pes fecit. Sequitur. Tradidit in manus inimici
muros turrium eius. Muri turrium, qui in ciuita
te eminentiores ſunt, apoſtolos deſignant : qui
tunc in ſanctā eccleſia, & dignitate eminentiores,
& conſtantia fortiores fuerunt. Sed iſti quoque
in manus inimici traditi ſunt, quia cum Chriſtū
mori cernerent, quodammodo per infidelitatē
corruerunt. Sequitur. Vocem dederunt in domo
Domini ſicut in die ſolenni. Domus Domini ec-
cleſia intelligitur. Vocem ergo exultationis inimi
ci in domo Domini dederunt, quando ipſo paſto
re mortuo, & diſperſis ouibus omnino ſe præua-
luiſſe gloriati ſunt. Vel per domum Domini ip-
ſum Chriſtum accipere poſſumus : ſicut dicit A-
poſtolus. Deus erat in Chriſto mundum reconci- 2. Co. 5.
lians ſibi. In domo itaque Domini uocem inimi-
ci dederunt: quando ipſi in cruce pendenti inſul
tabant, dicentes. Alios ſaluos fecit, ſeipſum non Mat. 27.
poteſt ſaluum facere. Si filius Dei eſt, deſcendat
nunc de cruce, & credimus ei. Vnde bene adiun-
gitur ſicut in die ſolenni. Solennitas enim gene-
ralis, & communis eſt feſtiuitas. Quaſi ergo in
die ſolenni uocem dant, qui impleto gaudio ni-
hil iam deſideriis ſuis ſupereſſe exultant. Repulit
Dominus altare ſuum: Altare Dei in nobis fides K
noſtra eſt : ſupra quam ſacrificium boni operis Morali.
immolamus. Quod uidelicet altare tunc repel-
litur, quando fides noſtra bonis operibus nuda-
ta, a Deo reprobatur. De qua adhuc ſubditur. Ma
ledixit ſanctificationi ſuæ. Sanctificatur quippe
fides noſtra, quando ei per incrementa uirtutum
merita augētur: ſed ſanctificationi maledicitur,
quando amiſſis uirtutibus, fides ipſa prauis actio
nibus uiolatur. Vnde adhuc additur. Tradidit in
manus inimici muros turrium eius. Quid enim
muri turrium, niſi eminentiores uirtutes ſi-
gnificant, quæ, & ſolidę ſunt per fortitudi-
nem, & erectæ per circunſpectionem? Mu-
ri ergo turrium in manus inimici traduntur,
quando ſubiecta ſibi per conſenſum iniquita-
tis anima, etiam ſummis uirtutibus aduerſarius

dominatur. De quo rectè ſubinfertur. Vocem dederunt in domo Domini. Tunc enim in domo Domini inimici uocem dant, quãdo maligni ſpiritus intra conſcientiam admiſſi, non iam foris pulſantes renitenti peccatum ſuadent, ſed intus p̃ſidentes conſentienti imperant. Vnde pulchre p ſimilitudinem ſubinfertur. Sicut in die ſolenni. Tunc quippe diabolus plene exultat, quando nihil in nobis inuenit, quod eius uoluntati contradicat.

L Cogitauit Dominus &c. Deus quaſi homo ante factum cogitare dicitur, ne quid temere, & abſque deliberatione, facere credatur. Deliberatio autem Dei nil aliud eſt, q̃ patientia, & iuſtitia eius. Patientia, qua delinquentes, ut corrigantur diu tolerat. Iuſtitia, qua perſeuerantibus digna meritis recompenſat: unde ſubiungitur. Tetendit funiculum ſuum. Quid eſt enim ſuper delinquentes, funiculum tendere, niſi prius modum, & quantitatem delicti diligenter examinare: ac deinde ſecundum menſuram culpæ, menſuram moderari uindictæ? Propter quod ſubditur. Et non auertit manum ſuam a perditione. Ac ſi diceret: neminẽ excepit a pœna, quia neminem inuenit liberum a culpa. Quod legi etiã aliter poteſt. Cogitauit Dominus &c. Per cogitationem quippe Dei, occulta diſpenſatio incarnationis eius intelligi poteſt. Et quia in carne ueniens, occulto quodam conſilio Iudæos repulit, ut gentes ad fidem colligeret: quia ſi prius murum filiæ Sion diſſipauit, ideſt protectionem ſuam a populo Iudæorum abſtulit: ſic ſic deinde funiculum hæreditatis ſuę ſuper populũ gentium dilatauit. Quaſi enim contractus erat funiculus eius, quando de populo Iudæorum tantũ dicebatur, Iacob funiculus hæreditatis eius: ſed nunc funiculus tenditur, quando, ut dictum eſt, ſors hæreditatis ſuper omnes gentes dilatatur.

M Quia uero illuminationem gentium præceſſit excæcatio Iudæorũ, recte ſubinſertur cum dicitur. Et non auertit manum ſuam a perditione. Quaſi enim funiculum tendens manum a perditione auerteret, ſi gentes colligens, Iudæos non reprobaret. Hinc eſt, quòd Eſaias propheta cum fidem gẽtium, & futuram per ſpiritum cerneret excæcationem Iudæorum, ait: Multiplicaſti gentem, non magnificaſti lætitiam. Multiplicata quippe gente, lętitia magnificata non eſt: quia priores patres, q̃uis quidem lætarentur de futura ſalute gentium, ſimul tamen doluerunt de perditione Iudęorum. Eſa. 9.

N Vnde, & hic quoque recte ſubiungitur. Luxitq; antemurale, & murus diſſipatus eſt. Quid namq; in hoc loco antemurale, niſi priores patres: & q̃d murus, niſi ipſum mediatorem Dei, & hominum deſignat? Sicut per Eſaiam dicitur. Vrbs fortitudinis noſtræ Sion, ſaluator ponetur in ea murus, & antemurale. Ipſe enim ſecundum formam aſſũptæ humanitatis, quaſi murus nobis factus eſt: qa quos per fidem in ſe credentes recipit, & contra impugnationem malignorum ſpirituum defendendo cuſtodit. Sed quia ſancti patres etiam ad cuſtodiendam eccleſiam Dei iugiter prædicatione, & exemplo ſpiritualibus excubiis inuigilant: quaſi antemurale in ciuitate Dei foris ſtant: dicatur ergo. Luxit antemurale, & murus pariter diſſipatus eſt: quia inde omnis priorum patrum multitudo doluit, quòd perfidus Iudæorum populus ſaluatorem ad ſe miſſum non recepit. Quod autem dicitur, murus diſſipatus eſt: quantum ad eos dictum eſt, a quibus eſt ablatus. Diſſipatus eſt Iudæis, ut ędificaretur gentibus: quia per hoc fides eius ad gentes tranſiit, quòd Iudæi illam in perfidia manens reprobauit. Sicut per Pſalmiſtam dicitur. Lapidem, quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli. Per hoc namque, ꝙ a perfidis Iudęis reprobatus eſt: gentium pariter, & Iudæorum fidelium, quaſi duorum parietum ex diuerſo in unum concurrentium, caput factus eſt. Quòd autem dixit, pariter, ſic accipi poteſt: uel quòd murus pariter cum antemurali luxerit: uel quòd murus pariter cum antemurali diſſipatus ſit. Neutrum enim a ſana intelligentia diſcordat. Pſa. 117.

O Nam quòd ipſe etiã humani generis redemptor cum cæteris fidelibus, illius populi perfidiam, & diſſipationem fleuerit, euangelium manifeſte declarat, ubi dicitur. Cum appropinquaret Domin⁹ Hieruſalem, Videns ciuitatem fleuit ſuper eam, & ait: quia ſi cognouiſſes, & tu: Quia uenient dies in te: & circundabunt te, & coanguſtabunt te undique, & ad terram proſternent te. Item quòd ſocietas ſanctorum cum ipſo ſuo capite ab eis diſſipata ſit, aperte in actibus apoſtolorum oſtenditur: ubi narratur, quomodo gens Iudaica Chriſti fidẽ recipere noluit: & fideles illius a ſuis finibus eiecit. Luc. 19.

P Cogitauit Dominus &c. Quid eſt, quòd Dominus ante factum cogitare dicitur, niſi ꝙ Deus peccatores prius per patientiam diu tolerat, ut diſtrictius poſtmodum per iuſtitiam, culpam exquirat? Vnde recte nunc dicitur. Cogitauit Dominus diſſipare murum filiæ Sion. Quid namque per murum filiæ Sion, niſi uirtutes animæ accipimus? Et ſæpè omnipotens Deus eos, quos iam per fidem, & gratiam ſpiritualium donorum in uiſceribus eccleſiæ ſuæ in filios adoptauerat: propter praua opera poſtmodum reprobans, ipſis etiam, quas iã tribuerat, uirtutibus priuat. Sed quia nobis peccãtibus nunquam tam grauiter iraſci ſolet, niſi noſtris prius iniquitatibus diu prouocatus fuerit: recte nunc dicitur. Cogitauit Dominus diſſipare murum filiæ Sion. Ac ſi diceretur. Deliberat priuſquam feriat: nec cito profert ſententiam, quouſque ſubtili conſideratione examinet culpam. Q̃d etiam euidentius explanatur, cum dicitur. Tetendit funiculum ſuum.

Q Quid eſt enim, funiculum tendere, niſi ſubtiliter menſuram peccati examinare? Vel funiculum tendere eſt, diu in peccato perſeuerantes tolerare: non quòd ipſe patiendo iniquitatem augeat, ſed quòd iuſto iudicio ſuo, uel non corrigendo, uel non puniendo in nobis prolongari permittat: quę iniquitas funiculus Dei dicitur, quia in nobis inuenit unde ligamur. Propter quod neceſſe eſt ſemper ſolliciti ſimus, ne nos per accepta dona uirtutum, aut ſuperbia eleuet, aut negligentia diſſoluat: quia fortaſſis, dũ nos male ſecuri acceptam gratiam cuſtodire negligimus, quã horrendũ ſit, q̃d de nobis inuiſibi-

lis

lis iudex cogitet ignoramus:qui quamuis peccan
tes nos diſſimulans quidem, non ignorans diu pa
tiatur,ſcire tamen debemus,quod ubi longa delibera
tio præcedit,grauis animaduerſio ſequitur: quē-
admodum cernimus, quòd quāto quis attentius
ictum uibrat, tanto periculoſius iaculatur. unde
ſubiungitur. Non auertit manum ſuam a perdi-
tione. Ac ſi aperte diceretur. Quanto magis prius
patiendo ſuſtinuit: tanto minus nunc feriendo
parcit:quia profectò iuſtū ualde eſt,ut ſi nos ma-
nus noſtras dum poſſumus ab illicito opere non
retrahimus,Dei quoq; manus in ulciſcendo a per
ditione non auertatur. Sequitur. Luxitq; antemu-
R rale,& murus pariter diſſipatus eſt. Si per murum
(ut dictum eſt)uirtutes animæ ſignificantur,rectè
per antemurale opera uirtutum accipimus. Quid
eſt ergo,quod Deo in nos uindicante antemurale lu-
get,& murus diſſipatur: niſi quod eius gratia recedē
te,& uirtus tollitur,& opera uirtutis infatuantur?
Tunc enim opera noſtra bona lugent, quando a-
miſſa uirtute,etſi ad tempus manent,meritum tñ
non habent. Sunt qui per murum opera, per ante
murale fidem accipere uolūt: & bene fides deſtru
ctis operibus bonis lugere dicitur, quia abſq; bo-
no opere apud Deum fides non approbatur. De
fixæ ſunt in terra portæ eius:perdidit,& contriuit
S uectes eius. In portis ſublimitas regni: in uectibus
fortitudo notatur. Portæ ergo in terra defixæ sūt,
ſublimitas humiliata,& deiecta. Vectes perditi,&
contriti,fortitudo amiſſa,atq; comminuta. Quod
qualiter factum ſit,adiungit dicens. Reges eius,&
principes eius in gentibus(ſubauditur, perdidit
Dominus)hoc eſt diſperſit,& contriuit: ideſt, in
nihilum redegit. Quo merito etiam hoc euenerit
ſubinfert. Non eſt lex,uidelicet apud eos, quia le-
gem Domini non cuſtodiunt: & prophetæ eius
non inuenerunt uiſionem a Domino. Cum ama-
ritudine pronunciandum eſt,prophetæ eius. Ac ſi
diceret:Illus magis dilexit,qui ſuo ſpiritu falſa pro
phetabant,quam illos, qui a Domino uiſionem inue-
nerunt. Defixę ſunt in terra portæ eius &c. Quid
T per portas,& uectes ciuitatis,niſi prælatos popu-
li accipere debemus? Idem namque,& portę ſunt
per uerbum,& uectes per conſilium,& uiæ per e-
xemplum. Per uerbum diſertum,portæ æreæ:per
conſilium firmum,uectes ferrei: per exemplum
bonū,uiæ planę. Portæ enim ſunt, quando extra
poſitos per uerbum prædicationis ad fidē intro-
ducunt. Vectes ſunt,quando iotus per fidem con
ſtitutos per conſilium ſalutis confirmant, & diri-
gunt. Via ſunt,quando iam incipientibus,rectè in
cedendi per bonam operationem exemplū fiunt.
Rectè ergo per portas Hieruſalem ſcribas,& pha-
riſæos doctores Iudęorum intelligere poſſumus.
De quibus hic dicitur. Defixę ſunt in terra portæ
eius. Portæ ſiquidem erectæ,& ſolidos uectes ha-
bentes pro tēpore claudi,& aperiri poſſunt: clau-
di uidelicet inimicis,& amicis aperiri. Portæ au-
tem ſolutæ a uectibus ſuis,& ablatæ, aditum non
muniunt: neque intrare uolentibus obſiſtunt.
Portæ uero,quæ contritis uectibus in terra defi-
xæ ſunt, munimentum quidem non præbent: ſed

*Pulchra conſideratio pro concionatoribus.*

tamen intrare uolentes impediunt. Quid ergo
ſunt portæ erectæ,niſi doctores cæleſtia prædicā-
tes? quæ bene in uectibus pendent: quia de conſi
lio cordis firmatur uerbum prędicationis. Et quæ
ſunt portæ deſtructæ,& ablatæ, niſi prædicatores
negligentes,& tepidi? quos Dominus per prophe
tam increpat,dicens. Canes muti non ualentes la Eſa. 56.
trare. Et alibi. Non aſcendiſtis in die Domini ex Ezec. 13
aduerſo ut poneretis uos murum pro domo Do-
mini. De quibus etiam ſuperius dixerat:Portę eius
deſtructæ. Hic autem amplius aliquid inſinuare
uolens,ait. Defixæ ſunt in terra portæ eius. Tali-
bus namque in euangelio Dominus dicit. Væh uo Luc. 11.
bis ſcribæ,& phariſęi:quia tuliſtis clauē ſcientiæ,
ipſi non introiſtis,& alios intrare uolentes prohi
buiſtis. Dicatur ergo. Defixæ ſunt in terra portæ
eius. Per terram enim uel amor terrenarum rerū,
uel humanitas Chriſti, uel carnales obſeruantiæ
legis intelligi poſſunt. Bene ergo portæ in terra V
defixæ dicuntur:quia ſcribæ,& phariſæi doctores
populi propter hoc,quòd mentem in terrenis de
ſideriis fixerant: non ſolum Chriſtum recipere
noluerunt,immo etiam, ne terram illam amitte-
rent, Chriſtum occiderunt. Vel in terra defixi
ſunt,quia ſolā in Chriſto carnem attendentes, in
laqueum perfidiæ inciderunt. Vel in terra defixi
ſunt,quia tranſlata ſpirituali intelligentia legis ad
gentes, ipſi in carnalibus obſeruantiis remanſe-
runt. Vnde bene ſubditur. Perdidit, & contriuit
uectes eius. Quid enim uectes niſi occulta,& for
tia cōſilia ſcribarum, & phariſæorum deſignant,
quibus conſiliati ſunt Chriſtum occidere,ne ter-
ram perderent? Sed uectes perdidit, & contriuit:
quia conſilium eorum ad nihilum redegit. Conſi
lium perditum eſt,quia Chriſtum occidendo ex-
tinguere non potuerunt. Conſilium contritum
eſt,quia ob hoc terram perdiderunt, quòd Chri-
ſtum occiderunt:propter quod ſubditur. Reges
eius,& principes eius in gentibus: ſubauditur cō
ſtituit Deus:ut ſcilicet gentiles regnent,& princi-
pentur ſuper eos. Sic igitur perditi ſunt, & contri
ti uectes. Vt non ſolum regibus gentium tributū
ſoluerent, ſed etiam præfecti, & præſides regum
inter eos habitarent,& eos opprimerent,tandem
que rebelles a terra eiicerent, & per totum mun-
dum diſſiparent. De quibus adhuc ſubditur. Non
eſt lex,ſcilicet apud eos:quia,& ſi libros legis ha-
beant,quia tamen in Chriſtum non credunt, le-
gem non obſeruant. Sed quia ipſi Chriſtum ſuū
adhuc ſibi uenturum promittunt, contra hoc re-
ctè reſpondetur, cum dicitur.

Prophetæ eius non inuenerunt uiſionē a Domino.

¶Ac ſi diceret. Quod de aduentu Chriſti falſo ſi-
bi blandientes prædicant, hoc a ſemetipſis, non A
a Domino reuelante, inuenerunt. Defixæ ſunt
in terra portæ eius. Quid per portas animæ, ni- X
ſi ſenſus corporis accipimus? Quas uidelicet Moralis
portas tunc in terra defigimus, quando ipſos
ſenſus noſtros ad terrena deſideria inclina-

mus. Sed quia nunquam foris ſenſus turpibus deſideriis ſuccumbit, niſi prius interius mentis cuſtodia per negligentiam fracta, & diſſipata fuerit: recte ſubinfertur, cum dicitur: Perdidit, & contriuit uectes eius. Vectes etenim perdit, quando ſublato timore bono, mentem uagam, & diſſolutam relinquit. Vectes conterit, quando ingredientibus uitiis conſtantiam mentis frangi, & emolliri permittit. De quo ſequitur. Reges eius, & principes eius in gentibus. Per gentes enim uitia ſignantur. Reges ergo, & principes animæ in gentibus ſunt, quando ipſa uitia ei per conſenſum dominari incipiunt. Vel per reges, & principes ipſas animę uirtutes, per quas prius regebatur, accipere poſſumus. Reges, quia intus uoluntatibus præſident: principes, quia foris animum ad bene agendum mouent. Et referendum eſt ad hoc, quod præmiſerat: perdidit, & contriuit uectes eius: uidelicet reges & principes: ideſt uirtutes perdidit, & contriuit in gentibus, ideſt per uitia frangi, & opprimi permiſit. Hinc eſt enim, ꝙ adiungit dicens. Non eſt lex. Animus enim legem intrinſecus habere debet timorem uidelicet, & amorem Dei: & ad huius legis iudicium ſenſus ſuos foris regere. Timorem uidelicet, ne eum concupiſcentia carnis per laſciuiam diſſoluat. Amorem uero, ne in bono opere deſidia torpentem reddat. Quod ſi forte portas ſuas, ideſt ſenſus ſuos animus in terrenis oblectamentis defigit: ipſe ſibi iudicio eſt, quòd contritis uectibus, ideſt amiſſis uirtutibus, etiam legē iuxta intrinſecus, ſcilicet timorem Dei, & amorē perdidit. Cui bene adhuc exprobrando dicitur.

## Prophetæ eius non inuenerunt uiſionē a Domino.

Z ¶Poſtquam enim animus, amiſſo moderamine mentis, iudicium ſenſuum ſequi incipit, iam ſolū modo ea refugit, quæ affectus ſenſuum mala eſſe renunciat: & ea ſequitur, quæ carnis affectus probat. Vnde neceſſe eſt eum ſæpe decipi: qui cum præſentes ſolummodo delectationes conſiderat, futuras amaritudines non euitat. Hinc eſt, ꝙ tam ſæpe Moyſes ad tabernaculum recurrit, ut Dominum conſulat: quia nihil homo temere foris, uel appetere, uel declinare debet, niſi prius intus ꝙd Dei uoluntati placitum ſit, iudicio mentis diſcernat. Peruerſę autem animæ, quæ affectum carnis, nō iudicium mentis ubique ſequitur: recte hic per exprobrationem dicitur. Prophetæ eius non inuenerunt uiſionem a Domino. Quia ille profecto ſe in foueam perditionis præcipitat, qui ſemper conſiderat, quid carni ſuæ dulce ſit, & quid Deo placeat, non attendit.

## Sederunt in terra, conticuerūt ſenes &c.

A ¶Hucuſque quaſi deſtructionem ędificiorum deſcripſit: deinceps miſeriam, & dolorem hominum plangit. Sederunt in terra, conticuerunt ſenes. Seſſio in deiectionem: ſilentium ſtuporem deſignat. Et congrue ſenes, in quibus conſilii authoritas eſſe debuit, ſiluiſſe dicuntur: quia tanta calamitas fuit, cui nullo conſilio ſubueniri potuit. Sequitur.

## Cōſperſerunt cinere capita ſua uirgines.

¶Vltro ſpeciem decoris ſui fœdant, ut ipſo ſqualore foris interni doloris uehementiam oſtendant. Pulchre autem in tribulatione ſenes conticeſcunt, uirgines autē cinere capita ſua ſpargūt: quia malum cum uehementer ingruit, maturos ſenſus in ſtuporem, & laſciuos ad impatientiam uertit: de quibus adhuc ſubditur.

## Accincti ſunt ciliciis,

¶Hoc ad ſenes.

## Abiecerunt in terram capita ſua.

¶Hoc ad uirgines. Mortem accelerare nolunt, qui ingruentibus malis ſpōtaneas etiam aflictiones aduciunt. Sederunt in terra, conticuerunt ſenes &c. Prophetæ mens uniuerſa mala præſentis uitę conſiderans, compunctionis oculum ab exordio ducens, ab ipſo primi hominis lapſu, uſque ad excæcationem Iudaici populi, ac deinde deſcendēs per mala præſentis eccleſię, uſque ad finem temporis planctum extendit. In ſuperioribus enim ędificia diruta, mœnia deſtructa, quaſi e minori incipiens deſcripſit: hinc iam quaſi ad maiora progrediens, hominum miſeriam, & dolorem plangit: hæc igitur, quę ſequuntur, non incongrue ad præſentem eccleſiam referri poſſunt. Sederunt ī terra, conticuerunt ſenes filiæ Sion. Quid per filiā Sion, niſi præſens eccleſia accipitur: quæ de ſynagoga per fidem nata eſt? Senes ergo filiæ Sion prælati eccleſiæ dicuntur: quorum ſenectus non in numero annorum quæritur, ſed in prouectu ſapientiæ, & morum maturitate. Et bene ſenes, quia non ut paruuli ſub lege, quaſi ſub pædagogo conſtituti. Populus enim antiquus quaſi paruulus erat: quia per uirgam legis, & per terrenas promiſſiones nutriebatur, quouſq; ad ſenſum maturum conſcenderet, ut Deo non pro terrenis, ſed pro cęleſtibus deſeruiret. Iſti ergo ſenes filiæ Sion in terra ſedere non debent: ideſt terrena, & tranſitoria quærere: ſed conuerſatione, & deſiderio in cælis eſſe: ut quod uerbo prædicant, moribus oſtendāt. Sed quia pleroſque propheta in ſancta eccleſia futuros præuidit, qui prælationis locum obtinentes peruerſis moribus dignitatem officii ſui macularent: in uocem doloris erumpens ſic ait. Sederūt in terra ſenes filię Sion. Quid eſt enim in terra ſedere, niſi terrenis delectationibus incumbendo a bono opere ceſſare? Sed quia ii, qui a bono ceſſando peruerſa agunt, ne ſuæ prauitatis teſtes fiant, uerbum ueritatis loqui erubeſcunt, recte ſequutus adiunxit: conticuerunt, quia profecto, ubi cōſcientiam remordet reatus ſceleris, a prædicatione linguam ligat timor confuſionis. Sequitur.

B Allego.

C

## Conſperſerunt cinere capita ſua uirgines Hieruſalem.

D ¶ Quid per uirgines Hieruſalem niſi boni ſubiecti in eccleſia, qui fidei integritatem ſynceritate morum conſeruantes ad uiſionem ſupernæ pacis feſtinant? Et quid per caput, niſi actio ſpiritualis, quid per cinerē, qui ab igne relinquitur, niſi terrenæ cogitationes ſignantur? Quaſi enim ab igne cinis naſcitur, quando cogitationum inanium reliquiæ a concupiſcentia carnali generantur. Bene ergo, poſtquam ſenes in terra ſedent, & tacent: uirgines capita ſua cinere conſpergunt: quia ſimplices quiq; in eccleſia cū p̃latos ſuos, poſtpoſito ſtudio prędicationis, terrenis delectationibus uident incumbere, etiam in bonis, quę agunt, carnaliter delectari incipiunt. Recte autem ſenes filiæ Sion, & uirgines Hieruſalē nominauit, quia prælati in ſancta eccleſia per prouidentiam circunſpectionis ſublimes debent eſſe. Subiecti autem in bonis, quæ humiliter peragunt, ſemper per intentionem mentis ad uiſionem æternæ pacis reſpicere: quatenus, & illi in alto per uirtutem conſtituti ea, quæ ſubiecta ſunt, cuſtodiant; & iſti, per humilitatem in imo poſiti, intentione ſemper ad ſuperiora contendant. Hoc ergo propheta plāgit, quòd ſedent ij, qui erecti eſſe debuerāt, & qui cæleſtia contemplari conſueuerant, cinerem ſibi ſupermittūt: ne uiſum ad ſublimia leuare q̃ant. Et nota, quòd perfecti etiam in pedibus puluerē habere dicuntur: qui autem puluere capita ſua aſpergunt, iam inter plangendos numerantur; quia in terrenis quidē actionibus boni per infirmitatem aliquando leues maculas contrahunt; mali uero in ijs etiam, quæ fortiter agere uidentur, per intentionem laudis ſordeſcūt. Sequitur.

Accincti ſunt cilicijs.

E ¶ Quid per cilicium, niſi cura terrenarum rerum ſignatur, quæ conſcientiam aſſiduis occupationū aculeis pungit? Prius ergo ſenes in terra ſedentes deſcribuntur, & poſtea cilicijs accincti: quia ubi mens in amore carnalium delectationum primū reſoluta fuerit, mox deinde cura ſequitur, quæ illam pro adimplendis deſiderijs ſuis ſollicitando compungit. Virgines quoque prius capita ſua cinere aſpergere, ac poſtea ipſa capita ſua in terram abijcere dicuntur: quia hic perditionis ordo eſt, ut primum quiſque bona, quæ agit, per intentionem laudis humanæ offuſcet: ac deinde etiam ipſa bona opera in prauas actiones commutet. ¶ Sederunt in terra, conticuerunt ſenes filiæ Sion. Per diuerſas ętates, & ſexus, atq; officia pſonarū, interni motus animæ diſtinguuntur. Nam q̄ foris officia perſonarum diſcernunt: hoc intrinſecus affectionum motus diſcrete peragunt. Quid ergo per ſenes filiæ Sion, niſi conſilia fidelis animæ accipere debemus? Sed ſciendum eſt, quòd alia ſunt electorum conſilia, & alia reproborum. Conſilia namque electorum ſunt, præſentem uitam, & eius delectationes deſpicere: in aduerſis patientiam conſeruare, per præſentes tribulationes ad futuram gloriam pertingere. Conſilia reproborum ſunt, aduerſa fugere, præſentem uitam amare: et carnalibus deſiderijs morem gerere; uitam futuram aut deſpicere, aut deſperare. De conſilio impiorū per Pſalmiſtam dicitur. Beatus uir, qui non abijt in conſilio impiorum; & de iuſtorum conſilio in eodem poſtea conſequenter adiungitur. Ideo nō reſurgunt impij in iudicio: neque peccatores in conſilio iuſtorum. Si ergo ij, qui ad conſilium iuſtorum conuertuntur, ſurgunt: merito ſedere perhibentur, qui in conſilio impiorum dilapſi ſunt: quia & illa ſurſum, & iſta deorſum tēdunt; illa cælum, & iſta terram appetunt. Senes ergo filiæ Sion in terra ſedent: quando affectus animæ æternæ promiſſionis oblitæ, terrenis, & tranſitorijs delectationibus inhærent. De quibus recte dicitur, conticuerunt. Internum enim deſiderium quaſi clamor quidam eſt in auribus Dei. Et ideo praua mens quanto magis foris tranſitoria appetit: tanto amplius intus a deſiderio ęternorū conticeſcit. Sequitur. Cōſperſerunt cinere capita ſua uirgines Hieruſalem. Per uirgines Hieruſalē mundas animæ cogitationes ītelligere debemus. Quid eſt ergo, quòd poſtquàm ſenes in terra ſedent, uirgines cinere capita ſua ſpargere dicuntur: niſi q̄ quando affectus animę deprauati ſunt, ſtatim caligo cogitationum generatur? Vnde adhuc ſubiungitur, Accincti ſunt cilicijs. Poſt ſeſſionem enim, & aſperſionem cineris, cilicium ſequitur: quia prauam delectationem, & confuſionem mentis aſpera peccatrici conſcientię de reatu ſui ſceleris compunctio generatur. Poſtremo autem in fine cumulus infelicitatis apponitur, cū ſubinfertur. Abiecerunt in terram capita ſua uirgines Iuda. Poſt accinctionem enim cilicij capita in terrā abijcere, eſt poſt anguſtiam, & trepidationem malæ conſcientiæ, etiam de uenia deſperare. Propter quod etiam recte uirgines Iuda dicuntur. Ad augmentum namque doloris poſtrema in eis confeſſio nominatur: quia & illa nouiſſima poſt omnes alias uirtutes amiſſas a deſperatis excluditur.

*Pſal. 1.* · Moralis · G

Defecerunt præ lachrymis oculi mei &c.

H Literal. ¶ Propheta in perſona eccleſiæ membra ſua plangentis enumeratis malis perditorum, compaſſionem bonorum adiungit: prius enim mali plāguntur a bonis, q̄ a ſemetipſis: & dum male ſani in ſui adhuc perditione exultant, quantum flendi ſint aliena ſuſpiria, Indicant. Dicit ergo.

Defecerunt præ lachrymis oculi mei, cōturbata ſunt uiſcera mea: effuſum eſt in terram iecur meum.

I ¶ Oculi in ſancta eccleſia ſunt prouiſores, Viſcera miſericordes, Iecur ſtudioſi, & in bono opere feruentes. Vt enim ferunt Phiſici in iecore calor decoctionis eſt. Sicut ergo iecur, uel hepar ſuo calore crudum cibum in ipſo ſtomacho decoquit, & exinde ſuccum nutritiuū in omnes corporis partes tranſmittit: ſic nimirum ij, qui alios per feruorem ſuæ deuotionis a torpore ad bene operandū excitant, quaſi ex ſua decoctione alimentum corpori Chriſti ſuminiſtrant. Quid eſt ergo, quòd peccato uaſtante populum fidelem, oculi eccleſiæ

*Notabilis locus pro concionatoribus.*

ſitæ deficiunt, & uiſcera turbantur, iecur in terrã
effunditur: niſi quòd ij, qui uere caritatem Chri-
ſti habent, ſemper alienis miſerijs compatiuntur?
1.Cor.11 Sicut Apoſtolus dicit. Quis infirmatur, & ego nõ
infirmor? Quis ſcandalizatur, & ego nõ uror? Nul
lum enim certius indicium eſt ueræ caritatis, q̃ af
fectus fraternæ compaſſionis. Bene autem dixit
oculos deficere prę lachrymis: quia ſæpe tam ue-
hementi plaga uitam ſubditorum culpa exulce-
rat: ut omnis ratio, & diligentia prælatorum ſuc-
cumbat: & iam in tantis malis aliud conſiliũ nõ
ſit, niſi ad lachrymas ſolum confugere, & diuinã
clementiam implorare: hoc pulchre Pſalmiſta ſi-
Pſal.106 gnificat dicens. Turbati ſunt, & moti ſunt ſicut
ebrius: & omnis ſapientia eorum deuorata eſt.
Et clamauerunt ad Dominum cum tribularẽtur:
& de neceſſitatibus eorum liberauit eos. Bene er
go oculi præ lachrymis deficiunt: quia ſæpe cum
malum uehementer ingruit, diſcretionis oculum
mœror caligare facit. Viſcera turbantur, quia in-
trinſecus affectus pietatis concutitur. Iecur in ter
ram effunditur: quia ſæpe in electis præ mœrore
alieni periculi alacritas mentis obligatur: ut tan
to amplius etiam in ſemetipſis ad bona agenda
reddantur tepidi, quanto magis ſunt in compaſ-
ſione fraternæ tribulationis afflicti. Per oculos
igitur, & uiſcera, & iecur ſignificantur ij, qui plã
gunt, non qui planguntur. Vnde & mox per ſe-
quentia uerba de iſs, qui planguntur ſententiam
adnectens, cauſam doloris exponit, dicens.

## Super contritione filiæ populi mei.

¶ Quid enim per muliebrem ſexum, niſi plebs in
firma ſignificatur? quam tamen, cum filiam nomi
nat, fidei profeſſionem habere demonſtrat. Per
contritionem autem irreparabilis calamitas oſtẽ
ditur, ſicut quod contritum eſt, amplius non repa
ratur. Sequitur.

## Cum deficeret paruulus, & lactens in pla teis oppidi.

¶ Determinat contritionem per paruulum, popu
lum rudem, & fide ſimplicem. Per lactentem, pra
uos doctores. Per plateas oppidi, uoluptates hui⁹
ſeculi accipere debemus. Paruulus ergo, & lactẽs
in plateis oppidi deficiunt: quando carnales qui-
que, & ſtulti cum peruerſis doctoribus per latam
uiam uoluptatum ad perditionem uadunt. Et no
ta, quòd ait, deficeret. Magis enim ſunt plangen-
di, qui a bono deficiunt, quàm qui nunquàm bo
ni fuerunt.

## Defecerunt &c.

¶ Proprium eſt electorum aliena mala tanquàm
K ſua plangere. Sicut enim bonis congaudendo, in
Allego. eorum meritis participes fiunt: ita quoque malis
per compaſſionem condolendo, de illorum per-
ditione ſibi lucrum faciunt. Diſcat ergo peccator
quomodo mala propria flere debeat, cum iuſtus
pro alienis delictis tanta contritione ſe affligat.
Defecerũt (inquit) præ lachrymis oculi mei. Quã-
tum, putatis, compunctus erat iſte, qui ſic plora-
uit? Non enim ſemel tantùm ſe lachrymas fudiſſe
oſtendit, qui oculos ſuos prę lachrymis defeciſſe
dicit. Sed quia multi lachrymas fundunt, & non
compunguntur corde: ſequutus adiunxit. Contur
bata ſunt uiſcera mea: id eſt uſque ad cordis inti-
ma ſagitta doloris penetrauit, dolor ſenſum teti-
git, & contremuit affectus pietatis. Sequitur. Effu
ſum eſt in terra iecur meum. Quid per effuſionẽ
iecoris, niſi afflictio carnis ſignatur? Nam quia in
iecore decoctio ſtomachi calorem accipit: qui in
afflictione ſui corporis curam poſtponunt, quid
aliud quàm iecur in terram effundunt? Ne igitur
inanes lachrymæ: ne ficta ſuſpiria, ne ſimulati ge-
mitus credantur: ecce carnis afflictio manifeſta
ſequitur. Sed fortaſis pro parentibus, aut cogna-
tis dolet iſte. Audite quid dicit. Super contritio-
ne (inquit) filiæ populi mei: non patris, non ma-
tris, non fratris, non ſororis, non cognati, non af- *Notabile*
finis, ſed populi mei inquit: ne affectus carnis, & *punctum.*
non caritatis ſtimulus doloris putaretur. Sed cre-
do famoſos, & diuites in populo iſte planctu ſuo
honorat? Attendite quid dicat. Cum deficeret (in
quit) paruulus, & lactens. In primis animaduerti L
te diſcretionem. Plangit quòd deficiunt, nec plan
git q̃ diuites non ſunt. Quis? paruulus inquit, &
lactens. Videte quòd infirmitati compatitur: nõ
fortitudinem, aut pompam ueneratur. Sed adhuc
fortaſſis in infirmitate ſexus, & ætatis honorat no
bilitatẽ generis: In plateis (inquit) oppidi. Non in
aula, non in urbe, non in ciuitate, non ſaltem in *Nota con-*
domo: ſed in plateis oppidi: quia quanto maior *cionator.*
eſt contritorum abiectio, tãtò grauior eſt: ideoq;
præcioſior dolentis compaſſio.

## Defecerunt &c.

¶ Quid per oculos, niſi claritas contemplationis: M
& quid per uiſcera, niſi ſenſus internæ dulcedi- Moralis
nis: & quid per iecur, niſi feruor diuini amoris ac
cipitur? Quid eſt ergo, quòd propheta in contri-
tionem filiæ populi ſui, oculos ſuos defeciſſe, &
uiſcera conturbata, iecurque effuſum in terram
commemorat: niſi quòd ſpiritualis quiſque quan
to magis animum ſuum in tribulatione proximo
rum ad compaſſionem foras effundit: tanto am-
plius interna illa gaudia, quæ quietus guſtare con
ſueuerat, ex ipſa mœroris ſui perturbatione ſub-
tracta deplorat? Sequitur. Super contritione &c.
Per filiam populi, carnalis anima: per paruulum,
ſenſus carnis: per lactentem, uirtus mentis accipi-
tur. Senſus enim carnis quantum in ſe eſt, pueri-
lia quędam, & leuia ſemper appetit, niſi quantum
mentis conſtantia eum per diſciplinam reſtrin-
git. Quaſi paruulus igitur lacte paſcitur: quia per
uirtutem animi ad maturitatem conſtantię ue-
lut ad robur uirile paulatim enutritur. Sequitur.
In plateis oppidi. Per oppidum, non incongrue
corpus, quod anima inhabitat: & per plateas op-
pidi, fluxa deſideria carnis intelligere poſſumus.
Quare ergo in contritione filiæ populi paruulus,
& lactens in plateis oppidi deficere dicuntur: niſi
quòd in anima carnali prius per illecebroſa deſi-

deria

deria foris ſenſus corrumpitur: ac deinde uirtus quoque, ac conſtantia animi emollitur?

Matribus ſuis dixerunt &c.

N ¶In matribus tenerior affectus dilectionis notatur: quę filiorum affectus ſi poſſunt non ſolum audiunt, ſed præueniunt. Cur igitur filios rogantes expectant, niſi quia non habent, quod egentibus offerat? Et ne maternam pietatem naturali uitio induruiſſe extimes: audi quales ſe olim filijs exhibuerint. Non petunt ordeum, & aquam, ſcilicet alimenta ſeruilia, quia nihil eiuſmodi dare ſolebant: ſed

Literal.

Vbi eſt inquiunt triticum, & uinum.

¶Hoc petunt, quod ſoliti fuerunt accipere. Non tamen petunt: ſed admirantes interrogant, quia nec petere ſolebant, ſed habere. Sed fortaſſis dices, laſciui erant filij iſti, & delicati, ſuperflua quærebant: quibus etiam materna pietas contradicere deberet. Audi quid ſequatur.

Cum deficerent, inquit, quaſi uulnerati in plateis ciuitatis.

¶Duplex malum, egeſtas, & ignominia. Tolerabilius ſaltem fuiſſet in domo deficere, & in occulto fame conſumi: quàm in plateis, cum tabe famis confuſionem ignominiæ ſuſtinere. Sequitur.

Cum exhalarent animas ſuas in ſinu matrum ſuarum.

¶Omnia cooperantur ad malum. In plateis deficiunt. In ſinu matrū animas exhalant: ut & manifeſta tabes confuſionem, & mors præſens dolorē multiplicent.

Matribus ſuis &c.

O ¶Prælati ſanctæ eccleſię, ſenes prudentia, atq; conſilio, & matres pietate eſſe debent. Sed quia praui quilibet, & negligentes cum locum prælationis obtinent, curam ſubiectorum poſtponunt, & ſuæ potius auaritiæ, aut luxui ſuo ſtudent: recte nunc per prophetam dicitur. Matribus ſuis dixerunt: ubi eſt triticum, & uinum. Magnus dolor: P quia quod petentibus ſubtrahunt, hoc etiam nō petentibus offerre debuerunt. Sciendum autem, quòd tribus modis uita ſubditorum prælatis loquitur: per miſeriam, per deſiderium, per obedientiam. Petunt enim quando indigent: petunt quā do deſiderant: petunt quando audire parati ſunt. Per miſeriam petunt, quia uiſa afflictorum indigentia, dum pias mentes ad ſubueniendum prouocat, etiam ſi lingua ſilet, uita clamat. Per deſiderium quoque petunt, quia quodammodo petere eſt uelle habere. Item per obedientiam petunt: quia dum paratos ſe ad recipiendum offerūt, quaſi uelle, & deſiderare ſe dicunt. Negligentibus igitur p̄latis ſubiectorum & ſi non lingua, uita tamen ſēper loquitur: quia & malorum periculo, & bonorum deſiderio, atque obedientia ad prædicationis ſtudium, & bonæ conuerſationis exemplū impēdendum commouentur. Et attendite, quòd in tē

Allego.

*Notabilia ad flatos, et ſubditos*

pore neceſſitatis, filij non patres, ſed matres uocant. Ac ſi dicant. Si debitum obliti eſtis: pietatē ſaltem obliuiſci non debetis. Erubeſcant canes Q muti, & non ualentes latrare. Erubeſcant, qui de paſtoribus lupi facti ſunt. Erubeſcant, qui non ſicut paſtores: ſed ſicut mercenarij gregem domini cum paſcunt. Qui ad laniandum ſunt fortes, & ad protegendum imbecilles. Ad accipiendum prompti, ad tribuendum pigri. Ad circumueniendum diſerti, ad bene dicendum indocti: qui aut plus d̄ bito exigunt, minus, uel nihil debito impendūt: qui iudicia ueritatis in cauſas forenſes mutauerunt. Væh eis quate non attendunt quid debeāt: & ſi petitionem præuenire noluerint, ſaltem petentes audiant: quia & in ipſa fortaſſis petitione diſcere etiam poterunt quid debeant. Vbi eſt, inquiunt illi, triticum, & uinum? Non petunt ordeum, & aquam: ſed triticum, & uinum. Videamus ergo quod ſit iſtud triticum, & uinum: & quare ordeum, & aquam non petāt filij, quàmuis in neceſſitate famis ſint conſtituti. In euangelio legimus, quòd quinque millia hominum quinque panibus ordeaceis paſta ſunt. Poſtea uero quatuor millia ſatiantur, & tamē nihil ibi dicitur de panibus ordeaceis. Item legimus in euangelio, quòd ſex hydriæ lapideę prius aqua impletæ ſunt, poſtea uero aquæ ipſæ in uinum cō mutatæ. De tritico quoq; in euangelio dominus ipſe mentionem facit, dicens. Niſi granum frumē ti cadens in terram, mortuum fuerit: ipſum ſolū manet. Si autem mortuum fuerit, multum fructū affert. Quid igitur per triticū, niſi Chriſtus: quid per ordeum, niſi lex: quid per aquam, niſi carnalis ſenſus: quid per uinum, niſi intelligentia ſpiritualis accipitur? Seruis igitur, qui ſenſu carnali legem tenuerunt, ordeum, & aqua ſufficere poterant: filij autem, qui iam per gratiam in Chriſto adoptati ſūt, & Chriſtū ſpiritualiter edere ſciūt, non niſi triticum, & uinum deſiderant. Hæc omnia (inquit apoſtolus, uidelicet legales obſeruantias) arbitror ut ſtercora, ut Chriſtum lucrifaciā. Vide quomodo iſte ordeum legis abijcit: & non niſi triticum. i. Chriſtum edere quærit. Et bene p R ordeum, quod aſperum eſt ad edēdum, lex: & per triticum, quod ſuaue eſt, & dulce, Chriſtus accipitur: quia lex uenit peccata punire: & Chriſtus ſoluere. Quare ergo Chriſtus triticum dicatur, iam per Dei gratiā & legendo diſcimus, & edendo ſētimus. Quatuor autem modis Chriſtum comēdimus. Chriſtum enim edimus, quando corporali- S ter ſacramentum corporis, & ſanguinis eius ſumē do, ſpiritualiter animas noſtras ſaginamus. Chriſtum edimus, quando Chriſtum credendo diligimus. Chriſtum edimus, quando Chriſtum imitamur. Chriſtum edimus, quando uerbum Dei audiendo in nouæ uitæ conuerſationem tranſimus. Quid eſt ergo quærere triticum: niſi quærere Chriſtum, quærere uerbum Dei, doctrinam ueritatis, & conuerſationem noui hominis? Triticum igitur quærimus, quando uerbum uitæ audimus, & Chriſtum imitari deſideramus. Sed & triticū edimus uinum, & non aquam bibere debemus, i. deſt uerbum

Ioan. 6.

Ioan. 2.

Ioan. 12

Philip. 3

*Quatuor modis Chriſtum comedimus.*

uerbum Dei audiendo ſumere,& per ſpiritualem intelligentiam illud in nobis irrigare. Hoc eſt.n. quod in lege nobis præcipitur:ne carnes agni pa- Exod.12. ſchalis aqua coquamus: quia carnaliter nobis ſapere non debet, quod ad paſtũ ſpiritualem datũ T eſt. Interrogent ergo boni ſubiecti malos prælatos ſuos,& dicant,ubi eſt triticum? Ac ſi dicerent. Vbi eſt doctrina ueritatis? ubi exempla noui hominis? Ac ſi apertius dicerent. Vos nec loquendo ueritatem oſtenditis,nec bene uiuendo imitatione dignos exbibetis. Vbi eſt uinum? Quaſi dicerent. Vos, qui etiam ſpiritualia carnaliter tractatis, quomodo nos ã carnalibus ad ſpiritualia euocare poteritis? Vos,qui terrena,quæ abieciſſe uidebamini, obliuiſci non poteſtis:quomodo nos ad obliuionem eorũ,quæ poſſidemus,inebriabitis? Manducate prius,& poſtea reficite: inebriamini, & deinde inebriate. Proh pudor. Quid dicemus ad hęc? Quid mirum eſt, ſi populus carnalia diligit, quando clerus ſpiritualia etiam pro carnalibus uendit? Vnde recte ſubinfertur: cum dicitur. „ Cum deficerent quaſi uulnerati in plateis ciuita- V tis. Duæ ſunt ciuitates. Babylonia,& Hieruſalem. Sed Babylonia plateas habet. i. uias lātas,quæ ducunt ad mortẽ: In plateis ergo ciuitatis deficiũt, qui per carnis illecebras defluentes a uirtute mẽtis emolleſcunt. uel per ciuitatem, ipſam eccleſiã non inconuenienter accipimus: habet namque ſancta eccleſia plateas,habet & ſemitas. Quid.n. terrenæ actiones ſunt,niſi quædam plateæ? & qd ſpirituales actiones,niſi ſemitæ? In plateis ergo ciuitatis ſunt, qui in ſancta eccleſia licite terrenis actionibus inſeruiunt. In plateis autem ciuitatis deficiunt,qui terrenis negociis occupati ſpirituales conſolatores non inueniunt:qui profectò nequaquàm deficerent, ſi detrimenta,quæ foris ſæpe patiuntur,conſilio,& admonitione bonorum prælatorum intus ſemper repararentur. unde bene de eiuſmodi dicitur,quaſi uulnerati. Quid.n. peccata ſunt,niſi uulnera? Quaſi uulnerati igitur deficiunt, qui ſic per negligentiam,ſicut alij per culpam, ad interitum tendunt. Cum magno igitur dolore pronunciandum eſt, quaſi uulnerati, ac ſi diceretur: Cur iſti per negligentiam prælatorum pereunt:qui criminibus, & flagitijs uulnerati non ſunt? unde ſequitur. Cum exhalarent ani- ,, mas ſuas in ſinu matrum ſuarum. Quid namque ,, eſt ſinus matrum, niſi blanda adulatio prælatorũ? Quaſi morientes, namque filios matres in ſinu tenent, quando carnalium mentes in corpore ſuo pereuntes mali prę́lati,non ſolum ad bonam operationem non exſuſcitant:ſed etiam blandis fauoribus palpando in ſua perditione fouent.

## Matribus ſuis dixerunt &c.

X Moral. ¶Quid ſpiritualiter per filios matrum, niſi multitudinem cogitationum accipere debemus, quæ dum in una mente de diuerſis affectionibus prodeũt, quaſi multarum matrum ſoboles in una domo,ſed nõ ex una origine,procedunt? De affectionibus autem cogitationes naſci idcirco diximus: quia profecto illarum rerum frequentiſſime memoria nobis per cogitationem occurrit, quarum amore affecti ſumus. Hoc per ſingula uitia,atque uirtutes facile uerum eſſe probamus. hinc eſt.n.q; in euangelio dicitur. Vbi eſt theſaurus tuus,ibi eſt Matt. 6. cor tuum. Ac ſi diceretur:ubi eſt amor tuus, ibi eſt animus tuus. Qualis eſt affectio tua, talis etiam eſt cogitatio tua. Sed ſciendum eſt,quòd ſicut affectus de ſe cogitationes generant, ſic ipſæ rurſum cogitationes eos,a quibus oriuntur, affectus amplius inflammant. unde etiam in his, qui cor ſuũ ab illicitis cogitationibus diligenter cuſtodiunt, funditus tandem malarum radices affectionum areſcunt. Econtrario uero illi, qui mentem ſuam meditationibus ſanctis exercere negligunt, etiã ſi aliqua diuini amoris ſcintilla prius incaluerint, paulatim tepeſcunt: ita tandem ut,& ſi forte bonarum affectionum cogitationes aliquando habuerint,nihil tamen ex ipſis internæ dulcedinis in ſinum mentis uel tenuiter eliquari præſentiant. Propter quod recte in hoc loco dicitur. Matribus ſuis dixerunt:ubi eſt triticum,& uinũ? „ Y Quid.n. per triticum,niſi cibus ſapientię: & quid per uinum,niſi internum gaudium ſignatur? Nã ſicut panis corporeus uentrem reficit: ſic ſapientia mentem paſcit:& ſicut uinum auide potatum inebriat, ſic internum gaudium mentem a carnalibus deſiderijs alienat. Quid eſt ergo, quòd filij famelici a matribus triticum, & uinum quærũt, niſi quòd cogitationes de bonis affectionibus natæ,ſed per negligentiam arefactæ priſtinæ dulcedinis ſaporem in eis inuenire non poſſunt? De q̃bus recte ſubditur. Cum deficerent quaſi uulnerati in plateis ciuitatis. Quid enim ſunt plateæ ci- Z uitatis,niſi uagationes mentis? In plateis ergo ciuitatis deficiunt, quia dum uaga mens eas ad internam quietem non colligit:uſq; ad guſtum intimi ſaporis non pertingunt. Quibus hoc etiam bene congruit,quod dicitur. quaſi uulnerati. Praua quippe deſideria uulnera ſunt bonarum cogitationum:quia dum ſua eas admixtione inficiũt, quaſi plagæ quædam integritatem rectitudinis earum corrumpunt. Bene ergo ſteriles cogitationes animæ quaſi uulnerati deficere dicũtur:quia ſic a fructu iuſtitiæ inanes permanent,ſicut illæ,q̃ per illicita deſideria corruptę ſunt. Sequitur. Cũ exhalarent animas ſuas in ſinu matrum ſuarum. ,, Sinus matrum tepor, & deſidia eſt bonarum affectionum: in quo merito paruuli cogitatus animas exhalare dicuntur, quia cum mens a feruore diuini amoris tepeſcit,omnis mox bonarum cogitationum uigor emoritur.

## Cui comparabo te &c.

A Literal. ¶Paulatim planctum promouet. Primum ædificia, & deinde homines, & ipſos quaſi abſentes luxit:nunc tandem uelut emollitis, & aſſuefactis longo fletu animis ad præſentes uerba cõuertit, dicens. Cui comparabo te,& cui aſſimilabo te? ac ,, ſi diceret. Quia tam magna eſt contritio tua, cui comparabo te? & quia tam grauis eſt, cui aſſimilabo te? Quod eſt aperte dicere. Mala tua & magnitudine,& modo omnem miſeriam ſuperant.

Sed

Sed quia etiam magna minimis quadam differẽti ſimilitudine comparari aliquando poſſunt:ſubdit. Et exæquabo te &c.Quod eſt dicere. Alia mala & ſi per differentiam quandam tibi compatari poſſunt: tamen nulla per æqualitatem poſſunr. Quare? Sequitur. Magna enim uelut mare contritio tua. Mirum eſt,quòd calamitatem eius nulli coæquari poſſe commemorat: & ſtatim magnitudinem maris,ei in comparatione coæquat. Sed ſic intelligendum eſt,ac ſi diceret. Quemadmodum mare ſuper omnes, alias aquas & mole,& amaritudine excellens eſt:ita tuæ contritioni nulla calamitas coæquari pōt.Sequitur. Quis medebitur tui?Sicut exſiccari nõ poteſt aqua maris: ſic contritio tua ab homine æſtimari non poterit:nec eſt in quo ſperes niſi ſolus Deus. Cui cõparabo te? Illi, qui poſt agnitam ueritatem retro abeunt, peiores ſunt ijs, qui nunquàm ueritatem agnouerunr. Et quantò cuique excellentior gradus eſt,tãtò periculoſior eſt lapſus.Vnde propheta cum ſuperius malorum prælatorum in eccleſia negligentiam,& ſubiectorum interitum planxiſſet: ſtatim ſequutus adiunxir.

Cui comparabo te,& cui aſſimilabo te,& exæquabo uirgo filia Sion?

B ¶Inculcatio uerborum magni doloris uim exprimit. Ac ſi ipſi eccleſiæ de membris eius arefactis loquatur,& dicat. Sicut prius cum fidem recte uiuẽdo, tenuiſti nulli comparabilis fuit gloria tua: ita nunc cum per uitam reprobam a fide cecideris, nulli comparabilis eſt ignominia tua. Sequitur. Allego.

Magna enim uelut mare contritio tua.

C ¶Quid per mare,niſi uita ſecularis accipitur: quę dum ſemper motu inſtabili nunc de aduerſis ad proſpera, nunc de proſperis in aduerſa trahitur, quaſi quibuſdam procellis fluctuantibus exagitatur? Et quia nunquàm uel in proſperis timorem, uel in aduerſis dolorem excludit: quaſi mare, in quamcunque partem refluat,amaritudinem non amittit: Dicatur ergo illi, quæ a dulcedine ſpiritualis uitæ per concupiſcentiam carnalem, & curas ſeculares amareſcit:dicatur inquam. Magna uelut mare contritio tua. Ac ſi aperte diceretur. Tu,quæ per mundi contemptum, & deſiderium æternorum bonorum ab amore carnali dulcorata fuiſti,quomodo iterum in amaritudinẽ uerſa es? Sequitur.

Quis medebitur tui?

D ¶Audiant hoc prælati eccleſię,qui medici animarum conſtituti ſunt:audiant quod dicitur. Quis medebitur tui? Ac ſi diceretur.Alios ægros medici curant,ſed medicos infirmantes quis curabit? Si populus peccat, orant ſacerdotes pro eo. Sed pro ſacerdotibus ſi peccauerint, quis orabit? Periculoſa prorſus hæc ſunt,& tamen uera. Quę & ſi audire timemus:negare tamen non poſſumus.

Cui comparabo te &c.

E Moral. ¶Increpatur anima peccatrix, cuius tanta mala ſuperius numerata ſunt:quæ ab amore Dei fornicata tantò turpiorem inceſtum ſuum fecit, quantò precioſior fuit integritas eius. Cui bene dicitur. Magna uelut mare contritio tua. Quid enim per mare,niſi conſciẽtia praua accipitur:quam & memoria præteritorum ſcelerum,& delectatio præſentium huc illucque impellendo exagitant? Quaſi enim fluctus quidam e regione uenientes ad inuicem ſe collidunt, quando infelicem animam quodammodo ſemper,& pęnitentia præteritorũ errorum ſuorum retrahit, & amor præſentiũ impellit. Et quia in hac tanta contradictione illa qualiſcunque miſeræ delectationis dulcedo ſemper admixto dolore inficitur:recte praua conſciẽtia non ſolum inquietudine,ſed etiam amaritudine mare appellatur. Sequitur. Quis medebitur tui?

F Oſtendit magnum prorſus,& difficile eſſe,nõ tamen Deo impoſſibile: ut talis ad ſanitatem redeat.Hinc eſt,quòd Ioannes de peccante ad mortem dicit. Non pro eo dico, ut oret quis: Ac ſi diceret. Sicut deſiderare ſalutem eius non prohibeo, ſic orare pro eo præcipere non præſumo: quia tam mortalis uulneris curatio quàmuis potentiam Dei non excedat, omnem tamen humanam exiſtimationem ſuperat: & ideo conſideratius agitur,ſi interim humiliter ſuppreſſa oratione deſiderium tantùm Deo offeratur: quia fortaſſis citius impetrabit in cauſa tam difficili humilis, & timorata deuotio, q̃ petitio præſumptuoſa.Dicit ergo: Quis medebitur tui? Quaſi dicat. Periculoſa eſt plaga tua, cui per humanam induſtriam ſubueniri non poteſt: & quæ propter culpam præteritam a Deo ſanari digna non eſt.

a.Ioan.5

*Notabile punctũ de peccãte ad mortem.*

Prophetæ tui &c.

G Literal. ¶Cum exprobratione dicitur: prophetæ tui, Ac ſi diceretur. Ecce ad quantam miſeriam deuoluta es,prophetas falſos audiendo:quos tu dilexiſti, & prophetas Dei uera dicentes audire noluiſti. Viderunt tibi.Tibi uiderunt,quia prophetæ tui fuerunt. Ideo mendacium illorum ad te redundauit: quia malitia illorum tibi placuit. Prophetæ tui uiderunt tibi.Quid tibi uiderunt?falſa,& ſtulta.Falſa,in quibus decepta es.Stulta, in quibus excuſari non potes.Si tantùm falſa uidiſſent,in quibus ſaltem fuiſſet aliqua ueritatis ſimilitudo,poterat fortaſſis excuſari per ignorantiam ſimplicitas tua:nunc autem,quia ſtulta etiam uiderunt, & tñ credere non timuiſti;merito punitur inſipientia tua.Quæ aũt falſa,& quæ ſtulta uiderunt?Falſas aſſumptiones,ecce ſtulta; falſas eiectiones, ecce falſa. Quando, & quibus uolebant,promittebant proſpera. Quando, & quibus uolebant,minabantur aduerſa. Sed utrunque falſò,quia eijciendis

H promittebant aſſumptiones: & aſſumendis eiectiones.Quando Deus iratus erat, nunciabant q; te ad protegendum aſſumeret: quando placatus fuit, minabantur quòd te ad tribulandum eijceret. Sed cõminatio falſa fuit, & promiſſio ſtulta. In promiſſione non tantum falſitas, ſed etiã ſtultitia: quia & ſi terrores timuiſti: Valde alienũ eſt.

a ra-

a ratione, quòd tanti ſceleris conſcia, uanis pro-
miſſionibus decipi potuiſti. Ecce neſciebas quod
futurum ſuerat: non tamen ignorabas malũ meri
tum tuum, quod præſens erat. Ipſi autem falſa,
& ſtulta uidendo, non aperiebant tibi iniquitatẽ
tuam: quia cum peruerſis in ſuo ſcelere proſpera
promitterent, & ſimpliciter gradientes uanis ter
roribus ſollicitarẽt: non aperiebant, immo uela-
bant iniquitatem tuam, ne eam agnoſceres. Vel
aliter diſtingui poteſt. Quod dixit falſa, & ſtulta,
hoc pertinet ad promiſſiones: quod autem ſequi
tur, falſas aſſumptiones, & falſas eiectiones, utrũ
que referendum eſt ad terrores. Tribulationem
nanque, & eiectionem uocat, eo quòd populus a
Deo eijciendus erat: & aſſumptionem ad ſimilitu
dinem oneris, quod aſſumptum portantem gra-
uat. Hinc eſt enim, quòd ubi beatus Hieronymus
tranſtulit onus Babylonis, ſiue Tyri, ſiue Damaſci
&c. Symmachus, & Theodotion, aſſumptio in-
terpretati ſunt. Et bene, propter ſupradictam cau
ſam, terrores ſolummodo falſos uocat: promiſſio
nes autem nõ ſolum falſas, ſed & ſtultas nominat:
quia & ſi homo quid futurum ſit, non poſſit ſem
per agnoſcere: ſtultum tamen ualde eſt in præſen
ti ſemetipſum ignorare. unde ſtatim poſtquàm
dixerat: uiderunt tibi falſa, & ſtulta, ſubiũgit: nec
aperiebant tibi iniquitatem tuam. Qui enim pec
catori pręmium iuſti promittit, quaſi iniquitatẽ
illius, ne uideatur, abſcondit.

## Prophetæ tui &c.

K ¶ Sicut culpa malis prælatis eſt, quòd per eorum
Allego. negligentiam ſubiecti pereunt: ita quoque ſubie
ctis in culpam deputatur, quòd ſpretis bonis, ma
lorum prælatorum exempla imitantur: & peruer
ſas doctrinas audiunt. Congrue igitur poſtquàm
prælatorum peruerſitatem arguit; nunc ad ipſos
,, quoque ſubiectos uerba doloris per exprobratio
,, nem conuertit, dicens. Prophetæ tui uiderunt ti
bi falſa, & ſtulta. Prelati eccleſiæ prophetæ ſunt,
quando ad inſtruendam fidem, moreſque ſubie-
ctorum, nunc occulta ſcripturarum reſerant: nũc
de præmijs bonorum, ſiue pœnis malorum uen-
tura prædicunt. Peruerſi autem quique, quia
in loquendo non tam correctionem audientiũ,
quàm fauorem quærunt, rectè nũc de eis dicitur.
,, Viderunt tibi falſa, & ſtulta. Falſa etenim, & ſtul
ta uident, quia in diſcernendis moribus ſubiecto
rum iudicium ueritatis non tenent. Et cum pra-
uos quoslibet pro gratia fauoris in ſuis peruerſita
tibus laudant: ſtultos per negligentiam amplius
per adulationem infatuant. Vnde rectè ſubditur.
,, Nec aperiebant tibi iniquitatem tuam, ut te ad
,, pœnitentiam prouocarent. Quia uero nonnunq̃
mali prælati ſubiectos etiam innocentes odio ꝑ
ſequuntur, & cum ſuas iniurias uindicent, cauſã
Dei ſe patrocinari ſimulant: rectè ſubinfertur, cũ
,, dicitur. Viderunt autem tibi aſſumptiones falſas,
,, & eiectiones. Ac ſi diceretur. Quibus ipſi irati ſue
rant, illis irã, & ultionem diuinam imminere nũ-
ciabant; quatenus cum Deum ſuarum iniuriarũ
ultorem dicerent, animos populi ad exhibendã
ſibi reuerentiam prouocarent.

## Prophetæ tui &c.

¶ Qui ſunt prophetæ peccatricis animæ, qui fal- L
ſa, & ſtulta eis uidẽt: niſi foris ſenſus corporis, & Moral.
uerſuti cogitatus intrinſecus, quos ꝓuidentia car
nis gignit? Conſideremus paulò attentius quàm
falſi ſint iſti prophetæ. Ecce unus ď illis, uiſus, quo Viſus.
modo falſa prophetando decipit. Si rem uideris
concupiſcibilẽ: quid tibi prædicit? Ama, inquit,
ſequere, apprehende, fruere: felix eris ſi tali deſi-
derio potitus fueris. Sed infelix anima, dum ma-
le credula fallacem promiſſionem ſequitur: am-
pliori miſeria per effectum ſceleris obligatur. Sic
auditus, ſic olfactus, ſic guſtus, & tactus falſa pro-
phetant, & credentes ſibi illaqueant: quia priuſ-
quàm concupiſcentia experimentum capiat, pro
ſpera omnia, & blanda futura promittunt: cum
uero miſera delectatio breui deguſtata tranſierit,
ſtupentem, & horrore plenam conſcientiam re-
linquunt. Sed iſti prophetæ tantò facilius in ſuis
fallacijs deprehendi poſſunt, quantò manifeſtius
eſt, & ratione ſæpe carens hoc, quod promittunt.
Verſutia autem cordis tantò periculoſior eſt, quã
tò occultior: quia non ſolum fallaciter promit-
tit, ſed etiam mentem ad credendum aſtutè qua-
dam faciendi ratione compellit. Hæc eſt pruden M
tia carnis, quæ mortem operatur: quam filij ne-
quam huius ſeculi habent: ſicut Dominus in euã
gelio dicit. Filij huius ſeculi prudentiores ſunt Luc. 16.
filijs lucis in generatione ſua. Hæc prudentia per-
uerſos illos prophetas generat, uerſutos ſcilicet
animæ cogitatus: qui falſis promiſſionibus ani-
mam lactant, & conſentientem ſibi ſeducunt, at
que illaqueant. Vnus eorum patientiæ inſidiatur:
alter caſtitatem uiolare nititur: ille mundi con
temptum irridet: iſte ſimulationi ſtudendum do N
cet. Conſideremus hæc per ſingula. Eſt unus co
gitatus, qui de prudentia carnis naſcitur: hic dicit
homini, uindica læſionem tuã, ulciſcere iniurias
tuas: quia ſi præſentes patienter tuleris, ad futuras
alios animabis: timeant te potius homines, quã
contemnãt: omnes tibi exhibebunt reuerentiam,
ſi te uiderint ulciſci utiliter iniuriam tuam. Vi
dete quàm fallax eſt, & q̃ falſus eſt, propheta iſte
peſſimus. Callide perſuaſiſſe putabatur, cum furi
bundo reuerentiam exhibẽdam prędiceret; quẽ
cum in furorem conuerterit, non reuerendum,
ſed abominabilem omnibus hominibus reddit.
Eſt adhuc alius pſeudopropheta, itegritatis, & cõ O
tinentiæ inimicus: qui hoc ordine ſeducit homi
nem. Sępe ſub obtentu ſanitatis, aut neceſſitate
operis, amplioribus, & delicatioribus cibis indul
gendum ſuadet: cum autem per crapulam corpꝰ
inflammauerit, continuo luxuriæ oblectamenta
oculis anteponit: graue, atque impoſſibile aſſerit:
ut homo in carne poſitus non carnaliter uiuat:
iuuenilibus annis facile ignoſci poſſe: longa ad
huc ad pœnitentiam ſupereſſe tempora: Deum
eſſe miſericordem: tormenta inferni, uel nulla,
uel parua. Sed attendite quàm fallax ſit iſte pro
pheta. Delectationes plurimas, & in tempora lõ-

ga-

ga permanſuras: pœnam autem exiguam, & in
breui tranſituram promittit: & fortaſſis æterna
ſunt tormenta, quæ ſequuntur: cum id, quod de-
P lectat, etiam ad momentum ſtare non poſſit. Al-
tius quadã ratione faciendi, auaritiæ ſtudendum
docet. Talem hanc uitam eſſe, in qua homo non
poſſit habere honorem, ſi non habuerit faculta-
tem. Diuitias non ſolum corporibus: ſed etiam ſa
luti animarum plurimũ ſępe prodeſſe: inde pau-
perum alimoniam, & conſtructiones eccleſiarũ
procedere; poſtremò melius eſſe, ut habeat unde
ſibi meritum requirere poſſit, q̃ ut nihil habens
ab alijs poſcere cogatur, unde amplius debitor
ſit. Sed & iſtum prophetã mendacem cognoſci-
te. Poſſidentibus diuitias poſſe uirtutum merita
augmentari, pronunciat: ut ab amãtibus diuitias
omnia uirtutum merita tollat: & primũ animos
ad quęrendas diuitias cupiditate, deinde ad reti-
Q nendas (cum acquiſitę fuerint) tenacitate corrum
pat. Eſt adhuc unus de falſis prophetis, qui ſimula
tioni deſeruire ſuadet. Bonam.n. opinionem quã
maxime ualere: famã ſuã hominẽ ubiq; impollu-
tam cuſtodire debere: & ſiquã fuerint ex infirmi
tate potius q̃ ex deliberatione peccata, ꝓpter ſcã-
dalum proximorum celanda eſſe: duplex damnũ
fieri ſi altero corrupto per factum, alter corrum-
peretur per exemplum. Propterea oportere ſem-
per hominem ad eruditionem aliorum, habitũ
laudabilem, & uirtutis indicem demonſtrare, &
nequid ſiniſtrum, aut honeſtati contrarium de ſe
aut dicatur, aut credatur, ſummo ſtudio uitare de
bere. Vehementer meritum multiplicari, ſi & ſe-
metipſum homo per ſtudium uirtutis exerceat,
& alios per exemplum lucrifaciat. O quã ſubdola
promiſſio? meritum per ſimulationem multipli-
candum pronunciat, ut cum hominẽ, & mala ſua
tegere, & bona oſtẽtare docuerit: omnẽ boni ma
riti ſoliditatem euertat. De iſtis prophetis pecca-
trici animæ, & in tribulatione poſitæ per expro-
,, brationem dicitur. Prophetę tui uiderunt tibi fal
ſa, & ſtulta. Ac ſi diceretur. Falſum eſſe, quod carna
les affectus promittebant, uel nunc agnoſce eru-
dita per pœnã, quod prius attendere noluiſti, cũ
traehereris ad culpam. Falſa, & ſtulta uiderunt tibi.
R Quando ratione faciendi malum tibi perſuade-
bant: falſa uiderunt. Quando uero etiam ad irra-
tionabiles actus cupiditate uictam impellebant:
,, non ſolum falſa, ſed & ſtulta uiderũt. Vnde ſequi
tur. Nec aperiebant tibi iniquitatem tuam. Ac ſi
diceretur. Iniquitatem tuam tibi aperirent, ſi ante
factũ, quæ pœna poſt ſequeretur, oſtenderẽt. Nũc
autem ne iniquitatem tuã perſpicere poſſes, qua-
ſi dextrũ oculum tuum cæcabat ſimulata ratio: &
ſiniſtrum delectatio praua. Nec ſolummodo de-
ceperunt promittendo proſpera: ſed etiam terren
,, do per aduerſa. Viderunt enim tibi aſſumptiones
falſas, & eiectiones. Aſſumptiones uidelicet malo
rum, quę imminere dicebant: & eiectiones bono
rum præſentium, quæ peritura nunciabant: qua-
tenus tu cum bona, quę amabas, perdere timeres;
& mala, quæ timebas, euitare ſtuderes, citius ad
iniquitatem faciendam conſentires.

Plauſerunt ſuper te manibus omnes tran
ſeuntes per uiam: ſibilauerunt, & moue-
runt capita ſua ſuper filiam Hieruſalem.

¶ Quaſi diceret, audi: & quantum miſeranda S Literal.
ſis, uel alieno teſtimonio, diſce. Tranſeuntes per
uiam, peregrini intelliguntur, & extranei. Nam
qui tranſeuntes nominantur, oſtenduntur & aliũ
de uenire, & aliorſum tendere. Per hoc.n. quòd
aliunde ueniunt, demonſtrantur alieni ſanguine:
per hoc, quòd aliorſum tendunt, alieni intentio-
ne. Et tamen eos, quos & affectus ſanguinis, & ꝓ-
poſitũ intentionis diuidit; nouæ calamitatis ſtu-
por ad compaſſionem figit. Plauſerũt, inquit, ma-
nibus ſuper te. Pulchre dixit ſuper te: quaſi deie-
ctã, & proſtratã. Plauſerunt manibus. Fuerunt nõ T
nulli, qui hæc omnia ad irriſionem, & ſubſanna-
tionem potius pertinere exiſtimarent, propterea
ꝙ plauſus, & ſibilus inſultantium eſſe uideantur.
Quòd uero in ſequenti clauſula rurſum de ſibilo,
& inſultatione agitur: in hoc differre putatur, ꝙ
iſti quaſi extranei deiectam deſpiciunt: illi uero
quaſi hoſtes, & inimici nõ ſolum deſpectum, ſed
odium quoq; ſibilando, & exultando oſtendunt.
Qui ſenſus nec nobis rationi contraire uidetur.
Quia tamen ſecundum ſpiritualem intelligentiã
conuenientius hæc ad compaſſionem referũtur,
dicere conuenienter poſſumus, ꝙ per plauſum nõ
inſultatio: ſed ſimpliciter manuum colliſio expri
matur. Colliſio autem manuum non ſemper idẽ
ſignificat: ſed aliquando gaudium, aliquando do
lorem, aliquando admirationem, aliquando com
paſſionẽ indicat. Sibilus quoq; diuerſas affectio- *Quã mira*
nes indicat: aliquando enim contemptum, aliquã *biliter de*
do deſperationem, aliquando blandimenta inſi- *iſtis poteſt*
nuat. Similiter motio capitis aliquando indigna- *diſcurrere*
tionem, aliquando inſultationem, aliquando do- *concionator.*
lorem, aliquãdo admirationem exprimit. Quia V
uero motus iſti ad diuerſas affectiones reſpiciũt:
poſſumus per plauſum manuum admirationem,
per ſibilum deſperationẽ, per motionẽ capitis cõ
paſſionẽ: ſi ue econtrario ꝑ plauſum cõpaſſionẽ,
& per motionẽ capitis admirationẽ accipere. Trã
ſeuntes etenim cũ aſpiciũt tã lamentabiles ruinas,
quadã humanitate ad cõpaſſionẽ prouocantur, &
dolent de præſenti, quã uident, miſeria: deſperant
autem de reparatione futura: & admirantur de
tranſacta gloria. Ex dolore cõpaſſionis, manibus
plaudunt: ex deſperatione, ore ſibilant: ex admi-
ratione, caput mouent: & hoc eſt, quod ſequitur.

Hæccine eſt, dicentes, urbs perfecti deco
ris, gaudium uniuerſæ terræ?

Ac ſi diceretur. Olim tã glorioſa, modò tam miſe
ra: quod tamen, ut dictum eſt, non irridẽdo, ſed
compatiendo dixiſſe credendi ſunt.

Plauſerunt &c.

¶Primũ cõſideremus qui ſint tranſeuntes iſti: de X
inde q̃ ſit uia, per quã trãſeũt. Tota iſta uita p̃ſens Alleg.
trãſitus q̃dã eſſe uidetur: q̃m ex quo eẽ naſcẽdo ĩ
gredimur, ſine itermiſſione ꝑ quotidianas ĩmuta
tiones ad mortẽ ꝓperam⁹: ſicut ĩ Pſalmo legitur.
Homo ſicut fœnũ dies eius: tãq̃ flos agri ſic efflo-
rebit. Q̃m ſpiritus ptrãſibit in illo, & nõ ſubſiſtet: Pſal. 102
& nõ cognoſcet amplius locũ ſuũ. Sed eſt alter q-

dam: tranſitus laudabilis:qui non oĩbus cõis eſt.
Oẽs nanque homines (ſicut diximus) per neceſſi
tatem conditionis tranſeunt:mali uero cũ per cõ
ditionẽ hic manere nõ poſſint,mẽtẽ tñ in deſide
Y rio uitæ hui⁹ p amorẽ figũt.Trãſeũt ergo mali ne
ceſſitate,ſed uolũtate nõ trãſeũt;boni uero,q̃ p̃ſẽ
tẽ uitã nõ amãt,ſed futurã deſiderant; neceſſitati
uolũtatẽ adiungũt:immo, ut uerius aliquid dicã,
ipſam neceſſitatẽ uolũtate p̃ueniunt; qa prius uo
lũtate hinc exeũt q̃ morte. Hi ſũt ueri Hebræi.i.
trãſeuntes: ad quos illud ſapientiæ uerbũ dirigi
Eccli.24. tur. Trãſite ad me oẽs,q̃ cõcupiſcitis me. De quo-
2.Co.11 rũ ẽt numero Apoſtolus Paulus ſe eſſe gloriatur,
cũ dicit. Hebræi ſunt:& ego.Quõ.n,hebræus ſit.i.
Phil.3. trãſiens,in alio loco manifeſtat:Ea,inquit,q̃ retro
ſunt oblitus,ſemp in anteriora me extẽdo.Et rur
2.Tim.4 ſũ.Bonũ certamen certaui,curſũ cõſũmaui,fidem
Exo.3 ſeruaui.De hoc ẽt trãſitu Moyſes dicit. Tranſibo,
& uidebo uiſionẽ hãc grãdẽ.Quia igitur alii ſola
neceſſitate trãſeunt,alij uero neceſſitati cõditiõis
arbitriũ ẽt uolũtatis adiũgũt:recte hic cũ de tran
ſeũtibus loqueretur:ꝙ nõ quoſlibet trãſeũtes acci
peret neceſſaria adiectione declarauit,dicẽs.Trã-
Z ſeũtes p uiã. Via nãq; in ſacro eloquio aliqñ Chri
*Via tripliciter accipitur.* ſtũ,aliqñ legẽ Dei,aliquãdo uitã p̃ſentẽ ſignificat.
Via Chriſtũ ſignificat,ſicut ipſe teſtatur,dicẽs.Ego
Ioan.14. ſum uia. Via legẽ Dei ſignificat;ſicut ĩ Pſalmo legi
Pſal.118 tur. Beati ĩmaculati in uia,q ambulãt in lege dñi.
Via p̃ſentẽ uitã ſignificat,ſicut in euãgelio dicitur.
Matt.5. Eſto cõſentiẽs aduerſario tuo dũ es ĩ uia. Quid nã
q,ſermo diuin⁹,niſi aduerſari⁹ nobis efficitur, qñ
nr̃is uolũtatibus prauis aduerſatur? Cui uidelicet
aduerſario in uia cõſentientes ſumus: ſi ĩ hac uita
mortali,ubi adhuc locus merendi eſt,p̃ceptis Dei,
ẽt cõtra nr̃as carnales uoluntates, obtẽperare ſata
gimus.Sed in hoc loco uia p̃ſentem uitã ſignifica
re nõ põt:quia cũ oĩs hõ per eã neceſſitate condi-
tionis tranſeat, diſtinctionem ꝓpheta non face-
ret,ſi de tranſeuntibus loquens,p uiã,uitã p̃ſentẽ
ſignificaret. Via ergo Chriſtus eſt.Et fortaſſis non
ſine cauſa factum eſt,ꝙ cũ pſalmiſta in quodã lo-
co tranſeuntes,uel p̃tergredientes, uiã quodã ap
pellauerit:hic nõ tranſeuntes uiã,ſed per uiã tran
ſeuntes dicit. Viã.n.tranſeunt,qui legẽ Dei p̃uari
cantur:& fidem Chriſti,uel acceptã deſerunt,uel
oblatam per uerbũ p̃dicationis accipere contem
nunt. Ab his ergo ſeparare uoluit, quos non tran
A ſeuntes uiã:ſed per uiã tranſeuntes dixit.Et atten
de,ꝙ nõ dixit,ſtãtes in uia:ſed trãſeuntes per uiã.
In uia etenim ſtant,qui fidem ſine bonis operib⁹
ociuſam ſeruant:qui quidem in uia ſunt per rectã
fidem,ſed non ambulant per bonã operationem.
Per uiã autẽ tranſeunt,qui in fide recta quotidia-
no profectu uirtutũ ſemper de bono in melius
tendunt. Dicatur ergo, Plauſerunt ſuper te mani-
bus oẽs trãſeuntes per uiã. Sed quid eſt, quod ec-
„ cleſiæ ꝓ mẽbris ſuis infirmantibus dicitur: plau-
ſerunt ſuper te manibus oẽs tranſeuntes per uiã;
niſi ꝙ electos quoſq;,quos huius mundi oblecta-
menta a curſu boni operis, ſiue a deſiderio ęter-
norũ impedire non præualent,pericula proximo
B rũ ad cõpaſſionẽ mouent? Quod pulchre in libro
regũ per duas illas uaccas ſignificatum eſt,q̃ arcã
Domini ab allophilis redeũtem ſuperimpoſitam
plauſtro nouo geſtabant:de quibus ſcriptum eſt.
Tollentes duas uaccas,quæ lactabant uitulos,iun 1.Re.6.
xerunt ad plauſtrũ,uituloſq; earum domi cõclu-
ſerunt.Et paulopoſt.Ibant in directum uaccæ per
uiã,quę ducit Bethſamis pergentes,& mugientes:
& nõ declinabant,neq; ad dexteram,neq; ad ſini
ſtrã.Quid.n. uaccæ,niſi fideles quoſq; in eccleſia:
& quid arca,niſi legẽ Dei: & quid Bethſamis, qđ
interpretatur domus ſolis, niſi cæleſtẽ patriã deſi
gnat? Vaccæ igitur quaſi arcã ſuperimpoſitã geſtã *Pulchra figura expoſita.*
tes pergentes, & mugientes recto itinere Bethſa-
mis uadunt: qñ fideles legis diuinę meditationẽ
iugiter in corde ſuo portãtes, per uiam boni ope
ris ad cęleſtem patriã tẽdunt,& pergẽtes pro his,
quos adhuc carnalis affectus in hoc mundo obli
gat,mugitus cõpaſſionis edũt:qui nec pp compaſ
ſionẽ a recto itinere declinant, nec propter itine
ris propoſitũ a mugitu cõpaſſionis ceſſant.Idipſũ
in hoc loco propheta innuit,dicens.

Plauſerunt ſuper te manibus omnes tran
ſeuntes per uiam.

¶Plaudũt enim,& ſimul trãſeũt: quia ſic afflictis C
cõpaſſionis ſuæ affectũ exhibent; ut tñ a propoſi-
to recti itineris nec deficiant,nec declinẽt. Cuius
cõpaſſionis modus recte ſubinfertur, cũ dicitur:
plauſerunt manibus:ſibilauerũt, mouerũt caput.
In ſacro eloquio ſępe per manus operatio, p os *Quid per manus, os, & caput ĩ ſacra ſcriptura accipiatur.*
locutio,& per caput mẽs deſignari ſolet. Si igitur
per manus,opera deſignari dicimus:quid in plau
ſu manuũ, niſi famã, & opinionẽ bonorũ operũ
accipere debemus? Fama nãq;, & opinio bonorũ
operũ uelut quidã manuũ plauſus in auribus po-
puli ſonat:& ſępe cũ repentina perſtrepuerit om
niũ oculos in ſuũ,a quo orta eſt,authorem cõuer
tit.Hinc.n.eſt,ꝙ peruerſi quiq; in iis,quę recte a-
gere uidentur,ſemper innoteſcere uolũt:unde
licet,dũ bene acta ſua in mediũ ſpectãda adduxe-
rint,rudes aĩos populi in admirationẽ ſui conuer
tant. Electi uero in bonis actibus ſuis tãtò ampli⁹
manifeſtari refugiunt:quantò magis ęternæ retri
butionis p̃miũ ex admiratione terrenæ laudis im
minui ſibi pertimeſcũt.Qui ſi aliqñ uirtutes ſuas,
& fortia acta ſua proximis ad exemplum propo-
nunt: nequaq̃ hoc deſiderio gloriãdi, ſed amore
conſulendi faciunt. Vnde,& hic recte ſub typo de
ſolatæ ciuitatis multitudini peccãtiũ dicitur. Plau
ſerunt ſuper te manibus oẽs trãſeuntes per uiam.
Electi nãq;, qui per uiã mandatorũ Dei de huius
mundi exilio ad cæleſtem patriam tranſeunt:ſępę
dum infirmantes proximos uident,ex affectu cari
tatis ad prouocandos aĩos eorũ,uirtutes ſuas in e-
xemplum proponunt. Illi autẽ,qui per deuiũ trã-
ſeunt,ſuper iacentes non plangunt:quia uirtutes
ſuas nõ propter utilitatẽ proximorũ, ſed propter
gloriam propriam dilatandam oſtendunt. Sequi- „
tur. Sibilauerunt &c. Solẽt ad ſibilũ formandum D
extrinſecus labia contrahi, & intrinſecus lingua
quodãmõ in ſimilitudinẽ canalis ſinuata ſubſter-
ni: ut dũ ſpiritus per arctũ ductus, & extenuatus
emanat,mollior,blandiorq; ad auditũ demulcen
dũ perueniat. Quid igitur rectius p ſibilũ oris,q̃ cõ-

ſola-

ſolationis uerbũ intelligi põt? Quaſi.n.contractis labiis,& lingua ſubſtrata ſibilare,eſt emollitis, & tẽperatis uerbis oẽ loquendi ſtudiũ ad uſũ conſolationis inflectere.Trãſeuntes igitur p uiã ſup deſolatos,& manibus plaudunt,& ore ſibilant: qñ ſpirituales quiq;,peccatores,& p exẽpla uirtutum ad bene agendũ prouocant, & per uerbũ cõſolationis ad ſpẽ ueniæ confirmant.Sequitur. Mouerunt caput ſuũ.

E Per caput,nõ inconuenienter mẽtẽ accipere poſſumus:p motionem capitis,cõpaſſionẽ mentis.Bene ergo tranſeuntes poſt plauſũ, & ſibilũ,etiã caput mouent:qa,pfecto alienos dolores efficaciter conſolari nequeunt,q doloribus alienis ueraciter compati non nouerunt.Videte ſi

1.Co.11 Paulo aliquod horũ defuit. Manibus plauſit Paulus,qñ dicebat.Imitatores mei eſtote,ſicut & ego Chriſti.Ore ſibilauit,qñ Corinthios poſt pœnitẽ

2.Cor.2. tiã conſolans ait.Scripſi uobis non ut contriſtemini,ſed ut ſciatis quã caritatem habeã abundan

Gala.4. tius i uobis.Caput mouit qñ dicebat.Filioli,quos iterũ parturio,donec formetur Chriſtus i uobis.

F Sequitur in litera.Super filiã Hieruſalẽ.Quid Hieruſalẽ,q uiſio pacis interpretatur, niſi cæleſtẽ patriã deſignat? Ac ſi peccatoribus diceretur.Tantò grauiorem electis quibuſlibet de ueſtri perditione luctũ facitis,quãtò iã certius eſt, q ad conſortiũ,& ſocietatẽ electorũ ptinere debuiſtis:Et qm admodum ueſtra ſalus oibus gaudiũ faceret: ita quoq; de ruina ueſtra dolor uniuerſorũ,& triſtitia pcedit.Et hoc eſt,qd ſequitur. Hæccine eſt,dicentes,urbs perfecti decoris,gaudiũ uniuerſæ terrę?

G Vrbs uãq; in hoc loco,eccleſia catholica intelligenda eſt:in qua portæ,& muri ſunt ij, qui alios & doctrina ueritatis informãt, & circũſpectione ambiunt:q̃ uidelicet eccleſia tunc pfectum decorem hẽt,qñ,& in prælatis uirtus ornat ſapientiã: & in ſubiectis obedientia bonorũ operum diſciplinã. Huius ergo ciuitatis decor,recte gaudium uniuerſæ terræ dicitur:qa eius diſciplina iã p oẽs mundi partes dilatatur.Dicatur ergo. Hæccine eſt urbs perfecti decoris, gaudiũ uniuerſæ terræ? Quaſi diceretur.Quomõ tã citò in deſolationem uenire potuit: q̃ prius decore ſuo uniuerſos per mundi circulum electos lętificauit? Sed quid eſt, q in ruina quorũdã tota eccleſia quaſi deſolata plangitur:niſi qa dũ patitur unũ membrũ,oĩa mẽbra cõpatiuntur? Propter quod ualde pertimeſcere debent ii,qui in ſua iniquitate caritatem aliorum contriſtant:quia profecto,ſicut illi malis cõpatiendo,ſibi adaugent meritum:ita,& iſti bonos contriſtando,aggrauant reatum ſuum.

H Plauſerunt &c.

Moral. ¶Qui peccatorem blanda exhortatione ad pœnitentiã puocat,qd aliud, q̃ ægroti uulnera ante ſectionẽ palpat? Sicut igitur plaga,q̃ nec lenem quidem medicamentis tactũ ſuſtinere põt,oĩno inſanabilis creditur:ita peccator,q etiã blandã admonitionem reſpuit,quaſi incorrigibilis reputatur. hoc eſt,qd ppheta hic peccatrici aĩę cũ graui dolore exprobrat,dicens.Plauſerunt ſuper te &c.Ac ſi diceret.Prius carnis ſuggeſtio facile tibi ad perſuadendã iniquitatẽ pualere potuit:nunc uerò oĩs ſollicitudo,& induſtria bonorũ in tui correctione defecit:quantũq; prius ad perpetrandam iniquitatem per cõtemptũ fuiſti temeraria,tm̃ nunc in ipſa iniquitate tua per deſperationẽ es obdurata.

I Plauſerunt ſuper te manibus oẽs trãſeũtes per uiã:ut tantò grauior ruina eius oſtendatur, iã boni operis uiã ingreſſam fuiſſe cõmemorat: & quaſi in medio itinere collapſam.unde, & alios tranſeuntes uocat:ut aperte demõſtret,q ii,q eam nũc merito uirtutũ pcedere incipiunt,aliqñ poſteriores fuerũt. Sed qa electos in ruina pximorũ ſemper,& caritas ad cõpaſſionẽ prouocat, & exẽplũ ad timorẽ:recte,& tranſeuntes pariter, & plaudẽtes deſcribuntur.Proficiẽdo.n.tranſeunt: compatiendo plaudunt,quatenus ſic de pfectu ſuo gaudeant,ut tñ in infirmitate iacentes pximos deſpicere nõ pſumant.Plauſerũt, inquit,manibus.Plau

K ſus manuũ exẽplũ boni operis: Sibilus uerbũ cõſolationis: Motio capitis affectũ cõpaſſionis deſignat:quia ſpirituales quiq; eos, quos per iniquitatẽ corruiſſe uidẽt: & exemplo prouocãt,& uerbo confirmant, & quantũ de eorũ ſalute gauderent,ipſo cõpaſſionis ſuæ dolore demonſtrãt.Sequitur.Hęccine eſt,dicentes,urbs perfecti decoris? Idcirco cõmemorãt quid eſſe debuerat,ut ad quã miſeriã dilapſa ſit,citius ex memoria pteritæ dignitatis agnoſcat. Vrbẽ uocant quaſi ſublimẽ, & munitã uirtutibus:q̃ prius Deũ in ſe regnantẽ habuit:qũ adhuc dñio uitiorũ per conſenſum ſubiecta non fuit.Sequitur.Gaudiũ uniuerſæ terrę. Ac ſi dicatur.Quãtò plures de eius profectu gaudere debuerant,tantò plures nunc eius ruina, & deſolatio contriſtat:ut ſi ſibi parcere nõ uult, ſaltẽ alios in ſui perditione affligere erubeſcat.Oibus his modis conuenitur indurata conſcientia: ut tam multiplici medicamine adhibito,tandem ad pœnitentiam emolleſcat.

Aperuerunt ſuper te os ſuum, omnes inimici tui &c.

L ¶Quaſi diceret.Si non mouet te,q a falſis pphetis illuſa es:q in calamitatẽ collapſa, in ſignũ, & prodigiũ tranſeuntibus poſita es: uel hoc inſenſibilitatẽ tuã cõpungat:q inimicis tuis in prædã,& conculcationem:in gaudiũ, & ſubſannationẽ facta es.Aperuerunt:inquit,ſuper te os ſuũ oẽs inimici tui.Apertio oris crudelitatẽ, & ſubſannationem deſignat.Aperuerunt os, auidi ad deuorandum.Aperuerunt os,ſuperbi ad ſubſannandum, Literal.

Sibilauerunt, fremuerunt dentibus ſuis.

¶Sibilus contẽptũ exprimit:fremitus irã, & indignationem.Omnes inimici tui: Chaldæi, Romani.Grauis preſſura ubi omnes infeſti, ubi omnes præmunt: & omnes præualent.Sequitur.

Et dixerunt:deuorabimus.

¶Nõ parũ nocere uolunt: ſed uſq; ad conſumptionẽ delere, nec ſolũ delere, ſed deuorare: quia paſcuntur,& delectãtur in ruina tua.unde ſequitur.

En iſta eſt dies,quã expectauimus,deſiderãdo:Inuenim⁹,q̃rẽdo:uidim⁹,exultãdo.

Vt quantò affligentium te maior eſt lætitia,tantò

amarior, & intolerabilior ſit miſeria tua.

M Aperuerunt &c.

Allego. ¶Inimici ſanctæ eccleſiæ hæretici ſunt:quia fidei eius cõſtantiã prauis dogmatibus impugnãt. Sed iſti contra eã os ſuũ aperire nõ præſumunt, quam diu in cõuerſatione eius ſapientiã ſimul, & diſciplinã florere cõſpiciũt. Contra ſapientiã nanque os claudunt, quia ab iis, quos in cognitione ueritatis ſtabiles uidẽt, erroris ſui documenta abſcondunt. Contra diſciplinã itẽ os claudunt, qñ in cõuerſatione fideliũ qđ blaſphemare poſſint, nõ inueniũt. Quòd ſi forte ſapiẽtia diſciplinã perdiderit, cõtra eã os aperiunt, ut blaſphement: aut ſi diſciplina ſapientiã nõ habuerit, cõtra eã os aperiũt: ut errores diſſeminent: ſi uero nec ſapientia, nec diſciplina in ea fuerit, iã nõ ſolũ contra eã, ſed ſuper eã os aperiunt, ut deuorent, & quaſi incorporando ſibi omnes reliquias ueritatis conſumant in eis, quos ad ſuum conſortium trahere ualent.

N Sequitur. Sibilauerũt. In ſibilo notare poſſumus uerſutias, & blãdas perſuaſiones, quibus incautos decipiunt: & quaſi ſerpentes poſt lenem ſibilum, uenenũ mortis infundunt. Quia uero blandimenta hæreticorum non ex pietate, ſed ex crudelitate procedunt: recte ſubiungitur. Fremuerunt dentibus ſuis. Ac ſi diceretur. Blandũ erat, qđ locutio ſibilauit: ſed nimis crudele, qđ intentio fremuit. Sequitur. En iſta eſt dies, quã expectauimus, inuenimus, uidimus. Oppreſſionẽ bonorũ, nõ noctẽ, ſed diẽ nominant: quia inde ipſi ꝑ iniquã lætitiã lucent, unde alios tenebræ infidelitatis excæcant. Expectauimus, inquiunt, ſcilicet deſiderantes: inuenimus quærentes: uidimus exultantes. Et nota, quia qđ occultũ eſt, inuenitur: qđ uidetur, apertũ. Ac ſi dicerent. Qđ prius, uel in occulto inueniri deſiderauimus, nunc manifeſtum uidemus.

O Aperuerunt ſuper te: &c.

Moral. ¶Dæmones cõtra aĩã os aperiũt: qñ erectã in bonis deſideriis uocibus ſuggeſtionis pulſant. Supra aũt eã os aperiũt, qñ iacẽte in praua delectatione nõ iã ſuadẽt iniquitatẽ, ſed imperãt. Vel ſupra eã os aperiũt, quã cũ prius blandiẽdo ad culpã traxerũt, poſtmodũ ſæuiẽdo ad pœnã expoſcunt. Vnde ſubditur. Sibilauerunt, fremuerũt dentibus ſuis. Prius.n. ſibilant, ac deinde dẽtibus fremũt: qa (ſicut diximus) poſt blandã ſuggeſtionẽ crudeliter pœnã expoſcũt. De qua uidelicet pœna adhuc ſubiſertur, cũ dicitur. Et dixerũt: deuorabimus. Quid nanq; eſt aliud deuorare, niſi exeuntẽ a corpore

P ad dãnationẽ æternã, abſorbere? Sciendũ uero eſt, ꝙ nunq̃ aĩã a corpore exeuntẽ deuorare ſufficiũt, quã prius in corpore poſitã igne uitiorũ nõ excoxerũt. Et idcirco de futura dãnatione hoĩs magna eis fiducia naſcitur: cũ ei in ꝑſenti uita ꝑ iniquitatẽ dominãtur. Poſtq̃ igitur dixerat, aperuerũt os, ſibilauerunt: recte ſtatim adiũxit, dicens. Fremuerunt dentibus ſuis; dixerũt: deuorabimus: quia ex quo hõ ſuggeſtioni eorũ ꝑ cõſenſũ peccati ſubiicitur: ſtatim furore uẽturæ crudelitatis accinguntur. Et qa eſcã diuturna decoctione iã emollitam aſpiciunt: ꝓximã ſibi deuorationẽ ꝓmittunt. In quo uidelicet auiditas deuorationis, & uehemẽs eorũ deſideriũ demõſtratur, & ſimul acerbitas damnationis exprimitur. Sequitur. En iſta eſt dies, quã

Q expectauimus, inuenim⁹, uidimus. Qui inueniſſe ſe dicũt, q̃ſiſſe ẽt ſe priuſq̃ inuenirent, innuũt. Pri⁹ igitur dæmones q̃rũt, qñ ſecretã intentionẽ cordis nři ꝑ ſuggeſtionẽ experiri ſatagũt: deinde expectant, qa etſi q̃nq; tentãdi licentiã accipiũt, nũq̃ tñ nim tentato ad cõſentiendũ inferre poſſunt. Poſt inquiſitionẽ aũt, & expectationẽ inueniunt, qñ poſt immiſſam ſuggeſtionẽ tandem ſpontanei conſenſus manifeſta ſigna de corde ꝓdire cõſpiciunt. Ad poſtremũ etiã uident, qñ conſenſus ſceleris uſque ad effectum procedit operationes.

Fecit Dominus quæ cogitauit, compleuit ſermonem ſuum &c.

R

Literal. ¶Deinceps poſt increpationẽ, cõſolationẽ ſubiungit, dicẽs. Fecit Dñs q̃ cogitauit &c. Primũ cõſolatur mœrentes ꝑ iuſtitiã iudicis: deinde ꝑ malitiã hoſtis. Per iuſtitiã iudicis, ne doleãt de ꝑterito: ꝑ malitiã hoſtis, ne deſperent de futuro. Magna.n. eſt afflictis cõſolatio, ꝙ ab illo pœna illata eſt, cui iniuſtitia placere nõ põt. Magnã itẽ de impetranda miſericordia fiduciã ꝑſtat, ꝙ ille nobis aduerſatur, q̃ nřo quoq; iudici nõ placere cognoſcitur. Dicit ergo. Fecit Dñs q̃ cogitauit. Ac ſi diceret. Hoſtes nři exultãt, & ſuis uirib⁹ ruinã noſtrã aſcribũt: nos aũt inſultationẽ eorũ tãto leuius ferre debemus, quãto uerius mala nřa nõ ex fortitudine eorũ, ſed ex iuſto iudicio Dei ꝓcedere ſcimus. Fecit Dñs q̃ cogitauit. Ordinatum eſſe oſtenditur, quod cũ ꝑmeditatione factũ memoratur: maxime quia lõge ante ꝑdictũ fuerat: ut murmurandi occaſionẽ cõtra Deum non habeant, qui periculũ ꝑſcire poterant, & cauere noluerunt. Vnde ſequitur.

Compleuit ſermonem ſuum, quem præceperat a diebus antiquis.

¶Præceperat ꝓphetis ſuis hũc ſermonẽ narrare: & ut ſaltẽ diu expectati pœniterent, non nouiter, ſed a diebus antiquis.i. longe antequã fieret. Sed quanto diutius per miſericordiam expectati ſũt: tanto iuſtius perſeuerantes in malo grauiter puniri debuerunt. Vnde ſequitur.

Deſtruxit, & non pepercit.

¶Hæc ꝓprie ad ultimã captiuitatem referuntur.

Et lætificauit ſuper te inimicum tuũ.

¶Quãto maior opprimẽtis lætitia: tãto grauior oppreſſorũ ẽ miſeria. Sed tñ facile inimici arrogãtia cõtẽnitur: ſi poteſtas eius non ipſi, ſed Deo tribuatur. Et notãdũ, ꝙ dixit, ſuper te lætificauit inimicũ

S tuũ. Contra nos nãq;, nõ tñ ſupra nos, inimicus lætificatur: quãdo nocere quidem permittitur, ſed non opprimere. Supra nos autem lætificatur, qñ nõ ſolum affligit, ſed etiam opprimit. Sequitur.

Exaltauit cornu hoſtium tuorum.

¶In cornu fortitudo, & poteſtas ſignificatur: per hoſtes, Chaldæi, ſiue Romani intelliguntur.

T Fecit Dominus quæ cogitauit &c.

¶Per

T ¶Per hæreticos facit Dominus quæ cogitauit: q̃a
Alleg. dū ipſi quoſdam de eccleſia ad ſuos errores per-
trahunt: alij in fide, & agnitione ueritatis proba-
tiores fiunt: unde ſequitur. Compleuit ſermonē
ſuum, quem præceperat a diebus antiquis. Ser-
mo namque Dei, quem a diebus antiquis præce-
perat, ſacra ſcriptura intelligitur, quæ iam olim
mundo edita eſt: ſed adhuc ex magna parte oc-
culta. Quæ quotidie in mentibus fidelium cōple
tur, qđ ipſi hæreticorum q̃ōnibus exercitati, ad
maiora uirtutum ſtudia ſuccreſcunt, & ad altiorē
diuinorum eloquiorū intelligentiam proficiūt.
Sic nimirum mali etiam tunc diuinæ uoluntati
ſeruiunt, quando ei contraire nituntur: quia ſic
per eos diſpoſitionem ſuam complet: quatenus
eorum erroribus, & reprobos illaqueari permit
tat, & bonos exerceat. Sequitur. Deſtruxit, & nō
pepercit. Quando ab eccleſiæ unitate quoſdam
per infidelitatē præcidi patitur: non parcit, quia
eos ēt, qui perſiſtunt in ruina fratrum, mœrores
compaſſionis affligit. Sequitur. Lætificauit ſuper
te inimicum tuum. Singularis inimicus eccleſiæ
diabolus eſt, qui ꝑpetuo odio fideles inſectatur.
Apo. 12. Sicut in Apocalypſi legimus de Dracone, qui mu
lierē perſequitur. Iſte aūt inimicus tūc ſupra ſan-
ctā eccleſiam lætificatur: qñ de illa ēt accipit, per
quos eam affligit. Sequitur. Exaltauit cornu ho-
ſtiū tuorum: hoſtes eccleſię hæretici ſunt: qui cō
tra eā expugnandā quotidie aciē ꝓducūt. Quorū
cornu tūc nimirū exaltari dicitur: qñ multis fidē
deſerentibus: & ad cōſortium eorum tranſeun-
tibus fideliū populus minor numero inuenitur.

V Fecit Dominus &c.

Moral. ¶Magna miſericordia Dei eſt, qñ peccatori in a-
maritudinem uertuntur ea, quæ peruerſe diligit:
quia ex hoc ipſo ad amorem Dei redire compelli
tur, quo ſibi aduerſari conſpicit ea, quorum deſi-
derio ab amore Dei trahebatur. Hinc eſt, ꝙ pecca
trici animæ in iniquitatibus ſuis afflictæ, hoc pri
mum in hoc loco ad conſolationem adducitur,
ꝙ ſcilicet afflictio eius Dei nutu diſpenſata: quate
nus & eum timeat, cuius flagella ſuſtinet, & de
eius ſimul miſericordia confidat, a quo ſe uiſitari
etiam per tribulationem uidet. Fecit Dominus, q̃
cogitauit. Ac ſi diceretur: quia tu noluiſti facere,
quod præcepit: ipſe fecit, quod cogitauit. Et quia
tu cōtempſiſti complere ſermonem illius, quē ti-
bi de tua ſalute præceperat: ipſe compleuit ſermo
nem ſuum, quem tibi de tui tribulatione minatus
erat. Videte quid in primo homine geſtum ſit.
Præceperat ei Dominus. De ligno ſcientiæ boni,
Gen. 2. & mali ne comedas: minatus fuerat. Quacunque
die comederis ex eo, morieris. Noluit homo im-
plere præceptionem, & impleuit Deus commina
X tionem. Adhuc quotidie ad illicita, & uetita in-
hiantibus Deus dicit: ne tetigeris, ne guſtaueris:
quacunque die comederis ex eo, morieris. Ego
ſtatui, ego præcepi, ut omnem illicitum affectum
ſua pœna ſequatur: comminatio mea uitari pōt:
præceptum autem meum caſſari non poteſt. A
diebus antiquis hoc præcepi: a diebus antiquis ue
rum eſſe oſtendi. Propter hoc primus homo mor
tuus eſt: ꝓp hoc mundus per aquam diluuij dele-
tus eſt. Neque in te ſnīa mutari poterit, quæ ab
exordio mundi uſq; ad hoc tempus immutabilis
ſemper permanſit. Recte ergo afflicto dicitur: cō
pleuit ſermonē, quē pręceperat a diebus antiquis:
ut eo patientius iuſtitiā Dei in ſua tribulatione
toleret, quo ab initio mūdi hanc in peccatoribus
exerceri uidet. Sequitur. Deſtruxit, & non peper-
cit. Quid eſt deſtruere, niſi ea, quæ homo ad illici
tam delectationem præparauerat, diſſipare? De-
ſtruit autem, & non parcit, qñ delectationem au-
fert, & ſimul per ſubſequentem tribulationē rea-
tum punit. Sequitur. Lætificauit ſuper te inimicū
tuū. Singularis inimicus noſter diabolus eſt, qui Y
contra nos lætificatur, qđ in ijs, quæ foris nobis
adhærent, poteſtas ei conceditur. Cùm uerò etiā
in noſmetipſos ſæuire permittitur: tunc nimirū
ſupra nos lætificatur. Sicut in beato Iob factum
legimus: cuius prius ſubſtātiam perdidit, poſtmo
dum carnem percuſſit. Vel tunc ſupra nos lætifica
ri dicitur inimicus: qñ nobis per conſenſum ini-
quitatis dominatur. Sequitur. Exaltauit cornu ho Z
ſtium tuorum. Quid rectius per hoſtes animæ, q̃
deſideria carnis accipimus, quæ aſſiduis tentamē
tis eam impugnant? Quos uidelicet hoſtes tunc
nobis quaſi tributarios facimus: qñ motum car-
nis ad nutum rationis temperamus. Cùm uerò af
fectus peccati in nobis dominari incipit, & mēs,
non iudicium rōnis, ſed appetitū carnis ſequitur:
tunc nimirum cornu. i. fortitudo hoſtium noſtro
rū exaltatur. Hæc Deus facere dicitur: quia iuſto
iudicio fieri ꝑmittit, ut dū aduerſarius ī culpa no
ſtra nil niſi permiſſus potuiſſe cognoſcitur: ēt in
pœna nō timeatur. Tātòq; humilius mens huma
na iuſtitiæ Dei ſe in flagello ſubiiciat: quantò cer
tius experimento didicit, ꝙ per ſe prius per patiē
tiā diu culpā tolerauit. Valde. n. in afflicti animo
pondus tribulationis alleuat, ſi nec in ſua pœna
æquitati iudicis contradicat.

Clamauit cor eorum ad Dominum &c.

¶Poſt æquitatem iudicis, ēt per malitiā hoſtis affli A
ctos conſolatur: quia quod Deus iuſte permittit, Literal.
ille inique peragit. Dū. n. Deus per eum in pecca-
toribus iniuriā ſuā ulciſcitur: ipſe per intentionē
iniquā Deo iniuriatur. Sicut in Eſaia dicitur. Væ Eſa. 10.
Aſſur uirga furoris mei: in manu eorū indignatio
mea: ipſe aūt non ſic arbitratur. De quo & hic re-
cte dicitur. Clamauit cor eorū ad Dn̄m ſuper mu
rū filiæ Siō. In clamore etenim cordis uel crudeli
tatē accipere poſſumus, uel ſuperbiā inimicorū.
Crudelitatē cōtra eos, quos opprimebant: ſuper-
biā contra Deū, quē in oppreſſione populi ſui, bla
ſphemabāt, & impotētem eſſe ad ſaluandū crede
bāt. Sed hæc eorū cogitatio ad Deū clamat, quia
eum quodāmodo & ad miſerendū ſuis, & ad pu-
niēdū aduerſarios ꝓuocat. Clamauit, inquit, ſup
murū. Inde ſuperbiebāt, ꝙ præualuerāt, ꝙ muros, &
munimēta urbiū obtinebant. Siue p murū intelli
gere poſſumus diuinā protectionē, ſuper quā ini
mici clamāt: quia dū populo Dei ꝓpter peccata

eius dominati permittuntur:diuinæ potentiæ derogant:& hoc eum prohiberi nõ poſſe exiſtimāt, qd ipſo permittente, & diſponente fieri ignorát.

B Clamauit &c.

Allego. ¶Murus filiæ Sion unumquenque ueritatis defenſorem ſignificare poteſt:ſuper quem cor inimicorum clamat ad Dominum: quia tunc magis hæretici per elationem cordis ueritatis authorem deſpiciũt: cũ non ſolum ſimplices quoſque in eccleſia,ſed ipſos etiam defenſores ueritatis ad ſuos errores conuertunt.

Clamauit cor eorum &c.

C Moral. ¶Si per hoſtes animæ,deſideria carnis accipimus: quid per cor hoſtium,niſi intimam delectationẽ carnalium deſideriorum accipere debemus? Rurſumque per murũ filiæ Sion,quia tunc delectatio carnis iniurioſa creatori efficitur: quando deſideria mala per conſenſum animi uirtutibus dominantur. De Deo nanque dicitur.

Pſal. 75. In pace factus eſt locus eius: quia nimirum in ea mente Deus ſuauiter requieſcit,quæ ſe ab huius mundi diſtractione colligens, ad internam pacem componit. In qua & ſi foris quantum ad huius uitæ corruptionem pertinet,terrena deſideria perſtrepunt:ſi tamen non admittuntur in conſenſum intro, ad aures uſque Dei non pertingunt.

D Cum uero delectatio carnis per conſenſum uſque ad interiora animæ penetrat: tũc nimirum cor hoſtium ad Deum intrinſecus præſidẽtem clamſit, ut iam ipſe importuno ſtrepitu cõmotus de illa ſua quiete exurgens dicat.

Gen. 18. Clamor Sodomorum, & Gomorreorum multiplicatus eſt,& peccatum eorum aggrauatum eſt nimis:ſed deſcendam,& uidebo,utrum clamorem,qui uenit ad me,opere compleuerint. Et recte: quia iniquitas longe eſt a Deo, praua deſideria non coram Deo,ſed ad Deum clamaſſe perhibentur,Laus enim,& gratiarum actio,non ſolum ad Deum:ſed etiam corã Deo clamãt. Neceſſitas, & iniquitas ad Deum clamant.Quando enim Dei uirtutem, & magnificentiam laudamus: ſiue qñ de impẽſa nobis miſericordia, ei gratias agimus: tunc nimirum coram Deo clamamus. Quando uero inique agendo eum ad iracundiam prouocamus,ſiue quando in neceſſitate conſtituti auxiliũ eius expoſcimus:tunc quaſi de lõginquo ad eum clamamus.

*Diſcurrit optime de multiplici clamore.*

Clamat ergo iniquitas ad Deum, clamat neceſſitas: ſed illa clamat irritans, iſta ſupplicans:illa prouocat iram, iſta flagitat miſericordiam.

Exod. 3. De clamore neceſſitatis dictum eſt.Clamor filiorum Iſrael uenit ad me:uidique afflictionem eorum,qua opprimuntur ab Ægyptijs.

Gen. 18. De clamore iniquitatis dictum eſt. Clamor Sodomorũ,& Gomorreorum multiplicatus eſt,& peccatum eorum aggrauatum eſt nimis.

Pſal. 17. De clamore laudis dictum eſt.Clamabunt etenim hymnum dicent.De clamore deuotionis dictum eſt. Clamor meus in conſpectu eius introiuit in aures eius. Clamant Angeli in cęlo clamore laudis:clamat Moyſes in deſerto clamore deuotionis: clamãt filii Iſrael in Ægypto clamore neceſſitatis:clamat Sodoma, & Gomorrã clamore iniquitatis. Sed tunc clamor iniquitatis ad Deum puenire dicitur:quando intantum excreſcit malitia, quòd amplius tolerari non meretur.

Deduc quaſi torrentem lachrymas per diem & noctem:

E Literal. ¶Erectis per conſolationem animis,exhortatio ſequitur,in qua peccatores ad pœnitentiam inuitãtur.Nec ſine cauſa factũ eſt, quòd ita quaſi ex abrupto in media clauſula ſubito aliam materiam arripit.Sed quia in ipſo ſermonis decurſu occaſio exhortandi ſe obtulit,magiſque animos mouere conſueuit,quod ſubitum eſt, quaſi ex præcedenti inſerens,ſic ait.Deduc quaſi torrentẽ lachrymas: ac ſi diceret. Quia inimici tui per elationem Deũ ad iracundiam prouocant: tu per humilitatẽ pœnitentiæ eius miſericordiam implora. Per torrentem autem uehemens motus compunctionis ſignatur.Cuius etiam perſeuerantia ſubinfertur,cũ dicitur:per diem & noctem.Inſtantia quoq; adiũgitur,cum ſubinfertur:non des requiẽ tibi.Quaſi diceretur.Nec intermittas, nec relaxes impetum lachrymarum:ſed omni tempore,& omni inſtantia fletibus inſiſte:quia & ipſæ lachrymæ uocem ſuam habẽt: & clamabunt pro te ad Dominum. Hoc eſt,quod ſequitur.

Neque taceat pupilla oculi tui.

¶Verbum miſericordiæ eſt iſtud. Pupilla inquit. Nõ ſolum marginem oculorum, ſed ipſum uiſionis radium procella lachrymarum irrumpens obtenebret,ut dum id etiam,quod tenerum eſt, affligitur, citius ad miſericordiam pietas iudicis moueatur.

F Allego. ¶Deduc quaſi torrentem lachrymas. Exhortatur propheticus ſermo ſanctam eccleſiam pro membris ſuis infirmantibus lachrymas offerre Domino.Quas lachrymas torrenti comparat. Torrens enim riuus eſt ex hyemalibus aquis collectus:qui cum impetu quidem decurrit, ſed cito ſiccatur, atque pertranſit.Quid autem uita præſens eſt, niſi hyẽs,i qua priusq̃ uitę æternæ claritas appareat, corda hominũ nubila adhuc erroris inuoluũt? Bene ergo ſancta eccleſia lachrymas quaſi torrẽtẽ deducere præcipitur: qa uidelicet electi qq;, qui ad gaudia patriæ cæleſtis inhiant,de pſẽtis uitæ miſeria ſine ceſſatiõe ſuſpirát.Sed tũc ſine dubio torrens iſte lachrymarũ uenturę ęſtatis feruore ſiccabitur:qñ illuceſcente claritate æterna, dolor oĩs in gaudiũ cõuertetur:ut iã neq; dolor ull⁹ eẽ poſſit de perditis,neq; timor de perituris. Sequitur. Per diẽ & noctẽ.Per diẽ,pſpera:per noctẽ, ſignificãtur aduerſa. Quia ergo ſãcta eccleſia quoſdã p pſpera huius uitæ decipi,quoſdã per aduerſa frãgi cõſpicit: utrorũq; ruinã plãgens,quaſi per diẽ & noctẽ lachrymas educit.Seqtur. Nõ des reqẽ tibi.Electi quiq; dũ alios plãgũt,ſibi quoq; requiẽ nõ dãt:qa dũ aliorũ lapſus cõſpiciũt, amplius de ſua ſalute ſolliciti fiũt.Seqtur. Neq; taceat pupilla oculi tui.Pupilla oculi,p quã uiſus dirigitur,cõgrue ſpiritales quoſq; in ſancta eccleſia deſignat:

G

quorum

quorum uerbo, & exemplo totum corpus eccleſiæ illuminatur. Qui profectò in periculo proximorum nequaquàm tacere debent: ſed eos quátũ poſſunt, & p̃cibus ſubleuare, & p̃dicatione erigere. Nã qa illorũ periculũ melius ipſis ꝑſpicere poſſũt, peccãt reuera ſi de illorũ ſalute ẽt plus ipſis ſolliciti nõ ſunt. Qđ bene ſingularis illa pupilla, per quam omnes illuminátur, id eſt Dominus Ieſus Chriſtus, oſtendit: quando ruinam perfidæ ciuitatis præuidens ipſa exultante fleuit: & in paſſione poſitus, & pro perſecutoribus orans, de illorum ſalute ſollicitus fuit. Pupilla ergo tacitas lachrymas habere non dẽt: quia ſpirituales quoſq; cum affectu compaſſionis exhibere etiam oportet uerbum prædicationis.

H Deduc quaſi torrentem lachrymas.

Moral. ¶Perfecta hic pœnitendi forma proponitur. Vera nanq; pœnitentia a compunctione inchoat, quę per aquam lachrymarum, & ſordes peccatorum abluit, & animam irrigando ad germina uirtutum fœcundat. Vnde peccatrici animę dicitur, ut primum lachrymas deducat: hoc eſt deorſum ducat. Riuos nanq; lachrymarum quaſi ſurſum ducimus: quando pro deſiderio cęleſtis patrię ſuſpiramus. Quando uerò ex recordatione peccatorum compuncti ploramus: riuos lachrymarum noſtrarum ad inferiora deducimus. Sed prius eſt, ut quiſq; peccatorum maculas fonte lachrymarũ abluat: ac deinde mundata conſcientia, compunctionis ſuæ tramitẽ ad amorem æternorum conuertat. In eo quoque, quòd peccator lachrymas ſuas deorſum ducere præcipitur: pœnitenti cum
I compunctione humilitas neceſſaria eſſe demon-
Pſal. 50. ſtratur: ſecundum ſententiam pſalmiſtæ, qui ait. Cor contritum, & humilitatum Deus non deſpicies. Poſſumus adhuc ſubtilius aliquid notare in nomine deductionis. Quod enim ducitur, per ſe quidem mouetur: ſed tamen motus eius alieno arbitrio dirigitur. Sunt uero nonnulli, qui cũ alios flentes uiderint, habere ſiccos oculos erubeſcunt: & quadam uiolentia lachrymas extorquentes, humanos oculos ſimulata compũctione decipiunt. Quos profectò rectius lachrymas extrahere dicimus, quàm deducere. Sunt item alii, qui per impatientiam cordis pro accidenti extrinſecꝰ moleſtia, lachrymas fundunt: quas tamen lachrymas nequaquàm ipſi educunt: quoniam eas de motu cordis ſponte quidem manantes ratione non præcedunt. Hi autem, qui uere pœnitent, lachrymas educunt: quia per ſe de ipſo cõpunctionis fonte emergentes ratione præcedente dirigunt: ut nec. ſ. per impatientiam erũpant: nec ſe
K in humanæ laudis campum a ſecreto aluet ſui laxius diffundant. Qualiter autem educendæ ſint lachrymæ, pulchre inſinuatur cum dicitur: deduc quaſi torrentem lachrymas. Torrens nanq; cum magno impetu decurrit: ſed quãtò uehementius defluit, tantò citius pertranſit. Recte ergo compunctionis feruor torrẽti comparatur: quia q̃tò maior uis doloris in compunctione fuerit, tantò citius diuina conſolatione ſuperueniente, pertrãſit. Sed quia inchoare bonum parũ prodeſt, niſi perſeueranter teneatur: recte ſecutus adiũxit: per diem, & noctem. Sunt nanque nonnulli, qui poſt lachrymas, per inanem lætitiam mentem diſſoluunt. & quia cor ſuum in mœrore perſeueranter tenere negligunt, quicquid cõpunctionis tpe obtinuiſſe poterãt, perdũt. Peccatrix etenim cõſcientia, ſicut ante cõpunctionis ardorẽ graui ſępe mœroris tædio ex recordatione peccatorũ afficitur: ſic nõnunq̃ poſt cõſolationẽ lachrymarũ, ſi hanc diligens cenſura non præmat, per ineptam lætitiã diſſipatur. Et idcirco ualde neceſſariũ eſt: ut poſtquàm compunctionis gratia mentem a mœrore erexerit, ne hanc poſtmodum ſua lenitas per immoderatam lætitiam diſſoluat, nunquam eam priſtini mœroris cuſtodia derelinquat. Rectè itaque peccator monetur per diem, & noctẽ lachrymas deducere. Mœroris nanque tædiũ quaſi nox quædam mentis eſt: Dies uerò mentis eſt gaudium cõpunctionis: Quaſi ergo per noctem lachrymas deducit, qui in mœroris tædio animũ per compunctionem releuat. Per diem lachrymas deducitꝰ, qui poſt compũctionis lætitiam, mentem in mœrore conſeruat. Dicatur ergo pœnitenti. Deduc quaſi torrentem lachrymas per diem, & noctem. Ac ſi diceretur. Qui multum te peccaſſe conſide-
raſ: neceſſe eſt ut nec in magnitudine, nec in diuturnitate doloris tibi parcas. Sed quia multi cœptum quidem pœnitendi ſtudium non deſerunt: ſed tamen ab illo feruore ſuo, quo cœperant, paulatim tempore ſuccedente tepeſcunt: adiungit, dicens. Non des requiem tibi. Quia item inſtantiã laboris deuotio humilitatis commendabilẽ Deo reddit: poſtremò ſubinfert, & dicit. Neque taceat pupilla oculi tui. Quid enim per pupillam oculi, niſi humilem deuotionem mentis intelligere debemus? Cùm ergo requies non datur, pupilla quoque oculi clamat: ſi dum caro foris affligitur, intꝰ mentis deuotio orat. L

Conſurge lauda in nocte in principio uigiliarum. M

¶Quantum ad literam pertinet: tres ſunt uigiliæ noctis, ſingulæ trium horarum ſpatio diſtinctæ. Literal. Et mirabili ſatis diſpenſatione propheta peccatores ad pœnitentiam inuitans, non ſtatim ipſam pœnitendi perfectionem proponit: ſed paulatim exhortationem promouet: ut quod fortaſſis mẽs infirma ſimul non caperet, facilius diuiſum ferre poſſit. Supra peccatoribus præceperat, ut pro peccatis ſuis lachrymas pœnitendo funderent; hic iam præcipit, ut in tribulatione ſua etiam iuſtitiã Dei laudent: ibi in nocte flere, hic etiam in principio uigiliarum ad fletum cõſurgere iubet. Plus ergo eſt ad fletum conſurgere, quàm ſolummodo flere: plus in principio uigiliarum, quàm in nocte. Sequitur.

Effunde ſicut aquam cor tuum.

¶Sicut aquam cor effundit, qui ex intimo cordis N affectu lachrymas producit, quod adhuc planius inſinuans adiungit. Leua ad eum manus tuas.

¶Ele-

¶Eleuatio nanque manuum, cordis affectum ex-
primit. Vel certe qui manus eleuant: in neceſſita
te ſe eſſe, & auxilium deſiderare demonſtrant. Et
ideo recte populus in tribulatione conſtitutus,
manus ad Deum leuat: ut ſe non in ſuis uiribus,
ſed in ſolo Dei auxilio ſpem habere oſtendat,
Sequitur.

Pro anima ideſt pro uita paruulorum
tuorum: qui fame pereunt in capite om-
nium compitorum.

¶ Capita cõpitorum ſunt, ubi plures uię è diuer-
ſo uenientes in unum concurrunt. Quæ loca
magis ab hominibus frequentari ſolent: ut am-
plior confuſio inibi tabeſcentium inſinuetur. Et
uide quomodo in arcto repoſita eſt: ubi de uita
impetranda cauſa agitur, quãdo parentes pro ani
ma paruulorum ſuorum exorare iubentur. Idcir
co autem parentes pro paruulis ſuis ſupplicare
debent: quia pro culpa parentum paruuli pœnã
ſuſtinent: ut inde remedium ueniat, unde uenit
periculum.

Conſurge, lauda in nocte &c.

O ¶ Quid per noctem, niſi uita peccatorum ſigna-
Alleg. tur? Quales erant aliquando ij, quibus Paulus lo-
quitur dicens. Fuiſtis aliquando tenebræ, nunc
Ephes. 5. autem lux in Domino. Monet ergo propheticus
ſermo ſanctam eccleſiam, ut ſurgat, & laudet in
nocte. Surgit enim, cum pro ſalute proximorum,
quos periclitari uidet, de quiete contemplationis
ad opus prædicationis ſe erigit. In nocte laudat:
quando peccatores ad pœnitentiam prouocans
diuina eis magnalia manifeſtat. Sed multi ſunt
peccatores, qui uerbum ueritatis audire etiã con-
temnunt: & eò magis autem cordis ad laudẽ crea
toris non inclinant, quo in ſuis peccatis conſide-
Pſal. 136. randis minus euigilant. De quibus in pſalmo le-
gitur. In ſalicibus in medio eius ſuſpendimus or-
Matt. 7. gana noſtra. Et in euangelio. Nolite margari-
tas ueſtras ante porcos proijcere. Et ideo cum
dixiſſet. Lauda in nocte: recte ſecutus adiunxit: in
principio uigiliarum. Ac ſi diceret. Illi pecca-
tores laudem Dei audire poſſunt: qui in ſuis pec
catis conſiderandis uigilare cęperunt. Sequitur.

Effunde ſicut aquam cor tuum.

P ¶Quid per cor, niſi profunda intelligẽtia? & quid
per aquam, niſi doctrina facilis figuratur? Cor
ergo ſicut aquam effundit, qui hoc, quod intus
ſolidum guſtat, infirmis auditoribus facili foris
Pſal. 18. erudirione inſinuat. Quemadmodum pſalmi-
ſta dicit. Dies diei eructat uerbum, & nox nocti
indicat ſcientiam. Qui autem pro amore Dei in-
firmis auditoribus ſponte condeſcendit, is pro-
culdubio coram Domino cor ſuum ſicut aquam
effundit. Sequitur.

Leua ad eum manus tuas pro anima par-
uulorum tuorum.

¶ Per eleuationem manuum effectum cordis: Per
paruulos, infirmos fide, & necdum ſenſum matu
rum habentes, accipere poſſumus. Sancta ergo
eccleſia pro anima paruulorum ſuorum manus
ad Deum eleuat, quia pro ſalute eorũ, qui adhuc
puſilli fide ſunt: non ſolum ſe in uerbo prædica-
tionis exercet, ſed etiam humili deuotione diui-
nam iugiter miſericordiam interpellat. Vel per
manus, opera accipere poſſumus. Quia ille nimi-
rum pro anima paruulorum manus ad Deum ele
uat, qui ad prouocandos animos carnalium ſpiri
tualibus ſtudiis inſiſtens, etiam licita quædam
humanę cõuerſationis negocia deuitat. Sicut Pau
lus, qui ut occaſionem accipiendi pſeudo apoſto
lis tolleret, ſtipendia prædicationis, quæ ſecundũ
conſuetudinem, immo ſecundum diuinam inſti-
tutionem accipere licuit, propriis manibus uictũ
quærens omnino accipere recuſauit. De quibus
paruulis adhuc ſubditur.

Qui defecerunt fame in capite omnium
compitorum.

¶Quid per compita, niſi humanas actiones? &
quid per caput cõpitorum, niſi concupiſcentiã
carnis, quæ cauſa eſt, & origo omnem humanarũ
actionum, intelligere debemus? Paruuli ergo in
capite compitorum fame deficiũt: quia carnales
quique quãtò magis terrenis deſideriis inhiãnt
tantò magis a paſtu ſpũalis alimoniæ ieiunant.
Conſurge, lauda.
¶Noua quędam uita hic mihi oriri uidetur. Con
ſurge, lauda. Quàm pulcher ordo? primum tranſa Q
cta mala fletibus tergere, poſtea ad bona agenda Moral.
conſurgere, deinde laudare? Non eſt .n. laus ſpe Eccl. 15.
cioſa in ore peccatoris: neque poteſt ueraciter bo
na agere, qui prius non ſtuduerit efficaciter mala
præterita emendare. Lauda, inquit, in nocte in
principio uigiliarum. Peccator ſub flagello poſi- »
tus gratum Deo ſacrificium immolat, ſi & de ſua
tribulatione Deum laudat. Vnde recte cum dixiſ
ſet propheta, lauda in nocte: hoc eſt in tribulatio
ne, ſtatim adiunxit: in principio uigiliarum. Pri-
mum etenim peccator euigilat, quando mala ſua
agnoſcere incipit. Secundo euigilat, quando ma
la ſua agnita pęnitendo corrigit. Tertio euigilat,
quando ad bona agenda ſe conuertit. Quarto eui *Notabile*
gilat, quando bona opera ſua cuſtodit. Iſtas qua *de Vigilys*
tuor uigilias in nocte præſentis uitæ cuſtodire *peccatoris*
debemus, ne uidelicet nos uel in conſideratione
peccatorum noſtrorum ignorantia fallat: uel in
correctione negligentia, ſiue contemptus præpe
diat. Ne uel ad bona agenda deſidia torpentes red
dat, uel ad bona cõſeruanda præſumptio minus
cautos efficiat. Ille ergo in nocte in principio ui-
giliarum Deum laudat, qui mala, quæ patitur,
ex conſideratione iniquitatis ſuæ, iuſto Dei iudi
cio ſe ſuſtinere fatetur. Sequitur. Effunde ſicut »
aquam cor tuum ante conſpectũ Domini. Cęte- R
ri liquores cum effundũtur uel quadam pingue
dine ſuperliuita, uel ſapore īfecta uaſa relinquũt:
ſola aqua ſic effunditur, ut munditia uaſis nullis
eius reliquijs maculetur. Qui ergo peccata ſua
confitentes, aliqua uel negligentiæ, uel erubeſcẽ
tiæ cauſa effundere timent: quaſi in uaſe cordis
ſpiſſi

ſpiſſi liquoris reliquias retinent. Qui uero cuncta quidem peccata ſua per cōfeſſionem eijciūt, ſed adhuc tamen peccandi affectum non derelinquunt: ab his quidem quàmuis noxius liquor prorſus eiectus ſit, uaſa tamen ſapore infecta permanſerunt. Quiſquis autem per puram confeſſionem, & contritionem cordis ſui ſecreta reuelans, nihil aut per affectum retinet, aut per ſilentium tegit: ille quaſi aquas cor ſuum ante conſpectum Domini effundit. Poſſumus adhuc in effuſione aquæ aliquid ædificationis attendere: quia ſicut aqua effuſa ſordes abluit, ſic confeſſio peccata eijciens, conſcientiam mundam reddit. Et bene ante conſpectum Domini cor ſicut aqua effundi dicitur: quia niſi quis cum opere prauo, etiam affectum peccandi a corde ſuo excludat, te ſte conſcientia plene coram Deo non excuſatur. Sequitur. Leua ad eum manus tuas. Per manus,
,, operatio ſignificatur. Manus ergo ſuas pœnitens
S ad Deum eleuat, quando per exhibitionem bonorum operum coram Deo præteritas offenſas
,, excuſat. De quo adhuc ſubditur. Pro anima par-
,, uulorum tuorum, qui defecerunt fame in capite omnium compitorum. Per paruulos, non incongrue infirmos animæ cogitatus accipimus, per caput omnium compitorum, concupiſcentiam carnis: quæ omnium terrenorum deſideriorum, & actionum, quaſi multarum uiarum caput eſt, & origo. In capite ergo compitorum paruuli noſtri fame deficiunt: quia teneræ cogitationes noſtræ dum deſiderijs carnalibus inhærēt, ſpiritualis alimoniæ paſtum perdunt. Sed nos pro anima paruulorum noſtrorum manus ad Deum eleuamus: cum per ſtudium bonorum operum ad nutriendos animæ cogitatus ſpiritualis deſiderij gratiam in nobis renouari expoſcimus. Qui uidelicet paruuli noſtri in capite compitorum fame deficiunt: quia teneræ cogitationes animi, quas intrinſecus bona deſideria non paſcunt, mox per carnis concupiſcentiam (quę omnium malorum deſideriorum caput eſt) emollitæ, omne uirtutis robur amittunt. Vel ipſa concupiſcentia fames eſt: in qua fame deficiunt, quia ſemper eſuriunt, & expleri non poſſunt.

Vide Domine, & conſidera quem uindemiaueris ita.

T ¶ Non deſiſtit a propoſito iſte donec cœpta ad
Litteral. finem perducat. Hactenus enim cum peccatoribus egit, ut eos ad pœnitentiam inflecteret: nunc pœnitentium cauſam ſuſcipiens, ad Deum ſermonem conuertit: ut eum pro peccatoribus exoret. Simulque pœnitentibus formā orandi tribuit, aperte demonſtrans quātum ſe in precibus peccator humiliare debeat: cum ipſe pro alienis peccatis orans, tam humili deuotione ſe pietati diuinæ proſternat. Quia enim cauſam difficilem ſe ſuſcepiſſe conſiderat: nequaquàm aperta poſtulatione aures diuinæ maieſtatis pulſare præſumit: ſed cum magna reuerentia, & tremore ſuæ petitionis affectum inſinuando demonſtrat, dicens.
,, Vide Domine, & conſidera quem uindemiaueris ita. Quaſi diceret. Populum tuum, quem tantum ,,
dilexiſti: qui præter te ſolum alium protectorē non habuit, ſic uindemias, ſic opprimis, ſic deuaſtas? Præſentem quęſo calamitatem conſidera, priſtinum amorem ad memoriam reuoca; ut ſi noſtris precibus non flecteris, tuis ſaltem beneficijs ad compaſſionem, & miſericordiam mouearis. Vindemiaueris, inquit. Ergo non ſaltus fuit populus iſte: ſed uinea cultorem habens, & fructum ferens. Attamen lignum uitis ſine cultura, & fructu inutile eſt, & uniuerſis lignis uilius. Cur ergo depopularis, quem colendo pręcioſum, depopulando uilem, & inutilem reddis? Quem uindemiaueris, inquit, ita. Quomodo ita? tam horribiliter, tam monſtruoſe, ut uinea ipſa deuoret botros ſuos, & mulieres comedant filios ſuos. Ideo exclamat, & dicit.

Ergo ne Domine mulieres comedēt fructum ſuum?

¶ Id eſt filios ſuos, paruulos ſcilicet ad menſuram palmæ, id eſt teneros, uix dum palmæ menſurā ha V
bentes: ut immanis crudelitas, immo crudelis neceſſitas, oſtendatur. Bene autem mulieres, non matres: quia materno nomine appellandæ non ſunt, quę maternæ pietatis memores nō fuerunt. Fructum, inquit, ſuum comedent. Ac ſi diceret. Cætera germinantia ideo fructificant, ut natura generis, quæ in parente conſumitur, in prole germinis ſui reparetur: homo uero naturæ ſuę oblitus, fructum ſuum conſumit, per quē reparari debuit. Sed ne ſic exaggerando miſeriam, Deum non poſcere, ſed prouocare uideatur, & quaſi iniuſtum arguere, qui tam crudeliter populum ſuū punierit: poſt commemoratam pœnam, culpam etiam ſubiungit: callida quadā conceſſione utēs, ut ſcilicet dū in culpa confitenda, a iuſtitia Dei non diſcrepat: in miſericordia quærenda, petitionem ſuam citius ad effectum perducat, dicens.

Si occiditur in ſanctuario Domini ſacerdos, & propheta? †occidetur.

Ac ſi diceret. Quis prophetas tuos, & ſacerdotes
X. tuos in ſanctuario tuo occiderunt: ſicut de Zacharia legitur filio Ioiadæ ſacerdotis, quem Ioas rex interfecit: quia, inquam, eos occiderunt, ideo mulieres fructum uteri ſui comederunt: ſicut de Maria filia Eleazari legitur: & in libro Regum ſcriptum eſt: & Ioſephus quoque teſtatur. Quod autē dicit, ſi occiditur, ſic eſt, ac ſi diceretur. Quàmuis tantum peccauerint, nunquid tamen tam immani ultione plecti debuerunt? In quo tamen iudicium Dei non reprehendit, ſed culpam cōcedēs, & pœnam aggrauās, miſericordiam quærit. Quaſi diceret. Non eſt populus, quem tantum dilexeris: cui tanta beneficia contuleris. Non eſt populus, qui tantum tibi peccauerit: non eſt populus, quem tantum deieceris, tantum uindemiaueris, atque deſtruxeris: & ideo quæſo uide, non tranſitoriè, ſed conſidera diligenter, noſtram miſeriam: ut ſolitam nobis iterum impendas miſericordiam.

## Vide Domine, & conſidera quem uindemiaueris ita.

Y Alleg. Matt. 20 ¶ Eccleſiam ſanctam, uineam appellari plurimis ſcripturarum teſtimonijs comprobatur. De quibus eſt illud euangelicum, ubi paterfamilias operarios in uineam ſuam miſiſſe dicitur: qua uidelicet Deus pater, dum prædicatores ad erudiendã eccleſiam dirigit, quaſi ad excolendã uineam ſuã operarios mittit. Nam quemadmodum uitis magno quidem ſtudio, & labore excolitur, ſic nimirum uita fidelium non niſi magno ſtudio, & labore ad uirtutem informatur. Et quemadmodũ uinea ſi fœcunda fuerit, quicquid ſibi laboris impenditur, fructuum ubertate reſtaurat: ſic nimirũ uita fidelium, ſi ſtudio diſciplinæ, & eruditionis ad uirtutem profecerit, omnem adhibitam diligentiam præcioſo fructu recompẽſat. Item ſicut lignum uitis ſine fructu inutile eſt, & uniuerſis lignis uilius: ſic profecto ij, qui per fidei doctrinã excoluntur, & tamen fructum boni operis non afferunt, peiores ſunt illis, qui ad agnitionem ueritatis nũquàm peruenerunt. Et fit nonnunquàm, ut hos tales Deus gratiam ſubtrahendo, tantò profundius deſerat, quantò diutius prius poſt impẽſam gratiam ingratos tolerabat. Quorum tamen lapſum perfecti quique ex compaſſione caritatis plangunt, & qui eos iam per fidem eiuſdem ſecum corporis membra eſſe gaudebant, præciſionem eorum ſine dolore ferre nõ poſſunt. Ex quorum uoce hic dicitur. Vide Domine, & conſidera, quem uindemiaueris ita. Malos Deus uindemiare dicitur, cum eos, quos ipſe prius per prædicatores ſuos excoluit, ſubtracta gratia ſteriles, & inanes derelinquit. Poteſt etiam uindemiatio ipſa ad electos referri: quia nimirum cum quidam per infidelitatem ab unitate eccleſię ſubtrahuntur, ipſa ſancta eccleſia nudá ſibi, & quaſi ſpoliata remanſiſſe uidetur. Vnde cum magno pietatis affectu pronunciandum eſt hoc, quod dicitur. Vide Domine, & conſidera: quem uidelicet populũ tuum, puſillum gregem tuum: uindemiaueris ita. Quomodo? Subiungit. Ergo ne comedent mulieres fructum ſuum: paruulos ad menſuram palmæ? Per mulieres recte malos prælatos accipimus

Z ſenſu carnali, & fluxis moribus emollitos: qui fructum ſuum comedunt, quia de labore miniſterij ſui in præſenti uita remunerationem accipiunt.

Ioan. 15 Econtrario bonis doctoribus dictum eſt: Poſui uos, ut eatis, & fructum afferatis, & fructus ueſter maneat. Electorum namque fructus permanere dicitur: quia in eis pro labore non tranſitoria merces, ſed pręmium æternum conſeruatur. Mulieres ergo comedunt fructum ſuum: quia carnales quique dum in hac uita laboris ſui mercedem accipiunt, quaſi fructum non conſeruãt: ſed conſumunt. Quis ſit autem fructus iſte, declaratur, cùm dicitur. Paruulos ad menſuram palmę.

A Paruulos hic non ætate, ſed fide intelligere debemus. Per palmam uero initium boni operis non inconuenienter accipimus. Quid eſt ergo, quod fructus mulierum paruuli dicuntur: niſi quòd fides credentium doctoribus ad præmium reputatur? Quos uidelicet carnales prælati comedunt: quia nimirum dum terrenis inhiant, infirmos fide, & incipientes, per exemplũ mali operis ad interitum pertrahunt: quos prius per uerbum prædicationis in fide genuerunt. Vel certe tunc mulieres paruulos ſuos comedunt: quando mali prę lati in eccleſia ſubiectos quoſque, quos cibo cęleſtis alimoniæ paſcere debuerant, rebus ſuis amare ſpoliando per inopiam affligunt. Sequitur. Si occiditur in ſanctuario Domini ſacerdos, & propheta?

B Per ſacerdotem, & prophetam, eoſdẽ hic intelligere debemus, quos pauloante, per mulieres, ſignificatos accepimus: prælatos ſcilicet qui & per uerbum, prophetæ ſunt, & per miniſteriũ, ſacerdotes. Per ſanctuarium autem, cultus diuinus exprimitur. Ac ſi diceretur: Si prælati ſpiritualia indigne adminiſtrando pereunt: quare ergo ſcelera eorum ſubiectos innocentes inuoluũt?

## Vide Domine, & conſidera quem uindemiaueris ita.

C Moralis ¶ Congrua ſimilitudine anima a Deo uindemiari dicitur, quando donis uirtutum malis meritis ſuis exigentibus iuſto Dei iudicio ſpoliatur. Sed eſt quædam uindemiatio cęteris pernicioſior. Minus namque periculoſum eſt uirtutem perdere, quàm de uirtute ſuperbire. Qui enim uirtutem perdit, ſaltem detrimentum ſuum agnoſcit: qui autem de uirtute ſuperbit, dãnũ tolerat, & ignorat. Propterea propheta plangens animam, non ſolum peccatricem, ſed & de uirtute falſa inaniter gloriantem: Vide, inquit, Domine, & conſidera, quem uindemiaueris ita. Et quaſi quęrens quomodo ita: exclamando ſubiungit, & dicit. Ergo ne comedent mulieres fructum ſuum? Mulieres namque fructum ſuum comedunt: quando carnales animæ de uirtutis opere ſe per inanem gloriã paſcunt. Fructum comedunt: quia inde uirtus ipſa conſumitur, unde mens illicita refectione delectatur. Fructum, inquit, ſuum. Qualem fructum? Paruulos ad menſuram palmæ. Per paruulos, accipere poſſumus uirtutes teneras, & nondum ad robur uirile promotas.

D Per palmam uero, boni operis initium. Paruuli ergo ad menſuram palmę ſunt uirtutes teneræ, & ad initium bonæ operationis nouiter productæ. Quid eſt ergo, quòd mulieres paruulos ad menſuram palmæ comedere dicuntur: niſi quòd mentes carnales etiam de initio boni operis gloriantur? Sequitur. Si occiditur in ſanctuario Domini ſacerdos, & propheta?

E Mens iuſti, quæ ſanctuarium Dei eſt, duo in ſe habere debet, prudentiam ſcilicet, & deuotionem. Prudentiam, per quam inſtãtia mala proſpiciendo caueat: deuotionem, per quam mala præterita ſupplicando abſtergat. Quid ergo deuotionem, niſi quendam animæ ſacerdotem expiationis ſacrificium iugiter in conſpectu Domini offerentem: & quid prudentiam, niſi prophetam accipimus? Quia ergo ſacerdos, & propheta in ſanctuario Domini occiditur: mulieres paruulos ſuos comedunt: quia nunquàm mens hominis ſe de

uirtute

uirtute ſua extolleret, niſi prius per negligentiá, & præteritorum malorum memoria, & futurorum cautela in ea tepuiſſet.

†ſenex. Iacuerunt in terra furoris puer, & ſenes: uirgines meæ, & iuuenes mei in gladio ceciderunt.

¶ Vel ſic diſtingnendum eſt. Puer, & ſenex in terra iacuerunt: uirgines, & iuuenes in gladio ceciderunt. F Litteral. Siue ita. Puer, & ſenex, & uirgines in terra iacuerunt: & iuuenes in gladio ceciderunt. Qđ propterea fortaſſis magis congruit: quia uirgines in bello gladio perimi non ſolent: ſed in direptionē, & deprædationē abduci: niſi ex hoc ipſo atrocitas hoſtium deſignetur, qui nec uirginibus parcerent. Dicit ergo, populum bellatorem cũ regibus, & principibus gladio corruiſſe: reliquã multitudinem diuerſi ſexus, & ætatis in captiuitate diſtractam. Puer, inquit, & ſenex, & uirgines: infirma ætas, infirmus ſexus: in terra iacuerunt, ſine miſericordia, ſine humanitate abiecti: in terra furoris. Non ſolum in terra, quod ad pœnã ſufficere poſſet eiuſmodi: ſed in terra furoris. Vel in terra ſua, quam Dominus in furore ſuo uaſtari, & depopulari permiſit: uel in terra aliena, ad quã furor Domini eos expulit. Sequitur.

Interfeciſti in die furoris: percuſſiſti, nec †miſereris.

†miſer jus es.

¶ Quaſi dicat. Tibi domine noſtram calamitatē aſcribimus: de noſtra miſeria tecum cauſam inimus. Quia plagam, quam hoſtis ſæuientis furor intulit: ira tua noſtris prius peccatis prouocata, dictauit. Interfeciſti eos, qui in gladio ceciderunt: percuſſiſti eos, qui in terra iacuerunt: nec miſereris, ut cum tot iam periſſe uideas, ab ijs ſaltem, qui ſuperſtites adhuc ſunt, flagellum tuę indignationis auertas. Quæſo Domine, obſecro Domine, miſerere: ut exitium, quod te iraſcente incidimus: te miſerante, euadamus.

Iacuerunt in terra puer, & ſenes.

G Allego. ¶ Sicut populus, ſic & ſacerdotes: In terra iacuerunt, in terrenis deſiderijs quieuerunt. Nec ſolum quieuerunt (quod ſuperius ſignificatum eſt: cum dictum eſt, ſederunt in terra conticuerunt ſenes) ſed & dormierunt: quia iacuerunt, ut iam ſe ipſos neſciant: & omni ratione ſopita unde uenerint, non conſiderent, aut quò tendant. Quibus p Paulum dicitur. Surge qui dormis: & exurge a mortuis, & illuminabit te Chriſtus. Heu q̃ male iacent, qui in terra iacent? quàm male dormiunt, qui in terra dormiunt: qui in terra requieſcunt, & cum euigilant, nihil diuitiarum in manibus ſuis inueniunt? Quicquid enim temporaliter amatur, quaſi ſomnium eſt, & euaneſcit, cum homo ĩ morte euigilare cœperit. In terra, inquit, furoris iacuerunt. Quid per terram furoris: niſi hunc mundum accipere debemus: in quo genus humanum propter primi reatus uindictam, de paradiſi felicitate eiectum, & exilio damnatum eſt? Quanta ergo ueſania, ut in hac peregrinatione homo requiem quærat, quo ſe in ira diuinæ ultionis proiectum eſſe non dubitat? Sequitur.

Ephe. 5. H

I

„ Virgines meæ, & iuuenes mei in gladio ceciderunt. Per gladium in hoc loco doctrina hæreticorum ſignatur: de quibus in pſalmo dicitur. Lingua eorũ gladius acutus: quia dũ aliquos ab unitate catholicæ fidei ad ſuos errores pertrahunt: quaſi membra a corpore præcidunt. Per uirgines autem, & iuuenes, fideles ſignantur: qui & uirgines ſunt, quia integritatem fidei prauis operibus non corrumpunt: & iuuenes ſunt, quia per conſtantiam mentis aduerſis ingruentibus non cedunt. Quid eſt ergo, quòd uirgines in gladio cadere dicuntur: niſi quia, teſtãte apoſtolo, bonos mores mala colloquia corrumpunt: & dogmata hæreticorum, in quibus fidei caſtitatem uiolare prę ualent: poſtmodum etiam bonorum operum integritatem ſubuertunt? Iuuenes in gladio cadunt, cum ij, quorum conſtantia aduerſis ſuperari non potuit, dolis uerborum ſucciſi ad infidelitatem corruunt. Vel ſi alteram diſtinctionem ſequimur, uirgines in terra iacent: quando ij mente terrenis deſiderijs inhiant, qui foris per exhibitionē operis caſtitatem ſimulant intentionis. Per iuuenes etiam, ſuperbos, & de ſuis uiribus præſumentes intelligere poſſumus, quia uita hois in hac ſpeciē ætate & calore, & robore uiget. Iuuenes ergo in gladio cadunt: quia cum Deus ſuperbos deſpiciat, ij, qui hęreticorum erroribus ſubuertuntur, conſtat quòd nequaquàm a cognitione ueritatis caderent, niſi prius alta de ſe ſapuiſſent. Sequitur. Interfeciſti in die furoris: percuſſiſti: nec miſereris. Interfecit eos, q per infidelitatem corruerunt: percuſſit eos, qui in lapſu pereuntium per paſſionem caritatis uulnerati ſunt. Non miſeretur: quia dum lapſos non erigit, etiam dolorem ſtantium non conſolatur.

„ K Pſal. 56.

1. Cor. 15

L

„ „

Iacuerunt in terra furoris puer, & ſenes. M

Moralis. ¶ Terra furoris eſt caro noſtra mortalis: quæ ante peccatum primi hominis uirtutum germina protulit, poſtea autem ex maledictionis ſententia, ſpinas, & tribulos uitiorum germinare cœpit. Paruulus autem, eſt ſenſus carnis: quia, quantum in ſe eſt, ſemper puerilia quædam, & uana appetit. Sicut autem per paruulũ, ſenſum carnis accipimus, ita per ſenes, iudicium, & appetitum mentis intelligere non inconuenienter poſſumus: quia & in diſcernendo mens eſſe debet matura, & in appetendo non temeraria. Paruulus ergo cum ſenibus in terra furoris iacet: quando id etiam noſtrę corruptionis, quod uindicta præuaricationis intulit, carnalis mens non ſolum ſecũdum ſenſum, ſed etiam ſecundum iudicium, & appetitum ſibi ad delectationem ſubſternit, & ibi ſe putat requieſcere, ubi proiecta eſt uapulare. Sequitur. Virgines meæ, & iuuenes mei in gladio ceciderunt: Per uirgines, caſtas cogitationes: per iuuenes, fortitudinem atque conſtantiam animi: per gladium, tentationem aduerſarij accipere non inconuenienter poſſumus. Quia enim ætas iuuentutis ampliori robore uiget: quid aliud fortitudo bene

„ „ N

agendi,

agendi,& perſeuerandi conſtantia,quàm quidam iuuenes ſunt in animo rationali? Quia & ad inchoandum opus prōpti ſunt,& in cœpto opere ſine defectu perſiſtunt. Recte ergo prius ſenes in terra iacuiſſe dicuntur: ac deinde uirgines,& iuuenes in gladio cecidiſſe memorãtur:quia ex quo iudicium mentis,& appetitus terrena delectatione corrumpitur, ſuperueniens tentatio facile & bonarum cogitationum integritatem uiolat,& fortitudinem, atque conſtantiam animi ſubuertat. Quia enim(ut ſæpe dictum eſt)cogitationes ab affectibus prodeunt: dum ex corruptis deſiderijs cogitationes corrumpuntur, quaſi ex infecta radice rami amaritudinem trahunt. Cumque carnalis animus extra carnem nil appetit, aut diſcernit: omnis mox fortitudo eius,atque conſtan-

O tia in tentatione carnis emolleſcit. Neque hoc prętereundum eſt,quòd cum ſenes in terra ſedēt, uirgines capita ſua cinere ſpargunt: cum ſenes cilicio induuntur,uirgines capita in terrā abijciūt: cum ſenes in terra iacent, uirgines in gladio cadunt: quia profecto ſecundum corruptionum affectuum creſcit corruptio cogitationem. Sequitur. Interfeciſti in die furoris,percuſſiſti,nec miſereris. Quaſdam uirtutes Deus aliquādo in animo per tentationem perimi, quaſdam uulnerari

P permittit,ut dum tentatus aliqua adhuc bona ſe retinuiſſe uidet, prorſus in deſperationem non corruat: dum uero quædam ſe perdidiſſe aſpicit, de ſuis uiribus non præſumat:& tantò uerius id, quod amiſit,recuperet,quantò ſubtilius ſuo damno edoctus,idipſum,quod retinuit,ex ſe non eſſe iam uidet.Sed quia multi non ad correptionem, ſed ad ſubuerſionem tentari permittuntur:idcirco homo,qui ſuæ tentationis cauſam ſemper ſcire non poteſt,periculum ſemper timere debet,ꝓpter quod recte ex uoce trepidantium ſubiungitur. Nec misereris. Quæ nimirum ſententia timoris eſt,non aſſertionis. Quia.n.cito a tentatione non liberatur:ideo tentatus flagellum ſuum iræ, & non miſericordiæ eſſe putat: quod tamen deſperantis non eſt,ſed timentis,ut diximus.

## Vocaſti quaſi ad diem ſolemnem.

Q Literal. ¶Ac ſi diceret. Inimici quidem ſemper ad nocendum parati ſunt: ſed tamen,niſi uocentur, uenire non poſſunt.Non igitur arguit,ſed honorat Deū iſte, qui nihil uiribus inimicorum tribuit,ſed diuinam potentiam etiam in ſui oppreſſione extollit. Vocaſti,inquit.Quaſi diceret;Eorum fuit uelle,tuum concedere:ut ex hoc ipſo attendas,quòd & tuum eſt liberare.Vocaſti quaſi ad diem ſolemnem,ideſt, ad diem lætitiæ,& gaudij: non quòd bonitas tua in noſtra miſeria delectata ſit: ſed quia malitia eorum in hoc exultauit: ut idipſum te ad miſerendum prouocet, & citius nobis compatiaris,dum eos iniquè ſuper nos gaudere conſpicis.

## Qui terrerent me de circuitu.

¶Qui me undique arcerent,ne manus perſequentium euaderem:ad ſimilitudinem uenatorū, qui clamore feras in retia compellunt. Notat tempus illud,quando Iudæis fugientibus Babylonios finitimæ nationes circunquaque eis fugæ præſidium obſtruxerunt,ne euaderent manus inimicorum: quando Sedechias cum exercitu bellatorum fugiens in campo Hiericonteo comprahenſus eſt: & reductus in Reblata ad regem Babylonis: ibiq; filijs eius coram eo interfectis, ipſe cæcatus eſt, & abductus in Babylonem.Vnde ſequitur.

## Et non fuit in die furoris Domini qui effugeret,& relinqueretur.

¶Relinqueretur,ſubauditur,uiuus:uel relinqueretur in terra ſua,& non abduceretur captiuus.

## Quos educaui,& enutriui.

¶Educaui ad diſciplinam, & enutriui ad fortitudinem:qui magis plangendi.

## Inimicus conſumpſit eos.

Id eſt uſque ad interniciem deleuit?

## Vocaſti quaſi ad diem ſolemnem: qui terrerent me de circuitu.

¶Poteſt non inconuenienter in hoc loco tempus extremi examinis deſignari:quæ dies uel ideo ſolemnis dicitur,quia tūc gaudia iuſtorum inchoabunt: ſiue quia tunc omnia in medium diſcutienda deducentur. Quod nimirum tempus ita nemo ſine terrore expectat,ſicut nemo eſt, cui ſine culpa præſentis uitæ curſum tranſire contingat. Electi uero dum ſe pro præſentis uitę miſeria lamentis afficiunt,etiam mala,quę reſtant,ante oculos mentis adducunt: & ſollicite futuros terrores conſiderando, ut ibi iudicium euadant, hic ſe iudicant.Conſiderant ſæuiſſimos exactores dæmones, ad quorum præſentiam etiam electi terrebuntur:qui undique arctabunt iudicandos,ita ut nemo locum euadendi habeat, niſi miſericordia iudicis diſtrictionem temperaret ultionis. Quando multos,qui hic in diſciplina eccleſiæ educati, & doctrina ueritatis enutriti inter filios Dei computandi uidebantur: inimicus conſumet, & ſecū ad perditionem trahet. Poteſt etiam de paganis, & hæreticis,ſiue quibuſlibet infidelibus dici,pręcipue in tempore Antichriſti: quando diabolus undique in membris ſuis ad perſecutionem fidelium laxabitur:qui dies ideo ſolēnis dicitur, quia tunc iniqui de oppreſſione bonorum lætabūtur: quia non eſt qui effugiat,& relinquatur, dū alios in ueritate perſiſtentes corporaliter puniūt:alios autem ſibi conſentientes ſpiritualiter occidunt. Vnde ſequitur. Quos educaui,& enutriui,inimicus conſumpſit:quia nimirum multi tunc ad infidelitatem corruent,qui in diſciplina eccleſiæ educati, & doctrina enutriti fuerunt. Educaui, inquit, & enutriui, non ſolum nutriui: quia fortes etiam, quos pondus tribulationis oppreſſit:inimicus conſumpſit. Bonos quidem perſequēdo affligere inimicus poteſt:conſumere autē non poteſt:qui autem tribulatione ſuperatur, ille ab inimico conſumitur.

R Allego. S

Voca-

**Vocaſti quaſi ad diem ſolennem, qui terrent me de circuitu.**

T ¶ Vita humana quaſi circuitus quidam eſt: quæ
poſt excurſum actionum temporalium, illuc tan-
dem redit per mortem, unde ꝓdijt per natiuita-
tem. Sed in hoc circuitu fidelis anima diem ſolen
nem celebrat: quia dnm per internum gaudiũ in
amore æternorum figitur, ab omni foris illicita
occupatione feriatur. Cũ uero animus añacta ma
la ad memoriã reuocat: & ex eorum conſideratio
ne amplius per compunctionem accenditur, qua
ſi de circuitu celebraturi ad ſolennitatem inuitã
Pſal.75. tur, Sicut per pſalmiſtam dicitur. Reliquiæ cogi-
tationum diem feſtum agent tibi. Sed quia pecca
toris mentem ante compunctionis ardorem præ
teritorum malorum recordatio quodã ſui reatus
terrore concutit, recte iſtos de circuitu, & ad ſolẽ
nitaté pariter, & ad terrorem uocatos dicit. Scien
dum tamen eſt, quòd aliter ille terretur, qui nil
boni egiſſe ſe meminit: atque aliter ille, qui bo-
nis actibus ſuis quædam, pro quibus timeat, mala
admixta cognoſcit. Quando igitur homo circum
ſpicit actiones ſuas, & in eis quædam inuenit ubi
confidat: quædam uero, pro quibus timeat: terre-
tur quidem, ſed non de circuitu: quia in parte al-
tera peccatrix conſcientia ex memoria ſui reatus
ſtringitur: ex altera parte in fiducia boni operis
dilatatur. Sed dum peccatoris animum ex omni
parte facta ſua accuſant: tunc quaſi in circuitu
terretur: quia hinc inde omnia formidanda con-
ſpiciens, per ſolam anguſtiam intra ſemetipſum
coarctatur. Hoc etiam conuenienter in perſona
peccatricis animæ dicitur: quando de corpore e-
xiens undique malorum ſuorum memoria occur
X rente turbatur. Vnde & recte dictum eſt, uocaſti.
Homo nanque quamdiu in hac uita eſt, debet an
teacta mala aſſidue ad memoriam reuocare: ut ſe
Pſal.50. ipſe ſpontanee terreat ad pœnitentiam, ſicut Pſal
† contra miſta de ſe teſtatur dicens. Peccatum meum † co
Pſal.37 ram me eſt ſemper. Et in alio loco idem ait: cogi-
tabo pro peccato meo. Quiſquis autem hic malo-
rum ſuorum recordari noluerit, illic ea Deus in te
ſtimonium damnationis ante oculos mentis eius
uocabit: quatenus ex memoria eorum ibi terrea-
tur ad pœnã, qui hic ſalubriter noluit terreri ad
pœnitentiam. Sicut diuina uox per eundem Pſal-
Pſal.49 miſtam loquitur dicens. Arguam te, & ſtatuam
contra faciem tuam. Cuius uocationis modus ad
huc demonſtratur cum dicitur. Quaſi ad diem ſo
lennem. Dies enim ſolennis, eſt dies quietis: dies
uacationis quando operari non licet, ſed iis quiſ
que tunc cum gaudio frui incipit, quæ prius cum
„ labore ſibi preparauit. Quid ergo eſt dies mor-
tis, niſi dies ſolennis, in qua iam amplius non re-
ſtat facultas operandi: ſed quiſque operum ſuo-
rum mercede, & præmio incipit præteritorum
„ laborum perfrui? Sequitur. Et non fuit in die fu-
„ roris Domini qui effugeret, & relinqueretur. Dies
Y furoris Domini, finis uniuſcuiuſque eſt: quando
quiſque cum magna diſtrictione ad reddendam
rationem compellitur: qui prius in uita ſua quaſi
in die miſericordiæ benigne ad pœnitentiã expe-
ctabatur. Recte ergo de die furoris dicitur: non
fuit qui effugeret, & relinqueretur. Effugeret. ſ. „
conſcientiã: relinqueretur ad pœnitentiã. Nota-
te, ꝙ dicitur, Effugeret. ſ. conſcientiã. Magnũ tor-
mentum eſt conſcientia mala. Sed peccatores hic
conſcientiam ſuã effugere poſſunt: dum exterio-
ribus delectationibus dediti, mala, quæ intrinſe-
cus tolerant, interim quodãmodo obliuioni tra
dunt. Minus enim nunc ſpina conſcientiæ cor pũ
git: quando eã (ut ita dicã) terrenæ delectationis
faſcia obuolutã contegit. Ibi autem conſcientiæ
tormentum effugere non poterunt: quia cũ ſen-
ſus carnis in morte foris clauditur, horror præte-
ritorum malorũ intus animo aperitur. Tunc infe
lix anima licet ſero compuncta, uellet iam per pœ
nitentiam emendare, qđ non põt per conſcientiã
effugere. Sed iuſto Dei iudicio, quę prius tempo-
ra pœnitendi indulta ſibi neglexit: iam non relin
quitur, quia ſemel irreuocabili ſententia emiſſa,
amplius in hac uita ad pœnitentiã non differtur.
Recte ergo dicitur. Non fuit in die furoris Do-
mini qui effugeret, & relinqueretur. Quia cum
mortis hora ſuperuenerit: tunc quiſque ad con-
ſcientiã ſuã redire compellitur, ut ipſa comitante
ad excipiendam ſententiam iudicis ſine dilatio-
ne ab hac uita transferatur. Sequitur. Quos educa Z
ui, & enutriui, inimicus conſumpſit eos. Ne ſolã
conſcientiæ pœnam peccatoribus præparari pu-
tes: quos educaui, inquit, & enutriui, inimicus cõ
ſumpſit eos: quia nimirum nitus, & pulchritudo
mortalium corporum, quæ hic per illicita deſide
ria paſcitur, illic a tortoribus angelis in tormen-
tis conſumetur. Quæ ideo conſumi dicitur, non
ꝙ ſubſtantiam pœna in nihilum redigat, ſed quia
dolor uſque ad intima naturæ percurrens, nihil
intactum relinquat. Vel per educatos, & enutri-
tos, ipſa carnis deſideria accipere poſſumus: quę
educantur per ſuperbiam, & enutriuntur per lu-
xuriam: & quanto magis ea explendo paſcimus,
tanto magis ad appetitum inflãmamus. Hos edu
catos, & enutritos cõſumit inimicus, id eſt mors:
de qua dicit Apoſtolus. Nouiſſime inimica de- 1.Co.15
ſtruetur mors: quia nimirũ dũ caro noſtra ĩ mor-
te ſuccidit, omnia eius deſideria pariter extin-
guũtur. Sicut per Pſalmiſtam dicitur. In illa die pe Pſal.145
ribunt oẽs cogitationes eorum. Et conſidera quã
conuenienter in fine lamẽti nouiſſima pœna pec
catoris animę plangitur: ut intelligamus ea mala,
quæ prædicta ſunt, quanta miſeria conſequatur.

## *ADNOTATIVNCVLÆ Elucidatoriæ in Iohelem Prophetam.*

VErbum Domini, quod A
factum eſt ad Iohel fi- Iohel.1.
lium Phatuel. Verbum

¶ Hiſtorice. In uerbo tria
attenduntur. Strepitus, *Elegans*
forma, intellectus. Stre- *diſcurſus*
pitus perſecutionis, for- *pro concio-*
ma uocis, intellectus dictionis. Percuſſio ad *natoribus.*

uindictam, uox ad lætitiam, dictio refertur ad gratiam. Siquidem uindicta percutit, uox conſolatur, dictio erudit. Erudit filium, conſolator mercenarium; Erudit filium auide doctrinã patris ſitientem. Conſolatur mercenarium ſub iudicio anxie laborantem. Filium erudit gratia obedientiæ: mercenarium conſolatur merces iuſtitiæ: ſeruum affligit pœna malitiæ. Strepitus ad pœnam, uos ad præmium, intellectus ad gratiam refertur. Hæc igitur tria conſiderantur in uerbo, quod factum eſt ad Iohel: quia in exitu ſequentis prophetiæ, & inimicorum ultio, & populi afflicti conſolatio, & electorum prædicitur eruditio. Strepitus igitur ſoni ad aduerſarium: forma uocis ad populum afflictum: intellectus uerbi ad mentem fit propheticam, & electorum chorum. Quia unde aduerſarius affligitur, inde populus conſolatur: quod mens electorum intelligens in Domino gloriatur. Strepitus igitur fit ad carnales: forma dirigitur ad animales: intel-
B lectus ad ſpirituales. Huc aũt uerbum Domini
Domini. eſt. In Domino quoq; tria conſiderantur. Vltio,
zelus, retributio. Vltio culpę, zelus diſciplinæ,
Heb.4. præmium obedientię. Viuus igitur ſermo Dei,
& efficax, & penetrabilior omni gladio ancipi-
*Quàm lepide diſcurrit de ſermone Dei.* ti. Penetrabilis; quia deſtruit malitiam. Viuus, quia reducit ad gratiam. efficax, quia perducit ad gloriam. Penetrabilis eſt iudicio, uiuus facto, efficax promiſſo. Penetrabilis, quia iudicium abſconditur. Viuus, quia factum eius fructificatur. Efficax, quia promiſſum eius non inficiatur. Penetrabilis, quia deſtruit fortiter: uiuus, quia uiuificat potenter: efficax, quia reddit efficaciter. Hoc eſt uerbum Domini, quod factum eſt ad Iohel filium Phatuel. ¶ Primo uidendum eſt, quòd conſtructio eclypſim patitur. Dicendo enim uerbum Domini, quod factum eſt ad Iohel filium Phatuel, aliquid ad perfectionem ſenſus ſubintelligendum eſt: uel ita. Hoc eſt uerbum, quòd factum eſt. uel ita. Verbum quod factum eſt hæc alia oſtendit. Sequitur.

Audite hæc ſenes, & auribus percipite omnes habitatores terræ: ſi factum eſt iſtud in diebus ueſtris: aut in diebus patrum ueſtrorum. Super hoc narrate filijs ueſtris, & filij ueſtri filijs ſuis, & filij eorum generationi alterę.

C ¶ Ex magnitudine uenturæ calamitatis in ſtuporem uertitur admirationis. Ne uero uilipendenda uideantur: authoritatem ſenum conuocat: ne parui momenti, uel exigui, habitatores terræ excitat dicens. Audite ſenes &c. Sapientia ſenum authoritatem admirationi: ſollicitudo habitatorum fidem dat ſtupori. ſ. ut de uenturo infortunio minime queat dubitari: cui authoritas ſapientium, & ſollicitudo plebium pro certo publice uidetur atteſtari. Sequitur: partes exprimens infortunij dicens.

Reſiduum erucæ comedit locuſta: & reſiduum locuſtæ comedit bruchus: & reſiduum bruchi comedit ęrugo. Expergiſcimini ebrij, & flete: ululate omnes, qui bibitis uinum in dulcedine: quoniam perijt ab ore ueſtro.

¶ Oſtenſa ſuperiori parte infortunij, & ſubſecuta uoce lamenti: aggreditur aliud infortunij genus oſtendere, & ad illam lamenti ſpeciem conatur deſcendere. Ait enim. D

Gens enim aſcendit ſuper terram meam fortis, & innumerabilis. Dentes eius, ut dentes leonis: & molares eius ut catuli leonis. Poſuit uineam meam in deſertum: & ficum meam decorticauit. Nudans ſpoliauit eam, & proiecit: albi facti ſunt rami eius.

¶ Ecce lamentum. Nunc ſubiicit infortunium dicens.

Plange, quaſi uirgo accincta ſacco ſuper uirum pubertatis ſuæ.

¶ Et ſic alternando infortunium cum lamento decurrit uſq; ad illud. Ad te Domine clamabo. Vbi fit ad Deum ſupplex inuocatio, & calamitatis miſeranda expoſitio, & ipſius delendę humilis, & affectuoſa deprecatio. Babyloniorum iux- E
ta quoſdam deſignat in Iudæam terribilem aduentum, hoſtilem impetum, ferocem animum: ubiq; frementem, cuncta uaſtantem uniuerſa delentem. Vel (quod uerius eſt) Aſſyriorum ſuperbiam, & ipſius gentis audacem ferociam, ſanguinis auidam, gloriæ cupidam, caſibus expoſitam, uictoriæ pronam. Qui ſub Sennacherib. uniuerſam Iudæam uaſtantes Hieruſalem obſederunt. Et quia non diuino iudicio, ſed propriæ fortitudini fortunam negocij aſcripſerunt: rege cum paucis fugiente omnes una nocte ab angelo percuſſi perierunt. Iohel per erucam: deſignat Aſſy-
rios: per locuſtam Babylonios: per bruchum Eruca.
Perſas, & Medos: per rubiginem Macedones. Locuſta.
Hi omnes per ſucceſſionem temporum, popu- Bruchus.
lum Dei uaſtauerunt: & ſi quid unus floridum, Rubigo.
aut uiride, uel forte inconſumptum reliquerat: alio ſuccedente conculcatum, & ad nihilum redactum eſt. Ioſephum antiquum, & traditiones Iudæorum, & cæteras ad id pertinentes hiſtorias legat, qui ſuper hoc certificari deſiderat.
¶ Allegorice uero de perſequutione loquitur ec- F
cleſiæ generalis, quæ quadrifaria legitur: quia Allego.
primo ab idololatris, ſecundũ ab hæreticis, tertio a pſeudochriſtianis impugnata fuiſſe: quarto ab Antichriſto impugnanda legitur. Quod Iohel ꝓphetico ꝓuidẽs oculo præ magnitudine pſequutionis, ſenes, & habitatores terrę in cõſortiũ uocat admirationis. Ac ſi diceret. Ventura ſpõſæ Chri-

ſti infortunia uideo, calamitatis intueor, uarios labores ipſius proſpicio: ſed ſapientiam ſpiritualiũ, ſollicitudinẽ quoq; carnaliũ conteſtor, ut audita per ſucceſſionem in poſterũ tráſfundant: quouſque ſurgat aurora de cœlo, ueniat agni ſponſa, pullulet eccleſia: ut noſtro pręmunita oraculo ſolida maneat: ne riualem pro marito recipiat: ne florem ſine fructu: monetam ſine argẽto: manipulum ſine grano: umbram ſine corpore, decepta eligat.

Erucę Locuſtæ. Bruchi. Rubigo.

Per erucam, deſignat idololatras: per locuſtas, hæreticos: per bruchos, pſeudo, & carnales chriſtianos: per rubiginem, Antichriſti malitioſam ſollicitudinem. Primos propter ſpurcitiam, & uarietatem idololatriæ: ſecundos propter uolatum ſcientiæ, agilitatem ingenij, elationem ſuperbiæ. Tertios propter æſtum, & immunditiam carnalis concupiſcentiæ. Quartum propter immanitatem ſæuitiæ. Poſtquam enim eccleſia idololatriæ euaſit naufragium: in fluctus, & procellas hæreticorum decidit: ſed dum ſpirituali flante fauonio, procella in leniorem uerſa eſt auram, ruſus in carnalium æſtu ſuſtinendo diu laborauit: demum a filio perditionis, qui extolletur ſupra omne, quod dicitur

2.Theſ.2

Deus, aut quod colitur: multis modis fatigata, uarie cruciata, grauiſſime anxiata: tandem ſerenitate reddita, ad libertatis portum redibit: pacis domicilium ſubibit. Et hoc eſt, quod dicit. Reſiduũ erucę comedit locuſta &c. Hæc eſt gens, quæ ſuper terram, id eſt: ſuper eccleſiam dicitur aſcendiſſe, fortis, & innumerabilis. Fortis magnitudine. Innumerabilis multitudine. Fortis crudelitate, innumerabilis aſſiduitate.

G

Leo:

Leo, diabolus, uel princeps in terrena poteſtate ſummus: ut aliquis hæreſiarcha, uel ipſe Antichriſtus. Dentes, eius ſatellites. Catuli, optimates, uel ſubreguli. Molares, carnifices. Eam, quam ſuperius dixit terram, nunc uocat ficum, & uineam, id eſt eccleſiam. Terram, propter fidei ſtabilitatem. Vineam, propter pœnitentiæ auſteritatem. ficum, propter dilectionis dulcedinem. Vel terram, propter firmamentum iuſtitię. Vineam, propter lætitiam ſpiritualis intelligentiæ. Ficum, propter ſuauitatem cæleſtis doctrinæ. Vel terram, propter fructum ſpiritualium exercitationum: uineam, propter gratiam cęleſtium donorum. ficus, propter dulcedinem gaudiorum æternorum. Hæc agnus Chriſtus ſponſę contulit ſuæ, ſcilicet eccleſiæ. Prima in horto: ſecunda in cellario: tertia in lecto. In horto nanq; exercitatur: in cellario lętificatur: in lecto felicitatur. Primo operibus pœnitentiæ. Secundo muneribus gratiæ. Tertio oſculis ſapientiæ. Sed hanc gens præfata decorticauit, nudauit, proiecit. Mẽbrana ſunt exercitia, folia uerba, fructus merita. Exercitia gratiæ, uerba doctrinæ, merita gloriæ. Sed hanc gens præfata decorticauit, nudauit, proiecit. Quia perſecutione ingraueſcente tepuerunt exercitia religionis: ſiluerunt uerba prædicationis: uirtutum merita attenuata ſunt in multis.

I

Tropol.

¶ Tropologice uero de tentationibus animæ propheta loquitur. Gentem ſpiritualem oſtendit ſuper eam aſcendiſſe, cateruam uitiorum eam iuſto Dei iudicio inuaſiſſe, conculcaſſe, expugnaſſe dicens. Reſiduum erucę comedit locuſta: & reſiduum locuſtæ comedit bruchus: & reſiduum bruchi comedit ærugo. Scio quoſdam ante me hæc quatuor, animi perturbationes quatuor ſignificare dixiſſe. Et erucam ad timorem, locuſtam ad ſpem, bruchum ad gaudium, rubiginem ad dolorem retuliſſe. De quibus eſt illud Boetii: Gaudia pelle, pelle timorem, ſpemque fugato, nec dolor adſit. Nubila mens eſt, uinctaque frenis, hæc ubi regnant. Nos autem eis ſuam interpretationem relinquimus, & ad alia, quę magis congrua uidentur, feſtinamus. Reſiduum erucæ comedit locuſta &c. Eruca igitur, eſt luxuria. Locuſta, cenodoxia, id eſt uana gloria. Bruchus, gaſtrimargia. Rubigo, ira uel impatientia. Reſiduum erucæ, eſt caſtitas. Reſiduum locuſtę, humilitas. Reſiduum bruchi, ſobrietas. Reſiduum rubiginis, mentis lenitas, & patientia. Reſiduum igitur primi comedit ſecundum: ſecundi tertium, tertij quartum: quia ſæpiſſime accidit, ut de continentia inanis oriatur gloria: humilitatem ſequatur ebrietas, & crapula: Sobrietatem ira, uel impatientia.

*Venuſta expoſitio Tropologica.*

K

Nonnunquam enim accidit, ut mens adhuc imperfecta dum ſe uiciſſe, & ad culmen iuſtitiæ perueniſſe exiſtimat, cadat a uictoria, & dum aliquem hoſtium ſe uidet ſuperaſſe, totum ſe ſuſtinuiſſe belli exiſtimat negocium: totumque ſe putat ſuperaſſe exercitum. Sed dum mens decepta de triumpho unius exultat: non uidet miſera, quod gladium alius exerit: & mortem cominus intentat. Hinc eſt, quòd inſultans neci luxuriæ, iam quaſi ſecura, & minus prouida, gladio percutitur cenodoxiæ. Quòd ſi hanc uentis humilitate ſuperaſſe contigerit: gaſtrimargia protinus ſe ſubingerit. Quia dum incautus animus uidet caſtitatem carnem reſtringere, dum proſpicit humilitatem mentem reprimere, ſtatim uoluptati properat condeſcendere: dicens ita. Quandoquidem nec mentem uentus inanis gloriæ agitat: nec carnem illecebra carnalis concupiſcentiæ titillat: genus eſſet crudelitatis, ſi conſeruum meum ſtimulis cruciarem diræ neceſſitatis. Pax mihi in utraque reddita admonet, & indulget miniſtrare ſuauia. Sic crapula inducitur; & ciuis interficitur. Porro ſi hanc diuino auxilio, & proprio ſtudio ſuperaſſe accidit: etiam ſe putans ad integrum euaſiſſe naufragium, in illud ruſus incidit infortunium. Nam, quia animus continentiam in carne, humilitatem in mente, abſtinentiam in corpore, ſurgere conſiderat: iá de perfectione preſumens, & præ ſe cæteros deſpiciens: ſi quando reſiſtitur eius conamini, obuiatur impetui, occurritur affectui: protinus habenas laxat iræ, in uerba proſilit impatientiæ dicens. In peccatis natus es totus, & tu doces nos? Ordo rerum exigit: ut priorem locum priora teneant. Inferiora inferius iaceant. Scriptum eſt. Spiritalis omnia iudicat: & ipſe a nemine iudicatur. Et in lege os leproſi claudi præcipitur. Prius igitur recte diſcas: ut ſane doceas, prius bene uiuas, ut iuſte arguas. Hinc

Ioan.9

1.Co.2.

Iob.40. Dominus per Iob. Memento belli, nec addas ultra
loqui. Ac ſi diceret. Tanto ſe ſollicitiorem oportet
exhibere mentem contra nequitiæ ſpiritualia,
quanto illorum arma magis exiſtunt ſubtilia.
Nec de triumphi gratia impatiens fieri de-
bes, uel de uictoria aliquorum hoſtium elatus:
qui multorum pates inſidijs, & a multis es ualla-
tus. Vnde Iohel. Reſiduum erucæ comedit locu-
ſta: & reſiduum locuſtę comedit bruchus: & reſi-
L duum bruchi: comedit erugo. Sequitur. ¶Expergi
ſcimini ebrij, & flete. Vlulate omnes, qui bibitis
Deut.32 uinum in dulcedine: quoniam periit ab ore. Ac ſi
Allego. diceret. Iuxta eſt dies perditionis: & adeſſe feſti-
nant tempora tentationis. Expergiſcimini igitur
a ſomno lætalis negligentiæ: a lecto carnalis con
cupiſcentię: quia inebriati eſtis proſperitate uo-
luptatis tranſitoriæ, fundite lachrymas compun-
ctionis: edite ululatum confeſſionis, qui uino æ-
ſtuatis tranſitoriæ delectationis. Quoniam perijt,
Iaco. 1. inquit, ab ore ueſtro. Hinc Iacobus. Glorietur fra
ter humilis in exaltatione ſua: & diues in humili
tate ſua, quoniam ſicut flos fœni tranſibit. Exor-
tus eſt enim ſol cum ardore, & areſecit fœnum: &
flos eius decidit: & decor uultus eius deperiit: ita
& diues in itineribus ſuis marceſcet. Expergiſci-
mini ad pœnitentiam, flete ad ueniam, ululate ad
gratiam. Qui bibitis uinum in dulcedine, tranſito
Pſal.75. rię uoluptatis: qui inebriamini gloria momenta-
neæ uanitatis: quia ſcriptum eſt. Dormierunt ſõ-
num ſuum, & nihil inuenerunt omnes uiri diui-
M tiarum in manibus ſuis. Sequitur. Quoniam pe-
Iaco.5. rijt ab ore ueſtro. Hinc Iacobus. Agite, inquit, nũc
diuites plorate ululantes in miſerijs ueſtris, q̃ ad
uenient uobis. Diuitiæ ueſtræ putrefactæ ſunt: &
ueſtimenta ueſtra a tineis commeſta ſunt. Aurũ,
& argentum ueſtrum æruginauit: & ęrugo eorum
in teſtimonium uobis erit: & manducabit carnes
ueſtras ſicut ignis. Theſaurizaſtis enim uobis irã
Prou.14 in diebus nouiſſimis. Periit, inquam, uinum ab o-
re neſtro quia ſcriptum eſt. Riſus enim dolori mi
K ſcebitur, & extrema gaudij luctus occupat. Vnde
ſequitur. Gens enim aſcendit ſuper terram meam
fortis, & innumerabilis. Dentes eorum ut dentes
leonis: & molares eius ut catulus leonis. Poſuit
uineam meam in deſertum, & ficum meam decor
ticauit. Nudans ſpoliauit eam, & proiecit: albi fa-
cti ſunt rami eius. Gens iſta, turba eſt iniquitatis:
multitudo ſuperfluitatis: caterua curioſitatis: co
F hors uoluptatis: populus uanitatis. Fortis eſt gẽs
iſta, in expugnatione uirtutum: innumerabilis, aſſi
duitate tentationum. Fortis eſt, uictoria ſceleris:
Leo. Tropolo innumerabilis, inſtantia ſuggeſtionis. ¶Leo, diabo
lus: & dentes eius, animi praui motus: molares,
conſenſus. Catuli, actus. Terra, eſt anima: ipſa quo
que ficus per dulcedinem ſupernæ contemplatio
nis. Vel terra eſt per humilitatem pœnitentiæ: ui
nea per ſubtilitatem intelligentiæ: ficus per ſuaui
tatem eminentis gratiæ. Vel terra eſt per rigorem
abſtinentię. Vinea, per feruorem iuſtitiæ: ficus per
dulcedinem cæleſtis ſapientiæ. Sed hanc gens prę
fata decorticauit, nudauit, proiecit. Decorticauit
actu, nudauit ſenſu, proiecit affectu. Actu probi-
tatis, ſenſu honeſtatis, affectu bonitatis. Vel actu
iuſtitiæ, ſenſu continentiæ, affectu miſericordię.
Rami ſunt animæ deſideria, per quæ extenditur
uſque ad opera: qui albi facti ſunt, quando na-
tiuum uirtutis colorem non amittunt. Sequitur.

Plange quaſi uirgo accincta ſacco ſuper
uirum pubertatis tuę. Perijt ſacrificium,
& libatio de domo Domini. Luxerunt
ſacerdotes miniſtri Domini. Depopula-
ta eſt regio. Luxit humus, quoniam de-
uaſtatum eſt triticum. Confuſum eſt ui-
num, & elanguit oleum. Confuſi ſunt a-
gricolæ, & ululauerunt uinitores ſuper
frumento, & hordeo: quia periit meſſis
agri. Vinea confuſa eſt: & ficus elanguit.
Malogranatum, & palma, & malum, &
omnia ligna agri aruerunt, quia confu-
ſum eſt gaudium a filiis hominum.

¶Hiſtorice. Synagogam nuncupat uirginem, O
propter unius Dei, quam accepit, fidem. Gen- Hiſtorice.
tes uero fuerunt meretrices, & fornicariæ, pro-
pter uarium cultum idololatriæ. Hanc ſcilicet
ſynagogam inuitat ad planctum, & ſaccum ſu-
per uirum pubertatis ſuæ: quia ſcilicet præ mul-
titudine cladis, & præ hoſtilis furore oaſtitatis:
ceſſauit ritus cerimoniarum, & cultus legis. Le-
gis enim cultus ſynagogæ fuit maritus. Vnde
Apoſtolus. Mulier alligata eſt legi uiri quam- 1.Cor.7.
diu uiuit uir eius. Si uero mortuus fuerit, ſo-
luta eſt a lege uiri. Synagoga quoque uſque
ad Chriſtum, legis ex debito tenuit cultum.
Vnde ipſe Chriſtus. Lex, & prophetæ uſque Matt.11.
ad Ioannem. Porro adueniente Chriſto audit.
Si circuncidamini, Chriſtus uobis nihil pro-
derit. Gala.5.
¶ Allegorice. Virginem uocat eccleſiam: pro- P
pter unius Dei fidem, & ſacramentorum inte- Allego.
gritatem. Virgo eſt eccleſia: uirgo eſt maritus
eius Chriſtus. Qui merito uir pubertatis eius
dicitur: quia ita de eo in Hieremia legitur. No- Hier.31
uum faciet Dominus ſuper terram. Fœmina
circundabit uirum, & illud. Virum dolorum, Eſa.53.
& ſcientem ferre infirmitatem. Item in Eſaia Eſa.46.
in perſona patris. Ego, inquit, ſum Dominus
uocans ab oriente auem, & de terra longinqua
uirum uoluntatis meæ. Vir utique pubertatis.
Vnde ſponſa in canticis. Ego (inquit) dilecto Cant.7.
meo: & ad me conuerſio eius. Ac ſi diceret. Si-
cut ego ſola illi, ita ipſe ſolus mihi: & ſicut ego
illi ſoli, ita ille mihi uni. Hæc uirgo ad planctũ, &
ſaccum prouocatur ſuper uirum pubertatis ſuæ:
quia propter ea, quæ inferius continentur, in-
fortunia, flere digne monetur eccleſia. Peccatis
enim exigentibus ordo, ſtatus, ſplendor, cultus
eccleſiæ negligitur, immutatur, deformatur, obfu
ſcatur. Ordo præceptorum, ſtatus conſiliorum,
ſplendor iudiciorũ, cultus ſacramentorum. Ordo
per negligentiam, uel incuriã: ſtatus per concupi
ſcen-

icentiam: ſplendor per auaritiam. Cultus per irre
uerentiam. Vnde eccleſia ſuper contemptũ uiri
Q ſui digniſſime per Iohel incitatur ad lamẽta. Plan
ge, inquit, quaſi uirgo accincta ſacco ſuper uirũ
pubertatis tuæ: quia perijt ſacrificium, & libatio
de domo Domini. Sacrificium dicitur id, quod of
fertur de ſolido: libatio, quod de liquido. Per hæc,
ſacramenta eccleſiæ deſignantur: quæ partim in
ſolido, partim in liquido tractantur. Sed utrunq;
de domo Domini periit: non per ſubſtantiam, ſed
per reuerentiam, quia præualente uitiorum ma-
litia, uix reperitur in eccleſia, qui digne tractet,
uel ſumat ſacramenta. Vnde, & ſequitur. Luxerũt
„ R ſacerdotes miniſtri Domini. Sacerdotes dicun-
tur, quia ſacramenta dant: miniſtri, quia uerbũ
uitæ miniſtrant. Sacerdotes lugent ſubditorum
contemptum in præceptis, uel inobedientiam:
etiam ſui in ſacramentis, quam iuſte merentur, ir
Mal. 1. reuerentiam. Hinc Dominus per Malachiam. Ec-
ce (inquit) ego ad uos o ſacerdotes, qui deſpicitis
nomen meum, & offertis ſuper altare meum pa-
nem pollutum, & dicitis. In quo polluimus te?
In eo, quod dicitis (hoc eſt dici facitis) menſa Do-
mini polluta eſt. Si ergo cum tu miniſter, & ſacer
dos ſis, & requieſcis in lege, & gloriaris in Deo, &
noſti uoluntatem eius, & probaſti utiliora, inſtru
ctus per legem confidis te eſſe ducem cæcorum:
lumen eorum, qui in tenebris ſunt, eruditorem
inſipientium, magiſtrum infantium, habentem
Rom. 2 formam ſcientiæ, & ueritatis in lege. Qui ergo
alium doces, teipſum non doces? Qui dicis non
furandum, furaris. Qui prædicas non mœchan-
dum, mœcharis. Qui abominaris idola, ſacrilegiũ
facis. Qui gloriaris in lege, per præuaricationem
legis Deum inhonoras. Nomen Dei per uos bla-
Hier. 23. ſphematur inter gentes. Hinc Hieremias. A ſacer
Soph. 3. dotibus (inquit) egreſſa eſt iniquitas. Et Sopho-
nias. Sacerdotes (inquit) polluerunt ſanctum tuũ:
Mala. 2. iniuſte egerunt contra legem. Et Malachias. Vos
autem (inquit) receſſiſtis de uia: & ſcandalizaſtis
plurimos in lege: & irritum feciſtis pactum meũ,
S dicit Dominus. Ecce praua eorum merita. Sequi-
tur de luctu eorum, & irreuerentia: de quibus
Mala. 2 Dominus per Malachiam. Mittam (inquit) in uos
egeſtatem: & maledicã benedictionibus ueſtris:
& maledicam illis, quoniam non poſuiſtis ſuper
Mala. 2. cor. Item per eundem. Ecce ego (inquit) proijciã
uobis brachium, & diſpergam ſuper uultum ue-
ſtrum ſtercus ſollennitatum ueſtrarum. Item idẽ.
Mala. 2. Propter quod (inquit) ego dedi uos contemptibi
les, & humiles omnibus populis: ſicut non ſerua-
ſtis uias meas, & accepiſtis faciem in lege. Sequi-
„ tur. Depopulata eſt regio. Luxit humus: quoniam
„ deuaſtatum eſt triticum. Confuſum eſt uinum, &
„ elanguit oleum. Confuſi ſunt agricolæ, ululaue-
„ runt uinitores ſuper frumento, & hordeo, quia
„ periit meſſis agri. Vinea confuſa eſt, & ficus elan-
„ guit. Malogranatum, & palma, & malum, & om-
„ nia ligna agri aruerunt. Regio eccleſiæ, latitudo
„ eſt obedientiæ; humus, humilitas pœnitentiæ:
T triticum, ſanitas doctrinæ: uinum, intelligentiæ
ſpiritualis ſubtilitas. Agricolæ, & uinitores, ſacer
dotes, & prædicatores. Sed agricolæ dicuntur
propter informationem morum: uinitores pro-
pter eam, quam infundunt mentibus audien-
tium, lætitiam æternorum. Agricolæ, quia ad
actionem iuſtitiæ informant. Vinitores, quia ad
amorem ſapientiæ animos audientium excitant.
Vel agricolæ, quia terrena opera, & deſideria do-
ctrina ſua coercent. Vinitores, quia dona ſpiritua
lia promittunt, & lætitiam æternorum mentibus
auditorum inferunt. Hordeum, eſt ſimplex do-
ctrina, & hiſtorialis: meſſis agri, bonorum ope-
rum ſimplicitas fertilis. Vinea, ſcientiæ diuinæ
ubertas. Ficus, dulcedo contemplationis, & æter-
norum ſuauitas. Malogranatum, eſt feruor mar-
tyrii. Palma, contemptus mundi. Malum ſimplex,
opus fidei: omnia ligna cætera, ſunt pœnitentiæ,
uel miſericordiæ opera. Singula uero ſuis coapta-
re locis ad alia feſtinantes omittimus: quod faci
le, & utile lectoris exercitio relinquimus. Sequitur.

## Quoniam confuſum eſt gaudium a filiis hominum.

¶ Merito confuſum eſſe dicitur gaudium ex defe
ctu præcedentium: quia ex eorum inedia pericli
tatur populus: contemnuntur ſacerdotes: infir-
mantur eccleſiæ.
¶ Sciendum quoque, quòd gaudium diuiditur V
quadrifariam. Eſt enim gaudium iniquitatis, eſt Gaudiũ.
uanitatis, eſt charitatis, eſt felicitatis. De primo le Prou. 2
gitur. Qui lætantur cum malefecerint: & exultant *Nota de*
in rebus peſſimis. De ſecundo. Tenent tympanũ, *quadrupli*
& citharam, & gaudent ad ſonitum organi. De *ci gaudio.*
tertio. Exultabunt ſancti in gloria: lætabuntur in Iob. 21.
cubilibus ſuis. De quarto. Beati, qui habitant in Pſal. 149
domo tua Domine: in ſecula ſeculorum lauda- Pſal. 83
bunt te. Gaudium igitur charitatis, & felicitatis
præmium confuſum eſt a filiis hominum: quia
deficientibus præfatis uirtutibus, ubi cognitio ue
ritatis, & amor uirtutis non præcedunt, ceſſanti-
bus meritis: nulla uel hic, uel in futuro ſalutis pˉ-
mia ſuccedent. ¶ Tropologice uero ea, quæ allego X
rice de eccleſia diximus ſuper ſtatu animæ inter- Tropolo
pretari poſſumus. Anima namque uirgo eſt con- gice. Ani
ditione naturæ: uirgo priuilegio gratiæ, uirgo ma uir-
quoque præmio gloriæ. Animam ſiquidem me- go.
retricem facit inordinata concupiſcentia: caſti-
tatem ei reddit uirilis pœnitentia: uirginitatem
ſapiens innocentia. Quaſi enim caſta eſt anima;
dum per opera, & affectum iuſtitiæ cruciatum, &
timorem inuaſit pœnitentiæ: necdum tamen ad
culmen ſublimatur innocentiæ. Fornicaria eſt Anima
igitur anima in proſtibulo: coniugata in atrio: fornica-
continens in domo: uirgo in thalamo. In pri- ria.
mo exponitur concupiſcentiæ: in ſecundo ope-
ra facit pœnitentiæ: in tertio plangens uitium,
deſiderio afficitur iuſtitiæ: in quarto uirgineis io
cundatur amplexibus, & oſculis ſapientiæ. Forni-
caria igitur eſt anima p concupiſcẽtiæ iniquitatẽ:
caſta per continentiæ humilitatẽ: continens per
iuſtitiæ puritatem: uirgo per cõtẽplationis ſubli-
mitatem. Vir eius pubertatis Chriſtus eſt, deſpon Y
ſator uirginitatis. Quia uero ab eo receſſit per ui- Aię uir.

tium prauæ concupiſcentiæ, ad eum reuerti mo-
neiur per luctum, & opera, & habitum pœniten
,, tiæ. Et hoc eſt, quod dicit. Plange quaſi uirgo ac-
Z cincta ſacco &c. ¶ Sacrificium, eſt mortificatio carnis: Libatio, fletus compunctionis. Regio, ſere uitas conſcientiæ. Humus, humilitas cognitionis propriæ: Triticum, amor iuſtitiæ: Vinum, feruor ſapientiæ: Oleum, odor miſericordiæ. Ficus, dulcedo, & ſuauitas contemplatiuæ lætitiæ. Hordeū, abiectio pœnitentiæ, Agricolę, gemitus, & motus confeſſionis. Vinitores, deſideria compunctionis & ſuſpiria contemplationis. Palma, contemptus terrenorum: Malogranatum, ardor, & ſitis præmiorum. Malum ſimplex, boni affectus. Ligna alia, cæterarum uirtutum ſunt deſideria; uel potius opera, & profectus. His amiſſis confuſum eſt gaudium: quibus poſſeſſis ordinatum, & glorioſum diſponitur præmium. Sequitur,

Accingite uos, & plangite ſacerdotes: ululate miniſtri altaris. Ingredimini: cubate in ſacco miniſtri Dei mei, quoniã interijt de domo Dei ueſtri ſacrificium, & libatio. Sanctificate ieiunium: uocate cœtum. Congregate ſenes omnes habitatores terræ in domum Dei ueſtri: & clamate ad Dominum. A, A, A, diei: quia prope eſt Dies Domini, & quaſi uaſtitas a potente ueniet.

A Vere tenebroſa eſt aqua in nubibus aeris: quia
Pſal. 17 occulta ſcientia in prophetis. Tenebras utique latibulum ſuum Dominus poſuit: quia propheticum eloquium, in quo latet multis cibus abſconditus, magnis, & multis obſcuritatibus uerborū, & ſermonum inuolucris circunſepſit. Ecce Iohel calamitatis ordinem miro dicendi artificio proſequitur, urbano, & colorato orationis genere ad mouendum iudicem eleganter nititur. Prius enī ex modo, & ordine infortunij: deinde ex dignitate, & habitu, & ordine ſupplicandi remedio pie
B tatis innititur. Ordo infortunij hic eſt. Prius enī oſtendit uaſtata ſenſu carentia, deinde afflicta ſenſum tantum habentia: deinde captiuata ratione utentia: ut ordinem ſcilicet calamitatis, ordo committetur pietatis: Primò parcens conditioni; ſecūdo ſenſualitati: tertiò rationi. Cōditioni creator: ſenſualitati ordinator; rationi ſaluator. Primò naturæ, ſecundò gloriæ, tertiò gratiæ. Primo parcēs, ne corrumpat naturam; ſecūdò, ne deleat formã: tertiò, ne retrahat gratiam. Ac ſi diceret, Iuſte ſupplicamus tibi Domine pro natura, quia eam creaſti: iuſte pro forma; quia eam ſenſibus formaſti. Iuſte pro gratia, quia eam gratis ratione illuminaſti. Serua igitur Domine in creatura rationali gratiam uirtutis: & lumen rationis. Tuere in ſenſuali munus formæ, & habitum compoſitionis. Serua in naturali opus, & munimentum condi-
C tionis. ¶ In ſupplicandi quoque genere: dignitate uirginum, ordine ſacerdotum, habitu utitur pœnitentium: ut ſcilicet, & per humilitatem

*Pulchrum de noſtra ad Deū ſupplicatione.*

pœnitentiæ ſeruus Dominum, & per reuerentiam ſanctimoniæ ſacerdos Deum, & per affectū, & unionem coniugij, uirgo ſponſa moueat maritum, ad indulgentiam, ad gratiam, ad gloriam. Seruus ſupplicat pro indulgentia: ſacerdos pro gratia; ſponſa pro gloria. Pro indulgentia peccatorum, pro gratia donorum, pro gloria præmiorum. Hoc eſt autem perfectiſſimum genus D
ſupplicationis; in quo ſupplicatur pro depulſione infirmitatis, pro reſtitutione ſanitatis, pro cō, ſeruatione libertatis. ut ſcilicet medelam adhibeat morbo, cautelam dono, tutelam bono. Hoc per exceſſum diximus, nunc ad expoſitionem literę redeamus. ¶ Hiſtorice. Præfatum infortunium ſub alio typo uerborum oſtentat. Sacerdotes, ſenes, & terræ habitatores ad planctum, & ſaccum, & ieiunium conuocat; ſi forte conuertatur Deus, & ignoſcat.

*Hiſtorice.*

¶ Allegorice. Infortunia, & detrimenta ſpiritalia ſignificat eccleſiæ; oſtendens in ea defectum religionis, contemptum ſanctimoniæ, & periculum ordinis. Vnde & ſacerdotes primo inuitat ad pœnitentiam: per quorum præcipue negligentiam, & cultus iuſtitiæ, & rigor diſciplinæ, & forma doctrinę, & facies eccleſię, in irreuerentiam corruit. Vnde, & populus per diuerſa uitiorum latibula curſitans diſperijt. Vnde, & Hieremias. Non crediderunt reges terræ, & habitatores urbis, quod ingrederetur hoſtis, & inimicus per portas Hieruſalem: propter peccata prophetarum eius, & iniquitatem ſacerdotum eius, qui effuderunt in medio eius ſanguinem iuſtorum. Errauerunt cæci, polluti ſunt ſanguine. ¶ Accingite, inquit, uos, & E
plangite ſacerdotes. Quia de cinctione ſe intulit mentio: uideamus quæ ex ea fieri poſſit diuiſio. In diuino namque legimus eloquio, alios accinctos, nonnullos præcinctos: præcinctos quoque quoſdam circa lumbos, zona uero aurea ad mamillas alios. Succinctos facit humilis pœnitentia. Accinctos uirilis, & conſtans obedientia. Præcinctos, perfecta patientia. Præcinctos circa lumbos, corporis continentia, uel ſanctimonia. Circa mamillas zona aurea, interioris hominis perfecta munditia, uel diuina ſcientia. Hic eſt ordo perfectæ conuerſionis. Hic eſt ritus deuotæ religionis, ut prius reuertatur peruerſus per humilem pœnitentiam; deinde conuertatur auerſus ad obedientiam: deinceps conuerſus aſcendat ad ſplendorē ſanctimoniæ: demum conſtans, & patiens ad mētis puritatem euolet ad cæleſtis culmen ſapientiæ. Accingite igitur uos, & plangite ſacerdotes: ululate miniſtri altaris. Ingredimini, & cubate in ,,
ſacco miniſtri Dei mei: quoniam interijt de do- ,,
mo Dei ueſtri ſacrificium, & libatio. Hic tradi- ,,
tur ordo perfectę pœnitentiæ, quo ſacerdotes ,,
iubentur ad ſtatum redire obedientiæ. Siquidem perfectæ pœnitentiæ tria ſunt neceſſaria: F
compunctio ſcilicet mentis, confeſſio oris, mortificatio carnis. Compunctio delictorum, confeſſio peccatorum, mortificatio uitiorum. Compunctio uanitatis, confeſſio iniquitatis, mortificatio ſuperfluitatis. Hęc in præſenti pagina deſi-

*Allegorice.*

*Thre. 4.*

*Notandus ordo Accinctus, Succinctus, Præcinctus.*

*Pœnitentiæ ordo*

deſignat propheta planctum referens ad compun
ctionem, ululatum ad confeſſionem, ſaccum ad
mortificationem. Quod autem ſaccum iubet
ingredi, innuit mortificatione carnis non paſſim
Rom. 12 effluere oportere, ſed obſequium noſtrum ratio
nabile perutile fieri. Hinc & Apoſtolus, Obſe-
cro, inquit, uos per miſericordiam Dei, ut exhi-
G beatis corpora ueſtra hoſtiam uiuam, ſanctam,
Deo placentem, rationabile obſequium ueſtrum.
In ſaccum itaque intratur: quotiens pure, deuo-
*Vide quæ-* te, diſcrete, caro mortificatur. Non ſaccum intrat,
*ſo quàm Lepide* ſed ſaccum diſſuit, quotiens quis excedendo mo-
*Hugo no-* dum, carnem ſuam cruciat, & atterit. Non in ſac-
*ſter in o-* cum ingreditur, ſed ſaccum ungit: qui carnem illi
*bus diſcur-* cite fouet, & eius deſideria colit. Saccum uero
*rat.* ingreditur: quiſquis abſtinentiæ iugum deuote
amplectitur. In ſacco cubat: quiſquis in mortifi-
ficatione carnis ſe delectat. In ſacco cruciatur,
quiſquis in angaria abſtinentiam ſectatur. Do-
Sacrifi- mus Dei, eſt eccleſia: ſacrificium, & libatio, gemi-
cium & na ſunt ſacramenta. Sacrificium ad illa pertinet,
Libatio. quæ fiunt de ſolido: libatio ad ea, quæ fiunt de li-
quido. Solida ſunt illa, quæ pertinent ad oblatio-
nes tam ſpirituales quàm corporales. Liquida, ad
baptiſmum, & unctiones. Vel ſacrificium perti-
net ad actionem: libatio ad contemplationem.
In actione ſiquidem eſt afflictio, & anxietas: in cō
templatione dulcedo, & ſuauitas. In ſacrificio
actionis homo ſalubriter affligitur. In libatione
contemplationis anima feliciter delinitur, & ſua
uiter refouetur. Sequitur.

Sanctificate ieiunium, uocate cœtum.
Congregate ſenes, omnes habitatores
terræ in domum Dei veſtri: & clamate
ad Dominum. A, A, A, diei: quia prope
eſt dies Domini, & quaſi uaſtitas a po-
tente ueniet.

¶ Poſtquàm ſacerdotes purgati ſunt per pœni-
H tentiam, & ordinati per obedientiam: tunc cœ-
tum uocant ad eccleſiam, decenter ſenes, & habi-
tatores terræ congregant ad extorquendam ue-
niam, ad placandam ſuperni iudicis iram: ad im-
petrandam miſericordiā, quia ſcriptum eſt. Qui
Pro. 28. obturat aurem ſuam ne audiat legem: oratio eius
Eſa. 1. fiet execrabilis. Vnde & alibi dictum eſt. Quie-
ſcite agere peruerſe, diſcite benefacere, quærite
iudicium, ſubuenite oppreſſo, iudicate pupillo, dē
fendite uiduā: & uenite, & arguite me, dicit Do-
I minus. ¶ Intuere, lector, ordinem impetrandæ mi
*Nota ordi* ſericordiæ, flagitandæ diuinæ clementiæ: modū
*nem impe* eundi ad thronum gratiæ. Prius eſt enim ſanctifi-
*trandæ mi* ficare ieiunium: poſtea uocare cœtum: deinde cō
*ſericordiæ.* gregare ſenes, & populum: deinde clamare ad
Matt. 6. Dominum in cōmune. Ieiunium ſanctificare oſten
dit nobis Saluator, dicens. Tu autem cum ieiunas
unge caput tuum, & faciem tuam laua. In facie
operatio, in ablutione compunctio, in unctione
compaſſio, in capite mentis deuotio. Hæc omnia
ieiunij exigit ſanctificatio: ut ſcilicet abſtinentiā
purificet compunctio, ordinet compaſſio, toleret
deuotio: formet operatio. Compunctio ſui, com
paſſio proximi, deuotio Dei. Actio uero ad alteru
trum ſuum refert negocium. Cœtus proprie eſt
ſapientium. Senes ſunt prudentes. Terræ habita-
tores ſunt legis inquiſitores. Clamor ad Domi-
num: eſt ſupplicatio pro remedio contra infortu
nium. Cuiuſmodi uerò ſupplicatio debeat fieri
propheta oſtēdit in præſenti, dicens Clamate ad
Dominum. A, a, a, diei: quia prope eſt dies Domi- ,,
ni. Non debemus præmere ſilentio, quæ a quodā ,,
accepimus Iudæo iuxta Gamalielis nænias elo- K
quenti, & perito. Ait enim. Iohel præuidens uen Iudæi in
turæ captiuitatis imminens exitium: ſuperni iudi terpreta
cis extinguere impetum ex affectu plangentis, p̄- tio.
terita reuocans ad memoriam, iudicē ſatagit cir-
cumuenire, & ad pietatem feſtinat inflectere, di-
cens: A, a, a, diei: quia prope eſt dies Domini. Ter
poſuit A, quia tria præcipue fuerunt iudaici popu
li infortunia. Primum quando tenti ſunt ab Ægy
ptijs: ſecundum quando ab Aſſyrijs: tertium quā
do a Babylonijs. A, interiectio eſt plangentis, & fa
ctum miſerandum miſerabiliter exponentis. Di- Ah
cit ergo. A. Intrauit Iſrael in Ægyptū: Iacob acco Pſal. 104
la fuit in terra Cham. A. Sicut turbines ab Aphri- Eſa. 21.
co ueniunt de deſerto: ueniunt de terra horribi-
li. A. Aquila grādis magnarum alarum, longo mē Ezec. 17.
brorum ductu: plena plumis, & uarietate, uenit
ad libanum, & tulit medullam cedri. Ac ſi dice-
ret. A. Ægypto manum dedimus: & inde dolor.
A. & Aſſyrijs, ut ſaturaremur panibus: & inde mœ
ror. A. repulit Dominus altare ſuum. & maledixit Pſal. 76.
ſanctificationi ſuæ: & inde terror. Ac ſi diceret.
A, Nunquid in æternum proijciet Deus, aut non
apponet ut complacidior ſit adhuc? A, Vſque quo Pſal. 12.
exaltabitur inimicus meus ſuper me. A, Tu exur- Pſal. 101
gens Domine miſereberis Sion: quia tempus mi- L
ſerendi eius, quia uenit tempus. ¶ Aliter ter po-
ſuit A: quia ſunt mala quoque tria. Ignorantia,
concupiſcentia, & miſeria. Legis naturalis præua
ricatio attulit ignorantiam. Legis ſcriptæ trāſgreſ
ſio, inordinatam propagauit concupiſcentiam.
Prophetiæ contemptus miniſtrauit miſeriam. Di
catur ergo A, præuaricata eſt lex naturalis: idem
dolor: ſed uindicatum eſt in ea, captiuitate ægy-
ptiaca. A. præuaricata eſt lex ſcripta, inde mœror:
ſed uindicatum eſt in ea, captiuitate Aſſyria. A, cō
temnitur prophetia, inde terror: ſed & hoc diſpo
nis uindicare, captiuitate Babylonica. A, incidim*
in miſeriam, quam uindicaſti. A, decidimus in cō
cupiſcentiam, quam puniſti. A, incidemus in miſe
riam horrendam: quam diſpoſuiſti. ¶ Aliter quæ
ſuper trina captiuitate diximus: ad ultimam re- M
ferre poſſumus. Tria ſiquidem Babylonicæ ca-
ptiuitatis fuerunt miſerrima infortunia. Templi
ſcilicet euerſio, urbis deſtructio, populi tranſmi-
gratio. Ac ſi diceret. A, populus tuus in tranſmi-
gratione in captiuitatem ducetur: ſed miſerere
Domine plebi tuæ, ſuper quam inuocatum eſt no Eccl. 36.
men tuum, & Iſrael, quem coæquaſti primogeni
to tuo. A, ciuitas deſtruetur: ſed miſerere ciuita-
ti ſanctificationis tuæ Hieruſalem: ciuitati requiei
tuæ. A, templū euertetur: Sed audi Domine hym- 3. Reg 8
num,

num,& orationem, quam ſerui tui orant coram
te hodie:ut ſint oculi tui aperti ſuper domũ hãc
N die ac nocte.Hæc hiſtorice dicta ſunt.¶Allegori-
Allego. cæ uero aliter exponi poſſunt.Iohel namque præ-
uidens ruinam populi ſui in aduentu Ieſu Chriſti,
compatiendo lamentatur:lamentando ad caute-
lam exhortatur,dicens. A, a, a, diei quia prope
eſt dies Domini: & quaſi uaſtitas a potente ue-
niet. Ac ſi diceret.A, ueniet qui auertet impieta-
Eſa.53. tem a Iacob,& eripiet iugum ab Iſrael.A. Et non
eſt ei ſpecies, neque decor: & uidimus eum, &
non erat aſpectus. A, & quaſi abſconditus uultus
*Diſcurrit optimè.* eius,& deſpectus.Vnde nec reputauimus eum.Ve
re languores noſtros ipſe tulit,& dolores noſtros
ipſe portauit.A,& putauimus eum quaſi leproſũ,
& percuſſum a Deo,& humiliatum.A,quia uidi-
mus,& non cognouimus, A, quia audiuimus, &
contempſimus. A, quia operantem bona accepi-
mus, & pro nobis orantem interfecimus. Audiui
mus uerba,accepimus beneficia, uidimus miracu
la.Sed A,uerba contempſimus.A,beneficiis ingra
ti fuimus. A,miraculis detraximus. Audiuimus
docentem in monte: ſed A, hæc ſurda aure per-
tranſiuimus: inde dolor. Vidimus eum turbas pa
ſcentem iuxta mare, ſed A, non curauimus: inde
mœror. Vidimus eum pendentem in cruce: ſed
A, contempſimus,& inde terror.Audiuimus do-
ctrinam, accepimus uitam,uidimus mortem. Do
ctrina uero illius noſtram cæcitatem illuminauit.
A,cui non obtemperauimus. Vita eius noſtram
informauit.A,quam non recepimus. Mors eius
mortem noſtram captiuauit. A,quam contempſi
O mus,immo quam fecimus.¶Dies &c.Iuxta allego
riç leges,Tempus incarnationis uerbi ſignificati
Dies Domini ipſum repræſentat: qui bene dici-
tur Domini, quia tunc factum eſt iudicium mun
Ioan.12. di. iuxta illud euangelij. Nunc iudicium eſt mun
di: nunc princeps huius mundi eijcietur foras.
Dies domini. Dies Domini tripliciter accipitur: ſcilicet uel tẽ-
pus incarnationis, uel dies obitus hominis, uel
dies extremi examinis. Qui recte ſolius Domini
dicitur: quia ſolius eius poteſtas noſcitur: quod eius
ſapientia in primo iudicij facit examen: in ſecun
do diſcernit meritum: in tertio uariat præmium.
Sequitur.

Nunquid non coram oculis ueſtris ali-
menta perierunt: de domo Dei ueſtri læ
titia, & exultatio? Computruerunt iu-
menta in ſtercore ſuo. Demolita ſunt
horrea: diſſipatæ ſunt hypothecæ: quo-
niam confuſum eſt triticum. Quid inge
muit animal: Mugierunt greges armen-
ti? Quia non eſt paſcua eis. Sed & greges
† pecorum diſperierunt. Ad te Domine
†paſtorũ uel porcorum. clamabo: quia ignis comedit ſpecioſa de
ſerti: & flamma ſuccendit omnia ligna
regionis. Sed & beſtiæ agri,quaſi area ſi-
tiens hymbrem, ſuſpexerunt ad te, quo-
niam exſiccati ſunt omnes fontes aqua-
rum: & ignis deuorauit ſpecioſa deſerti.

P
¶Poſt traditum modũ ſupplicationis ipſius, ſub-
nectit cauſam doloris: ut dum multa, & magna
patent detrimẽta: ſupplicatio protendatur deuo-
ta,& ignita.Detrimẽta uero ſũt hęc: putredo fęti
da iumentorũ: anxietas aialium: interitus peco-
rũ: demolitio horreorũ: apothecarũ diſſipatio:
paſcuę inanitio.Cauſa uero hæc eſt: ſpecioſorum
cõbuſtio,lignorũ ſuccenſio, fontium exſiccatio.
Sicut igitur corporalia alimenta conſtat eſſe tri-
faria:ita & ſpiritualia.Quædam enim ſunt ad ſani
tatem,& non ad fortitudinẽ: quædam ad fortitu
dinem,& non ad ſanitatem: nonnulla uero ad ſa-
nitatem,& ad fortitudinẽ.Ex primis naſcitur ele-
gãs, & idonea forma. Ex ſecundis uirilis, & con-
ſtans audacia.Ex tertijs uenuſtas formæ, & fœcun
ditas potentiæ.Sed quia tetigimus carnalia,nunc
redeamus ad ſpiritualia. Quatuor enim ſunt .ſ. *Diſcurrit elegant.*
pręcepta, exercitia, uirtutes, chariſmata. Præce-
pta uero ſunt ad ſanitatem: Exercitia ad fortitudi Q
nem: Virtutes ad formam: Chariſmata ad auda-
ciam. Lætitia eſt de tranſitoriis:exultatio de æter-
nis.Hæc autem alimenta,quæ ſunt exultatio,& lę
titia,perierunt de domo Dei. i. de eccleſia, quia
præcepta calcantur:uirtutes contemnuntur,exer
citia perierunt,chariſmata receſſerunt. Vnde Sal- Luc.18.
uator.Filius hominis ueniens, putas inueniet fidẽ
ſuper terram? Item idem. Vulpes foueas habent, Luc.9.
& uolucres cęli nidos:Filius autem hominis non
habet ubi caput ſuum reclinet. Et Paulus. In no- 2.Ti.3.
uiſſimis (inquit) temporibus erunt homines ſe-
ipſos amantes,cupidi, elati,ſuperbi,blaſphemi,pa
rentibus inobedientes,ingrati, ſceleſti, ſine affe-
ctione,ſine pace,criminatores,incontinentes, im-
mites,ſine benignitate, proditores, proterui,ti-
midi,uoluptatum amatores magis quàm Dei: ha
bentes quidem ſpeciem pietatis, uirtutem uero
eius abnegantes. Iumenta ſunt luxurioſi, armen-
ta curioſi,† porci guloſi, animalia petulantes, & †pecora
cupidi.Horrea,authentica eloquia.Apothecæ,ex-
poſitorum uolumina. Paſcua, paſſiones ſancto-
rum, & geſta, in quibus eſt uitæ forma, & morũ
decentia inueniuntur exempla. Triticum, eſt
ſpiritualis doctrina:ſtercora, ſunt uitia, & pecca-
ta. Lectoris uero ingenio ſingulorum adaptatio
nem ad alia feſtinans committo. Sequitur. Ad te
Domine clamabo, quia ignis comedit ſpecioſa ,,
deſerti &c. Ignis occaſionem facit propheta ad ,,
R
Dominum, oſtendens cauſam omnium præfato-
rum inconuenientium: quia ſcilicet dum ceſſant
uirtutum exempla, dum ſilet uitæ doctrina,dum
religionis tepeſcit feruor, dum perfectionis tor-
peſcit rigor: uirtus fugit, ſuccedentibus uitiis:
ſcientiæ lumen extinguitur,orientibus tenebris:
religionis pulchritudo nigreſcit, creſcentibus ne
gligentiis:in mente pœnarum exitio,lætitia puni
tur:& exultatio ſcatentibus anguſtiis. Hinc Eſa
ias.Propterea(inquit)captiuus ductus eſt populus Eſa.5.
meus:quia non habuit ſcientiam. Nobiles eius
interierunt fame,& multitudo ſiti exaruit. Pro-
pterea infernus dilatauit animam ſuam, & opę-
ruit

uir os ſuum abſq; ullo termino : & deſcendunt fortes eius,& populus eius, & ſublimes, glorioſi-
S que eius ad eum. ❡ Allegorice uero, Ager, eſt uita
Allegorice. ſecularis: regio, uita eccleſiaſtica, ſed communis : deſertum, perfectio religionis : deſerti ſpecioſa, monachorum ſunt, & anachoritarum ornatiſſima corda : ligna regionis, eccleſię prælatorum agmina: beſtię, ſimplices, & idiotæ : fontes aquarum, doctores populorum: ignis, cupiditas: flamma, luxuria. Sequitur.

Iohel.2. CAnite tuba in Sion : ululate in monte ſancto meo. Conturbentur omnes habitatores terræ: quia uenit dies Domini, quia prope eſt dies tenebrarum, & caliginis, dies nubis, & turbinis. Quaſi mane expanſum ſuper montes populus multus, & fortis &c.

T ❡ Poſt inuocationem, & infortunij multifariam expoſitionem, redit propheta ad populi exhortationem, oſtendens magnitudinem uenturæ cladis proximæ captiuitatis excidij imminentis : ut ſcilicet populum ad terrorem diuini iudicij commoueat : ad dolorem compunctionis ſalubriter commoueat: ad amorem obedientiæ utiliter accingat. Hoc autem agit, a multitudine cladis, a qualitate hoſtis, a genere uictoriæ, a pondere miſeriæ, a facilitate triomphi, a zelo mali, a metu obſeſſorum priocipum, & ignauia uallati populi. Singula uero ſuis coaptare locis, non eſt animi ad ſe-
V quentium explanationem feſtinãtis. Quamobrẽ lectoris exercitio relinquimus iſta, ſicut & alia. Hortatur ergo propheta hyperbolice in Siõ canere, in mõte ſancto ululare, omnes habitatores terrę metu affici. Hortatur, inquam, in commune omnes diuinorum iudiciorum pedibus proſterni, ſi quo modo Deus de præparato habitaculo ſuo ſuper filios homioom reſpiciat : ſi quandoq; procellam in auram uertat : ſi tandem a naufragio captiuitatis ad portum coololationis eos reducat dicens. Canite tuba in Sion &c. Per Sion, intelligite arcem templi: per montem, ciuitatem: per terram, ſuburbana. In Sion regem, & principes: in templo prophetas, & ſacerdotes : in terra populum, & inferiores dignitates. Dies Domini, aduentus exercitus Babylonis. Qui merito Domi-
X ni dicitur, quia iniuriam Domini per inobedientiam populi diuino nutu ulciſcitur. In qua die tenebræ, & caligo: nubes, & turbo Iudaico irrogatur populo. Tenebræ, quia neſcierunt conſiliũ: caligo, quia ipſius non timuerunt iudicium : nubes, quia eiuſdem noo meruerunt ſubſidium: turbo, quia eum exaſperando male, inciderunt tantæ cladis naufragium. Quæ dies uenit quaſi mane expanſum ſoper montes: quia Dei non contemplati ſunt conſilium, & prudeotiam tempore ſuæ cęcitatis, ſubito præoccupati anguſtia neceſſitatis iuſte corruerunt : negociorum amittentes proui-
Y dentiam. ❡ Sciendum uero, quòd Iohel in præſenti hiſtorialiter de captiuitate Babylonica loquitur: quod ex oerbis ſequentibus manifeſte colligitur. Dicit enim.

Quaſi mane expanſum ſuper montes populus multus, & fortis. Similis enim non fuit ei a principio, & poſt eum non erit uſque in annos generationis, & generationis. Ante faciem eius ignis uorans, & poſt eum exurens flamma. Quaſi hortus uoluptatis terra coram eo : & poſt eum ſolitudo deſerti : neque eſt qui effugiat eum. Quaſi aſpectus equorum aſpectus eorum: & quaſi equites ſic current. Sicut ſonitus quadrigarum ſuper capita montium exilient: ſicut ſonitus flammæ ignis deuorantis ſtipulam : uelut populus fortis præparatus ad prælium. A facie eius cruciabuntur populi : omnes uultus redigentur in ollam. Sicut fortes current : quaſi uiri bellatores aſcendent murum. Viri in uiis ſuis gradientur : & non declinabunt a ſemitis ſuis. Vnuſquiſq; fratrem ſuum non coarctabit: ſinguli in calle ſuo ambulabunt. Sed & per feneſtras cadent, & non demolientur : urbem ingredientur : in muro current : domos conſcendent : per feneſtras intrabunt quaſi fur.

❡ Hoc nequaquam de Ægyptia ſeruitute, oel Aſſyria captiuitate recte intelligitur. In illis nanque populus tantummodo captiuatur : in hac uero ſcilicet Babylonica uniuerſa regio uaſtatur : humus ad integrum deſolatur: ciuitas deſtruitur: regnom diſſipatur: templum funditus euertitur: ſacerdotium de medio tollitur. Ordinem uero exercitus Babylonici, & modum, ritumque eius, & negotium diligenter Iohel proſequitur : commendans eum a multitudine, a fortitudine, ab immanitate crudelitatis. Ab impetu uaſtitatis, a ferocitate ſuperbiæ, a cingulo glorioſæ militiæ, a prudentia ſollicitudinis, a terrore ſæui regiminis, a ſubiectione hoſtiom, a metu, & pauore ſuccumbentiũ, a facilitate uictoriæ, a oirtute conſtantiæ, a prouidentia concordiæ, a totela ſui, a tutela negocij, a deprædatiooe inimici. Seqoitur.

A facie eius contremuit terra : moti ſunt & cæli. Sol, & luna obtenebrati ſunt : & ſtellæ retraxerunt ſplendorem ſuum.

❡ Terra, eſt populus: cæli, ſacerdotes & iuſti : ſol, rex: luna, iuſtitia: ſtellæ, prophetæ. A facie (inquit) eius contremuit terra : quia ſuperueniente captiuitatis miſeria, & prophetia ſiluit, & maieſtas regia deperijt, & cultus iuſtitię euanuit, & populus oppreſſus infortunio timore ſuccubuit. Sequitur.

Et Dominus dedit uocem ſuam ante faciem exercitus ſui: quia multa ſunt nimis caſtra eius ; quia fortia, & facientia uerbum eius.

❡ Vox

Z ¶Vox Domini, inſpiratio populi: facies, erat exercitus, ordo, cultus, ſplendor, ritus, forma, modus. Ordo uexillorum, cultus deorum, ſplẽdor armorum, ritus negociorum, forma regiminis, modus itineris. Inde fortia, inde uerbum eius facientia.

*Vide quã optime decurrit.*

Hæc hiſtorialiter prælibauimus: nunc ea allegorice diſcutiamus.

Allego.

Quidam captiuitatem iſtam ad ultimum referunt iudicium, interpretantes ruinam in eo fieri ob præfata ſcelera. Hæc autem uidentur aſtipulari a pſalmiſta dicente.

Pſal. 77.

Miſit in eos iram indignationis ſuæ, indignationem, & iram, & tribulationem, immiſſiones per angelos malos. Sed quomodo quædam huic intelligentię ſeruiant non uideo. Quomodo enim in illo examine, aſpectus eorum, dæmonũ ſcilicet, erit quaſi aſpectus equorum? & quomodo ut equites current? quomodo ſuper capita montiũ exiliẽt? quomodo quaſi uiri bellatores murum aſcendent? cum etiam de bonis angelis in eos legatur

Iob. 41.

Cum ſublatus (inquit Iob loquens de apoſtata angelo) fuerit: timebunt angeli: & territi purgabuntur. Nos autem huius explanationis opacitatem perſpicaciori linquimus ingenio: aliam fortaſſis luculentiorem, & literæ uicinius obſequentem cudentes: ſine ſententiæ melioris præiudicio.

A Propheta igitur Iohel oculo prophetię præuidens ſpiritualem Babylonium, uniuerſum orbem tyrãnice uaſtãtem, humano generi crudeliter dominantem, abſorbentem fluuium: non eſt euiratus, ſed habet fiduciam, q̃ influat Iordanis in os eius. Videt gentilem populum dicatum idolis, fraudatum gratia propheticæ, uiduatum præuilegio gratiæ. Contemplatur quoque aduentum Chriſti, incarnationem uerbi, miſſionem paracliti, prædicationem Apoſtolorum, angulum duorum populorum, aſſumptionem gentilis populi, & partem minimam iudaici, contẽptum uero maioris reſidui. Pro gratia ergo aſſumpti iudaici: hortatur in Sion tuba canere: pro ira reprobati reſidui in

» monte ululare dicens. Canite tuba in Sion: ulu

» late in monte ſancto meo. Quia uero ſcriptum

Mat. 24.

eſt. In illa die duo erunt in agro, in lecto, in molẽdino: unus aſſumetur, & alter relinquetur: Aſſumendos iubet in Sion tuba canere: relinquẽdos in monte ſancto ululare. Sion eſt eccleſia, in aduentu ſponſi ſui poſita ſpecula. Mons ſanctus:

B eſt Chriſtus: de quo pſalmographus. Mons, in

Pſal. 67.

quo beneplacitum eſt Deo habitare in eo. Quidam ergo cãtant, & quidam ululant in hoc emanuel.

Luc. 2.

Vnde Simeon. Ecce poſitus eſt hic in ruinã, & in reſurrectionem multorum in Iſrael. Hæc autem de iudaico dicuntur populo. Sequitur de gentili. Conturbẽtur oẽs habitatores terræ &c. Terræ habitatores merito dicũtur gentiles: quia ſola terrena quærebant, ſola terrena diligebant.

Pſal. 62.

De quibus Dominus per pſalmiſtam. Ipſi uero (inquit) in uanum quæſierunt animã meam: introibunt in inferiora terræ, tradentur in manus gladij, partes uulpium erunt. Porro gentilium ad ueniente Chriſto, alij conturbati ſunt ad ſalutẽ, alij uero ad mortem: Eſt enim quędam confuſio adducens mortem: & eſt confuſio adducens gloriam.

*Duplex cõfuſio.*

De conturbatis ad ſalutem legitur in pſalmo. Pſal. 47.

Ipſi uidentes ſic admirati ſunt, conturbati ſunt, commoti ſunt: tremor apprehendit eos. De conturbatis ad mortem, Eſaias.

Eſa. 24.

Confractione (inquit) confringetur terra: contritione conteretur terra, commotione commouebitur terra: agitatione agitabitur terra ſicut ebrius, & auferetur quaſi tabernaculum unius noctis

C ¶Dies Domini aduentus eſt Chriſti. Hæc autem dies tenebrarũ fuit gentilibus reprobatis, & caliginis hæreticis, & turbinis perfidis iudæis, & nubis catholicis.

Gentiliũ cõtra fidẽ arg.

Gentiles ſiquidem cæcati incarnatione uerbi uirtutẽ ſancti ſacramẽti attingere nõ ualentes, dicebãt. Maria aut peperit, aut nõ peperit. Si peperit, cũ uiro cõcubuit. Si cum uiro cõcubuit, qđ natũ eſt, de maſſa peccatrice exiuit. Quod autem de maſſa peccatrice natum eſt: peccato ſuccubuit. Quod quia in Deum nõ cadit, Mariæ filius Deus non extitit. Item Auicenna: duo contraria ſimul in eodem eſſe non poſſunt porro ſi filius Mariæ Deus eſt, & homo: cum Deus impaſſibilis, homo autem paſſibilis ſit; paſſibile uero, & impaſſibile contraria ſint: duo contraria ſimul reperiuntur in uno. Sic ſic Domine in multitudine uirtutis tuę mentiuntur tibi inimici tui. Si uero Maria nõ peperit, Deus homo non extitit. Quod ſi uerum eſt: chriſtianorum dogma falſiſſimum eſt. Hæ ſunt tenebræ gentilium: de quibus Eſaias ait.

Eſa. 19.

Ecce diſrumpentur ſpiritus Ægypti in uiſceribus eius: & conſilium eius præcipitabo

D ¶Caligo quoq; occupauit hęreticos Cuius enim uiſus caligat: eminus quidẽ uidet materiã, ſed non attendit formam.

Hæreticorũ caligo.

Sic & pleriq; hæretici materiam quidem habuere credendi: ſed forma caruere ſidei. Quidam enim recte unitatem perſonę, ſed non ſane crediderunt in uerbo incarnato unitatem ſubſtantiæ. Alij e diuerſo in eodem ſane diuerſitatem naturæ, ſed non rectè diuerſitatem perſonę. Nonnulli in diuinitate deitatis unitatẽ, ſed diſparem poteſtatem, inæqualem dignitatem. Plerique omnium æqualitatem: ſed naturæ negauerunt unitatem. Alij, quod unum eſt, impie diuiſerunt: alij, quod diuiſum eſt, inſane confuderunt.

Pſal. 17.

Hæc fuit hæreticorum caligo: de qua pſalmographus. Et caligo ſub pedibus eius: quia ſcilicet nõnullos hæreticorũ reuocauit per miſericordiam a perfidię naufragio: pleroſque autem permiſit ire in interitum iuſto iudicio.

Iudęorũ turbo.

Iudæis quoque turbo fuit Chriſti incarnatio. De q̃bus uoce pſalmiſtæ.

Pſal. 5.

Secundum (inquit) multitudinem impietatum eorum expelle eos, quoniam irritauerunt te Domine. Quod utique factum eſt, quando populus Iudæorum a Romanis partim cæſus, partim uinculis addictus, partim exilio relegatus, partim per uniuerſum orbem terrarum miſerrime diſperſus eſt.

Dies nubis.

Porro catholicis Chriſti incarnatio dies fuit nubis: qua eis præbuit & umbrã gratiæ, & pluuiam doctrinæ, & ſuauitatem conſcientiæ, & ſecuritatem gloriæ. Vmbram cõtra ardorem tentationis: pluuiam, contra ariditatem hæreticæ peruerſitatis, uel perſuaſionis ſuauitatem, contra ſtimulum internæ repræhenſionis:

ſiou is ſecuritatem, contra naufragium deſpera-
tionis. Pluuiam dedit eis in monte: umbram ex-
Eſa. 4. hibuit in cruce: in ſepulcro ſuauitatem: in reſur
rectione ſecuritatem. Vnde & Eſaias. Et taberna
culum in umbraculum diei ab ęſtu: & in abſcon
E ſionem a turbine, & a pluuia. Aliter. Quatuor
*Quatuor credentiũ genera.* ſunt genera hominum. primũ eſt nunquàm cre-
dentium: ſecundum credentium, ſed uix, & tar-
de: tertium facile, & non mature: & quartum fa
cile, & nõ mature. Primo generi fuit dies tenebra
rum incarnatio uerbi: ſecundo dies caliginis: ter
tio dies nubis: quarto dies turbinis. Dies autem
hæc: quaſi mane expanſum fuit ſuper montes.
Montes ſunt apoſtoli, mane illuminatio fidei: ex
panſio per fidem operans dilectio. Quaſi igi-
tur mane expanſum ſuper montes fuit aduentus
Oſeæ. 6. Chriſti, incarnatio uerbi, quia ſcriptum eſt. Qua-
ſi diluculum pręparatus egreſſus eius; & ueniet
quaſi imber uobis temporaneus, & ſerotinus ter
ræ. Vel per montes poſſunt accipi potentes hu-
ius ſeculi, philoſophi huius mundi, quos ſubito
operuit incarnatio uerbi: qua infatuata eſt ſæculi
ſapientia, confuſa eſt mundi prudentia, calcata ſe
1. Cor. 1. culi potentia. unde Apoſtolus. Quod infirmum
eſt Dei, fortius eſt omnibus hominibus: & quod
ſtultum, ſapientius. Et infirma elegit Deus, ut for
F tia confunderet. Sequitur. Populus multus, & for
tis. Populum uocat apoſtolorum chorum, & ec-
cleſiam Neophitorum. Populus uero iſte multus
fuit, non quantitate numeri, ſed dignitate meri-
ti: fortis nõ robore corporis, ſed uirtute mentis.
Pſal. 18. Multus itaq;, nõ numero, ſed merito: fortis, nõ ĩ-
petu carnis, ſed conſilio mentis. Multus, quia ſcri
ptum eſt. In omnem terram exiuit ſonus eorum:
Act. 5. & in fines orbis terræ uerba eorum. Fortis, quia
ſcriptum eſt. Ibant Apoſtoli gaudentes a conſpe
ctu concilij, quoniam digni habiti ſunt pro no-
mine Ieſu contumeliam pati. Multus, unde impe
netrabilis: fortis, unde & inſuperabilis. Sequitur.
Laudes eius proſequendo. Similis ei non fuit a
principio, & poſt eum non erit uſque in annos
Matt. 13 generationis & generationis. Quod utique Sal-
uator manifeſte in euãgelio dicens ait. Beati ocu
li, qui uident quæ uos uidetis: quoniam multi
reges, & prophetæ uidere uoluerunt quæ uos ui
detis, & non uiderunt: & audire quæ uos auditis,
Eſa. 60. & non audierunt. Quorum uitam glorioſam ad
miratur Eſaias dicens. Qui ſunt iſti, qui ut nubes
uolant, & quaſi columbæ ad feneſtras ſuas? In co
lumba ſimplicitas ſenſuum: in nube ædificatio
morum. Pluuia ſcilicet ſalutaris doctrinæ, &
puritas conſcientiæ. In uolatu, pennæ geminæ di
lectionis, & exceſſus supernę contemplationis.
Sequitur. Ante faciem eius ignis uorãs: & poſt
G eum exurens flamma. Ignis uorans, prædicatio
,, ignea conſumens peccata, deuorãs uitia. Exurẽs
,, flamma miraculorum coruſcatio: per quam in
corde rebellium fit ſalubris exuſtio, & ignita cõ
punctio. Sequitur. Quaſi hortus uoluptatis terra
,, coram eo: & poſt eum ſolitudo deſerti, nec eſt q
,, effugiat eum. Hortus uoluptatis eſt terra curioſi-
,, tatis. Hortus uoluptatis eſt cœnum gratæ ſuper-

fluitatis. Hortus uoluptatis eſt theatrum mun-
danæ uoluptatis. Solitudo deſerti eſt mortifica-
tio carnis, contemptus mundi, abiectio ſui. Apo-
ſtoli uero hortum uoluptatis fecerũt ſolitudinẽ
deſerti: quia uanitatem deſerti ipſius redegerunt
in cõtemptum mundi: curioſitatem in abiectio-
nem, ſuperfluitatem in mortificationem. Sequi-
tur. Nec eſt qui effugiat eum. Quia neceſſario,
aut uitam apoſtolicam, & doctrinam imitando
meretur præmium: aut eam contemnendo incur ,,
rit ſupplicium. Quaſi aſpectus equorum aſpect' ,,
eorum, & quaſi equites ſic current. In primo
notatur hinnitus, & feruor prædicationis: in ſe
cũdo pro fide conflictus, & labor cõgreſſionis.
Sequitur. Sicut ſonitus quadrigarum ſuper capi- ,,
ta montium exilient: ſicut ſonitus flammæ ignis ,,
deuorantis ſtipulam: uelut populus fortis præpa ,,
ratus ad prælium. Hic ſuccincte inſeritur labor, ,,
& uictoria euangeliſtarum: qui per uitam ſuam,
per miracula, & doctrinam, confregerunt elatio
nem ſuperborum. Quadrigæ ſunt euangeliſtę: &
montes ſuperbi, ſonitus prædicatio fidei, flãma
miracula, ſtipula peccata. Sequitur. A facie eius ,,
Cruciabuntur populi: omnes uultus redigentur ,,
in ollam. Populi cruciatio, ipſius eſt ſalubris cõ ,,
punctio: uultus in ollam redactio, propria ſui
eſt, ac ſyncera cognitio. Sequitur. Sicut fortes
current. quaſi uiri bellatores aſcendent murum. ,,
Primo notatur proſperitas prædicationis: ſecun ,,
do uictoria certaminis, ac pro fide obedientia ,,
mortificationis. Sequitur. Viri in uijs ſuis gradiẽ ,,
tur, & non declinabunt a ſemitis ſuis. Primo no
tatur prędicatorum concordia: ſecundo uirtutũ,
& fidei perſeuerantia. Sequitur. Vnuſquiſque fra
trem ſuũ non coarctabit: ſinguli in calle ſuo am-
bulabunt. Adhuc proſequitur propheta unani-
mitatem apoſtolorum, & concordiſſimam uolũ
tatem eorũ, qui ſic in mundo ſeminauerunt euã
gelium, ne alter ſibi uſurparet ſemen alienũ. Hinc
apoſtolus: Non audeo loqui aliquid eorum, quæ Rom. 15
per me non efficit Chriſtus in obedientiam gen
tiũ, in uerbo, in factis, in ueritate ſignorum & ꝓ-
digiorũ: in uirtutes ſpiritusſancti: ita ut ab Hieru-
ſalem per circuitũ uſq; ad Illiricum repleuerim
euangelium Chriſti. Idem ibidem. Sic autem prę
dicaui euangelium hoc, non ubi nominatus eſt
Chriſtus, ne ſuper alienum fundamentum ædifi
carem. Sequitur. Sed & per feneſtras cadent: & ,,
non demolientur. Feneſtræ quinque ſunt diſpen
ſatio incarnationis: uel quinque modi diuinæ cõ H
templationis. Primus modus contemplationis
eſt conſideratio culpę, & gehennæ: ſecundus cõ-
temptus præſentium, & ſpes futurorum: tertius
iudicium, & regnum: quartus ſtatus corporis, &
glorificatio. Status ſecundum quòd erit paſſi-
bile uel impaſſibile: glorificatio ſecundum quòd
erit ineffabilis pulchritudinis, uel præfulgidæ cla
ritatis: quintus unius ſpiritus cum Deo: quod
eſt per omnia conformatio. Per has feneſtras
apoſtoli, & uiri apoſtolici ſalubriter cadunt: quã
do deuota horum conſideratione, creatori ſeſe
humiliter proſternunt. Sic cadendo nõ demoliũ
tur,

tur,ſed potius eriguntur,& conſolidantur, iuxta
Luc.14. illud. Omnis,qui ſe exaltat, humiliabitur. Vn-
Apo.4. de in Apocalypſi. Et cũ darent(inquit Ioannes)
illa quatuor animalia gloriam, & honorem, &
benedictionem ſedenti ſuper thronum, uiuenti
in ſecula ſeculorum, procidebant uigintiqua-
tuor ſeniores ante ſedentem in throno, & adora
bant uiuentem in ſecula ſeculorum. Et mittebãt
coronas ſuas ante thronum dicentes: Dignus es
Domine Deus noſter accipere gloriam,& hono-
I rem,& uirtutem &c. Quinque ſunt feneſtræ in-
carnationis: natiuitas.i.conuerſatio,doctrina, re
ſurrectio,aſcenſio. Per quas illa quinque,quæ de
contemplatione dicta ſunt, uidentur. Nam per
natiuitatem eius, multis manifeſta ſunt peccata,
& gehenna: conuerſatio eius aperte docuit præ-
ſentia contemnere. & ad æterna ſpem dirigere:
doctrina uero ſatis agit de iudicio, & regno: in
reſurrectione oſtẽſus eſt ſtatus corporis, & glori
ficatio: quia ſicut ipſe ſurrexit in gloriam, ita &
nos per ipſum: in aſcenſione autem aliquatenus
nobis innotuit: quomodo ſpiritus noſter cum
Deo uniendus ſit. Corpus enim humanum niſi p
diuinitatem ſibi unitam abſque omni uehiculo
eleuari ſurſum,uel transferri non potuit. Per has
quoque feneſtras apoſtolici uiri cadunt: quia pſã
torum ſollicita meditatione ſeſe funditus humi
liant,& carnem ſuam atterunt,membra ſua mor
tificant dum ea ueraciter,ac ſpecialiter appetũt.
Sed non demoliuntur: quia nec benignitas læde
re,nec ueritas fallere,nec iuſtitia contẽnere, nec
caſtitas corrumpere nouit, cui innituntur: nec
ſapientia falli,nec uirtus infirmari,nec potentia
ſuperari,nec æternitas mutari,cui iunguntur. Se
» quitur. Vrbem ingredientur,in muro current,
» domos conſcendent. Vrbs, eſt in hoc loco cœtus
hominum ad uiuendum in commune congre-
gatorum. Murus,eſt obſtinatio animi: domus,
ſingulorum conſcientiæ peccatis obduratæ. Tan
ta erit gratia,& fortitudo apoſtolorum, & apo-
ſtolicorum uirorum,ut etiam cœtum malitioſo
rum hominum expugnent, obſtinationẽ ſpiritu
fortitudinis diſſoluant,conſcientias ſingulorum,
ſpiritum gratiæ & precũ obtineãt. Sequitur. Per
feneſtras intrabunt quaſi fur. Feneſtræ ſunt in
K hoc loco timor.ſ.æterni ſupplicij: dolor præſen-
tis exilij: ſpes cæleſtis præmij: breuitas huius ui-
» tæ: mutabilitas fortunæ. Prima reſpicit ad occidẽ
tem,ſecunda ad aquilonem, tertia ad orientem,
quarta ad auſtrum,quinta huius mundi conſide
rat centrum. Per has ſingulorum furtim intrant
conſcientias, quas facile ſuperant dum præfata
ante mentis oculos congregant. Timor ſiquidẽ
pungit,dolor expellit,ſpes trahit, breuitas inſti-
gãt,inſtabilitas fortunæ fugat: ſicque mens Neo
» phiti ad patriam fugiens feſtinat. Sequitur, A fa-
» cie eius contremuit terra: & cæli moti ſunt. Ter
ra,ſunt peccatores: cæli, iuſti. Sed terra a præſen-
tia apoſtolorum contremuit ad pœnitentiam: iu
ſti quoquot erant in mundo audientes eorũ do-
ctrinam,uitam,famam,moti ſunt pro nihilo iuã
ducentes iuſtitiam. Sequitur. Sol,& luna obtene-
brati ſunt: & ſtellę retraxerunt ſplendore ſuũ. »
Sol,eſt ſapientia ſeculi: luna,potentia huius mun »
di: ſtellæ,philoſophorum ſectæ: ſplendor ſtella-
rum,cultus,& fama ſectarum. Sed ſol, & luna ob
tenebrati ſunt a facie apoſtolorum, quia per ſtul
titiam Dei deſtructa eſt ſapientia ſeculi: & per in
firmum Dei calcata eſt potentia mundi: & p uir
tutem ſignorum,per claritatem miraculorum,p
nudam ueritatem uerborum, deleta eſt compoſi
tio colorum: obfuſcatus eſt rethoricus ſplendor
ſermonum: euacuatus eſt cultus, & nitor inaniũ
ſectarum. Hinc Pſalmiſta. Tu dirupiſti fontes, & Pſal.73.
torrentes: tu ſiccaſti fluuios Ethã. Fontes intelli-
gũtur philoſophi,Ethã diabolus,qui interpreta
tur robuſtus: eius flamma; peruerſarum ſunt ſe-
ctarum genera. Sequitur. Et Dominus dedit uo »
cem ſuam ante faciẽ exercitus ſui: quia multa sũt »
nimis caſtra eius: quia fortia,& facientia uerbũ »
eius. Vox Domini, eſt diuina inſpiratio. Vox Do- »
mini,inquam,cæleſtis illa, quæ de omnibus do-
cet unctio: de qua dicitur per pſalmiſtam. Vox L
Domini confringentis cedros. Vox Domini præ- Pſal.28
parantis ceruos. Vox Domini intercidentis flam
mam ignis: uox Domini deſertum concutiẽtis.
Hæc uox facit caſtra, quia ſanctorum iungit, &
ordinat contubernia. Quæ quidem ſunt mul-
ta,& fortia,& uerbum eius facientia. Multa ſunt
dignitate meritorum: fortia uirtute ſignorum,
& poteſtate miraculorum. Verbum eius faciẽtia,
per obedientiam mandatorum,per eminentiam
exercitiorum,per excellentiam conſiliorum. Se-
quitur. Magnus enim dies Domini, & terribilis. »
Quia aduentus Chriſti magnificauit credentes,
& iuſtos: terruit, & condemnauit infideles, & Rom.8.
reprobos. Magnus utique, quia quos præ-
deſtinauit: hos & uocauit: & quos uocauit,
hos & iuſtificauit: & quos iuſtificauit, illos Luc.11.
glorificauit. Terribilis, quia remiſſius erit
Niniuitis in die iudicij quàm generationi huic
peſſimæ. Ipſi enim crediderunt ad prædica-
tionem Ionę: & ecce plus quam Ionas hic. Se-
quitur. Quis ſuſtinebit eum? Quia quis cõdigne
poterit in ſe ſuſcipere conditorem naturæ, fontẽ »
uitę,gratiæ ſponſum,ſaluatoris aduentum? Vel
quis poterit ſuſtinere,pondus irę, onus miſerię,
animaduerſionem uindictæ, uermen qui nõ mo
ritur: ignem qui non extinguitur? Sequitur.

Nunc ergo dicit Dominus. Conuertimi-
ni ad me in toto corde ueſtro: in ieiunio,
& fletu,& planctu: & ſcindite corda ue-
ſtra,& non ueſtimenta ueſtra. Et conuer
timini ad Dominum Deum ueſtrũ: quia
benignus, & miſericors eſt: patiens, &
multæ miſericordiæ: & præſtabilis ſu-
per malitia. Quis ſcit ſi conuertatur, &
ignoſcat Deus: & relinquat poſt ſe bene-
dictionem? Sacrificium,& libamen Do-
mino Deo noſtro. M

¶Hiſtorice, ſub perſona Domini hortatur pro- Hiſtor.
pheta

pheta populum ſuum miſericordiam diuinam flagitare, lamentis, & oocibus flebilibus aures ſummæ clementiæ pulſare: dicens. Conuertimini ad „ me iu toto corde oeſtro: in ieiunio, & fletu, & plā „ ctu &c. Ac ſi aperte dicat. Quandoquidem tempus captiuitatis approximat, Babylonius inſtat: uos ergo inſtate ſupplicationi, incumbite orationi: conuertimini ad me, ot Babylonius ad ſe cōuertatur: reuertimini ad me, ut hoſtis retro uertatur. Cum ſanctis.n.ſanctus, & cum electis electus, Pſal.17. & cum peruerſis eris peruerſus. Allego: Allegorice uero, ſub perſona Dñi admonet in commune oēm ſtatum eccleſiæ fugere a uentora iræ: diluuium peccatorum extinguere lachrymis pœnitentiæ: iram superni iudicis placare operibus miſericordię: dicens. Nūc ergo dicit Dñs: cōuertimini ad me &c. Ac ſi diceret. Qñquidē iuxta eſt dies pditionis, & adeſſe feſtinát ipa, qñquidē terribilis ualde dies inſtat, & magna qñquidem oix fugiet quis a uentura ira: qñquidē diſtrictꝰ iudex nō poterit uinciꝑ, quia uirtus eſt: nō poterit falli, qa ſapiētia eſt: non poterit corrūpi, quia iuſtitia eſt: nō poterit ſuſtineri, quia æternus eſt: nō poterit uitari, qa ubiq; eſt. Pōt tñ exorari, quia miſericordia eſt: pōt placari, quia benignitas eſt: pōt mūdare, quia fōs gratiæ: pōt ſatiare, quia panis uitæ: pōt ſedare, qa unctio: pōt ornare, quia plenitudo: pōt felicitare, & beatificare, quia beatitudo. Ergo auerſi metuētes eius iuſtitiā: conuerſi ad eius fugite miſericordiā. De ipſo fugite ad ipſum: de rigore iuſtitiæ ad ſinū miſericordię. Dñs, qui timendus eſt, dicit: qui ue„ritas eſt, id præcipit, qđ iuſtum, quod utile, quod honeſtū eſt. Conuertimini, inquit, ad me &c. Quatuor ſunt, duo mala, & duo bona. unum malum, alterum peius: unum bonum, alterum melius. *Diſcurſus pulcher p̄ Concionatoribus.* Auerſio, & euerſio: en duo mala. Conuerſio, & reuerſio, en duo bona. Auerſio a Deo per negligentiā: euerſio a diabolo p malitiā. Cōuerſio ad Deū per pœnitentiā: reuerſio ad ipſū per innocentiā. Auerſio uero fit tribꝰ modis: uanitate, ooluptate, curioſitate. Vanitate mundi, uoluptate ſui, curioſitate ꝓximi. Euerſio quoq; tribus modis, p̄cipitatione, malitia, deſperatione. Pręcipitatione culpę, malitia īuidię, deſperatione ueuię. At cōuerſio fit tribus modis: confeſſioue, compunctione, mortificatione. Confeſſione oris, cōpunctione mētis, mortificatione carnis: ut ſcilicet in ore ueritas, in mēte puritas, in carne pudica ſit ſobrietas. Reuerſio quoq; fit tribus modis: deuotione, dilectioue, contēplatione. Deuotione gratiæ, dilectione iuſtitię, contemplatione gloriæ. Vos ergo, qui aoerſi eſtis a Deo per uitiū negligentiæ: q euerſi, & ſubmerſi diluuio malitiæ, conuertimioi (inquit) ad me in toto corde ueſtro. Eſt conuerſio cordis, eſt & conuerſio operis. Conuerſio quoq; cordis alia eſt in toto corde, alia eſt, in parte. Illam uero, quæ in toto corde eſt, Dominus quærit: quia ad ſalutē ſufficit. Alterā uero reſpuit, quæ eſt in parte: quia ficta eſt, & longe a ſalute. Hinc ſcriptum eſt, Spiri Sap.1. tuſſanctus effugiet fictū diſciplinę. In corde ſiquidem ſunt tria: ratio, uoluntas, memoria. Ratio futurorū, uoluntas præſentium, memoria præteritorum. Ratio nanq; quærit futura, uoluntas diligit præſentia, memoria retinet præterita. Ratio illuminat, uoluntas amat, memoria conſeruat. Cū igitur ratio ſommum bonū quærit, & inuenit, uolūtas recipit, & diligit, memoria ſolliciite ſeruat, & arctius ſtringit: tunc anima ad Deum ſe toto corde conoertit. Cum uero ratio ſopita, ſuperſedet cæleſtia quærere, uel uoluntas tepida non curat diligere, uel memoria torpida contenoit cuſtodire: tūc fit anima ficta, primo uitium incidēs ignorantiæ, ſecundo delictum uegligentiæ, tertio peccatum malitiæ. In utroq; fictam conſtat eſſe animam: qoia alioqui poſſet & lumine rationis ignorantia pelli, & ſtudio uoluntatis negligentia excludi, & ſedulitate memoriæ malitia ſopiri. Ratio igitur quærens parit eruditionem, uoluntas amplectens dilectionem, memoria ſtringens ædificationem. Prima parit lumen ſcientiæ, ſecunda affectum iuſtitiæ, tertia theſaorum conſeruat gratiæ. Hæc eſt conuerſio cordis, quam Deus exigit, „ hæc eſt illa, quæ prorſus ad ſalutem ſufficit. Sequi „ tur conuerſio operis. In ieiunio, inquit, & fletu, & „ planctu. Planctus refertur ad cōfeſſionem, fletus ad compunctionem, ieiunium ad mortificationem. Sequitur. Et ſcindite corda ueſtra, & „ non ueſtimenta ueſtra. Sciſſio cordium eſt diſſipa „ tio prauorum affectuum. Veſtimenta ſunt ſanctorum exempla. Iubemur itaq; corda noſtra ſcindere, ſed ueſtimenta illæſa ſeruare: quia & uoluntas impura caſtiganda, ac purificanda per auſteritatem pœnitentiæ, ac ſanctorum exempla fomenda ſunt ad documentum iuſtitiæ. Hinc Iob. Inſtauras, inquit, teſtes tuos contra me, & multiplicas iram tuam aduerſum me, & pœnæ militant in me. Iob.10. Item idem. Reſpiciet homines, & dicet: Iob 33. peccaui, & uere deliqui: & ut eram dignus, non recepi. Tunc uidebit faciem Domini in iubilo, & reddet homini iuſtitiam ſuam. Magnæ utique utilitatis ſunt ſanctorum exempla: quæ nos erudiunt ad ſcientiam, attrahont aduentā, accedunt ad gratiam, infoemant ad iuſtitiam, pro oehunt ad gloriam. Hinc uoce pſalmiſtæ, Me Pſal.110 moriam fecit mirabilium ſuorum &c. Sequitur. Et conoertimini ad Dominum Deum ueſtrum. „ Dominum, inquit, qoi timendus eſt: Deum, qui diligendus eſt. Veſtrum qui conditor eſt. Veſtrū, inquit, quia conditor eſt naturæ: Deū, quia largitor gratię: Dominum, quia ultor culpę. Sequitur: Quia benignus, & miſericors eſt, patiens, & †multus miſericordia, pręſtabilis ſuper malitia. († multæ miæ.) Benignus eſt, peccatoris ſuſtineus iram: miſericors, ſuſtinens ſæuitiam: patiens, ſuſtinens contemptum: multus miſericordia, ſuſtinens odium: præſtabilis ſuper malitia, ſuſtinens deſperationis naufragium. Benignus, inquam, quia iram inimicorum uertit in manſuetudinem: miſericors, quia ſæuitiam in pietatem: patiens, quia contemptum io compunctionem: multus miſericordia, quia odium in dilectionem: præſtabilis ſuper malitia, quia baratrum deſperationis in gratiam prouehit contemplationis. *Videte ſ.ſo. & admiramini Concionatores Hugonis noſtri Diſcurſus lepidos.* Hæc ordine expoſita ſunt naturali, nunc or-

Q dine exponantur artificiali. Præſtabilis eſt igitur
ſuper malitia, dum deſperationē trahit ad pœni-
tentiam: multus miſericordia, dum odium ad ue
niam: patiens, dum contemptū ad gratiam: miſe-
ricors, dū crudelitatē ad innocētiā: benignus, dū
iram, & rancorem ad oſculorum gloriam. Sequi
tur. Quis ſcit ſi cōuertatur, & ignoſcat, & relin-
Quis. quat poſt ſe benedictionem? Quis, in hoc loco
non dubietatem ſignificat, ſed charitatem. Ac ſi
dicat. Quis ſcit ſi conuertatur homo, & Deus
ignoſcat? Tantummodo præcedat conuerſio: nul
la ſequitur ueniæ dilatio. De die autem, & hora
Ioan. 3. conuerſionis nemo nouit niſi ſolus filius, & cui
uoluerit filius reuelare. Spiritus enim ubi uult
ſpirat: & uocē eius audis, ſed neſcis unde ueniat,
" aut quo uadat. Sequitur. Et relinquat poſt ſe bene
R dictionem. Tria ſunt genera benedictionis diui-
*Tria genera diuinæ benedictionis.* næ. primam dat ante ſe, ſecundā miniſtrat iuxta
ſe, tertiam relinquit poſt ſe. Tria quoq; ſunt ge-
nera hominum bonorum, primi ſunt innocētes.
Secundi ſtatim reſipiſcentes. Tertij tandem pœ-
nitentes. Innocentes ſunt, qui ſemper ſine crimi
ne uiuunt: qui ante Deum aſſidue aſſiſtunt: qui
coram eo iugitur incedunt. Statim reſipiſcentes
ſunt, qui quidem labuntur, ſed mox eis manus di
uina porrigitur: & ſtatim reſurgunt. Tandem
pœnitentes ſunt, qui diu in fæcibus ſuis quieſcen
tes, tandem diuino nutu ad pęnitentiā aſſurgūt.
Innocentibus dat Dominus benedictionem an-
te ſe: ſtatim reſipiſcentibus, miniſtrat eam iuxta
ſe tādem pœnitentibus relinquit eam poſt ſe. In
nocentibus benedictionis dat primitias: ſtatim
reſipiſcentibus, ipſius diuitias: tandem pęnitenti
bus, reliquias. Sequitur. Sacrificium, & libamen
Domino Deo noſtro. Hæ ſunt reliquiæ benedictio
" S nis: opera. ſ. ſacrificij, & libationis. Sacrificiū ſpe-
ctat ad mortificationem carnis: libamen ad com
punctionem mentis. Quia uero opera carnis ne-
pharia perpetrauimus, quia gaudia mentis illici-
ta ſequuti ſumus: contrarijs reddamus contraria,
ut & carnis opera extinguamus per mortificatio
nem; & gaudia illicita per compunctionē. ¶ Ali-
ter, Sacrificiū poteſt intelligi recta operatio: liba
men ſancta contemplatio. In quo ſenſu libamen
Deo, ſacrificium attribuitur Domino. Recte enim
agendum eſt, quia Dominus timendus eſt: de
Deo guſtatur: unde & diligendus eſt. Sequitur.

Canite tuba in Sion: ſanctificate ieiu-
nium, uocate cœtum, congregate po-
pulum, ſanctificate eccleſiam, coaduna-
te ſenes, congregate paruulos & ſugen-
tes ubera. Egrediatur ſponſus de cubili
ſuo, & ſponſa de thalamo ſuo. Inter ueſti
bulum, & altare plorabunt ſacerdotes
miniſtri Domini: & dicent. Parce Do-
mine, parce populo tuo: & ne des hæ-
reditatem tuam in opprobrium, ut do-
minentur eis nationes. Quare dicunt in
populis: ubi eſt Deus eorum?

¶Adhuc propheta præcipit populo ſuo, orationi T
deuotæ inſtare, & ſupplicationi humiliter incū-
bere oēm ætatem, ordinem, ſexum, conditionē,
oſtendens periculo ſubijci. Vnde & in cōe conſu
lit ſupplicationem fieri. Allegorice. Periculis oſtē Allego.
ſis eccleſiæ, ad portum eos hortatur feſtinare pœ
nitentiæ: ne forte ſentiant manum Domini ſup
ſe aggrauari. Horrendum eſt enim in manū Dei
uiuentis incidere. dicit ergo. Canite tuba in Siō
&c. Horum expoſitionem relinquimus, quia de
his alias cōplura diximus. Senes, ſunt uirtute per Hebr. 10
fecti: paruuli, ſimplicitate, & innocentia præditi "
ſugentes ubera, idiotæ poſiti ſub doctrina. Senes
coadunantur, utpote ratione utentes. paruuli cō-
gregantur, & ſugentes, utpote ſub doctrina poſi-
ti, & ſub uirga ſeruiētes. ¶Thalamus eſt dilectio,
cubile contēplatio. Eadem uero anima fit diuer V
ſo reſpectu ſponſus, & ſponſa. Spōſa, dum uerbo
unita per amorem ſecreto, quadam (ut ita dicā)
& ineffabili dulcedine concipit, quod quibuſdā
cæleſtibus indicijs foras erumpentibus oſtendit.
Sponſus quoq; fit dum ſapientię iuncta, & illi ſo
li dedita, per ſpiritnale conſortiū ſobolem parit,
per doctrinæ magiſterium. Sponſum itaque facit
ſapientiæ doctrina: ſponſam gratiæ prærogati-
ua. Sed in tempore afflictionis egrediatur ſpon-
ſus de cubili ſuo: id eſt ſtudio, ſapientię: & ſponſa
de thalamo ſuo, ideſt de priuilegio deſcendat cō
templatiuæ gratiæ: & ſqualorem ſubeant pænitē
tię, obtentu quærendæ ueniæ. Cum. n. ſponſus cę
leſtis uidet ſponſam ſuam flentem, & gementem,
anxiam & ſupplicantem, pondus diei & æſtus cū
alijs, & pro alijs portātem: ſtatim ab ira flectitur,
patienti compatitur, & moræ impatiens dulcedi-
ne cæleſtis oſculi mox placatur, & indulget: ac uni
cæ ſuæ fauorem populi donat. Hinc Moyſes pro
populo uice ſpōſæ ſupplicat dicens. Obſecro Do
mine peccauit populus iſte peccatum magnum: Exo. 32.
feceruntque ſibi Deos aureos: aut dimitte eis hāc
noxā, aut ſi non facis, dele me de libro tuo, quem
ſcripſiſti. Cui Dominus. Ego, inquit, ad præſens
cōdonabo: ſed in die ultionis uiſitabo. Hinc fre-
quenter legitur in ueteri rota, propter Iſaac, pro-
pter Iacob præuaricanti populo plurima condo
nata peccata, multa ceſſaſſe infortunia. ¶ Aliter.
Cubile, eſt carnalis uoluntas: thalamus, curioſi- X
tas. Tēpore igitur luctus, & agendæ pęnitentiæ,
excludenda eſt curioſitas, & exterminăda eſt car
nalis uoluntas: ut cōtinentiæ, & mortificationis
ſacrificio expietur iniquitas, propitietur diuini-
tas. Vnde & Eſaias. Domine (inquit) in anguſtia
requiſierūt te: in tribulatione murmuris doctri- Eſa. 26.
na tua eis. Sequitur. Inter ueſtibulū & altare plo
rabunt ſacerdotes miniſtri Domini, & dicent.
Parce Dñe parce populo tuo &c. Veſtibulū eſt ti
mor Dei: ſancta ſanctorum ſponſi contēplatio; "
altare perfecta dilectio. In ueſtibulo eſt popu- "
lus: circa altare pontifex ſummus: in medio tem "
pli ſacerdotes lugent, miniſtri gemunt; æquo
omnes reconciliationis funguntur officio. In-
ter ueſtibulum, & altare pro populo ſuppli-
cat ſacerdotium: quia & timore premitur, ne
diuina

diuina populũ deſtituat miſericordia: & amore
regitur, ut præſumat adire thronũ gratiæ humili
cõſciẽtia. Inter ueſtibulum & altare Deus placa-
tur: quia quẽ timor cuſtodit ab illicitis, & amor
ſubleuat in excelſis, ad integrũ recõciliatur. Inter
ueſtibulũ, inquã, & altare: fit fructuoſa, & humi-
lis pœnitentia, quã timor pungit, ne torpeſcat:
amor accẽdit, ne tepeſcat. Vtilis, inquam, & fru-
ctuoſa, quia timor temerariã excluſit præſũptio
nem: & amor puſillanimitatis abiecit cõfuſionẽ.
Dicunt ergo, parce Dñe, parce populo tuo &c.
Y Tria ſunt iudicia hoĩs pcipua: primum de ſeipſo,
ſecundum de proximo, tertiũ de ſeipſo, & de p-
*Nota de tribus Hominum Iudicijs.* ximo. In primo debet eſſe diſtrictus, in ſecundo
pius, in tertio iuſtus. Debet enim quiſque ſe accu
ſare diſtricte: proximum iudicare pie: ſe, & pro-
ximum diſcutere iuſte. Quia ergo nobis remiſſi,
& pij: proximo uero ſumus diſtricti, & auſteri: di
cimus. Parce Dñe propriæ remiſſioni, Parce fra-
ternę diſtrictioni. parce, inquã, nobis quod iniu
ſte egimus: parce quod in proximo inique feci-
mus. Vel quia duo ſunt loca, duo quoq; his adiun
cta pericula. Loca: mundus, & infernus. Pericula:
uanitas, & calamitas. Dicitur ergo, parce Do-
mine a uanitate mundi, parce a calamitate orci.
parce, inquam, a prima, ne nos afficiat: parce a ſe-
Z cunda, ne nos abſorbeat. Vel quia hominis perſo
na ex gemina conſtat natura, corpore ſcilicet, &
anima, in qua quidem natura frequenter pecca-
uimus. In anima enim impie egimus: in corpore
iniq; fecimus. Dicamus ergo. Parce Dñe impieta
ti mentis: parce iniquitati corporis. Vel quia lex
duplex nobis eſt data. Lex, ſcilicet naturæ, & lex
ſcripta: utriuſque uero tranſgreſſores ſumus: Di-
camus ergo, Parce Domine præuaricationi pri-
mæ, parce tranſgreſſioni ſecundæ. Vel quia actio
nobis datur ad perfectionem præſentis uitæ: con
tẽplatio quaſi arra beatitudinis ad prælibationẽ
futuræ: in actione uero remiſſi, ex contemplatio
ne ſumus elati: dicamus, Parce remiſſioni, par-
ce elationi. Parce populo tuo. Populo, ſcilicet cæ-
tui hominum ad iuſte uiuendum tibi congrega-
A to. Tuo, a te condito, a te redempto, utrumlibet
„ a te ponendo. Sequitur. Et ne des hæreditatem
„ tuã in opprobriũ, ut dñentur eis nationes. Ac ſi
Pſal. 73. diceret. Ne tradas beſtijs aĩas confitentium tibi:
animas pauperum tuorum ne obliuiſcaris in fi-
„ nẽ. Sequitur. Quare dicũt in populis, ubi eſt Deus
„ eorum? Ac ſi diceret. Cum populi tui deſtitus con-
ſilio, & ab impijs oppreſſi quaſi carent auxilio:
ab incredulis impius, uel impotens iudicaris. Sed
Pſal. 40. in hoc cognoui, ꝙ uoluiſti me, quoniam nõ gau-
debit inimicus meus ſuper me. Sequitur.

Zelatus eſt Dominus terram ſuam: & pe-
percit populo ſuo.

B ¶ Zelus eſt feruor animi ad cõpaſſionem naturæ,
& ultionẽ culpæ, & deuotionẽ gratiæ proni. Ze-
lus itaque utiliter flagellat ſeruũ: ſalubriter corri
git filiũ: ſolicite, atq; fideliter ſeruat cõiugiũ. Ser
*Hiſtori. &c.* uũ ultione, filiũ cõpaſſione, cõiugiũ deuotione.
Terra (hiſtorialiter) eſt ſynagoga: allegorice eccle
ſia: moraliter, fidelis aĩa. Prima pp terrenã cupi-
ditatem: ſecũda pp fidei ſtabilitatem: Tertia pro
pter uirtutem humilitatis, & abſtinentiæ aridita
tem. Sequitur. Et reſpondit Dominus, & dixit po „
pulo ſuo. Ecce ego mittam uobis frumentum, „
& uinum, & oleum: & replebimini in eis; & nõ „
dabo uos ultra opprobriũ in gentibus. Et cætera, „
quæ ſequuntur: uſq; ad illud. Et erit poſt hæc: ef „
fundam ſpiritum meum ſuper omnem carnem. „
¶ Vere cor contritum, & humiliatum Deus non C
ſpernit. Vere ad quietum, & humilem, & tremen Pſal. 50.
tem ſermones eius, tempore opportuno reſpicit.
Vere, conualles abundant frumento. uere miſeri
cordiam uult pluſquàm ſacrificium, & ſcientiã
Dei pluſquàm holocauſtum. Quod in præſenti
propheticum demonſtrat eloquiũ. Superius nan
que in ſupplicationis ſerie, aduentum, & crudeli-
tatem hoſtium, cõtritionem terræ, & uaſtitatem
animaliũ, peſtilentiã, & interitũ, cõfuſionem po-
puli, afflictionẽ ſenum, ſqualorẽ uirginũ lamen-
tando miſerabiliter expoſuit: pœnitentiæ rigo
rem, abſtinentiæ ariditatem, ſingultus, & gemit⁹
profunditatem, & diſciplinam indixit. Egit, rece
pit, redijt. Egit pœnitentiã, recepit miſericordiã,
redijt ad gratiã. O fructuoſa, & uirilis pœniten *Pœnitentiæ laus.*
tia? o uirago, amplectenda, mediatrix peccatorũ
fidiſſima? o ſecunda naufragij tabula? o refugium
pauperum: miſerorum auxilium, exulum ſpes, de
bilium fomes, lumen cæcorum, ſolamen orbato
rum, petulantiũ uirga, uitiorũ fera: uirtutũ apo-
theca, quæ ſola iudicem flectis, conditorem ar-
guis, omnipotentem ſternis: dum uinceris uin-
cis, dum cruciaris crucias, dum uulneras ſanas,
dum ſalubriter ſuccumbis, glorioſe thriumphas.
Tu ſola cęteris ſilentibus thronum gratiæ auda-
cter conſcendis. Dauid manu ducens recõcilias:
Petrum reſtituis. Paulum illuminas. Publicanum *Pnĩa ſeruati.*
ſumptum de theloneo, apoſtolorum fidenter in
ſeris choro. Mariã de proſtibulo, leuas in æthera,
& iungis Chriſto: Latronem affixum patibulo,
adhuc uernãtem ſanguine, inſeris paradiſo. Quid
plura? Tui iuris eſt cæleſtis curia: quod in pręſenti
prophetica euidenter edocet pagina, dum per la-
borem, & pœnitentiæ fructum plebs non ſolum
infortunij euaſit naufragium: non modo ad pri
ſtinum gratiæ redijt ſtatum: quinimmo Salua-
toris aduentu gauiſa, eius doctrina illuminata,
eius uita informata, eius paſſione ſanata, eius re
ſurrectione ſolidata, ipſi⁹ aſcenſione glorificata,
eiuſdem ſpiritu paraclito ĩ præſenti dotata, coro
nã duplicauit, duplicia reportauit. Obmuteſcat
canina facundia. ſecularis eloquentia: quæ ruſti-
ca: & ĩculta. diuina aſſerit eloquia. Ecce ĩ præſen E
ti colorata ponitur ſententia antitheti lege con- *Antitheta.*
trarijs reddens cõtraria. Cõtra ſi qdem terrę ua
ſtitatẽ: ipſius opponit ubertatẽ. Cõtra famẽ, ſatu-
ritatẽ Contra opprobriũ, glorię ſecuritatẽ. Cõtra
incurſionem, & crudelitatẽ hoſtiũ: ipſorũ fœto-
rẽ, & interitũ. Cõtra ſterilitatem fructuũ, & arbo
rum ariditatẽ: ipſorũ germina, & ubertatẽ. Con-
tra famẽ uerbi, & ſitim doctrinæ: fontẽ uitæ in-
ducit, & doctorem iuſtitiæ. Contra triſtitiã, gau-

diũ. Contra cõfuſionẽ, ſolatiũ. Contra cõuiciũ,
gloriam. Contra mortẽ, uitam, Contra cinerẽ, co
ronã. Singula ſingulis adaptãda lectori relinquo,
quia ad explicandas ſinuoſas allegoriæ rugas feſti
no. Sciendum uero eſt, quòd de aduentu Salua
F toris in præſenti euidens eſt prophetia: per quẽ
hoſtis ſpiritualis extinguitur, fames ſpiritualis eij-
citur, ubertas redditur, gratia reſtituitur. Ecce, in
quit, mittam uobis frumentum, & uinũ &c. Fru
mentum, eſt doctrina uitæ: uinum, feruor ſpiri-
tualis intelligentiæ: oleum, ſuauitas conſcientiæ.
Vel frumentum eſt, euchariſtiæ gratia: uinum, ſpi
ritualis lætitia: oleum: quod cunctis liquoribus
ſupernatat, contemplationis gratia. Vel per uinũ,
intelliguntur opera pœnitentiæ: per frumentũ,
opera ſapientiæ: per oleum, quia ungit opera mi
ſericordiæ, quia lucet opera gratiæ, quia paſcit
opera iuſtitiæ. Sequitur. Et replebimini in eo.
Nequaquàm ieiunus ſanè manet, qui interiora
ſua talibus epulis replet. Et nõ dabo uos ultra op
probrium in gentibus. Quia ſcilicet cum talium
ſtudio, & amore nemo ĩcurrit opprobrium: ſed
gloria coronatur & honore. Sequitur.

Et eum, qui ab Aquilone eſt, procul fa-
ciam a uobis. Et expellam eum in terrã
inuiam & deſertam. Faciem eius contra
mare orientale: & extremum eius contra
mare nouiſſimũ. Et aſcendet fœtor eius,
& putredo eius, quia ſuperbe egit.

G ¶ Hiſtorice iuxta quoſdam de Sennacherib, &
Hiſtor. eius exercitu loquitur: qui ſuperbe egit, quan-
do Deum blaſphemauit; qui in terra inuia, &
deſerta expulſus eſt: quando in Perſidẽ per deſer-
tum fugiens in templo Neſrac Dei ſui a filijs ſuis
occiſus eſt. Quod autem dicit, faciem contra ma-
re orientale, & extremum eius ad mare nouiſſi-
mum: tale eſt. Intentionis eius erat tranſire
Iordanem, & expugnare Hieruſalem, ſed finis ali
ter ſe habuit: quia circa Euphratem in Perſide oc
cubuit. Hebraica ſiquidem lingua congregatio-
nes aquarum appellauit maria. Vnde hic per ma
re orientale, Iordanẽ innuit: per nouiſſimũ, Eu-
phratẽ intelligit. Quod autem dixit, aſcendit fœ
tor eius, & putredo eius: ad interitum exercitus
ipſius reſpicit. De quo Eſaias dicit. Egreſſus eſt an
Eſa. 37. tem angelus Domini: & percuſſit in caſtris Aſſy
riorum centum octaginta quinque millia. Et
ſurrexit mane: & ecce omnia cadauera mor-
tuorum. Iuxta alios, qui ſincerius ſentiunt, de Na
buchodonoſor ſermo eſt: qui expulſus eſt in ter-
rã inuiam, & deſertam, quã amẽs factus cũ brutis
animalibus diu cõuerſatus eſt. Cuius facies cõtra
mare oriẽtale, & extremum eius ad mare nouiſſi
mum: quia intentionis eius erat (ut aſſerunt hiſto
riç) primum orientalem plagam expugnare: dein
de occidentalem ſibi ſubiugare. Quod autem di-
cit, ꝙ fœtor, & putredo eius aſcendit: tale eſt, He-
braica docet traditio, ꝙ Nabuchodonoſor mor-
tuo, Euilmerodach filius eius metuens, ne pater
ſuus reuiuiſceret, corpus eius de ſepulcro extra-
xit, combuſſit, & in cinerem redegit. Quo in qua
tuor marſupijs diſpertito ad quatuor aquilarum
colla ligauit, quibus per quatuor orbis climata
diſpoſitis eas auolare permiſit. Allegorice. Sermo I
eſt de hoſte antiquo, de apoſtata angelo: qui per Allegõ.
incarnationem Chriſti, per uerbum fidei, per gra
tiam baptiſmi expulſus eſt: in ariditatem gẽtilis,
& iudaici populi. Mare orientale, ſunt electi: no-
uiſſimum, reprobi: facies, intentio: extremũ, in-
cluſio. Vel mare orientale, primitiç electionis gẽ
tiũ: nouiſſimum, †credulitas iudæorũ: fçtor eius, †crudelitas.
eſt mors antichriſti: putredo ſuper eum, ſenten-
tia iudicij. Moraliter Terra, ẽ reproba anima: in- K
uia, eſt ſine uiſitatione electorum angelorum: de Moralr.
ſerta, ſine fructu uirtutum, & ſeminę morum. Dæ
monis expulſio, eſt peccati confeſſio. Mare orien
tale, eſt mens per compunctionem amara, per de
uotionem contemplationis oriens facta. Mare
nouiſſimum, eſt mens fœtore cõſcientiç amara,
deſperatione ueniç abſorpta. Facies eius, aſtuta i
tentio nocendi: extremum eius, furor & inſania
triumphandi. Fçtor eius, eſt odium peccati: putre
do, contemptus mundi. Sequitur.

Noli timere terra. (Ecce conſolatio ter-
ræ) Exulta, & lætare: quia magnificauit
Dominus, ut faceret.

¶ Exulta Iudæa, ſuper hoſtis tui cõfuſione, & mor
te. Exulta eccleſia, ſuper Saluatoris tui aduentu, in
carnem. Exulta fidelis anima, ſuper ſponſi tui ad-
uentu in mentem. Lætare in merito uirtutum:
exulta in præmio cçleſtium; lætare in donis gra-
tiæ: Exulta in coronis gloriæ. Sequitur.

Nolite timere animalia regionis: quia
germinauerunt ſpecioſa deſerti: quia li-
gnum attulit fructum ſuum: ficus, & ui-
nea dederunt uirtutem ſuam.

¶ Hiſtorialiter poſt interitum hoſtis, poſt naufra L
giũ captiuitatis Iudæa recepit priſtinæ faciem ſe H:ſto.
renitatis ſolis, teſtamentum ubertatis. Allegori- Allego.
ce uero fructum ſuum attulit lignum Domini
cæ paſſionis: ficus uirtutem, & dulcedinem reſur
rectionis. In aduentu paracliti: uinea apoſtolorũ
dedit fructum ſuum propagationis. Inde germi-
nauerũt deſerti ſpecioſa: quia ex imitatione paſſio-
nis, ex ſpe reſurrectionis, ex doctrina, & uita apo
ſtolicæ religionis ꝓpagata ſunt glorioſa cõueticu
la. Aĩalia regionis, hoĩes ſunt uitæ ſecularis. Ne
metnãt ergo regionis aĩalia: q̃a germinauerũt de
ſerti ſpecioſa, qm̃ p doctrinã religioſorũ, & sãcti-
moniã trahũtur ſeculares ad ſacramẽtorũ reuerẽ
tiã: ad p̃ceptorũ obediẽtiã: ad morũ innocentiã:
ad conſiliorũ eminẽtiã: ad imitationẽ Dñicæ paſ
ſionis: ad ſpem cæleſtis reſurrectionis. ad ſolici-
tudinẽ, & fructũ religioſæ ꝓpagatiõis. Sequitur.

Et filiæ Siõ exultate in Dño Deo ueſtro:
q̃a d̃dit uobis doctorẽ iuſtitiæ: & d̃ſcẽde
re faciet ad vos imbrẽ matutinũ & ſeroti
nũ, ſicut a pricipio. Et ĩplebũtur areç fru
mento:

mento:& redundabunt torcularia uino,
& oleo.Et reddam uobis annos,quos co
medit locuſta, bruchus, rubigo,& eru-
ca: fortitudo mea magna, quam miſi in
uos.Et comedetis ueſcentes,& ſaturabi-
mini,& laudabitis nomen Dei Iſrael,qui
fecit uobiſcum mirabilia: & non confun
detur populus meus uſque in ſempiter-
num. Et ſcietis quia in medio Iſrael ego
ſum. Ego Dominus Deus ueſter, & non
eſt amplius: & non confundetur popu-
lus meus in æternum.

M ¶Hiſtorice.Poſt conſolationem terræ, fructuũ,
Hiſto. arborum,animalium: ad conſolationem trãſit
hominum dicẽs.Et filiæ Sion exultate &c. Quia
dedi uobis doctorem iuſtitiæ. Doctorem iuſti-
Ezechias tiæ aſſerunt Hebræi Ezechiam:de quo ſcriptum
eſt. Ipſe diſſipauit excelſa, & contriuit ſtatuas:
& ſuccidit lucos: confregitque ſerpentem æneũ,
quem fecerat Moyſes. Itaque poſt eum non fuit
ſimilis ei de cunctis regibus Iuda: ſed neque in
his,qui ante eum fuerunt. Et adhæſit Domino,
& non receſſit a ueſtigijs eius,fecitque mandata
Ioſias. eius, quæ præceperat Dominus. Alij Hebręorũ
Ioſiam: de quo ſcriptum eſt. Iſte fecit quod re-
ctum erat coram Domino.& ambulauit per om
N nes uias Dauid patris ſui:& non declinauit ad de
Allego. xteram ſiue ad ſiniſtram.Allegorice, doctor iuſti
Pſal. 93. tiæ Chriſtus eſt: doctor, qui docet hominẽ ſcien
Baru. 3. tiam. Doctor utique: qui inuenit omnem uiam
Matt. 22 diſciplinæ,& dedit eã Iacob puero ſuo: & Iſrael
dilecto ſuo. Iuſtitiæ: unde ſcriptum eſt. Magi
ſter ſcimus, quia uerax es,& uiam Dei in uerita-
te doces, & non eſt tibi cura de aliquo: non.n.
reſpicis perſonas hominum.Iuſtitię utique,quia
excuſſit manus ſuas ab omni munere. Iuſtitiæ re
uera, quia reddit unicuique iuxta opera ſua. Iu-
O ſtitiæ,inquam, quia iuſte cæcat,iuſte iuſtificat,iu
ſte reprobat, iuſte glorificat,iuſte damnat. Im-
ber matutinus eſt legis ſpiritualis ſcientia. Seroti
nus, euangelij gratia. Vel imber matutinus, eſt
ipſius,& apoſtolorum eius eloquia. Serotinus;
patrum ſpiritualium expoſitiones,canones,& de-
creta. Areæ, ſunt mentes fideliũ iugo diſciplinæ
aſſuetæ,ſemitis religionis attritę, traditionibus
diſciplinę regularis politæ.Torcularia, ipſa ſunt
corda inter ſpem & timorem poſita, conſtantiã
inferius, patientiam ſuperius habentia.Conſtan
tiã in tentatione:Patiẽtiã in tribulatione.In ten-
tatione uitiorum,in tribulatione flagellorum.
Conſtantia ſiquidem premit, & deſuper arcet:
patientia inferius iacet,& pondus ſuſtinet.Con-
ſtantia arcet uitia:patiẽtia ſuſtinet certamina. In
ter hæc duo mens ſancta quaſi in torculari poſi
ta præmitur,defæcatur, eliquatur.Præmitur fla-
gellis, defæcatur uitijs,eliquatur ab ocijs. Pre-
mitur a calamitate, defæcatur ab iniquitate, eli-
quatur a uanitate. Hinc nanq; elicitur gemitus
purę confeſſionis.hinc fluunt lachrymæ anxię cõ
punctionis.hinc manant ſuſpiria iocundæ deuo
tionis.hinc liqueſiunt deſideria ſuauiſſimæ dile-
ctionis. hinc eliciuntur ſtillicidia limpidiſſimæ
comtenplationis.Frumentum,eſt perfectio iuſti
tiæ.uinum, claritas ſpiritualis intelligẽtię.Oleum, P
ſuauitas puriſſimę cõſcientiæ. Sequitur.Et reddã
uobis annos,quos comedit locuſta &c. ĩ aduẽtu
ſiquidem Chriſti uobis redduntur anni quos ꝑ-
fata peſtis deuorauerat.quia in eo nobis cõtra lo
cuſtam,ueram dedit humilitatem,dicens,Diſcite Matt. 11.
a me, quia mitis ſum, & humilis corde. Contra Luc. 21.
bruchum,perfectam ſobrietatem, dicens. Vide-
te,ne grauentur corda ueſtra in crapula, & ebrie
tate,& curis huius uitæ.Contra rubiginem, per- Matt. 5.
fectam patientiã, dicens. Si quis te percuſſerit
in dexteram maxillam,præbe illi & alteram. Cõ
tra erucam,perfectam caſtitatẽ,dicẽs. Sint lumbi Luc. 12.
ueſtri ꝑcincti,& lucernæ ardẽtes &c.Locuſtã igi-
tur exterminauit, dicens.Beati pauperes ſpiritu. Matt. 5.
Beati q lugẽt.Bruchum,dicẽs.Beati q eſuriũt,& ſi
tiunt iuſtitiã.Beati miſericordes.Rubiginẽ,dicẽs.
Beati pacifici:beati mites.Erucam,dicens. Beati
mũdo corde.Sequitur.Fortitudo mea magna, q̃
miſi in uos. Magna utiq; fortitudo Chriſti fuit, Q
quẽ pater in mũdũ miſit,cũ ſit attingẽs uſq; ad fi
nem fortiter,& diſponens oĩa ſuauiter.Qui expu
gnauit diabolũ,ſpoliauit infernũ, deleuit chiro-
graphũ,reduxit captiuũ,manu duxit ſeruũ, ſe ſe
ſeruauit illeſum.Sequitur. Et comedetis ueſcen-
tes,& ſaturabimini &c.Comedetis utiq; cibum
ſuauitatis,doctrinã.ſ.iuſtitiæ:cibum uirtutis,pa-
nem.ſ.uitæ.Sequitur. Et nõ cõfundetur populus
meus in ęternũ.Ac ſi diceret. Quia mecũ in præ-
ſenti ſuſtinent cõfuſionem,& opprobrium:lætiti-
tia ſempiterna erit ſuper capita eorũ: hinc Salua
tor ad diſcipulos. Vos eſtis(inquit)qui permanſi Luc. 22.
ſtis mecum in tentationibus meis: & ego diſpo-
no uobis,ſicut diſpoſuit mihi pater meus,regnũ
&c. Sequitur.

Et erit poſt hæc:effundam ſpiritum meũ
ſuper omnem carnem: & prophetabunt
filij ueſtri, & filiæ ueſtræ.Senes ueſtri ſõ-
nia ſomniabunt: & iuuenes ueſtri ui-
ſiones uidebunt. Sed & ſuper ſeruos
meos, & ancillas meas in diebus illis ef-
fundam ſpiritum meum; Et dabo prodi
gia in cælo,& in terra: ſanguinẽ,& ignẽ,
& uaporem fumi. Sol uertetur in tene-
bras,& luna in ſanguinem,antequam ue
niat dies Domini magnus, & horribilis,
Et erit: quicunque inuocauerit nomen
Domini,ſaluus erit.

¶Hic Iudæus appella erubeſcat.hic cæcitatem,&
inſaniã erubeſcat,ut qui gloriatur ſe ducem cęco
rum,& legis tenere lucernam: tenebras ſui erro
ris,& imperitiæ ſuæ caliginem in hoc loco depre
hendat.Aſinus meus mihi deponat ſarcinas:expe
ctet donec aſcendamus ad mõtem,& poſtq̃ ado-
rauerimus reuertemur ad ipſũ:& uidens requiẽ,
q̃a eſt bona:& terrã,quia optima: ſupponat hu-

merum ad portandum. Dicat mihi, inquam, ubi
Dominus ſpiritum effuderit? dicat, ubi prophe-
tias, ſō nia, uiſiones, filij, ſenes, iuuenes uiderint?
Sed quia hæc quoquomodo euoluere poterit,
dicat ſaltem ubi ſanguinem, ignem, & uaporem
Dominus dederit? ubi ſol uerſus in tenebras, &
luna in ſanguinem mutata? Et cum oſtendere nō
poterit, tegnet Chriſti ſapientia a filijs ſuis glori-
ficata. De aduentu igitur Chriſti præſens litera
proprie intelligitur: de miſſione ſpiritus paracli
ti, ꝓphetia clauſa ad liquidum ſoluitur. Sed uidē
dum primo, quod dicitur. Et erit poſt hæc. Quid
eſt poſt hæc? Quid enim ſuperius dixerat, ad qđ
id, quod ſubiungitur, referri debeatur? Videndū
eſt igitur, quomodo litera cohæreat. Commu-
ne nanque humani generis infortunium pro-
pheta ſuperius multipliciter expoſuerat, uota po
puli, lamenta ſacerdotum, ſqualorem uirginum,
ſuſpiria patrum prædixerat. Deinde aduentum
Chriſti, incarnationem uerbi, diſpenſationem
myſterij: ad liberationem populi, ad remotionē
infortunij ſuppoſuit, & poſt ad illuminationem
gentium, ad perfectionem omnium ſubiunxit, di
„ cens. Et erit poſt hæc: effundam ſpiritum meum
„ &c. Legimus Dominum de ſpiritu Moyſi abſtu-
Num. 6. liſſe, & ſuper ſeptuaginta præsbyteros, quod abla
4. Reg. 2 tum fuerat, poſuiſſe, Legimus item Eliſeum du-
plicem ſpiritum Eliæ accepiſſe: ſed hactenus non
legimus Chriſtum ſpiritum ſuum effudiſſe. Hic
uero effudit, non Moyſi abſtulit, nec Eliæ duplicē
rapuit, ſed ſuū proprium largiter diſtribuit. No-
*Diſcurrit* taodum uero, quòd dicitur, effudit. Primo enim
*ſanè pul-* fudit, ſecundo infudit: tertio effudit. Fudit in pa-
*cherrime.* radiſo, infudit in deſerto, effudit in cænaculo. In
paradiſo legem dando naturæ: in deſerto præce-
pta, & cerimonias legis ſcriptę: in cœnaculo ple
nitudinem gratiæ. Vnde de primo dicitur. In-
Gen. 2. ſufflauit Dominus in Adā. Et de ſecundo. Voca
Exo. 24. uit Deus Moyſem de medio caliginis &c. Vnde
infula dicitur quaſi intus fula: quia intelligentia
ſpiritualis uelamine legis erat incluſa, & corticis
caligine obrumbrata. In tertio uero in igneis lin
guis deſcendit Spiritus ſanctus: quia de plenitu-
dine eius omnes accepimus. Fudit ergo primo
rigando aream naturæ; infudit ſecundo torren-
tem doctrinæ: effudit tertio fluuium gratię.
R ¶ Aliter poſſunt hæc tria referri congrue ad in-
carnationem uerbi. Fudit nanque ante reſurre-
ctionem aperte docendo, miracula faciendo, be-
neficia præſtando. Infudit poſt reſurrectionem,
quibus uoluit quaſi occulte ſe manifeſtando, di-
ſcipulis in conclaui reſidentibus ſpiritum inſuf-
flando dicens. Accipite Spiritum ſanctum &c.
Ioan. 20 Effudit in die Pentecoſtes plenitudinem gratiæ
præſtando. Effudit, dico, non minuendo quic-
quā diuinæ ſapientię, ſed largiora ſolito præſtan
do chariſmata gratiæ. Ac ſi diceret: In exordio
mundi rigaui aridam naturam: in ſqualore de-
ſerti Moyſi in ſinum legis ſtillam doctrinam; in
plenitudine temporis ubertatem gratię effundā.
Neceſſaria utique fuit, & congrua hæc effuſio in
S tempore nouiſſimo. Tria nanque erant, ignoran
tia, concupiſcentia, malitia. Ignorantia boni, con
cupiſcentia mali, malitia impœnitendi. Venit er-
go filius ſapientia Dei, & uirtus: miſſus eſt paracli
tus benignitas ipſius. Sapientia fuſa næuum igno
rantiæ: uirtus infuſa ſordes purgauit concupiſcē-
tię. Effuſio ſpiritus mundauit fęces malitiæ. Siqui
dem ſapientia illuminauit, uirtus ſanauit, beni-
gnitas ſedauit. Quod pſalmiſta præuidens, & ocu
lum prophetiæ in poſterum extendens ait. Secū- Pſal. 50.
dum multitudinem miſerationum tuarum dele
iniquitatem meam. Amplius laua me Domine
ab iniquitate mea: & a peccato meo munda me.
Ac ſi diceret. Dele fundendo, laua infundendo,
munda effundendo. Fundendo ſapientiā, ab ocu
lis dele ignorantiam: infundendo uirtutem, ab
intimis laua concupiſcentiam: Effundendo beni
gnitatem, a toto corpore extermina malitiam.
Sequitur. Super omnem carnem. Hyperbolice „
dictum eſt, ſuper omnem carnem. Vel ſuper om-
nem carnem. i. ſuper omnis generis carnē. Quid
eſt omnis generis? uniuerſæ ſcilicet ætatis, omnis
conditionis, omnis ꝓfeſſionis, uniuerſi ordinis.
Nota coloratam ubertatem diuini eloquij Quin T
tiliani pręponendam floribus: & coloribus Tul-
lij. Nota, inquam, hæc tria ſuccedenter poſita, ꝓ
phetiam, ſomnia, uiſionem. Nota conſequenter
alia tria, filios, ſenes, iuuenes. Filij prophetant, ſe
nes ſomniant, iuuenes uident. Filij prophetaue-
runt, utpote Agabus d uinculis Pauli. Paulus quo
que de deſtructione Romani imperij, & de aduē
tu Antichriſti. Quatuor quoque filiæ Philippi
&c. Senes quoque ſomniauerunt, utpote Paulus,
cui Dominus apparuit dicens. Tranſiens in Ma-
cedoniam adiuua nos. Iuuenes uiderunt, utpote
Paulus, qui raptus eſt in tertium cælum, & inde 2. Cor. 12
in paradiſum. Petrus quoque angelum Domini Act. 12.
eum de carcere educentem. Ioannes quoque Do-
minum cum eo loquentem, & dicentem. Veni
chare mi: tēpus eſt, ut epuleris in conſpectu meo
cum fratribus meis. Myſtice uero ſeruum, & an-
cillam facit humilis pęnitentia. Iuuenes facit con
ſtans obedientia. Senes iuſta innocentia. Filium,
& filiam dilectio perfecta. Tria quoque ſunt ge-
nera uiſionum. Prima eſt materialis, ſecunda ſpi- V
ritualis, tertia intellectualis. Prima eſt cum mate-
ria, & forma: ſecunda ſine materia, ſed cum for-
ma. Tertia ſine materia, & ſine forma. Prima con
cipit elementata, ſecūda imaginata, tertia ab om
ni circunſcriptione eſt aliena: utcunque Deū cō-
cipiens, uirtutes quoq;, & uitia. ¶ Tria ſunt quo X
que genera ſomniorum: unum fæculenti animi; *Tria ſunt*
alterum ſobrij, tertium defæcati. Primum genus *harmonio-*
falſitati ſeruit, ſecundum alteratri aut ueritati *rū Genera*
aut falſitati famulatur, tertium ueritatem contē-
platur. Erut aliquid de ſecretis phyſicæ interſe-
ram. Primum genus eſt ante digeſtionem realiū
phantaſmatum, ſecundum in digeſtione eorum;
tertium poſt digeſtionem ipſorum. In primo ge-
nere anima obruitur phantaſmatum mole: inde
falſitatis error. In ſecundo, quia anima incipit de
fæcari, aliquid lucis incipit contemplari: quia ta
men ex parte maxima manet fæculenta, eliqua-
tur

tur ad purum onus fœculentorum phantaſmatũ:
inde ueritatis ſplendor. Eſt igitur primum genus
ſomnii deceptorium, ſecundum reuelatorium,
Y tertium contemplatorium. Tria quoque ſunt ge
nera prophetiæ. Primum eſt admirabile, ſecundũ
*Tria Prophetiæ genera.* anceps, tertium humile. Prophetia eſt inſpiratio
diuina, occultorum euentus immobili ueritate ꝓ
nuncians. Eſt igitur humilis prophetia, quæ de e-
lementis fit, & elementatis: anceps, quæ de mori-
bus hominum fit, & ipſorum conſilus: admirabi-
lis, quæ de ueritate iudiciorum Dei, & ipſius arca
nis. Humilis eſt, quæ de proximo fit, & noto: an-
ceps, quæ de proximo, & ignoto. Admirabilis, q́
de occulto, & ignoto. Primum igitur, & ſecundũ
eſt filiarum. Tertium filiorum. In aduentu igitur
paracliti filij, & filiæ prophetant omni genere ꝓ
phetiæ: ſenes ſomniant genere ſomnij contem-
platorio: iuuenes uident, intellectuali genere ui-
Z. ſionis, & reuelatorio. Serui quoque effuſionem
Serui. Spiritus accipiunt. Sed quia tria ſunt genera ſer-
uorum: uidendum eſt, qui ſunt ſerui Dei accipien
tes effuſionem paracliti. Primi ſiquidem ſunt ſer
ui naturæ, ſecundi culpę, tertii gratię. Primi ſerui
mundi; ſecundi peccati, tertij Chriſti. Super hos
Seruitus extremos effunditur paraclitus. Sed & Chriſti ſer
Chriſti uitus ſecundum tres timores, tres habet gradus
Timor differentes. Primus eſt timor ſupplicii, quo malũ
triplex. uitatur: hic bonus eſt. Secundus timor amittendi
præmium, quo in uinea Domini anxie laboratur:
hic melior eſt. Tertius timor offendendi, quo bo
Iob.9 mo omnia opera ſua ueretur ſciens, quia Deus nõ
parcet delinquenti: hic optimus eſt. Seruus in
primo gradu, accipit fuſionem: in ſecundo, infu-
ſionem: in tertio, effuſionem. Sequitur.

,, Et dabo prodigia in cœlo ſurſum, & in
,, terra deorſum. Sanguinem, & ignem, &
,, uaporẽ fumi. Sol uertetur ĩ tenebras &c.

A ¶ In cœlo Dominus prodigia dedit: quia in paſſio
ne ſua, ſol lucis ſuæ radios abſcondit. Lunam quo
que in ſanguinẽ uerſam eſſe credimus: licet hoc
in nulla hiſtoria legamus, quia hoc a propheta
dictũ eſt: ab Apoſtolis uero aſſertum, nullatenus
inde eſt ambigendum. In terra dedit prodigia:
quia tam uehementi, & inſolito motu terra in-
tremuit, ut monumenta aperta, & ſaxa dirupta
Luc.22. ſint. Sanguinem dedit, quando Chriſtus ante paſ
ſionem prolixius orans, & in agonia factus guttę
ſanguinis decurrebant in terram. Vapores, ſunt
fluxus lachrymarum eius. Ignis, eſt Spiritus San-
Allego. ctus. Allegorice. Sol, eſt Chriſtus; luna, eccleſia.
Sol in tenebras uerſus; Chriſtus cruci affixus. Vn
de de cæcitate iudæorum Hieremias loquens: da
Thre.3. bis (inquit) eis Domine ſcutum cordis laborem
tuum. Luna uerſa in ſanguinem, eccleſia eſt Chri-
ſti imitans paſſionem. Sanguis, profeſſionem de
ſignat martyrũ. Ignis, chorũ uirginũ ardore dile-
ctionis æſtuantiũ. Vapor, eſt frequẽs, & deuota cõ
pũctio cõtinentiũ. Hęc ſi quidẽ ſunt ſubſecuta, ut
luna fuerit uerſa, antequã ueniat dies magnus, &
,, B horribilis. Dies magnus, & horribilis: dies eſt paſ
ſionis, & reſurrectionis. Magnus fidelibus: horri-
bilis nõ credẽtibus. Horribilis ijs, qui dixerũt Sã Mat.27.
guis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros. Ma-
gnus illis, qui dixerunt. Vere filius Dei erat hic. Marc.15.
Aliter. Sol in tenebras uerſus, Chriſtus eſt in cor-
dibus electorum in articulo mortis obſcuratus.
Vnde & in euangelio quidam de eo dixerũt. Nos Lucæ ul.
autem ſperabamus, quòd ipſe eſſet redempturus
Iſrael. hinc per Iob. Fratres mei elongauerunt a Iob.19
me: & noti mei quaſi alieni receſſerunt a me. Lu-
na in ſanguinem uerſa, ſynagoga eſt in Chriſti paſ
ſione cæcata: teſtimonij ſui ſanguine perpetuo cõ
demnata. Sanguis, ignis, uapor triplicem Iudæo- C
rum ſignificant peſtem. Sanguis, corporum mor-
tificationem. Ignis, rerum & poſſeſſionum com-
buſtionem. Vapor, per maria & inſulas ipſorum
relegationem. Siquis uero ſuper his dubitat, Io-
ſephum in libro antiquitatum; & Hegiſippum le
gat. Hęc de aduentu Chriſti in carne: nunc loqua
mur moraliter de aduẽtu paracliti in mentem. D
Cum enim paraclitus animam fidelem dignatur Moralis
uiſitare, prius repperit eam uitiis ſcatentem, mox
per ſpiritum timoris compungit eam ad pœniten
tiam: & ita eam ſuam facit ancillam. Quam pede
tentim per opera pœnitentiæ permittit excreſce-
re: deinde per deuotam pręceptorum obedien-
tiam incipit iuueneſcere: deinceps per morum
innocentiam, & conſiliorum eminentiam matu-
reſcere: demum per dilectionis priuilegium aſci-
ſcitur in hæreditatis conſortium. Iuxta leges tro- E
pologiæ. uiſio, eſt propria cognitio ſui: ſomniũ, Tripol.
exceſſus animi: prophetia, contemplatio ſponſi:
cœlum, animus: terra, caro. Vel cęlum, contem-
platiui: terra, actiui. Vapor, compunctio mentis:
ſanguis mortificatio carnis: ignis, feruor dilectio
nis. Sol uerſus in tenebras, animus eſt in ſui confu
ſus cognitionem: luna in ſanguinem, caro in ſui
mortificationẽ. Sequitur. Antequam ueniat dies F
Domini magnus, & horribilis. Dies Domini, illu ,,
minatio Dei per exceſſum a charitate ſponſi. Ma- ,,
gnus eſt Dominus, quia cuncta terrena deſpicit:
horribilis, quia tremenda, & ſtupenda perſpicit.
Magnus, quia æterna oſtendit. Horribilis, quia in
comprehenſibilia promittit. Horribilis hic non
pro horrore confuſionis, ſed pro ueneratione ad
mirationis ponitur. Magnus non pro uitio, ſed ꝓ
uirtute dicitur. Hanc autem diem præfata qua-
tuor præcedunt: quia dum cognitio ſui, indiciũ
culpæ: compunctio mentis, munus ueniæ: morti-
ficatio carnis, conſilium iuſtitiæ: feruor dilectio-
nis, priuilegium meretur gratiæ: ſtatim ſubſequi
tur dies gloriæ: exceſſus ſcilicet animi, & contem
platio ſponſi. Sequitur. Et erit. Quicunque inuo
cauerit nomen Domini ſaluus erit. Quæcunquę G
ſuper aduentum Chriſti, & miſſionẽ paracliti in-
terpretati ſumus: Iudæi ad aduentum ſui Meſſię
referunt. In quo (ut ipſi aiunt) cultus legis ad inte
grum reparabitur, felicitas priſtina reſtituetur.
Solus populus Iudaicus Meſſiam recipiet: ſolus
eum inuocabit, & ipſe exaudiet. Quidam uero do
ctorum præfatæ prophetiæ interpretationem ad
iudicium ultimum transferunt. In quo quicun-
que inuocauerit nomen Domini, ſaluus erit: quia
ſoli

ſoli electi tunc eum inuocabunt, reprobi uero a
Inuocare. facie horroris Domini ſtupentes tacebunt. Hoc
eſt enim inuocare ex ſecuritate conſcientiæ, &
uirtute meritorum in ſe uocare. Nos uero ſine cu
iuſcunque ſententiæ præiudicio, ad aduentum
Chriſti in carnem, & paracliti in mentem, & hoc
referimus, quod dicitur. Omnis, quicunque in-
uocauerit nomen Domini, ſaluus erit. Vnde &
Hieronymus. Quod (inquit) ſequitur. Omnis, qui
cunque inuocauerit nomen Domini, ſaluus erit:
Melius de die paſſionis Chriſti, uel reſurrectionis
accipitur. Inuocatio uero, in qua ſalus conſiſtit,
non ex ſermone tantum, ſed etiam ex corde, & o-
pere conſtat. Vnde huius tripartitæ inuocationis
gratia, non incipientium, ſed perfectorum eſſe cre
denda eſt. Quia quod cor credit, os confitetur, ma
nus opere complet. Nec leuis momenti eſſe pute
tur hæc inuocatio. Licet enim dicatur ab Apoſto
lo. Nemo dicit, Dominus Ieſus, niſi in Spiritu ſan
1.Co.12 cto: tamen hoc ipſum dicere non ſermone tan-
tum, ſed & affectu ponderandum eſt. Vnde & de
Samuele legimus. Et Samuel inter eos, qui inuo-
Pſal.98 cant nomen eius. Hinc de Moyſe, & Aaron. Inuo
Pſal.98 cabant Dominum, & ipſe exaudiebat eos. E con-
Matt.7. trario de reprobis. Nō omnis, qui dicit mihi, Do-
mine, Domine, intrabit in regnum cœlorum.
H Moraliter. Poſt data in cælo prodigia, poſt lucem
Moral. propriæ cognitionis, poſt fumum deuotę compū
ctionis, poſt ſanguinem iuſtę mortificationis,
poſt ignem perfectæ dilectionis, ſola reſtat ſuaui-
tas contemplationis. Ait ergo. Et erit tunc, ſcilicet
„ omnis, quicunque inuocauerit nomen Domini,
„ ſaluus erit. Quia in contemplationis florido lectu
lo, nihil aliud eſt nominis Domini inuocatio, niſi
optata ſalutis adeptio, deſideratiſſima ſponſi, &
ſponſæ unitio. Sic ſaluata ſponſa fuerat, ſic nomē
Domini inuocauerat: quæ dicebat. Oleum effuſū
Cant.1. nomen tuum. Oleum, inquam, nominis effuſum
ſponſa acceperat: quę quia lux eſt, præſentia illius
illuminata erat: quia unctio eſt, tactu illius ſanata
extiterat: quia panis uitæ eſt, amplexu illius ſatia-
ta fuerat. Illuminata cognitione ſpiritus, ſanata a
uanitate mundi, ſatiata oſculo uerbi. Et hæc eſt
nominis inuocatio. Hæc eſt ſalutis adeptio, oſculo
rum ſuſceptio, lectuli communio, uerbi & animæ
unitio. In qua omnis quidem ſaluatur: quia cum
hac luce nemo cæcatur: cum uirtute nullus infir-
matur: cum ſalute nemo periclitatur. Sequitur.

QVia in monte Sion, & in Hieruſalem
erit ſaluatio, ſicut dixit Dominus: &
in reſiduis, quos Dominus uocauerit.
Quia ecce in diebus illis, & in tempore il
Cap.3. lo cum conuertero captiuitatem Iuda, &
Hieruſalem. congregabo omnes gentes,
& deducam eas in uallem Ioſaphat: & di-
ſceptabo cum eis ibi ſuper populo meo,
& hæreditate mea Iſrael, quos diſperſerūt
in nationibus: & terram meam diuiſerūt:
& ſuper populum meum miſerunt ſor-
tem. Et poſuerunt puerum in proſtibulū,
& puellam uendiderunt pro uino ut bi-
berent.

¶ Capitulum hoc prius moraliter diſcutiamus: I
deinde ad opaca allegorię, & tropologiæ iocunda Moral.
tranſeamus. Iudæi in hoc loco promittunt ſibi,
immo ſomniant, quòd in ultimo tempore con-
gregabuntur a Domino, & reducentur in Hieru-
ſalem. Nec felicitate contenti ipſum Deum ſuis
manibus Romanorum filios, & filias aſſerunt tra
diturum, ut uendant eos non Perſis, & Æthiopi-
bus, & cæteris, que uicinæ ſunt, nationibus, ſed
Sabæis genti remotiſſimæ: quia Dominus loqu
tus ſit, quòd populi ſui ulciſcatur iniuriam. Hæc
illi, & noſtri iudaizantes: qui mille annorum re-
gnum in Iudææ ſibi finibus pollicentur, & aureā
Hieruſalem, & uictimarum ſanguinem: & filios,
ac nepotes, & delicias incredibiles, & portas gem
marum uarietate diſtinctas. ¶ Locus hic iuxta ana Anagori
gogen difficillimus eſt, & multiplicem recipiens ce.
explanationem: ut ſub tropologia omnia illa, quę
dicta ſunt, referamus, & quæ Petrus, & Paulus apo
ſtoli retulerunt, hoc eſt, quando paſſus eſt Domi-
nus, & reſurrexit. Neque enim fieri poteſt, ut ſupe
riora, in tempore paſſionis, & quæ ſequuntur, in
die iudicii intelligamus: maxime cum ſequatur.
Quia ecce in diebus illis, & in tempore illo. Et iſte
uerſiculus præcedentibus inferiora connectens,
uno dicat cuncta tempore perpetranda. Dicatur „
ergo: in monte Sion, & in Hieruſalem erit ſalua „
tio ſicut dixit Dominus &c. Reſidui: ſunt apoſto- Reſidui.
li, cæterique diſcipuli. Vnde Eſaias. Niſi Dominus Eſaiæ.1.
ſabaoth reliquiſſet nobis ſemen &c. Sicut Domi- „
nus dixit. Vbi, uel per quem Dominus dixit? Per
Eſaiam. De Sion (inquit) exibit lex, & uerbum Do Eſaiæ.2.
mini de Hieruſalem. Et per Pſalmiſtam. Diligit Pſal.86.
(inquit) Dominus portas Sion ſuper omnia taber
nacula Iacob. Sequitur. Quia ecce in diebus illis „
&c. In diebus ſiquidem paſſionis, & reſurrectio- K „
nis cum captiuitatem Dominus Iuda, & Hieruſa-
lem conuertit: cum ſcilicet de filiis Abrahæ eligē
do ſibi aliquot uocauit, uocando iuſtificauit: om
nes gentes in ualle Ioſaphat congregando dedu-
xit: quia ſcilicet iuſta, & gratuita miſericordia, ali
os fecit uaſa miſericordiæ in gloriam: alios iuſtæ Rom.9
uaſa iræ in interitū, & cōtumeliā. Moyſi. n. dixit. Exod.33
Miſerebor cui uoluero, & miſericordiā præſtabo
cui miſerebor. Ioſaphat, iudicium Domini inter-
pretatur: per quod damnatio reproborum deſi-
gnatur. In tempore igitur conuerſionis electorū
reprobatur multitudo impiorum: quia in articu
lo, & myſterio Dominicæ paſſionis cauſa, & ſum-
ma ſalutis cōſtat, & perditionis. Vnde Apoſtolus.
Quicunque baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in
morte ipſius baptizati ſumus. Item idem. Ego. n. Gal.6
(inquit) ſtigmata Ieſu Chriſti in corpore meo cir
cunfero. Hic Dominus ad Moyſen. Cum uiderit Exod.12
(inquit) angelus ſanguinem in ſuperliminari, &
ſuper utrunq; poſtem, tranſcendet oſtium: & non
ſinet percuſſorem ingredi domos ueſtras, & læde
re. Hinc Dominus per Ezechielē. Omnem (inqt) Ezech.9
ſuper quem uideris Thau, ne occidas. Et Apoſto-
lus

Heb.9. Ius.Omnia(inquit)pene io ſanguine mundantur:
L & ſine ſanguinis effuſione non fit remiſſio.¶Se-
quitur. Et diſceptabo cum eis ibi.ſ. in ualle Ioſa-
phat. Pro populo ſuo, & hæreditate, pro cauſis
ſubiunctis contra gentes Dominus diſceptat:quia
inde gentes iudicium ſuſcipiunt damnatiooissun
de in ſequentia facinora inciderunt. Hoc teſtimo
nium ad idololatras,& hæreticos reſpicit: qui po-
pulum Domini ſeducentes, ipſum populum par-
titi ſunt: & terram illius diuidentes, multiſque
eam inter ſe erroribus ſeparantes, ad culturam i-
dolorum compulerunt: ut alij colerent Ionem,
alii Phœbum,alij Iunonem,alij Mineruam, Rubi
ginem,Anubim,Crocodilum, & Ibim, Noctuas,
M Accipitres,& Ciconias. Hæretici quoque terram
Domini,id eſt,eccleſiam diuiſerunt: & ſuper po-
pulum eccleſiaſticum ſortem miſerunt: quando
eos ſeducentes,& ad hæreſum errorem deducen-
tes,Arrius Arrianos,Sabellius Sabellianos,Manes
Manicheos,& alij alios erroris ſui diſcipulos fece
runt.Sequitur.Et poſuerunt puerum in proſtibu-
lum:& puellam uendiderunt pro uino ut bibe-
N rent.Hic aliter utrunque, hæreticum ſcilicet, &
idololatram, ſuper tribus arguit. De auaritia, de
luxuria,& de gula.De auaritia,quia ſuper populũ
Domini ſortem miſit. De luxuria,quia puerum
proſtituit,De gula,quia pro uino puellam uendi-
Allego. dit.Allegorice. Vterque puerum, eccleſiaſticum
ſcilicet populum,fide purum,ſpe rectum, charita
te ſyncerum: ſuaſione maligna, & promiſſione
fraudulenta decipiens, idololatra in proſtibulũ
poſuit idolorum: & hęreticus in tugurium inclu
ſit errorum.Et puellam uendiderunt pro uino ut
biberent. Quia animam adhuc fide teneram, mo-
ribus delicatam: idololatra donis, & promiſſis
corrumpens; hæreticus uenenato uerborum co-
lore circumueniens,argumentis ſophiſticis ſedu
cens,mancipauerunt eum hæreſi,uel idololatriæ:
O accipientes de triumpho eius uinum lætitię. Mo
Moral. raliter.Duæ ſunt ſpirituales captiuitates:captiui-
tas ſcilicet Iuda, id eſt, confeſſionis: & captiuitas
Hieruſalem,id eſt,contemplationis. Quando con
templatio captiuatur, ſtatim anima curis impu-
gnatur,negòciis occupatur,tumultibus,& deſide
riis illicitis infeſtatur.Quando uero confeſſio ten
dit in captiuitatem,tunc infelix in tenebras deſcẽ
dit uitiorum,& deſperationis calamitatem. Tunc
dęmones terram Domini,id eſt,fidelem animam
uitijs diuidunt: ſuper populum uirtutum, pecca-
torum ſortem mittunt.Tunc puerum,id eſt, puri
tatem mentis,proſtituunt illicitis deſideriis. Tũc
puellam,id eſt,cordis innocentiam uendunt pro
uino,id eſt,lætitia temporali, & terreno delecta-
mento. Sed cum in die ſalutis, & in tempore pla
cito uiſitare dignatur oriens ex alto: infundit co-
gnitionem ueritatis,& tunc reuocatur confeſſio:
pręſtat amorem uirtutis, & reducitur contempla
tio. Et tunc gentes uitiorum deducuntur in ual-
lem iudicij: & eo quòd egerunt inique aduer-
ſum chorum uirtutum, arripuit iter exterminij.
Poſſumus ad diem iudicii ſuperiora referre: ſed
quia ad alia feſtinamus, placet ea lectoris ar-
bitrio committere. Sequitur:

Verum quid mihi, & uobis Tyrus, & Si-
don, & omnis terminus Palæſtinorum?
Nunquid ultionem uos reddetis mihi?
Et ſi ulciſcimini uos contra me,cito uelo
citer reddam uiciſſitudinem uobis ſuper
caput ueſtrum. Argentum enim meum,
& aurum tuliſtis: & deſiderabilia mea,&
pulcherrima intuliſtis in delubra ueſtra.
Et filios Iuda,& filios Hieruſalem uendi-
diſtis filijs Græcorum,ut longe faceretis
eos de finibus ſuis. Ecce ego ſuſcitabo
eos de loco,in quo uendidiſtis eos,& cõ
uertam retributionem ueſtram in caput
ueſtrum. Et uendam filios ueſtros, & fi-
lias ueſtras in manibus filiorum Iuda: &
uænundabunt eos Sabæis,genti longin-
quæ: quia Dominus loquutus eſt.

¶ Hæc Iudæi aduerſus Tyrum,& Sidonem, & Pa- P
læſtinorum termioos dici arbitrantur: ꝙ tempo
re captiuitatis Iudaicę quando uicti ſunt a Roma
nis, Dei populum perſecuti ſunt, immo in ipſo
populo ipſum Deum,qui præfuit populo.Ego igi
tur,inquit,reddam uobis, quæ populo meo, im-
mo mihi feciſtis: quia argentum meum, & aurũ
meum,id eſt,uaſa templi,& quicquid præcioſiſſi
mum fuit, tuliſtis, & conſecraſtis idolis ueſtris.
Hęc autem narrat hiſtoria Chaldæos magis feciſ-
ſe,qui uaſa templi Domini poſuerunt in templo
ſuo. Vnde Balthaſar poſtea in phialis potat:ſtatim
que regnum eius in Medos, Perſaſque transfer-
tur.Sed quia poſt diem Domini magnum, & hor
ribilem hæc futura dicuntur: quæ Apoſtoli in re-
ſurrectionem Domini interpretantur,& Hebræi
in futurum tempus iudicii differunt:De Romanis
magis intelligendum eſt: ꝙ Veſpaſianus,& Titus
Romæ templo pacis ædificato,uaſa templi,& uni
uerſa donaria in delubro illius cõſecrarint: quæ
græca,& romana narrat hiſtoria. ¶ Myſtice uero
de aduentu Chriſti io carnem agitur.Poſſunt per Q Myſtice
Tyrum,& Sidonem,& Palæſtinos, intelligi idolo
latræ,& hæretici.Si de ipſius aduétu ad iudiciũ,
dæmones: Si de ipſius aduentu in mentem, ui-
tia,& carnales paſſiones. Omnibus uero ueloci-
ter,citoque Dominus uiciſſitudinem reddet:quia
& de primo aduentu legitur:qui non credit,iam
iudicatus eſt. Item. Nunc iudicium eſt mũdi &c. Ioan.3.
Et de ſecundo.Ite maledicti in ignem æternum. Ioan.12.
Et de tertio. Paupercula tempeſtate conuulſa, ab- Matt.25
ſque ulla conſolatione. Ecce ergo ſternam ſicut Eſa.54
aurum per ordinem lapides tuos, & fundabo te
in ſaphiris &c. Argentum, eſt eloquentia: aurũ, R
ſapientia: deſiderabilia, religioſiſſima:pulcherri
ma,honeſtiſſima. Honeſtum ſpectat ad famam:
Religioſum ad conſcientiam.Delubra,ſunt cultu
ræ idolorum,uel ſectæ hæreticorum, uel conſue-
tudines uitiorum. Filij Iuda,actiui: filij Hieruſa-
lem,contemplatiui. Græci mendaces, falſiloqui
ho-

homines ſcilicet,uel motus animi. Græci ſiquidē
interptetantur eſt & non: per quod deſignatur
fallacia, & mendacium. Per hæc uero, quæ ſupra
diximus,cœtus eorum,uel chorus uirtutum lon-
ge ſit a ſuis finibus. Sed Deus ultionis Dominus
cito uelociter reddet uiciſſitudinem: qui retribu
tionem inimicorum conuertit.Vnde, & ſequitur
,, Ecce ego congregabo eos &c. Et uendam filios
,, ueſtros,& filias ueſtras in manibus filiorum Iudæ:
,, & uęnundabunt eos Sabæis,genti longinquæ.Fi-
,, lij præfatorum, allegorice, ſunt diſcipuli genti-
S lium,uel hæreticorum. Moraliter, motus uitio-
rum.Manus filiorum Iuda, ſunt confeſſiones,&
opera pœnitentiæ. Salubriter igitur præfati his
manibus traduntur:quia & hi per confeſſionem
fidei ad gratiam redeunt baptiſmi: & illi per con
feſſionem peccati, & opera pœnitentiæ ad ueniā
culpæ,ad gratiam obedientiæ, ad puritatem euo-
lant innocentiæ. Et hinc eos Sabæis genti longin
quæ uænundant,quia præfatos præfati purifica-
tos odio peccati,abiectioni ſui,contemptui mun-
di applicant.Saba ſiquidem interpretatur captiui
tas. Primo ergo captiuatur iniquitas odio pecca-
ti. Secundo curioſitas abiectione ſui.Tertio uani-
tas contemptu mundi.Aliter, præfatos præfati e-
xercitatos Sabæis nænundant, quia poſt opera pę
nitentiæ, poſt deuotionem obedientiæ, poſt fru-
ctus dignos iuſtitiæ ſubleuant præfatos ad quie-
tem contemplatiuæ lætitiæ.Saba,dicitur gens lō-
ginqua. Vnde & contemplatiua familia, gens di-
citur remota: quia a turbis uitiorum, a curis ne-
gociorum, ab exercitio actionum procul eſt ſe-
queſtrata. Sequitur.

Clamate hæc in Gentibus, ſanctificate
bellum,ſuſcitate robuſtos. Accedant, &
aſcendant omnes uiri bellatores: conci-
dite aratra ueſtra in gladios: & ligones
ueſtros in lanceas. Infirmus dicat: quia
fortis ego ſum. Erumpite, & uenite om-
nes Gentes de circuitu, & congregami-
ni. Ibi occumbere faciet Dominus ro-
buſtos tuos.Conſurgant,& aſcendant gē
tes in uallem Ioſaphat:quia ibi ſedebo,ut
iudicem omnes gentes in circuitu. Mit-
tite falces,quoniam maturauit meſſis. Ve
nite,& deſcendite,quia plenum eſt torcu
lar. Exuberant torcularia, quia multipli-
cata eſt malitia eorum. Populi, populi in
ualle conciſionis:quia iuxta eſt dies Do-
mini in ualle conciſionis. Sol, & luna ob
tenebrati ſunt: ſed & ſtellæ retraxerunt
ſplendorem ſuum.

T ¶ Iudæi locum iſtum ad Goth, & Magoth gentes
referūt ſęuiſſimas(de quibus nos ſupra diximus)
arbitrantes eas ultimo tempore quando Hieruſa-
lem fuerit inſtaurata ſub mille annorum impe-
rio contra Dei populum eſſe uenturas:& in ualle
Ioſaphat,quę ad orientalem partem ſita eſt, eſſe
ruituras. Aduenisse enim tempus occiſionis earū
dicunt,& effundendi ſanguinis inſtare uindemiā.
Hæc Iudęi fruſtra ſomniant. Nos autem ueritatē Allego.
rei pandentes allegorice ea proſequamur,ac dein
de ad iocunda tropologiæ ſecreta rimanda tran-
ſeamus.Si de aduentu Domini in carnem in prę-
ſenti agitur, litera ſic competenter legitur. Hor- V
tatur ergo propheta in prȩſenti uates diuinos,&
comprophetas ſuos,ut denuncient de die in diē
ſalutare Domini: annuncient inter gentes gloriā
eius,in omnibus populis mirabilia eius: Annun-
cient,inquam, incarnationem uerbi, paſſionem,
& reſurrectionem Ieſu Chriſti: ſuper apoſtolos
aduentum paracliti,prædicationes eorum, uirtu-
tem ſignorum,gratiam miraculorum, conflictus
uerborum,agones certaminum, paſſiones corpo
rum: in omnibus uirilem conſtantiam, & cele-
rem de gentibus uictoriam.Et hoc eſt,quod dicit.
Clamate hęc in gētibus. Ac ſi diceret.Nolite par-
cere,nolite ſilere.Sic uinci gentibus erit gloria:
ita ſiquidem ſuccumbere glorioſa uictoria. San-
ctificate bellum.Si enim cuius finis bonus eſt, ip-
ſum quoque bonum eſt:hoc bellum quoque pro
culdubio ſanctum eſt,cuius finis ſanctus eſt. Et
hoc bellum ſanctificare,eſt bellum ſanctitate do-
nare.Nonne bellum ſanctificatur, ubi uirtus triū-
phat,& uitium necatur? Nonne,inquam,ſanctifi-
catur bellum,ubi uicto reputatur uictoria, ſuccū
benti corona,ubi ſugienti præmium, ſuperato a-
ſcribitur regnum?Suſcitate ergo robuſtos,apoſto
los ſcilicet,& apoſtolicos uiros. Quid eſt ſuſcita-
re,niſi ſurſum excitare? Quid eſt ſurſum excitare,
niſi ſurſum eleuatos uirtutibus nuntios, miracu-
lis decoros annunciare? Viri igitur bellatores,uer
bi ſcilicet prędicatores, cæleſtis militiæ duces ad
prædicationem accedant: ſuper colla gentium a-
ſcendant. Aſcendant,inquam, ſuper iugum fidei
gentium per uirtutem prodigiorum, per coru-
ſcationem miraculorum.Deinde ſermo propheti
cus ad eos conuertitur dicens. Concidite aratra ,,
ueſtra in gladios, & ligones uoſtros in lanceas. ,,
Quid ſunt aratra,niſi membra mortificata?Quid ,,
eſt aratra in gladios concidere,niſi membra mor
tificata pro cura fidei,pro uirtute uerbi, neci fre-
quenter opponere?Hoc illi fecerant,de quibus in
Actibus apoſtolorum legitur. Ibant apoſtoli gau Act.5.
dentes,a conſpectu concilij: quoniam digni habi
ti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati. Hinc 1.Cor.4
Apoſtolus.Puto enim,ꝙ Deus nos apoſtolos no-
uiſſimos oſtendit,tāquam morti deſtinatos:quia
ſpectaculum facti ſumus mundo,& angelis,& hō
minibus.Item idem. Vſque in hāc horam,inquit, 1.Cor.4
eſurimus,& ſitimus,& nudi ſumus,& colaphis cę
dimur,& inſtabiles ſumus,& laboramus operan-
tes manibus noſtris: maledicimur, & benedici-
mus: perſecutionem patimur,& ſuſtinemus: bla-
ſphemamur,& obſecramus, tanquam purgamen
ta huius mundi facti ſumus,omnium peripſema
uſque adhuc. Ecce quomodo aratrum concidi-
tur.Nunc uideamus quomodo in gladium con- 1.Cor.9
uertatur.Bonum(inquit) eſt mihi magis mori, q̄
ut gloriam meam quis euacuet. Nam ſi euangeli-

zauero

uoero non eſt mihi gloria: neceſſitas enim mihi
incumbit. Vę enim mihi ſi non euangelizauero.
Si autem uolens hoc ago, mercedem habeo. Si au
tem inuitus, diſpẽſatio mihi credita eſt. Ligones,
ſunt uariæ mentis compunctiones. Lanceæ, ſunt
ſeueræ comminationes. Quid eſt autem ligones
in lanceas concidere, niſi ex uaria mentis compũ
ctione ardorem fidei, uirtutem uerbi, uim ſenten
tiarum concipere? Hinc ſponſus ad ſponſam in cã
Cant. 7. ticis. Oculi tui (inquit) ſicut piſcinæ in Heſebon, q̃
X ſunt in porta filiæ multitudinis. Oculi ſponſe, ſunt
claritas fidei, & intelligentia diuini eloquij. Heſe
bon, interpretatur cingulum mœroris: piſcinæ
Heſebon, ſunt diuerſa genera compunctionis. O-
culi igitur ſponſæ ſunt ſicut piſcinæ in Heſebon:
quia inde magis magiſque clarificantur, unde in
præfatis piſcinis frequentius lauantur. Gladius,
eſt de præſenti uirilis conceptio: lancea, de futu-
ro ſalubris comminatio. Doctores igitur per con
temptum ſui, & mortificationem carnis, fiduciã
diuinitus accipiunt fraternæ correptionis. Per de
uotionem: compunctionis poteſtatem, & gratiã
comminationis. Sequitur. Infirmus dicit, quia
2.Co.12 fortis ego ſum. Quia ſcriptum eſt. Quando infir-
mor tunc fortior ſum, & potens. Item dicitur. Vir
2.Co.12 tus in infirmitate perficitur. Propheta præuidens
electionem gentium, gloriam fidelium, conuer-
ſionem earum ad fidem: uitium in eis infirmari,
triumphare, uirtutem ait. Erumpite de latibulis
templorum: de angulis idolorum: & uenite per
paſſus fidei, & fructus pœnitentię, de circuitu, in
quo ut impij ambulaſtis: qui ueritatem contem-
nentes diu falſitatem palpaſtis. Congregamini in-
tra retia diuini uerbi, intra caulas fidei, intra ſepta
oculis Dominici. Ibi faciet Dominus occumbe-
re robuſtos ſuos: quia ſcilicet per ardorem fidei,
per uirtutem diuini eloquij, ſibi doctores ſubij-
cient reges, optimates, ſapientes, philoſophos.
Eſa.60 Hinc Eſaias. Omne pecus Cedar (inquit) congrega
bitur tibi: arietes Nabaioth miniſtrabunt tibi.
Eſa.35. Hinc alibi. Gloria Libani data eſt ei, decor Carme
Hier.27 li, & Saron. Item alius. Gens, & regnum, quod nõ
Eſa.60. ſeruierit tibi peribit. At Eſa. Gloria Libani ad te
ueniet, abies, buxus, pinus ſimul ad ornandum lo-
cum ſanctificationis meæ. Idem ibidem. Venient
ad te curui filij eorũ, qui humiliauerunt te, & ado
rabunt ueſtigia pedum tuorum omnes, qui detra
hebant tibi. Quandoquidem tanti momenti eſt
uictori cedere, tantę utilitatis bellatores ſuccum-
bere: conſurgant ergo, & aſcendant gentes in ual-
lem Ioſaphat, id eſt, in humilitatem iudicij. Ioſa-
phat ſi quidem interpretatur iudicium Domini:
quia ibi ſedebo dicit Dominus, ut iudicem om-
Ioan.9. nes gentes in circuitu. Hinc ipſe in euangelio. In
Y iudicium (inquit) ueni in hunc mundum, ut non
uidentes uideant, & qui uident cæci fiant. Sequi-
tur uox Saluatoris Apoſtolos ſuos cohortãtis ad
collectionem nouarum frugum, ad conuerſionẽ
gentium, & dicentis. Mittite falces, quoniam ma-
„ turuit meſſis. Vide quanta ſit prophetię conueniẽ
„ tia cum euangelica ſententia. Saluator nanque in
Matt.9. euãgelio ſic ait ad Apoſtolos. Meſſis quidem mul

ta, operarij uero pauci. Item in præſenti prophe-
tia. Quando maturuerit meſſis falces mittite. Si- *Tres falces*
quidem tres ſunt falces eorum, qui ad fidem Tri
nitatis populos ſuſcipiunt: qui ad horrea Domini
ca nouas fruges mittunt. Prima eſt prædicatio uer
bi. Secunda forma catechizandi. Tertia ſacramen
tum baptiſmi. Ac ſi diceret. Prædicate, inſtruite,
abluite. Prędicare fidei regulam. Inſtruite ad pœ-
nitentiam. Abluite ad ueniam. Sequitur ipſius Do
mini uox diſcipulos ſuos hortantis in cura fidei,
& doctrina uerbi ad agonem martyrij. Venite (in
quit) & deſcendite. Venite paſſibus prędicationis: „
deſcendite ad laborem, & humilitatem fructuo- „
ſiſſimæ paſſionis: quia per paſſionem corporum,
& uirtutem miraculorum: multa millia neophi-
torum uobiſcum recipient glorioſi certaminis
glorioſiſſima præmia: & qui participes erunt mę
roris, participabuntur & gaudio. Et hoc eſt, quod
dicit: quia plenum eſt torcular: exuberant torcu-
laria. Quod autem dicit: multiplicata eſt malitia
eorum, ſi de neophitis agitur, ita recte intelligi- Z
tur. Ac ſi diceret. Multiplicata eſt malitia, & ad fi-
nem uſque perducta, quæ ultra progredi non de
buit: cui diuerſa ſententia terminum hic poſuit.
Si uero de reprobis, ita: multiplicata eſt malitia,
id eſt, ad cumulum, & ad punctum perducta: ut
ſcilicet abijciantur a gloria regni, & omni fidei: ut
gaudijs inſerantur electi, malitia horum, & crude
litate uexati: gloria, & honore coronati, per meri
tum martyrij. Intuere conuenientiam euangelij,
& prophetiæ. Saluator ait ad Apoſtolos in euange
lio. Leuate oculos ueſtros, & uidete regiones, quo
niam iam albæ ſunt ad meſſem. Ipſe in præſenti p Ioan.4
prophetam. Venite, inquit, & deſcendite, quia ple
num eſt torcular: exuberant torcularia &c. Sequi
tur. Populi populi in ualle conciſionis. Populi re
petitio, operis eſt inculcatio, negocij commenda „
tio. Ac ſi diceret. Populi populi in ualle conciſio „
nis, id eſt, in humilitate iudicij, in diſcretione fi-
dei, uita eſt quærenda ſalutis cauſa, iuſtitiæ ſum-
ma. Et hoc eſt, quod ſequitur. Quia iuxta eſt dies
Domini in ualle conciſionis: humilitatem enim
rectę confeſſionis, proſperitas ſequitur æternæ
retributionis, & claritas beatæ contemplationis.
Sequitur. Sol, & luna obtenebrati ſunt, & ſtellæ
retraxerunt ſplendorem ſuum. Sol, eſt mundi phi „
loſophia. Luna, ſecularis potentia: ſtellæ, cęteræ po „
teſtates ſubditæ. Sol uero, & luna in humilitate A „
iudicij obtenebrati ſunt: quia, ex quo ſapientes
huius mundi, potentes huius ſeculi ad fidei clari-
tatem acceſſerunt, ſtatim ſui erroris tenebras a-
gnouerunt. Stellę uero retraxerunt ſplendorem
ſuum: quia dum diſcipulos Chriſti in cauſa fidei,
contemptum arripere mundi, abiectionem ſui,
agonem ſitire martyrij: dum eos fulgentes ſignis,
ornatos prodigijs, glorioſos miraculis proſpexe-
runt: mox ab elatione conuerſi, a dignitate terre-
na proſtrati, humilitatem Chriſti ſectati, colla fi-
dei dederunt. Et hoc eſt ſtellas ſplendorem ſuum
retrahere: potentes huius ſeculi, optimates huius
mundi, amplectendo humilitatem fidei, florem
mundi omni modo deſpicere. Hæc uero de aduentu
Chriſti

B Chriſti in carnem.Si uero de ultimo aduentu legatur(ut quibuſdā placet) facilis erit in parte interpretatio:difficilis uero,& abſurda,& inconueniens erit quorundam aſſignatio.In illo enim diſtricto iudicio quæ erunt aratra?qui gladij?qui ligones?quæ lanceæ,falces,torcularia?Sed qui id aſſerunt,ad locum allegoriæ currunt. Nos uero,ut eis morem geramus, dicimus præfatas gentes icitco deduci in uallem iudicij, ut interficiantur, & corruant,ut a Domino iudicentur.Cuius mœrorem diei,& tormenta pereuntium, nec ſol quidem,nec luna,nec aſtra cætera poterunt intueri: ſed retrahent fulgorem ſuum:& ſeueritatem iudicantis,reddentiſque unicuiuſque opus in caput ſuum,reſpicere non audebunt.Non quia clementiora ſunt Dei iudicio, ſed quòd omnis creatura in tormentis aliorum,de ſui pertimeſcit iudicio. Seqnitur.

Et Dominus de Sion rugiet:& de Hieruſalem dabit uocem ſuam: & mouebuntur cæli,& terra.Et Dominus ſpes populi ſui: & fortitudo filiorum Iſrael.Et ſcietis, quia ego Dominus ueſter &c.

C ¶Cœptam ſequamur ultioné,& de ultimo aduentu explanationē.Cū ſolis,& lunæ,cunctarumque ſtellarum ſplendor tenebris fuerit commutatus: Dominus de Sion inſtar leonis rugiet,ſiue clamabit,& tam excelſa uox eius erit, atque terribilis, ut cælorum cardines, & terrarum fundamenta quatiantur. Cumq; tam ſeuus in eos fuerit, qui puniendi ſunt:erit tamen clemens erga populum ſuum:& dabit eis fortitudinem, qui appellantur filij Iſrael,mente ſcilicet Deum uidentes: qui nō per prauas uias ambulauerunt, ſed gradientes in uia Chriſti, oīa recta fecerunt. Tunc ſcient & ij, qui punientur in gehenna,& illi, qui aſſumentur in gloriā,ꝙ Dn̄s habitet in ſpecula ſua Sion, & in Chriſto monte ſancto ſuo:ſcilicet in eo, qui ſe p̄-

D parauerat habitaculum dignum Deo.¶Si uero de primo legatur aduentu facilis, & idonea erit explanatio,ita.Non mirum, ſi in humilitate iudicij per uirtutem uerbi, & diſcretionem fidei, gentes ſe ſubdant filio Dei,quia uiuus eſt ſermo Dei, & efficax,& penetrabilior omni gladio ancipiti. Viuus,quia non mutatur: efficax, quia non deficit:penetrabilis,quia non fallitur.Non mutatur ī promiſſo:non deficit in facto: non fallitur in iudicio.Promiſſio eius obliuione non moritur,operatio eius difficultate non uincitur:iudicium eius ambiguitate non fallitur.Veraciter promittit,fortiter facit,ſubtiliter diſcernit.Viuus eſt,ut credas: efficax,ut ſperes:penetrabilis, ut timeas. Viuus eſt in præceptis,& prohibitionibus: efficax in promiſſis,& comminationibus:penetrabilis in iudicijs, & damnationibus. Quia igitur uiuus eſt ſermo Dei, credendum eſt eum uera promittere: quia efficax, credendum eſt eum promiſſa perficere: quia penetrabilis eſt & falli non poteſt, eum offendiſſe lugendum eſt: & de cæ-

E tero offendere cauendum eſt.In ſermone iſto cōſideranda ſunt tria. Sonus, uox, intelligentia. In ſono,ſtrepitus: in uoce, ſenſus: In intelligentia, perfectio intellectus. Strepitus ad comminationem: Vox ad conſolationem: Intelligentia ad ſciētiæ ſpectat perfectionem.Strepitus igitur ad cruciatum pœnitentiæ. Vox ad gratiam ueniæ: Intelligentia ad claritatem gloriæ. Et hoc eſt, quod dicit. Dominus de Sion rugiet &c. Domini rugitus ſermonis eſt ſtrepitus. Vnde hæc tria, rugitus, uox,ſcientia. Rugitus fit comminatione,uox conſolatione, ſcientia contemplatione. Comminando trahit ad pęnitentiam: conſolando reuocat ad gratiam: contemplando ſublimat ad gloriam. Per rugitum terra mouetur ad pęnitentiā: Per uocem cæli mouentur ad gratiam. Per intelligentiam cognoſcimus te unum ſolum,& uerum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Et hoc eſt, ꝙ dicitur. Et ſcietis quia ego Dominus Deus ueſter, habitans in monte ſancto meo. ¶Si uero

*De Sermone Dei gratioſe diſſeruerit.*

F de aduentu Chriſti in mentem præſens prophetia intelligatur: hæc erit ſumma tropologiæ. In uallem iudicij eundum eſt,ibi ſalutis cauſa,pniæ forma, iuſtitiæ norma quærenda eſt. Ibi perimitur hoſtis, liberatur ciuis,ſublimatur erectus,perficitur ſublimatus. Tria quidem ſunt iudicia, proprium ſcilicet, humanum, & diuinum. Proprium fit de compunctione cordis, & humana pęnitentia: humanum publica diſciplina: diuinum abſcondita manifeſtans, & occulta. Per propriū perimitur hoſtis, & ciuis liberatur. Per humanum politur, & ſublimatur. Per diuinum ad unguem perficitur. Vnumquodq; horum iudicio-

Tropol.

*Tria ſunt iudicia.*

G rum merito in ualle dicitur ſitum: quia unumquodque mentem deprimit, & humiliat, unumquodq; cor hominis metu concutit, & uarie cruciat. Primum mentem humiliat terrore gehennæ. Secundum animum deprimit pondere diſciplinæ. Tertium animam ſternit amore iuſtitiæ. In primo igitur iudicio fit uictoria gentiū, & mors robuſtorum: In ſecundo ubertas torcularium,& gratia donorum. In tertio ſpes populi, & fortitudo filiorum. Iuxta uallem iudicij dici-

H tur eſſe dies Domini. Dies Domini dies eſt pœnitentię, dies diſciplinæ, dies gloriæ. Iuxta primā uallē dies eſt pniæ: Iuxta ſecūdā dies diſciplinæ. Iuxta tertiā dies gloriæ. Hinc Pſalmographus. Annūciate de die in diē ſalutare eius.De die .ſ. pœnitentiæ, diem diſciplinæ. De die diſciplinæ, diem gloriæ. Et hoc eſt, quod dicitur. Et ſcietis quia ego Dominus Deus ueſter habitans in Sion monte ſancto meo. Sequitur.

Pſal. 95.

Et erit Hieruſalem ſancta: & alieni non tranſibunt per eam amplius. Et erit in die illa: ſtillabunt montes dulcedinem, & colles fluent lacte. Et per omnes riuos Iuda ibunt aquæ: Et fons de domo domini egredietur, & irrigabit torrentem ſpinarum.

I ¶Hæc Iudęi, & noſtri iudaizantes ad mille annorum fabulas referunt: quando putant Chriſtum habitaturū Sion: & in Hieruſalem auream, atq; gem-

gemmatam ſanctorum populos congregandos: ut qui in iſto ſeculo oppreſſi ſunt ab uniuerſis gē tibus, in hoc eodem cunctis imperent nationibus. Hæc Iudæorum fabula ſomniat: dum nobis ueritas longe alia miniſtrat. Hieruſalem ſignificat huius temporis eccleſiam: ſignificat quoque fidelem animam: etiam illam, quæ ſurſum eſt li-

K bera, matrem noſtram. ¶ De triplici aduentu po teſt litera accipi, & de unoquoque competenter quod dicitur, intelligi. Poſt miſſionem nanque paracliti, poſt prædicationem apoſtolorum, poſt conuerſionem gentium in ualle iudicij, per diſcre tionem fidei, fit Hieruſalem ſancta: & alieni non tranſibunt per eam amplius. Alieni dicuntur idololatræ, hæretici, ſchiſmatici. Qui omnes in exordio primitiuæ eccleſiæ ad eam impugnandam ne nerunt unanimiter. ſed per eam non tranſierūt: quia licet impugnat nitantur ipſius fidei caſtitatem: nullatenus ta en rumpere poſſunt unita tem, nec uiolare chari em. Venerunt quidem rationibus armati phan ſmaticis, argumentis ſo phiſticis: ſed tranſire nequ uerunt, repulſi ueritate uerbi, ſuperati ratione iudicij, proſtrati teſtimonijs ſcripturarum, & calore fidei. Venerunt quidem parati congredi, ſed non tranſierunt, coa

L cti regredi. Ex ipſo uero nomine ſanctitatis, uirtus eius multiplex oſtenditur, & ſpecies ſanctitatis. Quod ſāctum dicitur latine, ἅγιος, idest agios dicitur græce. Agios nomen eſt compoſitum ex α & γῆ. i. gi. Gi. dicitur terra, a ſine. Vnde & illud ſanctum dicitur, quod ſine terra ſit, & a terra ele-

Philip.3 uatur. Sancti erant, de quibus ſcriptum eſt. Noſtra conuerſatio in cælis eſt. Sancti quoque & illi

Phili.2. erant, de quibus dicitur. Inter quos luceris uelut luminaria in mundo, uerbum uitæ continentes.

M Eſt ergo Hieruſalem, ſancta in ſacramentis, in pręceptis, in iudicijs, in conſilijs, in promiſſis. Sacramenta ſiquidem eius ſunt ſine fęces: præcepta ſine mole: iudicia ſine lite: conſilia ſine zelo: promiſſa ſine fuco. Sine fuco fallaciæ: ſine zelo inuidiæ: ſine lite controuerſiæ: ſine mole angariæ: ſine fæce concupiſcentiæ. Eſt igitur ſancta, cuius eſt contēplatiuus intellectus, cæleſtis affectus, ſpiritalis ſenſus, angelicus actus. Vnde Ioannes in Apocalipſi.

*Pulcher Diſcurſus.*

Apo.21 Vidi (inquit) ciuitatem ſanctam Hieruſalem nouā deſcendentem de cælo, ornatam tanquam ſponſam uiro ſuo. Sequitur. Et alieni non tranſibunt ” per eam amplius. Hinc Naum. Celebra (inquit) Iu

Naum.1 ” da feſtiuitates tuas: & redde uota tua, quia non adijciet ultra ut pertrāſeat in te Belial: uniuerſus interijt. Sequitur. Et erit in die illa ſtillabunt mō ” tes dulcedinem &c. Dies illa, eſt aduentus paracli- ” ti: montes, apoſtoli: colles, diſcipuli: riuuli, ſubditi populi: dulcedo, ſapientia: aqua, doctrina.

N Tria ſunt genera doctrinæ, contemplatiuum, allegoricum, morale. Contemplatiuum purum, allegoricum nudum, morale ſolum. Solum a materia, nudum a forma, purum a circumſcriptione omnimoda. Morale ſiquidem genus informat ſine materia uitam. Allegoricum illuminat ſine forma ſcientiam. Contemplatiuum ſine phanta-

*Tria ſunt genera doctrinæ.*

O ſia ſublimat ad ſapientiam. Aliter. Aqua, eſt conditio hiſtorialis. Lac, doctrina moralis. dulcedo, ædificatio ſpiritualis. Stillabunt a ſuperioribus, fluent in campeſtribus, ibunt in uallibus. Superiora Dei, ſunt eius inuiſibilia iudicia: campeſtria, eius manifeſta conſilia: ualles, humilis pœnitentia, præceptorum obedientia, miſericordiæ opera, Sequitur. Et fons egredietur de do ” mo Domini, & irrigabit torrentem ſpinarum. ” Domus Domini, primitiuæ eccleſiæ pulchritudo: P ” fons, euangelicæ doctrinæ plenitudo: torrens ſpinarum, eſt impetus, feruor, crudelitas gentium. Porro fons de domo Domini egreſſus ſpinarum torrentem rigauit: quando per Apoſtolos, & eorum ſucceſſores euangelica doctrina gentilem populum ad fidem initiauit, ad crudelitatem conuertit, ad baptiſmi gratiam perduxit. Sequitur.

Aegyptus in deſolatione erit: & Idumæa Q in deſertum perditionis: pro eo quòd ini que in filios Iudæi egerint, & ſanguinem innocentem effuderint in terra ſua. Et Iudæa in æternum habitabitur: & Hieruſalem in generationem, & generationem.

¶ Nihil in terra fit ſine cauſa: nec immerito Dominus ſuper unam ciuitatem pluit: nec ab re alteram incompluctam relinquit. Ecce enim aliter Ægyptus, & Idumæa, pro cauſis ſubiunctis deſolatæ manent: Iudæa, & Hieruſalem pro eo quòd innocenter, continenter, obedienter uixerunt: in æternum habitantur, & gaudent. Ægyptus, eſt pars populi gentilis reprobati, & cæcati per ignorantiam. Idumæa, pars Iudaici populi reprobati, & deſerti a Deo per prauam, & immundam concupiſcentiam. Iudęa, eſt uxor agni, ſponſa Chriſti, con fitens ſuam ignorantiam, compungens, & attērens ſe propter inordinatam concupiſcentiam. Confitens ſibi tenebras ignorantiæ, ſordes concupiſcentiæ, horrorem malitiæ. Confitens Deo gratiam ueniæ, puritatem innocentiæ, ſublimitatem glorię. Sequitur.

Et mundabo ſanguinem eorum, † quem non mundauerant: & Dominus commorabitur in Sion.

† quē nō mundauerām.

¶ Hic latenter ſubintroducitur per aduentum Chriſti remedium gratiæ contra naufragium originalis peccati. Sanguis ſcilicet iſte, peccatum enim originale nullatenus cuiuſpiam iuſtitia, uel uirtute mundari, uel deleri poterat, niſi agni immaculati ſanguine, qui peccatum non nouerat. R Vnde Apoſtolus. Sine ſanguinis effuſione non fit remiſſio. Item idem. Talis enim decebat ut Heb.9 nobis eſſet pontifex ſanctus, innocens, impollutus, ſegregatus a peccatoribus: & excelſior cæli factus. Et hoc eſt, quod in præſenti Dominus per Prophetam dicit. Et mundabo ſanguinem eorū, quem non mundauerant, hoc eſt, quem mundare ” non poterāt. Et tunc Dominus cōmorabitur in S Sion.

Heb.7.

Sion. Tunc ſcilicet, quando omnia ſubijcientur
ei, & ipſe ſubijciet regnum Deo, & patri. Tunc in
ſpecula commorabitur: quia eius uiſio ad gloriá
electis miniſtrabitur. Tunc erit omnia in omni-
bus, uita, uirtus, panis, potus, forma, ſalus, lux, fons
uitæ, dux, lex, medicina. Sic erit omnia in omni-
Pſal. 16. bus iuxta illud. Satiabor cum apparuerit gloria
Ioan. 17 tua. Hinc eſt illud. Hæc eſt (inquit) uita ęterna, ut
cognoſcant te ſolum uerum Deum, & quem mi
ſiſti Ieſum Chriſtum. Hinc eſt illud ſapientis. Te
cernere finis, Principium, uector, dux, ſemita, ter-
minus idem. Hęc de aduentu Chriſti in carnem,
„ nunc de aduentu eius ad iudicium dicamus. ¶ Et
„ Hieruſalem erit ſancta, & alieni non tranſibunt p
T eam amplius. Poſt datam ſanè iudicij ſententiá,
poſt diuortium electorum a reprobis, cœtus ſan-
ctorum angelicis inſeretur choris: & tunc Hieru
Apo: 21 ſalem uxor agni eleuabitur a terrenis. Tunc abſter
get Deus omnem lachrymam ab oculis ſanctorū:
& iam non erit amplius neque luctus, neque cla-
mor: ſed nec ullus dolor: quoniam priora tran-
*Pulcher* ſierunt. Non erit, inquam, amplius clamor ſugge
*Diſcurſus.* ſtionis, dolor tentationis, luctus compunctionis:
quoniam priora tranſierunt. Quæ ſunt priora?
Serpentis ſuggeſtio, mulieris delectatio, uiri con-
ſenſio. Sed tranſiit ſuggeſtio, data impaſſibilitate:
delectatio, perfecta charitate: cōſenſio, plena feli-
Eſa. 52 citate. Hinc Eſaias. Conſurge, inquit, conſurge, in-
duere fortitudine tua Sion: induere ueſtimentis
gloriæ tuæ Hieruſalem ciuitas ſancti: quia non
adijciet ultra, ut pertranſeat per te incircuncíſus,
& immundus. Sequitur. Et erit in die illa ſtillabūt
V montes dulcedinem &c. Per montes, & colles, &
riuos diuerſitas meritorum oſtenditur. Per dul-
cedinem, lac, & aquam uarietas præmiorum.
Quòd autem fons egreditur de domo Domini ir
rigans torrentem ſpinarum, illud eſt, quod alibi
Eſa. 35 dicitur. Lætitia ſempiterna ſuper capita eorum.
Apo. 7 Et illud. Agnus, qui in medio eorum eſt, reget eos,
& ad uitæ fontes aquarum deducet eos. Tunc Æ-
gyptus, & Idumęa erunt in deſertum perditionis:
& Hieruſalem cum Iudęa habitabitur in annos
Mat. 25. generationis: quia & illis dicetur. Ite maledicti in
ignem æternum: & iſtis, Venite benedicti patris
mei percipite regnum. Et tunc Dominus munda-
bit ſanguinem electorum, quem prius non mun-
dauerant: quia ut doctores aſſerunt, electi uiden
tes apoſtatam angelum irreuocabili ſentētia mul-
ctatum, inſolubili uinculo innodatum, horribili
pœna damnatum: metu concutientur, ipſoq; me-
tu ab eo, quod ægre mundauerant, purgabuntur.
Iob. 41. Iuxta illud Iob. Cum ſublatus fuerit (inquit lo-
quens de apoſtata angelo) timebunt angeli, & ter
riti purgabuntur. Et poſt hæc Dominus commo-
rabitur in Sion: hoc eſt, in ſpecula uiſionis: quia
tunc præcinget ſe, & faciet illos diſcumbere: & trā
ſiens miniſtrabit illis. Moraliter de aduentu ſpon
Luc. 12. ſi ad ſponſam Chriſti, ad columbam, ad unicam,
X dilectam, & fidelem animam. Cum Dominus ha
bitans in Sion, in monte ſancto, in ſublimitate,
ſcilicet contemplationis cum ſponſa propius init
copulam unionis: quando ſponſus ei cæleſtia pro

pinat oſcula: quando angelico obſequio paradiſi
miniſtrat ei fercula: tunc Hieruſalem fit ſancta,
utique ſancta: quia a terrenis eleuata. Eleuata, in
quam, ab iniquitate, eleuata a curioſitate: ſuſpen-
ſa a uoluptate, ſequeſtrata a uanitate. Tunc alieni
per eam amplius non tranſeunt: quia nec maligni
ſuggeſtio, nec ſpiritus elatio, nec carnis titillatio,
nec mundi infeſtatio, eam irritare ullatenus præ-
ſumunt: quam ſponſi felicitas, contemplationis
recluſam thalamo, unionis lectulo inſerit. Non
tranſeunt, inquam, per eam alieni amplius: quia
quæ impaſſibili iungitur, & beato inſeritur, nul-
la rerum moleſtia etiam ad modicum pulſatur.
Per gratiam ſponſi, eam dico impaſſibilem factā,
non ſubſtantialiter creatam. Sequitur. Et erit in „
die illa, hoc eſt, in illa contemplationis claritate, „
ſtillabunt montes dulcedinem, & colles fluent la „
cte, & per omnes riuos Iuda ibunt aquæ. ¶ Mon- „
tes, ſunt contemplationum ſublimia: colles, inno Y
centiæ opera. Riui, pœnitentiæ exercitia: dulce-
do, eſt perfecta dilectio: lac, eſt ſancta deuotio:
aqua, deuota compunctio. In illa ergo die, hoc
eſt, in illa unionis felicitate, ſponſa per gaudium
contemplationis, dulcedinem accipit perfectæ di
lectionis: a qua deſcendens, & ad ſeipſam rediens
affluit lacte diuotionis. Vnde ſeſe præ amore ſupe
riorum crucians immergitur aquis compunctio-
nis: indeque egrediens per pœnitentiam exerce-
tur aſperam. poſt hæc ad innocentię trahitur ope
ra: demum ad contemplationis auolat faſtigia:
dicens. Quid enim mihi eſt in cœlo? & a te quid Pſal. 72.
uolui ſuper terram? Item. Elegit ſuſpendium aīa Iob. 7
mea. Tunc fons egreditur de domo Domini, & ir
rigat torrentem ſpinarum: quia ubertas, & priui
legium ſpiritualis gratiæ de ſecreto gaudio puriſ-
ſimæ manat conſcientiæ, aculeos retundens uitio
rum, motum compeſcēs tentationum, flatum ſe-
dans deſideriorum, & ſedem poliens affectionū.
Tunc fugatur ignorantia, tunc peſſundatur carna
lis concupiſcentia: quia mens claritate contem-
plationis illuminatur, & perfectione dilectionis Z
concupiſcentia ſanatur. Ægyptus ſiquidem inter
pretatur tenebræ, per quas ignorantia: Idumæa,
terrena: per quam carnalis deſignatur concupi-
ſcentia. Iudæa uero, & Hieruſalem in æternum ha
bitabuntur. Iudæa, confeſſio: Hieruſalem, dicitur
pacis uiſio. Mens enim deuota, & perfecta uel ad
ſui deſcendens cognitionem, delicta confitetur
Deo per humilitatem compunctionis: uel ad Dei
aſcendens cognitionem, per gratiam contempla
tionis, ſublimatur ad uiſionem pacis, & tunc in
uoce exultationis, & confeſſionis ſonus fit in ea
epulantis. Nunquam fidelis anima deſerit Iu-
dæam: quia uel compuncta confitetur ſcelera,
uel deuota gratias agit, propter gratiæ mune-
ra: uel ſublimata eructat hymnum recipiens
præmia. Tunc quoque ſponſus ſanguinem
mundat, qui hactenus mundari non poterat,
quia per conſortium unionis, ſponſus ſponſæ
præſtat priuilegium perfectionis: ut contra na-
turam natura ſentiat, cui naturaliter natu-
ra obuiat. Et tunc Dominus naturæ per priui-

legium

legium gratiæ in Sion, hoc eſt, in ſpecula gloriæ
commoratur. Qui noſtram purgare naturam, &
ſuam nobis præſtare gratiam, ad ipſius ſublimita
tis gloriam dignetur. Qui trinus, & unus uiuit, &
regnat, Amen.

*Finis Annotationum Elucidatoriarum Magiſtri Hugonis de Sancto Victore Canonici Regularis Lateranenſis in Iobelis Prophetiam.*

---

*SEQVITVR EIVSDEM in Abdiam moralis expoſitio, in quam eſt hæc ipſius præfatio.*

A Abdias quartus in ordine
propheratum, ſermone
ſimplex, & ſenſu multi-
plex: rarus in uerbis, ſed
copioſus in ſententijs.
Eccli. 20 Iuxta illud Salomonis. Sa
piens uerbis innoteſcit
paucis: Propheriam ſuã
literaliter aduerſus Idumęam dirigit, Allegorice
contra mundum, tropologice contra carnem, ſti
lum ſuum acuit, Saluatoris typum gerens, ipſius
aduentum ſubtiliter introducit, per quem mun-
dus deſtruitur, per quem caro atteritur, per quẽ
Ioan. 8. libertas redditur. Hinc eſt illud. Si filius uos libe
rauerit uere liberi eritis. Hic eſt Abdias, qui ſub
Achab rege centum Prophetas in ſpecubus laten
tes pauit: & dum corporalem miniſtrat alimo-
niam, ſpiritualem diuinitus accepit. Prophetauit
autem pręfatus uir quãdo & alij prophetæ, Amos
ſcilicet, Iohel, & Oſee. Iacetque conditus in Sama
ria cum Eliſeo, & Ioanne Baptiſta.

*Finis Prologi, Sequitur Expoſitio.*

B Viſio Abdiæ. Abdias inter-
pretatur Domini ſeruus:
per quem Saluator ſigni
ficatur. Vnde & in Eſaia
ſub perſona patris ad fi-
liũ loquentis ita legitur.
Audi Iacob ſerue meus,
Eſa. 41. & Iſrael quem elegi. Itẽ
ad eundem. Seruus meus es tu Iſrael: dedi te in
Eſa. 49. lucem gentium, ut ſis ſalus mea uſque ad extremũ
terræ. Hinc ipſe Saluator humano generi expro-
Eſa. 43 brans ita. Seruire (inquit) me feciſti in peccatis
C tuis. Quoniam uero quatuor ſunt ſeruituris gene
*Quatuor* ra: Alia nanque eſt neceſſaria, alia conditionalis,
*ſeruitutis* alia muneratoria, alia liberalis. Videamus ſub quo
*genera.* ſeruitutis genere ſeruiuit libertas: infirmata eſt
uirtus, humiliauit ſe felicitas, inclinauit ſe Deitas.
Neque enim primo genere ſeruiuit, qui neceſſita
te nihil fecit. Neque ſecundo: qui captiuitatem ca
Pſal. 67 ptiuam duxit. Neque tertio, qui hominibus dona
dedit: ſed ſub quarto. Hinc eſt illud: Holocauſtũ Pſal. 39.
& pro peccato non poſtulaſti: tunc dixi, ecce ue-
nio. Item. In capite libri ſcriptum eſt de me: ut fa- Ibidem.
cerem uoluntatem tuam Deus meus uolui: & le-
gem tuam in medio cordis mei. Vere ſeruitus li-
bera, per quam nec natura corrupta: nec condi-
tio mutata, nec pactio facta, ſed uoluntatis identi
tas obedientiæ inclinata. Hinc eſt illud. Gratis ue Eſa. 52.
nundati eſtis: & ſine argento redimemini. Hæc
de nomine. Nunc dicamus de uiſione. Prophetici D
idioma eſt eloqui, ut ibi conſolatio uentura in-
nuatur, ubi uiſio ponitur. Vnde & Abdias gentis
aduerſariæ, id eſt, Idumęæ deſtructionem, quę ma
gnam Iudaico populo attulit conſolationem, in
exordio prophetiæ ſuæ propoſuit uiſionem di-
cens. Viſio Abdiæ. Ob humilitatis cuſtodiam,
Propheta de ſe quaſi de alio loquitur: quia priui-
legium meretur amittere, qui conceſſo dono abu
titur, uel permiſſa poteſtate. Abdiæ uiſio, Verbi eſt
incarnatio. De qua uiſione per Pſalmographum E
dicitur. De cælo reſpexit Dominus: uidit omnes Pſal. 32.
filios hominum. Oculi Verbi, fuerunt iudicium,
& miſericordia. His oculis noſtræ formam uidit
redemptionis: dum incarnatum ueritatem exhi
buit iudicij: & miſericordiam præmij. Iudicium
diſcretionis, & miſericordiam remiſſionis. His Luc. 22.
oculis reſpexit Petrum, quando eum & per ueri-
tatem iudicij uocauit ad fletum: & per miſericor
diam eius deleuit peccatum. Primum aperiendo,
diluit culpam: ſecundum, reddit gratiam. Hos
ſponſa laudat oculos, in Canticis dicens. Oculi tui Cant. 5.
ſicut columbæ ſuper riuulos aquarum. Aquæ, ſunt
cæleſtis dona ſapientiæ. Riuuli, ſunt donorum ua
rietates. Columba, dantis eſt gratia. Oculi igitur F
ſunt columbæ ſuper riuulos aquarum: quia & per
iudicij ueritatem gratis illuminat: & per miſeri-
cordiæ benignitatem gratis muneribus ornat. Vi
ſio igitur Abdiæ: incarnatio eſt Sapientiæ: quæ
oculo utroque reſpexit mundum. Iuxta illud in
Euang. Ioannis. Verbum caro factum eſt, & ha- Ioan. 1.
bitauit in nobis, & uidimus gloriam eius, gloriã
quaſi unigeniti a patre plenum gratiæ, & uerita-
tis. Sequitur.

Hæc dicit Dominus ad Edom.

¶ Id eſt contra Edom. Quid eſt dicere, niſi uer- H
bum proferre? Et quid eſt uerbum proferre, niſi
a ſecretis exire? Dominus ergo dixit, id eſt, Pater
protulit Verbum, quando Filius a Patre exiuit, &
uenit in mundum. Sed quia de diabolo triumpha
re, ideo Dominus: quia gratis humanum genus
liberare, ideo Deus: quia mundum, & pompam
eius conculcare uenerat, ideo qui contra Edom
loquitur: Dominus qui timendus eſt; Deus qui
diligendus eſt: contra Edom, qui conculcan-
dus eſt. Timendus a diabolo, diligendus a po-
pulo ſuo, mundus conculcandus ab eo. Domi-
nus ex genere uictoriæ, & Deus ex muneribus
gratiæ, contra Edom languorem ſanando con-
cupiſcentię. Dominus ergo, quia hoſtem proſtra-
uit utiliter. Deus, quia ciuem liberauit mi-
ſericorditer. Contra Edom, quia mundi conte-

H piſcentiam expugnauit hoſtiliter. Edom ipſe eſt Eſau, qui etiam Seir nuncupatus eſt; frater Iacob ſimplicis: qui propter lenticulæ concupiſcentiã, primogenituræ amiſit gloriam: & propter fraternam inuidiam, paternæ benedictionis perdidit gratiam. Hinc aduerſus fratrem graui concitatus odio, dum uirus fouit in corde latitans, dilectionis corrumpens fœdera: in necem fratris exaſperauit uiſcera, locum quȩrens, & tempus infortu- Gen. 27. nio. Vnde dixit. Venient dies luctus patris mei: & tunc occidam eum. Per hunc ergo carnis deſignatur prudentia, mundi concupiſcentia, ſemen peſſimum, filij nequam, & ſcelerati, inimici gratiæ Dei. Edom terrenus, Eſau ſanguineus, Seir piloſus. Sanguineus peccatis, piloſus negocijs, terrenus curis. Sanguineus mundus utique in idololatris, piloſus in hæreticis: terrenus in carnalibus, & pſeudochriſtianis. Sed contra Edom Dominus uerbum miſit, quod & peccati chirographum deleuit: & quietem ſpiritualem præſtitit, & æternã felicitatem ſpopondit. Chirographum uenia, negocium gratia, curam exterminauit gloria. Venia Pſal. 116 peccatorum, gratia deuotorum, gloria æternorũ. Hinc Dauid. Miſit uerbum ſuum, & ſanauit eos: Ioan. 1. & eripuit eos de interitionibus eorũ. Hoc, inquã, uerbum illuminat omnem hominem uenientem Cant. 2. in hunc mundum. Hoc capit uulpes puſillas demolientes uineas: hoc pauperes facit, & ditat: humiliat, & ſubleuat. Sequitur.

## Auditum audiuimus a Domino, & legatum ad Gentes miſit.

I ¶ Quæ obſcure prius dixerat, nunc euidentius manifeſtat: aduentum ſcilicet Chriſti ad deſtructionem peccati, ad ſalutem mundi, ad cognitionem ueri, ad dilectionem ſummi boni. Legatus ipſe eſt Agg. 2. de quo Aggȩus. Ecce uenit (inquit) deſideratus cũctis gentibus, & gloria eius replet orbem terrarũ. Legatus iſte ſub habitu paupertatis diuitias no- 2. Cor. 8. bis attulit immortalitatis. Vnde Apoſtolus. Qui pro nobis (inquit) pauper factus eſt, ut nos paupertate illius ditaremur. Legatus iſte tria ſecum attulit Lucem, unguentum, panem. Lucem cæcis, *Pulcher Diſcurſus.* unguentum ægrotis, panẽ famelicis. Lucem expoſuit in monte, panem in cœnaculo, unguentum in crucis patibulo. Lucem in carcere, panem in deſerto, unguentum poſuit in theatro. In carcere ignorantiæ, in theatro carnalis concupiſcentiæ, in deſerto humanæ miſeriæ. Christus nanque mundum illuminauit pulſa ignorantia, ipſe eum ſatiauit ordinata concupiſcentia, idem ipſum in melius commutauit, exterminata miſeria. Vnde ipſe K in Euangelio. Ego ſum, inquit, uia, ueritas, & uita. Ioan. 14 Via illuminando, ueritas ſanando, uita felicitando. Primo contra ignorantiã: ſecundo contra cõcupiſcentiam: tertio contra miſeriam. Quærendum eſt autem ubi, uel a quo de legatione iſta Propheta quicquam acceperat. Moyſes in medium ꝓſiliat, & quicquid de eo acceperat aperiat. Prophe- Deut. 18. tam (inquit) ſuſcitabit Dominus de fratribus ueſtris: ipſum tanquam me audietis. Eſaias quoque. Eſa. 24. A finibus terræ (inquit) laudes audiuimus, gloriã iuſti. Intuere lector, laudes & gloriam iuſti. Gloriam in futuro, Laudes in preſenti. Laudem quippe permeruit multiplicem: quia & ægrotis ſanitatem, & egenis ubertatem, & captiuis libertatem donauit. Sit igitur laus eius in ore meo, qui me & ſanitate roborauit, & ubertate ditauit, & libertate donauit. Poſt hanc arrham ſi pure, & fideliter accipio, ego gloriam iuſti accepturum me nullatenus dubito. Auditum enim audiuimus a Domino, & legatum miſit ad gentes. Quod autẽ L auditum audiuimus dicit, locutio quidem minus eſt latina, ſed ex græco fideliter expreſſa. Inculcatio uero uerbi intentionem ſignificat eloquij. Hiſtorialiter autem aduentus regis Babylonici ſu Literal. per Idumæos ſignificatur: pro quo Dominus miſit, quando nr ueniret, iuſto iudicio permiſit. Hic enim uocatus eſt malleus uniuerſæ terræ: per quẽ Dominus dignatus eſt iuſtiſſimæ uindictæ exercere iudicia: & per quem iuſto Dei iudicio innumeri populi attrita eſt ſuperbia. Vnde legitur in alia prophetia. Fili (inquit) hominis quid dabitur Babylonio regi pro labore, quòd apud Tyrum ſeruiuit mihi? Da (inquit) ei regnum Ægypti. Intuere lector formam diuinȩ prouidentiȩ, & ordinem uindictæ, & normam iuſtitiȩ. Babylonij ſiquidẽ expugnauerunt Aſſyrios, Medi Babylonios, Macedones Medos, Romani Macedones, Chriſtus Romanos: ſed ultima uictoria non ex crudelitate acta eſt, ſed ex benignitate, & clementia. Alijs uero pro qualitate meritorum digne illata eſt ultio ſuppliciorum. Hȩc per exceſſum iuxta hiſtoriam diximus. Nunc ea allegorice diſcutiamus. Miſſus, M Allego. inquit, legatus de ualle Hebrom uenit in Sichem: quia Chriſtus Deitate fortis, & ordinibus cæleſtium agminum regnum augmentans ſempiternitatis, uenit ad laborem paſſionis: ſed in agro errauit: in mundo nullum immunem a peccato reperit. Vnde fratres ſuos quærens, in Dothain deſcẽ- Gen. 37. dit: quia reconciliationem noſtri ſitiens, uſque ad mortis defectum ſe humiliauit. Hebrom, interpretatur fortitudo, uel augmentum ſempiternum. Sichem, humeri. Dotahin, defectus. Auditum igitur audiuimus a Domino, & legatum miſit ad gentes: quia in Verbi incarnatione certum nuncium accepimus de noſtra redemptione. Quàm prompte, ꝗ̃ deuote ſuam expleuerit legationem, noſtramque operatus fuerit redemptionem, ipſe manifeſtaturus.

## Surgite (inquit) & conſurgamus aduerſus eum in prælium.

¶ Magna fuit dignitas noſtræ conditionis: ſed ma- N Literal. ior reuerentia noſtrȩ reparationis. Homo nanque conditus fuiſſe legitur cum diuino conſilio: ſed reparatus cum eodem, cui addita eſt gratia. Ibi .n. ex conſilio dictum eſt, ut homo fieret: hic autẽ & conſulte dicitur, & occulte Filius mittitur, ut eũ redimeret. Ibi oſtenſa eſt dignitas humana in modo, & forma cõſilij: hic priuilegiũ gratiȩ, & excellentia naturæ in qualitate myſterij, & quantitate ſupplicij. In utroq; negocio excitamur ad dilectionẽ: ſed in ſecundo ad maiorem accendimur deuotio-

tionem.Hinc filius.Surgite,inquit, & cóſurgam'
Allego. aduerſus eũ in prælium. Surgite,inquit, ad Ange-
los conſurgamus.Pater,ego,& Paraclitus: hæc di-
cens non Deitatis diuido eſſentiæ unitatem : ſed
perſonarũ fideliter diſtinguo proprietatem. Ad-
uerſus eum.Aduerſus.ſ.diabolũ,aduerſus mundũ;
aduerſus peccatum,aduerſus carnem.Surgite(in-
Eſa. 18. quit)ad Angelos.Hinc Eſaias ſub eadem perſona.
Ite (inquit) Angeli ueloces ad gentem conuulsã,
& dilaceratam : ad populum terribilem,poſt quẽ
Eſa.10. non eſt alter.Hic in eodẽ de Filio.Ad gentem(in-
quit)fallacem mittam eum : & contra populum
furoris mei mandabo illi,ut auferat ſpolia, & di-
ripiat prædam , & ponat illum in conculcationẽ
quaſi lutum platearum.Hinc Filius ad Patrem per
Pſal.107 Pſalmographum.Paratum(inquit(cor meũ Deus,
paratum cor meum.Hinc de Spiritu Pater ad Fi-
Eſa.42. lium.Ecce(inquit)puer meus,quem elegi:dedi ſpi
ritum meum ſuper eum,iudiciũ Gentibus profe-
Eſa.2. ret.Item. Pater de Filio,& Spiritu paraclito.Quie
ſcite(inquit)ab homine,cuius ſpiritus in naribus
eius eſt:quoniam excelſus reputatus eſt ipſe. Attẽ
Moral. dite diligenter qũo Angeli, quàm prompte ad ini
micorum mittuntur expugnationem : quomo-
do beata,& ſancta Trinitas operatur redemptio-
nem.Certiſſimus ſum de uictoria:ubi confligit po
tentia , negocium ordinat ſapientia , benignitas
ſuggerit patientiam,& promittit ſtipendia. Con-
ſurgamus(inquit Filius)Pater potenter extruden
1.Cor.2. do aduerſarium , ego ſapienter occultando my-
ſterium.Si.n.cognouiſſent,nunquam Dominum
gloriæ crucifixiſſent. Spiritus benigne ſuſcipien-
Sap.1. do, & ſanando miſerum. Benignus eſt.n. ſpiritus
ſapientiæ; & non liberabit maledictum a labijs
ſuis. Surgat Pater hoſtem Filio potenter proſter-
nendo:ego ſurgam ſapienter neſcium docendo.
Clareat Patris potentia in hoſtium expugnatione.
Pater uincula ſoluat humanæ captiuitatis. Filius
tenebras illuſtret humanæ cæcitatis.Spiritus mu-
nera ſuggerat,& deſideria charitatis, Caueat le-
ctor, ne perſonarum confundat trinitatem, nec
diuinæ eſſentiæ diuidat unitatem. Per hęc enim,
quæ diſtinguo, perſonarum proprietatem oſten-
do,non naturæ unitatem confundo. Alioquin
ſicut Trinitas natura uel eſſentia una,ſic & opera
Ioan.5. tio omnimodo una.Scriptum namque eſt.Quæcũ
que pater facit, hæc eadem filius ſimiliter facit :
ſed nec Spiritus ab hoc ſeducitur , qui eadem eſ-
ſentia , eadem potentia ,eadem ſapientia , idem
Deus & eſt,& dicitur, & creditur &c. Sequitur.

Ecce paruulum dedi te in gentibus: Con
temptibilis es ualde. Superbia cordis tui
extulit te,habitantem in ſciſſuris petrarũ,
exaltantem ſolium tuum: qui dicis in cor
de tuo,Quis me detrahet in terram?

O ¶Hiſtorialiter Propheta ſub perſona Domini ar-
Literal. guit,& increpat,minatur,& imperat in Idumæũ:
ꝙ aduerſus fratrem ſuum,populum ſcilicet Iudai
cũ, inſurrexerit,ꝙ ei tempore calamitatis ſuæ in-
ſultauerit, ꝙ hoſtes eius ad eum expugnandum
docuerit,ſuſtentauerit,adiuuerit:oſtendens quis,
& qualis fuerit naturæ debito,uel gentis merito:
quid factus ſit proprio uitio. Hæc tria oſtendit ei
Deus: ſcilicet naturæ debitum,culpæ uitium, pœ
næ ſupplicium.Quia ſcilicet,& contemptibilis na
tura:& ſordidus cura , & deteſtabilis pœna. Pri-
mum oſtendit ubi dicit. Ecce paruulum dedi te »
in gentibus &c . Secundum ibi. Si exaltatur fue-
ris ut aquila,& reliqua. Tertium ibi. Vſque ad ter *Nota quã elegãter diſcurrit.*
minum emiſerunt te. Quod uero populum Idu-
mæum dicit in ſciſſuris petrarũ habitantem , mo-
rem gentis proprium tangit, quæ propter ligno-
rũ inopiam,& ſolis ardorem in cauernis rupium
habitat,& terreis caueis. ¶Allegorice. Dominus P
in Gentilem populum inuehitur:qui ſpreto Crea Allego.
tore,& ſuæ naturæ decore, & honore diuinæ gra
tię,& dono ſciẽtię,& cultu iuſtitiæ:ad idololatrię
ſpurcitiam,ad morum immunditiam, ad Nænias
errorum,& uanam philoſophiam conuerſus: un-
de ſeſe deuote Creatori ſubſternere debuit, inde
pingui ceruice armatus,aduerſus eum potius in-
tumuit.Dicit ergo ad eum.Ecce paruulum ſenſu,
gentilem cultu,cõtemptibilem actu,dedi te: hoc
eſt,iuſto iudicio fieri permiſi.Paruulum,inquam,
intelligentia ueritatis, gentilẽ ritu, & cerimonia
infidelitatis,contemptibilem actione iniquitatis.
Adcumulum uero malitiæ inflauit te uentus ſu-
perbiæ: cuius exigente merito in infidelitatis te-
nebras, & errorum caliginem incidiſti. Nec his
ſolum non contentus,ſed errores prædicando, lu
cem tenebras aſſerendo,& bonum malum,uerita
tem mendacium autumando, alios ad ruinam ad
duxiſti. Hinc eſt qđ ſequitur.Superbia cordis tui »
extulit te,habitantem in ſciſſuris petræ,exaltãtem
ſolium tuum: qui dicis in corde tuo, quis me de-
trahet in terram? Intuere ordinem miſeriæ,cur-
ſum cadendi, & formam informem a Deo rece-
dendi. Tumor præcedit ſuperbię , tenebræ ſe-
quuntur ignorantiæ,infidelitas ſuccedit idolola-
triæ. Hanc ſequitur delectatio , & conſenſus im-
munditiæ, deinceps prædicatio malitiæ , demum
contemptus uirtutis , & odium iuſtitię . Quod
enim dicit : Superbia extulit te,tumor oſtenditur
ſuperbiæ: perpetram, infidelitas ignorantię : per
ſciſſuras, ſchiſmata idololatriæ : per habitantem,
conſenſum immunditię : per exaltantem ſolium,
prædicatio malitię . In eo, quod dicit. In corde
ſunt: Quis me detrahet in terram ? contemptum
ſignificat uirtutis, & odium iuſtitię. Sed Deus ul
tionum Dominus, Deus ultionum libere agit :
exaltatur iudicando terram, dum ſuperbis retri-
butionem reddit.Hinc eſt quod ſequitur.

Si exaltatus fueris ut aquila : & ſi inter ſi-
dera poſueris nidum tuum : inde detra-
ham te dicit Dominus.

¶Quaſi ſidera uidebantur Gentili populo. eorũ
R numina. Sophiſtæ uero, & philoſophi ut aquila.
Literal. Aquilæ nempe iuxta aliquid uiſi ſunt philoſophi,
Allego. & ſophiſtæ:dũ cordis oculos ad ſolem iuſtitię eri
gunt:dum aciem mentis in ipſum ueritatis radiũ

irreuerberatè figunt. Sed aquila inde ſtatim retra
hitur: quia poſt acceptam ueritatis inſitam noti-
tiam: elationis merito Philoſophus, & ſophiſta
Rom. 1. ad errorũ caliginem reuertuntur. Hinc Apoſto-
lus. Qui cum cognouiſſent (inquit) Deum, nõ ſi-
cut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt:
ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis. Nidum
ſuum Gentilis populus inter ſidera poſuit: quan
do ſpem ſalutis ſuæ uel in angelis ſtatuit, uel in
hominibus: quos luce ſapientiæ, & nitore iuſtitiæ
falſo emicuiſſe credit. Sequitur.

Si fures introiſſent ad te per noctem: ſi
latrones quomodo conticuiſſes? Nonne
† nunqd furati eſſent ſufficientia ſibi? Si uindem a
tores intraſſent ad te † nonne ſaltem race
mum reliquiſſent tibi?

S ¶ Latrones, fuerunt ſeculi potentes, Fures, flami-
Literal. nes, & cæteri idolorum cultores: philoſophi, & ſo
phiſtæ uindemiatores. Hæc .n. tria præcipue ui-
gebant in idololatria: Philoſophia. ſ. inanis ſuper
ſtitio: infamis potentia. Seculares philoſophi ia-
ctabant ſe poſſidere intelligentiam ueritatis: cul
tores idolorum ſanctitatem religionis: potentes,
dominium libertatis. Sed de primis legitur. Fel
Deu. 32. draconum uinum eorum, & uenenum aſpidum
Pſal. 96. inſanabile. De ſecundis. Confundantur omnes,
qui adorant ſculptilia: & qui gloriantur in ſimu
Sap. 6. lachris ſuis. De tertijs. Potentes potenter tormen
ta patientur: & fortioribus fortior inſtat crucia-
Deut. 32 tio. Ac ſi diceret Dominus. Videre quòd ego ſum
ſolus, & non ſit alius Deus preter me. Ego occi-
dam, & ego uiuere faciam: percutiam, & ego ſa
nabo: & non eſt qui poſſit de manu mea eruere.
Si deſtruxero, nemo ædificat: ſi incluſero, nemo
eſt qui aperiat. Nullus mihi ſimilis in fortibus,
nemo in legiſlatoribus: ſanctitate ſum magnific⁹,
terribilis, atq; laudabilis, & faciens mirabilia. Qđ
nec ſecularis agere potentia, nec ſuperſtitio peſti-
fera, nec inanis philoſophia potuit, mea potẽtia,
mea ſapientia, mea benignitas ualuit. Potentia
mea deſtruxit: ſapientia ædificauit, binignitas or
nauit. Deſtruxit errorum falſitatẽ: ædificauit dog
matum ueritatem: ornauit infundendo chariſma
Iob. 9. tum largitatem. De prima legitur. Deus, cuius irę
Pro. 9. reſiſtere nemo poteſt. De ſecunda. Sapientia ædi-
Iob. 26. ficauit ſibi domum, & reliqua. De tertia. Spiritus
eius ornauit cælos: obſtetricante manu eius, edu-
T ctus eſt coluber tortuoſus. Potentia ſeculi, ſuper-
Allego. ſtitio idoli, utraque ſibi ſufficientia rapuit. Philo
ſophia uero racemorum aliquos poſt ſe reliquit:
quia nec prima libertatẽ, nec ſecunda ſecuritatẽ,
nec tertia ueritatem, ad ſalutem dare, uel oſtẽde-
re potuit. Vmbram, non corpus habuit: imaginẽ,
non rem exhibuit. Verbum uero incarnatum ad
liquidum enucleauit omnia: ad integrum poſſi-
„ det uniuerſa, Eſau perſcrutatur abſcondita: unũ-
„ quęque ad terminum ſuum ducit: dum iuſto iudi
cio pro cuiuſcũq; merito finem debitum ſingu-
Pſal. 18. lis imponit. Hinc pſal. Non eſt (inquit) qui ſe ab
V ſcondat a calore eius. Calor Dei triplex eſſe legi-
tur. Eſt. n. alius extremæ damnationis, alius piæ ul

tionis, alius gratæ dilectionis. De primo legitur. Deut. 32
Ignis ſuccenſus eſt in furore meo, & ardebit uſq;
ad inferni nouiſſima. De ſecundo. Deus noſter Heb. 12.
ignis conſumens eſt. De tertio. Viuit Dñs, cuius
ignis eſt in Sion: & caminus eius in Hieruſalem.
Nullus igitur abſcõdetur a calore eius: quia & im
pœnitens igne cruciabitur damnationis: & pœ-
nitens igne purgabitur ultionis: & innocẽs igne
iocundabitur dilectionis. Hinc Saluator de ſeip- Rom. 12
ſo. Mihi uindictam, & ego retribuam. Item idem.
Viuo ego (inquit Dominus) quia mihi flectetur Rom. 14
omne genu: & omnis lingua confitebitur mihi.
Et hoc eſt, quod ſubditur.

Quomodo ſcrutati ſunt Eſau: inueſtiga-
uerunt abſcondita eius, uſque ad termi-
num emiſerunt te.

¶ Chriſtus enim, & eius Apoſtoli, & eorum ſucceſ X
ſores. Eſau abſcõdita ſcrutati ſunt: quia uita, mo- Literal.
ribus, doctrina, mundi pompã, eius concupiſcen
tiam, ipſius ſtultam ſapientiam, eiuſdem idolola-
triam confutarunt, & condemnarunt. Primam
Chriſtus in pręſepio. Secundam in deſerto. Ter-
tiam in monte. Quartam in Iordane condemna-
uit: dum Rex gloriæ pannis inuolui: dum panis
uitæ, ſame affici: dum ſapientia Dei, ſtulta fieri:
dum Deitas, ſeruo ſuſtineri uoluit. Quomodo au
tem Apoſtoli, & eorum ſucceſſores contra mun-
dum, & errorem Gentilium decertarunt, & eorũ
docent eloquia, & paſſionum Chriſti teſtantur
ſtigmata. Vnde ſequitur. Vſque ad terminũ emi-
ſerunt te. Præfati uiri mundum emiſerunt uſque Allego.
ad terminum: quia dum fregerunt lagũculas cor-
porũ: dum tubis ſonuerunt prædicationum, dum
lampade fulſerunt miraculorum: mundus expa-
uit, uictus ſuccubuit, uinculis fidei colla præbuit. Pſal. 47.
Hinc Pſalmiſta. Ipſi uidentes ſic admirati ſunt, cõ
turbati ſunt, commoti ſunt: tremor appræhendit
eos. Admirati prædicatione inſolitę nouitatis: cõ
turbati ſunt in auditu, qui paſſi ſunt feruore cha-
ritatis: commoti ſunt miraculis eatenus inuiſæ
claritatis: & iõ emiſerunt Eſau uſque ad terminũ:
deduxerunt ſcilicet mundum uſque ad prædeſti-
natum fidei articulum. Vnde & ſequitur.

Omnes uiri fœderis tui illuſerunt tibi: In
uaſerunt aduerſus te uiri pacis tuæ. Qui
comedunt panem tecum, ponent inſi-
dias ſubter te.

¶ Viri iſti cum diabolo, & mundo fœdus inierant Y
per cultũ idololatrię: pacẽ fecerãt p affectũ cõcu Literal.
piſcẽtiæ. Panẽ cũ eo comedebãt, per pdicationem
errorũ, & pullulationẽ malitiæ. Sed uiri fœderis
illuſerũt ei: quia hi, q mũdũ curioſius ſeruierãt, qui
idololatriæ deuoti⁹ cultũ exhibuerãt: poſtmodũ
cõtra mũdũ prædicationis erexerunt gladium: cõ
tra cultum idololatriæ fidei obiecerunt ſcutũ: cõ
tra uoraginẽ carnalis cõcupiſcentię tutiſſimum
religionis portũ. ¶ Illuſerũt igitur ei amici ei⁹, an-
nihilãdo ei⁹ ſtultã ſapiẽtiã: inualuerũt, deſtruendo Allego.
idololatriã: inſidias poſuerũt, carnalẽ annihilãdo
cõcupiſcẽtiã. Primo docendo fidei ueritatẽ. Sedo

mira-

miraculorũ oſtẽdendo claritatem. Tertio corporalem ſuſtinendo paſſionem. Hinc Dominus ad
Iob.40. Iob de diabolo. Nunquid ligabis eũ ancillis tuis? In ſeruis & ſi deſpecta conditio eſt, tamen uirilitas uiget: In ancillis uerò cum conditione ſexus iacent. Dominus autem diabolum, uel mundum ancillis ſuis ligare ſe aſſerit: quia ad noſtri redemptionem ueniens, & ſuos contra mundum prædicatores mittens, relictis ſapientibus inſipientes, relictis fortioribus debiles, relictis diuitibus elegit pauperes. Ancillis ergo ſuis Dominus fortitudinem, & mundi pompam deiecit: quia atteſtan-
1.Cor.1, te Paulo. Infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia. Vnde bene per Salomonem di-
Prou.9. citur, in ædificatione domus ſapientiæ inter cætera. Ancillas ſuas miſit, quæ nos ad arcem, & ciuitatis mœnia uocarent. Quod prædicatores infirmos, abiectoſque habere ſtuduit, qui fideles popu
Z los ad ſpiritualis patriæ ſuperna ędificia collige-
Ioan. 1. rent. Vnde dominus in Euangelio. Nathanaelẽ laudat, nec tamen in ſorte prædicantium numerat: quia ad prædicãdum eum tales uenire debuerant, qui de luce propria nil habebant, ut in tantũ ſolius ueritatis cognoſceretur eſſe quod agerent, quantum aperte cerneretur, quòd ad hoc agendũ idonei per ſe non fuiſſent. Vt ergo mira potentia per prædicatorum linguas clareſceret, prius mirabilius actum eſt, ut ipſorum prædicantium meritum nullum eſſet. Sed quia quos contra diabolũ, uel mundum Dominus mittat, inſinuauit: nunc etiam quid ipſi agant, qui mittuntur, adiungit. Sequitur in eodem Iob. Concident eum amici, di
A uident illum negociatores. Quos Dominus per
Iob.40. Iob ancillas, amicos, negociatores, uocat: hos Abdias fœderatos, pacificos, conuiuas nuncupat. Deinde eoſdem inuaſores, illuſores, inſidiatores nominat. Sancti etenim prædicatores prius fuerunt ancillæ per formidinem: deinde facti ſunt amici per fidem: deinde negociatores per prædicationis actionem: Prius, inquam, fœderati cum mundo, uel diabolo per infidelitatem idololatriæ, pacifici facti ſunt turpiſſimæ concupiſcentię, conuiuæ per doctrinam malitiæ. Poſtea irriſores per fidei gratiam. Inuaſores per obedientiam. Inſidiato
Prou.31 res per ueritatis doctrinam. Hinc per Salomonẽ
B de ſancta muliere dicitur. Sindonem fecit, & uẽdidit: & cingulum tradidit Chananæo. In linteo ſindonis, ſubtilitas deſignatur prędicationis. Hãc ſindonem eccleſia fecit, & uendidit: quia fidem, quam credendo texuerat, loquendo dedit: & in fidelibus uitam rectæ conuerſionis accepit. Quæ & Chananeo cingulum tradidit: quia per uigorẽ demonſtratæ iuſtitię fluxa opera Gentilitatis aſtrixit, ut hoc, quod præcipitur, uiuendo teneatur. Prædicatores ergo ſuos Dominus, quærendo ancillas inuenit, permutando amicos facit, ditando negociatores reddit, ditatos uirtutibus uſque ad exercendum fidei negocium perducit: ut membra diaboli, & filios huius ſeculi increpando, & ſuadendo tanto ſeuerius incidant, quanto & amici facti amore ueritatis ſemetipſos uerius copulant, atque ab eo peccantium animas tanto celerius ſubtrahant: quanto citius negociatores idonei effecti, in ſemetipſis ampliſſimas uirtutum
C apothecas monſtrant. Dicit ergo Abdias ſub perſona Domini. Qui comedunt panem tecum, po- „
nent inſidias ſubter te: quia uidelicet qui prius fluxe uixerant, animam carni ancillari fecerant, & „
menſæ dęmoniorum per conſenſum uitiorum participauerant: ij aſtutias dæmonum, mundi curas, carnis illecebras ſubtilius diſcernũt, celerius deprehendunt, ſagacius indicant, uirilius damnãt. Prius nanque collegit indoctos, & poſtmodum philoſophos: & non per oratores docuit piſcatores: ſed per piſcatores erudiuit oratores. Sequitur.

Non eſt prudentia in eo.

¶ Prudentia ſalutis eſt prouidentia, quæ nec in Literal.
diabolo, nec in mundo, nec in carne fuit: quia & diabolus cecidit per elationem, & mundus per uanitatem corrumpitur, & caro per uoluptatem infirmatur. Diabolus per ſuperbiam, mundus per
D petulantiam, caro per concupiſcentiam. Quæ aũt
Allego. ſuper diabolo, uel mundo interpretati ſumus ad hæreticos, uel carnem referre poſſumus. Hęretici raptores ſpirituales terram ſanctam inuadentes, & ſcripturas canonicas peruertentes induxerũt: linguas ſuas acuerunt, arcum ſuum, rem amaram, intenderunt, ut ſagittent in occultis immaculatũ. Contra quos Abdias ſub perſona Filij propheticum intentat eloquium dicens.

Surgite (inquit) & conſurgamus aduerſus eum, id eſt, hæreticorum conuenticulum, in prælium.

¶ Quia hęretica perfidia multa ſanitati fidei pro- Moral.
fert contraria, multa ad Patris, & Filij, & Spiritus ſancti profert iniuriam: Ideo Filius cum grauitate conſilij, & pondere auxilij, eorum expugnare decreuit dementiam. Surgite, & cõſurgamus, &c. Arrius minorem Patre Filiũ, Macedonius utroq; minorem aſſerit Paraclitum. Sabellius ipſum Patrem quem Filium. Manichæus Verbum negat carnem factum: & alter quod unum eſt, peruerſe diuidit: alter uero quod diuiſum uaniſſime confundit. Contra quorum deſtruendam inſaniam Filius neceſſariam uidens Patris potentiam: ſuam quoq; ſapientiam, & benignitatem Spiritus ſancti, ait. Surgite, & conſurgamus: Pater per potentiam, hæreticorum deſtruens falſitatem: ego docendo fidei ueritatẽ: Spiritus ſanctus infundendo charitatem: ut quia unum deitate, eſſentia, uoluntate ſumus: uno congreſſu uel coniunctos ad unitatem reducamus, uel reprobos ad ęternam calamitatem impellamus. Sequitur.

Ecce paruulum dedi te in Gentibus: contemptibilis tu es ualde.

E ¶ Paruulus fuit hęreticorum conuentus inter gen
Moral. tes: contemptibilis merito. Paruulus ſenſu: contẽptibilis actu. Paruulus agnitione ueritatis: contẽptibilis actione iniquitatis. Cui hoc Dominus dedit, quando eum talem iuſto iudicio fieri permiſit &c. Sequitur.

Super-

Superbia expellit te, habitantem in ſciſſuris petræ: qui dicis in corde tuo: Quis me deducet in terram?

Morali. ¶Superbia enim in hæreticis præceſſit: cui error hæreticus iuſtiſſime ſucceſſit: quia ſi de Deo humiliter ſaperent, & in ſe humiliter ſentirent, uiã gradientes humilium nequaquàm desererent.
Eſa. 66. Hinc ipſa ueritas. Super quẽ (inquit) requieſcet ſpiritus meus, niſi ſuper humilem, & quietum, & trementem ſermones meos? In mente igitur humilitatis, ſpiritus habitat ueritatis: quia qui contemnit humilitatem uelit nolit deſerit ueritatẽ.
Pſal. 35. Scriptum nanque eſt. Ibi ceciderunt qui operan-
F tur iniquitatem. Petra, eſt fides catholica, uel ſcriptura authentica. Sciſſuræ, uarietates hæreſum, & ſententiæ ueritati fidei contrariæ. Solium, eſt hæretica doctrina. Solij exaltatio, peruerſæ doctrinæ dilatatio. Sequitur,

Quis me detrahet in terram?

Dicere iſtud, eſt cæca, & arrogãs præſumptio &c. Sequitur.

Si exaltatus fueris vt aquila, & ſi inter ſidera poſueris nidum tuum: inde detraham te.

¶Hæreticus eſt ut aquila, quando intellectus eius ſubtili irradiatur intelligentia: inter ſidera nidũ ponit, quando meritis ſanctorum ſe comparat; falſa innocentia, & ſimulata iuſtitia. Sed hunc Dominus detrahit in terram: quando ſubtilem
M. eius intelligentiam iuſto iudicio cæcat ignorantia: & perfidam eius iuſtitiam, aperta detegit malitia. Hinc Pſalmiſta. Effuſa eſt contentio ſuper
Pſal. 106. principes: & errare fecit eos in inuio, & non in uia &c. Sequitur.

Si fures introiſſent ad te, ſi latrones per noctem: quomodo conticuiſſes? Nonne furati eſſent ſufficientia ſibi? Si uindemiatores intraſſent ad te: nonne ſaltem racemos reliquiſſent tibi?

¶ Ac ſi diceret Dominus ad hæreticos. Si quis occulte uelut fur, uel aperte ut raptor, inſaniam molitur impugnare, uel ſententias ueſtras, quib[us] errores ueſtros nitimini aſtruere, & in uinum quaſi uindemiando reducere, & uinum ſanæ intelligentiæ ad confuſionem ueſtri exprimere: ſtatim in eum inſurgitur, ſquama ſquamæ coniungitur: quia quos ſimilis reatus ſociat concordi pertinacia, etiam defenſio peruerſa conſtipati ut de facinoribus ſuis alterna ſeinuicem tueantur defenſione, qui de mutua triſtabantur læſione. Porro ſi ſic prompti ſunt hæretici ad ſuperbam falſitatis defẽſionem: ego ero promptior ad ueritatis ultionẽ, & errorum impugnationem. Sequitur.

Quomodo perſcrutati ſunt Eſau? inueſtigauerunt abſcondita eius. Vſque ad terminum emiſerunt te omnes uiri fœderis tui: illuſerunt tibi, inualuerunt aduerſum te omnes uiri pacis tuæ. Qui comedunt panem tecum, ponent inſidias ſubter te,

¶ Latenter ſubintroducit ſpiritus propheticus Apoſtolorum doctrinã, & orthodoxorum patrũ ſuper hæreticis uictoriam, abſcondita ſophiſmata inueſtigantium, ſenſus uenenatos emungentium, & ad terminum ueritatis cogentẽ ratione eos educentium. De quorum numero Auguſtinus, Cyprianus, Ambroſius, Hylarius, Hieronymus, & cæteri huiuſmodi extitere: quorum nonnulli cum eis fœdus iniere: pacem aliquando tenuere: panem quoque cum eis comedere. Ex quibus Auguſtinus, qui cum Manicheis Manicheus extitit: quorum ſectam reſipiſcens funditus deſtruxit. Illuſerunt ergo patres, hæreticis ratiocinando: inualuerunt, teſtimonia conferendo: inſidias poſuerũt, cõuenticula reuocãdo. G

Non eſt igitur prudentia in eo.

¶In conuentu uidelicet hæreticorum, ubi & ratio falſitatem coniungit, & diuinum eloquium ueritatem ſancit, & conuerſionis gratia perfidiã oſtendit. ¶Poſſunt autem hæc tropologice ad carnem referri. Caro enim non immerito per Eſau ſignificatur: quia piloſa eſt concupiſcentijs, & ſanguinea uitijs, ac terrena operibus noxijs, concupiſcentijs uanitatis, uitijs curioſitatis, operibus iniquitatis. Vnde Apoſtolus. Scio (inquit) quia nõ habitat in me (hoc eſt, in carne mea) bonũ. Item idem. Qui in carne ſunt, Deo placere non poſſũt. Sciendum autem, quòd quando ſermo diuinus in carnem inuehitur, non natura, ſed culpa arguitur: non conditio naturæ, ſed defectus iuſtitiæ: nõ connexio elementorum, ſed motus uitiorum. Sicut enim in homine duæ ſunt naturæ, ſpiritus, & caro: ita duo motus, quibus utrunque mouetur, unus ad affectum iuſtitiæ: alter ab affectu recedens gratiæ. Inde uirtus naſcitur, & uitium: ut ſit motus ſpiritus, uirtus: motus autem carnis, nõ aliud, niſi motus animi non obſequens ſpiritui. Ille ſpiritalis, facit ſpiritales. Iſte carnalis, facit carnales. Ille ſpiritus uocatur: hic carnis nomine deſignatur. Porro quia de ortu uirtutis, & uitij ſe intulit occaſio, libet paulo altius repetere, atque omnes motus animi generales ſubtilius diſcutere. Motus ergo animi generalis quinque partitus eſt. Aliquando enim cor hominis mouetur tantùm a diabolo: nonnunquàm ab homine ſolo: aliquoties ſolum a Deo: aliquando ab homine, & diabolo: aliquando ab homine, & Deo. Primus eſt per culpæ ſuggeſtionem. Secundus per ſimplicem naturæ conſiderationem. Tertius per momentaneam gratiæ inſpirationem. Quartus per illicitam delectationem. Quintus per affect[us] uirtutum, & ſponſi contemplationem. Primus, & ſecundus homini eſt innoxius: tertius gratioſus: quartus pœnalis: quintus remuneratorius.

H Tropologica. Rom. 7 Rom. 8. I

*De motu animi modo quàm lepide diſcurrit.*

Quartus

Quartus uitioſus, & damnandus: Quintus uir-
tualis, & coronandus. Tertius auide ſuſcipiendus.
Indifferens eſt cum primo ſecundus. Quartus
ad carnem: quintus refertur ad ſpiritum: tertius
ad Deum: primus, & ſecundus ad neutrum.
K Motus autem carnis generalis ſeptifarius: Ali-
quando enim contra Deum: nonnunquàm con
tra proximum: aliquoties contra ſe ipſum: ſæ-
pe contra mundum: multoties contra nego-
cium. Aliquando in proximum, aliquando in
ſeipſum. Contra Deum, ſuperbia: contra proxi-
mum, inuidia: contra ſeipſum, ira: contra mun-
dum, auaritia: contra negocium, accidia: In pro-
ximum, luxuria: in ſeipſum gaſtrimargia, ſeu gu-
Iudi. 3. la. Hęc ſeptem uitia ſunt illa familia, quam de-
*De ſeptem* reliquit Dominus in medio populi ſui, ut in ea
*uitijs pul-* erudiret Iſraelem, unde & ex ſorte uocabulorũ
*chra conſi-* poteſt deſignari proprietas eorum, Hæc autem
*deratio.* ſunt uocabula. Primus dicitur Pherezæus: Se-
cundus Ethęus: Tertius Eueus: Quartus Amor-
rhæus: Quintus Gergeſæus. Sextus Iebuſæus: Se-
ptimus Chananæus. Primus interpretatur ſu-
perans. Secundus tabeſcens, uel nauigationem
ſuſtinens. Tertius lapides colligens. Quartus
amaricatus, uel amaricans. Quintus colonum
eijciens. Sextus conculcatus, uel conculcans.
Septimus commutatus, uel commutans. Per
primum ſuperbia. Per ſecundum inuidia. Per
tertium ira. Per quartum accidia. Per quintum
auaritia. Per ſextum luxuria. Per ſeptimum de-
ſignatur gaſtimargia. Nos autem quia àd ſequen
tia tranſire diſponimus: adaptationem ſingulo-
L rum perfacilem lectoris exercitio relinquimus.
Sciendum autem, quòd carnalis motus ille ſpe-
cialiter dicitur, qui ſoli carni ſeruit, & per carnẽ
miniſtratur, qui in præſenti per Eſau deſignatur.
Hic fratri ſuo Iacob inſidias parat: quia uirtutem
tripliciter impugnat: per luxuriæ uidelicet in-
continentiam: per gulæ immoderantiã, & per
ſenſuum petulantiam. Per primam expugna-
tur flos caſtitatis: per ſecundam honor ſobrieta-
tis: per tertiam decus honeſtatis. Vnde & Eſau
triplex ſortitus eſt uocabulum, quo præfatũ ſigni
ficatur infortunium. Terrenus enim eſt gaſtri-
margia. Sanguineus luxuria. Piloſus petulan-
tia. Piloſus ſuperfluitate curioſitatis. Sanguineus
uitioſo fluxu libidinis. Terrenus utroque: one-
roſus appetitu crapulę, & ebrietatis. Abdias ergo
ſub perſona Domini in carnem inuehitur: immo
Dominus per amicos ſuos expugnare eam aggre
ditur dicens ad eos.

## Surgite, & conſurgamus aduerſus eum in prælium.

Moralis. ¶Qui enim Chriſti ſunt, carnem ſuam cum ui-
Gal. 5. tijs, & concupiſcentijs crucifixerunt: uos au-
tem in carne non eſtis, ſed Spiritus ſanctus habi
Ioan. 3. tat in uobis. Quod natum eſt ex carne, caro eſt:
Gal. 6. & quod natum eſt ex ſpiritu, ſpiritus eſt. Qui
enim ſeminauerit in carne, metet corruptionẽ:
qui autem in ſpiritu, de ſpiritu metet uitam æter
nam. Spiritus quidem promptus eſt: caro autem Mar. 14.
infirma. Legitur in pſalmo. In terra deſerta, inuia,
& inaquoſa: ſic apparui tibi in ſancto. Et per Salo Pſal. 62.
monẽ. Cogitaui, inquit, a uino abſtrahere carnẽ
meam, ut traſſerrem eam ad ſapientiam. Et ſpon- Eccl. 2.
ſus in Canticis. Vadam, inquit, ad montem Myr- Cant. 2
rhæ, & ad collem thuris. Et per Iob. Abyſſus, dicit, Iob. 28
non eſt in me: & mare loquitur, non eſt mecum:
nec inuenitur in terra ſuauiter uiuentium. Et in
Hieremia. Qui ueſcebantur uoluptuoſe interie- Thre.
runt in uijs: & qui nutriebantur in croceis, ample
xati ſunt ſtercora. Surgite ergo amici mei ad ultio M
nem hoſtis, ad mortificationem carnis. & Quan- Apo. 18.
tum præparata eſt, & in delicijs fuit, tantum date
illi tormentum, & luctum. De euentu ergo nego
cij nullatenus uobis timendum eſt: de ſpe trium-
phi minime uobis diffidendum eſt. Qui enim
uos adiuuat, non poteſt uinci, quia omnipotentia
eſt: qui uos docet, non poteſt falli, quia ſapientia
eſt: qui promittit, non poteſt corrumpi, quia iu-
ſtitia eſt: non poteſt ſuſtineri, quia ęternus eſt: nõ
poteſt uitari, quia ubique eſt. Surgite, inquã, ami-
ci: quia hoſtis infirmus, locus congruus, adiutor
inuictus, uictoria certa, merita multa, pręmia di-
gna. Hoſtis, caro infirma: locus, præſens uita: adiu-
tor, Deitas ſumma: præmium, uiſio Trinitatis. Sur
gite a ſomno torporis, a lecto doloris, a languo-
re deſolationis. Primo per uigilantiam diſcretio
nis. Secundo per mortificationem carnis. Tertio
per ſpiritualis gaudium conſolationis. Conſurga
mus aduerſus eum in prælium: quia hoſtis eſt cõ-
tẽptibilis. Vnde conuerſus ad hoſtem dicit. Ecce
paruulum dedi te in gentibus, contemptibilis tu
es ualde. Motus enim carnis inter illa, quæ prædi
ximus, uitia, paruulus eſt, quia momentaneus: cor
ruptibilis, quia inhoneſtus: paruulus, quia ubi
grata mella fudit, fugit, & nimis tenaci ferit icta
corda morſu. Contemptibilis eſt, quia Nocet em-
pta dolore uoluptas. Paruulus eſt, quia bona ne-
gligit. Contemptibilis eſt, quia mala peragit. Pa-
ruulus eſt quia tranſitoria apperit. Contemptibi-
lis, quia æterna deſpicit. Paruulus affectu, contẽ- Hor. in
ptibilis actu. Paruulus opere, contemptibilis me- epiſco-
rito. Sequitur. palis.

## Superbia cordis tui extulit te, habitantẽ in ſciſſuris petræ: qui dicis in corde tuo. Quis me detrahet in terram? N

¶Petra hic intelligitur anima, quæ integra dici-
tur, quando ei nulla carnalis paſſio dominatur.
Scinditur, quando impugnatione uitiorum diſ-
ſipatur. Ergo ſciſſuræ, carnales ſunt concupiſcen-
tiæ. Solium nanque exaltat, qui opera carnis ad
contemptum Dei prædicat. Dicere uero in cor-
de: quis me detrahet in terram? eſt cõtempto Deo
in uoluptate ſeculi, & ſui, ſpem ſalutis & æternita
tis ponere. In quo tria notantur uitia. Odium bo-
ni, amor mali, obliuio Dei. Attendite diligenter,
quomodo infelix anima uelociter cadit: a ſtatu
iuſtitiæ ſubito deficiens in profundum malitię, in O
momento decidit. Primum enim interius peſtife
ram uoluptatem concipit, deinde in ex glori-
ficatio

ficationem ponit. In hac uero conſenſum figit,&
poſtea deliberationem adhibet: deinceps opera
*Pulcherrimus conceptus.* tionem exhibet,poſtea contemptum Dei,deinde
prædicationem peccati, deinceps odium boni,
poſtea amorem mali,demum obliuionem Dei.
Hic eſt decalogus inobedientiæ, quem in monte
Sinay, quod interpretatur humilitas, Dominus
dedit Moyſi. Hunc decalogum impleuerat,qui
dicebat. Neſcio Dominum,& Iſraelem non di-
Exo. 5. mittam. Hunc & alij dicentes. Quis eſt omnipo-
Iob. 21. tens,ut ſeruiamus ei? Et quid nobis prodeſt ſi ora
uerimus eum? Hunc etiam alij. Coronemus, in-
Sap. 2. quiunt,nos roſis, antequàm marceſcant. Relin-
quamus ubique ſigna lætitiæ noſtræ. Comeda-
Eſa. 22. mus,& bibamus: cras etenim moriemur. Hæc
enim eſt ſors,& hæreditas noſtra. Sequitur.

Si exaltatus fueris ut aquila: & ſi inter ſidera poſueris nidum tuum: inde detraham te,dicit Dominus.

P ¶ Aquila fuit conditione angelus apoſtata: ſed p
ſuperbiam factus eſt Leuiathã. Sidera, ſunt homi
num genera lampade nobilitatis, claritate ſcien
tiæ,nitore diuitiarum in mundo præ alijs lucen-
tiã. Nidus,eſt uoluptatis inhoneſtæ pompa. Dicit
ergo Dominus ad Eſau,i. carnem. Si exaltatus fue
ris ut aquila &c. Ad ſi diceret. Si dos Ægypti tibi
cedat,flos ſeculi arrideat, pompa ad uotum tibi
reſpondeat;ſi cutem appoſite curaueris,ſi ſplen-
dide epulata fueris, ſi incraſſata diuitijs, impin-
guata delicijs,dilatata obſequijs:ſubter te tamen
Eſa. 14. ſternetur tinea,& operimentum tuum erunt uer
1. Cor. 6 mes. Vnde Apoſtolus. Eſca uentri,& uenter eſcis:
Apoc. 18 Deus autem & hunc, & has deſtruet. Hinc Domi
nus per Ioannem in Apocalypſi. Quia dicis,in-
quit,ſedeo regina,& uidua non ſum, & luctum
non uideo: ideo in una die uenient plagæ tuę,
mors,& luctus,& fames,& ignis comburet te: qa
Ibidem. fortis eſt Dominus,qui iudicat illam. Item in eo-
dem. Reddite illi ſicut & ipſa reddidit nobis: &
duplicate duplicia: ſecundum opera eius in pocu
lo,quod miſcuit,quod miſcete, illi duplum.

Si fures introiſſent ad te,& latrones quomodo conticuiſſes? Nonne furati eſſent ſufficientia ſibi. Si uindemiatores intraſſent ad te,nonne ſaltem racemos reliquiſſent tibi?

Q ¶ Fures,ſunt ſimulatores & callidi: qui prouocãt
iram Dei. Latrones,ſunt paſſiones & morbi. Por
ro dęmones,ſunt uindemiatores. Primi ſimula-
tę carnem macerant. Secũdi eam grauiſſime cru
ciãt. Tertij ipſam deturpant, & humiliant: ſed
omnes rapiunt ſibi ſufficientia: quia neque dæ-
mon, neque morbus, neque hypocrita quicquã
agit,niſi quod diuina diſpenſatio diſponendo p-
Iob. 38. mittit. Hinc Dominus per Iob. Circundedi,inqt,
mare terminis meis:& poſui uectem, & oſtia:&
dixi. Hucuſque uenies,& amplius non procedes:
R &hic confringes tumentes fluctus tuos. Mare
uero Dominus circundat, quando impetus affli-
gentium carnem iudiciorum ſuorum diſpenſa-
tione modificat: ut inſani tumida unda feruoris
plano frangatur litore occulte. Dicit ergo Domi
nus. Si fures introiſſent ad te &c. Ac ſi diceret. Si
illi,qui ſine meo iudicio nil poſſunt,adeo te in an
guſtia,& contra tuum commodum affligunt: qd
facient amici mei, qui te affligendo placebunt
mihi,tuæ prouidentes utilitati? Vnde & ſequitur.

Quomodo ſcrutati ſunt Eſau: inueſtigauerunt abſcondita eius.

¶ Amici Chriſti ueritatis diſcipuli,Eſau,id eſt, car
nis abſcondita inueſtigant: quia non ſolum mani
feſta carnis opera, ſed etiam carnalium cogitatio
num amputare ſtudent ſuperflua. Vnde Iob. Qua Iob. 13.
re lacero carnem dentibus meis: & animam meã
porto in manibus meis? Item. Pepigi fœdus cum Iob. 31.
oculis meis,ut ne cogitarem quidem de uirgine.
Sequitur.

Vſque ad terminum emiſerunt te.

¶ Terminum, Ianuę dicit exitum: habet enim T
Eſau,id eſt,caro thalamum,domum,atrium,lectu
lum. Lectus enim,iniquitas: thalamus, ſuperflui-
tas: domus, curioſitas: atrium, eſt uoluptas. Volu-
ptas mouet affectum,curioſitas ſenſum,ſuperflui
tas conſenſum,iniquitas actum operum. Sancti
ergo uiri Eſau uſq; ad terminum emittunt: quia
iniquitatem ab actu, ſuperfluitatem a conſenſu,
curioſitatem a ſenſu, uoluptatem ab affectu ſoli-
cito,deducunt. Emittunt: inquam, uſque ad ter-
minum carnem, quando eam ad iuſtam, & debi-
tam retrahunt neceſſitatem. Hoc egerat ille, qui
dicebat. Propter te mortificamur tota die: æſti- Pſal. 43.
mati ſimus ſicut oues occiſionis. Hoc Apoſtolus 1. Tim. 6
dicens. Nihil in mundum intulimus, haud dubiũ
quòd nec inde auferre quid poſſumus. Habentes
autem uictum, & ueſtitum; his contenti ſimus
&c. Sequitur.

Omnes uiri fœderis tui illuſerunt tibi: inualuerunt aduerſum te omnes uiri pacis tuæ. Qui comedunt panem tecum ponẽt inſidias ſubter te.

¶ Mirabilis Domine facta eſt ſcientia tua ex me. V
Mirabilis,inquam,es in ſanctis tuis: qui das uirtu Pſal. 138
tem,& fortitudinem plebi tuæ. Qui educit uin-
ctos in fortitudine: qui conuertit mare in aridã,
ut in flumine ſicco pertranſeant pede: qui mundi
filios,carnis amicos, ſeruos uitiorum, conuiuas
dæmonum: mundi contemptores, carnis calcato
res, uitiorum perſecutores, dæmonum illuſores
fieri uoluiſti: qui de execratione,& mendacio cõ
ſummationem annunciaſti. Vnde ſcriptum eſt.
In agro Iezrahel lingent canes ſanguinem Ieza- 3. Re. 21
bel. In cane iuxta ſiniſtram ſignificationem conſi X
derantur tria: iuxta bonam quoque tria. Iuxta
malam, furor, libido,clamor. Iuxta bonam,fides,
zelus,doctrina. Fides cuſtodiæ. Zelus uindictæ.
Latratus doctrinæ. Iezrahel interpretatur ſemen
Dei. Iezabel fluxus uanus. Per Iezrahel ſignifica-

tur

tur Dei timor. Per agrũ exercitatio, & labor. Per Iezabel cura carnis, & amor. In agro ergo Iezrahel liugũt can es ſãguinẽ Iezabel: q̃a ſãcti, & timorati uiti p exercitiũ, & amorẽ diuiuĩ timoris, cu-

Pſal. 118 rã fuuditus, & amorem exterminãt carnis. Hinc eſt illud Pſalmographi. Confige timore tuo car-

Abd. 1. Y ues meast a iudicijs enim tuis timui. Et hoc eſt, quod Abdias dicit. Omues uiri fœderis tui &c.

*Nota Diſcurſus ue nuſtus.* Nota tria hæc: Fœdus, pacem, conuiuium. Fœdus cum carne inierant per affectum, pacem per conſenſum, conuiuium per actum. Per affectum concupiſcentiæ, per conſenſum petulantię, per actũ

Z malitię. Contra hæc tria opponuntur altera tria. Contra concupiſceutiam illuſio, contra petulantiam impugnatio, contra malitiam inſidiæ. Inſidiæ ieiuniorum, impugnatio ſpiritualium exercitiorum, illuſio uirtutum. Ieiunium uanque tobur carnis, id eſt, eius malitiam attenuatt & ſpirituale exercitium ſenſuum petulantiam exterminat: chorus uirtutum iuordinatam concupiſcentiam amputar. Sequitur.

Non eſt prudentia in eo.

¶Quia in Eſau, uidelicer in carne, nulla prudeutiæ eius apparent ueſtigia, niſi præfatorum trium claruerint uexilla. Primum nanque carnis malitiam excludit. Secundum eius petulantiam ſopit. Tertium eius concupiſcentiam eijcit &c. Sequitur.

Nunquid non in die illa dicit Dominus: perdam ſapientes de Idumæa, & prudentiam de monte Eſau? Et timebunt fórtes tui a méridie, ut intereat uir de domo Eſau.

A ¶Iuxta hiſtoriam, excidium comminatur Dominus Idumeæ plebi Iuxta allegoriam, hæreticis, nel populo gẽtili. Iuxta tropologiam, carni. Dies

Senſus multiplex. illa, de qua Dominus dicit hiſtorialiter aduentũ Babyloniorum ſignificat ad Idumeæ deſtructionem. Allegorice aduentum Chriſti in carne ad gentium uocationem. Tropologice ipſius aduentum in mentem ad religionis conuerſiouẽ. Dies hic proſperitatem, uel lætitiam ſignificat uicinis gentibus collatam ſuper Idumeæ deſtructione. Hoc idem uocatis ad fidem ex eorum conuerſione. Hoc idem mutatis ad religionem ex eorum ſanctificatioue. Sapientia in hoc loco, ſignificat affectum malitiæ. Prudentia, calliditatem mundanæ aſtutiæ. Fortitudo, ſecularis cornu potentiæ. Mons, elationem ſuperbiæ. Meridies, feruorem immundæ concupiſcentiæ &c. Sequitur.

Propter interfectionem, & propter iniquitatem in fratrem tuum Iacob operiet te confuſio: & peribis in æternum.

B ¶Cauſá euerſionis Idumeæ hiſtorialiter Dominus oſtendit eo quòd aduerſus populum Iſraeliticum iuique egit, negando conſilium, ſubtrahendo auxilium, & multos eorum tempore obſidionis, & calamitatis interfecit. Allegorice declarat Dominus hæreticos: idcirco perijſſe, quòd aduerſus eccleſiam inique multis modis egerunt: quia fidem eius corrumpere, tunicam ſponſi ſcindere, uineam Domini ſabaoth depaſcere ſtuduerunt: uiros eccleſiaſticos perſequentes, relegantes, circundantes, multos quoque ui, uel fraude, & precio corrumpentes. Tropologice uero indicat deſtructionem carnis eo quòd tempore tẽtationis inſurrexerit inique aduerſus dominium mentis: & inique depopulata eſt precioſa quæque uirtutis. Sequitur.

In die cum ſtares aduerſus eum: quando capiebant alieni exercitum eius, & extranei ingrediebantur portas eius: & ſuper Hierusalem mittebant ſortem: tu quoque eras unus ex eis. Et non deſpicies in die fratris tui, in die peregrinationis eius: Et non lętaberis ſuper filios Iudæ in die perditionis eorum. Et non manifeſtabis os tuum in die anguſtiæ. Neque ingredieris portas populi mei, in die ruinæ eorum. Neque deſpicies & tu in malis eius, in die uaſtitatis illius. Et non emitteris aduerſus exercitum eius in die uaſtitatis illius: neque ſtabis in exitibus, ut interficias eos, qui fugerint. Et non concludes reliquos eorum in tribulatione: quoniam iuxta eſt dies Domini ſuper omnes gentes. Sicut feciſti, fiet tibi: retributionem tuam conuertet in caput tuum.

¶Hiſtorialiter oſtendit inhumanitatem Idumęorum, & crudelitatem eorum aduerſus populum C Iſraeliticum, qui non ſolum tempore anguſtiæ eius defuerunt auxilio: ſed etiam ad ipſum impugnandum inimicorum ſe iunxerunt conſortio. Et hoc eſt, quod dicit. In die cum ſtares & cætique & uon deſpicies. Allegoricæ ſæuitiam oſtendit hæreticorum in chriſtianos, qui tempore primitiuæ eccleſiæ, quando eos perſequebantur, affligebant, trucidabant idolotatræ, non ſolum nullam præbuerunt defenſionem: uerum etiam ipſis fuerunt præcipue iu ſcandalum, & laqueum, & ruinam, & captionem. Hieruſalem, eſt eccleſia: prælati, portæ eius: exercitus, populus Chriſtiauus. Tropologice oſtendit petulantiam tempore tentationis inſurgentem aduerſus animam: quæ non ſolum ſenſus ſuos cohibendo, mẽbra ſua caſtigando, nou exhibuit ea ſeruire iuſtitiæ, & Deo iu ſanctificationem: ſed etiam arma iniquitatis peccato ea cõſtituens, fecit illa ſeruire immunditiæ, & iniquitati ad animæ deſtructionem: Hieruſalem, eſt contemplatio. Portæ eius, emiuentia puritatis, ſpes immortalitatis, perfectio charitatis. Poſtquàm oſtendit pręfatorum ſæuitiam, ſubſequenter declarat eorum digniſſimam retributionem, & ipſorum iuſto Dei iudicio impotem uoluntatem in præfati populi deſtructio.

ſtructionem dicens.Non deſpicies tu &c.Ac ſi di
ceret.Non deſpicies,quia de eodem calice bibes.
D Hiſtorice,Dies peregrinationis,aſperitas eſt capti
uitatis.Allegorice,curſus uitæ præſentis. Tropo-
logice,feruor manifeſtæ tentationis.Filij Iudę,fi
lij ſunt eccleſiæ.Dies perditionis & anguſtię, eſt
in hæreſim euidens lapſus, uel in tentationē car-
naſem ſubitus caſus. Porta populi: ſanitas fidei,
uel confeſſio peccati. Exitus uiarum: multiplex
dubietas ſententiarū,uel multiformis occaſio car-
nalium tentationum. Concluſio: infidelitas, &
deſperatio. Dies Domini: aduentus Chriſti,uel
proſperitas uindictæ, uel illuminatio gratiæ.Su-
per omnes gentes: quia Deus alios uaſa facit mi-
ſericordię per gratiam, & alios per iuſtitiam re-
linquit uaſa irę aptata in interitum, & contume-
liam &c.Sequitur.

Sicut feciſti, fiet tibi: retributionem tuā conuertam in caput tuum.

E ¶Quia nulla iuſtior animaduerſio quàm ea, per
quam recipitur talio.Qui enim parat foueam,iu
ſtum eſt,ut incidat in eam.

Quomodo bibiſti ſuper montem ſanctū meum: bibent omnes gentes iugiter: & bibent, & abſorbebuntur, & erunt quaſi non ſint.

¶Hiſtorice ſermo propheticus dirigitur ad Idu-
mæos: Allegorice contra idololatras, & hęreti-
cos. Tropologice contra carnem,& ſenſus eius
animales: concupiſcentiam,& impetus eius car-
nales.Mons hiſtorice Hieruſalem eſt ciuitas illa
terrena. Allegorice Chriſtus, & eccleſia.Tropo-
logice contemplatio ſancta.Eſt autem ſuper mon
tem bibere, de euerſione pręfate ciuitatis,uel de
contemptu Chriſti, uel de abiectione eccleſiæ,
uel de lapſu animæ uirtutibus ornatæ ad contem
plationem ſponſi ſublimatæ delectari, & gaude-
re.Legamus Herodotum, & græcas barbaraſq;
hiſtorias: & uidebimus quomodo ſub Aſſyrijs,
& Babylonijs impletum eſt, quod dicitur: Iuxta
eſt dies Domini ſuper omnes gentes, Quod autē
ſequitur.Sicut feciſti, fiet tibi: retributionē tuā
reddet in caput tuū: hic eſt ſenſus,quem in pſal-
mo legimus.Memor eſto Domine filiorum Edō,
F in die Hieruſalem: qui dicunt,exinanite,exinani
Pſal. 136 te uſque ad fundamentum in ea. Sicut enim ſu-
pra montem ſanctum meum bibiſti cum Babylo
nijs,atque lætatus es: ſic omnes gentes, quas tecū
habebas Babylonis in præſidio, uerſæ contra te,
bibent,& lętabuntur,& non ſolum bibent,ſed ēt
te abſorbebunt: ut ſint Idumæi quaſi non ſint.
Vel certe ipſe Gentes cum te abſorbuerint,abſor
bebuntur a Medis. Et hæc idcirco uindicta pro-
cedet, ut tu Hieruſalem: te Babylonius: Babylo-
nium Medius, ac Perſa conſumat.Sequamur in-
terpretationis ordinem. Iuxta eſt, o hæretice,
G dies Domini ſuper omnes gentes: prope eſt tem-
pus iudicij, in quo omnes iudicandæ ſunt natio
nes: ſicut feciſti contra eccleſiaſticos, fiet tibi:
quomodo enim in nece eorum lætatus conuiuiū
celebraſti: & in monte ſancto meo,hoc eſt eccle
ſia, nō meum calicem,ſed diaboli bibiſti, de quo
in Abacuc dicitur. Vel qui potū dat amico ſuo: Abac. 2.
& inebriat miſcens fel ſuum,ut aſpiciat nuditatē
eius. Ita uniuerſę gentes, uel fortitudines contra
riæ ſupplicijs delegatæ: uel aduerſariæ uirtutes,
quæ bibent,& abſorbebunt ſanguinem tuum: &
ad extremum in cunctos ueniente cruciatu, ipſæ
quoque erunt quaſi non ſint. Qui enim perit H
ei,qui eſt: & qui dicit ad Moyſem: Qui eſt miſit Exo. 3.
me ad uos ſecundum regulam ſcripturarum nō
eſſe dicitur. Vnde & in Eſther legimus. Ne tra- Heſt. 14.
das Domine regnum tuum ijs, qui non ſunt. Itē
per Eſaiam.Quaſi non ſint, ſic ſunt coram eo: & Eſa. 40.
quaſi nihilum,& inane reputare ſunt ei. Poſſu-
mus hunc locum aliter interpretari. Quia lætati
eſtis in ruina ſeruorum meorum,eadem perſecu
tio contra uos quoque ueniet: & ſicut lætati eſtis
cum gentibus reliquis aduerſus populum meū,
ita omnes gentes contra uos quoque uenient,&
deuorabunt, & bibent,& perſecutione ſimili cō
terent.Tropologice aduerſus carnem, quæ dixe- Tropol.
rat:Sedeo,& luctū non uidebo.Hinc ad eā.Quā- Apo. 18.
tum pręparata eſt,& in delicijs fuit,tantum præ- Ibidem.
parate ei tormenta,& luctum.Hinc Pſalmiſta. Fi Pſal. 136
lia Babylonis miſera: beatus qui retribuet tibi re
tributionem &c. Hinc per Nahum dicentem ad Nahū. 3.
ſpiritum. Intra ſublutum & calca, ſubigens
tene laterem: Laterem nuncupans carnem.
Sequitur.

Et in monte Sion erit ſaluatio: & erit ſāctus. Et poſſidebit domus Iacob eos, qui ſe poſſederant. Et erit domus Iacob ignis: & domus Ioſeph flamma: & domus Eſau ſtipula.Et ſuccendentur in eis, & deuorabunt eos: & non erunt reliquię domus Eſau: quia Dominus locutus eſt.

¶Idumæa ſubuerſa,& ab inimicis gentibus,cum Literal.
quibus prius contra Iacob fœdus inierat deuora
ta,in monte Sion reliquæ erunt eritque ſaluatio,
& erit ſanctus,hoc eſt, uel ipſe Dominus reuerte-
tur ad templum, quod propter peccatum populi
dimiſerat: uel dic ſanctum abſolute,id eſt, ſanctū
ſanctorum.Et poſſidebit domus Iacob ſub Zoro
babel, Eſdra & Nehemia eos, qui ſe hęreditate
poſſederant: & erit domus Iacob.i. domus Iuda
ignis. Et domus Ioſeph decem tribuum flamma
Domus autem Eſau,id eſt,Idumæorum, qui tam
ſæui,& crudeles extiterant contra fratrem ſuū:
uertetur in ſtipulam.Et quomodo ignis,& flam-
ma ſtipulam: ſic duo regna in unius ſibi uirgę
(iuxta Ezechielem) copulam fœderata uaſtabunt
Idumæam,& deuorabunt eam. Et non erit reſi-
duus ex populo qui poſſit euerſionem uicinis gē
tibus nunciare.Cuncta,quæ diximus, & dicturi I
ſumus,uideri ſibi futuro tempore pollicetur. qn̄
pro Chriſto recipient Antichriſtum impleta pro
phetia Saluatoris: Ego ueni in nomine patris Ioan. 5.
mei,

mei, & non accepiſtis me: ſi alius uenerit in
Ioan. 5. nomine ſuo, illum accipietis. Quicquid con-
tra Idumæam interpretati ſumus, illi aduer-
Moralis. ſus Romanum regnum ſomniant. ¶ Sanè quod
diximus iuxta hiſtoriam ſub Zorobabel eſſe
completum: iuxta prophetiam, & myſticos
intellectus in eccleſia quotidie aſſerimus fieri:
& in regno animæ aduerſus carnem in uno-
quoque compleri. Mons Sion, allegorice eſt ec
cleſia. Tropologice anima in ſpecula cæleſtium
poſita, contemplationis gaudio ſublimata.
Chriſto igitur ſuper nubem leuem ingredien-
te in Aegyptum: In Dothain deſcendente: dum
lauacro aquæ ſalutaris per uerbum eccleſiam
ſanctificat Saluator: qui eius reuera ſanctifi-
catio, ut eam ſibi ſine macula, & ruga exhi-
beat. Mons Sion ſanctificari dicitur: quia
ei Saluator, eius (ut dixi) ſanctificatio per
gratiam, & myſterium coniungitur. Hinc
Ioan. 17. ipſe Filius ad Patrem. Pater, inquit, ſancti-
Ibidem. fica eos in ueritate. Sermo tuus ueritas eſt. Item
K ipſe. Ego inquit) pro eis ſanctifico meipſum.
Vide lector nouum, & admirabile genus ſan-
ctificationis in forma noſtræ redemptionis:
cuius dignitatis fuerit hominis conditio: quan-
toque maioris momenti ipſius fuerit repara-
tio. Pater ſiquidem ſanctificat, Verbum ſan-
ctificat, Spiritus ſanctificat. Quid eſt enim ſan-
ctificare, niſi ſanctum facere? Quid eſt ſan-
ctum facere, niſi a terreno appetitu, a terreno
affectu, a terreno intellectu, a terreno conta-
gio liberare? Agios enim grece id eſt ſanctus,
L latine ſine terra dicitur. Sanè in unoquoque
homine naturaliter ſunt tria, quæ a terrenis
contagijs preſſa, uitiorum ſordibus inquinata,
ſuperbia dæmonum tyrannide fuerunt ſubiu-
gata. hæc autem ſunt poſſe, uelle, noſſe. Po-
tentia namque hominis erat infirmata: uo-
luntas ſauciata: ſcientia turbata. Potentiam
Ro. 7. infirmatam ſenſerat Apoſtolus, qui dicebat.
Condelector legi Dei ſecundum interiorem
hominem: uideo aliam legem in membris meis
repugnantem legi mentis meæ, & captiuum
me ducentem in lege peccati, quæ eſt in mem-
bris meis. Voluntatem ſauciatam nouerat,
Ibidem. cum diceret. Non enim quod uolo bonum,
hoc ago: ſed quod odi malum, illud facio.
Scientiam quoque turbatam uiderat dicens.
1. Cor. Ex parte enim cognoſcimus, & ex parte pro-
13. phetamus. Hoc etiam Pſalmiſta breuiter inſi-
Pſal. 37. nuat dicens. Cor meum conturbatum eſt. Ecce
uoluntas ſauciata. Et dereliquit me uirtus mea.
Ecce potentia infirmata. Lumen oculorum
meorum, & ipſum non eſt mecum. Ecce ſcien-
tia obſcurata. Porrò in monte Sion, id eſt, in
ſublimitate ſpeculæ, in perfectione eccleſiæ,
M erit ſaluatio: per potentiam altiſſimi, per in-
carnationem Verbi, per aduentum paracliti.
Et erit ſanctus mõs ille, uidelicet, eccleſia, actu,
ſenſu, & affectu a terrenis omnino eleuata
accidiens potentiam in ſacramentis, ſapien-
tiam in præceptis, fœcunditatem in donis. A pa-
tre potentiam, ſapientiam a filio, fœcundita-
tem a Spiritu, per infuſam ab ipſo nobis chari-
tatem. Hæc dicens non diuinæ eſſentiæ unita-
tem diuido, nec propria perſonarum confun-
do: ſed in operatione diuina: perſonarum di-
ſcretionem, & unitatem eſſentiæ ſane, & fide-
liter oſtendo. Eſt igitur mons Sion ſanctus
in aduentu Saluatoris: quia eccleſia in aduen-
tu ſponſi ſui, ab ipſo accepit ſanctitatem ſacra-
mentorum, ſanctimoniam præceptorum, ſan-
ctificationem donorum: Ab ipſo, inquam, ſan
ctificatur, id eſt, eleuatur a terrenis fide ſa-
cramentorum, ab ipſo eleuatur ſpe præce-
ptorum, ab ipſo ſublimatur charitate dono-
rum cæleſtium. Sanctificata igitur ſanctifi-
cat, & ſanat: illuminata illuminat: quod ac-
cepit, præſtat, ut ſint ex uno omnes, & qui ſan-
ctificatur, & qui ſanctificat. Sequitur.

## Et poſſidebit domus Iacob &c.

¶ Domus Iacob ſupplantatoris, Eccleſia eſt ſpon
ſa Saluatoris. De qua dicit Apoſtolus. Et Moyſes N
quidem tanquàm famulus erat in teſtimonium Heb. 3.
eorum, quæ dicenda erant: Chriſtus autem tan-
quàm filius in domo: quæ domus ſumus nos, ſi
tamen initium ſpei uſque ad firmum teneamus.
Iſte Iacob. i. luctator, humani generis eſt Salua-
tor. Hiſtorialiter Iacob quater luctatum reperi-
mus. Ter cum fratre ſuo, ſemel cum Angelo. Pri Literal.
mo in utero. Secundo de lentis edulio. Tertio
de benedictionis paternæ oraculo. Cum fratre
de Meſopotamia rediens ut præfatum eſt. Alle- Morali.
gorice noſter luctator, qui fortior ſuperueniens
domum fortis intrauit, fortem alligauit. Cum
angelo quarto loco uaſa eius diripuit: cui pater
certamen dedit forte qui uinceret, ut ſcirent
omnes, quoniam omnibus potentior eſſet ſa-
pientia. Noſter, inquam, Iacob ter iam luctatus
dicitur: quarto luctaturus pro certo creditur. O
Primo in utero, ſecundo in patibulo, tertio in
ſepulcro, quarto in extremo iudicio: contra ſer-
uos, & ſemen peſſimum. In utero, immunitate
peccati. In patibulo, acquiſitione gloriæ, & ho-
nore regni. In ſepulcro, immortalitate uitæ, &
gloria triumphi. In iudicio, iure uictoriæ, & ri-
gore iuſtitiæ. Primo igitur ſupplantauit diabo- Pſ. 101.
lum in utero: qa uigilauit, & factus eſt ſicut paſ
ſer ſolitarius in tecto. Secundo in cruce. Cum e-
xaltatus, inquit, fuero a terra omnia traham ad Ioan. 12
meipſum. Tertio Iudæum. Iuxta illud Pſalmo-
graphi. In multitudine uirtutis tuæ mentientur
tibi inimici tui. Et in Geneſi. Catulus leonis Iu- Pſal. 65.
da: ad prędã aſcendiſti fili mi, requieſcens accu- Gen. 49.
buiſti, ut leo, & quaſi leena, quis ſuſcitabit eum?
Non auferetur ſceptrum de Iuda, & dux de fe-
more eius, donec ueniat, qui mittendus eſt: &
ipſe erit expectatio gentium. Quarto quoque
ſupplantabit agmen hœdorum dicens. Ite ma-
ledicti in ignẽ æternum. Vides ergo homuncio,

Mat. 25. uides pulnis, nermis, terra, cinis: Vides, inquam, quid pro te ſuſtinuit ſol iuſtitię: quid pro te
P egit Dominus uirtutum quid per te paſſus eſt rex gloriæ. Hinc ipſe per Eſaiam. Laborate, inquit, me feciſti in peccatis tuis, ſeruire in iniquitatibus tuis. Item idem per eundem. Torcular calcaui ſolus, & de gentibus non
Eſa. 43. Eſa. 63. eſt uir mecum. Circumſpexi, & non fuit auxiliator: quæſiui, & non fuit qui adiunaret: ſed ſalnabit mihi brachium meum, & indignatio mea ipſa auxiliata eſt mihi. Intuere quomodo indignatio auxiliata eſt ei. Eius ſiquidem indignatio ipſius eſt incarnatio, per quam mortem deſtruxit, & eum, qui mortis habebat imperium: expugnauit peccatum, ſubiuganit ſibi mundum. Primo luctatus eſt pro te ut tu diaboli faſtum, & eius regna uinceres. Secundo, ut mundi luxum, & gloriam ſuperares. Tertio, ut carnis concupiſcentiam, & petulantiam ſenſuum expelleres. Vltimam uero facier luctam, ut præfatis
Q omnibus ſpretis, uictor poſſideas gloriæ coronam. Hæ ſunt quatuor uigiliæ, de qnibus legitur in euangelio. Et ſi uenerit inquit in
Matt. 14. ſecuoda uigilia, & ſi in tertia uenerit &c. beati ſunt ſerui illi. Et de quarta in eodem. Quarta, inquit, uigilia uenio ad eos ſuper mare. Prima uigilia excutit mentem a ſomno iniquitatis, Secunda a languore curioſitatis. Tertia a torpore illicitæ uoluptatis. Quarta a negligentia uanitatis. Prima triumphat de peccato. Secunda de mundo. Tertia de carne. Quarta de morte, & eius aculeo. Huius uitæ formam, huius diſciplinæ normam, hanc quadrifariã luctã ſponſæ ſuæ dereliquit. Vnde & ad Apoſtolos ſuos dicit. Ego diſpono uobis ſicut
Luc. 22. diſpoſuit mihi pater regnum &c. Prima eccleſiæ lucta fuit cum idololatris: ſecunda cũ hære
R ricis: tertia cum carnalibus: quarta cum pſeudo chriſtianis. Primo ſupplantauit per confeſſionem unius Dei. Secundo per regulam ſanctæ fidei. Tertio uinculo ordinatæ dilectionis. Quarto ſiti, zelo, æſtu, gaudio beatæ
Cant. 6. contemplationis. De prima ad ſponſam dicitur. Quæ eſt iſta, quæ aſcendit ſicut aurora conſurgens, pulchra ut luna, electa ut ſol, terribilis ut caſtrorum acies ordinata. De ſe
Cant. 7. cunda quoque. Pulchri ſunt greſſus tui in calciamentis, filia principis. De tertia. Quæ
Cant. 8. eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto, delicijs
Cant. 3. affluens, innixa ſuper dilectum ſum. De quarta. Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum ſicut uirgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris. Hinc eſt quod Abdias dicit. Et poſſidebit domus Iacob eos, qui ſe poſſiderant: quia uidelicet eccleſia præfato luctarum genere de præfatis inimicis nouit gloriose triumphare: uel eos ſcilicet poteſtatiue ſibi ſubijciendo, uel ad ſui fidem, & diſciplinam religioſe conuertendo. Sequitur.

Et erit domus Iacob ignis: & domus Ioſeph flamma: & domus Eſau ſtipula: & ſuccedentur in eis, & deuorabunt eos, & non erunt reliquiæ domus Eſau: quia Dominus locutus eſt.

S
Allego. ¶ Per domum Iacob, & Ioſeph, ſignificatur una eccleſia ex gemino munere gratiæ geminum poſſidens ſtatum: iuxta diſciplinæ duplicem gradum, duplicem religionis habens ornatum. Domus ſiquidem Iacob, eſt actiua familia: domus Ioſeph, contemplatiuorum excellentia. Iacob nanque dicitur, luctator. Ioſeph augmentum, uel augmentator. Domus Iacob in conflictu laborat uitiorum, in exercitio ſudat uirtutum, in palæſtra æſtuat diſciplinæ, anxiatur in operibus pœnitentiæ. Domus uero Ioſeph in augmento gaudet conſiliorum, in oſtenſione lætatur arcanorum, exultat in uarietate ferculorum, in ſuauitate tripudiat oſculorum. Domus ergo Iacob in agro deſudat actionis: domus Ioſeph in lecto contemplationis. Iacob in Meſopotamiam fugit, conſurgens de nocte: Ioſeph cum fratribus ſuis epulatur, & gaudet feruente meridie. Ille fugit uitia, duce pœnitentia: Iſte celebrat fratribus ſuis conuiuia uidelicet ſpirituum intrantium ſuſcipiens colloquia. Ignis, eſt æſtus pœnitentiæ uirilis:
T flamma, ſplendor diuinæ contemplationis. Ignis, eſt compunctio animi: flamma, ignea contemplatio ſponſi. In igne duo: in flamma uero conſiderantur tria. In igne calor, & ardor. In flamma calor, ardor, & ſplendor. *Nota ſingulariter diſcurras.* Ignis conſumit, & accendit, Flamma deuorat, accendit, & illuminat. Ignis pœnitentiæ conſumit culpam, accendit naturam: conſumit uitia, accendit merita, conſumit iniquitatem, accendit ad uirtutem. Flamma uero contemplationis conſumit uanitatem, accendit ad perfectam charitatem, illuminat ad ſponſi claritatem. Conſumit quicquid eſt informe, accendit ſupercęleſte, illuminat ad inuiſibile. Per hæc, & his ſimilia domus Eſau fit ſtipula: quia & operibus pœnitentiæ deletur iniquitas: & operibus iuſtitię exterminatur peruerſa curioſitas: & operibus gratiæ carnis illicita uoluptas: & operibus gloriæ totius mundi expellitur uanitas. Eſau interpretatur ſanguineus: ipſe eſt Seir, id eſt, piloſus: idem eſt Edom, id eſt, terrenus. Sanguineus iniquitate, piloſus curioſitate, terrenus uoluptate. Sanguineus actu, piloſus ſenſu, terrenus affectu. Hęc eſt domus Eſau, caterua dęmonum, & ſtruthionum: grex porcorum, phalanx hœdorum: ſeruitus nequitiæ, cohors immunditiæ, cœtus gaſtrimargiæ. Horum ſane partem ſuccendit ignis domus Iacob: ardor uidelicet pœnitentiæ, & æſtus compunctionis. partem deuorat flamma do-

mus

mus Ioſeph: calor, ſcilicet diuini amoris, & ſplendor ſupernæ contemplationis. Tunc ſuccenduntur in eis, & deuorant eos: Eſau uidelicet, quia rebelles filios, & immites ultricibus flammis, & gehennalibus incendijs deuorando hoſtiliter expellunt: uel per gratiam conuerſationis, & ignem dilectionis ſibi miſericorditer incorporant: & fideliter ad ſe conuertunt.

X *Tropol.* Poſſumus tropologice interpretari, quæ ſuperius allegorice dicta ſunt. Cum enim ſponſus ſponſam ſuam uiſitare dignatur: illico ſponſæ thalamus ornatur. Ornatur, inquam, auro fidei, & argento ſapientiæ, uirtutum gemmis, ſanctimoniæ uellis, uerecundiæ roſis, lilijs caſtitatis, pudoris uiolis. *Diſcurrit eleganter.* Lectus ambitur purpura mortificationis, linteo deuotionis, lodice dilectionis: odorifera circa cæleſtium affectuum ſparguntur gramina. Circa collum ſponſæ, ſanctæ famæ ſpirant opobalſama, in manibus unguentorum redolent precioſiſſima. Manus, inquit, meę diſtillauerunt myrrham: & digiti mei pleni myrrha probatiſſima. *Cant. 5. 1. fol.* Quod de ſupernis † helios intuens, ſtatim ſalit in montibus, colles tranſiens, & percurrens hortum, tranſiens cellarium, feſtinat ad thalamum, & ruens in amplexum ſponſæ, in lecto collocat eam contemplatiuæ gloriæ, dicens. Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te. *Cant. 4.* Et ſic in monte Sion, in ſublimitate perfectionis, in ſpecula contemplationis fit ſaluatio. Tunc fit ſanctus mons prædictus, immo ipſa ſanctificatio. Si enim uerum eſt, immo quia uerum, quod in Apoſtolo legitur. Qui adhęret Domino, unus ſpiritus eſt cum eo: ſpiritus ueritati adhęrens fit ueritas: ſanctitati fit ſanctitas. *1. Cor. 6.*

Y *Quàm pulchre diſſeruerit.* Et tunc domus Iacob poſſidebit eos, qui ſe poſſederant. Domus luctatoris conſcientia eſt ſponſę Saluatoris. Hęc conſcientia Eſau quadruplici afflixit, & ſupplantauit lucta: ſiquidem antequàm perſecutionem quis euadat, antequam ad arcem contemplationis transeat, in palæſtra, & ſtadio huius luctę quadruplicis, anxiat, & deſudat. Primum, dum latet in utero, id eſt, dum moratur in ſeculo, properando ad primogenita, id eſt, ad religionis feſtinando exercitia. Secundo ius primogenituræ lenticulæ precio, id eſt, cibi abſtinentia coemendo. Tertio benedictionis paternæ gratiam pio fraudis genere extorquendo. Quarto cum angelo ſpirituali luctando. Primo ſupplantauit per confeſſionem. Secundo per profeſſionis ſubiectionem. Tertio per dilectionis confeſſionem. Quarto per ſupernæ claritatis contemplationem. Primo ſupplantauit per pœnitentiam. Secundo per obedientiam. Tertio per innocentiam. Quarto per ſpiritualem apathiam. In prima lucta ſuperatur iniquitas. in ſecunda nephanda curioſitas. in tertia illicita uoluptas. in quarta illecebroſa uanitas. Inquitas diaboli, curioſitas proximi, uoluptas propria, uanitas mundi. Domus Iacob fit ignis, & domus Ioſeph flamma: & domus Eſau lupanar totius confuſionis. Z In domo Iacob ardet ignis uirilis pœnitentiæ: & in domo Ioſeph lucet flamma ſapientiæ. In domo Eſau abundat ſtipula totius malitiæ. In Eſau reuera lupanari, dolus, fraus, & ſimulatio: quia piloſus eſt: concupiſcentia carnis: & concupiſcentia oculorum, quia ſanguineus: mendacium, crudelitas, depopulatio, quia terrenus. Sane in ſupplantatrice conſcientia. ſtipulam deuorante uitiorū, fœnum comburente delictorum, ligna in cinerem redigente peccatorum, ignis ardet ſalubris pœnitentiæ: qui Eſau iniquitatem exterminat, curioſitatem peſtiferam peſſundat. Porro in mente flamma diuinæ dilectionis ſuccenſa, ſole iuſtitiæ illuſtrata, ad ipſum iugi amoris ſtudio conuerſa, in ipſius pulchritudinem aſſidue puriſſimi cordis ſpirituales oculos defixa, in profectum uirtutum, in agone cęleſtium affectuum, in deſiderio cęleſtis amplexus, in ſpe diuini tactus, in odore oſculorum, in ſiti ſupercæleſtium deſideriorum, penitus ſuccenſa flama lucet cæleſtis ſapientiæ: unde prodeunt fructus innocentiæ, gemmæ naſcuntur gratiæ, flores pullulant, & opera glorię, quibus inordinata uoluptas Eſau comburitur, illecebroſa uanitas funditus atteritur, Flamma ſiquidem cęleſtis ſapientiæ conſumit peccata, accendit merita, illuminat præmia.

Et hæreditabunt ij, qui ad Auſtrum ſunt montem Eſau, & qui in campeſtribus Philiſtijm: & poſſidebunt regionem Ephraim, & regionem Samariæ. Et Beniamin poſſidebit Galaad.

A *Literal.* ¶ Reuerſo in regnum ſuum Iuda, qui habitauit in meridie: & poſſedit cunctam regionem iuxta diuiſionem Ieſu filij Naue, quę uergit ad ſcorpionem, id eſt, omnem Achartumnam. Hi, qui prius terminis arctabantur anguſtis, poſſidebunt montem Eſau, id eſt, montes Seir & montana quæ Edom ante poſſederat. Qui autem habitabant in Sichela, id eſt, in campeſtribus Lidan, & Emaus: Dioſpolim, ſcilicet Nicopolimque ſignificans, poſſidebunt paleſtinos, id eſt, quinque urbes Philiſthæorum Gazam, Aſcalonem, Azotum, Acharon, Geth: uel omnem illam plagam, quę iuxta actus Apoſtolorum Salonas appellatur. Dilatabitur quoque terminus filiorum Iuda uſque ad Ephraim ubi nunc Neapolis eſt: & uſque ad regionem Samarię, ubi Sebaſte condita eſt. Beniamin autem, cuius ab Hieruſalem contra ſeptentrionem termini dilatantur, cunctam poſſidebit Arabiam, quæ prius uocabatur Galaad, & nunc Geraſij nuncupantur iuxta ſeptuaginta interpretes: & montem C

Effraim,& campos Samariæ,& Beniamin, & Galaad,ij qui fuerunt in meridie,poſſidebunt. Hoc utrum factum ſit Deus uiderit. Poteſt enim ex parte per annos quingentos uſque ad aduentum Chriſti eſſe completum: Et poſt aduentum Chriſti per dilatationem fidei uerius eſſe completum: quod certiſſime ſcio: quia quotidie completur in nobis, & in regno eccleſiæ confirmatur. Sequitur.

Et tranſmigratio exercitus huius filiorũ Iſrael omnia loca Cananæorum uſque ad Sareptam: & tranſmigratio Hieruſalem, quæ in †Boſphoro eſt, poſſidebit ciuitates Auſtri. Et aſcendent Saluatores in montem Sion, iudicare montẽ Eſau; & erit Domino regnum. [†bophoro.]

¶Qui de Babylone, iuxta uolumen Eſdræ, & Ne- [B] hemiæ, reuerſi fuerint in Iudæã recte trãſmigratio uocabuntur. Totus ille exercitus filiorum Iſrael tam ad meridiem, quàm ad occidentem, & ad ſeptentrionem poſſidebunt Idumæos, & Palæſtinos, & montem Ephraim & Samariam. Beniamin, quia confinis eſt ſolitudini, ſpecialiter obtinebit Galaad. Contra orientẽ uero cũctis, qui in terra Chananeorum ſunt, imperabunt uſque ad Sareptam Sidoniorum: ubi quondam Eliam pauit uidua. Porro qui de ipſa Hieruſalem Metropoli ciuitate tranſlati fuerint in Boſphorum, poſſidebunt ciuitates Auſtri, quæ ſunt in tribu Iuda. Reuerſi enim in urbem ſuam, quæ uicina urbi ſunt, obtinebunt. Cunque hæc expleta fuerant ſicut ſcriptum eſt in libro Iudicum: mittebat Dominus ſaluatores, qui populum de captiuitate ſaluarent. Sic accedent, & uenient in montem Siõ, ut iudicent, atque diſcernant quaſi ſubiectum, & ſeruientem ſibi montem Eſau. i. Idumæos: ſub- [C] iugatiſque omnibus erit Domino regnum. Hieronymus nos, inquit, ab Hebræo, qui nos in ſcripturis erudiuit, didicimus. Iuxta hebraicam ueritatem Sapharat in præſenti id eſt †Boſphorum uocat non Effrata ut placuit ſeptuaginta. Et quaſi uidens, inquit, eſt regio, ad quam Adrianus captiuos tranſtulit. [†boſphorum.] Quando ergo Chriſtus noſter uenerit, tunc reuerſura eſt in Iudęam etiam illa captiuitas. Poſſumus autem locum quemlibet regni Babylonis intelligere: quem aliud arbitror. Nam conſuetudinis eſt prophetarum, quando loquũtur contra Babylonem, Ammonitas, Moabitas, Philiſthijm, & cęteras nationes multis ſermonibus eorum abuti: & ſeruare idiomata prouinciarum. Quia ergo lingua Aſſyriorum terminus, qui hebraice uocatur Iebul, dicitur ſapharat: hunc ſenſum eſſe conijcio. Tranſmigratio Hieruſalem, quæ in cunctis terminis, regionibuſque diuiſa eſt: urbes Auſtri. i. tribus ſuæ recipiet. Hęc [D] Hieronymus: ab Hebręo: immo hebræus a Hieronymo. Nos autem quia iuxta hiſtoriam, ut potuimus, interpretati ſumus, & inter cõfragoſos ſcopulos noſtram nauiculam reximus ſpiritualis intelligentiæ uela pandamus, ut afflante Domino, & ſua reſerante myſteria lęti perueniamus ad portum. Ecce Abdias in pręſenti terram hiſtorialiter deſcribit, ſpiritualiter diuidit. [Allego.] Multas diuiſiones in diuino eloquio legimus. Diuiſiones. ſ. maris rubri ea, unde eſt illud. Qui diuiſit mare rubrum in diuiſiones. [Pſal.135] Et in Apoſtolo. Diuiſiones autem gratiarum ſunt: idem autem ſpũs. [j.Cor.12] Et diuiſiones miniſtrationum ſunt: idem autem Dominus. Et diuiſiones operationum ſunt: idem autem Deus, qui operatur omnia in omnibus. [E] Sed & terræ diuiſiones quatuor extitiſſe legimus. Prima facta eſt a Ioſue. Secunda ab Ezechiele. Tertia in præſenti Abdia. Porro a ſaluatore quarta. Prima ſacramentum eſt ſecundæ, ſecũda tertiæ, tertia quartæ. Vnde prima eodem numero ſic hiſtorialiter, quo & ſecunda ſpiritualiter iuxta legem iſtam ſeſe habet: tertia ad quartam. Intuere lector formam ordinis, & ſplendorẽ ꝓportionis. Sicut enim prima ad ſecundam, ſic tertia ſe habet ad quartam. Et ſicut prima ad tertiam, ſic ſecunda ad quartam. Et ſicut prima ad quartam, ſic ſecunda ad tertiam. Super proportionum iudicio lectorem erudiendum arithmeticæ cõmitto. Noſtri autem propoſiti eſt opacitatis allegoricæ rimari latebras, & ipſius in lucem explanationis efferre tenebras. Prima ergo terrę diuiſio fit expugnatione præmiſſa hoſtium, uel ſubiugatione eorum. [Notabilis concentratoribus.] Secunda ſine traditione hoſtili, uel alteratione ciuili. Tertia cum ſubiugatione hoſtium uoluntaria. Quarta ſine conditione, uel †neuo ſubiectionis, ſed cum gloria, & gaudio mutuæ dilectionis. [† netuo.] Prima diuiſio fit cum pœna, & miſeria. Secunda cum pœna, ſine miſeria. Tertia ſine pœna, & miſeria ipſius retentò pudore. Quarta ſine pœna, & miſeria, omni remoto languore. Pugna eſt nolle cõſentire peccato: miſeria eſt illicito nolentẽ uexari incentiuo: pudor miſeriæ eo titillarit; remotio languoris excluſio tentationis. Quatuor ſunt libertates: libertas arbitrij, libertas exercitij, libertas conſilij, libertas gaudij. [Libertates.4.] Prima diuiſio facta eſt cum libertate arbitrij, ſed non cum libertate exercitij. Voluntas ſiquidem proprio mota arbitrio expugnauit quos potuit, ſed non omnes ſubiugauit quos uoluit. Vnde & libertatem habuit in facultate & motu iudicij: ſed nõ eam habuit in negocio exercitij: quam reuera ſi habuiſſet cunctos ſibi ad nutum ſubiugaſſet. Secunda primã libertatem, & ſecundam habuit, ſed caruit tertia, quia propria ſe mouens uoluntate, oprata exercitij utitur facultate: ſed huic deficit cõſilij libertas: quia ſcientiæ & ordinis; exitus; principij neſciunt attingere metas. Tertia oẽs has tres habuit, ſed quarta caruit: quia & uoluntatẽ ĩ motu, & facultatem in actu, & claritatem ĩ ſenſu obtinuit: ſed ſecuritatẽ in affectu nõ habuit. Quarta uero omnia poſſidet: quia & liberam uoluntatem in electione, & facultatẽ celerem in actione, & ſincerã claritatẽ in intẽtione, & ſecurã perpetuitatem poſſidet in fruitione. Prima ergo libertas communis eſt omniũ. Secunda generalis eſt conuerſorum, ſed ſpecialis imperfectorum.

ctorum. Tertia generalis eſt perfectorum, & ſpe
cislis in hoc ſeculo Deo militantium. Quarta ſin
gularis eſt ſponſum contemplantium, & cum eo
lætantium. Prima propria eſt ſeruorum. Secun
da propria eſt mercenariorum. Tertia propria
amicorum. Quarta propria filiorum. Prima di-
uiſio fit per gratiam compunctionis. Secunda
per diſciplinam, & propoſitum conuerſionis.
Tertia per exceſſum mentis, & eminentiã contẽ-
plationis. Quarta per gloriæ, & honoris aſſum-
ptionem, & immortalitatis ſtatim ad Dei uiſio-
nẽ. Prima fit, quando recedimus a tenebris, & ſer
uitute peccati. Secunda, quando ſponſum fugien
tem ſequimur ad montem myrrhæ, & ad colles
libani. Tertia, quando per deſertum ut acies ordi
F nata aſcendimus. Quarta, quando atria ſupernæ
ciuitatis intramus in hymnis. Quatuor ſunt, quæ
electis ad utilitatem, & ſalutem, & felicitatem da
ta ſunt. Exercitia. ſ. gaudia, merita, præmia. Exer-
citia religionis, gaudia contemplationis, merita
perfectionis, præmia beatiſſimæ uiſionis. Exerci-
tia, inquam, diſciplinæ, gaudia ſpiritalis unionis,
& cęleſtis copulæ, & merita iuſtitiæ, præmia glo-
riæ. Prima ergo diuiſio pertinet ad exercitia. Se-
cunda ad gaudia. Tertia ad merita. Quarta ad præ
Iudic. 3. mia. Vnde & in prima diuiſione à Ioſue dicitur
ad filios Iſrael. Hę ſunt gẽtes, quas Dominus Deus
Iudic. 1. tuus dereliquit in medio tui: ut in eis erudiret
Iſraelem. Hinc iterum ſcriptum eſt. Iebuſęũ autẽ
habitatorem Hieruſalem non potuerunt filij Iu-
da delere. Item in eodem. Non potuerũt filij Ma
naſſe has ſubuertere ciuitates, ſed cœpit Chana-
neus habitare in terra ſua. Poſtquàm autem con-
ualuerunt filij Iſrael ſubiecerunt Chananeos, &
G fecerunt ſibi tributarios, nec interfecerunt eos.
Eze. 48. ¶ De ſecunda diuiſione ſic legitur in Ezechiele.
Hæc eſt terra, quã mittentis in ſortem tribubus
Iſrael, & hæ partitiones earum dicit Dominus.
Ad plagã ſeptentrionalẽ portæ tres trium tribuũ.
A parte auſtrali totidẽ aliarũ trium. A parte orien
tali, totidem aliarum trium. A parte occidentali,
totidem aliarum triũ. Ab unaquaque plaga men
ſurabis quingentos cubitos & quatuor milia.
Quid ſunt hæ quatuor plagæ, niſi quatuor princi
palia genera compunctionis, per quæ mens ſan-
cta intrat, & graditur ad templum ſanctæ contẽ-
plationis? Hæc autem ſunt: Timor ſupplicij, do-
lor præſentis exilij, ſpes cœleſtis præmij, affectus
ſpiritalis coniugij. Timor, plaga occidentalis: do-
H lor, ſeptentrionalis: ſpes, orientalis: amor, auſtra-
lis. Quid aũt ſunt tres portæ ad ſingulas ſitæ, niſi
præfatæ compunctionis occaſiones trinitati dica
tæ, fidei, ſpei, charitati conſecratæ. Qui. n. recte ti
met ſupplicia, fide fugit uitia, ſpe tendit ad meri
ta, charitate currit ad præmia. Cui uero dolet prę
ſentis exilij miſeria, is fide tendit ad obedientiã,
ſpe feſtinat ad iuſtitiam, charitatis pẽnis uolat ad
gloriam. Porro qui immarceſſibile ſitit præmiũ,
fide uitiorum fugit naufragium, ſpe ſpiritalis ago
nis ingreditur ſtadium, dilectionis ſtudio ſuaden
te feſtinat ad præmiũ. Sane qui cæleſtis unius deſi
derat copulã, fide totius iniquitatis a ſe remouet
maculam, ſpe ubique, & ſemper innocentię ſequi
tur regulam, ardenti charitatis deſiderio cęleſte
matrimonium flagrat: & ad nuptias ſpiritales ue-
hementi feſtinat ſtudio. In omnibus his, uiſio am
bitur Trinitatis: æternitas gloriæ poſſeſſio felici- I
tatis. Quod autem a porta uſque ad templũ quin
gentos numerat cubitos & quatuor milia illud
eſt centenarius & millenarius uterque perfectio
nem ſignificat. Centenarius quinquies multipli-
catus honeſtam, & perfectam ſignificat continẽ-
tiam ſenſuum. Millenarius quater multiplicatus
iuxta fidem, & regulam Euangelij ſignificat puri
tatem conſcientiæ, perfectionem uitæ, innocen-
tiam morum. Per quatuor ergo millia integritas
uitæ: per quingentos cubitos deſignatur ſanitas
famæ. A porta ergo uſque ad templum præfata
numerantur: quia ab ingreſſu compunctionis uſ-
que ad gaudium ſanctæ contemplationis neceſſa
ria eſt ſenſuum honeſtas, uitæ integritas, cõſcien-
tiæ puritas. Neceſſaria eſt, inquam, continentia
ſenſuum, iuſtitia actuum, innocentia affectuum.
Sic itur de porta ad templum: quia per præfato-
rum cuſtodiam & ſollicitudinem ad ſpiritalis ma
trimonij copulam, & ſponſi peruenitur dulcedi-
nem. Vnde ſubſequenter adiungitur. Et nomen K
ciuitatis ab illa die, Dñs ibidem. Ex illa die, illa Eze. 48
claritate, illa copula, illa unione, eſt ciuitatis no-
men, Dominus ibidem: quia cuſtodit egreſſum
ſponſæ ſuæ ad actionem, & introitum ad cõtem-
plationem. Cuſtodit portas profeſſionis, obſer-
uat uicos religionis, ueneratur templum ſanctifi
cationis, munit arcem perfectionis, protegit po-
pulum ſpiritualium exercitiorum, chorum cu-
ſtodit cęleſtium morum. In ea quoque Dominus
panis eſt uitæ, uinum cæleſtis iuſtitiæ, indumen-
tum iuſtitiæ, lex clementiæ, lux ſpiritalis intelligẽ
tiæ, aqua ſpiritalis doctrinæ. Quid plura. Ex quo
ciuitatis nomen eſt, Dominus ibidem: in ea
omnibus Deus fit omnia. Hæc ſuccincte diximus
de prima diuiſione, & ſecunda. ¶ Reſtat ut aliqua
dicamus de tertia, & quarta. Et ſicut prima perti L
net ad exercitia, ſecunda ad gaudia: ſic tertia ſpe-
ctat ad merita, quarta ad præmia. Et ſicut illa duo
denario diſtinguuntur numero, propter perfe-
ctionem actionis: ſic iſta ſeptenario diuiduntur,
propter ſpiritalem perfectionem, & gaudium ſu
pernæ contemplationis. Dicit ergo Abdias.

Et hæreditabunt ij, qui ad Auſtrum ſunt, montem Eſau &c.

¶ Sub hoc ſeptenario contra ſeptem principalia
uitia opponuntur ſeptem terræ diuiſiones, ſeptẽ
orationis dominicæ petitiones, ſeptem ſpiritum
ſancti dona, ſeptem uirtutes illis contrariæ, ad ul
timum ſeptem beatitudines. Primo loco ponun-
tur ſeptem uitia contra quę opponuntur præfato M
rum omnium antidota. Vitiorum primum eſt
ſuperbia, ſecundum inuidia, tertium ira, quartũ
accidia ſeu triſtitia, quintum auaritia, ſextum
gula, ſeptimum luxuria. Contra hęc ſecun-
do loco conſtituuntur ſeptem petitiones, quæ

in dominica oratione continentur.Prima,qua di
citur Deo, Sanctificetur nomen tuum. Secunda,
qua dicitur,Adueniat regnum tuum.Tertia, qua
dicitur, Fiat uoluntas tua ſicut in cœlo, & in ter-
ra.Quarta,qua dicitur.Panem noſtrum quotidia-
nus da nobis hodie.Quinta,qua dicitur. Dimitte
nobis debita noſtra ſicut & nos d.de.noſtris. Sex-
ta,qua dicitur,Et ne nos inducas in tentationem.
N Septima,qua dicitur. Sed libera nos a malo. Po-
ſtea tertio loco ſequuntur ſeptem dona ſpiritus
ſancti.Primum,ſpiritus timoris Domini. Secun-
dum,ſpiritus pietatis. Tertium,ſpiritus ſcientiæ.
Quartum,ſpiritus fortitudinis. Quintum, ſpiri-
tus conſilij.Sextum,ſpiritus intellectus.Septimũ,
ſpiritus ſapientiæ. Deinde quarto loco ſuccedunt
quatuor uirtutes.Prima,paupertas ſpiritus,id eſt,
humilitas. ſecunda, manſuetudo,ſiue benignitas.
tertia,compunctio,ſiue dolor. quarta, eſuries iu
ſtitiæ,ſiue deſiderium bonum. quinta, miſericor-
O dia. ſexta,cordis munditia. ſeptima,pax. Nouiſſi-
mo uero loco diſponuntur ſeptẽ beatitudines.Pri
ma,regnum cœlorum.Secunda,poſſeſſio terræ ui
uentium.Tertia,conſolatio. Quarta,iuſtitię ſatie-
tas. Quinta,miſericordia.Sexta,uiſio Dei. Septi-
ma,filiatio Dei.¶Superbia eſt amor proprię excel
lentiæ.Inuidia eſt odium felicitatis alienæ. Ira eſt
furor iniuſtus,uel illicita inſania mentis commo-
tæ. Accidia, ſeu triſtitia eſt inordinata amaritudo
animæ: uel peruerſum animi tædium cum mœro
re. Auaritia,quæ eſt immoderatus appetitus habẽ
di, per montem Eſau ſignificatur. Per Philiſtijm,
qui interpretatur cadens poculo, Inuidia: nam
quaſi extranea cadit potione, quia felicitati inui-
det alienæ. Hæc ita primo loco diſtingue,ut intel
ligas ipſa uitia quaſi quoſdam animi languores,
ſiue uulnera interioris hominis. Ipſum uero ho-
minem quaſi ægrotum, medicum Deum,dona ſã
cti ſpiritus antidotum,uirtutes ſanitatem, beati-
P tudines felicitatis gaudium. Sunt ergo ſeptem
uitia capitalia,ſiue principalia, & ex his uniuerſa
mala oriuntur. Hi ſunt fontes abyſſi tenebroſæ:
de quibus flumina Babylonis exeunt, & in omnẽ
terram deducta ſtillicidia iniquitatis diffundũt.
Pſal.136 De quibus fluminibus Propheta in perſona popu
li fidelis cecinit dicens. Super flumina Babylonis
illic ſedimus,& fleuimus: dũ recor.tui. Sion. De
his ſeptem uitijs uaſtatoribus,& uniuerſam natu-
ræ integritatem corrumpentibus,ſimulque malo
rum omnium germina producentibus quantum
ad præſens officium explicandum ſufficere puta-
Q mus,loquamur. Septem ergo ſunt: ex his tria ho-
*Pulcherrima de ſeptem peccatis.* minem expoliant:Quartum expoliatum flagellat:
Quintum flagellatum eijcit: Sextum eiectum ſe-
ducit: Septimum ſeductum ſeruituti ſubijcit. Su-
perbia enim aufert homini Deum. Inuidia aufert
ei proximum. Ira aufert ei ſeipſum. Triſtitia ſpo-
liatum flagellat. Auaritia flagellatum eijcit. Gula
eiectum ſeducit. Luxuria ſedutum ſeruituti ſubij
cit.Nunc reuertentes ſingula per ordinem expla-
Sup bia. nemus.Superbia namq; eſt amor proprię excellen
tiæ,quando mens bonum,quod habet, ſingulari-
ter diligit,id eſt,ſine eo,a quo bonũ accepit.O pe-
ſtifera ſuperbia quid agis? cur ſuades riuulo, ut ſe
a fonte diuidat?Cur ſuades radio, ut ſe a ſole auſe
rat? Cur?niſi dum & ille infundi deſinit, areſcat,
& iſte dum ab illuminante ſe auertat,tenebroſus
fiat?Vtrunque uero dum accipere ceſſat id, quod
necdum habet,cõtinuo illud etiam, quod habet,
amittat?Sicq; fiat,ut nec id, quod habet, utiliter
habere poſſit, dum illud in eo, a quo habet,non
diligit.Sicut enim omne bonum ueraciter a Deo
eſt:ita nullum bonum extra Deum utiliter habe
ri poteſt:immo uero per hoc ipſum id,quod habe
tur,amittitur,quòd cum eo,& in eo, a quo habe-
tur,non amatur.Nam quicunque non nouit, niſi
hoc,quod habet,bonum in ſeipſo diligere,neceſ-
ſe eſt ut dum in altero bonum, quod non habet,
aſpexerit, tanto amarius ſua eum imperfectio tor
queat,quanto eum,in quo omne bonum cõſiſtit,
minus amat. Et idcirco ſemper ſuperbiam inui- Inuidia.
dia ſequitur:quia qui illic amorem non figit,ubi
omne bonum eſt,quanto de ſuo peruerſius extol
litur, tanto grauius de bono alterius torquetur.
Sua igitur elationi iuſtiſſime pœna deputata eſt,
ipſa quam de ſe gignit inuidia: quę quia omne,&
commune bonum diligere noluit,recte nunc bo
ni alieni liuore tabeſcit.Quam profecto alienæ fe
licitatis ſucceſſus non ureret, ſi illũ, in quo omne
bonum eſt, per amorem poſſideret. Nunc ergo
quantum ſe per elationem contra Creatorem ex
tollit:tantum per liuorem ſub proximo cadit:&
quantum illic fallaciter erigitur,tantum hic uera
citer præcipitatur.Sed neque hic ſiſtere poteſt ſe
R mel cœpta corruptio.Mox enim ut de ſuperbia, Ira.
inuidia nata fuerit,iram ipſa de ſe mẽs parit miſe
ra.Propterea enim ſibi de ſua imperfectione ira-
ſcitur,quia de bono alterius per charitatem non
lętatur.Atque ideo id etiam,quod habet, ipſi diſ-
plicere incipit: quoniam in alio id, quod habere
nõ poteſt,agnoſcit.Quod ergo per charitatem in
Deo tantum habere potuit, id etiam quia per ela Accidia
tionem extra Deum habere conabatur:per inui- ſeu triſti
diã perdit proximum,& per iram ſe ipſum. Quia tia.
ergo,omnib. amiſſis,nihil eſt,unde gaudeat infe
lix conſcientia,per triſtitiam in ſemetipſa collidi
tur: & quæ de alieno bono pie lætari noluit, de
ſuo malo iuſte cruciatur. Poſt ſuperbiam ergo,&
inuidiam,& iram,quæ hominem ſpoliant, con-
tinuo triſtitia ſequitur,quæ nudatum flagellat. Auaritia
Cui deinde ſuccedit auaritia: quæ flagellatum
eijcit:quia interno gaudio amiſſo, foris conſola
tionem quęrere compellit. Poſtea accedit gula, Gula.
quæ eiectum ſeducit:quia animum exterioribus
inhiantem hoc uitium imprimis quaſi e uicino
tentans per ipſum naturalem appetitum ad exceſ Luxuria.
ſum illicit.Poſtremo ſuperuenit luxuria, quæ ſe-
ductum uiolenter ſeruituti ſubijcit: quia poſt
quam caro per crapulam inflata eſt,ardorem libi
dinis ſuperuenientem emollitus,atque eneruiter
reſolutus animus,uincere nõ poteſt. Seruit enim
ſæuiſſimę dominationi mens turpiter ſubacta:&
niſi exorata ſubueniat ſaluatoris pietas, non erit
iam unde captiuo ſeruienti amiſſa reſtituatur
libertas. ¶Sequuntur itaque ſeptem petitiones S

contra

contra ſeptem uitia: quibus ille oratur, ut ſubueniat, qui nos & orare docuit, & quod orantibus bonum ad ſananda uulnera noſtra, & ad ſoluendum iugum captiuitatis noſtræ eſſet, daturum ſe promiſit. Sed nos antequàm ad explanationem harum ueniamus, prius uolumus alia adhuc ſimilitudine demonſtrare quãtam in nobis corruptionem ſupradicta uitia generent, ut quãto periculoſior languor oſtenditur, tanto magis neceſſaria medicina comprobetur. Per ſuperbiã

*De ſeptem peccatis mortalibus pulcherrima.* igitur cor inflatur, per inuidiam areſcit, per iram crepat, per triſtitiam conteritur, & quaſi in puluerem redigitur, per auaritiam diſpergitur, per gulam inficitur & quaſi humectatur, per luxuriã conculcatur, & in lutum redigitur, ita ut iam miſer dicere poſſit. Infixus ſum in limo profundi: & non eſt ſubſtantia. Veni in altitudinem maris: & tempeſtas demerſit me. (Pſal. 68.) Cumque huic limo profundi animus fuerit infixus; & luto coinquinationis, & immunditię inuolutus, euelli nequaquã poteſt, ad illum clamet, & auxiliũ eius poſtulet, de quo Pſalmiſta loquitur dicens. Expectans expectaui Dominum, & intendit mihi, & exaudiuit preces meas, & eduxit me de lacu miſeriæ, & de luto fæcis. (Pſal. 39.) Propterea ergo ipſe nos orare docuit, ut totum bonum noſtrum a Deo eſſe intelligamus.

*Petitio prima.* Prima ergo petitio contra ſuperbiã eſt, qua Deo dicimus: Sanctificetur nomen tuum. Hic enim petimus, ut det nobis timere, & uenerari nomẽ ſuum, quatenus ei per humilitatem ſubiecti ſimus: quia per ſuperbiam rebelles, & contumaces extitimus. Huic petitioni datur ſpiritus timoris Domini: ut ille ad cor ueniens uirtutem in eo creet humilitatis, quæ ſuperbię morbum ſanet: quatenus ad regnum cælorum, quod angelus ſuperbus per elationem perdidit homo humilis peruenire poſſit. ¶Secunda petitio eſt contra inuidiam, qua dicitur. Adueniat regnum tuum.

*Secunda* Regnum ſiquidem Dei eſt ſalus hominum: quia tunc Deus in hominibus regnare dicitur: quando ipſi homines ſubijciuntur, & modo ei adhærendo per fidem, & poſt inhærendo per ſpeciem. Qui ergo petit, ut regnum Dei adueniat, ille profecto ſalutem quærit omnium, ac per hoc quod pro communi omnium ſalute poſtulat, liuoris uitiũ ſe reprobare demonſtrat. Huic petitioni datur ſpiritus pietatis, ut ipſe ad cor ueniens, ad benignitatem illud accendat: quatenus ad eãdem homo æternæ hæreditatis poſſeſſionem, ad quam alios peruenire cupit, ipſe perueniat. ¶Tertia petitio eſt contra iram, qua dicitur.

V *Tertia.* Fiat uoluntas tua ſicut in cælo & in terra: hac ſibi placere indicat, quicquid uoluntas Dei ſiue in ſe, ſiue in alijs ſecundum arbitrium ſuæ dignationis diſpẽſat. Huic ergo petitioni datur ſpiritus ſcientiæ, ut ipſe ad cor ueniens erudiat illud & ſalubriter compungat, ut ſciat homo malum, quod patitur, ex ſua culpa prouenire: ſi quid autem boni habeat, ex miſericordia Dei procedere: ac per hoc diſcat ſiue in malis, quæ ſuſtinet, ſiue in bonis, quæ non habet, contra Creatorem non iraſci: ſed per omnia patientiam exhibere. Optime ergo per compunctionem cordis, quę ſpũ ſcientiæ operãte interius ex humilitate naſcitur, ira & indignatio animi mitigatur: quia e diuerſo ſtultum ira interficit, quando per impatientiæ uitium agitatus, atque cæcatus, uel malum, quod patitur, ſe meruiſſe, uel bonum, quod habet, per gratiam accepiſſe non cognoſcit. Hanc autem uirtutem. i. compunctionem ſiue dolorem, præmium conſolationis ſequitur, ut qui ſe hic ſponte coram Deo per lamenta affligit, illic uerum gaudium, & lætitiam inuenire mereatur. ¶ Quarta petitio eſt contra triſtitiam ſeu accidiam, qua dicitur.

X *Quarta.* Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. Triſtitiam nanque eſt animi tædium cum mœrore: quã mens quodammodo tabefacta, & uitio ſuo amaricata interna bona non appetit, atque omni uigore emortuo nullo ſpiritualis refectionis deſiderio hilareſcit. Propterea ad ſanandum hoc uitium deprecari nos oportet miſericordiã Domini, ut ipſe ſolita pietate animæ tædio ſuo lãguenti internæ refectionis pabulum admoueat: ut quod ipſa abſens neſcit appetere, guſtu præſentis admonita incipiat amare. Datur ergo huic petitioni ſpiritus fortitudinis: ut fatiſcentem animam erigat: quatenus illa priſtini uigoris uirtute recepta ab affectu ſui tædij ad deſiderium interni ſaporis conualeſcat. Creat ergo ſpiritus in corde famem iuſtitiæ: ut dum hic per deſideriũ pietatis fortiter accenditur, illic pro præmio plenam beatitudinis cõſequatur ſatietatem. ¶ Quinta petitio eſt contra auaritiam, qua dicitur.

Y *Quinta.* Dimitte nobis debita noſtra ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Iuſtũ enim eſt, ut in reddendo debito non debeat eſſe anxius, qui in exigendo noluerit eſſe auarus. Atque ideo cum a nobis per Dei gratiam uitium auaritiæ tollitur: qualiter a noſtro debito abſolui debeamus, expoſita ſalutis conditione, donatur. Huic ergo petitioni datur ſpiritus conſilij, qui doceat nos in hoc ſeculo libenter peccanti in nos, miſericordiam impendere: quatenus in futuro cum pro peccatis noſtris rationem reddituri ſumus, mereamur miſericordiam inuenire. ¶ Sexta petitio contra gulã, qua dicitur:

Z *Sexta.* Ne nos inducas in tentationem, id eſt, ne induci permittas in tentationem. Hæc eſt tentatio, quę nos illecebra carnis ſępe per naturalem appetitum ad exceſſum trahere nititur, & latenter uoluptatem ſubijcit, dum manifeſte nobis de neceſſitate blanditur. In quam profecto tentationem tunc nequaquàm inducimur, ſi ſic ſtudemus ſecundum menſuram neceſſitatis naturæ ſubſidium impendere, ut tamen ſemper meminerimus appetitum ab illecebra uoluptatis coercere. Quod ut implere ualeamus datur nobis petentibus ſpiritus intelligentiæ: ut interna refectio uerbi Dei appetitum exteriorem cohibeat, & mens ſpirituali cibo roboretur, ut eam non ualeat corporalis egeſtas frangere, nec carnis uoluptas ſuperare. Propterea nãque & ipſe Dominus tentatori ſuo dum eſurienti ſibi fraudulentiam de exterioris panis ſuggeſtione faceret: reſpondit dicens. Nõ in ſolo (Matt. 4.)

pane

paneuiuit homo,ſed in omni uerbo,qood procedit de ore Dei:ut aperte demonſtraret, quòd cũ mens illo interius pane reficitur,nõ magno opere curat ſi foris ad tẽpus famem carnis patiatur. Datur igitur contra gulam ſpiritus intelligentię: ſed ille ad cor ueniens emundat illud atque puri-
Z ficat.¶Septima petitio eſt contra luxuriam, qua
Septima dicitur. Libera nos a malo. Nam licet(ut alibi diximus) multiplex eſt malum,ut malum corporis, & malum animæ:malum quod eſt culpa,malum quod eſt pæna: malum huius ſeculi,& malum futuri, tamen præcipuum malum poteſt quodam modo cenſeri luxuria: quæ hominem illecebris captum in ſeruitutem redigit. Vnde per donum ſapientię liberari petimus dicentes. Libera nos a malo. Amen.

---

## *M. HVGONIS DE SANCTO Victore Canonici Regularis Lateranenſis poſteriorum excerptionum libri continentes utriuſque teſtamenti allegorias. Priorum autem libros, eo quòd alterius ſunt farraginis, alubi ponemus. In hos igitur ſequitur prior eiuſdem Prologus.*

QVicunque ſapientiæ, ſiue ſcientiæ ſtudet diuinæ, fructum lectionis proprio magis experimento, quàm alieno cognoſcere ualet documento: In ipſo nanque legentis animus bonum poſſidet honeſtæ occupationis, ſolertiam meditationis, inſtantiam orationis, & claritatem ſupernæ inuenit contemplationis. Ibi informatur ad exemplum ſanctæ imitationis: inſtruitur ad exercitium uirtutis: ſtabilitur ad exhibitionem boni operis. In ipſa, reprobato fuco falſitatis, depulſa malitia iniquitatis: perducitur ad ueram, uel ad perfectam ueritatis cognitionem,& ad bonitatis dilectionem. In ipſa animatur,ne frangatur in aduerſis: ſolidatur,ne diſſoluatur in proſperis:& ſumit recordationem de præterito, cautelamque de futuro. Quiſquis autem ſacræ ſcripturæ cibo paſci renuit, uitam animæ ſuę perdere iam incipit: ut de eo dici poſſit: omnem eſcam abominata eſt anima eius, & appropinquauit uſque ad portas mortis, Accipe itaque frater cariſſime, hanc ſecundam excerptionum noſtrarum, quas poſtulaſti, partem quaſi quoddam ferculum animę tuæ paratum: ut in ipſo ſpiritualiter incraſſeris, impingueris, dilateris. Capitula autem huius partis ſicut, & ſuperioris, ad euidentiam totius operis ſequentis, ante principium libri tibi per ordinem diſpoſui.

### *Prologus alter eiuſdem in eoſdem.*

IN pręcedentibus pręmiſſa deſcriptione originis,& diſcretionis artium,& quorũdam aliorum: ortum, curſum, & occaſum omnium regnorum ab initio uſque ad nos diſpoſuimus. In ſequentibus, profundas allegoriarum obſcuritates, ſecundum ſubiacentis hiſtoriæ curſum, prius de ueteri teſtamento, deinde de nouo, inquantum præſenti breuitati ſufficere uidetur: elucidabimus. Inuenies in hac parte libelli multa iuxta imbecillitatem mei ſenſus, neceſſaria tuæ inchoationi:& in cognitione ueritatis, & in amore uirtutis omnibus modis utilia: ſi tamen quę ſcripta ſunt, legere,& memorię commendare non neglexeris.

LIber Primus tractat de myſterijs rerum geſtarum ab initio mundi uſque ad Abraham: continens octodecim Capita.


*De ſignificatione cæli,& terræ.* I.
*De cælo,terra,& operibus ſex dierum.* II.
*De aquis ſuperioribus,& inferioribus.* III.
*De ſole,luna,& ſtellis.* IIII.
*De piſcibus,et auibus.* V.
*De paradiſo.* VI.
*De formatione primi hominis.* VII.
*De Adam,Eua,et ſerpente.* VIII.
*De ſex diebus,et ſeptimo.* IX.
*De Adam,Eua,et filijs eorum.* X.
*De Seth,Caim, & filijs eorum.* XI.
*De Enos,Enoch,et Noe.* XII.
*De arca,et diluuio.* XIII.
*Moralis ſententia de arca.* XIIII.
*De coruo,et columba.* XV.
*De Iridis coloribus.* XVI.
*De uinea Noe,et inebriatione eius.* XVII.
*Moralis ſententia de eodem.* XVIII.


SEcundus tractat de myſterijs rerum geſtarum ab Abraham uſque ad Moyſem: continens nouendecim Capita.


*De exitu Abram de terra ſua.* I.
*Moralis explicatio de eodem.* II.
*De ſacrificio Abrahæ.* III.
*Moralis expoſitio de eodem.* IIII.
*De triplici circuncisione.* V.
*De exitu Loth Sodomis.* VI.
*De hoc,quòd tentauit Deus Abraham.* VII.
*De Sara,& morte,ac ſepultura eius.* VIII.
*Quomodo adducta eſt Rebecca ad Iſaac.* IX.
*De Abraham,Iſaac,pueris eorum,& puteis.* X.
*De benedictione Iacob.* XI.
*Quomodo perrexit Iacob ad Laban.* XII.
*De uirgis, quas decorticauit Iacob.* XIII.
*De Dina filia Iacob.* XIIII.
*Hiſtoria de Ioſeph.* XV.
*De Iacob,& filijs eius.* XVI.
*De Iuda,filijs eius,& Thamar.* XVII.
*De duobus ſeruis Pharaonis.* XVIII.
*De aromatibus, quibus conditus eſt Iacob.* Cap. XIX.


*Tertius*

TErtius tractat de myſterijs rerum geſtarũ a Moyſe uſque ad Ioſue : continens uiginti duo Capita.

*De natiuitate Moyſi, & exitu Iſrael de Aegypto.* I.
*De ijs, quæ ſpiritualiter Deum, uel Chriſtum ſignificant.* ij.
*De Aegypto, deſerto, & terra promiſſionis.* iij.
*De mandato dilectionis.* iiij.
*De præceptis legis naturalis, & ſcriptæ.* v.
*De duabus tabulis.* vi.
*De quatuor ſabbatis.* vij.
*De furto, mendacio, & periurio.* viij.
*De conſtructione tabernaculi, & de offerendis in eo.* ix.
*De ſacrificijs.* x.
*De menſa propoſitionis.* xi.
*De uia trium dierum.* xij.
*De duobus teſtamentis.* xiij.
*De duabus tabulis, duobus cherubim, & duabus tubis.* xiiij.
*De vnctione, & veſtibus ſacerdotis.* xv.
*De præputijs arborum.* xvi.
*De ſacerdotibus reprobandis ex libro beati Gregorij.* xvij.
*De uictimis.* xviij.
*De primogenito bouis, & ouis.* xix.
*De muliere capta in bello.* xx.
*Non arabis in boue ſimul & aſino.* xxi.
*De veſte ex lana, & lino contextu.* xxij.

QVartus tractat de myſterijs rerum geſtarũ a Ioſue uſque ad Helcanam patrẽ Samuelis, continens decem & octo capita.

*De Ioſue, & tranſitu Iordanis.* I.
*De filijs Ruben, Gad, & de dimidia tribu Manaſſe.* ij.
*De ſubuerſione Hiericontea.* iij.
*De ciuitate Hay.* iiij.
*De altari quod conſtruxit Ioſue.* v.
*De dolo Gabaonitarum.* vi.
*De Leuis.* vij.
*De Chananeis tributarijs.* viij.
*De ſucceſſoribus Ioſue.* ix.
*De Delbora.* x.
*De Gedeone, & bello Madianitarum.* xi.
*Senſus allegoricus de area.* xij.
*Senſus moralis de area.* xiij.
*De Gedeone, vxoribus eius, & filijs.* xiiij.
*De Iepthe.* xv.
*De Samſone.* xvi.
*Moralis expoſitio de eodem.* xvij.
*De Ruth.* xviij.

QVintus tractat de myſteriis rerum geſtarũ ab Helcana uſque ad Dauid, ubi ſcriptum eſt, Scidit Dominus regnum tuum a te hodie, & tradidit illud meliori te: continens decẽ & nouem Capita.

*De Helcana, & uxoribus eius.* I
*Moralis interpretatio de eodem.* ij.
*De Anna, & Samuele.* iij.
*De Ophni, & Phinees filijs Heli.* iiij.
*De Heli, & filijs eius rurſum.* v.
*De caſtris Iſrael, & Philiſtijm.* vi.
*De arca Dei, & filijs Heli mortuis.* vij.
*De arca Dei, & Dagon.* viij.
*De aggrauatione manus Dei ſuper Azotos.* ix.
*De duabus uaccis, quæ reportauerunt arcam.* x.
*Quòd filij Iſrael poſtulauerunt regem.* xi.
*De Saul.* xij.
*De Naas rege Ammonitarum, & Iabes Galaad.* xiij.
*De tribus millibus electis a Saule.* xiiij.
*De eo, quòd non inueniebatur faber ferrarius in terra Iſrael.* xv.
*De Ionatha, & armigero eius.* xvi.
*De Ionatha, & melle, quod guſtauit.* xvij.
*De reprobatione Saulis.* xviij.
*De uirtute obedientiæ.* xix.

SExtus tractat de myſterijs rerum geſtarum a Dauid uſque ad Salomonem, continens uigintiquinque Capita.

*De ſciſſione pallij Samuelis.* i.
*De Saul, Dauid, & cithara eius.* ij.
*De acie Iſrael, & Philiſtijm.* iij.
*De eodem.* iiij.
*De dilectione Ionathæ, & Dauid.* v.
*De Ionatha, & Dauid abſcondito in agro.* vi.
*De hoc, quòd Dauid mutauit os ſuum coram Achi.* vij.
*De ijs, qui conuenerunt ad Dauid.* viij.
*De Ziphcis.* ix.
*De eo, quòd Dauid præcidit oram chlamydes Saul.* x.
*De uerbis Abigail ad Dauid.* xi.
*De Abigail, & Nabal.* xij.
*De Amalechitis.* xiij.
*De montibus Gelboe.* xiiij.
*De eiſdem.* xv.
*De aſcenſione Dauid in Hebron.* xvi.
*De Abner, & Aſael.* xvij.
*De longa concertatione inter domum Dauid, & domum Saul.* xviij.
*De ſermone Abner ad ſeniores.* xix.
*De filijs Remon, & morte Isboſeth.* xx.
*Quomodo Dauid expugnauit Hieruſalem.* xxi.
*De ſuperbia Micol, & humilitate Dauid.* xxij.
*De Ammon, & ſeruis Dauid.* xxiij.
*De Rabath, & diademate regis eius.* xxiiij.
*Quomodo Dauid numerauit Iſrael.* xxv.

SEptimus tractat de myſterijs rerum geſtarum a Salomone uſq; ad tranſmigrationem Babylonis: continens quadraginta tria Capita.

*De diuerſis ferculis Salomonis.* i.
*De ſapientia Salomonis.* ij.
*De ædificatione templi.* iij.
*De libertate Iſrael, & ſeruitute alienigenarũ.* iiij.
*De throno Salomonis.* v.
*De Roboam.* vi.
*De Ieroboam.* vij.
*De eo, quod ſcriptum eſt: demetam poſteriora Baaſa.* viij.
*De reædificatione Hiericontea.* ix.

De

*De Elia, & torrente Carith.* x.
*De Elia, & uidua Sareptana.* xi.
*De Elia, & prophetis Baal.* xij.
*De interfectione prophetarum Baal.* xiij.
*De fuga Eliæ coram Iezabel, & de iunipero.* xiiij.
*De uiſione Eliæ in monte.* xv.
*De cuſtodia humilitatis.* xvi.
*De eo, quod Elias unxit Eliſeum.* xvij.
*De pugna Benadab contra Iſrael.* xviij.
*De eo, quod dictum eſt, Dij montium ſunt Dij Iſrael.* xix.
*De Eliſeo, & pallio Eliæ.* xx.
*De pueris maledictis in Bethel.* xxi.
*De aqua trium regum data exercitibus a Domino.* xxij.
*De muliere, quę clamauit ad Eliſeum.* xxiij.
*De cœnaculo, quod ædificauit Sunamitis, & uir eius Eliſeo.* xxiiij.
*De reſuſcitatione filij mulieris Sunamitidis.* xxv.
*De eo, quod ſcriptum eſt, mors in olla.* xxvi.
*De eo, qui uiro Dei panes primitiarum detulit.* xxvij.
*De captiua, & Naaman.* xxviij.
*De lepra Naaman, quę adhęſit Giezi.* xxix.
*De obſidione Samariæ, & fame.* xxx.
*De Iehu.* xxxi.
*Quomodo Ioas inſtaurauit ſartatecta.* xxxij.
*De ſcriba, & pontifice, & pecunia.* xxxiij.
*De ſagitta ſalutis.* xxxiiij.
*De protectionę Iſrael.* xxxv.
*De Samaritanis.* xxxvi.
*De Ioſia, & phaſe quod celebrauit.* xxxvij.
*De cenſu, quem ſoluit populus Pharaoni ſub Ioachim.* xxxviij.
*De prima obſidione Hieruſalem.* xxxix.
*De ſecunda obſidione Hieruſalem, & fame.* xl.
*De interruptione muri, & fuga Sedechiæ.* xli.
*De Nabuzardan.* xlij.
*De tranſlatione Iudæ.* xliij.

OCtauus tractat de myſterijs rerum geſtarũ, quæ continentur in Eſdra: continens ſexdecim. Capita.

*De Cyro, & liberatione captiuorum, & reſtauratione templi.* I.
*Quòd Iudæi poſt.70. annos liberantur.* ij.
*De numero uaſorum, quæ relata ſunt de Babylone.* iij.
*De numero reuertentium a Babylone.* iiij.
*De numero animalium.* v.
*De oblatione principum.* vi.
*De fundatione templi.* vij.
*De hoſtibus Iudę, & Beniamin.* viij.
*De dedicatione domus Domini.* ix.
*Quomodo Eſdras figurat Chriſtum.* x.
*De circunſpectione doctorum.* xi.
*Generalis ſententia de toto ædificio.* xij.
*De Sanaballath nato, & de Samaritanis.* xiij.
*De cautela ædificantium.* xiiij.
*Quomodo ſabbatum obſeruabant.* xv.
*De bifaria dedicatione ciuitatis.* xvi.

NOnus tractat de myſterijs, quæ continentur in libro Eſther, Tobię, Iudith, & Machabæorum: continens quatuor ca.

*De myſterijs, quæ continentur in libro Eſther.* I.
*De myſterijs, quæ continentur in libro Tobiæ.* ij.
*De myſterijs, quæ continentur in libro Iudith.* iij.
*De myſterijs, quæ continentur in libris Machabæorum.* iiij.

*Capita librorum noui teſtamenti ponentur ante ipſos, poſt allegorias ueteris.*

---

# *IN LIBRUM GENESEOS*
## *Allegoriæ: ex quibus eſt Liber. I.*

### *De ſignificatione cæli, & terræ. Cap. I.*

IN principio creauit Deus cælum, & terram. Cælum, deſignat ſumma: terra, ima cęlum, inuiſibilia: terra, uiſibilia. cælum Angelos: terra, homines. cælum, ſpiritualia: terra, corporalia. cælum, angelos ſublimitate poſitionis, & excellētia conditionis, Sublimitate poſitionis, quia cũctas uiſibiles, & materiales creaturas altitudine ſupercellit. Excellentia autem conditionis, quia res cæteras ſua ſoliditate, & quadam perpetuitate præcedit. Sic illa cæleſtium ſpirituum angelica natura, creaturas uniuerſas, & cæleſtis patriæ manſione, & conditionis ſuæ dignitate ſuperat, & eis ſupereminet. Terra ſignificat hominem, & loci poſitione, & conditionis minori dignitate. Loci poſitione: quia cælo eſt inferior: conditionis minori dignitate: quia cælo corruptibilior. Sic homines, reſpectu Angelorum, & manſione ſunt inferiores, & conditione corporalis naturæ minus digni. Secundum prædictam quoque inſtitutionem, cęlum ſignificat prælatos, perfectos, contemplatiuos. Terra autem ſignificat ſubditos, imperfectos, actiuos. Prælati nanque, perfecti, contemplatiui: ſiue auctoritate muneris, ſiue differentia dignitatis, ſiue merito uirtutis ſubiectis, imperfectis, actiuis ſunt ſuperiores. Subiecti uero, imperfecti, actiui, prælatis, perfectis, contemplatiuis inferiores. ¶Cælum igitur Angeli, terra homines, cælum, prælati, terra ſubiecti. cælum perfecti, terra imperfecti. cælum contemplatiui, terra actiui.

A *Nota, q inuenitur ſũma quædã, q uocatur ſumma Allegorica Bibliæ Magiſtri Richardi, in qua omnis breuiter colligũtur dicta Hugonis noſtri: & ſũ relictã ea, attendas curioſe Lector. Huic enim Allegoriarũ ampliſſimo Viridario, nec tanti operis forſitã pręmiſſis.*

### *De cælo, terra, & operibus ſex dierum, Cap. II.*

IN principio creauit Deus cęlum, & terram. Cælum ſpiritus terra corpus: quia ſicut cælum terra ſublimius, & ſolidius: ſic excellentior eſt, & dignior corpore ſpiritus. Mundus in prima confuſione, eſt homo in iniquitate B Gen. I.

ſua

ſua. Sicut.n. mūdo primordiali confuſo non inie
rat lux aut futurus ordo. ſic homni ſubiecto iniq
tati, nec lux lucet per cognitionem ueritatis, nec
ordo ineſt per diſpoſitionem æquitatis. Et Deus
quaſi in media confuſione lucē primariā creat:
quando peccatorem diuerſis ſceleribus confu-
ſum lucis intimæ radijs illuſtrat. ut quid eſſe de-
beat agnoſcat: & ad notitiam recte uiuendi ſeme
tipſ̄m diſponat. Significat itaq; lux primaria, pec
cati cognitionē. Firmamētū inter aquas ſuperio
res, & aquas inferiores: diſcretionē inter uirtutes
& uitia. Aquæ nanq; inferiores, deſignāt uitia: ſu
periores aquæ, uirtutes. Et quaſi firmamentū in
ter utraſque aqnas ponitur: quando per uirtutē
diſcretionis, uirtutes a uitijs, & uitia a uirtutibus
C dirimuntur. ¶Deinde ſequitur, congregatio aqua
rum: quæ erant ſub firmamento. Congregatio
aquarum: cohibitionem exprimit uitiorum. Vi-
tia nanque, quia penitus in præſenti uita, de natu
ræ humanæ penetralibus euacuari, uel eliminari
non poſſunt, propter eorum fomites nobis ori-
ginaliter inſitos: debent coarctari quantum per
diuinam gratiam poſſibile eſt, & cohiberi, & in
unum redigi, ne per totum effluant, totum occu
pent, & corrumpant: ac ſenſus noſtros ab inqui-
ſitione ueritatis: affectus noſtros, ab exercitatio-
ne uirtutis: membra noſtra, ab exhibitione boni
operis impediant. Sicut enim terra aquis occu-
pata, non potuit germinare: ſic nos uitijs occupa-
ti, nec ſenſibus ueritatem inquirere, nec affectib⁹
uirtutes exercere, nec membris bona opera ua-
lemus exhibere. Aqnis igitur in unum congrega-
tis, aer caleſcit, & terra germinat: quia uitijs cohi
bitis, & per agnitionem calet homo, & per dile-
ctionem claret, & caro fructificat per bonam
actionem. Conditio luminarium ſignificat perfe
ctam illuminationem, nebuloſa ignorantiæ ceci-
D tate ſepoſita, ueritatis inſpectione. Et poteſt ſol, ſi
gnificare cognitionem eorum, quæ pertinent,
ad diuinam naturam. Luna, cognitionem eorū,
quæ pertinent ad ſanctam eccleſiam. Stellæ autē,
cognitionem eorum, quæ pertinent ad unam-
E quamque fidelem animam. Piſces, qui laborant
in imo, id eſt, in aquis, ſolicitudinem bonę actio
nis deſignant: quæ uitę labentis fluctibus agita-
tur. Volucres, quæ ad alta uolant: ſignificant con
templationem cæleſtium, per quam ab imis ad ſu
periora ſubleuamur. Animalia, ſignificant ſenſus
noſtri corporis: eo quòd ipſa participant huma
nis ſenſibus. Quaſi enim animalia in nobis crean
tur: cum ſenſu corporis prius per uanitatem cor
F rupti, per diuinam gratiam redintegrantur. ¶His
itaque compoſitis nouiſſime fit homo ad imagi
nem, & ſimilitudinem Dei: qui taliter in nobis
uirtutibus, & bonis operibus diſpoſitis, fit con
formis, & ſimilis Deo per iuſtitiam, qui prius fuit
informis, & diſſimilis per culpam. Homo deniq;
formatus, transfertur in paradiſum uoluptatis:
quia peccator regeneratus per gratiam in mūdo,
in cælum transfertur per gloriam. ¶Cęlum itaq;,
G ſpiritus: terra, corpus: lucis primariæ conditio,
peccati cognitio. Firmamentum inter aquas ſu
periores & aquas inferiores, diſcretio inter ui-
tia & uirtutes. Aquarum inferiorum congrega-
tio, uitiorum cohibitio. Productio graminum, I
exhibitio bonorum operum. Luminarium con-
ditio, perfecta ueritatis cognitio. Piſces, bona
actio. Volucres, contemplatio. Animalium
creatio, ſenſuum corporalium redintegratio.
Adæ formatio, iuſti perfectio. Adam in para-
diſo, iuſtus in cęlo. Lux primaria ante ſolem ſi-
gnificat legem ante gratiam: Ioannem ante H
Chriſtum: initium ante perfectionem: gratiam
ante gloriam. Sicut enim lux primaria, ſole fuit
tempore prior, & tamen minor claritate: ſic lex,
gratia: Ioannes, Chriſto: initium, perfectione:
gratia, gloria, priora dinoſcuntur ordine, & lon
ge tamen inferiora perfectione: ſed in alijs ordi-
nibus rerum inuenitur, quòd alia præcedunt, &
alia ſequūtur: p̄cedūt minora, ſuccedūt maiora.

### *De aquis ſuperioribus, & inferioribus. Cap. III.*

AQuæ ſuperioriores, ſignificāt bonos I
ſaluandos: aquæ inferiores, malos
damnandos. De aquis ſuperiori
bus dictum eſt. Benedicite aquæ,
quæ ſuper cęlos sūt Domino. Quia Danie. 3
electi in perpetuum non ceſſabunt laudare no-
men Domini. De aquis inferioribus ſcriptum
eſt. Congregentur aquæ in locum unum: quia re
probi per totum mundum modo diſperſi, con
gregabuntur in infernum, in ſempiternum pu-
niendi. Quæ ſunt tamen iſtæ aquę? Immundi,
fornicatores, concubinarij, inceſtuoſi, adulteri,
auari, fures, rapaces, ebrioſi, periuri, homicidæ,
inuidi, iracundi, odio perciti, & qui mulierem
uiderunt ad concupiſcendum eam, & qui dicūt
fratri ſuo, fatue: & quicunque a Deo ſunt ſepa-
rati, nec per gratiam ipſius iuſtificati: ut Pagani,
Iudæi, falſi Chriſtiani. Iſti congregabuntur in lo
cū unum, id eſt, in infernum: qui eſt locus in tene
bris, ubi non extinguitur ignis.

### *De ſole, luna, & ſtellis. Cap. IIII.*

SOlent ſancti Doctores, per ſolem ac K
cipere Chriſtum: per lunam, eccle-
ſiam: per ſingulas ſtellas, ſingulos
fideles. Per ſolem, Chriſtum, quia
ut ſol perfectus eſt in ſe, nec muta
tur: Sic Chriſtus, quia immenſus eſt: non poteſt
augeri. Per lunā deſignatur eccleſia: qa ſicut luna
p̄ diuturna incrementa ad plenitudinē ducitur,
ſic ſanctæ eccleſiæ corpus mēbris eius, q̄ p̄ gr̄am
ſibi ſuccedūt appoſitis, cōſūmatur. Et ſicut luna a
ſole ſuſcipit lumē: ſic ſācta eccleſia, ſuſcipit a Chri
ſto uiuificationem. Per ſtellas ideo deſignantur
fideles: quia ſunt & ipſi luminaria cęli, cæ-
lo affixi. Sicut Paulus de ſe, ſibique ſimilibus lu- Phili. 3.
minarib⁹, dixit. Nr̄a aūt conuerſatio in cælis eſt. Ibidē. a.
Et iterū. Lucetis in eccleſia, ſicut luminaria ī mū
do. Sol igitur, Chriſt⁹: luna, eccleſia, ſtellę, fideles.

De

### *De piſcibus & auibus.* Cap. V.

L PIſces ſignificant malos: quia in loco,
ubi creati ſunt, permanent. Volu-
cres ſignificant bonos, quia ad ſu-
periorem manſionem aſcendunt.
Sic mali & in culpa remanent, in
qua ſunt nati: & boni per gratiam aſcendunt ad
gloriam, ad quam ſunt renati. Mali pennas ha-
bent peccatorum: boni pennas uirtutum. Bo-
ni, laudes dininas modulatis uocibus cantant:
Eccl.15. mali, in quorum ore non eſt ſpecioſa laus:
conticeſcunt.

### *De paradiſo uoluptatis.* Cap. VI.

M PAradiſus uoluptatis, eccleſiam ſigni
ficat: in qua diuerſæ ſunt uolupta-
tes, & iocunditates, aliæ per gratia
rũm abundãtiam, aliæ per uirtutũ
redolentiam, aliæ per multiplicem
bonorum operum differentiam, aliæ in contem
platiòne patriȩ cæleſtis, aliæ in melodia diuinæ
laudis, aliæ in dulcedine diuinæ ſimul & ȩternæ
retributionis, aliæ in ſpe futuræ beatitudinis. Fõs,
qui eſt in paradiſo, Chriſtum ſignificat. Fons nan
N que ſapientiæ, Verbum Diuinũ. i. Filius Dei. Qui
hunc fóntem paradiſi. i. uerbum Dei, & ſapientiã
inuenit: inuenit uitam, & haurit ſalutem a Domi
no. Quatuor flumina fontis: quatuor ſunt Euan
gelia Chriſti, quibus hortus ſanctȩ eccleſiæ riga
tur, & uegetatur, ut creſcat, & fructum faciat, qui
bene diuerſas terras circumeũt: q a diuerſos po
pulos prius terrenis intentos, in unitatem fidei
O colligunt. Lignum quoque uitæ, Chriſtum ſigni
Ioan.14 ficat, Ipſe nanque dicit. Ego ſum uia, ueritas, & ui
Ioan.6. ta. Si enim ipſo ueſcimur uitam æternam habe
bimus, ſicut ipſe dicit. Qui manducat carnem
meam &c. Ergo Chriſtus, Lignũ: Chriſtus, fons.
Lignum, quia fructu uitæ nos ſatiat. fons, quia
aqua ſapientiæ ſalutaris nos potat. Lignum uero
ſcientiæ boni & mali, mandatum Dei exprimit.
Quod rectè lignum ſciẽtiæ boni & mali dicitur:
q a in eo, ſi illud cuſtodimus: experimur bonum:
& ſi tranſgredimur, malum. ¶Paradiſus itaque, ec
cleſia: uoluptas, gratia: fons, Chriſtus: quatuor
flumina, quatuor Euangelia. Lignum etiam uitȩ,
Chriſtus: lignum uero ſcientiȩ boni & mali, co
gnitio mandati: eſus illius ligni uetiti, tranſgreſ
ſio mandati.

### *De formatione primi hominis.* Cap. VII.

P TErra, de qua primus homo factus eſt:
ſignificat uirginem, de qua ſecun
dus homo natus eſt. Virgo terra, uir
go Maria. Sicut de terra, diuina
operatione factum eſt corpus hu-
manum: ſic de uirgine, diuina operatione Ver-
bum creditur incarnatum. Sine macula fuit cor
pus Adæ ſumptum de terra: & immaculatum
corpus Chriſti, animatum de Maria. Adã factus
eſt in ſexta ſeculi die: Chriſtus natus eſt in ſexta
ætate, & paſſus in ſexta hora diei, ſexta feria heb-
domadæ. Adam obdormiuit, ut de coſta illius fie
ret Eua: Chriſtus morte ſopitus eſt, ut de ſangui
ne eius redimeretur eccleſia. Adam ſponſus, &
Eua de ipſo facta ſponſa: Chriſtus ſponſus, & ſpõ
ſa ab ipſo redempta ecleſia. Adam debuit pręeſſe,
& regere Euam: Chriſtus præeſt, & regit eccleſiã.
¶Terra ergo, Maria: ſexta feria, ſexta ætas, uel ſex-
ta dies, uel ſexta hora. Adam, Chriſtus: dormitio
Adæ, paſſio Chriſti: conditio Euæ, redemptio ec-
cleſiæ, Ad ſimilitudinem quoque Adæ & Euæ,
Chriſti & eccleſiæ: eſt Deus ſponſus cuiuſlibet fi
delis animæ.

### *De Adam, Eua, & ſerpente.* Cap. VIII.

ADam, ſignificat ſpiritum. Eua, carnẽ. Q
Sicut enim Adam regit Euam: ſic
ſpiritus debet regere carnem ſuã.
Et ſicut Adam per Euam debuit fi
lios procreare: ſic ſpiritus per car-
nem, debet bona opera propagare. Serpens, ſigni
ficat diabolum: pomum, delectationem terre-
norum. Quemadmodum enim ſerpens Euam po
mo decepit: ſic diabolus inſenſatam carnem, ter-
rena delectatione illexit, & ſeduxit. Et ſicut Eua
Adam duxit ad eſum pomi: ſic nonnunquàm ca-
ro, ſpiritum trahit ad uſum peccati: & ſic uterque
de paradiſo. i. de ſtatu boni ſui eiicitur: quia &
anima affligitur per malam conſcientiam, & pun
tur per pœnam. ¶Adam ergo, ſpiritus: Eua, caro:
ſerpens, diabolus: pomum, delectatio terrenorũ:
eiectio de paradiſo, ſpiritus & carnis afflictio.

### *De ſex diebus operationis diuinæ: & de ſeptimo quietis.* Cap. IX.

SExdies, ſignificãt laborem boni ope R
ris: ſeptima, quietem exprimit æter-
næ beatitudinis. Sex nanque diebus
opus ſuum perfecit Deus, & die ſep-
tima, ab omni opere requieuit. Sic &
nos in præſenti ſeculo laborare debemus in exhi
bitione boni operis: ut in futuro requieſcamus
in ſabbato retributionis. Hæc de opere conditio
nis myſtice diſſeruimus: ut requieſcamus ab ope-
re, quod patrauimus.

### *De Adam, Eua, & filijs eorum.* Cap. X.

POſtquàm Adam, & Eua de paradiſo S
per culpam inobedientiæ proiecti
ſunt: cognouit Adam uxorem ſuã,
ſcilicet, Euam & genuit Caim: dein
de genuit Abel, quem Caim interfe
cit. Poſt hæc, Caim factus eſt uagus, & profugus
ſuper terram. Adam parens humani generis:
ſignificat Deum, qui eſt pater omnium rerum
uiſibilium, & inuiſibilium per naturam: & pater
omnium electorum per gratiam. Illis pater, quia
conditor: iſtis pater, quia redemptor. Eua ſynago
gam

gam ſignificat, quam ſibi Deus deſponſauerat: de qua quadammodo genuit Caim, & poſſedit illũ
Exod. 4. filiũ, populũ.ſ.antiqnum, de quo ipſe dicit. Filius meus primogenitus Iſrael. Genuit quoq; Abel innocentem, & iuſtum: id eſt, Dñm noſtrum Ieſum Chriſtum. Abel fuit iuſtus, & innocens: Chri-
1.Petr.2 ſtus peccatum nõ fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius. Abel primus iuſtus ordine temporis: Chriſtus primus inſtus excellentia ſanctitatis. Abel obtulit Deo carnem ouillẽ: Chriſtus obtulit carnem ſuam immaculatã. Reſpexit Deus ad uictimam Abel iuſti, & reſpexit ſimiliter ad paſſionẽ Chriſti quã ſuſcepit pro redẽptione totius generis humani. Abel ſignificat Chriſtum: Caim populum Iudaicum: Caim interfecit Abel, & Iudæorũ populus Chriſtum patibulo affixit. Factus eſt Caim poſt fratricidium uagus, & profugus, & poſt paſſionem Chriſti ſecũdum carnem fratris ſui diſperſus eſt p mũdũ populus Iudaicus. ¶Adã ergo, Deus: Eua, ſynagoga: Caim, populus Iudaicus: Abel, Chriſtus: mors Abel iuſti, paſſio Chriſti: eiectio Caim a facie Domini, diſperſio populi Iudaici. Ad ſimilitudinẽ uero Chaim perſequẽſis, & Abel patientis: perſequitur caro ſpiritum: impius iuſtum: uitium uirtutem: malitia benignitatem: mala bona.

*De Seth, Caim, & filijs eorum. Cap. XI.*

V ILli, qui fuerunt de ſtirpe Seth, uocati ſunt filij Dei. Illi autem, qui de ſtirpe Chaim, filij hominum. Seth, ſignificat Chriſtum, Caim, diabolum. filij Seth, ſignificant electos: filij Caim, reprobos. Electi regenerantur per gratiam, & reprobi reprobantur per culpam. Generationes filiorum Dei in uiro complentur: qui propter uires deſignat uirtutes, quia electorum uita conſummatur in robore uirtutum. Generatio filiorum hominũ in mulierem terminatur: quæ deſignat mollitiẽ: quia reproborum uita finitur mollitie uitiorum. Filij Dei acceperũt filias hoĩm. Plerunq; enim qui per baptiſmum ſunt renati, & electi uidebantur: ſibi coniungunt delectationes, & uitia reproborum. Ex hoc coniugio nati ſunt gigantes ſuper terram, & mali per luxuriã fœdantur, & erigũtur per ſuperbiã. ¶Seth igitur, Chriſtus: Caim, diabolus: filij Seth, electi: filij Caim, reprobi: filiæ hominum, delectationes carnalium: copula coniugii, inhoneſtus uſus ſeculi: gigantes terræ, ſuperbia uitæ.

*De Enos, Henoch, & Noe. Cap. XII.*

X ENos tertius ab Adã, qui cœpit inuocare nomen Domini: deſignat eos, qui perfecti ſunt in fide ſanctæ Trinitatis. Henoch ſeptimus ab Adã, qui Deo placuit, ſignificat eos, qui ſanctificati ſunt, donis gratiæ ſpiritualis. Noe decim⁹ ab Adã, q̃ gratiã inuenit corã Deo: exprimit eos, qui per bonam actionem complent decalogum legis. Y

*De arca, & diluuio. Cap. XIII.*

OMnis caro per illicitum coniugium corruperat uiam ſuam, & inuenit gratiam Noe corã Domino, & ait Gen. 6.
Dominus ad Noe. Fac tibi arcã de lignis læuigatis, & intrabis in eam tu, & filij tui, uxor tua, & uxores filiorum tuorũ tecum, & induces in arcam de cunctis animantibus mundis, ſeptena: de immundis uero, bina, & adducam aquas diluuij, & delebo hominem, & cuncta quæ feci propter hominem, in quibus eſt ſpiritus uitę &c. Corruptio uitę ꝑpetrationẽ culpæ deſignat. Inundatio diluuij: perturbationem, inſtabilitatem, fluctuationem, & perſecutionem ſignificat præſentis ſeculi. Noe, ſignificat Chriſtum, ſiue quẽlibet prælatum: qui, inquantũ põt, facit arcam. i. ædificat eccleſiam, ut ipſe ſaluetur ĩ ea, & filij eius. i. ſubiecti eius. Singulæ uirgæ sũt, ſingulæ aiæ. Quæ bene leuigantur: dũ per prædicationẽ cortex, & enormitas uitiorum, & peccatorũ ab eis reſecantur. Et ſibi cõiunguntur: dum per gratiam in unitatẽ fidei, quaſi ex diuerſis ſyluis, id eſt, ex diuerſis gẽtibus, & linguis uniuntur. De bitumine quoque linita arca legitur. Bitumen charitatem ſignificat. Quo bitumine linitur ſancta eccleſia intus: dum charitas ſeruatur in affectu cordium, & foris, dum demonſtratur in exhibitione operum. Manſiunculæ in arca, & triſtega: diuerſos ſignificant Doctores, & diuerſa bene uiuentium merita. Quòd dicitur tricamerata: tres ordines ſignificat in ſancta eccleſia: coniugatorum, continentium, uirginum: qui ſecundum diuerſitatem nominum, & operum: differẽtiam ſortiuntur manſionum. Quòd dicitur bicamerata: actiuos deſignat, & contẽplatiuos: quorũ actiui deorſum, & contemplatiui ſurſum. Longitudo trecentorum cubitorum, tria tempora, quib⁹ præſens ſeculum decurrit, tempus ſcilicet ante legem, ſub lege, & ſub gratia, & perfectã deſignat ſanctę Trinitatis cognitionẽ. Latitudo quinquaginta cubitorum, per quinque ſenſus corporis, inſinuat operum bonorum in proximum exhibitionem. Altitudo triginta cubitorum: trium principalium uirtutum, fidei, ſpei, & charitatis, ſigni- Z
ficat ſublimitatem. ¶Hoc, ꝙ ex omnibus animãtibus inducta ſunt in arcam, ſignificat ꝙ ex omnibus gentibus homines ducũtur in ſanctam eccleſiam. Munda animalia, quæ ſeptena ſunt introducta, ſignificant bonos, qui per ſeptiformem gratiam ſunt iuſtificati. Immunda uero, quæ bina intromittuntur, ſignificãt reprobos, qui per culpam a Deo, & a ſemetipſis sũt diuiſi. Binarius nãque, qui ab unitate primus recedit, & ſe diuidit, ſignũ diuiſionis eſt. Significant quoque animalia, quæ deorsũ erãt, actiuos. Volatilia, quæ ſurſũ erãt cõtẽplatiuos. Fœminæ, deſignãt ĩfirmos, maſculi, robuſtos, Eſca, ſacrã ſcripturam ſignificat, quæ cibus eſt ſpiritualis animarum. Oſtiũ deorſum:

ſum: ſignificat bonam actionẽ, per quã in unitatem ſanctæ eccleſiæ ingredimur. Feneſtræ ſurſum contemplationem, per quam cæleſtia cõtemplamur, uel ſpeculamur. Mõtes, quos aqua operuit: ſunt ſancti prælati, quos nonnunquã perſecutio opprimit. Cubitus, in quo conſummata eſt arca: Chriſtus eſt, qui eſt caput eccleſiæ. Arca deorſũ lata erat, quia multi ſunt uocati: ſurſum ſtricta, quia pauci electi. Deorſum lata, quia multi ſubiecti: ſurſũ ſtricta, quia perpauci ſũt prælati. Deorſum lata, quia multi ſunt actiui: ſurſum ſtricta; quia pauci cõtemplatiui. Deorſum lata, quia multi imperfecti: ſurſum ſtricta; quia pauci perfecti. Numerus quadraginta dierum, quibus mundauerunt aquæ, qui conſtat ex quater decem, uitã præſentem ſignificat: in qua fluctibus tẽtationũ, & perſecutionum inceſſanter quatimur, tamen & decalogum, & quatuor Euangelia complere debemus. Montes Armeniæ, ſublimitatem ſignificant uitæ æternę: Arca requieuit in montibus Armeniæ: & ſancta eccleſia requieſcet in ſublimitate uitæ æternæ. ¶ Corruptio ergo uitæ, eſt perpetratio culpæ: arca, eccleſia: Noe, prælati: familia Noe, eius ſubditi. Inundatio diluuij, tentationes, & perſecutiones ſeculi. ſingulæ uirgæ, ſingulæ animæ: leuigatio uirgarum, iuſtificatio animarum: lenitio interior, charitas in affectu cordiũ: exterior linitio, charitas in exhibitione operum: manſiunculæ, & triſtega, diuerſi ordinis diuerſa merita. bicameratio, bona actio, contemplatio. tricameratio, coniugium, continentia, uirginitas. longitudo arcæ: & tria tempora, & perfecta cognitio ſanctæ Trinitatis. Latitudo: effectus boni operis in proximo. altitudo: excellẽtia triũ principalium uirtutum, fidei, ſpei, & charitatis. Animalia, actiui: uolucres, contemplatiui: eſca, ſcriptura: quadraginta dies, uita præſens: montes Armeniæ, ſublimitas uitæ æternæ: receſſus ſiue deſiccatio aquarum, ablatio tentationum, & perſecutionum.

*Moralis ſententia de arca.* Cap. XIIII.

A Arca, eſt anima. In arca debemus ſaluari, ad ipſam redeuntes, ipſam intrantes: ſicut ſcriptum eſt. Redite
Eſa.46. ad cor præuaricatores. Ipſius longitudo: fides, qua credit omnia uera eſſe, quæ Deus ab initio ſeculi fecit, uel facturus eſt uſque ad finem ſeculi, per ſe, per Angelos, per homines. Altitudo: ſpes, qua erigitur ad ſperanda bona, quæ in cęlis ſequeſtrãtur. Latitudo: charitas, qua extenditur ad ſeptentrionalem plagam per dilectionem inimicorum, & ad plagam auſtralẽ per dilectionem amicorũ. ¶ In hac arca eſt Noe: intellectus rationalis. & ſenſus ſpiritualis, affectans bonas uoluntates. Animalia, opera quæ circa terrena aguntur. Volucres: cogitationes. Et inunditio aquarum, impetus tentationum. Mõtes Armenię, altitudo contemplationis diuinę.

*De coruo, & columba.* Cap. XV.

Coruus, qui de arca emiſſus eſt & nõ eſt reuerſus, ſignificat falſos Chriſtianos, qui dum aliquando cauſa neceſſitatis ad exteriora mittuntur, foris remanent: quia uiſibilibus inhærent, nequaquã ad interiorem quietem reuertuntur: dum foris in fluctuatione temporalium delectãtur. Columba uero, quæ reuerſa eſt, bonos ſignificat: qui dum pro neceſſitate proximorum ad exteriora ꝓcedunt, redeunt dum foris quietem non inueniunt, & afferunt ramum oliuę, quia peregerunt opus miſericordię. B

*De Iridis coloribus.* Cap. XVI.

Iris, id eſt, arcus cæleſtis, duos habet colores. Primus color eſt uiridis, ſecundus rubeus. Viridis ſignificat iudicium: quod fecit Deus in primordio per aquam diluuij. Rubeus ſignificat iudicium: quod Deus facturus eſt ꝑ ignẽ ĩ fine mũdi. Aqua nãq; uireſcit, & ignis rubeſcit. C

*De uinea, Noe, & eius inebriatione.* Cap. XVII.

Plãtauit Noe uineã, & inebriatus eſt, & nudatus. Quod cũ uidiſſet Chã deriſit, ſed Sem, & Iapheth, cooperuerũt patrẽ. Vnde & Chã meruit maledictionẽ patris ſui. Sem, & Iapheth ſibi meruerũt benedictionẽ. Noe, qui ab Adam fuit decimus: ſignificat Chriſtũ, qui decalogũ legis cõpleuit, de quo legitur. Nõ ueni ſoluere legẽ, ſed adimplere. Noe uero, interpretatur requies. Et Chriſtus eſt requies nr̃a in pñti per gratiã, in futuro per gloriã. Vinea ipſius, fuit gẽs Iſraelitica: ſicut ſcriptum eſt. Vinea Dñi exercituum domꝰ Iſrael eſt. Quæ dũ debuit facere uuas, fecit labruſcas, & cõuerſa eſt in amaritudinem. Vinea Barrabã dimiſit, & plãtatorẽ, & cultorẽ ſuũ Chriſtũ, uino paſſionis inebriauit. Qui ſomno mortis obdormiuit, & utlitas. i. mortalitas, quã de nobis & ꝓ nobis aſſũpſerat, manifeſta cõparuit. Quem infelix Chã. i. incredulus Iudæorum populus deriſit, dicẽns. Alios fecit, ſeipſum non põt ſaluũ facere. Si rex Iſraelẽ deſcẽdat nũc de Cruce, & credimus ei. Sed Sem. i. Apoſtoli, & cęteri diſcipuli, & quicũq; ex Iudæis in ipſum crediderũt, & Iapheth. i. populus Gentilis ad fidẽ cõuerſus: pallio uerẽda patris operuit: q̃a paſſionẽ Chriſti nõ defectum, ſed totius uirtutis effectũ, & uerũ humanæ redẽptionis fuiſſe ſacramẽtũ oſtendit. Vnde et Chanaã filius Chã maledictione punitur: quia Iudęorum ꝓgenies, Iudæorũ maledictione damnatur. Et Sem, et Iapheth. i. populus ex utraque gente conuerſus: perpetua benedictione ditatur. Et Chanaã filius Chã fit ſeruꝰ ſeruorũ: q̃a infideles ſucceſſores Iudęorũ ſerui ſũt Chriſtianorũ, quia Chriſtiani ſerui ſũt Chriſti, cui ſeruire regnare ẽ. F

Margin notes to this chapter: D; Matt. 5.; Eſaiæ. 5.; Matt. 27; E

Noe

¶Noe igitur Chriſt⁹: uinea, gẽs Iudaica: ĩebriatio, paſſio, mortis obdormitio, d̃nudatio: uerę humilitatis demonſtratio: deriſio Chã, derogatio Iudæorum: Sem & Iapheth, duo populi credentes: ueſtimentum, ſacramentum: maledictio Chanaam filij Chã, damnatio eſt, & diſperſio Iudaicæ gẽtis.

*Moralis ſententia de eodem. Cap. XVIII.*

F NOe, ſignificat prælatos: qui dũ bene præſunt, quaſi toi filiorũ ſunt patres, quor ſunt rectorum rectores. Qui plantant uineam, dũ ędificant eccleſiam: de cuius uino inebriantur: dum de ſucceſſu uirtutum, & regiminis ſui proſperitate, humana pulſante infirmitate uel ad modicũ gloriantur. Et uerenda eorũ denudantur: dum conceptæ humanæ gloriationis cogitationes, uel per quãlibet iactãtiã, uel per inanem lætitiã, uel per aliquã deniq; humani acceſſus intemperantiã, manifeſtatur. Sed Cham uerenda deridet: quia reprobi quique dum quoſlibet prælatorum ex infirmitate conditionis exceſſus aſpiciunt, prauis eos ſermonibus diſcerpere, & deridere non deſiſtunt. Sed Sem, ideſt, boni contemplatiui, in quorum tabernaculis Deus inhabitat per internã quietem; & Iapheth, ideſt, boni actiui, quos Deus dilatat per bonã actionẽ: dũ infirma pręlatorum diſſimulare, & excuſare ſatagũt, quaſi pallio, patris uerenda operiunt. Et Cham maledicitur: dum prauorum ſubiectorum actus, ſeruitio dæmonum mancipantur, qui ſunt ſerui diaboli. Sem uero, & Iapheth benedictio tribuitur: quia boni benedictione prima remunerantur. ¶Noe igitur, pręlati: filij eius, ſubiecti. Chã, reprobi: Sem & Iapheth electi, contemplatiui, & actiui. Vinea, eccleſia: inebriatio, gloriatio: denudatio, cogitationis demonſtratio: deriſio, derogatio: opertio, excuſatio.

---

## *SEQVITVR DE RELIQVIS miſterijs Geneſeos. Lib. II.*

*De exitu Abram de terra ſua. Cap. Primum.*

G EGredere de terra tua, & de cognatione tua, & ueni in terram, quã mõſtrauero tibi, & dabo eam tibi, & ſemini tuo. Abrã, q interpretatur pater excelſus, & deinde dictus eſt Abraham, id eſt, pater multarum gentiũ: ſignificat Chriſtũ. Ipſe eſt pater excelſus: quia rex glorię. Cuius terra Iuda, & cognatio eius, ille eſt populus Iſraeliticus carnalis, de quo carnem ſumpſit. Domus autem patris eius, ſynagoga, ſiue templum. Qui de his omnib⁹ exiuit, qñ Iudæam, & populum Iſraeliticũ & templum dereliquit, & per prædicationem Apoſtolorum in latitudinem gentium uenit, & fixit ibi tabernaculũ. ſ. ſanctam eccleſiam, & ædificauit altare per præcedẽtium fidem, & ſuper illud offert ſacrificium Patri, bonã fideliũ ſuorũ actionem. Ibique dilatatur ad orientem, & occidentem, ad ſeptentrionem, & meridiem, ſicut ſcriptum eſt. Eſa. 43.
Vocabo ab oriente, & ab occidente ſemen tuũ, & dicam aquiloni, da: & auſtro, noli prohibere. In omnibus nanque partibus mundi, poſſeſſio Chriſti: quia in omnibus gentibus fides Chriſti. ¶Abraham igitur, Chriſtus, terra eius, Iudæa: cognatio eius, populus Iſrael: domus patris ei⁹, templum ad quod uenit: tabernaculum, eſt eccleſia: altare, fides: ſacrificium, opus Chriſti bonum: dilatatio, totius mundi poſſeſſio.

*Moralis explicatio de eodem. Cap. II.*

EXi de terra, & de cognatione tua. H Gen. 12.
Abrã: eſt quælibet fidelis aĩa, in Vr Chaldæorum. i. in ĩcendio uitiorũ poſita. Iſtius pater diabolus eſt: ſicut d̃ ipſa, & d̃ alijs malis ſcriptum eſt. Vos ex patre diabolo eſtis. Terra eius: terrenorum delectatio eſt, cui inhæret. Ioan. 8.
Eius cognatio, dæmones ſunt: quibus per culpam quaſi per ſanguinem propinqua dinoſcitur. Domus patris, praua conuerſatio eſt: in qua ſub patre diabolo diu primum permanſit. Terra, ad quam inuitatur, uita ſpiritualis eſt: ad quam cum anima diuino ſermone cõpuncta, declinãs a malo, & faciens bonũ trãſit: figit in ea tabernaculũ per honeſtam cõuerſationem, & ædificat in ea altare lapideũ per firmã fidem: offert ſacrificiũ per bonã cõuerſationem, & dilatatur circũquaq; per multiformẽ uirtutũ exercitationẽ, & bonorũ operum exhibitionem. Abrã igitur, aĩa: terra eius, delectatio terrena: domus patris eius, cõuerſatio praua: parẽtes, dæmones. Terra ad quã uenit, uita ſpiritualis: tabernaculũ, cõuerſatio honeſta: altare, fides firma: ſacrificiũ eius, actio bona: cuius dilatatio eſt, uirtutũ exercitatio, & bonorum operum exhibitio.

*De ſacrificio Abrahæ. Cap. III.*

ITem dixit Dominus ad Abraham. I Gen. 15.
Sume uaccã triennem, et arietem triũ annorum, & capram trimam, turturẽ quoq; & columbam. Qui tollens uniuerſa hęc animalia diuiſit, aues aũt nõ diuiſit. Statutus eſt mod⁹ promiſſus ſemini Abrahæ: & iſta eſt figura. Per uaccã illam: figurata eſt plebs Iudaica, ſub iugo legis poſita. per capram, eadem peccatrix futura. per arietem: eadem plebs regnatura. Quæ animalia ideo dicuntur trima, quia per curricula temporum ab Adam uſq; ad Noe, & inde uſq; ad Dauid, tanq̃ tertiã ætatẽ gerens illæ populus adoleuit. Per turturẽ, & colũbã: ſpirituales in eccleſia populi ſignificati ſũt, indiuidui filij ꝓmiſſiõis, et hęredes regni futuri. Quorum ætas temporalis ideo ta-

cetur: quia meditantes æterna, tráſgreſſi ſunt té- poralia deſideria. Sed quid ẽ hoc, ꝙ aialia illa tri ma diuiduntur, adnexum ſe inuicẽ partibus cõſti tutis: niſi ꝙ carnales & in populo ueteri inuicem inter ſe diuidũtur? Porro aues idcirco nõ diuidũ tur: quia ſpirituales indiuiſi ſunt, ſchiſma nõ co gitant, nec ſeducuntur ab hæreticis. ſed eſt pax in ipſis: ſiue a cæteris ſe remoueant ut turtur, ſiue in ter illos conuerſentur ut columba.

*Moralis expoſitio de eodem. Cap. IIII.*

K SEcundũ ſensũ tropologicũ, Abrahã, eſt q̃libet fidelis aia: q̃ offert Deo ſa crificiũ, uel iuſtitiæ fructũ. Aialia .i. opera bona, quæ circa terrena ne- gocia uerſãtur. Offert aues: contẽ- platiuas .ſ. cogitationes, q̃ p cæleſtia deſideria ſur ſum uolant. Aiamalia ſeparãtur: qa bona opera, quæ rebus terrenis proximis exhibẽtur, per mul ta negocia diuidũtur. Aues aũt minime diuidun tur: quia cogitationes contemplatiuæ, ad ſolam intentionem ſupernę uiſionis eriguntur. Volu- cres ſacrificio inſidiantes: dæmones ſunt, ſiue im mundæ cogitationes: quas inſtantia orationis, & cautela diſcretionis abijcere debemus.

*De triplici circunciſione. Cap. V.*

L TRes ſunt circunciſiones. Vna in car- ne tantùm exterius: quæ ſacramen-
Gen. 17. tũ eſt. Aliæ duę: quæ ſunt res, & uir tus ſacramenti. Altera, q̃ ſit in præ- ſenti, qñ aia per depoſitionem ini- quitatis circũciditur: altera, quæ in futuro fiet, quando per depoſitionem corruptionis cor- pus circũcidetur. Prima igitur in carne, ſcda in
M mente, tertia in corpore. ¶Octonarius uero in ſa cra ſcriptura, aliquando tps reſurrectionis ſigni- ficat, qd poſt pſentẽ uitã ſequitur. Aliqñ tps gra- tiæ: in quo quaſi poſt ſabbatũ legis, æterna bona ſeruientibus Deo promittuntur. Merito ergo il- la prima circunciſio, quæ eſt ſacramentum illarũ duarũ, iuſſa eſt fieri octaua die: ut oſtenderetur, quòd in tẽpore gratię, corda circuncidenda erãt per emendationem iniquitatis. & in tempore re ſurrectionis: corpora quidem per depoſitionem iniquitatis, & corruptionis.

*De exitu Loth e Sodomis. Cap. VI.*

N DIctum eſt Loth, ut exiẽs de Sodomis
Gen. 19. aſcenderet in montẽ, ut ſaluaretur: & petijt Segor: & conceſſum eſt ei. Non tñ auſus eſt permanere in Se- gor: ſed aſcendit in montem. Sodo ma, ſignificat luxuriã uitæ pſẽtis. Loth, ſignificat aĩam ad uitã æternã pdeſtinatam: Angeli, ſunt p- dicatores, qui annũciant ſalutẽ ſuã ei, dicẽtes. De
Pſal. 36. clina a malo, & fac bonũ. Quaſi dicant. Exi de So domis, & aſcende in monte: derelinque uitam ſe cularem, & aſcẽde ad uitam ſpũalem: derelinque luxuriam, & aſſume continentiam. Sed Loth ti- mens aſcẽdere ardua, petit Segor: quia fidelis nõ pſumẽs uitæ ſpiritualis, & continentiæ culmen aſcendere, exiſtimat uitã cõiugalem diligendam: dũ ſe credit in ea animã ſaluare poſſe. Sed tandem Segor derelinquit, & in montem aſcendit: quia iuſtus nonnunquam uidens uitã cõiugalis caſũ, laborẽ, periculũq; ppẽdens, uitã cõiugalẽ poſtpo nit: & ſpũalis uitæ, & cõtinentiæ ſublimitatem aſcendit. Vxor Loth, quæ retroſpexit, & perijt, ſi gnificat carnales quoſq, q q̃uis qñq; de peccatis O quãtũ ad actũ exeunt: mente tñ, & uolũtate pro tinus ad eadẽ reuertũtur. Et qa manũ mittunt ad aratrum, & retro aſpiciunt non ſunt apti regno Lucæ. 9.
Dei. ¶Loth ergo, intelligitur fidelis aĩa Sodoma, uita ſecularis. Segor, uita coniugalis: mons, uita ſpũalis, uxor Loth, carnales qui ſunt in eccleſia.

*De hoc, quòd tentauit Deus Abraham. Cap. VII.*

TEntauit Deus Abrahã dicẽs, Tolle fi- liũ tuum unigenitũ, quem diligis, P
Yſaac, & uade in terrã uiſionis, at- Gen. 22.
que ibi offeres eũ in holocauſtum ſuper unũ mõtiũ &c. Abraham, ſi- gnificat Deũ patrẽ, & Yſaac, Chriſtũ. Mõs, in quo ſacrificandus erat: altitudinẽ exprimit Dñicæ cha ritatis. Duo iuuenes cum aſino expectantes, genti les, & Iudæos non credentes, & in mortẽ Dñi cõ ſentiẽtes: deſignãt. Aſinus, ſignificat ſtultitiã utro rũque. Stultũ nãque eſt expectare uenturũ: qui iã multis prophetarũ teſtimonijs, & innumerabili bus miraculorũ prodigijs ueniſſe pbatur. Ara, li
gna, uepres: Crucem Dñi deſignant. ¶Yſaac, qui Q
mortem in ſacrificio nõ guſtauit: Diuinitatem ex primit, q̃ pœnas, aut dolorem in paſſione nõ ſen- ſit. Aries, qui mortẽ ptulit: humanitatẽ ſignificat, q̃ paſſionis amaritudines ſuſtinuit. Ignis, anguſtiã ſignificat Dñicæ paſſionis: per quẽ agnus ille im- maculatus eſt aſſatus, & Deus pater de præuarica tione primi parẽtis, & totius humani generis pla catus. ¶Abraham igitur, Deus Pater: Yſaac, Chri- ſtus: mons, diuina charitas: duo iuuenes, incredu li Iudæi, & Gẽtiles: aſinus, ſtultitia incredulitatis utrorunque: ara, ligna, uepres: exitium Crucis. Yſaac, Diuinitas: aries, humanitas: ignis, angu- ſtia paſſionis.

*De Sara, & morte, ac ſepeltura eius. Cap. VIII.*

SAra, q̃ interpretatur princeps: ſignifi R
cat aiam, q̃ pſidet populo ſenſuum ſuorũ ſpũaliũ, & corporaliũ uirtu- tũ, uoluptatum quoque, cogitatio nũ, affectionum, ſermonum, actio num, & cui ipſa præſidet ipſum bene gubernan-
do. Mors Saræ: mortificationem ſignificat ani- Gen. 23.
mæ, & uoluptatũ ſecularis concupiſcentiæ. Spe- lunca, in qua eſt ſepulta, ſpiritualem deſignat ui- tam, quæ eſt occulta: quæ recte duplex dicitur: ꝓ pter bonã actionẽ, & contemplationem. ¶ Sara igitur, eſt anima: mors Saræ, mortificatio animę, ſpelunca, ſpiritualis uita.

Quomodo

### *Quomodo adducta eſt Rebecca ad Yſaac.* *Cap. IX.*

S Gen. 24. MOrtua Sara, miſit Abraham puerum ſuum propter Rebeccã coniugem Yſaac,& abduxit eã ſeruus Abrahę ſuper camelũ,& accepit eam Yſaac in uxorem &c. Abraham ſignificat Deum patrem, qui eſt pater multarum gentium,quia patet omnium per conditionem. Sara, ſignificat ſynagogam,quam ſibi Dominus in ueteri teſtamento diſponſauerat. Yſaac, qui interpretatur riſus, deſignat Chriſtũ, qui eſt gaudium noſtrum. Puer Abrahæ,exprimit Apoſtolos,a culpa originali,& actuali per gratiam purificatos.Rebecca per puerum de gentilitate adducta gentium eſt eccleſia, per prædicationẽ Apoſtolorum conuerſa.Fons, de quo hauſit Rebecca:facundia philoſophica eſt,ex qua tunc temporis gentilitas ſitim ſuam conabatur temperare. Ornamenta,quæ dedit puer Rebeccæ: uirtutes ſignificant, quæ per prædicationem Apoſtolorũ collatæ ſunt eccleſiæ.Gibbus cameli,de quo conſpecto Iſaac deſcendit:exprimit antiquam peccatorum enormitatem, & gentilitatis ſuperbiam, qua ſe ſancta eccleſia, cognita Chriſti maieſtate humiliauit.Pallium, quo ſe circundedit,opus bonum ſignificat,quo ſe ſancta eccleſia poſt acceptam fidem,coram Deo,& angelis,& hominibus ornauit.Ager,in quem Yſaac exierat, ſignificat mundum,& ueſper diei, finem ſeculi.

T ¶ Nuptiæ Yſaac,& Rebeccę, deſignant nuptias Chriſti, & eccleſiæ. Orauit Yſaac pro ſterili Rebecca, & Chriſtus in dextera Dei patris interpellat pro eccleſia. Dedit Deus conceptum Rebeccæ, & confert Deus fœcunditatem eccleſiæ.Iacob,ſignificat bonos, qui benedictionẽ conſequũtur, & in præſenti per gratiam, & in futuro per gloriam. Eſau,ſignificat malos,qui benedictione excludũtur in præſenti per culpam, in futuro per pœnam.¶ Abraham igitur,Deus pater:Sara, ſynagoga: mors Saræ, infidelitas ſynagogæ: Yſaac, Chriſtus:puer, Apoſtoli:fons, philoſophica doctrina: ornamenta,uirtutes:adductio Rebeccæ, cõuerſio eccleſiæ:gibbus cameli,enormitas peccati:deſcenſio,humilitas eccleſiæ:pallium, opus bonũ:ager,mundus: ueſper, finis ſeculi: nuptiæ Yſaac & Rebeccæ, coniunctio Chriſti & eccleſiæ:Iacob,boni: Eſau mali.

### *De Abraham, Yſaac, & pueris eorum,ac puteis.* *Cap. X.*

V Gen.26 ABraham, & pueri eius foderunt puteos, & rixati sũt Palæſtini, & impleuerunt puteos terra. Deinde Yſaac fodit puteum,pro quo non ſunt iurgati, & uocauit nomen eius latitudo. Abraham (ſicut ſupradictum eſt) ſignificat Deum patrem: pueri Abrahæ,libros deſignat prophetarum.Aqua eſt ſcientia,quæ abluit,& potat, abluit culpam,per gra-

X tiã potat.Yſaac, Chriſtũ ſignificat, pueri Yſaac) Euangeliſtæ ſunt,& Apoſtoli:Palæſtini ſunt Iudęi, qui contendunt de puteis ſcripturarum, & eos terra implẽt, pp carnalẽ & terrenã intelligẽtiã ſuã. Puteus, quem Yſaac ad ultimum fodit, & latitudinem uocauit, & quem nõ impleuerũt Palæſtini:Euangelica doctrina eſt, quę per mundũ eſt dilatata, quã Iudæi nequaquã auferre poſſunt. ¶ Abraham igitur,Deus Pater. Yſaac,Fili⁹: pueri Abrahæ, prophetæ:pueri Yſaac, Apoſtoli & Euãgeliſtæ: & putei,quos foderunt,libri,quos ſcripſerunt:puteus,qui uocatur latitudo: Euangelij prædicatio.

### *De benedictione Iacob.* *Cap. XI.*

NOta eſt hiſtoria,qñ Iacob,Eſau benedictione patris ſupplantauit. Y Gen.27 Yſaac ſignificat Deũ, a quo deſcendit Benedictio ſuper caput iuſti. Rebecca, ſignificat matrem gratiam, quæ Iacob de paterna benedictione conſuluit. Iacob poſterior natu,domi remanens,benedictionemque cõſequens: Gentilẽ deſignat populum, qui poſt Iſraeliticum populum ad cognitionem diuinam uenit: & intra ſecum matre gratia, uota nutrit, q̃ reddunt laudationes Deo: benedicitur ab eo in mundo per gratiã: in cęlo per gloriam.

¶Eſau prior natu, foris uenationi deſeruiens benedictionẽ amittens: populũ Iſrael ſignificat, q Z ad Dei cognitionẽ uenit,qui foris in litera iuſtitiã q̃rit, & benedictionẽ cœleſtis hæreditatis dimitiit.Pelles,quibus Rebecca filiũ cooperuit,cõfeſſionem exprimũt peccatorũ. Cibus, ſunt uirtutes,quibus Deus paſcitur:dũ p Gentilẽ populũ cooperante gratia exercetur.Veſtes,ſunt bona opera legis:q bus miſericorditer gratia Gentilẽ populũ ueſtit:populo Iſraelitico foris ſtante, & uagante.Vinũ, deſignat gaudiũ in Spiritu ſancto. Quo uino Dñm potamus, dũ nos in ſpiritu ſancto exultamus.¶ Yſaac igitur,Deus.Rebecca, gratia.Eſau,Iudaicus populus.Iacob,Gentilis: uenatio Eſau foriuſeca, carnaliũ obſeruationũ cuſtodia,& carnalis inſcriptionis intelligentia. Pelles hœdorũ,cõfeſſio pctõrũ:cibus, uirtutũ exercitatio:uinũ,gaudiũ in ſpiritu ſancto: ueſtimẽta, bona opa:ager,cui benedixit Dñs,ſancta eccleſia,in qua redolet(teſtãte beato Gregorio)flos uuæ p p̃dicationẽ,flos lilij per caſtitatẽ,flos uiolæ per humilitatẽ,flos ſpicę p maturitatẽ bonorũ operum: flos oliuæ per miſericordiã,flos roſæ per patientiam. Oduit Eſau Iacob odio habent populum Chriſtianum ex gentibus collectum Iudæi: uidẽtes eum dominari ſibi.

*Pulcher diſcurſus & flore pro cõcionatoribus.*

### *Quomodo perrexit Iacob ad Laban.* *Cap. XII.*

ADepta benedictione, Iacob perrexit ad Laban auunculum ſuum: & obdormiuit in quodam loco capiti ſuo lapide ſuppoſito: & uidit ſcalam in cælum erectam,& Deum innixũ ſcalæ,& A Gen.28.

aſcendentes angelos & deſcendentes. Deinde ue
nit in agrũ ad puteum iuxta Aran: ubi greges pa
ſcebantur, & adaquabantur. Deinde conuerſa-
tus cum Laban, accepit Liam, & Rachel filias ei⁹
in uxores: & ex eis, & ancillis earum duodecim
patriarchas genuit: & apud Laban eſt locupleta
tus. ¶ Iacob, ſecundum ſenſum tropologicum, ſi
gnificat ſpiritum. Eſau, corpus humanum. Iacob,
ſignificat ſpiritum: quia ſpiritus lenis eſt, dum
ſuadente ratione, quærit tm̃ neceſſaria. ¶ Eſau, ſi
gnificat corpus: quia corpus piloſum eſt, dum io
B ſtigante concupiſcentia quærit ſuperflua. De di-
Sap. 9. ſcordia iſtorum ſcriptum eſt. Corpus, quod cor-
rumpitur, aggrauat animam: & deprimit terrena
inhabitatio, ſenſum multa cogitantem. Et iterũ
Gala. 5. Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum: & ſpiritus
aduerſus carnem. Sed ſpiritus accepta benedi
ctione gratiæ, fugit mucronem corporalis cõcu-
C piſcentiæ: ſicut Apoſtolus pręcipit dicens. Fugite
1. Cor. 6 fornicationem. Laban, qui interpretatur dealba
tio: Dominum ſignificat, qui ſumma munditia
eſt: cui ſpiritus iuſti, dum carnales illecebras fu-
git, appropinquare & inhærere concupiſcit. Qui
ſpiritus ſcilicet bene in itinere dormit: quĩ in ſpi
rituali ꝑfectiõe, a ſtrepitu p̃ſentis ſeculi quieſcit.
Et dormiens cæleſtia contemplatur: quia dum
bene claudit in rebus exterioribus oculos, intus
meretur de inuiſibilibus mira uidere. Qui nequa-
quàm ſuper terram, ſed ſuper lapidem caput po
nit: quia firmam fidẽ Chriſti, uirtutibus, & operi
D bus ſuis fundamentum facit. Ager, ad quem Ia-
cob uenit, ſacra ſcriptura eſt: in qua diuerſi paſto
res, id eſt, diuerſi Doctores, diuerſos paſcunt gre-
ges, diuerſos .ſ. fideles. In hoc ergo paſcuntur con
iugati, & continentes, & uirgines. Alij paſcuntur
per hiſtoriam, alij per allegoriam, alij per tropo
logiam. Omnes inde capiunt paſtum nutrimen-
ti: qui inde ſumunt doctrinam recte uiuendi. Pu-
teus, de quo adaquabantur greges, diuinam ſigni
ficat ſapientiam, de qua potantur fideles. ¶ Lapis,
quo os putei operiebatur: intelligentię difficul-
E tatem exprimit. Et omnes doctores ad hoc in
ſcriptura laborant, ut remoto lapide, id eſt, diffi-
cultate intelligentiæ, fidelibus adminiſtrent po
tum ueræ, & latentis ſapientię. In hoc agro Deus
occurrit iuſto, in obſequium ſuum illum aſſu-
mens, & duas filias ſuas attribuit. Liam, quæ in-
terpretatur laborans, id eſt, actiuam uitam, & Ra
F chelem, quæ interpretatur uiſum principium, id
eſt, uitam contemplatiuam. Datque famulam Ra
cheli, ut illi ſeruiat firmam ſcilicet rationem. Et
Liæ quoque famulam: incorruptam .ſ. ſenſualita-
tem. Ratio nanque ſubſeruit contemplationi: &
ſenſualitas actioni. Multiplicatus eſt Iacob in
filijs, & pecoribus cum Laban, & iuſtus ditatus
ſenſibus ſpiritualibus, affectionibus, cogitationi-
bus, ſermonibus, operibus: habitãs cũ Deo. A La
A. ban cum rebus ſuis furtiue Iacob diſcedit: & iu-
ſtus nonunquàm nimis caute ſe diſcutiens, uir-
tutes a Deo collatas ſibi latenter attribuit. Laban
G conſecutus eſt Iacob fugientem in montem: &
Deus cõſequitur iuſtũ, per inanes cogitationes a
ſe diſcedẽtẽ in elationẽ. Affirmabat Labã, ꝙ q̃cũ-
q; habebat Iacob erant de ſuis bonis: & De⁹ oſtẽ
dit hoĩ, ꝙ q̃cũq; hẽt bona, ſũt ex ſuis donis. Iacob
a Labã reuertẽs, a fratre timuit occidi: & ſẽs⁹ hu-
manus propter infirmitatem mortalitatis ad iſe
riora deſcendens, a corporis uitio timet tentari.
Iacob noluit habere Eſau ſocium in uita: nec ui-
cinum in patria: & ſpiritus humanus ſpirituali-
bus donis ditatus, contemnit feruorem carnis ha
bere: uel conſortem in opere, uel affinem in dele
ctatione. ¶ Iacob igitur, ſpiritus: Eſau, corpus. La-
ban, Deus: age, ſcriptura: puteus ſapientia. Lia, bo
na actio: Rachel, contemplatio: ditatio Iacob in
prole, & pecoribus, multiplicatio iuſti in uirtute,
& bonis operibus.

*De uirgis, quas decorticauit Iacob.* *Cap. XIII.*

DEcorticauit Iacob uirgas, & poſuit
ante oues in canalibus: & illę uir- H
gas uariatas in conceptu intuen- Gen. 30.
tes, uarios fœtus parturiebant. Ia
cob ſignificat ſanctos p̃dicatores:
& aqua, ſcripturã: & canales, libros. Sicut nãq; Ia
cob ex aqua, & canalib⁹ adaquabat cõmiſſos gre-
ges ſibi: ſic p̃dicatores, & doctores ex uniuerſita
te ſcripturę, & diuerſis eiuſdẽ ſcripturæ libris, ſi-
bi creditos reficiũt fideles. Virgæ uariatæ: uarias
ſignificãt ſniãs. Quæ ſnię ideo uirgis comparãtur:
quia multis, & grauibus cõminationibus, de trãſ
greſſionibus mandatorũ Dei nos caſtigant. Oues I
ſunt fideles: pp ſuã innocentiã. Oues ex intuitu
uariatũ uirgarum uarios fœtus patiũt: qñ fideles
quique ex locutione uariarum ſentẽtiatũ, uarias
exhibitiones operũ producunt. ¶ Iacob igitur, p̃
dicatores: oues, fideles: aqua, ſcriptura: uirgæ, ſen-
tentię: uariatio uirgarũ, differentia ſniarum: ua-
rius fœtus ouium, multiplex effectus operum.

*De Dina filia Iacob,* *Cap. XIIII.*

EXiuit Dina filia Iacob, ut uideret mu
lieres regionis illius: & corrupit eã K
Sichem, ui opprimens uirginem. Gen. 34.
Sicut ex ſanctorum uerbis inueni-
mus: Dina ſignificat animã, rebus
exterioribus nimis intentam. Regio, cuius mulie
res Dina uidere cupiuit: mundum deſignat. Mu-
lieres, exprimunt animas diuerſis uitijs emolli-
tas. Sichem: diabolum exprimit, qui animã mun-
danis rebus curioſius intendentem, per cupiſcen
tiam corrumpit. ¶ Dina igitur, anima: regio illa,
mundus: exitus Dinæ, curioſitas animæ: Sichem,
diabolus: uiolatio Dinæ, corruptio animæ.

*Hiſtoria de Ioſeph.* *Cap. XV.*

NOta eſt hiſtoria de Ioſeph, quando a L
fratribus eſt uenditus, & in Ægy- Gen. 37
pto exaltatus. In hac figura, Iacob
figurat Deum patrem. Qui habuit
greges, ſcilicet tribus Iſraeliticus, de
quibus

Pſal. 94. quibus dictum eſt. Nos autem populus eius, & oues paſcuæ eius. Ioſeph, deſignat Chriſtum: quem Pater præ omnibus dilexit, & diligit: quia ipſe eſt filius per naturam, alij filij per gratiam: ipſe per generationem, alij per adoptionem: ipſe ex æternitate, alij ex tempore. Quem quoque pater tunica polymita induit, quando eum noſtræ humilitatis natura ueſtiuit. Ioſeph per ſomnia manipulorum, & ſtellarum: uidit fratres ſuos ſe adoraturos, & cognouit. Decem fratres gregē patris ſui paſcētes: Pha
M riſæos ſignificant, qui tribus Iſraeliticas per decalogum legis paſcere debuerant. Significat autem Sichen, legem: in quam Deus Phariſæos cū tribubus ſibi creditis miſerat. Fratres Ioſeph derelinquentes Sichem cum gregibus ſibi commiſſis, diuerterunt in Dothain, quæ interpretatur defectio: Phariſæi autem cum tribubus Iſrael legem derelinquentes, in defectum præuaricationis deſcenderunt. ¶ Inuidia decem fratrum, erga Ioſeph innocentem, & iuſtum: eſt inuidia Iudæorum erga Chriſtum. Fratres Ioſeph
N nudauerunt eum tunica ſua: & Iudæi Chriſtum humanitate ſua. Illi tinxerunt tunicam Ioſeph in ſanguine hœdi: iſti humanitatem Chriſti, ſanguine ipſius fuſo pro peccato populi. Illi poſuerunt Ioſeph in puteum: iſti Chriſtum in ſepulchrum. Ioſeph exiuit de puteo: Chriſtus reſurrexit de ſepulchro. Ioſeph Iſmaelitæ tranſeuntes emerunt: & Apoſtoli hic manentem ciuitatem non habentes, ſed futuram inquirentes, omnia pro Chriſto reliquerunt. Iſmaelitæ. Ioſeph duxerunt in Ægyptum: & Apoſtoli prædicauerunt Chriſtum per totum mundum. Exaltatus eſt Ioſeph in Ægypto: & Chriſtus exalta-
O tus eſt in mundo. Ioſeph impleuit annona horrea regis Ægypti: & Chriſtus ſcriptura eccleſiā Dei. Diuerſi populi infideles emerunt uictum argento ſuo in horreis regis Ægypti, & diuerſi populi fideles effecti, enitent ſtudio ſuo iam in eccleſijs Dei. Fratres tandem ad Ioſeph uenerunt, & cognouerunt eum: & in fine ſeculi
Rom. 11 poſtquàm plenitudo gentium intrauerit, reliquiæ Iſrael ſaluæ fient, & conuertentur ad Chriſtum. ¶ Iacob igitur Deus pater. Ioſeph, Chriſtus. decem fratres, Phariſæi, ſcilicet populum ſub decalogo paſcentes. Sichem, lex. Dothain, præuaricatio: tunica, humanitas: tinctio in ſanguine hœdi: paſſio pro peccato populi: ciſterna, ſepulcrum: Iſmahelitæ Apoſtoli. Ægyptus, mundus: exaltatio Ioſeph in Ægypto, exaltatio Chriſti in mundo: horrea, eccleſia, annona, ſcriptura.

### *De Iacob, & filijs eius. Cap. XVI.*

IAcob, eſt Chriſtus: eius filij, duodecim Apoſtoli. Hi ſunt etiam fontes deſerti, quos Iſrael reperit in Helim. Duodecim panes propoſitionis: duodecim lapides in ueſte pontificali: duodecim lapides de Iordane ſubleuati: duodecim boues ſub æneo mari: duodecim ſtellæ in corona ſponſæ: duodecim fundamenta: duodecim portæ: duodecim menſes anni: duodecim horæ diei: duodecim fructus ligni uitæ. *Diſcurſus pulcher de Numero Duodecim ad propoſitū Apoſtolorū Chriſti.*

### *De Iuda, ac filijs eius, & Thamar. C. XVII.*

AScendit Iudas ad tonſores ouium ſuarum: & inuenit Thamar ſeden- Q
tem in biuio: & dato pro arrhabone annulo, & armilla, & baculo, dormiuit cum ea: & concepit mulier, & peperit Phares, & Zarā. Iudas: ſignificat Chriſtum: oues, fideles Chriſti: Paſtores eius, ſunt Doctores, qui adipe frumenti, id eſt, uerbo Dei, gregem Chriſti paſcunt. Lana, deſignat bona opera. Iudas autem de ouibus ſuis lanam colligit: quando Chriſtus a fidelibus ſuis bona eorum opera recipit. Thamar cum habitu meretricio: eſt anima cum peccato. Quæ bene ad biuium uenit: quando ad confeſſionem accedit. Meretrix ſedens in biuio, manifeſtat officium ſuum, uel conſilium: & anima in confeſſione peccatum ſuum. Quam ſcilicet animam, Chriſtus ſicut Iudas Thamar pregnantem facit, quando ei poſt confeſſionem peccati ſui, dona Spiritus ſancti infundit. Datque illi pro arrhabone futuræ retributionis, annulum, qui ſignificat fidem: & armillas, quæ ſignificant bona opera: & baculum, qui ſignificat iuſtitię rectitudinem. Thamar per Iudam fœcundata, edidit geminam prolem: & anima Spiritu ſancto fœcundata, parit uirtutis exercitationem, & boni operis exhibitionem. ¶ Iudas igitur, eſt Chriſtus: oues, fideles, paſtores, Doctores ſunt: lana, bona opera: Thamar, anima: ſeſſio in biuio, confeſſio de peccato: annulus, fides: armilla, bona actio: baculus, iuſtitiæ rectitudo: imprægnatio, gratiæ infuſio: geminæ prolis editio, uirtutum exercitatio, & bonorum operum exhibitio. Gen. 38.

### *De duobus ſeruis Pharaonis. Cap. XVIII.*

IRatus eſt Pharao duobus ſeruis ſuis, quorum alter pincernis præerat, alter piſtoribus, & miſit eos in carcerem, in quo erat Ioſeph. Qui ibi uiderunt ſomnia iuxta interpretationem ſibi congruam. Et reſtitutus eſt princeps pincernarum in gradum priſtinum, princeps uero piſtorum in patibulo eſt ſuſpenſus. Rex Ægypti: Dominum Deum ſignificat, qui rex eſt totius mundi. Domus Pharaonis, paradiſum deſignat: in quem poſuit hominem quem formauerat: duo ſerui, duo genera hominum exprimunt, bonos & malos. Pincerna, bonos: piſtor, malos. Culpa ſeruorum, originale peccatum, pro quo omnes ſicut in Adam peccauerunt, ita & in Adam de paradiſo eiecti ſunt. Carcer uero, miſeriam huius mundi ſignificat. Gen. 40.

Som-

Somnia, ſunt conſcientiæ, quæ modo in noctе
huius ſeculi, futura præcurrunt ſtipendia. Boni
per bonam conſcientiam conſequuntur bona:
quia deſiderium ſuum iuſtis dabitur. Mali, ex
mala conſcientia quaſi a malo ſomnio conſe-
quuntur mala: quia, quod timet impius, ueniet
V ei. Ioſeph, deſignat prælatos: qui ex auditu con-
ſcientiarum, & bona promittunt bonis, & mala
minantur malis. Tres dies: tria tempora ſunt,
X tempus naturalis legis, tempus ſcriptȩ legis, tem
pus gratiæ. Tempus naturalis legis: fuit ab A-
dam uſque ad Moyſen. Tempus ſcriptæ legis:
fuit a Moyſe uſque ad Chriſtum. Tempus gra-
tiæ: fuit a Chriſto uſque ad finem mundi. Poſt
iſta tria tempora, quaſi poſt tres dies: auferet
Deus de carcere præſentis mundi bonos, & ma-
los. Bonos quidem reſtituet in gradum beati-
tudinis ſupernæ: malos autem ſuſpendet in tor-
Y mento gehennæ. ¶ Rex igitur, Deus: domus eius,
paradiſus: duo ſerui, boni & mali: culpa ſeruo-
rum, originale peccatum: carcer, mundus: Io-
ſeph, prælati: ſomnia, conſcientiæ: tres dies, tria
tempora: reſtitutio pincernæ, reſtitutio iuſtorũ
in gradum innocentiæ, & beatitudinis æternæ:
piſtoris ſuſpendium, æternum impiorum tor-
mentum: aues, ſunt dæmones, qui comedunt
carnes piſtoris: quia ſaturabuntur pœnis pec-
catorum.

*De aromatibus, quibus conditus eſt Iacob.*
*Cap. XIX.*

Z Mortuus eſt Iacob: & conditus eſt a-
Gen. 49. romatibus. Iacob fidelem ani-
mam ſignificat, quȩ moritur mũ
do, ut uiuat Deo. Mortua uero
culpæ per pœnitentiam, uiuit iu
ſtitiæ per gratiam. Et conditur aromatibus, id
eſt, diuerſis uirtutibus ut in ſe deinceps incor-
rupta permaneat, & alijs in omni loco Chriſti
bonus odor fiat. Sepulcrum, ſpiritualis uitæ
deſignat ſecretum, in quo fidelis reconditur, ne
præſentis ſeculi fluctuatione turbetur.

---

*ALLEGORIÆ IN*
*reliquos pentateuchi libros, & pri-*
*mum in Exodum: qui eſt Liber. III.*

*De natiuitate Moyſi, & exitu Iſrael de Aegypto.*
*Cap. I.*

Exo. 2. & ſequentibus. Nota eſt hiſtoria de natiui-
tate Moyſi: & quomodo
inuenit eum filia Pharao
nis iuxta flumen, & quo
modo tradidit illum ma
tri illius nutriendum: &
& poſtea adoptauit eum
ſibi in filium. Notum
etiam eſt quomodo miſit eum Deus, ut educeret
filios Iſrael de Ægypto, decem plagis flagellata,
& quomodo mare rubrum tranſierunt, & deſer
tum, & ad terram promiſſionis completis qua-
draginta annis uenerunt. Moyſes iuxta flumen A
ſignificat quemlibet hominem, iuxta fluuiũ præ
ſentis ſeculi poſitum. filia regis, gratiam deſignat,
quæ quemlibet ad uitam prædeſtinatum de flu-
xu ſeculi liberat, & in filium adoptat, ut qui prius
fuerat filius iræ, deinceps exiſtat filius gratiæ. Quȩ
tradidit eum mulieri Hebrææ, ſcilicet matri eius
eccleſiæ, ut quem gratia regenerauerat, eccleſia
nutriat. Quæ uidelicet ſancta eccleſia, mulier re
cte dicitur, quia ſpõſo ſuo Chriſto, fideliter mul B
tos fideles parit, & nutrit. Et hæc eſt Hebræa. i.
tranſiens, quia non habet hic manentem ciuita
tem, ſed futuram inquirit. Moyſes autem gran
dis effectus, ſcientia eruditus, in Ægyptum pro
pter filios Iſrael mittitur, quia fidelis quilibet iu
ſtitia enutritus, ſcientia ſcripturarum imbutus,
prædicator a Deo conſtituitur. Pharao, qui in
terpretatur negans eum, id eſt Dominum, ſignifi
cat diabolum, qui eum negauit quando dixit. Po Eſa. 14.
nam ſedem meam ad aquilonem, & ero ſimilis C
Altiſſimo. ¶ Ægyptus, interpretatur tenebræ, &
ſignificat ſeculum, non ſecundum hoc, quod homi
nes uiuunt, ſed ſecundum hoc, quod in ipſo male ui
uunt. Principes eius, dæmones ſunt, qui eius uo
luntati ſemper obediunt. Lutum, in quo ſeruie
runt filij Iſrael Pharaoni, eo quòd lutum inqui
nat, luxuriam deſignat. Palea, eo quod leuis eſt, & ci
to tranſuolat, uanam gloriam ſignificat. Later
quoque, qui de molli terra confectus, per deco
ctionem ignis dureſcit, humani cordis duritiam,
per longam ſiue concupiſcentiæ, ſiue libidinis,
aut auaritiæ conſuetudinem decoctam oſtendit:
per quam multi ſeruiunt in his omnibus hodie
Pharaoni: qui tamen ſunt ad uitam æternam præ
deſtinati, & terram cæleſtis patriæ adepturi. Fla D
gellatio Ægypti deſtructionem ſignificat ſeculi,
non ſecundum hoc quod diuina prouidentia regi
tur, ſed ſecundum hoc quod in miniſterio prædica-
cationis in ſua malitia debilitatur. Primogeni-
ta: principalia exprimunt uitia. Primogenita
uero interficiuntur: quando per gratiam Dei
principalia uitia deſtruuntur. Occiſio agni, paſ- E
ſio Chriſti, per quam omnes electi liberantur a
ſeruitute diaboli, & de captiuitate præſentis ſecu
li. Cuius uidelicet agni ſanguine, utrunque po- Exo. 12.
ſtem noſtrum linimus: cum paſſionẽ eius & cor
de credimus, & ore confitemur. Lactucæ egre
ſtes: amaritudinem exprimunt pœnitentiæ. Cum
enim ſacramento Dominici Corporis commu-
nicamus: flagitia ſub Pharaone retroacta, defle-
re debemus. Accinctio renum, ſignificat continẽ
tiam. Calciamenta, quæ de corijs animaliũ mor
tuorum fiunt: mortalitatis memoriam ſignificãt.
Baculi, quos tenere debebant in manibus, ſignifi
cant iuſtitiam: in baculis enim rectitudo eſt. Feſti
natio comeſtionis: celeritatem exprimit conuer
ſionis. Aurum Ægypti, quod filij Iſrael tulerunt,
eo quòd fulgidum eſt: philoſophicam inſinuat F
ſapientiam. Argentum autem, quia ſonorum eſt:
philoſo-

Philoſophicã inſinuat ſapientiam. Argentum au-
rem, quia ſonorum eſt: ſignificat eloquentiam.
Arma, quibus filij Iſrael leguntur armati: uirtu-
tes inſinuant, quibus contra uitia armamur: caſti
tatem, per quam munimur contra luxuriam: hu
militatem, contra ſuperbiam, & ſic de cæteris uir
tutibus, & uitijs. Farina non fermentata, quam
ſecum tulerunt: ſimplicem & ſanam doctrinam
deſignat, hæretica prauitate minime corruptam.
Mare rubrum baptiſmum ſignificat Chriſti ſan-
guine conſecratum. In mari rubro ſubmerſus
eſt Pharao, & principes eius, & in baptiſmo libe-
ramur a poteſtate diaboli, & principum illius. De
ſertum, quod tranſito mari rubro filij Iſrael in-
trauerunt: uitam ſignificat ſpiritualem, quam ac
cepta baptiſmi gratia, agere debemus. Quæ uita
recte dicitur deſertum: quia a multis deſeritur, &
a paucis colitur: quia quamuis multi uocati: pau
ci tamen ſunt electi. Multi nomine tenus in ui-
ta ſunt ſpirituali, qui praua uoluntate ſunt in ui-
ta ſeculari. Amalachitæ, qui primum filijs Iſrael
armati occurrerunt, & reges qui poſtea contra
eos pugnauerunt: duorum uitiorum demonſtrãt
genera, carnalia & ſpiritualia, cum duplici hoſte
pugnãtia per diuerſos homines, & dæmones. Nõ
Ephe. 6. eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſangui-
nem: ſed contra poteſtates tenebrarum harum,
contra ſpiritualia nequitiæ in cæleſtibus. Iorda-
nis, qui interpretatur deſcenſus, ſignificat mortẽ:
& terra promiſſionis, æternam beatitudinem. In
tranſitu Iordanis inferior pars aquæ ad inferiora
decurrebat: ſuperior autem ſolidata ſubſiſtebat.
Sic in morte, inferior pars hominis ſcilicet caro
inferius decurrit: quia terra eſt, & in terram re-
dit. ſuperior pars eius, id eſt, anima, ſolidata ſubſi
ſtit, quia ſuam iam recipiens ſtolam, ad æternita-
tem tranſit. Duo uero ſunt bona, quæ nobis in
cæleſti patria promittuntur: lac & mel. Lac, quia
de carne eſt, ſignificat humanitatem Chriſti: mel
uero, quia de rore cœli concreſcit, deſignat eius
deitatem. Accipiamus itaque terram lacte &
melle manantem: quia in hoc beatificamur, ꝙ hu
manitatem Chriſti, & ipſius diuinitatem contem
plamur. ¶ Ægyptus itaque, uita ſecularis: deſertũ,
uita ſpiritualis: terra promiſſionis, uita cæleſtis.
Pharao, diabolus: principes eius, dæmones: lutũ,
luxuria: palea, uana gloria: aurum, philoſophica
ſapientia: argentum, eloquentia: later, duritia cor
dis: fluuius Ægypti, fluxus ſeculi. Moyſes, prædi
catores: filij Iſrael, Chriſtiani: interfectio primo-
genitorum, deſtructio principalium uitiorum:
occiſio agni, paſſio Chriſti: agreſtes lactucæ, ama-
ritudo pœnitentiæ: farina non fermentata, ſim-
plex doctrina: mare rubrum, baptiſmus: populus
Amalechitarum, uitia carnalia, ſiue peruerſi ho
mines. Og, & alij reges: uitia ſpiritualia, ſiue dæ-
mones: terræ promiſſionis poſſeſſio, æterna bea
titudo: calciamenta, mortalitatis memoria:
baculi, iuſtitia: feſtinatio comeſtionis, celeritas
conuerſionis: accinctio renum, continentia: duo
poſtes, fides & confeſſio.

*De ijs, quæ ſpiritualiter Dominum, uel Chriſtum ſignificant. Cap. II.*

SVnt quædam in ueteri teſtamento, G
quæ Chriſtum ſpiritualiter ſignifi
cant: ſicut agnus paſchalis, co-
lumna, petra, & cætera quædam.
Agnus paſchalis ſignificat Chri-
ſtum, quia ſicut in occiſione agni liberati ſunt
filij Iſrael de ſeruitute regis Ægypti: ſic in paſſio
ne Domini, liberati ſunt filij electi de ſeruitute
diaboli. Columna, quæ filios Iſrael præcedebat,
Chriſtum ſignificat: quia ſicut columna præcede
bat populum pergentem ad terram promiſſio-
nis: ſic Chriſtus factus obediens patri uſque ad
mortem, præcedit populum Chriſtianũ exemplo
paſſionis ſuæ, tendentem ad patriam uitæ cele-
ſtis. Per multas nanque paſſiones, & tribulatio Act. 14.
nes oportet nos intrare in regnum cælorum. Nu
bes. Chriſti ſignificat humanitatem: ignis, diui- H
nitatem. Petra, quæ uirga percuſſa eſt, & aquam
populo dedit: ſignificat Chriſtum, qui in ligno
paſſus redemptionis nobis gratiam miniſtrauit.
Arca ſignificat Chriſtum. Quemadmodum e-
nim in arca continentur duæ tabulæ legis, & man
na, & uirga, ſic in Chriſto ſunt omnes theſauri ſa
pientiæ & ſcientiæ abſconditi, quibus ad cogni-
tionem ueritatis erudimur: & gratia ſpiritualis,
per quam paſcimur: & iuſtitia, per quam regi-
mur. Duæ etenim tabulæ: deſignant ſapientiam
& ſcientiam. manna, gratiam: uirga, iuſtitiam. Sa-
pientia, & ſcientia Chriſtus nos inſtruit: gratia
paſcit, iuſtitia regit. Quatuor annuli, qui arcæ
inhærent: quatuor ſunt euangeliorum libri. Qui
libri, quaſi annuli rotundi ſunt ex eo ꝙ æternita-
tem, in qua finis non eſt, nobis promittunt. Ve-
ctes, quibus arca portabatur, ſemper inhærent an
nulis: quia prædicatores ſemper ineſſe debent
quatuor euangeliorum libris per meditationẽ,
& lectionem, ut portent arcam. i. Chriſtum ad
mentes audientium per prædicationem. Propi-
tiatorium: ſignificat Chriſtum. Sicut enim Do-
minus de propitiatorio propitius fiebat filiis
Iſrael, loquens Moyſi de eo mandata ſua ſic in
Chriſto propitiatus eſt humano generi, condo-
nans peccata illius. ſicut ſcriptum eſt. Deus e- 2. Cor. 5
rat in Chriſto mundum reconcilians ſibi. Men-
ſa propoſitionis: ſignificat Chriſtum. In menſa
nanque propoſitionis, panes erant. Et Ieſus di- Ioan. 6.
cit. Ego ſum panis uiuus, qui de cælo deſcen-
di: & panis, quem ego dabo, caro mea eſt ꝓ mun
di uita. Candelabrum: ſignificat Chriſtum. S-
cut enim candelabrum eſt inſtrumentum lumi-
nis: ita Chriſtus in mundo manifeſtauit nomen
patris. ipſo teſte, qui ait. Pater manifeſtaui no- Ioan. 7.
men tuum. Haſtile candelabri: ſanctam deſi-
gnat eccleſiam: quæ eſt corpus Chriſti. Calami,
qui de ipſo procedunt, prædicatores ſunt: qui no
bis uerbum uitæ perſonant. Cyphi, eo quòd cy-
phis ſolet infundi potus: ſunt auditores uerbi.
Sphærulæ, quæ & ipſæ inerant calamis: uolubili-
tatem & uelocitatem exprimunt boni operis.

Lilia uero,eo q̃ lilia uirent,& candent: æternita-
tem,& pulchritudinem deſignant æternæ retri-
butionis.Tres calami egrediebantur ex uno late-
re,& tres ex altero : quia & ante incarnationem
K Chriſti & poſt,fuerunt qui fidem Trinitatis præ-
dicarent. Tres cyphi,ſphærulæ, lilia per ſingu-
los calamos tria tempora ſignificant: quia electi
ante incarnationem,ante legem,& ſub lege, ſub
prophetis, & poſt incarnationem tempore pri-
mitiuæ eccleſiæ,quæ congregata eſt de Iſrael, &
in tempore eccleſiæ,quæ congregata eſt de genti
bus,& illius,quæ in fine congreganda eſt de reli-
quijs Iſrael: inueniuntur quaſi cyphi,potum ſiti-
re gratiæ: quaſi ſphærulæ, in uia decurrere, quaſi
lilia,donum retributionis expectare.Quatuor cy
phi in haſtili:quatuor libri ſunt euangelij. Septẽ
L lucernæ,ſeptem dona ſpiritus ſancti.Altare, ſigni
ficat Chriſtum.Super altare offerebantur ſacrifi-
cia:& nos ſuper Chriſtum, ideſt, ſuper fidẽ eius,
debemus offerre bona opera, & orationum mu-
Exo. 20. nera. Altare(inquit Dominus) facietis mihi de
terra. Altare de terra, caro Chriſti de uirgine
Maria. Hircus emiſſarius, qui in deſertum miſ-
ſus peccata auferebat, Chriſtum ſignificat. Ipſe
nanque in cruce oblatus,per mortem de mundo
emiſſus:abſtulit non unius tantum peccata popu
li,ſed totius mundi. Vitula quoque ruffa, Chri-
ſtum ſignificat.Ipſius enim caro recte dicitur ui-
tula,quia incorrupta.& ruffa,quia ſanguine paſ-
ſionis pfuſa. Iſtius cinere mũdamur, quia p fidẽ
mortis eius iuſtificamur. Serpens ẽt æneus,Chri
Ioan. 3. ſtum ſignificat. Sicut enim Moyſes exaltauit ſer
pentem in deſerto,ſic eſt Chriſtus exaltatus in li
gno. Illi,qui reſpiciebant ad ſerpentem æneum,
curabantur a morſibus ſerpentum,& qui uera fi-
M de reſpiciunt ad Chriſtum, ſanantur a ſuggeſtio-
Nu. 13. nibus dęmonum.Botrus,quem duo uiri explora
tores tulerunt in uecte,Chriſtum ſignificat. Ipſe
nanque eſt fructus uuæ, quo paſcimur & fundit,
nobis primum uinum gratiæ,deinde gloriæ,quo
inebriamur. Duo autem uiri exploratores, pro-
phetas,& Apoſtolos ſignificant qui ſecreta cæle
ſtis patriæ, & Chriſtum pro nobis per ſcripturas
ſuas in hunc mundum attulerunt. Lignum autẽ
uectis:lignum deſignat crucis. Et ſicut ille, qui
præcedebat ex duobus uiris botrum portanti-
bus,botrum poſt tergum non uidit in uecte: ſic
Chriſtum præcedens prophetarum cuneus,patiẽ
tem non uidit in cruce.Ille autem, qui ſequeba-
tur,botrum uidit,quia chorus Apoſtolorum, qui
poſt ipſum in mundo remanſit,uel poſt ipſum de
mundo exiuit,& præcedentem eum in carne, &
patientem eum in cruce reſpexit.Decem explora
tores, qui prauis ſermonibus corda filiorum Iſ-
rael ab ingreſſu terræ promiſſionis auerterant,in
fideles Iudæos ſub decalogo legis poſitos deſi-
gnant, qui cæleſtia promiſſa per fidem Chriſti
quærere detrectant. Duo autem exploratores,
qui populum ad eiuſdem terræ introitum fideli
ter exhortati ſunt,electos chriſtianos ſub duo-
bus præceptis charitatis poſitos exprimunt, qui
cęleſtis patriæ iocunditatem introire totis uiſce-
ribus concupiſcunt. ¶ Agnus igitur paſchalis: eſt
Chriſtus columna, Chriſtus:petra, Chriſtus:ar-
ca,Chriſtus: propitiatorium, Chriſtus:menſa,
Chriſtus:candelabrum, Chriſtus:altare, Chri- *De ijs, quæ ſpiritualiter Chriſtum ſignificant.*
ſtus:uitula, Chriſtus: ſerpens, Chriſtus:hircus,
Chriſtus:botrus in uecte, Chriſtus in cruce.

## *De Aegypto, deſerto, & terra promiſſionis.* *Cap. III.*

AEgyptus, quę interpretatur tenebrę, N
carnem ſignificat. Quid enim cę-
cius, quid tenebroſius carne? quę
niſi ratione refrenetur, ſemper quę
rit delectabilia,nunquàm utilia.De Deſertũ.
ſertum deſignat animum, eo quòd a multis de-
ſeritur,& a paucis recolitur.Pauci uero ſunt, qui
de pręuaricatione ad cor redeunt,ut uirtutes ani
mi exerceant. Terra promiſſionis exprimit Terra p
Deum. Sicut enim in terra promiſſionis, tem- miſſiõis.
poralis libertas,ſic in Deo conſiſtit ęterna felici-
tas. Egrediamur itaque de Ægypto,id eſt,de tene
bris carnis,& concupiſcentia, per deſertum, id
eſt,per animum, uirtutes eius exercendo, & de
uirtute in uirtutem proficiendo tendamus ad
terram promiſſionis,ſcilicet,ad Deum, in quo
nobis omnium plenitudo bonorum promitti-
tur. ¶ Aegyptus igitur, caro, deſertum,animus.
terra promiſſionis, Deus.

## *De mandato dilectionis.* *Cap. IIII.*

Diliges Dominum Deum tuum ex to O
to corde tuo &c. Poſtquàm ho-
mo creatorem per culpam primor
dialem deſeruit,& in huius mundi
miſeriam deuenit, multis ſubiici-
tur curis, occupatur actionibus, & laboribus fa-
tigatur,& ex his omnibus, in quibus homo ſub
ſole diſtenditur,unum eſt,quod eſt optimum,&
permanet, ſcilicet Deo ſeruire,quia cętera ſunt
tranſitoria,cętera uana. Quiſquis autem Deo
non ſeruit uanus eſt,& pro nihilo debet ęſtima-
ri. Vita eius nihil ualet, & melius eſſet ei non
eſſe quàm male eſſe,& non uiuere quàm male ui
uere. Et ſi talis homo in pręſenti uita habere P
poſſet fortitudinem Sanſonis, pulchritudinem
Abſalonis, ſapientiam Salamonis, uelocitatem
Azahelis,diuitias Crœſi,probitatem Alexandri,
poteſtatem † Octauij, qui totum mundum in † Octauiani.
ſua poteſtate habuit, & longitudinem uitę E-
noch,qui in principio ſeculi natus eſt, & uſq; in
finem non morietur: ſi,inquam,talia, & tanta in
pręſenti poſſideret,ut ei cuncta fauerent, nihil ei
prodeſſent, quoniam quidem Deo minime ſer-
uiſſet. His etenim omnibus tranſactis, demum
cum moreretur, caro miſera uermibus, & ſpiri-
tus daretur dęmonibus,& tormentis gehennali-
bus: donec in die reſurrectionis omnis caro in
ſuam redigatur originem,& tunc ſumpta carne,
per quam peccauit, ęternam itidem ſuſtinebit
damnationem. Optimum itaque eſt Deo ſerui- Q
re,

re: quia quàmuis homo in omni uita ſua corporalibus, & temporalibus deſtituatur bonis: ſi tamen ſeruiat Deo, de miſeria uitæ præſentis ad beatitudinem tranſit æternam. Cum igitur inter omnia bona uitæ præſentis ſeculi, quæ genus humanum ſequitur, aut conſequitur, optimum ſit ſoli Deo, & permanens bonum ei ſeruire: quęrendum eſt omnibus modis quid ſit Deo ſeruire: & cum quæſitum fuerit, & inuentum: indeſinenter in eo perſeuerandum. Solus enim, qui in

R eo perſeuerauerit, beatus erit. Fratres breui ſermone: dulci, atque iocundo comprehenditur, & declaratur quid ſit ſeruire Deo. Deo nanque ſeruire, eſt Deum diligere. Qui non diligit, non ſeruit: & qui diligit, ſeruit, Qui parum diligit, parum ſeruit. Qui multum diligit, multum ſeruit: & qui perfecte diligit, perfecte ſeruit. Qui res poſſidet temporales, terras, uineas, greges, armenta, ueſtes precioſas, domos, aurum, argẽtum, uxorem, quam multum diligit, ſi ſe uiderit unũ ex his omnibus, aut hæc omnia ſimul contra Dei dilectionem habere: debet omnia relinquere, & omnia pro diuina dilectione poſtponere. Sed & uitam ſuam debet homo pro Dei dilectione contemnere: ſi contigerit, ꝙ non poſſit unam cum altera pariter conſeruare. Sic fecit Petrus, ſic fecit Paulus, fecerunt alij Apoſtoli, & Martyres Chriſti: qui non ſolum ſua, ſed & ſemetipſos pro amore Dei tradiderunt. Qui & ipſi homines fuerunt: & nobis exemplum qualiter faciendum

S ſit reliquerunt. Debemus itaque Deum diligere: quia ipſe prior dilexit nos, dona ſua multiplicia conferendo, alia nobis dando, alia promittendo, & in omnibus (ut ita dixero) meruit a nobis, ut diligatur a nobis. Minimum donum, quod Deus dedit homini, ut diligatur ab homine: totus eſt mundus iſte. Cauſa nanque hominis fecit Deus mundum, cęlum, terram, mare, ſolem, lunam, ſtellas, uolucres, piſces, beſtias, herbas, arbores, & quæcunque uiſibiliter ſubſiſtunt. Cum igitur inter dona Dei, minimum donum ſit mundus, quantum putas eſt maximum? Secundum Dei donum, quod Deus dedit homini eſt, quòd fecit eum ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam: magnum, & admirabile donum Dei prorſus facturam factori fieri conſimilem, & conformem. Tertium donum eſt gratia, quam nobis contulit in redemptione: quando proprio ſuo filio non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illũ. Quartum nobis ſeruat, & promittit donum, ſcilicet futuræ glóriæ: unde nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quę præparauit Deus diligentibus ſe. Donum ergo primum poſſumus dicere, donum creaturæ: ſecundum, donum naturæ: tertium, donum gratiæ:

*Pulchra de donis Dei in homines.*

T quartum, donum gloriæ. Pro his omnibus debemus Deum diligere. Sed ex quanto debemus diligere eum? Ex toto corde, ex tota anima, ex totis uiribus, ex tota mente. Ex toto corde, id eſt, ſapienter: ex tota anima, id eſt dulciter: ex totis uiribus, id eſt fortiter: ex tota mente, id eſt memoriter: & quibuſcunque aliis modis dici poteſt: quia non poteſt nimis dici, quod non poteſt nimis amari. ¶ Et proximum tuum ſicut teipſum. Debemus diligere proximum ſicut noſmetipſos: beneficio, uerbo, uoto. In beneficio, eſt opus bonum: in uerbo, eſt ſanũ conſilium: in uoto, pium deſiderium. In his omnibus diligamus proximum in hac uita: quem conſortem habituri ſumus in patria.

## *De præceptis legis naturalis, & ſcriptæ. Cap. V.*

SVb lege naturali duo præcepta fuerunt: & tria ſacramenta. Duo præcepta: quod tibi non uis, alii ne feceris. Et quecunque uultis ut faciant uobis homines, eadem & uos facite illis. Tria ſacramenta: ſunt decimæ, oblationes, ſacrificia. Decimę, in portionibus: oblationes, in rebus: ſacrificia, in animalibus. Sub lege ſcripta fuerunt multa præcepta: & multa ſacramenta. Præcepta legis ſcriptæ, alia fuerunt mobilia, alia immobilia. Mobilia ſunt, quæ ex diſpenſatione a Deo ſunt ordinata. Immobilia ſunt, quæ a natura ueniunt, & uel ita mala ſunt, ut nullo tempore ſine culpa poſſint fieri: uel ita bona, ut nullo tempore poſſint ſine culpa dimitti. V

## *De duabus tabulis. Cap. VI.*

PRima tabula dicta eſt, quæ excellentiora continet mandata: quæ pertinent ad dilectionem Dei: Secunda autem, quæ inferiora, & proxima poſt hæc præcepta continet: quæ pertinent ad dilectionem proximi. Vel prima tabula dicitur: in qua continentur præcepta, quæ informant ad bonam operationem. In prima tabula, tria ſunt præcepta: quia quod fide creditur: Trinitas eſt. In ſecũda tabula, ſeptem ſunt præcepta: quia in præſenti uita tantum (quæ ſeptem dierum circulo uoluitur) officia humanitatis proximo exhibentur. Tria uero & ſeptem, denarium complent: quia perfectum fides recta facit, & operatio bona. Primum præceptum primæ tabulæ ad Deum pertinet patrem: ſicut præceptum primum ſecundæ tabulæ ad hominem patrem. ut in utroque paternitas, principij authoritate honoretur. In prima tabula, eſt præceptio, & prohibitio, ſimiliter in ſecunda: ut utrobique ſtudeas facere quod debes, & cauere quod facere non debes. In altero nanque ſi offendis, delictum eſt: in altero uero peccatum. Facere enim non facienda, peccatum eſt: facienda autem non facere, delictum eſt. X

## *De quatuor ſabbatis. Cap. VII.*

QVatuor ſabbata commemorare uidetur ſcriptura. Primum eſt illud: in quo Deus perfectis operibus ſuis requieuiſſe dicitur. Secundum Y

eſt

eſt illud, quod filiis Iſrael carnaliter cuſtodien-
dum mandatur. Tertium eſt illud: quod popu
lo Dei ſeruandum præcipitur. Quartum eſt il-
Sabbata ludquod in promiſſione ſabbatum pro ſab-
quatuor. bato Deus ſuis dilectoribus pollicetur. Nunc er-
go duo ſunt ſabbata: exterius unum, & interius
unum. Vnum Dei, & unum hominis. Sabbatum
Dei illud, quo exterius ab opere ceſſaſſe dicitur,
ſacramentum eſt illius interioris ſabbati, ubi
mens ſancta per bonam conſcientiam a ſeruitu-
te peccati, quieſcens in gaudio Spiritus ſancti
iocundatur. Hoc ſabbatum quiſquis in præſē
ti ita ſeruauerit, ut nullis conſentiat malis, perue
niet in futura uita ad æternum illud ſabbatum
Dei, ubi nulla ſentiet mala, ſicut dictum eſt: Et e-
rit ſabbatum ex ſabbaio: menſis ex menſe.
Eſa. 66.

*De furto, mendacio, & periurio. Cap. VIII.*

Z NOn furtum facies. furtum accipi
tur in hoc loco, pro qualibet illici
ta uſurpatione rei alienæ, ſiue oc-
Exo. 20. culta, ſiue manifeſta. Qui enim fur
tum prohibuit, rapinam non con-
ceſſit: cum maius peccatum ſit (ut teſtātur ſan-
cti) aperte uiolenter rapere, quàm occulte ſub-
trahere, quia maius odium, & iram maiorem ex
citat. Sub furto etiam comprehenditur uſura.
¶Mendacium, eſt falſa ſignificatio uocis cum in-
tentione fallendi: quæ præſentialiter adeſt, uel
Menda- poſtea euenit. Nam ſi quis alteri promiſerit ſe
cium. quid daturum, habens uoluntatem dandi, poſtea
uero mutata uoluntate dare nollet, mendacium
eſſet: non quia cor in promiſſione duplex fuit,
ſed quia promittens cor poſtea duplicauit. Periu
rium, eſt mendacium ſacroſancta atteſtatione
Periuriū inducta confirmatum.

*De conſtructione tabernaculi: & de offeren-
dis in eo. Cap. IX.*

A
Leui. 1. TAbernaculum, ſignificat eccleſiam.
&c. Tabulæ: deſignant animas. Quæ
bene de lignis Sethim eſſe dicun
tur: quia animæ ſunt, & immorta-
les per naturam, & incorruptibi-
les per gratiam. Baſes argenteæ fidem ſignifi-
cant, ſupra quam ſancta fundatur eccleſia, uel
fundata conſiſtit. Quæ baſes ideo non inconue-
nienter plures ſunt: quia unicuique diſtribuit
Deus ſecundum menſuram fidei. Alius habet fi-
*Pulchra.* dem & cognitione & affectu magnam: Alius co
*Diſtinctio* gnitione & affectu paruam: Alius cognitio-
*de habenti* ne magnā, & affectu paruam. Alius cognitione
*bus fidem.* paruam, & affectu magnam. Duæ baſes ſingulis
tabulis ſupponebantur: quia fides in duobus cō
ſiſtit, cognitione & affectu; uel quia Deum credi
mus eſſe creatorem uniuerſorum, & redempto-
rem electorum. In conſtructione tabernaculi
huius offerre debemus aurum, argentum, æs, hia
Aurum. cinthum &c. Aurum, propter fulgorem: ſapien-
tiam exprimit, quæ in cordibus fidelium reluce
ſcit. Argentum, quia clarum eſt, & dulcem ha- Argētū.
bet tinnitum: eloquentiam deſignat. Aes quia
percuſſum, magnum reddit ſonitum: ſignificat
prædicationem per orbem terrarum longe late-
que ſonantem. Hiacinthus, quæ aerium ſiue cę Hiacin-
leſtem prætendit colorem: cęleſtium bonorum thus
ſignificat ſpem, ſiue cęleſtem conuerſationem.
Purpura ſignificat corporis paſſionem: ad quā Purpu-
parati eſſe debemus pati pro Chriſto. Coccus, ra.
quia flammam imitatur: exprimit charitatem, Coccus,
quæ in cordibus ſanctorum flagraſcit. Qui coc-
cus bis tinctus dicitur: quia per duplicem dile-
ctionem, Dei uidelicet & proximi, coloratur.
Biſſus, quia candet: caſtitatem ſignificat. Pelles Biſſus.
hiacinthinæ: uiros cęleſtem uitam agentes. Li-
gna Sethim: uiros in fide firmos. Oleum, quia cę
teros liquores excellit: miſericordiam deſignat:
quæ alias uirtutes antecellit, uel traſcendit. Aro-
mata & thymiamata: bonæ famæ redolentiam ſi
gnificant. Vnguentum: dulcedinem, & pingue-
dinem, ſiue ſuauitatem prætendit internam. La- B
pides precioſi propter ſuum fulgorem: miracu-
lorum ſignificant operationem, longe lateque
coruſcantem. Atrium: ſignificat rudimenta in-
choantium. Columnæ: quoſque fortes, & per-
fectos exprimit uiros. Decem cortinæ: illos ſi-
gnificant, qui decalogum legis explent. Vnde-
cim ſaga: illos ſignificant, qui pro tranſgreſſio- Saga. xi.
ne legis, aſperam agunt pœnitentiam. Vndena-
rius nanque, qui denarium tranſgreditur: ſignifi
cat decalogi tranſgreſſionem: & quia ſaga ſunt
aſpera: pœnitentiæ aſperitatem. Anſulæ quibus
cortinæ copulabātur: uirtutes ſunt ſanctorum,
quibus ipſi coniunguntur. Circuli aurei: perpe
tuum fulgorem futuræ retributionis inſinuant:
Sancta: præſentem deſignant uitam. Sancta ſan
ctorum, uitam æternam. In ſanctis, gratia: in
ſanctis ſanctorum, gloria. In ſanctis, meritum.
In ſanctis ſanctorum, præmium. Velum, exprimit
cælum: quia & cęleſtia & terrena diſcernit. Moy
ſes ſiue Aaron: Chriſtum ſignificant. quia ſanctā
eccleſiam conſtruit, & ſanctificat. Beſeleel, & O-
liab: Doctores & prædicatores ſignificant. Di-
uerſa uaſa: ſunt animæ diuerſis donis ſanctifica-
tæ, & officiis & ordinibus ſeruientes. Introitus
tabernaculi, exprimit initium ſeculi, poſterior
pars tabernaculi, finem mundi. Pars auſtralis: Iu-
dæos ſignificat, ab antiquo radiis diuinæ cogni-
tionis illuſtratos. Pars ſeptentrionalis: Gentiles,
a claritate diuinæ cognitionis ab initio longe re
motos. Illi erant per fidem clari; & calidi: iſti
per infidelitatem, obſcuri, & frigidi. ¶Taberna-
culum igitur, eccleſia: ſingulæ tabulæ, ſingulæ a-
nimæ: baſes, fides: decem cortinæ, ſancti decalo-
gum complentes. Vndecim ſaga: iuſti de tranſ-
greſſione legis pœnitentiæ ſatisfactionem exhi-
bentes. Anſulæ, uirtutes: circuli rotundi, æternæ
retributiones. Sancta, præſens uita: ſancta ſancto
rum, æterna uita. uelum, cælum. Moyſes ſiue Aa-
ron, Chriſtus. Beſeleel & Oliab: Doctores & prę
dicatores. In conſtructione huius tabernaculi
debemus offerre aurum per ſapientiam: argen-
tum

rum per eloquentiam : æs per prædicationem : hiacinthom per cęleſtium bonorũ ſpem, oel p cęleſtẽ conuerſationem:purpurã p paſſionem,ſiue per cõpaſſionem : coccũ bis tinctũ per geminã dilectionem:biſſum per caſtitatẽ: rhus p orationem:oleum p miſericordiã: thymiamata per bonã famã : & ſic cætera quæcunq; poterimus bonã iõſtitiæ habere. Perquàm multa ſunt, quæ de his dici poſſent, niſi noſtri ſenſus breuitatem
I excederent. Sed qdã ex oibus breuiter perſtrinximus:ne totũ pterir oideamor. Quòd hiſtoricę narrationis ordinẽ plerũq; trãſgredimur: nihil impedit. Nihil.n.obeſt ordinis iſta trãſpoſitio: ſi tñ hiſtoriæ ueritas conſeruatur. Nam huiuſmodi tranſpoſitio:maiorem noononquàm intelligentiam parit, & memoriam.

### *De ſacrificijs.* Cap. X.

HAbent quoq; ſacrificia ſignificationes ſuas: debemus Domino offerre uitulum, bouem, agnom &c. Vitulus donec creſcat, & in tauri robur erumpat : eo q pro ætate poſſit agi ad libitum ducentis, ſignificat obedientiam, quæ incedit ſecundum nutum præſidentis. Bos quoque. quia findit ungulas, & actionem arando complet : ſignificat animam diſcretam, & perfectam, non inconuenienter exprimit operationem. Ouis, quia innocens eſt animal : innoceotiam ſignificat. Capra & hircus, eo q ex pilis eorũ ſaga ſolent fieri, in quibus fit pœnitentia: pœnitẽtiã ſignificant. Agnus, quia nellus, & corpus haber mondiſſimũ: mũditiã deſignat. Sicut colũba, quia ſimplex, & ſine felle eſt: ſimplicitatẽ. Et turtur, qa caſtũ aoimal: caſtitatẽ ſignificat. Sal deſignat ſapientiã: qoia ſicut ſal cõdit cibaria: ſic ſapientia uirtutes & bona opera. Farina non fermentata, ſimplicem explicat doctrinã: ab omoi hæretica prauitate purã. Sicut.n.fermentũ farinã corrũpit: ſic hæreſis
G corrũpit doctrinã. ¶ Offeramus igitur uitulom p obedientiã, booẽ per operatioẽ diſcretã, ouem per innocentiã, agnũ per munditiã, caprã & hircũ, per cuiuslibet culpę pęnitentiã, colũbam per ſimplicitatem, turturem per caſtitatẽ : ſalem & farinã, per ſapientiã & doctrinã. Et hæc oia debemus offerre ſine fermento hæreticæ prauitatis, ſine melle ſecularis dulcedinis: quia fermentũ qđ exprimit hæreticã prauitatẽ, & mel qđ deſignat ſecularẽ dulcedinẽ, in ſacrificiis ueteris teſtamẽti ꝓhibebantur. Sacrificiũ qđ partim cremabatur, partim reſeruabatur, ſignificat bonã inchoationem. Holocauſtum, qđ totum cremabatur, cõſũmationẽ. Eodẽ mõ ſacrificiũ matutinũ, inchoationẽ ſignificat: ueſpertinũ, cõſũmationem deſignat. Sacrificia igne cocta bona opera, q̃ fiuor p feruorem interni amoris. Aqua cocta, ſignificant opera, q̃ fiunt per gratiã cõpunctionis. Libamen uini: ebriationem mentis exprimit, q̃ per conſolationem confertur Spiritus ſancti. Poſſumus quoq; dicere, q q̃libet hoſtia deſignat bonã cõ-

*Pulchra de ſacrificijs Deo offerendis.*

uerſationem : pellis hoſtiæ, eiuſdem conuerſationis ſuperficiem : caput, initium: cauda, finem, inteſtina, occultã uirtutem, ablutio hoſtiæ, munditiã uitæ honeſtę. Pellẽm hoſtię detrahimus, & hoſtiã membratim diuidimus, cum delicta conuerſationis noſtræ exterius ſpecie, interius ratione decenter, ſingula noſtra opera pro loco, tempore, modo, intentione, diſcutimus diligenter, ne nos uitium fallat ſub ſpecie uirtutis, aut culpa ſub ſpecie rectæ operationis.

### *De menſa propoſitionis* Cap. XI.

MEnſa propoſitionis, ſignificat ſacrã ſcripturã, q̃ quot ſententijs nos inſtruit, tot panibus nos reficit. Quatuor piſtilla menſę, quatuor ſũt ſen- D Nu.4.
ſus ſcripturæ: hiſtoria, allegoria, tropologia, anagoge, quibus ipſa erigitur, & a terrenis eleuatur. Labium, ſignificat prædicationem ſcripturæ. Circuitus labij, exprimit perſeuerantiam prædicandi. Quaſi labium oanq; per circuitum ducitur: dum prædicatio nuſquàm terminatur. Quatuor annuli, quatuor ſunt euangeliorũ libri. Qui rectè dicuntur annolieo q nobis æternitatem, io qua finis non eſt, promittunt. Corona interraſilis, differentiã deſignat mentis. Corona aurea illi ſuperpoſita, fulgorem præmii. Duodecim panes, apoſtolicã deſignant doctrinã. Ace- E
tabula, mordacem & crebram, ſcilicet contra uitia, ſignificant increpationem. Phialę, q maiorem capiebant menſurã, abundantem & perfectam exprimunt ſcientiam & doctrinam. Cyathi, qui minus capiebant, anguſtiorem ſcientiam & doctrinam ſignificant. Thuribula, eo q thus cũ oratione ſolet offerri, orationem nòn iuconuenienter deſignant. Menſa igitur, ſcriptura: labiũ eius, prædicatio: circuitus labij, continua ſolicitudo prædicandi: quatuor annuli, quatuor euangeliorum libri: uectes, prædicatores: duodecim panes, apoſtolica doctrina: acetabula, increpatio acerba: phialæ, abundans ſcientia ſiue doctrina: cyathi, ſcientia uel doctrina anguſta: thuribula, oratio deuota.

### *De uia trium dierum.* Cap. XII.

IBimus oiã triũ dierũ in deſerto, & ſacrificabimus Dño Deo noſtro. Vnus dies, ſpes: unus dies, fides: unus F Nu. 10.
dies, charitas. Primus dies lucet: ſecundus lucet & calet: tertius lucet & feruet. Via trium dierum, exercitatio eſt uirtutum ſpiritualiom, quia qui oiam dierum iſtorum conſummat, gratum Deo ſacrificium immolat, quia quiſquis has tres uirtutes habet, Deo placet quicquid operatur, aut exercet. Debemus autem offerre ouem per innocentiam : agnum per munditiam: & cætera, quæ de ſacrificiis ſunt ſupra expoſita. Sed hæc omnia ſunt abominationes Ægyptiorum : quia

*Pulchra de uia triũ dierum.*

cunctæ uirtutes,& cuncta bona opera ſunt abo-
minatio dæmonum,& prauorum hominum.

G *De duobus teſtamentis.* *Cap. XIII.*

VEtus teſtamentum,ſignificat nouũ:
Lex gratiã. Lex data eſt p Moyſen
gratia per Chriſtum. Lex data eſt
die quinquageſimo poſtquam ce-
lebratũ eſt paſcha in terra. Ægy
pti:gratia data eſt die quinquageſimo poſt re
ſurrectionem Domini. Lex data eſt in monte ex
celſo:gratia data eſt ſurſum in cœnaculo. Lex da
ta eſt in fulgoribus igneis: gratia data eſt in lin-
guis igneis.Lex data eſt duodecim tribubus:gra-
tia data eſt duodecim apoſtolis.Lex ſcripta eſt in
duabus tabulis:gratia conſtat in duobus præce-
ptis charitatis.

H *De duabus tabulis:duobus Cherubim, & duabus*
*tubis. Cap. XIIII.*

DVæ tabulę teſtamenti,in quibus lex
erat ſcripta digito Dei, ſignificant
duo teſtamenta: Duo Cherubim,
eo ꝙ Cherubin interpretatur ple-
nitudo ſcientiæ, duo teſtamenta ſi
gnificant quia in ipſis perfecta ſcientia contine-
tur. Duæ quoque tubæ argenteæ,duo ſignificant
teſtamenta:quia eorum prædicatione, prædeſti-
nati ad uitam, conuocantur ad unitatem eccle
ſiæ,& ad ſublimitatem uitæ æternæ.

*De unctione, & ueſtibus ſacerdotis.*
*Cap. XV.*

I VNctio, qua ſacerdotes conſecrabã-
Exo. 28. tur,gratiã ſignificat Spũs ſancti.Sa
cerdotes unctione conſecrantur:
q̃ñ fideles quiq;,grã Spũs ſancti p-
fuſi iuſtificantur.Linea interior, q̃
*Pulchra de ueſtibus ſacerdotis.* candet,& nõ apparet:munditiã cordis deſignat,
q̃ non omnibus,ſed Deo nota eſt.Fœminalia,q̃ ſe
mora cingebant:& tegebant:continentiã carnis
recte ſignificãt.Superhumerale,qđ ſuper hume
K ros ponebatur,eo ꝙ in humeris onera ferre ſole
mus:p̃ſentiũ laborũ tolerantiã inſinuat.Tunica
q̃ exterius erat,& apparebat:bonã actionẽ ſignifi
cat,qua corã ꝓximo munimur,& ornamur. Bal-
teus,quo tunica cingebatur,ne circa pedes ſacer
dotis deflueret:eiuſdẽ actionis bonæ deſignat ex
peditionẽ.Rationale,qđ circa pectus erat, quo
uidelicet pectore cor continetur,in quo ſapien-
tia eſt,ſapientiã & diſcretionẽ apte ſignificat.Ci-
daris,quo capilli capitis ſtringebantur:cogitatio
nũ p̃endit ſobrietatem.Quaſi cidari nãq; ſtrin-
gũt capillos capitis:dum in ſua ſobrietate conti
nent cogitationes mentis. Lamina, in qua no-
men Dei ſcriptum eſt: fidem Dei exprimit, per
quam ipſe nobis innoteſcit. Tintinnabula,
quæ ſonabant in ueſte pontificali: ſonum ſi-
gnificant prædicationis. ¶ Vnctio igitur ſacer-
dotis,gratia eſt ſpiritus ſancti:linea interior, mũ
ditia cordis:fœminalia,carnis cõtinentia:ſuper
humerale,laborum tolerẽtia:tunica, bona actio:
balteus,eiuſdem actionis expeditio:rationale,ſa-
pientia & diſcretio:lamina in frõte, ſanctæ fidei
cõfeſſio:tintinnabula,eiuſdem fidei prædicatio.

*De præputijs arborum.* *Cap. XVI.*

QVando ingreſſi fueritis terram, & L
plãtaueritis in ea ligna pomifera: Leui.39.
auferetis præputia eorum. Poma;
quę germinant, immunda erunt
uobis:nec comedetis ex eis. Ligna
pomifera: ſunt opera perfecta uirtutibus.Prępu-
tia itaque lignorum auferimus: cum de ipſa in-
choationis infirmitate ſuſpecti, primordia ope-
rum noſtrorum non approbamus.Poma autem,
quæ germinat,immunda exiſtimamus, noſtriſq;
cibis non aptamus:quia cum primordia laudan
tur boni operis,dignum eſt, ut animum non pa-
ſcat operantis:ne dum accepta laude ſuauiter car-
pitur:fructus operis intẽpeſtiue comedatur.

*De ſacerdotibus reprobandis ex libro pa*
*ſtoralis curæ Beati Gregorij.*
*Cap. XVII.*

DIxit Dominus ad Moyſen. Loquere M
ad Aarõ, Homo de ſemine tuo, qui Leui.21
habuerit maculã: non offerat panẽ
Domino Deo ſuo, nec accedat, ad
miniſterium eius.Vbi repente ſub-
iunxit.Si cęcus fuerit:ſi claudus,ſi paruo,uel grã-
di,& torto naſo,ſi fracto pede, ſi mancus, ſi gib-
boſus,ſi lippus,ſi albuginem habens in oculo, ſi
iugem ſcabiem, ſi impetiginem in corpore, uel
ponderoſus.Cæcus quippe eſt, qui supernę lumẽ
contemplationis ignorat, qui præſentis ſeculi
preſſus tenebris, dum uenturam lucem nequaq̃
diligendo conſpicit: quo greſſum operis porri
gat neſcit. Hinc etenim prophetante Anna dici-
tur.Pedes ſanctorum ſuorum ſeruabit, & impij 1.Reg.2.
in tenebris conticeſcent. Claudus eſt,qui quidẽ
quo pergere debeat aſpicit,ſed per infirmitatem
mentis,uitæ uiam non ualet perfecte tenere quã
uidet:quia ad uirtutis ſtatum, dum fluxa con-
ſuetudo non erigitur: quo innititur deſideriũ,
illuc greſſus operis efficaciter non ſequuntur.
Hinc etenim Paulus dicit. Remiſſas manus, & Heb.12.
diſſoluta genua erigite,& greſſus rectos facite pe
dibus ueſtris,ut non claudicans quis erret,magis
autem ſanetur.Paruo autem naſo eſt,qui ad tenẽ N
dam menſurã diſcretionis non eſt idoneus. Naſo
quippe odores,fœtoreſq; diſcernimus. Recte er
go per naſum diſcretio exprimitur: per quã uir
tutes eligimus, uitia reprobamus. Vnde in lau-
de ſponſæ dicitur. Naſus tuus ſicut turris, Cant. 7.
quæ eſt in Libano, quia nimirum ſancta eccle
ſia, quæ ex cauſis ſingulis tentamenta prodeant
per diſcretionem conſpicit,& uentura uitiorum
bella,ex alto deprehedit.Sed sũt nõnulli,qui dũ
exiſti-

exiſtimari ſe hebetes nolunt: ſæpe ſe in quibuſ-
dã inquiſitionibus pluſquã neceſſe eſt exercẽtes
ex nimia ſubtilitate falluntur. Vñ hic quoq; ſub-
ditur: uel grãdi, & torto naſo. Naſus. n. grãdis, &
tortus: immoderata ſubtilitas diſcretionis eſt: q̃
dũ pluſq̃ decet excreuerit: actionis ſuæ rectitudi
nẽ ipſa cõfundit. Fracto aũt pede, uel manu eſt: q̃
uiã Dei pgere oĩno non ualet: atq; a bonis acti-
bus funditus exors uacat: quatenus hæc non ut
claudus ſaltẽ cũ infirmitate teneat: ſed ab his om
nino alienus exiſtat. Gibboſus uero eſt, quẽ terre
næ ſolicitudinis põdus pmit, ne unq̃ ad ſupna
reſpiciat: ſed ſolis iis intẽdat, q̃ in infimis calcãtur.
Qui tametſi aliquando, aliquid ex bono patriæ
cęleſtis audierit: ad hoc tñ puerſæ nimirũ cõſue
tudinis põdere pgrauatus, faciẽ cordis nõ attollit:
q̃a cogitationis ſtatũ erigere nõ ualet, quẽ terre-
næ ſolicitudinis uſus curuũ tenet. Ex horũ quip
pe ſpecie Pſalmiſta ait. Incuruatus & humiliatus
Pſ. 118. ſũ uſquequaq;. Quorũ culpã p ſemetipsũ Dñs re
probãs ait. Semẽ aũt, qđ in ſpinas cecidit: hi ſunt,
Lucæ. 8. q audiunt uerbũ Dei, & a ſollicitudinibus, & di-
uitiis mundi conculcati, nõ referunt fructũ. Lip-
pus uero eſt: cuius ingeniũ ad cognitionẽ quidẽ
ueritatis emicat, ſed tñ hoc carnalia opera obſcu
O rant. In lippis oculis pupillæ ſanæ ſũt: ſed humo
re defluente infirmitatæ palpebræ groſſeſcunt, &
ſic dũ crebra infuſione oculi grauantur, et acies
pupillæ uitiatur. Et ſunt nõnulli, quorũ ſenſũ car
nalis uitæ operatio ſauciat: q uidere recte, & ſu-
blimiter p ingeniũ poterant, ſed uſu prauorum
actuũ caligant. Lippus qppe eſt, cuius ſenſũ natu-
ra exacuit, ſed prauæ cõuerſationis aſſiduitas cõ-
Apoc. 3. fundit. Cui bñ p angelũ dr. Collyrio inunge ocu
los tuos, ut uideas. Collyrio qppe oculos ut ui-
deamus inungimus: cũ ad cognoſcendũ ueri lu-
minis claritatẽ, noſtros intellectus aliquo medi-
camine bonæ operationis adiuuamus. Albuginẽ
uero hẽt in oculo, q ueritatis lucẽ uidere nõ ſinit-
tur: quia arrogantia ſapientiæ uel iuſtitiæ eſt cæ-
catus. Pupilla nanq; oculi nigra, uidet: albuginẽ
tolerans, nihil uidet: quia uidelicet ſenſus huma-
næ cogitationis ſi ſtultum ſe, peccatoreq; intelli-
P git: cognitionẽ intimæ claritatis apprehendit. Si
aũt candorẽ ſibi iuſtitiæ ſeu ſapientiæ tribuit: a
luce ſe ſupernæ cognitionis excludit, & eo clari
tatẽ ueri luminis nequaquàm penetrat: quo ſe a-
pud ſe p arrogantia exaltat. ſicut de quibuſdã dr.
Ro. 1. Dicentes. n. ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. Iugẽ
uero habet ſcabiẽ: cui carnis petulantia ſine ceſ-
ſatione dominatur. In ſcabie etenim feruor uiſce
rũ ad cutẽ trahitur, p quã recte luxuria deſigna-
21. tur: quia ſi cordis delectatio uſq; ad operationẽ
pſilit: nimirũ feruor intimus uſq; ad cutis ſca-
biẽ prũpit, & foris iã corpus ſauciat: quia dũ in
cogitatione uoluptas non reprimitur, ẽt in actio
ne dominatur. Quaſi. n. cutis pruriginem Paulus
curabat abſtergere, cũ dicebat. Tentatio uos non
Q apprehendat niſi humana. Ac ſi aperte diceret.
i. Cor. 10 Humanum quidem eſt in corde tentationẽ ppe-
ti, diabolicũ uero eſt in tentationiſẽ certamiẽ, &
in operatione fatigari. Impetiginẽ uero habet in

corpore quiſq; auaritia uaſtatur in mente. Quæ
ſi in paruis non cõpeſcitur, nimirũ ſine menſura
dilatatur. Impetigo quoq; ſine dolore corpus oc-
cupat, & abſq; occupati tædio increſcens, mem-
brorum decorẽ fœdat. quia auaritia captum ani-
mum dum quaſi delectat, exulcerat, dum adipi-
ſcenda quæq; cogitationi eius obiicit, ad inimi-
citias accendit. Et dolorem in uulnere non facit:
quia æſtuanti animo ex culpa abundantiã pro-
mittit. Sed decor membrorum perditur, quia a-
liarum quoq; uirtutum per hanc pulchritudo
deprauatur: & quaſi totum corpus exaſperat: q̃a
p uniuerſa uitia animum ſupplantat, Paulo atte- R
ſtante, qui ait. Radix omnium malorum eſt cupi 1. Tim. 6
ditas. Ponderoſus uero eſt, qui turpitudinem nõ
exercet in opere, ſed tñ ab hac cogitatione conti
nua, ſine moderamine grauatur in mente. Qui
nequaquàm quidem uſque ad opus nefarium ra-
pitur, ſed eius animus uoluptate luxuriæ, ſine ul-
lo repugnationis ſtimulo delectatur. Vitium qp-
pe ponderis eſt, cum humor uiſcerum ad uirilia
labitur, quæ profecto cum moleſtia dedecoris in
tumeſcunt. Ponderoſus ergo eſt, qui totis cogita
tionibus ad laſciuiam luxuriæ defluens, pondus
turpitudinis geſtat in corde. Et quamuis praua
non exerceat opere, ab his tamen non euellitur
mente. nec ad uſum boni operis in aperto ualet
aſſurgere: quia grauat hunc in abditis põdus tur
pe. Quiſquis igitur cuilibet horum uitio ſubiici
tur, panes Deo offerre phibetur, ac pfecto dilue
re aliena nõ ualet delicta is, quẽ deuaſtant ppria.

## *De uictimis ex libro Iſidori. Cap. XVIII.*

Diuerſitas uictimarum, uel quæ offer- S
re eo debeant, uel non, in Leuitico
dinumerantur, ſed per comparatio-
nem peccatorum conuerſatio ho-
minum demonſtratur. Homo igi-
tur ſi obtulerit uictimam pacificorum Deo, Leui. 22
uel uotum ſoluens, uel ſponte offerens, tam de
ouibus, quàm de bobus immaculatum offerat,
ut acceptabile ſit, omnis macula non erit in eo.
Si cæcum fuerit, ſi fractum, ſi cicatricem habens,
ſi papulas, aut ſcabiem, aut impetiginem, nõ of-
feretis ea Domino, neq; adolebitis ex eis ſuper al-
tare Domini. Bouem, aut ouem, aure uel cauda
amputatis, uoluntarie offerre potes, uotum ex
eis fieri non poteſt. Omne animal, quod uel con
tritis, uel tunſis, uel ſectis, ablatiſq; teſticulis: nõ *Pulchra*
offeretis Domino Deo ueſtro, & in terra ueſtra *de uicti-*
hoc oĩno ne faciẽtis. De manu alienigenæ nõ of *mis offerẽ*
feretis panes Deo ueſtro, uel q̃cunq; alia dare uo *dis.*
lueritis, q̃a corrupta, & maculata ſunt oĩa, nõ ſuſci
pietis ea &c. Primo reiicitur a ſacrificio maculo-
ſum animal, uel uarium, id eſt, illi, ĩ quibus eſt di
uerſitas peccatorũ, & nunc libidine, nunc cupidi
tate, nunc in diuerſis criminibus demutantur.
Reiicitur qdẽ & cæcũ aĩal, id eſt is, q nec Domi-
num, uidet nec opera eius facit. Fractum quo-
que id eſt criminalibus uitiis uexatus atque colli
ſus. Reiicitur & cicatricem habens: qui non di-
gna ſatiſfactione uulnera peccatorum ſuorũ de-

plorat,ſed adhuc ueteris morbi ſignum per deſi
deria uoluptatis intus ſeruat. Reiicitur & lingua
amputatum,ideſt,qui Deum non confitetur,nec
diuinam legem meditatur. Reiicitur & papulas
habens,id eſt,qui prurigine libidinis, & ardore
concupiſcentiæ æſtuat, Similiter & Scabioſum
id eſt, qui peccatum carnis perficit cōtagio ope
ris. Iam uero impetiginem habens:ſignificat hæ
reticorum collectionem,qui frequenter ſe in ec
cleſiæ corpus immergunt:& impetiginis liuorē
faciunt. Aure amputata,ſunt ii,qui uerbo Dei nō
obedientes,non faciunt quæ iuſſa ſunt. Quod ue
ro caudam habet amputatam: ille eſt qui bona,
quæ incipit,perſeuerantı fine non perficit. Por-
ro deiectum, uel teſtibus amputatum : indicat
eos,qui omni tempore turpitudinis uſu effœmi
nantur. His ergo criminibus inuoluti: a ſacrifi-
cio Dei reprobantur: nec efficiuntur conſortes
paſſionis Chriſti:nec cęleſtis sāctificationis. Sed
neque panis alienigenę offeretur Domino,id eſt,
doctrina hæreticorum, ſiue ſtudia ſuperſtitioſa
ſecularium literarum:quę extra fidem ſunt,& a-
liena putantur. Tales enim repudiantur hoſtię a
Domino, & reiicitur hoc ſacrificium a catho-
lica eccleſia.

*De primogenito bouis, & ouis. Cap. XIX.*

V
Deut.15 NOn operaberis in primogenito bo
uis: & non tondebis primogenita
ouium. In primogenito bouis, ope
rari, eſt bonæ conuerſationis pri-
mordia, in exercitio publicæ actio
nis oſtendere. Ouium quoque primogenita ton
dere:eſt ab occultationis ſuæ tegmine, humanis
oculis inchoantia bona noſtra denudare. In pri-
mogenito ergo bouis operari prohibemur: & a
primogenito ouium tondendo compeſcimur :
quia ſi quid robuſtum exercere incipimus, hoc
in aperto citius oſtendere non debemus: ſed cū
uita noſtra ſimplex quid,& innocuum inchoat,
dignū eſt ut ſecreti ſui uelamina non relinquat:
nec hoc humanis oculis quaſi ſubducto uellere
oſtendat. Ad ſola ergo ſacrificia diuina, boū pri-
mogenita, ouiumque proficiunt : ut quicquid
forte,uel innocuum incipimus, hoc ad honorē
interni iudicis in ara crucis immolemus: quod
ab illo tanto libentius accipitur: quanto cautius
ab hominibus occultatum,nullo laudis appetitu
maculatur. Sæpe aūt nouæ conuerſationis princi
pia,adhuc carnali uitæ ſunt admixta:& idcirco ci
tius innoteſcere non debent:ne cum laudantur
bona,quę placent,& deceptus laude ſua animus,
deprehendere in eis nequeat mala,quæ latent.

*De muliere capta in bello. Cap. XX.*

SI exieris ad bellum contra inimicos
X tuos,& uideris mulierē decora ſpe
Deut.21 cie,& cupieris eam, rades capillos
capitis eius,& ungues,& indues ue
ſtibus lugubribus, & ſedebit in domo tua lugēs
patrem ſuum,& matrem, & domum paternam:
& poſt triginta dies erit tibi uxor. Si decorā mu-
lierē.i.animā,quæ a Deo pulchra creata eſt, i gen
tili conuerſatione inuenerimus, & eam ſociare
corpori noſtro.i.Chriſto uoluerimus: depoſito
idololatriæ cultu,induatur lugubribus ueſtibus
pœnitētiæ,deploretq; patrē,& matrē.i.oēm me
moriā mundi,eiuſq; carnales illecebras:demum
uerbi Dei nouacula & doctrinæ, omne peccatū
infidelitatis abradat, qđ mortuū eſt, & inane, B
Hæc ſunt.n.capilli capitis,& ungues mulieris. Et
ita demum ſalutaris lauacri unda purificata: cō-
iungitur ſanctis ſeruis Dei,cū iā nihil in capite,
nihil in manibus habuerit:ut neq; in ſenſibus,
neq; i actibus immundū aliquid,aut mortuū ge
rat. Quòd uero poſt triginta dies eā duci iubet
uxorē:ternario ac denario,fides opuſq; ſignatur,
Per fidē ergo Trinitatis,& opus legis:recte fide
libus ſociatur. Quęcunq; aīa,uero Iſraelitæ.ſ.cor
pori Chriſti adhærens,ſine macula debet eſſe fi-
dei ſyncetitate,& actuū puritate. Alij putauerūt
hanc mulierē decorā ſpecie,rōnabilē aliquam di
ſciplinā ſignificare: q̄ ſapienter dicta inuenitur
apud Gentiles. Hanc igitur repertā a nobis, opor
tet primum auferre de ea & reſecare omnem ſu
perſtitionis immunditiā,& ſic eam in ſtudio ue
ritatis aſſumere. Nulla enim apud infideles ſa-
pientia eſt,cui immunditia non ſit admixta.

*Non arandum in boue ſimul & aſino. C. XXI.*

NO arabis in boue ſimul & aſino. In Y
bouis nomine, populus ex circun- Deut.22
ciſione, poſitus ſub iugo legis acci-
pitur, in aſino aūt populus Gentiū,
pertinens ad euangelium. Boue ſi-
mul & aſino arat:qui ſic recipit euangeliū, ut Iu
daicas ſuperſtitiones, quæ in umbra & imagine
præceſſerunt:& cærimonias non relinquat. Item
in boue nonnunquàm uita bene uiuentium, uel
operantium:in aſino ſtultorum corda figuran-
tur. Ac ſi diceret.fatuū ſapienti in p̄dicatione nō
ſocies:ne p eum,qui rem implere non ualet,& il
li,qui præualet,obſiſtas. Bouē uero & aſinum, ſi
neceſſe ſit:unuſquiſq; ſine detrimento operis iū
git. Sapientem autem & ſtultum:nō ut unus præ
cipiat,& alter obtemperet, ſed ut pariter æquali
poteſtate annuncient uerbum Dei,non ſine ſcan
dalo quiſque comites facit.

*De ueſte ex lana & lino contexta. C. XXII.*

NOn indues ueſtē ex lana & lino cō- Z
textā. Per lanā qppe ſimplicitas:p Deut.22
linū uero ſubtilitas deſignatur. Et
ueſtis, q̄ ex lana & lino conficitur,
linū interius celat: in ſuperficie la
nā demonſtrat. Veſtē igitur ex lana linoq; cōtex-
tā induitur ſub loquutione innocētiæ, intus ſub-
tilitatē celat malitiæ. Lineis quoq; ueſtibus lanā
miſceri,eſt inordinate uiuere:ut uel ſanctimonia
lis habeat ueſtimenta nuptiarum:uel ea, quæ ſe
non continens nupſit, ſub ſpecie uirginis uiuat.
*Bre-*

*Breuis prologus inſequentem librum.*

HIs breuiter ſupra Pentateuchum cō petenter prælibatis ad Ioſue librum manum mittamus: ut myſticas eius ſignificationes, partim ſecundum noſtrum ſenſum, partim ſecundum oerba ſanctorum patrum aperiamus.

## *ALLEGORIARVM IN libros Ioſue, Iudicum, & Ruth Lib. IIII.*

A

### *De Ioſue, & tranſitu Iordanis. Cap. I.*

Ioſu. 1. MOyſes ſeruus meus mortuus eſt, Surge, & tranſi Iordanem iſtum tu, & omnis populus tecom, in terram quam ego dabo filiis Iſrael &c. Moyſes, qui dedir legem: ſignificat legem. Moyſe mortuo, id eſt, lege ſecūdum carnales, & ueteres obſeruaotias mortua, id eſt, cōſummata ſiue finita:

Matt. 1. ſtatim Ieſus ſaloator uoſter, qui populum ſuū a peccatis eorum liberanit, Ieſus inquam, filius Dei manifeſtatus eſt, princeps ſuper populum electus eſt, ut expugnaris hoſtibus Dei, diuidat dona Dei populo. Ieſus nanque filius Naue (ſicut ait Hieronymus) in typum Domini, non ſolum in geſtis, oerom & in nomine, trans Iordanem hoſtium regna ſubuertit. Diuidir terram uictori populo, & per ſingulas urbes, uiculos, moutes, flumina, torrentes, aquas, atque confinia: eccleſię, & cęleſtis Hieruſalem ſpiritualia regna deſcripſit. Sic Ieſus noſter Chriſtus eiecto principe mūdi, & militibus eius foras, in electis operatur: dummodo unicuique manifeſtatio ſpiritus ad

1. Cor. 12. utilitatem datur. Alii quidem datur per ſpiritum ſermo ſapientiæ, alij ſermo ſcientiæ, alij fides, alii gratia ſanitatum, alii operatio uirtutum, alii prophetia, alii diſcretio ſpirituum, alii genera linguarum, alii interpretatio ſermonum. Et poſtmodum, unicuique ſecundum differentiam donorum tribuetur differentia cæleſtium bonorum: & ſecundum merita, tribuentur bona perpetua. Iordanis ſignificat baptiſmom: quia ſicut populus Iſraeliticus ſtantibus in Iordane ſa

B cerdotibus, intrauit terram promiſſionis: ſic populus Chriſtianus, miniſtrantibus ſacerdotibus baptiſmom, iocunditatem, & requiem oitæ ſpiritualis ſubintrat. Pars ſuperior Iordanis in dulcedine permanſit: pars inferior in amaritudinem marinam defluxit. quia electi baptizati gratiæ dulcedinem cuſtodiunt, reprobi uero in amaritudinem uitiorū amiſſa dulcedine gratiæ fluūt. Ioſue biſſenas turbas præcedens, Chiſtum ſignificat: qui nos præcedens ducit, qui apoſtolicæ fidei ueritatem tenemus, & prædicamus. Quaſi enim duodecim turbæ Chriſtū ſequuntur: dū fideles quiq; per uerbū duodecim Apoſtolorū credentes in Chriſtū, ipsū imitantur. Duodecim lapides, quos duodecim filii Iſrael ſoſtulerunt de Iordane: ſignificant apoſtolicę fidei, & uitæ firmitatē. Secunda circuncifio, quæ per Ioſue facta eſt: deſignat poſt carnalē circuncifionē ſpitituałem. Sed & paſcha, qđ filij Iſrael tranſito Iordane celebrauerunt: ſignificat ueri paſchæ, & ueri agni comeſtionē. Duodecim quoq; lapides de Iordane tollimus: qn̄ apoſtolicæ fidei, & uitæ firmitatē mente tenemus. Angelū quoq; an noſter, an aduerſariorum ſit percōtamur: dum quid ſit bonum, quid ue malum diſcrete diſcutimus.

### *De filijs Ruben, & Gad, & de dimidia tribu Manaſſe. Cap. II.*

EXercitum filiorum præcedunt filij Ruben, & Gad, & dimidia tribus Manaſſe pugnaturi, quorum patres in filijs matrum ſuarum fuerunt primitiui: & antiqui iuſti nos præcedunt exemplis, uirtutibus, & uerbis, contra hoſtes noſtros, & ſpirituales nequitias armati. De hoc Origenes: Videmos (inquit) Eſaiā, Hieremiam, & alios accinctos, expeditoſque ad auxilium noſtrum: qui uoluminum ſuorom iaculis cordis noſtri hoſtes acerrimos uulnerant. Accingitur & Daniel ad auxiliū noſtrū, cū nos de regno Chriſti, & Antichriſti futura fraude inſtruit & præmonet. Adeſt Ezechiel, ſacramenta nobis cęleſtia, in quadriformibus rotarum oculis ſignans. Docet & Oſee biſſenas agminis turmas, & pręcedunt nos pręcincti lumbos in ueritate, quā prædicant in auxilium noſtrum.

### *De ſubuerſione Ierico. Cap. III.*

ARca clangentibos tubis, ſeptem die- C

bus circum Ierico ducitur, & Ieri Ioſ. 6. &

co ducitur, & Ierico ſubſterni- 7.

tor, & Raab funiculo coccineo in feneſtra poſito liberatur, & Achan pro furto regulæ aureæ, & pallii coccinei lapidatur. Ierico, quæ interpretatur luna, ſignificat præſens ſeculum, quod quaſi luna ad perfectionem & defectionem perducitur: dum modo eleuatur, modo aduerſis decreſcit & humiliatur. Videmus annorom circolos, per quos ſeculū uoluitur, Sole tempore ueris terræ poros aperiēte ad ſimilitudinē lunæ primę lucem primariā ex

ponentis germina pariorire. Deinde ſicut per † diuer-

† diuturnas ſucceſſiones cernimus lunam ad ple ſas.

nitudinem peruenire: ſic aſpicimus de terra quę que prodeuntia, per caloris uiuificationem, & humoris uegetationem, maturitatem, & perfectionē ſuā in æſtate cōſūmare. Poſtea uero quaſi lona decreſcens minuuntur, dum naturali calore & humore deficiēte, in autumno moriuntur. Ad ultimum autem in hyeme quaſi ad quoddam interluniū redeunt: dū frigorū aſperitatibus attrita, ad occultum iterum naturæ ſinum recurrunt, & ſe noſtris aſpectibus ſubducunt. Sic & in hominibus, beſtiis, auibus, piſcibuſque uidemus: quæ poſtquam ad eſſe prodeunt, prius

ad perfectionem uenire laborant, deinde per defectum ad non eſſe feſtinant. Sic, ſic cernimus gloriam præſentis ſeculi nunc oriri, nunc creſcere, nunc exaltari: nunc minuti, nunc ad nihilum redigi. Arca quæ (ſicut ſupra dictum eſt) ſigniſi-
Arca. cat Chriſtum: circum Ierico ſeptem diebus portatur: dum Chriſtus uſque in finem ſeculi, quod ſeptem dierum curriculo uoluitur, in mundo prædicatur. Huius arcæ uectores, ſunt ſancti Apo-
E ſtoli, & prædicatores: de quibus ſcriptum eſt. In
Pſal. 18. omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorum. Tubæ æneæ, fortem & innincibilem prædicationis deſignant authoritatem. Quas clangentes manibus tenent, dum ſãcti prædicatores quod clangunt uoce, complent opere. Muri Ierico, philoſophica ſignificant argumenta: ſiue culturam idolorum, per circuitũ mundi roboratam, & exaltatam: quæ per circunductionem arcæ, & clangorẽ tubarum corruerunt: quia per Chriſti prædicationem per orbẽ terrarum ſonantem, perierunt. Viri Ierico interficiuntur: dum homines ſeculi ſecularibus negocijs dediti, in perpetuum condemnantur. Raab meretrix: electam ex gentibus eccleſiam ſignificat: quæ quondam fuit ſeruiens, & ſubdita multis amatoribus: id eſt, multis dęmonibus. Raab ut ſaluaretur, ſuniculum coccineum in feneſtra foris poſuit, quem domi habuit: & ſancta eccleſia ut ſaluaretur, paſſionem Chriſti ore confitetur, quam corde credit. Achan regulam auream, & pallium furatur, & in ualle lapidatur: & falſus quilibet Chriſtianus, uel hæreticos philoſophicam ſapientiam (quæ per auream regulam ſignificatur) & ſecularem cultum (qui per pallium deſignatur) in eccleſiam inducens, in inferno condemnatur. Aurum, argentum, & quælibet metalla, ſiue Ierico, ſiue ciuitatum aliarum per ignem purgata, in opus Domini aſſumuntur: quia philoſophorum ſapientia, uel eloquentia, ſiue quælibet doctrina eorum, ſacræ ſcripturæ examinatione ab omni erroris ſorde purificata, in diuinę prædicationis miniſtero non reprobatur. Maledicitur, qui Ierico reædificat, & maledictus eſt, qui malitiam ſecularem in baptizatis deſtructã, uerbo prauo, uel exemplo reducit, & reſtaurat. In primogenito ſuo ponit fundamentum: & in nouiſſimo liberorũ portas eius, quia per hanc culpam amittit, & quod primum acceperat donum naturæ, & quod accepit ultimo donum gratiæ, ut iam illi ad ſaluationem nihil ualeat utrũque. Sed & cuncta, quæ illius ſunt, igne conſumũtur: dum corpus eius, & anima, & quicquid in utroque poſſidet, gehẽnali cõflagratione cõburũtur.

### *De ciuitate Hai. Cap. IIII.*

F Ciuitas quoque Hai ſignificat mundum, non in eo ꝙ eſt creatura Dei, ſed in eo quòd in ipſo, ſuper abundat malitia diaboli, & concupiſcẽtia generis humani. Viri Iſrael poſt urbem in inſidiis latentes nocte, prophetæ ſancti antiqui ſunt, qui antę aduentum Ioſue ad Hai id eſt ante aduentum Chriſti in mundum quaſi in nocte latuerunt, quia in ueteri teſtamento antequam nobis oriretur ſol iuſtitiæ, qui illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum, Domino in umbra legis & figuris futuri Saluatoris, ipſum Saluatorem præcedentes, ſeruierunt. Sed rex Hai ignorauit inſidias Iſraelitarum: quia diabolum latuerunt obſcura enigmata prophetarum, & ſecreta myſteria legalium figurarum, & non nouerat modum redemptionis idcircò temere ſicut rex Hai Ioſue: aggreſſus eſt præſentiam expugnare Redemptoris. Ioſue contra regem Hai, ſe inualidum, & impotentem ſimulauit, & fugam iniji, & ſic ſe ſuperari fingẽdo, regem Hai callide debellauit, quia Chriſtus humanitatis infirmitatem prætendens, dum ſe a diabolo tentari, & a miniſtris eius ipſo cooperãte crucifigi permiſit, diaboli ſuperbiam humiliauit, & eius malitiam ſapienter ſuperauit. Eleuatio ſcuti, exaltationem deſignat fidei. Hai quoq; igne conſumitur, dum omnis, qui diligit iniquitatem, infernalibus flammis crematur. Seniores, qui erant cum Ioſue, & cęteri bellatores, apoſtolos exprimunt, & prædicatores. Rex uero, & exercitus eius occiditur, cum diabolo, & miniſtris eius nocendi poteſtas diuinitus aufertur.

### *De altari, quod conſtruxit Ioſue. Cap. V.*

Ioſue ſubuerſis hoſtibus altare ex la- G
pidibus, quos ferrum non tetige- Ioſue. 8.
rat conſtruxit. Deuteronomium in eo ſcripſit, & populum ad benedicendum, & maledicendum diuiſit. Nobiliores tribus ad benedictionem, ignobiliores ad maledictionem conſtituit. Lapides, ex quibus Ioſue altare conſtituit, ſunt ſancti in fide firmi, qui per dilectionem operantur. Quos ferrũ non tangit: quia eos nulla crudelitatis culpa corrumpit. Qui dum in unitatem fidei, & concordiam charitatis conueniunt, unum altare faciũt. Deuteronomium (quod interpretatur ſecunda lex) ſignificat euangelium. Quod in hoc altari ſcripſit Dominus, quando dixit. Audiſtis, quia dictum eſt antiquis, non mœchaberis. Ego au-
tem dico uobis: Si quis uiderit mulierem ad Matt. 5.
concupiſcendum eam: iam mœchatus eſt eam in corde ſuo. Qui iuxta montem benedictionis incedebant, illos ſignificant qui ſine metu pœnæ infernalis, promiſſionis cæleſtis amore ſuccenſi ueniunt ad ſalutem. Illi uero, qui iuxta montem maledictionis incedebant, illos deſignant, qui non amore benedictionis, ſed promiſſionis, ſed futurorum ſuppliciorum timore, complent quæ in lege ſcripta ſunt, ut perueniant ad ſalutem. Sed nobiliores eos eſſe conſtat: qui boni ipſius deſiderio, & æternæ benedictionis amore quod bonum eſt agunt.

De

### *De dolo Gabaonitarum. Cap. VI.*

H INterea Gabaonitę metu perterriti
Ioſue. 9 cum fraude, & calliditate uenerũt
ad Ieſum, pãnis; calciamentiſq; ue-
teribus induti: deprecãtes ut ſalua-
rentur. Statimq; a Ieſu ſalutem acci
piunt. Qui tamen dolum ubi agnouit, ligni cęſo-
res, uel aquæ geſtatores eos cõſtituit. In quorum
figura, illi oſtenduntur, qui de mundo ad eccle-
ſiam uenientes, habent fidem in Deo, & declinãt
caput ſuum ſacerdotibus, ſanctiſq; miniſtrant, &
ſeruiunt, & aliquid utilitatis impendunt. Ad or-
namentum etiam eccleſiæ, uel miniſterium prõ-
pti ſunt, in moribus uero ſuis, & conuerſatione
priſtina detinentur, retinentes ueterem hominẽ
cum actibus ſuis, & induti uetuſtis uitijs, ſicut &
illi pannis, & calciamentis ueteribus obtecti, &
propter hoc quòd in Deum credunt, erga ſeruos
Dei, & eccleſiæ cultum uidentur eſſe deuoti, ni-
hil tamẽ emendationis, uel annouationis habẽt
in moribus. Tales igitur tantummodo quoddã
ſalutis ſignum, intra eccleſiam temporaliter prę
ferunt, inter Iſaeliticas autem, id eſt, inter ſanctos
Dei, regnũ æternum, uel libertatem minime con
ſequuntur. Quòd autem in Gabaon pugnante Ie
Ioſu. 10. ſu Naue ſtetiſſe perhibentur ſol, & luna, donec
Iſraelis inimici delerẽtur, ſignificat quòd noſter
Ieſus multo magis modo interuentu ſuo, dũ nos
Ephe. 6. bellum gerimus aduerſus uitiorum gẽtes, & col-
luctamur aduerſus principes, & poteſtates, & re-
ctores, tenebrarum harum, aduerſus ſpiritualia
nequitiæ in cęleſtibus, ſol nobis iuſtitiæ indeſinẽ
ter aſſiſtit, nec deſerit nos unquàm, nec feſtinat
occumbere, quia ipſe dixit. Ego uobiſcum ſum
Matt. 28 omnibus diebus uſque ad conſummationem ſe-
I culi. Quinque autem reges, quinque ſenſus indi
cant, qui Gabaonitas, id eſt, carnales homines ex-
pugnant. Hi ad ſpeluncam confugiunt, cũ ſe ter-
renis actibus in corpore obſiti mergunt. Qui ta-
men pugnante Ieſu, id eſt prædicatione euangeli
Ioſu, 13. ca ſuperantur, atque ingrediente uerbo Dei in
&c. nobis, id eſt, intra ſpeluncã corporis noſtri, om-
nes pariter interficiuntur. Extinctis deinde, uel
eiectis gentibus Ioſue ſorte diuidit populis terrã
promiſſionis. Eiecit ergo & Chriſtus a facie fide-
1. Cor. 12 lium ſuorum quodammodo gẽtilium errorem,
malignos ſpiritus, & ſorte diuiſit in uobis terrã,
omnia operans unus atque idem ſpiritus, ac di-
uidens dona propria unicuique prout uult.

### *De Leuitis. Cap. VII.*

K QVod uero habitacula ut ſuburbana,
Ioſ. 14. & oppida Leuitis a Ieſu per om-
Nu. 35. nes tribus decernuntur, ſignificat
ꝙ ij, qui in eccleſia Dei, doctrinæ
gratiam adminiſtrant, prorſus ab
omnibus, quibus diſpenſant diuina, terrena ſub-
ſidia, quæ non habent, ſuſcipiant, ut impleatur
1. Cor. 9 illud Apoſtoli pręceptum dicentis. Si nos uobis
ſpiritualia ſeminauimus: non eſt magnum ſi car
nalia ueſtra metamus. Et merito iſti per cunctas
trib. diuiſi dicũtur, quia diſpenſatione cunctorũ
uiuunt. Quòd autem quadraginta duas urbes ac- Nu. 35
cipiunt, indubitanter ipſa prædicatio ſanctorum
ſignatur. Ipſi enim poſſident doctrinam, quæ cõ-
ſtat legis decalogo, & quadrifido euãgelij nume-
ro, quaſi quaterdenas habentes urbes. Quibus &
duæ adduntur, quia nimirum cuncta, quæ præ-
dicant, morali ac myſtico ſenſu annunciant.

### *De Chananeis tributarijs. Cap. VIII.*

ILlud autem, quod Iſraelitico popu-
lo, cum pcepta promiſſionis terra L
partiretur, Ephraim tamen tribui
Chananæorũ gentilis omnino po-
pulus accedit, ſed factus tributari⁹
dicitur (ſicut ſcriptum eſt. Habitauit Chananæus
ĩ medio Ephraim, tributarius) exponamus. Quid
enim tributarius, niſi ſubiectionem ſeruitutis,
quod Chananæus, niſi uitium ſignificat? Sæpe.n. Ioſue, 16
in magnis uirtutibus terram promiſſionis ingre
dimur: quia ſæpe intima de æternitate rimamur.
Sed dum interemptis ſublimibus uitijs, quædã
tamen parua retinemus, quaſi Chananæum uiue
re in terra noſtra concedimus. Qui tamen tribu- Ioan. 8.
tarius efficitur, quia hoc ipſum uitium, qđ ſubij-
cere non poſſumus, ad uſum noſtræ humilitatis
retorquemus, ut eo de ſe mens & in ſuis uilia ſen
tiat, quòd ſuis uiribus etiam parua, quæ expetit,
non expugnat. Vnde bene rurſum ſcriptum eſt.
Hæ ſunt gentes, quas Dominus dereliquit, ut eru Iudic. 3.
diret in eis Iſraelem. Quædam nanque minima
uitia noſtra retinentur, ut ſe noſtra intentio ſoli-
cita in certamine ſemper exerceat, & eo de uicto
ria non ſuperbiat, quòd uiuere in ſe hoſtes con
ſpicit, in quibus adhuc uinci formidat. Iſrael igi
tur reſeruatis gentibus eruditur, quia quando in
quibuſdam uiuimus uitijs, elatio uirtutis noſtræ
cõprimitur, & mens noſtra in paruis ſibi reſiſten
tibus diſcit, quòd ex ſe non ſubijciat maiora.

### *De ſucceſſoribus Ioſue. Cap. IX.*

POſt mortem Ioſue, conſuluerunt fi
lij Iſrael Dominum dicentes. Quis M
aſcendet ante nos contra Chana Iudic. 1.
næum, & erit dux belli & c. Sicut
Ioſue ſignificat Chriſtũ, ita ſucceſ
ſores Ioſue ſignificãt Apoſtolos, & cæteros eccle
ſiæ doctores & rectores, quorum diſcretione, ꝓ
uidentia, & doctrina, ſancta gubernatur, muni
tur, & eruditur, eccleſia, Quando autẽ filij Iſrael
peccauerũt, tradidit eos Dominus in manus re
gum alienorum; quando uero pœnituerunt, ſu
ſcitauit eis principem, qui liberaret eos. Sic quã
do peccamus, uires contra nos dæmonibus præ
bemus, quando uero ad Deum cõuertimur, mit
tit nobis doctores, qui nobis oſtendant uiam ſa
lutis, & ſubectis hoſtibus reſtituant gratiam
libertatis. Qui ſignificantur per Othoniel,
Aioth, & alios. Legimus de Samgar, ꝙ ſexcentos
interfecit uomere uno. Ita & nos debemus ali
quando

quando recondito mucrone excommunicatio-
nis, & eccerrimę increpationis: corda auditorū
uomere diſcretę exhortationis, & temperamen-
to blandi ſermonis erumpere, & ſic exercitum
dęmonum de finibus eorum ꝓpulſare, & popu
lum dominicum ueræ libertati reddere.

### *De Debora. Cap. X.*

N DEbora quoq;, quæ interpretatur lo-
Iudic. 4. quella ſermonem ſignificat pro-
& 5. pheticum. Eſt habitans ſub palma:
quia ad palmā nos ſupernæ uoca-
tionis exhortatur. Iſta Debora uō
cauit Barach: qui interpretatur corūſcatio, & ſi
gnificat populum Iudaicum: qui ad modicum in
bono coruſcauit, ſed quaſi corruſcatio cito defe
cit. Vocauit eum ad bellum contra Siſaram .i. con
tra diabolum Sed Barach uictoria nō aſcribitur:
dum per Iahel mulierem alienigenam Siſara in-
terficitur: quia dum Iudaicus populus diabolo
non reſiſtit: ſancta eccleſia de gentibus collecta,
ligno Dominicę crucis eum uiriliter occidit: dū
in eum ueraciter credit, qui in ligno pro noſtra
ſalute pependit. Sic ſunt nonnulli quibuſdam
gratiæ donis præditi, doctrina & eloquentia cla-
ri: qui cum uiriliter diaboli ſuggeſtionibus reſi-
ſtere deberent, muliebriter tepeſcunt. & alij infir
mi & minorem gratiam his habentes, uiriliter
eos repellunt. Sic quoque religionis habitu pal-
liati: ab incepto deuotionis cadunt feruore, &
alij ſub habitu conſtituti ſeculari: ad ipſum totis
uirib⁹ aſſurgūt. Illi, quos ex Iſrael Debora arguit
ad bellum non ueniſſe: ſunt Chriſtiani, & infide
les quiq;, qui terrenis incūbunt, & ī ipſis requieſ
ſcunt, & ad ſpiritnale bellum nunq̄ ueniūt: quia
propheticis exhortationibus minime credunt.
Iudic. 6. Quare (inquit ad Ruben) habitas inter duos ter-
O minos? ut audias ſibilos gregum? Qui ſunt termi
mini iſti, inter quos praui habitāt: niſi termini ui
tiorum, & peccatorum? Habitant enim inter ter-
minum ſuperbiæ & accidiæ: inter terminū aua
rinę, & luxuriæ. & gulæ, & rapinæ, & ſic de cæte-
ris. Habitant inter terminos: dum hinc ſubiecti
inquinamento carnis, illinc inquinamento ſpiri
Tit. 1. tus, uel certe inter terminos habitant. Quia ore
confitentes ſe noſſe Deum; factis negant. Nun-
quid non habitant inter terminos illi, de quibus
Marc. 7. dictum eſt: Populus hic labijs me honorat, cor au
Eſa. 29. tem eorum longe eſtà me? Iſti audiūt ſibilos gre
gum, .i. ſtrepitus uitiorum, uel hominum carnali
ter uiuentium: qui quaſi greges .i. bruta anima
lia, duce diabolo gregatim, & inſenſate currunt
Iud. 5. ad tormenta. Galaad trans Iordanem quieſcebat,
& Dan uacabat nauibus. Aſer in litore maris ha-
bitabat, & in portubus morabatur. Iordanis, qui
interpretatur deſcenſus, ſignificat humilitatem.
Galaad igitur, qui trans Iordanem quieſcebat, &
ad bellum cum Debora uenire detrectabat: deſi
gnat ſeculares homines: qui rerum tranſeuntiū
affluentia ſuperbi, in elationis uitio ſecure quie
ſcūt, & ad ſpiritnale bellum uenire contemnūt.

Mare autem, ſignificat ſeculum, & naues in mari
currentes, actiones ſeculares. Dan itaq;, qui uaca
bat nauibus, illos exprimit, qui actionibus ſecula
ribus inuigilāt, & idcirco contra hoſtes ſpiritua
les pugnare recuſant. Aſer, qui habitabat in lito
re maris, & in portubus morabatur: illos ſignifi
cat, qui q̄uis pro uirium imbecillitate ſeculariū
tentare negocia non ualent, ſeculo tamen, & ſe
cularibus rumoribus, & actionibus inquantum
poſſunt, adeſſe, & adhærere laborant. Galaad igi
tur, Dan, & Aſer, ad bellum cum Debora non ue
niunt: quia ſuperbi quiq;, & ſecularibus nego
cijs ſe implicantes, & ſeculum adamantes: milita
re Chriſto deſpiciunt. Zabulon uero, & Neptha
lim obtulerunt animas ſuas morti. Duces Iſachar
fuerunt cum Debora. Iſti, qui cum Debora fue-
runt Domini bello: illos ſignificant, qui carnem
ſuam in bello tentationum per abſtinentiā cru-
cifigunt. Qui (inquit) aſcenditis ſuper nitentes Paulo an
aſinos, qui ambulatis in uie, & ſedetis in iudicio, te.
loquimini. Qui ſunt nitentes aſini: niſi corpora
caſta? Aſini, per illam, quam exhibent ſpiritui, ſub
iectionem nitentes, per caſtitatem. Via deſignat
Chriſtum. Iudicium autem: diſcretionem boni
& mali. Vos igitur, qui aſcenditis ſuper nitētes
aſinos .i. qui corpora caſta cuſtoditis, qui ambu-
latis in uia .i. qui in Chriſto recte uiuitis, & ſede
tis in iudicio .i. qui uerum a falſo, bonum a malo
diſcernitis, loquimini. Quid loquimini? Iuſtitiā Pſal. 49.
inquit. Peccatori nanque dixit Deus: quare tu Paulo
enarras iuſtitias meas? Pugnauerunt reges iuxta poſt.
aquas, & tamen nil tulerūt prædantes. Reges ad
aquam pugnant: cum dæmones, ſanctos inuigi-
lantes lectionibus, & meditationibus ſacræ ſcri-
pturæ tentant. Qui prędantes nil ferunt: quia ui-
cti & confuſi deſcedunt. De cælo quoque contra
eos dimicatur: dum ſanctis auxilium, in tentatio
nibus diuinitus præbetur contra dæmones. Stellę
etiam contra Siſaram pugnant, dum ſancti ange
li cælitus miſſi nobis in auxilium, diabolum ſu-
perant. Benedicta Iahel, id eſt, ſancta eccleſia, in-
ter mulieres .i. inter alias nationes, benedictio-
ne cęleſti in Chriſto. Aquam petenti, lac dedit.
Aquam diabolus petit, quando doctrinam hære
ticam, & ſecularem ſapientiam a calore fidei fri
gidam, proferri, & diſſeminari concupiſcit. Sed
eccleſia ſancta lac tribuit, quia ſimplicem doctri
nam prædicare non deſinit. ¶ Debora igitur. pro
phetia. Barach, populus Iudaicus. Siſara, diabo
lus. Iahel, ſancta eccleſia.

### *Senſus allegoricus de Area. Cap. XI.*

SOlent doctores in figura, per aream P
Gedeonis, accipere mundum, & Iudic. 6.
per uellus, beatam Mariam: per ro-
rem, gratiam. Vellus nanque rore
profuſum eſt, quando beata uirgo
Chriſtum concepit. Et deinde area: quando ſan-
cta eccleſia, quæ per mundum diffuſa eſt, in ip-
ſum credidit.

*Senſus moralis de Area. Cap. XII.*

Q POſſumus & ſecũdum moralẽ ſenſuũ
per Aream, in qua Gedeon triticũ
uirga purgabat, ſignificare latitudi
nem cordis: per uirgam, rectitudi-
nem diſcretionis: per triticum, uir
tutes: per paleas, uitia. Virga nanque in area triti
cum purgamus: quando in corde noſtro, uitia a
uirtutibus uirtute diſcretionis ſeparamus. ¶ Ge-
deon itaque in hoc caſu, quiſque fidelis eſt: area,
cor: triticum, uirtutes: uirga, diſcretio: pa-
lea, uitia.

*De Gedeone, & bello Madianitarum.*
*Cap. XIII.*

GEdeon, ſignificat Chriſtum. Madia-
R nitæ, ſignificãt dæmones, uitia, pra-
Iudic. 7. uos homines, Trecenti uero, qui cũ
Gedeone pugnauerũt uiri: Apoſto
los ſignificãt, & Apoſtolorum ſuc
ceſſores, eccleſię doctores, & rectores, & omnes
electos, fide ſanctæ Trinitatis ſignatos. Qui bene
aquam non flexo poplite bibunt: quia dum ſcië
tiam ſcripturarum hauriunt, ſtatum ſuæ rectitu-
dinis ad ima non reflectunt. Illi nanque dũ aquã
bibunt, genu flectunt: qui & ſcripturas ſcrutan-
tur, & ad terrenorum cupiditatem deformiter
inclinantur, uel incuruantur. Sancti etiam in ma
nibus tubas tenent, & lagenas cum lampadibus.
Tubæ deſignant ſonum prædicationis, & lagenę
fragilitatem corporum. Lampades, ſplendorem
miraculorum. Sancti tubis ſonant: quia eloquia
diuina inceſſanter prædicant. Lagenas tenent in
manibus, & frangunt: quia corpora ſua & abſti-
nentię, & laboribus, & morti, pro Chriſto liben-
ter ſupponunt. Lampades tenent: quia miraculis
longe lateque refulgent. His omnibus ſancti præ
diti, & dæmones territi uincuntur, & ſancti ui-
ctores efficiuntur.

*De Gedeone, & uxoribus eius, & filijs.*
*Cap. XIIII.*

S GEdeon ſicut in præcedenti figura di
Iud. 8. ximus, ſignificat Chriſtum. Multæ
Gedeonis uxores: multæ eccleſiæ
ſunt, uel multæ nationes, Chriſto
per fidem adhærentes. filij Gedeo-
nis: ſunt ſinguli Chriſtiani. Concubina, de qua
genuit Abimelech, ſynagogam deſignat, Quæ ideõ
concubina, quia peccatrix. Abimelech, ſignificat
Iud. 9. Antichriſtum. Qui congregatis perditis nationi
bus, ſicut Abimelech trucidauit fratres ſuos, ſic
& Antichriſtus perſequetur ſeruos Dei Chriſtia-
nos, Ioathan minimus, qui ex omnibus fratribus
ſuis ſolus euaſit, & montem benedictionis aſcen
dit: exprimit eos, qui aſcendunt per gratiam mõ
tem uitæ ſpiritualis, & ſic euadunt culpam dam-
nationis. Videamus etiam parabolam Ioathan:
Ibidem. contra uiros Sichem prolatam. Iuerunt, inquit,
ligna ſyluarum, ut ungerent ſuper ſe regem &c. Y
Quid per ligna ſyluarum accipimus: niſi natio-
nes quaslibet infructuoſas, & homines in pecca- X
tis poſitos, & inueteratos, & ęternis incendijs pa-
ratos? Oleum ſignificat miſericordiam: quia ſi-
cut oleum excellit cunctos liquores: ita miſericor
dia cunctas uirtutes. Et ſolemus patri miſericor-
diam aſſignare, ſicut ipſum benedicentes dici- 2.Cor. 1
mus. Benedictus Deus & Pater Domini noſtri Ie
ſu Chriſti, pater miſericordiarum. Per oleum er
go uel oliuam: non inconuenienter exprimitur
pater. Per uitem deſignatur Filius, qui dixit. Ego
ſum uitis. Per ficum uero, quæ ſuauem & dulcẽ Ioã. 15.
habet fructũ, figuratur Spiritus ſanctus: de quo
ſcriptum eſt. Quàm ſuauis Domine Spiritus tuus Sap. 12.
in nobis? Et ſapiẽtia, ſpiritus meus ſuper mel dul- Eccl. 24.
cis. ¶ Ad oliuam igitur, uitem, & ficum ligna ſyl- T
ueſtria ueniunt, & regem quærunt: dum infru-
ctuoſi quique, Patri, & Filio, & Spiritui ſancto la
bijs doloſis dicunt. Domine, Domine. Sed oliua,
uitis, ficus, regnum ſylueſtrium lignorũ reſpuũt,
quia Pater, & filius, & ſpiritus ſanctus; homines
prauos; & infructuoſos (niſi fructuoſi fiant) in fi-
lios regni non aſſumunt. Non enim omnis (ait) q
dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum Matt. 7.
cælorum: ſed qui facit uoluntatem patris mei, q
in cælis eſt. Sicut uiri Sichem, Abimelech: ita li-
gna ſyluarum rhamnum in regem accipiunt, qa
iniqui principatui Antichriſti ſe ſubmittent. Sed
ſicut illa alterutro igne deuorantur: ſic iſti com-
muni culpa condemnantur. Poſſumus quoque
per oleum, uel oliuam ſignificare fidelem, excel-
lentem miſericordię uirtute. Per uitem, quemli-
bet eximium uirtute ſapientiæ. Per ficum, alium
præpollentem gratiam dulcedinis internæ. Li-
gna itaque ad oliuam, uitem, ficum, ut ex ipſis re
gem accipiant ueniunt, cum quælibet infructuo
ſæ congregationes, aliquem uirum miſericordẽ,
uel ſapientem, uel dulcem, in prælatum ſibi re
quirunt. Sed oliua, uitis, ficus, regimen tale re
ſpuunt, quia electi quique per prauorum maliciã
ſi in regimine eorum conſtituantur, proprio ſe
fructu priuari, & illis nihil ꝓdeſſe pertimeſcũt.
Deinde ligna rhamnum ſupra ſe regem leuant:
cum iniqui, alium iniquum ſpinis peccatorum
obſitum, in rectorem expoſtulant. Illi quoque æ
terno igne deuorantur: dum peruerſi ſubiecti, &
peruerſus eorum prælatus, alterutro furore, &
iracundia conturbantur.

*De Iephte. Cap. XV.*

IEphte quoque ſicut (doctores expo- V
nunt) ſignificat Chriſtum. Sicut nã Iud. 11.
que Iephte a fratribus eiectus acce
pit principatũ: ſic Chriſtus a Iudæis
refutatus, accepit principatum ſup
populum fidelium. Sicut Iephte liberauit popu-
lum de manu filiorum Ammon: ſic Chriſtus ele
ctos de ſeruitute dæmonum. Iephte per uictoriã
ſacrificauit filiam, & carnem ſuam Chriſtus im-
molauit.

*De Samſone. Cap. XVI.*

X Ind. 13. & ſequẽtibus. SAmſoo ſignificat Chriſtum. Per angelum ounciata eſt natiuitas Samſoois, & per angelum annunciata eſt natiuitas Saluatoris. Samſon leonem interfecit: & Chriſtus diabolum occidit. Samſon de ſaucibus leonis extraxit fauum, & Chriſtus de faucibus diaboli, genus humanum. Cera, cor. Mel, ſpiritus. Samſon duxit uxorem alienigenam, & Chriſtus gentilem eccleſiam. Samſon ſtrauit Allophilos, & Chriſtus ſtrauit ſpirituales, & corporales ioimicos. Samſon aſportans portas Gazæ, aſcendit montis ſupercilium, & Chriſtus fractis portis inferoi, aſcendit in cælum. Samſon plures hoſtium proſtrauit moriens, quam ante ſecerat uiuens, & Chriſtus plures moriendo, quàm uiuęodo.

*Moralitas de eodem. Cap. XVII.*

Y SEcundum ſenſum tropologicum: Sáſom ſignificat quemliber fidelem, in fide fortem: qui leonem interficit, dũ diabolum ioterficit, uel uincit: fauum e faucibus leonis extrahitdum ſe oel alium a ſubiectiooe diaboli eruit. Allophilos ꝓſternit: dum de ſe uitia ſpiritualia, & carnalia expellit. Sed iſte talis, ac tantus, aliqñ uincitur, & molere compellitur: dum uidelicet tentationibus ſuperatus, & ſpirito & corpore affligitur. Sed recreſcentibus roboratus crinibus, plures hoſtium quàm ante interficit, quia doois gratiæ iterum confortatus, ad maiorem triumphum etiam poſt lapſum, & in fine pertingit.

*De Ruth. Cap. XVIII.*

Z TErra Moab ſignificat gentilitatem. Ruth, eccleſiá gẽtilem. terra Iſrael, conuerſationem ſpiritualem. propinquus, qui Ruth non accipit, Ioánẽ baptiſti. Booz, Chriſtum. Ager, mundum. Segetes, homines. Meſſores, angelos. Sic igitur ænigmatibus multis, & figuris: in ueteri teſtamento, præſignatum eſt myſterium humanæ redemptionis.

---

*Præfatio in Librum Quintum.*

IN prædictis de lib. Ioſue, & libro Iudicum. quędam ſecundum ſanctorum dicta patrum, quædam ſecundum ſenſum noſtrum elucidauimus. In ſequeotibus uero manum ad librum Regum uertimus, & in ipſo ſimiliter quædam ſecundum ingeniolum noſtrũ, quædam ſecundum uerba ſanctorum patrum exponemus.

## *ALLEGORIARVM, QVÆ ſunt in Primum Regum, Lib. V.*

*De Helcana, & uxoribus eius: Cap. Primum.*

FVit uir unꝰ ð Ramatha Sophim ð mõte Ephraim, & nomen eius Helcana &c. Helcana interpretatur Dei poſſeſſio, quæ ẽ filius Dei dicens: Dominus poſſedit me. Qui bene dicitur, uir unus non numero, ſed quia nunquàm mutatur, nec de ſe alter efficitur. De Ramatha Sophim, quæ dicitur excelſa eorum, id eſt, ſpecula, hoc eſt ſuperna Hieruſalem, de qua ueniens ſpeculationem docuit, & morte ſua poſſidere fecit. Ieroboam, miſericors. Eliu, Deus meus eius. Suph, ſundens: qa miſericordia ad nos ueniẽs, in paſſione ait: Deus meus. ubi ſemetipſum exinaniens effudit. Vnde eſ ſuſum unguentum nomen tuum. Effuſum a ſuis inuiſibilibus, ad noſtra uiſibilia. Ephrathæus, frugifer, quòd donis Spiritus ſancti abundat. Et habuit duas uxores, Annam & Phenennam. Phenẽna, eſt ſynagoga, quæ fœcunda primo, Deo filios generabat per legem, ſed iam propter infidelitatem infœcunda manet. Anna ſterilis, eccléſia gentium, quæ olim ſterilis a patre ſpirituali, nunc gratia Chriſti redempta parit prolem Deo. Anna, quæ interpretatur gratia: Deo filios per baptiſmum genuit, & per Spiritum ſanctum. Phenennæ, id eſt, ſynagogæ, & filijs dedit partes, id eſt, temporalia bona, iuxta illud, dedit illis regiones gentium. Et quia primum credita ſunt illis eloquia Dei, Annæ, Ideſt, eccleſiæ gentium, dedit partem unã, ſcilicet ingenium. Vnde abijt triſtis, quia concluſerat Dominus uuluam eius: nondũ uenerat tempus miſerendi eius, ut ſpirituali gratia fœcundaretur. Sicut Phenenna Annam, ita ſynagoga gentilitatem deſpiciebat. Multi ex gentibus Redemptoris aduẽtum (ut in Iob reperitur) expectauerunt. Et quia in prece perſeuerauerũt: tandem, Redemptor flenti, & non capienti cibũ Annę, cõſolationem adhibuit. Anna cur fles? &c. Nunquid non ego melior tibi ſum, quàm decẽ filij? &c. Melior eſt eccleſię uir ſuus, id eſt, Chriſtus, quàm decem filij, quos Deos ſynagoga edebat. Vultuſque eius non eſt amplius in diuerſa mutatus. Nequaquàm enim eccleſia a fide, & dilectione Redemptoris aliquando in diuerſa declinando mutata eſt,

A
1. Reg. 1
Prou. 8.
Cant. 1.
B
Pſal. 104.

*Moralitas de eodem. Cap. II.*

C Moralit. HElcana; Dei poſſeſſio interpretatur: qui animi uirtute uir dicitur. Et unus, non mobilis, non uagabundus, ſed firmus, & iconfuſus. Omnes etiam cõpetẽter unus dicitur, unam ſapientiam habentes: qui unum Ieſum

Chriſtum

Chriſtum confitentur,uno ſpiritu Dei replētur.
Vnde inſipiens ſicut luna mutatur. Vnus autem
Eccl.27. Deus dicitur non numero,ſed quia nō mutatur,
Pſal.101 unde ſcribitur. Tu autem idem ipſe es, & anni
1.Cor.9 tui non deficient.Vnde & Apoſtolus,Omnes qui
dem currunt, ſed unus accipit brauium. Vnuſ
quiſque inſipientium non eſt unus: ſed multi.
Helcana i prædicator, quem Dominus poſſidet.
Phenenna & Anna:actiua & contemplatiua uita.
Phenenna fœcunda in filijs,& filiabus:actiua for
tia gignens opera,& infirma. Phenenna interpre
tatur conuerſio:quia actiua ad actiones, quibus
proſit proximis,neceſſe eſt ut ſollicite conuerta-
tur. Actiua enim uita eſt panem doctrinæ eſuriē-
ti tribuere, errantem corrigere, ad humilitatis
uiam ſuperbum reuocare,infirmantis curam ge-
rere,quæ ſingulis expediant diſpenſare.Anna in-
terpretatur gratia: quia contemplatio habetur
per gratiam.Hęc eſt ſterilis:quia cum eam prout
eſt nullus penetrare ualeat,nullus quod in ea ſen
tit prędicare ſufficiat, contingit ut eā prędicādo
nemo plures filios gignat.Conteplatiua,eſt chari
tatem Dei & proximi mente retinere, ab exterio
re actione quieſcere, ſoli deſiderio Cōditori in-
hærere,ut nil iā d exterioribus agere libeat. Qui
uult effici poſſeſſio Dei, has duas ducat uxores:
actiuam prius,& contemplatiuā deinceps.Præci
pue doctor ex amplexibus Phenennæ tranſeat ad
amplexus Annæ.utrique partes tribuat: uirtut i-
bus uirtutes ſubnectens.

*De Anna, & Samuele. Cap. III.*

D ET factum eſt poſt circulum dierum:
1.Reg.1 concepit Anna, & peperit filium,
uocauitque nomen eius Samuel:
eo quòd a Domino poſtulaſſet eū.
Quia Anna ante Dominum deuo-
te poſtulauit,concepit,& peperit.Eccleſia per na
turalem intellectum orans, myſterium incarna-
tionis concepit corde,ore confeſſionis genuit Sa
muel nomen eius nominatus Deo,uel poſtulatus
a Deo,Annæ primogenitus, propheta. Quis eſt
hic, niſi Deus homo?Sed & hoc, quòd Anna re-
manſit, & cum uiro non aſcendit donec ablacta
retur puer:nobis inſinuat, quòd eccleſia nullum
ad ſacerdotium prouehit, dum lactis infantiæ
perticeps eſt,non ſolidi cibi, & intelligentiæ ſpi
ritualis.Canticum Annæ poſt conceptionem, &
natiuitatem Samuelis:ſignificat gratiarum actio
nem ſanctæ eccleſiæ, ſiue pro incarnatione redē-
ptoris noſtri, ſiue pro conuerſione, & perfecta
iuſtificatione cuiuſlibet peccatoris.

*De Ophni, & Phinees filijs Heli. Cap. IIII.*

OPhni diſcalciatus uel inſania conuer
E ſionis, Phinees os mutum: ſcribas,
1.Reg.2 & phariſæos ſignificant. Qui filij
Heli dicuntur:quia Heli typum te-
net ſacerdotij. Ipſi quia non recepe
runt,quod lex & prophetæ prędixerunt: ad inſa-
niam infidelitatis conuerſi,os mutum metuerūt
habere a confeſſione Chriſti, & quia noluerunt
ſuſcitare ſemen fidei Chriſto defuncto fratri;
meruerunt diſcalciari,& eſſe extra ſortem eorū,
de quibus dicitur.Calceati pedes in præparatio- Ephe.6.
nem euangelij pacis. Et quia conati ſunt nomen
ſponſi ſibi,nō Chriſto uendicare eccleſiam uſur-
pando:nudi remanſerunt, ab omni dignitate di-
ſcalciati, ab exemplis patriarcharum & prophe-
tarum.Vnde Sylo(ubi ſacerdotes fuerunt)inter-
pretatur diuiſio,uel eius dimiſſio,& petitio:quia
petierunt a Pilato, ut dimitteret eis Barrabam.
Merito ergo dimiſſi ſunt, & ab omnipotenti
Deo derelicti.

*De Heli & filijs eius rurſum. Cap. V.*

HEli,interpretatur extraneus.A Deo F
enim alienus eſt,qui ſubditos non 1.Reg.2
corrigit.Ophni,inſania conuerſio-
nis.Merito ſic uocatur:quia differt
mutari in melius.Phinees,oris ob-
duratio,uel ori parens. duos Phinees ſacerdotes
legimus:alterum iuſtum,filium Eleazari,alterum
iniuſtum filiū Heli. Sunt autem in ſacerdotibus
hodie,qui utriuſque typum tenent. Sacerdotes
qui cuſtodiunt os ſuum, ne exeat inde aliquid
prauum,in filio Eleazari figurantur. Qui autem
habent os obduratum,uel imperitia, uel pecca-
torum conſcientia:in filio Heli figurantur.Væ ſa
cerdotibus noſtri temporis,uel noui teſtamenti:
qui ſicut Ophni & Phinees abijciunt uictimam
Domini,qui paternæ, & diuinę correctioni non
obediunt: ſed quotidie ſe peccatis miſerabiliter
inuoluūt,conuerſantes in comeſſatione,& ebrie Rom.13
tate,in cubilibus,& impudicitijs,& in contentio
ne,& æmulatione: quia ſicut illorum culpam ſe-
cuta eſt mors corporalis:ſic & iſtorum uitam(ni
ſi pœniteant)ſequetur mors æterna.

*De caſtris Iſrael, & Philiſtijm. Cap. VI.*

EGreſſus eſt Iſrael obuiam Philiſtijm G
in præliū,& caſtrametatus eſt iuxta 1.Reg.4
lapidem adiutorij.Porro Philiſtijm
uenerunt in Aphec, & inſtruxerūt
aciem contra Iſrael. Inito autem
certamine terga uertit Iſrael Philiſteis, & cecide
runt paſſim per agros, quaſi quatuor millia uiro
rum.Iſrael uir uidens Deum, & fortis cum Deo.
Philiſtijm,cadentes poculo, ſcilicet dæmones:
qui poculo ſuperbiæ inebriati,& ipſi ceciderūt,
& hoīes peruertere feſtinant.Cōtra quos Iſrael,
id eſt,fideles ne cadāt,ſed ſuperēt: caſtrametātur
iuxta lapidem adiutorij.Lapis adiutorij, Chriſt'
eſt,de quo ſcriptū eſt. Lapidem quem reproba
uerūt ædificantes:hic factus eſt in caput anguli. Pſal.117.
Iuxta quem fideles,ut eum inueniāt adiutorem,
caſtrametantur: dum in lege Domini meditan
tur. Sed Philiſtiim ueniunt in Aphec. i. furorem
nouum: quia dū fideles diuinis legibus amplius
inſiſtere proſpiciunt,immundi ſpiritus, acriora
& noua certamina conſtituunt. Vnde eos, hoc
eſt,

eſt, fideles non in Domino, ſed in ſuis uiribus con
fidentes, & in humana ſapientia gloriantes, ac p
hoc gratiam euangelij contemnentes: quaſi qua-
tuor millia facile proſternuntur.

*De arca Dei, & filijs Heli mortuis. Cap. VII.*

H
1.Reg.4 ARca Dei capta eſt: duo quoque filij
Heli mortui ſunt, Ophni, & Phi-
nees. Arca ab alienigenis capta, te-
ſtamentum ad gentes tranſiturum
ſignificat. Moritur Heli, moriuntur
& filij eius, quia deficit pontificatus, cum ſacerdo
tio ueteri. Nurus autem eius, uxor Phinees præ-
gnans erat: uicinaque partui. Et audito nuncio,
quòd capta eſſet arca Dei, & mortuus eſſet ſocer
ſuus: incuruauit ſe, & peperit, & mortua eſt. V-
xor ſacerdotis non ante interiit, quàm uiuum pe
perit: nec ſynagoga ex toto interijt, antequam ec
cleſia primitiua, quæ ex ipſa erat, credidit. Ne ti-
meas quia filium peperiſti. Credentes ſynagogã
conſolantur: ſed deſperans minime animaduer-
tit, nec ſobolem nouam deputat gloriæ, ſed igno-
miniæ. unde ſequitur. Et uocauit puerum Icha-
bod. Ichabod iden appellatus eſt puer (ſicut dicit
Ioſephus) quod nomen deſignat inglorium, quia
Matt.21 tranſlata eſt gloria ab Iſrael, capta arca: Vnde au-
feretur a uobis regnum Dei, & dabitur genti faciẽ
ti fructus eius.

*De Arca Dei, & Dagon. Cap. VIII.*

PHiliſtijm tulerunt arcã Dei & aſpor-
I tauerunt eam in Azotum. Azotus
1.Reg.5 interpretatur ignis patris, uel incen
dium. Bene ſic uocatur locus, ubi
erat idolum Dagon: quia aduentus
arcę Dei in Azotum: erat incendium diaboli pa-
tris omnium iniquorum. Dagon, qui interpreta-
tus piſcis triſtitię: ſignificat diabolum, qui in ma
ri huius ſeculi deuorat peccatores, qui & in Iob
Iob.40 Leuiathan. & Behemoth nuncupatur. Caput Da-
gon, & duę palmę manuum eius abciſſę erat ſu-
per limen. Caput Dagon ſignificat ſuperbiam
diaboli: a quo initium peccati fuit: quia per om-
nem orbem terrarum idololatriam conſtituit.
Duę palmę: operationem idololatrię. limen: fi-
nem impię culturę.
B

*De Aggrauatione manus Domini ſuper Azotios.*
*Cap. IX.*

AGgrauata eſt manus Domini ſuper
K Azotios, & demolitus eſt eos: & per
1.Reg.5 cuſſit in ſecretiori parte natium A-
zotum, & fines eius. Qui teſtamen-
tum Dei ſuſcipiunt, & poſteriora
Philip.3 huius uitę diligunt: quę debent ęſtimare ſicut
ſtercora, ex ipſis iuſte in poſteriora cruciabantur.
Qui enim teſtamentum Dei aſſumunt, & in poſte
riora reſpicientes, ueteri uanitate non ſe exuũt:
ſimiles ſunt eis, qui arcam Dei captiuam iuxta ido
la ſua poſuerunt. Et uetera quidem illis etiam no
lentibus cadunt: quia omnis caro fœnum, & clari Eſa.40
tas hominis ut flos agri. Aruit fœnum, & cecidit
flos. Arca autem Domini, ſecretum ſcilicet teſta-
mentum regni cęlorum, ubi eſt ſempiternũ Dei
uerbum: manet in æternum. Quinque autem L
ani aurei, & quinque mures, quos fecerunt Phili-
ſtijm poſt plagam ſuam, & attulerunt ad arcam:
ſignificant quòd carnales quinque ſenſibus cor-
poris dediti, cum a Domino fuerint correpti ſce-
lera ſua cognoſcentes, iuſte ſe percuſſos eſſe confi
tentur: & licet coacti, in melius commutantur.
Quod bene ſignificant quinque ciuitates Philiſti
norum: Azotus, Gaza, Aſcalon, Geth, Accharon: il
los ſcilicet exprimentes, qui exterioris hominis a-
ctus ſequuntur. Azotus interpretatur ignis patris
uel incendium. Gaza, fortitudo. Aſcalon, ignis in-
famis aut ignis ignobilis. Geth, torcular. Accha-
ron, eruditio triſtitiæ, uel ſterilitatis. Omnis .n.
concupiſcentia infamis, atque ignobilis, per dia-
bolum inflammata, atque per contrarias fortitu-
dines inſtigata: & quaſi per torcular nequitię ex-
preſſa, uinum profundit amaritudinis in doctri-
na praua, & in operatione peruerſa. Vnde neceſſe
eſt ut tendat ad mortem: ubi eſt triſtitia ſempiter
na, & ſterilitas perpetua. Fuit arca Domini in re
gione Philiſtinorum ſeptem menſibus. Septena-
rius ſignificat uniuerſitatem temporum: quę di-
ſcurrunt ſeptenario numero dierum. & ſignificat
Dei teſtamentum usque ad conſummationem ſe
culi in gentibus permanſurum.

*De duabus uaccis, quæ reportauerunt Arcam.*
*Cap. X.*

TOllentes duas uaccas iunxerunt ad M
plauſtrum, uituloſque earum reclu- 1.Reg.6
ſerunt domi: & poſuerunt arcam
Dei ſuper plauſtrum. Ibant autem
uaccæ in directum per uiam, quæ
ducit Bethſames: & itinere uno gradiebantur,
pergentes, & mugientes: & non declinabant neq;
ad dextram neque ad ſiniſtram. Bethſames: inter-
pretatur domus ſolis. Si igitur ad æterni ſolis ha-
bitationem tendimus: ab itinere Dei pro carnali
bus affectibus non declinemus. Penſandum eſt
autem, quòd uaccæ, quæ ſub arca Dei plauſtro reli
gantur, pergunt, & gemunt: non tamen ab itine-
re greſſus flectunt. Sic prædicatores Dei, & quili-
bet fideles intra eccleſiam eſſe debẽt: ut proximis
compatiantur per charitatem, nec de uia Dei exor
bitent per compaſſionem. Arca Dei ſuperpoſita,
Bethſames pergere: eſt cum ſuperna ſcientia ad
internæ lucis habitaculum propinquare. Quod
uere facimus: cum pro affectu propinquorum nõ
declinamus. Sic .n. incedere debẽt: qui ſacræ legis
iugo ſuppoſiti per internam ſcientiam arcam Dei
portant. Quatenus per hoc, ꝙ propinquorum ne-
ceſſitatibus condolent: a cœpto rectitudinis itine
re non declinent. Quorum nimirum gratia men-
tem noſtram tenere debet, ſed reflectere non de-
bet: ne hæc eadem mens, aut ſi affectu non tangi-
tur, dura ſit, aut plus tacta, ſit in fletu remiſſa.

Quod

*Quòd filij Iſrael poſtulauerunt regem. Cap. XI.*

N 1.Reg.8 COngregati maiores natu de Iſrael uenerũt ad Samuelem in Ramatha: dixeruntque ei. Ecce tu ſenuiſti, & filii tui non ambulant in uiis tuis: cõſtitue nobis regem, ut iudicet nos, 1.Reg.9 ſicut & uniuerſæ habent nationes. ¶ Et erat uir de Beniamin nomine Cis: filius Abiel filii Seor, filij Bechorath filii Sareth, filii Aphia, filii uir Iemini, fortis robore. Et erat ei fili⁹ uocabulo Saul. Perierãt aſinæ Cis patris Saul: & dixit Cis ad Saul filiũ ſuũ. Tolle tecũ unũ de pueris: & cõſurgens uade, & quære aſinas. Et q̃ſiuit & uenit ad Samuelẽ, & introduxit eũ Samuel in tricliniũ: & dedit ei locũ inter eos, qui fuerãt inuitati ad prãdiũ. Et 1.Re.10 tulit Samuel lenticulã olei: & unxit eum in regẽ. Saul, qui offenſo Deo factus eſt rex ſuper Iſrael: Iudęos ſignificat. Sicut. n. ipſe durus, & ſuperb⁹, & rigidus effectus ẽ, ut eos ſeruili onere magis p̃meret, q̃ liberaret: ſic populus Iudæorũ q̃uis unctus in ſacerdotibus, & regibus: tñ (quia ancillæ filius erat, q̃ in ſeruitutẽ generabat) nunq̃ perfectã libertatẽ per ipſam unctionẽ cõſequi potuit: p̃cipue q̃a regẽ Chriſtũ manſuetũ, & humilem recipere noluit, per cuius dominationẽ potuit liberari. Saul petitio interpretatur, qui fuit de ſtirpe Beniamin: hac generationis ſerie. Filius Cis, fi-
O lii Abiel, filii Seor, filii Bechorath. Et hæc noĩa bene exprimũt typũ Iudæorũ. Beniamin quidẽ interpretatur filius dexteræ. Cis durus, uomitus
*Nuabile.* uiri, uel uomẽs uir. Abiel: pater me⁹ Deus. Seor: paruulus, ſiue turbulentus. Bechorath: primogenitus filius. Iſrael ergo, qui fuit primogenitus Dei, & pater eius Deus, fuit filius dexteræ: quia ſæpe per auxiliũ Dei cõfortatus, hoſtibus ſuis p̃ualuit. Sed quia ſæper ingratus extitit beneficiorũ Dei, & duræ ceruicis, in blaſphemiam erupit: de magno paruulus, & de placido turbulentus effectus eſt. Quòd Saul aſinas patris ſui quærit: ſignificat, q̃ Iudæi ſtultitiã carnalis ſenſus ſequẽtes, p̃ errores deuios luxũ mũdi quærũt. Aſinus. n. brutum, & luxurioſum animal eſt. Qui ad prophetam uenientes, id eſt, ad Moyſen, audierunt inuẽtas eſſe aſinas, id eſt, bona terræ ſe comeſturos eſſe didicerunt: a quo eis & unctionis oleum, & regni gubernaculum promittitur: in quibus ad tempus fratres ſuos de manu hoſtium ſuorum eriperent. Qui Samuel Saulem in excelſum ducit, & ibi illi refectionem tribuit: ſignificat Moyſen, & prophetas populum Hebræorum doctrinis ſuis ad altiora prouocantes: ut ſcientia ſpirituali refectus, in culmine uirtutum conſiſtat, nec relabatur ad uitia. Tulit Samuel lenticulam olei. Lenticula: uas fictile quadrangulum habens foramen, per quod fragilitas regni deſignatur.

*Item de Saul. Cap. XII.*

P SEcundum aliã figurã Saul ſignificat Chriſtum. Saul aſinas patris quærens, in regem aſſumptus eſt, & Saluator a patre miſſus ad oues, quæ perierant domus Iſrael, ſuper cunctum populũ in regẽ conſtitutus eſt. Hoc. n. ſignificãt aſinæ, q̃d oues. Saul a Samuele eſt unctus, & unigenitus a patre ſpirituali unctione delibutus. Ab humero Saul ſupereminebat, quia caput noſtrum ſuper nos eſt Chriſtus.

*De Naas rege Ammonitarum, & de Iabe Galaad. Cap. XIII.*

AScendit Naas Ammonites, & pugnare cœpit aduerſus Iabes, Galaad. dixeruntque omnes uiri Iabes Galaad ad Naas. Habe nos fœderatos, & ſeruiemus tibi. Et reſpõ- Q 1.Re.11
dit ad eos Naas Ammonites. In hoc feriam nobiſcum pactum, ut eruam omnium ueſtrum oculos dextros. Bellum Naas, & exercitus eius contra Iſrael, ſignificat bellum diaboli, & hæreticorum contra eccleſiam. Naas, interpretatur ſerpens. Ammon, comprimẽs, uel anguſtans, uel populus mœroris. Iabes exiccata Galaad, aceruus teſtimonii. Naas ergo ſignificat ſerpentem antiquum, qui eſt princeps Ammonitarum id eſt, hæreticorum, qui bene populus mœroris dicitur: quoniam gaudium Spiritus ſancti non habent. Qui diſponit fœdus cum populo eccleſię, ut eruat omnium oculos dextros. & uiſum ſanæ & orthodoxæ fidei auferat. Sic enim uult eos habere fœderatos, ut ſiniſtrum oculum habentes, ea tantum, quæ praua ſunt, & ad ſiniſtram pertinentia, ſentiant. Sed mens fidelium ex ſiccata ab omnibus ſordibus uitiorũ, aceruum teſtimonii, id eſt, ſentẽtias ſacræ ſcripturæ congerit: quibus uiriliter reſiſtat hoſtibus. Et Saul in tribus millibus Naas & exercitum eius uincit, dum Chriſtus per fideles Doctores fide Trinitatis inſignes uerſutias diaboli & hæreticorum fugat, & de eccleſiæ foribus expellit. Percutit eos a uigilia matutina uſque dum incaleſceret ſol, id eſt, a principio fidei clareſcentis, uſque ad feruorem perfectæ dilectionis.

*De tribus millibus electis a Saule. Cap. XIIII.*

ELegit ſibi Saul tria millia hominũ de Iſrael, & erant cum Saule duo R
millia in Machmas, & in monte 1.Re.13
Bethel, mille autẽ cum Ionatha in Gabaa Beniamin. Porro cæterum populũ remiſit, unumquemq; in tabernacula ſua. Et percuſſit Ionathas ſtationem Philiſtinorum. Bene tria millia Iſraelitarũ electa ſunt ad pugnãdũ contra Philiſtæos, hi. n. ſolũmodo apti ſunt ad pugnãdum contra hoſtes eccleſiæ, qui habent perfectam fidem Trinitatis, in qua ſuperiores hoſtibus poſſunt reſiſtere. Cæterum populum in ſuam ſtationem, id eſt in tabernacula remittit, cum Chriſtus cæteras nationes in peccatis relinquit. Et populus, qui erat cum Saule afflictus erat, & deſcenderunt Hebræi in caſtra Philiſtinorum, & alii abſconditi ſunt in ſpeluncis, & uniuerſus populus, qui erat cum Saule perterritus eſt. Philiſtæi ſunt hæretici, qui pari conſenſu aduerſus eccle-

cleſiam conſpirantes,eam depopulari conantur:
quibus alii adunata ſi le ſociaoiur:alii dum fidem
palã cõfiteri metuũt,quaſi in cauernis latẽt.Variæ
ſectæ uno impietatis uiculo colligatæ, ad decipiẽ
dũ diſcurrũt,Eqtes ſunt potẽtia tũidi,q hæreticos
iuuant.Vulgus ſicut arena:multitudo, hæreticorũ
perſuaſione congregata.Viri cum Saule remanen
tes,catholici Chriſto firmiter adhærentes.

*De eo quòd non inueniebatur faber ferrarius in terra Iſrael. Cap. XV.*

S
1.Re.13 FAber ferrarius non inueniebatur in
omni terra Iſrael. Cauerant enim
Philiſtiim,ne forte facerent Hebręi
gladium aut lanceam.Diabolus nã
que per paganos,per hæreticos,per
falſos chriſtianos: ſtudet prohibere, ne ſint Do-
ctores in eccleſia,qui ſpiritualia arma faciant, &
nobis ad pugnandum tribuant.Pagani enim pro-
hibuerunt, ne Chriſtiani liberalibus artibus im
buerentur: hæretici quoque perſuaſerunt prin-
cipibus, ut catholici eccleſiæ defenſores in e-
xilium pellerentur, ut plebem deſolatam faci-
lius ſeducerent. Nunc quoque idem hoſtis anti
quus, ſimili modo in pace eccleſiæ, qui populis
præſunt, quoſcunque poteſt ab inſtantia erudi-
tionis aduertere nititur: ne ſubditis dona uerita
tis impendãt, quatenus illos incautos facilius de
Sap. 2. cipere poſſit.Per inuidiã.n. diaboli mors intrauit
in orbẽ terrarũ.Imitãtur aũt eũ,qui ſunt ex parte
eius. Vnde & duplici reatu diabolus cõſtringitur
ſupbia,qua cecidit:inuidia,qua alios deijcere con
tẽdit.Philiſtijm autẽ,duplex ruina interpretatur.
Heb. 13. Hebræi,tranſeuntes:non.n. habemus hic manen
tem ciuitatem, ſed futuram inquirimus.

*De Ionatha, & armigero eius. Cap. XVI.*

T
1.Re.14 DIxit Ionathas ad adoleſcentem ar-
migerum ſuum ueni, tranſeamus
ad ſtationem Philiſtinorum. Erant
autem inter aſcenſus,per quos nite
batur Ionathas tranſire ad ſtatio-
nem Philiſtinorum, eminentes petræ ex utraq;
parte, & quaſi in modum dentiũ ſcopuli hincin
de prærupti. Ionathas, columbæ donum inter
pretatur: ij ſunt, qui dono ſpiritus ſancti re-
plentur, per quos Dominus hæreticorum con
uentus diſſipat,atque in fugam uertit. Armiger
eius ſpirituales diſcipuli:qui non planam, ſed ar
duam uiam arripiunt, quia ſacerdotes hoſtibus
contraire nequeunt, niſi per arctam uiam gra-
dientes, inter utrunque teſtamentum, & inter
ꝓſpera & aduerſa,quaſi inter duos ſcopulos dex-
tra læuaq; incedãt: & ad alta contẽplationis tota
mẽte tẽdãt,Ionathas uero nõ niſi ꝓuocatus ad ho
ſtes trãſit,qa catholici aduerſus hæreticos cõtẽtio
nẽ nõ mouẽt, niſi prius ad certamen prouocẽtur
Ionathas in agro culturæ hoſtes proſternit, &
Doctores in meditatione ſcripturæ hæreticos
uincunt.

*De Ionatha, & melle quod guſtauit. Cap. XVII.*

IOnathas extendit ſummitatem uir- V
gæ, quã tenebat in manu, & intin 1.Re.14
xit in fauum mellis, & conuertit
manum ſuam ad os ſuum, & illu-
minati ſunt oculi eius.Ionathas co-
lumbæ donum,hic eos ſignificat, qui accepta sã-
cti ſpiritus gratia,mundi parant ſpernere illece-
bras. Non enim poteſt contra Allophilos ſpiri-
tuales,id eſt,dęmones uiriliter pugnare,qui mũ-
di dulcedinem nequit declinare. Illuminati ſunt
oculi eius, non ad uidendum, qui ante uidebat,
ſed ad diſcernendum,quia uetitum tetigerat.Tũc
enim caſus ille(ſicut & Adam) fecit illum atten-
tum:reddiditque confuſum.Quo facto,monetur
omnis,qui Deo uult militare: omnes uoluptatũ
illecebras debere contemnere. Mel enim diſtillãt
labia meretricis,id eſt,uoluptas carnalis,delecta- Prou. 5.
ctionem ingerit illicitam. De qua myſtice puta-
tur Ionathas guſtaſſe: & forte deprehenſus, uix
precibus populi liberatus eſt. Vnde patet eum,
qui mundi uoluptate ſuperatur, ſanctorum ſuf-
fragiis,& fraternis orationibus indigere: quia
quanto maiore proteruia contra unanime conſi
lium eccleſiaſticæ regulę refragatus eſt:tanto ma
iore eget auxilio plurimorum, ut qui ſuo merito
ſaluari non poteſt:aliorum deuotis precibus re-
conciliatus,ab inſtanti periculo liberetur. Libe-
rauit ergo Ionatham populus,ut non moreretur.
Multum enim proſunt tranſacta bona. Nam niſi
Ionatham præterita bona iuuiſſent:imminentia
mala non euaſiſſet. Non enim iniuſtus Deus, ut
obliuiſcatur bonorum.

*De reprobatione Saulis. Cap. XVIII.*

X
FActum eſt uerbum Domini ad Sa- 1.Re.15
muelem,dicens.Pœnitet me, quòd
conſtituerim Saul regem.Et ait Sa-
muel ad Saul. Nonne cum paruulꝰ
eſſes in oculis tuis, caput in tribu-
bus Iſrael factus es? Quid per hanc increpatio-
nem, niſi ſuperbia regis elati abijcitur? Quod
quiſque prælatus ad ſuam ſalubriter poterit, &
debet correptionem conuertere. Ac ſi aperte di-
ceretur.Cum tu te paruulum conſpiceres:ego te
prę cæteris magnum feci.Quia uero tu te magnũ
conſpicis,a me paruus exiſtimaris.Quocirca, Da-
uid cum regni ſui potentia coram arca Domi-
ni ſaltãdo deſpiceretur,dixit.Ludã,& uilior fiam,
pluſq̃ factus ſum:& ero humilis in oculis meis.Si
erg o ſancti uiri, cuã cũ fortia agunt de ſemetip
ſis uilia ſentiũt:q̃d in ſui excuſatione dicturi sũt,
q ſine opere uirtutis intumeſcũt? Sed etſi q̃libet
adſint bona opera:nulla sũt,niſi ex humilitate cõ
diãtur.Mirãda qppe actio cũ elatione nõ eleuat, Grego-
ſed grauat.Qui.n.ſine humilitate uirtutes cõgre- rius.
gat, i uentũ puluerẽ portat, & unde aliq̃d ferre
cernitur:inde deterius cæcatur. In cũctis ergo q̃
agimus: radicẽ boni operis humilitatẽ teneamꝰ:
neq; q̃bus iã ſuperiores, ſed q̃bus adhuc inferio
res sũꝰ,aſpiciamꝰ: ut dũ meliorũ nobis exẽpla ꝓ

ponimus

ponimus: ad maiora ſemper aſcendere ex humili
tate ualeamus.

### *De uirtute obedientiæ. Cap. XIX.*

Y NVnquid uult Dominus holocauſta &
1.Re.15 uictimas, & non potius ut obediatur
tur uoci Domini? Quia ad oſtenden
dam uirtutem obedientiæ occaſio
opportuna ſe præbuit: libet hanc
paulo uigilantius, ſolicitiuſque diſcutere, & quan
Grego- ti ſit meriti demonſtrare. Sola nanque uirtus eſt,
rius.25. quæ uirtutes cæteras menti inſerit, inſertaſque cu
mora. ſtodit: unde, & primus homo præceptum, quod
ſeruaret, accepit, cui ſe ſi uellet obediens ſubdere,
ad æternam beatitudinem ſine labore perueni-
ret. Hinc iterum Samuel ait. Melior eſt obedien-
tia quam uictimæ, & auſcultare magis quàm of-
ferre adipem arietum: quoniam quaſi peccatum
ariolandi eſt repugnare, & quaſi ſcelus idolola-
triæ nolle acquieſcere. Obedientia quippe iure
uictimis præponitur, quia per uictimas aliena ca
ro, per obedientiam uero uoluntas propria ma-
ctatur. Tantum igitur quiſque Deum citius pla
cat, quanto ante eius oculos repreſſa arbitrij ſui
ſuperbia gladio præcepti ſe immulat. Quo cõtra,
ariolandi peccatum inobedientia dicitur, ut quã
ta ſit uirtus obedientiæ demonſtretur. Ex aduer-
ſo igitur melius oſtenditur, quid de eius laude ſẽ-
tiatur. Si enim quaſi peccatum ariolandi eſt repu
gnare, & quaſi ſcelus idololatriæ nolle acquieſce-
re, ſola eſt obedientia, quæ fidei meritum poſſi-
det, ſine qua quiſque infidelis conuincitur, etiam
ſi fidelis eſſe uideatur. Hinc per Salomonem in
oſtenſione obedientiæ dicitur. Vir obediens lo-
Prou.21 quitur uictorias. Vir quippe obediens loquitur
Z uictoriã, quia dum alienæ uoci humiliter ſubdi-
mur: noſmetipſos in corde ſuperamus. Sed quia
nonnunquam nobis huius mundi proſpera, non
nunquã uero iubentur aduerſa: ſummopere con
ſiderandum eſt, ꝙ obedientia aliquãdo, ſi de ſuo
aliquid habeat, nulla eſt: aliqñ aũt, ſi de ſuo ali-
quid non habeat, minima. Nã cũ huius mũdi ſuc-
ceſſus præcipitur, cum locus ſuperior imperatur:
is, qui ad percipienda hæc obedit, obedientiæ ſibi
uirtutem euacuat, ſi ad hoc ẽt ex proprio deſide-
rio anhelat. Neq;.n. ſe ſub obedientia dirigit, qui
ad percipienda huius uitæ proſpera, libidini pro-
priæ ambitionis ſeruit. Rurſum cum mundi de-
ſpectus præcipitur, cum probra adipiſci, & contu
meliæ iubentur, niſi hæc & ex ſemetipſo animus
appetat, obediẽtiæ ſibi meritũ minuit, qui ad ea,
ꝙ in hac uita deſpecta ſunt, inuitus nolenſque de-
ſcendit. Ad detrimentum quippe obedientia duci
tur: cum mentem ad ſuſcipienda probra huius ſe
culi, nequaquã ex parte aliqua ẽt ſua uota comitã
tur. Dẽt ergo & obediẽtia in aduerſis ex ſuo aliqd
habere, & rurſum in proſperis ex ſuo aliquid oĩ-
no nõ habere: quatenus & ĩ aduerſis tãto ſit glo-
rioſior, quãto diuino ordini ẽt ex deſiderio arctiꝰ
adiungitur: & in proſperis tãto ſit uilior, quãto a
præſenti ipſa, quã diuinitus percipit, gloria pro-
fundius ex mẽte ſeparatur. Sed hoc uirtutis põdꝰ
melius oſtendimus: ſi cæleſtis patriæ duorum ci-
uiũ facta memoramus. Moyſes nãque principatũ Exod. 4.
populi humiliter recuſat: dicens. Obſecro Domi-
ne non ſum eloquens (ab heri enim & nudiuſter-
tius & ex quo cœpiſti loqui ad ſeruum tuum, &
tardioris & impeditioris linguæ ſum factus.) Mit-
te quem miſſurus es. Et ſic poſtpoſito ſe, alium de
poſcit. Paulus quoq; aduerſa ſeculi libenter ample
ctẽs, audacter dicit. Ego nõ ſolũ alligari, ſed & mo Act.21.
ri in Hieruſalem paratus ſum pro nomine IESV.

---

## *ALLEGORIARVM GESTA-rum a Dauid uſque ad Salomonem Sequitur Liber Sextus.*

### *De ſciſſione pallij Samuelis. Cap. Primum.*

A
SCidit Dominus regnum Iſrael 1.Reg.15
a te hodie, & tradidit illud
proximo tuo meliori te, uel
ſecũdum aliam literam: bo-
no ſuper te. Saul, cui hoc dici
tur, quadraginta annis regna
uit ſuper Iſrael, quantum ſci-
licet regnauit Dauid, & audiuit hoc primo regni
ſui tẽpore. Intelligamus ergo hoc ideo ipſi eſſe di
ctum, quia nullus de eius ſtirpe fuerat regnaturus,
& reſpiciamus ad ſtirpẽ Dauid, de quo ſecundum
carnem natus eſt Chriſtus, per nouum teſtamen-
tum, non carnaliter, ſed ſpiritualiter regnaturus:
de quo dicitur. Dabit illud proximo tuo bono ſu Ibidem
per te, id eſt, meliori, uel ideo ſuper te, quia de eo
cum ſit ſemper bonis ſcriptum eſt: ſede a dextris Pſal.109
meis: donec ponam inimicos tuos ſcabellum pe-
dum tuorum. Quod autem dicitur proximo tuo,
ad carnis cognationem id refertur. Ex Iſrael enim
ſecundum carnem Chriſtus: unde & Saul. Populi
ergo Iſrael perſonam, figuraliter gerebat homo iſte,
qui primus regnum fuerat amiſſurus, cui ſuo per-
ſecutori regnum abſtulit Chriſtus: quàmuis ibi eſ
ſet & Iſrael, in quo non erat dolus quaſi lilium in-
ter ſpinas, & quaſi frumẽtum inter paleas inde .n.
Apoſtoli, inde martyres: quorum primus Stephã
nus. Inde eccleſiæ magnificantes Deum.

### *De Saule, Dauid, & cithara eius. Cap. II.*

SPiritus Domini receſſit a Saul, & exa- B
gitabat eum ſpiritus nequam, a Do 1.Reg.16
mino. Dixeruntq; ſerui Saul ad eum:
Ecce ſpiritus Domini malus exagi-
tat te. Iubeat ergo dominus noſter
rex, & ſerui tui, qui coram te ſunt, ut quærant ho
minem ſcientem pſallere cithara, ut qñ arripue-
rit te ſpiritus Domini malus: pſallat manu ſua, &
leuius feras. Spiritus Domini malus, Diabolus, li-
cet afflictionem iuſtorum ſemper appetat: tñ ſi a
Deo poteſtatem nõ accipit, ad tentationis articu-
lum uõ conualeſcit. Poteſtas ergo diaboli, quia a
Domino eſt: non niſi iuſta eſſe põt, omnis autẽ uo

luntas eius iniuſta eſt: Ex ſe enim tentare iniuſte
appetit: ſed eos, qui tentandi ſunt, & prout tentã-
di ſunt, Deus iuſte tentari permittit. Ideo ipſe ſpi-
ritus, & Domini appellatur, & malus: Domini, per
licentiam iuſtę poteſtatis: malus, per deſiderium
iniuſtę uoluntatis. Formidari igitur non debet,
qui nihil niſi permiſſus ualeat agere. Quamuis.n.
a Domino malignitas non ſit: poteſtas niſi a Do-
mino non eſt. Erat quidem Dauid in canticis mu
C ſicis eruditus. Diuerſorum ſonorum rationabilis,
moderatuſque concentus concordi uarietate cõ-
pactam ordinatę eccleſiæ ſignificat unitatem, quę
uarijs modis quotidie reſonat, & ſuauitate myſti-
ca modulatur. Dauid adhuc puer in cithara ſua-
uiter, immo fortiter canens, malignum ſpiritum,
qui exagitabat Saulem, compeſcebat: non quòd
eius cithara tantam uirtutem haberet, ſed figurã
crucis Chriſti, per lignum, & chordarum exten-
D ſionem myſtice gerebat, quæ iam tunc dęmones
effugabat. Tropologice autem: hoc facto ad cõ-
patiendum proximo inſtruimur. Plerumque.n.
ſuperbus diues exhortationis blandimento placã
dus eſt, quia plerunq; dura uulnera per leuia fo-
menta molleſcunt, & furor inſanorum ſæpe ad ſa
lutem medico blandiente reducitur. Cumque eis
in dulcedine condeſcenditur: languor inſaniæ
mitigatur. Neque enim negligenter intuendum
eſt, quòd cum Saulem ſpiritus aduerſarius inuade
ret: apprehenſa Dauid cithara, eius inſaniam ſeda
bat: Quid enim per Saulem, niſi elatio potentũ?
& quid per Dauid innuitur, niſi humilis uita ſan-
ctorum? Cum ergo Saul ab immundo ſpiritu arri
pitur, Dauid canente eius inſania temperatur:
quia cum ſenſus potentium per elationem in fu-
rorem uertitur, dignum eſt, ut ad ſalutem mẽtis,
quaſi dulcedine citharæ, locutionis noſtræ tran-
quillitate reuocetur.

*De acie Iſrael, & Philiſtijm. Cap. III.*

E Irexerunt aciem Iſrael, ſed & Phili-
1.Re.17 ſtijm fuerant parati. Pugna Philiſti-
norum contra Iſrael, non inconue-
nienter malignorum ſpirituũ præ-
lium aduerſus eccleſiam Dei accipi
poteſt. Goliath uero ſuperbiã diaboli ſignificat,
quem Dauid.i. Chriſtus ſingulari certamine pro-
ſtrauit, & populum Dei a timore eius eripuit. Da
uid leonem, & urſum necauit: diabolum.i. & Anti
chriſtum: alterum nunc latenter hominibus inſi
diantem, alterum poſtea manifeſtiſſime ſæuientẽ.
Prouocauit ſuperbia humilitatem, diabolus Chri
ſtum. Accepit arma bellica Dauid, quæ pro ætate
portare nõ potuit, & depoſuit ea. Et accepit quin-
que lapides de flumine, & miſit eos in peram pa-
F ſtoralem. Sic Chriſtus tempore noui teſtamenti
ad inſinuandam, & commendandam gratiam: de
poſuit corporalia legis ſacramenta, quæ non ſunt
impoſita gentibus, quæ in ueteri lege legimus, &
non obſeruamus, ſed ad aliquam ſignificationem
præmiſſa, & poſita intelligimus. Hęc arma depo-
ſuit tanquam onera ueteris legis, & ipſam legem
accepit. Quinque enim lapides: libros Moyſi G
ſignificant. Tulit ergo quinque lapides de flu-
mine, id eſt, de ſeculo: labitur enim mortale ſe-
culum. Erant tanquam lapides in flumine, id eſt,
in illo primo populo. Erant inutiles, & uacabãt,
& nihil proderant: tranſibat ſupra fluuius, ſed Da
uid accepit gratiam, ut lex eſſet utilis. Lex enim, ſi
ne gratia impleri non poteſt. Quinque lapides ac
cepit, unum miſit. Quinque libri electi ſunt, ſed
unitas uicit, ut ait Apoſtolus. Supportantes inui- Ephe.4.
cem in charitate, ſoliciti ſeruare unitatem ſpiri-
tus in uinculo pacis. Plenitudo enim legis eſt di-
lectio. Præualuit Dauid aduerſus Philiſtæum in
funda, & lapides, percuſſumque Philiſtæum inter
fecit. Cumque gladium non haberet in manu Da
uid: abſtulit gladium Philiſtęi, præciditque caput
eius. Et Chriſtus diabolum ſuis armis occidit: quã
do crediderunt magi, quos ille in manu habebat,
& de quibus animas cæteras trucidabat. Conuer-
terunt enim linguas ſuas contra diabolum, & ſic
gladio ſuo caput Goliæ abſcinditur.

*De Philiſtijm, & de Golia iterum.*
*Cap. IIII.*

Hiliſtijm ſunt dæmones: Goliath, ca- H
put eorum, qui ante aduentum Do 1.Re.17
mini ſuperari non potuit. Geth, ciui
tas Golię, interpretatur torcular.
Hic eſt mundus, & infernus; in quo
uelut obnoxios peccatis conculcabat. Altitudo
Goliæ, diaboli ſuperbia: per quam ſupra filios eius
obtinuit principatum, quaſi palmam extollens.
Arma Goliæ, diaboli ſunt ad nocendum uerſutiæ.
Dauid a patre ad uiſitandum fratres miſſus eſt, &
Chriſtus a patre Deo, ad oues, quæ perierunt do-
mus Iſrael. Dauid ephi polentæ. id eſt, trium mo-
diorum menſuram fratribus detulit, & Chriſtus Matt.15
myſterium ſanctę Trinitatis credentibus com-
mendauit. Dauid decem formellas caſei tribuno
detulit, & Chriſtus decalogum credentibus tra-
didit.

*De dilectione, & Ionatha, & Dauid. Cap. V.*

A Nima Ionathæ colligata eſt animę I
Dauid, & dilexit eum Ionathas. 1.Re.18
Vnde expoliauit ſe Ionathas tuni-
ca, qua indutus erat, & dedit Da-
uid, & reliqua ueſtimenta ſua uſq;
ad gladium, & arcum ſuum uſque ad baltheum.
Ionathas ſignificat eos, qui de Iudæis in Chriſtũ
crediderunt; quoniam accepta ſpiritus ſancti gra
tia, pro Chriſti amore relictis omnibus, quę in
mundo poterant habere, ipſum Redemptorem
ſecuti ſunt. Vnde Petrus. Ecce nos reliquimus om
nia, & ſecuti ſumus te. Sicut enim Ionathas dedit
Dauid ueſtimenta ſua a tunica uſque ad baltheũ: Matt.19
ſic credentes omnia, quæ habuerunt, in Chriſti
ſeruitium contulerunt.

### *De Ionatha, & Dauid abſcondito in agro. Cap. VI.*

K VEnit Ionathas in agrum iuxta placi
1.Re. 20 tum Dauid, & puer paruulus cum eo. Et ait ad puerum ſuum. Vade, & affer mihi ſagittas, quas ego iacio. Cunque puer cucurriſſet, iecit aliam ſagittam tranſpuerum. Quid eſt, quòd Ionathas ſeruare uolens Dauid, cum ille lateret in agro iuxta lapidem ſunt duas ſagittas iecit, quas puer paruulus, ignorans quid faceret, collegit, & in ciuitatem retulit, niſi quòd pater filium ſuũ unigenitum, quem ad ſalutem humani generis mittendum decreuerat, in litera legis Iudæis neſcientibus abſconditum habuit? Dauid ergo ab-
L ſcõditus eſt in agro, & Chriſtus celatus eſt in mũ
do, de quo Ioannes ait. In mundo erat, & mun-
Ioan. 1. dus per ipſum factus eſt, & mundus eum non cognouit. Iuxta lapidem ſedebat, quia in tabulis legis conſcriptus erat, ut eſt illud. Dominus Deus
Deut. 5. tuus Deus unus eſt, & non aſſumes nomen Dei tui in uanum. Saul ſuperbus, & inuidus, Dauid ſimplicem & humilem odio habens dum ſederet inter epulas, mortis filium eſſe eum iudicabat, & iudaica perfidia inter epulas paſchales de nece Domini tractabat. Cumq; illuxiſſet mane, uenit Ionathas, & cętera ut ſupra poſuimus, iecit ſagittam, & iecit alteram. Sic & Deus pater illuceſcente mane fidei, prius teſtimonium legis de Chriſto protulit, deinde prophetas miſit. Collegit autem Ionathę puer ſagittas, & attulit ad dominum ſuum, & quid ageretur penitus ignorabat. Sic & Iudaicus populus libros legis & prophetarum portans, quaſi diuinitus conſcriptos honorabat, ſed eum, quem Moyſes & prophetæ prædixerant, ignorabat.

### *De eo, quòd Dauid mutauit os ſuum coram Achis. Cap. VII.*

M
1.Reg. 21 COmmutauit os ſuum Dauid coram Achis; & collabebatur inter manus eorum; & impingebat in oſtia portæ, deſfluebantque ſaliuę eius in barbam. Achis, interpretatur quomodo eſt: per quod ſignificatur ignorantia. Verbũ enim eſt admirantis, & non agnoſcentis: quod in Iudęis impletum eſt, qui dum Chriſtum uiderunt, non agnouerunt, quibus coram mutauit os ſuum, & abiit. Erant enim ibi præcepta legis carnalia. Erat ſacrificium ſecundum ordinem Aaron, ſed ipſe de corpore ſuo inſtituit ſacrificium ſecundum ordinem Melchiſedech. Mutauit ergo os ſuum in ſacrificio, mutauit in præceptis dãs aliud teſtamentum, euacuata operatione carnali. Collapſus eſt in manibus eorum; qñ eum comprehenderunt, & crucifixerũt. Et procidebat ad oſtium portæ, id eſt, humiliabat ſe ad initium fidei noſtræ. Oſtium portę, initium fidei incipit ec
N cleſia, & peruenit uſque ad ſpeciem. Quod ſaliuæ quaſi furioſi decurrebant ſuper barbam eius A-
1. Cor. 1. poſtolus aperit dicens. Prædicamus Chriſtum crucifixum: Iudæis quidem ſcandalum: gentibus autem ſtultitiam. Saliuæ enim, ſignificant infirmitatem. Sed quod infirmum eſt Dei, fortius eſt hominibus. Saliuæ fluunt per barbam: ſicut. n. in ſaliuis infirmitas: ſic uirtus in barba oſtenditur. Texit ergo uirtutem ſuam in corpore infirmitatis ſuæ, & qđ foris infirmabatur, tanq̃ ſaliua apparebat: intus aũt diuina uirt⁹, tanq̃ barba latebat.

### *De ijs, qui conuenerant ad Dauid. Cap. VIII.*

COnuenerunt ad Dauid qui erant in O
anguſtia conſtituti, & oppreſſi ære 1.Reg. 22
alieno, & amaro animo: & factus eſt eorum princeps. Dauid, id eſt, Chriſtus princeps fit eorum, qui oppreſſi ſunt ęre alieno, id eſt, cẽſu peccatorum, quem diabolo perſoluunt, dum exhibent membra ſua ſeruire iniquitati ad iniquitatem. Neceſ- Ro. 6.
ſe eſt, ut amaro ſint animo, ut in amaritudine animæ pœnitentiam gerant, & ad Dauid ueniant id eſt Chriſtũ, cunctis deſideratũ: ut fiat eorũ princeps, quia ipſe conſtitutus a Deo iudex uiuorũ, & Actu. 10.
mortuorũ, Prĩceps pacis: Cui⁹ regni nõ erit finis. Eſaiæ. 9.
Luc. 1.

### *De Ziphæis. Cap. IX.*

P
AScenderunt Ziphei ad Saul in Ga- 1.Reg. 23
baa, dicentes. Nonne ecce Dauid latitat apud nos in locis munitiſſimi ſyluæ? Ziphei florentes interpretantur, & ſignificant Iudęos, qui florem terreni regni appetentes, cum principibus ſuis de nece Chriſti tractauerunt. quando eum per diſcipulum ſuum proditum appręhenderũt; & præſidi ad crucifigendum tradiderunt. Sic & florentes huius ſeculi Chriſtum in membris ſuis apud poteſtates huius mundi produnt.

### *De eo, quòd Dauid præcidit oram chlamydis Saul. Cap. X.*

INgreſſus eſt Saul in ſpeluncam, ut Q
purgaret uentrem, & præcidit Da- 1.Re. 24
uid oram chlamydis illius, & percuſſit cor ſuum eo quòd præcidiſſet oram ueſtimenti Regis. Quid per Saulem, niſi mali rectores? quid per Dauid, niſi boni ſubditi deſignantur? Saulem igitur uentrem purgare: eſt prauos præpoſitos conceptam in corde malitiam, uſquead opera mali odoris extendere: & cogitata apud ſe noxia, factis exterioribus exequendo monſtrare. Quem tamẽ Dauid ferire metuit, quia piæ ſubditorũ mentes, ab omni ſe peſte obtrectationis abſtinentes, præpoſitorũ uitã nullo linguæ gladio percutiunt & cũ de imperfectione reprehendunt. Qui etſi qñ ꝓpter infirmitatẽ ſeſe abſtinere uix poſſunt, ut nõ extrema quædam, atq; exteriora præpoſitorum mala, ſed tamen humiliter loquantur: quaſi oram chlamydis ſilenter incidunt: quia uidelicet dum prælatæ dignitati ſaltem innoxie, & latenter derogant, quaſi regis ſuperpoſiti ueſtem fœdant. Sed tamen ad ſemetipſos redeunt,

ſeque uehementiſſime uel de tenuiſſima uerbi la
ceratione reprehendunt; unde & bene illic ſcrip
tum eſt: Poſt hæc percuſſit Dauid cor ſuum, eo
R quòd abſcidiſſet oram chlamydis Saul. Facta
quippe prępoſitorum oris gladio ferienda non
ſunt etiam cum rectè reprehendenda iudicãtur.
Siquando uero cõtra eos uel in minimis lingua
labitur: neceſſe eſt ut per afflictionem pœniten-
tię cor pręmatur, quatenus ad ſemetipsũ redeat:
& cum prępoſitæ poteſtati derogat; eius contra
ſe iudicium a quo ſibi prælatus eſt, perhorreſcat.
Nam cum prępoſitis derogamus: eius ordinatio
ni, qui eos nobis prætulit, obuiamus. Vnde Moy
ſes quoque cum contra ſe & Aaron conqueri po
pulum cognouiſſet, ait. Nos enim quid ſumus?
Nec contra nos eſt murmur ueſtrum, ſed contra
Exod.16 Dominum.

*De verbis Abigail ad Dauid. Cap. X I.*

S
1.Reg. 25 SI ſurrexerit aliquando homo perſe-
quens te, quærens animam tuã, erit
anima domini mei cuſtodita, quaſi
in faſciculo uiuentium apud domi-
num Deum. Porro anima inimicorũ
tuorum rotabitur, quaſi in impetu, & circulo fũ
dæ. Pulcherrima comparatione ſtatum iuſtorum
& reproborũ diſcernit. Horum quippe animas
appellat uiuentes, ut illorum econtrario ſpiritua
Ezech.18 li morte præoccupatas inſinuet. Iuxta illud. Ani-
ma, quæ peccauerit; ipſa morietur. Hos faſciculo:
illos lapidi fundæ aſſimilat. Faſciculus enim con-
ſtringitur: ut integer maneat, & conſeruetur. La
pis in funda ponitur, ut abijciatur. Sic .n. in hoc
ſeculo electi preſſuris tribulationum conſtrin-
guntur, ut his admoniti adſtrictius adinuicem
mutua charitate nectantur: & ſic in unitate fidei
connexi, adinuicem manu ſui Redemptoris in-
T perpetuum conſeruentur. At uero reprobi quan
to latius in hac uita uoluptatibus proprijs, uelut
liberi dimittuntur; tanto longius in futuro, a di-
uinæ uiſionis gloria proijcientur; ipſi enim de
manu Domini repulſi ſunt. Mire autem omnipo
tentem Redemptoris prouidentiam deſcribit:
cum dicit animam ſancti uiri quaſi in faſciculo
uiuentium apud eum eſſe cuſtoditam. Sicut .n. fa
cile eſt quẽlibet faſciculum hærbæ, uel fœni ma-
nu ſua retentum conſeruare: ita uirtus Domini, &
Saluatoris noſtri per orbem electos ab initio uſ-
que in finẽ ſeculi, ne q; ex eis ulla ratione pereãt
ſine labore tuetur. Vnde & ipſe in euangelio. Et
Ion.10 non rapiet eos quiſquàm de manu mea.

*De Abigail, & Nabal. Cap. XII.*

V
1.Reg. 25 NOn indicauit Abigail uiro ſuo Nabal,
uerbum puſillum, aut grande uſque
mane. Diluculo autem, cum digeſſiſ-
ſet Nabal uinum, indicauit ei uxor
ſua uerba hęc. Iracundos melius cor
rigimus, ſi in ipſa ira commotionẽ declinamus.
Per turbati quippe quid audiãt ignorant, ſed cũ
ad ſe redeunt tanto libentius exhortationis uer-
ba recipiunt, quanto ſe tranquillius toleratos eru
beſcunt. Menti autem furore ebrię omne rectum
quod dicitur, peruerſum uidetur. Vnde & Nabal
ebrio, culpam ſuam Abigail laudabiliter tacuit,
quam digeſto uino laudabiliter dixit. Idcirco enĩ
malum, quod dixerat uel fecerat, agnoſcere po-
tuit, quia ebrius non audiuit.

*De Amalechitis. Cap. XIII.*

CVm ueniſſet Dauid, & uiri eius in Si- X
celech die tertia: Amalechitæ impe- 1.Reg. 30
tũ fecerant ex parte auſtrali in Sice
lech, & ſuccẽderunt eam igni: & ca
ptiuas duxerunt mulieres ex ea. Con
ſiderãdũ eſt quid ſit, quòd Amalechitæ Sicelech
inuadunt; & prædam capiunt. Amalechitæ quip-
pe: populus lambens uocatur. Quid autem per
labentem populum, niſi mentes ſecularium deſi
gnantur? Quæ terrena cuncta ambiendo quaſi
lambunt, dum ſolis temporalibus delectantur.
Quaſi enim populus lambens prædam facit: dũ
terrena diligentes, lucra de alienis damnis exag
gerant. Et hoc abſente Dauid agunt, quia Redem Y
ptorẽ ante oculos cordis habere negligunt. Inue
nit Dauid puerum Ægyptium in uia, quem Ama
lechita ægrotum in itinere reliquerat: cibo refi-
cit, ducem ſui itineris facit, Amalechitam perſe-
quitur, & funditus extinguit. Quid eſt, quòd Æ-
gyptius puer Amalechitæ in itinere laſſatur, niſi
quòd amator præſentis ſeculi peccati ſui nigre-
dine opertus, ſæpe ab eodem ſeculo infirmus, de-
ſpectuſq; relinquitur, ut cum eo nequaq̃ cuc-
rere ualeat, ſed fractus aduerſitate torpeat? Sed
hunc Dauid inuenit, quia Redemptor noſter ue-
raciter manu fortis, nonnũquàm quos deſpectos
a mũdi gloria reperit, in ſui amorem conuertit.
Cibo paſcit, quia uerbi ſcientia reficit: ducem iti
neris eligit, quia ſui etiam prædicatorem facit. Et Z
qui Amalechitam ſequi non ualuit, dux Dauid ef
ficitur, quia is, quem indignum mũdus deſeruit,
non ſolum conuerſus in ſuam mentem Deum re
cipit, ſed prædicando hunc etiam uſq; ad aliena
corda perducit. Quo uidelicet duce Dauid Ama-
lechitas conuiuantes inuenit, & extinguit: quia
Christus ipſis prædicantibus mundi lætitiam
deſtruit, quos mundus comites habere con-
tempſit. Sic ergo plerunque ſecularium men-
tes ipſi prædicando ſuperant; qui prius cum
ſecularibus in hoc mundo currere non ua-
lebant.

*De montibus Gelboe. Cap. XIIII.*

MOntes Gelboe, nec ros, nec pluuia ue A
niat ſuper uos. Quid montes Gelboe 2.Reg.1.
Saul moriente deliquerunt, quate-
nus in eis nec ros, nec pluuia cade-
ret? Sed quia Gelboe interpretatur
decurſus, per Saul autem unctum, & mortuum;
mors noſtri Mediatoris exprimitur: non im-

merito per Gelboe montes, ſuperba Iudæorum
corda deſignantur: quæ dum in huius mundi de
ſiderijs defluunt: in uncti, id eſt, Chriſti ſe mor-
te miſcuerunt. Et quia in eis unctus rex corpo-
raliter moritur, ipſi ab omni gratiæ rore ſiccan-
B tur. De quibus bene dicitur, ut agri primitiarum
eſſe non poſſint. Superbæ quippe Hebræorum
mentes, primitiuos fructus non fecerunt, qui in
Redemptoris aduentu ex parte maxima in perfi-
dia remanentes, primordia fidei ſequi noluerunt.
Sancta nanque eccleſia in primitijs ſuis multitudi
ne gentium fœcundata, uix in mundi fine Iudęos,
quos inuenerit, ſuſcipiet, & extrema colligens eos
Iſa. 10. quaſi reliquias frugum ponet. De quibus reliquijs
Rom. 9. Eſaias dicit. Si fuerit numerus filiorum Iſrael qua
ſi arena maris, reliquię ſaluæ fient. Poſſunt tamen
montes Gelboe idcirco ore prophetæ maledici,
ut dum fructus exareſcente terra non oritur, poſ-
ſeſſores terrę ſterilitatis damno feriantur. quate-
nus ipſi maledictionis ſententiam acciperent, qui
apud ſe mortem regis ſuſcipere, iniquitate ſua exi
gente, meruerunt.

*De eiſdem. Cap. XV.*

C Pius Propheta Dauid figuraliter deflet
1. Reg. 1. Saul, & Ionathan. Qui cum poten-
tes eſſent, & ſemper ſuper hoſtes p-
ualerent: hoſtibus ſauciati illico, &
uulnerati in medio prælio corrue-
runt. Sic & Chriſtiani deflent eos: qui repugnan-
tes dęmonibus, in lubrico ſeculi labuntur. Gelboe
nanque montes, lubrici interpretantur. Et ſpem
recuperationis omittentes, proprio mucrone de-
ſperationis ſeipſos interficiunt: ſicut Saul irruens
ſuper gladium ſuum. Philiſtæi uero, id eſt, dæmo-
nes: qui de interfectis ſpolia uirtutum auferentes,
proprię uirtuti, uel fortitudini uictoriam aſcri-
bunt: ſed talia iuxta permiſſionem Dei eueniunt.
Sed Dauid noſter, in electis ſuis corruentium ca-
ſum gemit: & in urbibus Allophilorum prohibet
diuulgari, id eſt, præcipit fidelibus, ut caute cuſto-
Ephe. 6. diant ſe. Scutum fidei, loricam iuſtitię, galeam ſa-
lutis, & gladium ſpiritus habeant, quod eſt uerbū
Dei: quibus aduerſarijs reſiſtant, & non ignomi-
nioſe ſuperati gaudium inimicis faciant.

*De Aſcenſione Dauid in Hebron. Cap. XVI.*

D AScēdit Dauid in Hebrō, & duę uxo
2. Reg. 2. res eius. Sed & uiros qui erant cum
eo, duxit Dauid ſingulos cum domo
ſua. Aſcenſio Dauid cum duabus u-
xoribus in Hebron: ſignificat con-
uocationem duorum populorum in eccleſiam ca
tholicam. Hebron enim, interpretatur coniugiū:
ſola enim eccleſia, cæleſtis regis ſponſa eſt. Illuc
duxit Dauid ſingulos cum domo ſua: quia ſinguli
fideles, in illam ſocietatem per euangelicam prę-
dicationem conuocantur. Non eſt ibi diſtinctio
Rom. 10 Iudæi, & Græci. Fuit numerus dierum, per quos
commoratus eſt Dauid, imperans in Hebron ſu-
per domum Iuda; ſeptem annorum, & ſex men-
ſium. Dauid ſeptem annis, & ſex menſibus regna
uit in Hebron: quæ interpretatur coniugium, uel
uiſio ſempiterna: quia Chriſtus in eccleſia (quæ
eſt eius ſponſa) per omne tempus huius uitæ (qd
ſeptenario dierum numero decurrit) regnat, ſecū
dum illud. Ecce ego uobiſcum ſum omnibus die Matt. 28
bus: uſque ad conſummationē ſeculi. Et quia poſt
expletionem ſenarij, id eſt, perfectionem boni o-
peris: electos ſuos ad ſecundum ſabbatum, id eſt,
requiem ſempiternam perducet: ubi uiſione Dei
perfruentur perpetua.

*De Abner, & Aſael. Cap. XVII.*

LOquutus eſt Abner ad Aſael. Recede, F
noli me ſequi: ne compellar confo- 2. Reg. 2.
dere te in terram. Qui audire con-
tempſit: & noluit declinare. Percuſ-
ſit ergo Abner auerſa haſta in ingui-
ne, & transfodit: & mortuus eſt in eodem loco.
Aſael ſignificat eos, quos uehementer arripiens fu
ror, in præceps ducit. Qui in eodem furoris impe
tu, tanto cautius declinandi ſunt: quanto maiori
inſania capiuntur. Vnde, & Abner, qui ſermone
noſtro lucerna patris dicitur, fugit: quia doctorū
lingua, quæ ſupernum lumen indicat, cum fratris
furorem conſpicit, & contra iraſcentem diſſimu-
lat uerborum iacula reddere: quaſi perſequentē
non uult ferire. Sed cum iracundi nulla conſide-
ratione ſe mitigant: & quaſi Aſael perſequi, & in
ſanire non ceſſant: neceſſe eſt, ut qui furentes re-
primere conantur, non ſe erigant in furorem: ſed
quicquid eſt tranquillitatis oſtendant: quædam
uero ſubtiliter proferant, in quibus ex obliquo
furentis animum pungant. Vnde & Abner, perſe-
quentem non recta, ſed auerſa haſta perforauit.
Ex mucrone quippe percutere eſt impetu apertę G
increpationis obuiare. Auerſa uero haſta pſequē-
tem ferire: eſt furentem tranquille ex quibuſdā
tangere, & quaſi parcendo ſuperare. Aſael autem
protinus occumbit, quia commotæ mentes dum
& parci ſibi ſentiunt, & tamen reſponſorum ra-
tione in intimis ſub tranquillitate tanguntur, ab
eo, quo ſe erexerant, ſtatim cadunt. Qui ergo a fu-
roris ſui impetu, ſub lenitatis percuſſione reſiliunt:
quaſi ſine ferro moriuntur.

*De longa concertatione inter domum Dauid, & Domum Saul. Cap. XVIII.*

FActa eſt autem longa concertatio in-
ter domum Dauid, & domum Saul. 2. Reg. 3.
Dauid autem ſemper proficiens, &
ſeipſo robuſtior. Domus autē Saul
decreſcens quotidie. Domus Dauid,
cæleſtis Hieruſalem, quæ partim peregrinatur in
terris, partim regnat in cęlis. Domus ergo Saulis
ſuperbi, & impij regis, eſt Babylon: quę facit forni
cari omnes gentes. Inter hos longa concertatio
eſt: quia qui ſecundum carnem eſt, perſequitur
eccleſiam, quæ ſecundum ſpiritum eſt. Sed do-
mus

mus Dauid In profectu filiorum gaudet,& in per
fectiones domus Saui in ſua iniqnitate, & tandẽ
ſecundum merita ſua in profundum abyſſi ſub-
mergitur,

### *De ſermone, quem intulit Abner ad ſeniores Iſrael. Cap. XIX.*

H Sermonem intulit Abner ad ſeniores
1.Reg.3. Iſrael, dicens, Tam heri quàm nu-
diuſtertius quęrebatis Dauid; ut re-
gnaret ſuper uos. Abner hortatur Iſ
rael uniuerſum: ut relicto Isboſeth
filio Saul ad Dauid conueniant: quia ſacerdotes
ſancti, qui patris lucerna dicuntur: lumine fidei,
& ſcientiæ pleni, omnes gentes exhortantur: ut
ſpreta idolorum cultura, & relicto errore confu-
ſionis cum authore ſuo diabolo: ad uerum Da-
uid, id eſt, Chriſtum uenire feſtinent. Nam &
Ioab, qui Abner in dolo loquens, & percutiens in
inguine interfecit: hoſtem ſignificat antiquum,
qui fideles fraudulenter ſubuertit, & per libidinis
contagionem interficit, Ioab enim, inimicus, uel
Ioan.8. idem pater interpretatur. Omnium iniquorum
Iac.1. & diabolus pater eſt: unde. Vos ex patre diabolo e-
1.Tim.2 ſtis. ab hac interfectione Dauid immunis eſt: quia
Deus neminem tentat, qui omnes uult ſaluos fie-
ri. Per inuidiam autem diaboli mors intrauit in
orbem terrarum. Poteſt Ioab nomine, & perſona,
Sapie.2. figurare populum Iudæorum: qui ſemper fuerũt
inimici prædicatorum fidei, & fidem Chriſti ubi
que perſecuti ſunt.

### *De filijs Remmon, & morte Isboſeth. Cap. XX.*

I Venientes filij Remmon Berothitæ,
2.Reg.4 Recha & Banaa ingreſſi ſunt feruen
ti die domum Isboſeth: qui dormie
bat ſuper ſtratum ſuum meridie, &
oſtiaria domus purgans triticum,
obdormiuit. Ingreſſi autem ſunt latenter: & aſ-
Grego- ſumentes ſpicas tritici percuſſerunt eum in ingui
rius.1. ne. Oſtiaria triticum purgat: cum mentis cuſto-
mora. dia uirtutes a uitijs diſcernendo ſeparat. Quæ ſi
obdormierit, in mortem proprij domini inſidia-
tores admittit: quia cum diſcretionis ſolicitudo
ceſſauerit, ad interficiendum animum malignis
ſpiritibus iter pandit. Qui ingreſſi ſpicas tollunt:
quia beatarum cogitationum germina auferunt,
atque in inguine feriunt: quia uirtutem cordis,
delectatione carnis occidunt. In inguine quippe
ferire: eſt uitam mentis carnis delectatione perfo
rare. Nequaquam uero Isboſeth inopinata mor-
K te ſuccumberet: ſi non ad ingreſſum domus mulie
rem, id eſt, ad mentis aditum mollem cuſtodiam
deputaſſet: fortis nanque, uigilque ſenſus, præpo-
ni cordis foribus debet, quem nec negligentiæ ſõ-
nus opprimat, nec ignorantiæ error fallat. Vnde
bene Isboſeth dicitur: qui cuſtode fœmina hoſti
libus gladijs nudatur. Isboſeth quippe, uir confu
ſionis dicitur. Vir autem confuſionis eſt: qui forti
mentis cuſtodia munitus non eſt quia dum uirtu
tes ſe agere exiſtimat: ſubintrantia uitia neſcientẽ
necant. Tota ergo uirtute muniendus eſt aditus
mentis: ne eam hoſtes penetrent foramine negli-
gentiæ, uel cogitationis neglectæ.

### *Quomodo Dauid expugnauit Hieruſalem. Cap. XXI.*

Abijt Dauid, & omnes uiri, qui erant L
cum eo, in Hieruſalem ad Iebuſeũ 2.Reg.5
habitatorem terræ. Dauid Iebu-
ſæum de Hieruſalem eijciens: ſi-
gnificat Chriſtum contrarias po-
teſtates de fidelium cordibus eijcientem, & ibidẽ
manentem. Iebuſæus enim; interpretatur calca-
tus. Hieruſalem, uiſio pacis. Non ſolum .n. Chri-
ſtus per myſterium crucis, omnem principatum
diaboli deſtruendo, ſibimet trophæum gloriæ ac-
quiſiuit: ſed & fidelibus ſuis ſuper omnem uirtu
tem diaboli poteſtatem dedit. Vnde. Ecce, dedi uo Lucæ.10
bis poteſtatem calcandi ſuper ſerpẽtes, & ſcorpio
nes, & ſuper omnem uirtutem inimici. Bene Da-
uid eiectis cęcis, & claudis habitauit arcem Sion:
eamque ciuitatem ſuam nominauit: quia cum
Chriſtus malignos ſpiritus uitiorum turbam de
anima expulerit: habitat ibi. Quæ merito arx M
Sion, id eſt, ſpeculationis uocatur: unde ea recte
dicatur. Factus eſt in pace locus eius: & habitatio Pſal.75
eius in Sion. ibi confregit potentias, arcum, ſcu-
tum, gladium, & bellum. Sicut etiam Dauid arcẽ
cepit, ablatis prius cęcis, & claudis odientibus ani
mam Dauid: ſic Dominus principatum in eccle-
ſia gentium acquiſiuit, reprobatis prius Scribis,
& Phariſæis: qui cæci, & claudi oderunt animam
Chriſti, id eſt, eius uitam auferre conati ſunt, Fiſtu
læ, ſcientiam falſam mundi, & hæreticorum dog-
mata figurant: quæ Dominus per Ioab, id eſt, præ
dicatores deſtruit.

### *De ſuperbia Michol, & humilitate Dauid. Cap. XXII.*

Egreſſa Michol filia Saul in occurſum N
Dauid: ait. Quàm glorioſus eſt ho- 2.Reg.6.
die rex Iſrael: diſcooperiens ſe ante Greg.27
ancillas ſeruorum ſuorum, & nuda moral.
tus eſt, quaſi ſi nudetur unus de ſcur
ris. Intueri libet quanta uirtutum munera Da- 1.Re.17
uid perceperat: atque in his omnibus quàm forti
ſe humilitatem ſeruabat. Quem enim non extol-
leret: ora leonum frangere, urſorum brachia diſſi
pare, deſpectis prioribus fratribus eligi, reproba-
to rege ad regni gubernacula ungi, timendum cũ
ctis uno lapide Goliam ſternere, a rege propoſita
extinctis Allophylis numeroſa præputia reporta-
re, promiſſum tandem regnum percipere, cunctũ
que Iſraeliticum populum ſine ulla contradictio-
ne poſſidere: Et tamen cum arcam Dei Hieruſalẽ
reuocaret quaſi oblitus ſe prælatum omnibus, ad
mixtus populis ante arcam ſaltat. Et quia coram
arca ſaltare (ut creditur) uulgi mos fuerat: rex ſe in
diuino obſequio per ſaltum rotat. Ecce, quem Do
minus

miũus cuuctis ſingulariter prętulit : ſeſe ſub Do-
mino & exequendo abiecta, & in minimis exhi
beudo coutemnit.Nou poteſtas regni ad memo-
riam reducitur,non ſubiectorum oculis ſaltando
uileſcere metuit:non ſe prȩlatum bonore cæteris
ante eius arcam,qui honorem dederar, recogno-
ſcir. Corã Deo egit debilia,uel extrema: ut ex illa
humilitate ſolidaret,quȩ coram hominibus geſſe
rar fortia.Quid de eius factis ab alijs sẽtiatur igno
ro:ego Dauid ſaltautem plus ſtupeo,quàm pugnã
tem. Pugnando quippe hoſtes ſubdidit: ſaltando
autem coram Domino ſemetipſum uicit. Quem
Michol filia Saul adhuc ex tumore regij generis
inſana, cũ humiliatum deſpiceret: dicens quàm
glorioſus fuit hodie rex Iſrael diſcoopertens ſe an
te ancillas ſeruorum ſuorum,& nudatus eſt quaſi
unus de ſcurris,protiuus audiuit.Ludam ante Do
minũ qui elegit me potius, q̃ patrem tuũ. Et pau
lopoſt ẽt inquit.Et ludam,& uilior fiã pluſquã ſa
P ctus sũ:eroq; humilis in oculis meis. Ac ſi aperte
dicat. Vileſcere corã hominib⁹ appeto:quia ſerua
re mihi corã Deo regnũ p humilitatẽ quæro. Sũt
uero nonnulli,qui de ſemetipſis humilia ſentiũt:
qui in bonore poſiti,nihil ſe eſſe, niſi puluerem,
fauillanque perpendunt.Sed tamen coram bomi
nibus uiles apparere refugiunt:& contra hoc,qd
de ſe interius cogitant,quaſi rigida exterius uenu
ſtate palliantur.Et ſunt nonnulli, qui uiles uideri
ab hominibus appetunt, & ſe tauquàm deiectos
exterius exbibendo conteinnuut:ſed tamen apud
ſe introrſus quaſi ex ipſo merito oſtenſæ uilitatis
intumeſcunt: & tanto magis in corde elati ſunt,
quanto amplius in ſpecie elatiouem premunt.
Quæ utraque elationis bella magna Dauid circũ
ſpectione deprebendit: mira uirtute ſuperauit.
Q Quòd enim de ſe humilia ſentieus, honorem ex-
terius nou quærit,inſinuat dicens.Ludã,& uilior
fiam.Et quia per boc, quòd uilem ſe exterius præ
buit,interius non intumeſcit: adiungit. Eroque
humilis in oculis meis.Ac ſi apette dicat.Qualem
me exterius deſpiciens exhibeo:talem me & inte-
rius attendo.Quid ergo acturi ſunt, quos docti-
na eleuat:ſi Dauid,qui ex carne ſua uenturum Re
demptorem nouerat, eiuſq; gaudia propheiãdo
nunciabat, tamen iu ſemetipſo ceruicem cordis
ualida diſcretionis ealce deprimebat,dicẽs: eroq;
humilis iu oculis meis.

### *De Anon,& ſeruis Dauid. Cap. XXIII.*

R
2.Re.10. TVlit Aoou ſeruos Dauid: raſitque
dimidiam partem barbæ eorum:&
præcidit ueſtes eorum medias uſq;
ad nates, & dimiſit eos.Quod cum
nuuciatum eſſet Dauid:miſit iu oc-
curſum eorum. Eraut enim uiri confuſi turpiter
ualde: & mãdauit eis Dauid,dicẽs. Manete in Ie-
richo,donec barbæ ueſtrȩ creſcant, & tunc reuer
timini. Quid hæc uerba ſignificant: niſi bellum
diaboli contra eccleſiam?Aoon enim, qui inter-
pretatur dolor eorum, diabolum ſignificat: qui
Ammonitarum.i.malignorum ſpirituum eſt re-
ctor,id eſt,populi mœroris,& ſemper in anguſtia
conſtituti,qui comprimere,uel anguſtiare homi-
nes diſiderat.Radit ergo dimidiam barbã ſeruo-
rum Dauid: cum diabolus quorundam prædica-
torum ſermonem, uel actionem corrumpendo
maculat. prȩcidit tunicas uſque ad inguen: cum
turpia facta,quȩ perſuadet:in oculis hominum re
uelat. Hi neceſſe eſt, ut ſedeant Iericho, donec S
creſcãt barbȩ ſuæ ne ſint opprobrium, & ignomi
nia meliorum,atq; efficiantur anathema omniũ:
donec per ſtudium bonum, barbarum ſpecies. i.
uirtutum incrementa in eis naſcantur, & digni
habeantur repreſentari ſuo regi.Dauid autem no
ſter milites ſuos iniultos eſſe non patitur:ſed exer
citu congregato ſuorum iniuriam uindicat: nec
ſolum aduerſarios ſuos nunc per ſanctorum ſuo-
rum uictoriam confundit, ſed etiam in extremo
iudicio,per iuſtam ſeutentiam,perpetuis ignibus
cruciandos tradet.

### *De Rabath,& diademate regis eius. Ca. XXIIII.*

MIſit Ioab nuncios ad Dauid dicens. T
Dimicaui aduerſus Rabath,capiẽda 2.Re.12.
eſt urbs aquarum. Nunc ergo con-
grega reliquam partem populi:&
obſide ciuitatem,& cape eam:ne cũ
a me uaſtata fuerit urbs: nomini meo aſcribatur
uictoria. Cunque dimicaſſet coutra eam Dauid:
cepit eam,&tulit diadema regis eorum de capite
eius. Hæc uictoria Dauid,quam Ioab iuchoauit,
& ipſe perfecit:ſignificat uictoriam regis noſtri.
dux enim contra hoſtes hellum gerit:cum, prædi
catorum ordo, ſcutum fidei contra mundi pote-
ſtates opponit. Sed uictoria ad Chriſtũ refertur:
quia ipſi omnis poteſtas, & potentia regni aſcri-
bitur.Deus enim eſt,qui operatur in uobis, & uel Phil.2.
le & perficere. Coronam regis hoſtilis populi,
Dauid aufert,& ſibi diadema facit, cum Chriſtus
diabolo regnum auferens: ſibimet inſigne deco- V
rum parauit.Quæ autem melius corona ueri Da-
uid intelligitur:quàm conuentus populi catholi
ci,qui caput noſtrum regem uidelicet Chriſtum
fide deuota nobiliter ambit,& digna conuerſatio
ne decenter coronat: Omnis enim ſanctorum la-
bor,& certamen,atque uictoria: ad honorem cæ
leſtis regis refertur. Rabath eſt ciuitas regni Am
mon,quæ nunc Philadelphia uocatur:& interpre
tatur multi.Et in euangelio dicitur: quòd multi Matth.8
ab oriente,& occidente uenient, & recũbent cũ
Abraham, & Iſaac, & Iacob,in regno cælorum.

### *Quomodo Dauid numerauit Iſrael. Cap. XXV.*

X
ADdidit furor Domini iraſci contra 2 Re.24
Iſrael. Commouitque in eis Dauid
dicentem ad Ioab:ualde, numera Iſ
rael & Iudã. Et numerauit populũ.
Propter quam cauſam immiſit Do-
minus peſtilentiam in Iſrael:& mortui ſunt ex po
pulo a Dan uſque ad Berſabee, ſeptuaginta milia
uirorum,Pro qualitatibus ſubditorum diſponun Greg.25
tur

moral. tur acta regentium, ut ſæpe pro malo gregis: etiam uere boni delinquat uita paſtoris. Ille enim Deo atteſtante laudatus, ille ſecretorum Dei conſcius Dauid, tumore repentinę elationis inflatus, populum numerando peccauit: & tamen uindictam populus Dauid peccante ſuſcepit: quia uidelicet ſecundum merita plebium, diſponitur uita regentium. Iuſtus uero iudex, peccantis uitium ex ipſorum animaduerſione corripuit: ex quorum cauſa peccauit. Sed quia ipſe ſcilicet ſua uoluntate ſuperbiens, a culpa alienus non fuit, uindictā culpæ etiam ipſe ſuſcepit. Nam ira ſæuiens, quæ populum corporaliter perculit: rectorem quoque populi intimo cordis dolore proſtrauit. Certum uero eſt, quòd ita ſibi inuicem & rectorum merita connectantur & plebium: ut ſępe ex culpa paſtorum deterior fiat uita plebium, & ſæpe ex merito plebium mutetur uita paſtorū. Sed quia rectores habent iudicem ſuum, magna cautela ſubditorum eſt, non temere uitam iudicare regē-

Y tium. Neque enim fruſtra per ſemetipſum Dominus æs nummulariorum fudit, & cathedras uendentium columbas euertit: nimirum ſignificans q per magiſtros quidem iudicat uitam plebium: & per ſemetipſum examinat facta magiſtrorum: quàmuis etiam ſubditorum uitia, quę a magiſtris modo uel ſimilibus diſſimulantur, uel nequeunt indicari, eius proculdubio iudicio reſeruantur. Igitur dum ſalua fide res agitur, uirtutis eſt meritum: ſi quid quod prioris eſt toleratur, debet tamē cum humilitate ſuggeri: ſi forte ualeat, quod diſplicet, emendari. Sed curandum ſummopere eſt, ne in ſuperbiam tranſeat iuſtitiæ inordinata defenſio: ne dū rectitudo incaute diligitur, ipſa magiſtra rectitudinis humilitas amittatur: ne eū ſibi pręeſſe quiſque deſpiciat: quem fortaſſe contigit, ut in aliqua actione reprehendat. Contra hunc tumorem ſuperbiæ ſubditorum mens a cuſtodia humilitatis edomatur: ſi īfirmitas propria inceſſanter attenditur. Nam uires noſtras ueraciter examinare negligimus, & quia de nobis fortia credimus: idcirco eos, qui nobis prælati ſunt, diſtricte iudicamus. Quo enim noſmetipſos minus agnoſcimus: eo illos, quos reprehēdere nitimur, plus uidemus. Singula hæc mala ſunt: quæ ſæpe a ſubditis in prælatos, ſæpe a prælatis ī ſubditos, committuntur: quia & omnes ſubditos, hi, qui præſunt minus quàm ipſi ſunt, ſapientes arbitrātur: & rurſum: qui ſubiecti ſunt, rectorum ſuorū actiones dijudicant, & ſi ipſos regimen tenere cō-

Z tingeret, ſe potuiſſe agere melius putant. Vnde plerunque fit, ut & rectores minus prudenter ea, quæ agenda ſunt, uideant: quia eorum oculos ipſa nebula elationis obſcurat: & nonunquàm is, qui ſubiectus eſt, hoc, cum prę latus fuerit, faciat, quod dudum fieri ſubiectus arguebat. Et pro eo, quòd illa, quæ iudicauerat, perpetrat: ſaltem quia judicauit, erubeſcat. Igitur ſicut prælatis curandū eſt, ne eorū corda exiſtimatione ſingularis ſapiētiæ locus ſuperior extollat: ita ſubiectis prouidendum eſt, ne ſibi rectorum facta diſpliceant. Si autem magiſtrorum uita iure reprehenditur: oporret, ut eos ſubditi, etiam cum diſplicent, uenerentur. Sed hoc eſt ſolerter intuendum, ne quem uenerari neceſſe eſt, ſi reprehenſibilis eſt, imitari appetas: aut quem imitari deſpicis, uenerari cōtemnas. Subtilis etenim uia tenenda eſt rectitudinis, & humilitatis: ut ſic reprehenſibilia magiſtrorū facta diſpliceant, ut ſubditorum mens a ſeruanda magiſterij reuerentia non recedat.

---

# SEQVITVR LIBER Septimus.

## *De diuerſis ferculis, & equis Salomonis. Cap. I.*

SAlomonis cibus erat per dies ſingulos triginta cori ſimilę, & ſexaginta cori farinę: decē boues pingues, & uiginti boues paſcuales, & centum arietes: excepta uenatione ceruorum, caprearum, atq; bubalorū, & auium altilium &c. Salomon .i. pacificus: & nomine, & ſereniſſimo ſtatu regni, Chriſtum ſignificat. Cibus Salomonis, refectio eſt Chriſti: qui paſcitur fide, & operibus, quæ illi offeruntur quotidie ab eccleſia. Triginta nanque cori ſimilę: fidem deſignant ſanctæ Trinitatis. Sexaginta uero cori farinæ: perfectio boni operis. In ſenario nanque Deus opus creationis perfecit. Decem boues pingues: decalogi prædicationem figurant, in ueteri teſtamento. Viginti boues paſcuales: duplicationem einſdem prædicationis in nouo teſtamento. Centum arietes: perfectam eccleſiaſticam prælationem. Venatio ferárum, captio auium: quarumlibet gentium, & ſuperborū, & ferocium conuerſionem. Et habebat quadraginta millia pręſepia equorum currilium, & duodecim millia equeſtrium &c. Equi Salomonis, prędicatores Chriſti deſignant: quibus Chriſtus per orbem terrarum uehitur: in quibus contra dæmones pręliatur. Multitudo præſepiorū multitudinem librorum, tria millia parabolarum compoſuit.

A 3.Reg.4

## *De ſapientia, præfectis, ſubiectis, & uxoribus Salomonis Cap. II.*

B

DEdit Deus ſapientiam Salomoni: & fuit ſapientior cunctis hominibus. 3.Reg.4

Et in Chriſto ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi: & eſt ſapientior cunctis angelis. Salomon quinque millia carminum fecit: & Chriſt⁹ ſapientiam homini, per quam quinque ſenſus corporis regat, tribuit. Salomon de cedro, & hyſſopo, de iumentis, & uolucribus, & de reptilibus diſputauit: & Chriſtus omnia nouit: & non eſt ulla creatura inuiſibilis in cōſpectu eius: & rerum cunctarum rationes multiformiter nobis expoſuit. Duodecim præfecti Salomonis, miniſtrant domui Colos.1.

*Pulchra comparatio inter Salomonē & Chriſtum.*

domui eius annonam: & duodecim apoſtoli ad-
miniſtrant doctrinam ſanam. Salomoni ſubiecti
erant principes diuerſorum regnorum: & Chri
ſto ſubiecti ſunt prælati eccleſiarum diuerſarũ,
3.Reg.10 & reges omnes orbis terrarum. Venit ad Salomo
nem regina Auſtri, ut audiret ſapientiam eius: &
uenit ad Chriſtum gentilitas, ut audiret ſapien-
tiam eius. Præſentauit regina Auſtri Salomoni
aromata multa: & eccleſia Chriſto gratia eius ſan
ctificata, pręſentat uirtutes, & bona opera, longe
3.Reg.11 lateque per bonam opinionem redolentia. Ha-
buit Salomon quaſi ſeptingentas reginas, & tre-
centas concubinas: & Chriſtus habet fideles ani-
mas per ſeptiformem gratiam renatas, & per fi-
dem ſanctæ Trinitatis pręclaras.

### *De ædificatione templi. Cap. III.*

C
3.Reg.6. 2.Para.3 SAlomon ædificauit templum: &
Chriſtus ædificauit eccleſiam. In
ędificatione templi, fuerunt artifi-
ces latomi, lignorũ cęſores: in ædi
ficatione uero eccleſiæ, ſunt artifices, prędicato-
res, & doctores. Triplicem autem materiã miſit
Salomon in conſtructionem templi: lapides, li-
gna, aurum. Lapides, ſignificant fidei firmitatem:
ligna, ſpei ſublimitatem: aurum, charitatis fulgo-
rem. Quarto anno regni, Salomon cœpit templũ
ędificare. Et per prędicationem quatuor euange-
liorum, ſancta eccleſia ex Iudęis, & gentibus cœ-
3.Reg.5 pit adunari. Miſit Hyram Salomoni ligna cedri-
na de Libano præciſa, & abiegna: quæ in domo
Domini ponerentur: quia cõuerſa gentilitas mi-
ſit ad Dominum uiros in ſeculo claros: ſed ſecuri
increpationis de monte ſuperbię eiectos, & hu-
miliatos: qui ad notitiam, uel normam euangelij,
prędicatione ueritatis inſtituti in ædificio eccle-
ſiæ pro ſuo quiſque merito collocaretur. Miſit
etiam artifices. i. philoſophos ad ueram ſapientiã
conuerſos: qui populis regendis gratia eruditio-
nis prępone rentur: qualis fuit temporibus Apo-
ſtolorũ Dionyſius Ariopagita, & poſtea Cypria-
nus doctor egregius, & martyr fortiſſimus. Miſit
quoque aurum. i. uiros ſapientia & ingenio
claros: pro quibus expectat dona cæleſtis gratiæ.
3.Reg.6. Miſit autem Salomoni Hyram triticum, ſcilicet
uerbum Dei: miſit oleum, charitatem ſcilicet, uel
3.Reg.6. unctionem Spiritus ſancti. Tria tabulata tres or-
dines deſignant in ſancta eccleſia cõiugatorum,
continentium, uirginum. Nil erat in templo, qđ
auro non tegeretur: quia nil eſt in ſancta eccleſia
quod charitate non tegatur; ſi non extra ip-
ſum, & non in ipſa eſſe iudicatur. Deaurata
erat porta eius, quia patres ueteris teſtamenti
per charitatem Deo placuerunt. Deauratum ip-
ſum templum, quia eadem charitas diffuſa eſt in
cordibus noſtris. Deaurata domus interior: quia
in cæleſti patria charitas regnat. Quòd autem cœ
nacula auro dicuntur tecta, ad idem reſpicit. Va-
riæ cælaturæ: uariæ ſunt uirtutes eccleſię. Mare
æneum, ſignificat baptiſmum. Salomon ſeptem
annis tẽplũ ædificauit, & octauo anno pfecit, &
dedicauit: quia Chriſtus ſanctam eccleſiã in pre
ſenti ſeculo, quod ſeptem dierũ curriculo uolui-
tur, uiuificat: & poſt reſurrectionem octonario
beatitudinis glorificat. Menſa antea: eſt ſacra ſcri
ptura, intelligentia ſpirituali clara. Diuerſa tem-
pli uaſa: diuerſæ ſunt animæ uarijs donis Sancti
ſpiritus repletæ. Verum quòd in Tyro ligna, &
lapides præparabantur & ſine ſonitu malleorum,
& ferramentorũ in tẽplo ponebantur: deſignat
quòd nos in mundo per tribulationes ad iuſtitiã
reformamur: in patria cæleſti ſecundum merita,
tranquille præmijs remuneramur.

### *De libertate Iſrael, & ſeruitute alieni- genarum. Cap. IIII.*

VNiuerſum populum, qui non fue- D
3.Reg.9 rat de Iſrael, fecit Salomon tributa
riũ: de filijs autem Iſrael non cõ-
ſtituit ſeruire quemquàm. Sed erãt
uiri bellatores, & miniſtri eius: &
principes, & duces. Vniuerſum populum, qui nõ
fuerat de Iſrael filijs, facit pacificus noſter tributa
rium cum eis, qui nõ ſunt de numero filiorum:
ſed in ſeruili conditione utitur ad proprium ne
gocium. Tales licet in multis aduerſentur, tamen
frequenter uſibus eccleſiæ ſeruiunt: cum in præ-
ſenti tempore de rebus ſuis ſolatia prębent alijs.
Qui non ancillę filij ſunt, ſed liberæ, ut quos Dei
filius ſanguine liberauit: non conſtituit ſub con-
ditione ſeruire: quia neminem cogit ritu gentili
uiuere: neminem cærimonias ueteris legis tem-
poribus noui teſtamenti ſeruare. Conſtituit bel-
latores eſſe, qui contra ſpirituales nequitias ſcu-
to fidei, & gladio ſpiritus dimicent: & miniſtros
ſuos fieri, hoc eſt, ſpirituale obſequium in bonis
operibus ſibi præbere: principes & duces, ut be-
ne ſibi principentur, & carnis luxuriam domẽt,
ſiue ut ſubditos ſibi bene regant, & in ſemitis iu-
ſtitiæ ducant.

### *De throno Salomonis. Cap. V.*

FEcit Salomon rex thronum de ebo E
3.Re.10 re grandem, & ueſtiuit eum fuluo
auro nimis: qui habebat ſex grad⁹:
& ſummitas throni rotunda erat in
parte poſteriori, & duæ manus hĩc
atque inde tenentes ſedile: & duo leones iuxta
manus ſingulas: & duodecim leonculi ſtantes ſu
per gradus hinc atque inde. ¶ Solium Salomonis
eccleſia eſt: in qua pacificus noſter regnans, iudi-
cia ſua facere dinoſcitur. Bene de ebore factum eſ
ſe memoratur: quoniam elephas, cuius ebur dãt
oſſa, inter quadrupedia ſenſu plurimum ualet, &
temperanter miſcetur fœminę ſuæ, & coniuge
grauida non utitur. hoc pudicis aptatur: qui per
caſtitatem Chriſti præcepta ſequuntur. Hanc, id
eſt, eccleſiam ueſtiunt auro: quia ſplendorem glo-
riæ ſuæ in ea per miracula clareſcere facit. Et
habebat ſex gradus. Sex diebus perfecit Deus mũ
di ornatum: qui numerus perfectione ſua, perfe-
ctionẽ bonorũ operũ deſignat. Septima requie-
uit

uit Deus, & quia ſex ætatibus mundus conſtat, in quibus licet operari: quiſquis cæleſtem patriam deſiderat, bonis operibus inſiſtat, & feſtinet aſcẽdere. Rotunditas throni in parte poſteriori, ſignificat requiem æternam: quę poſt hanc uitam ſanctis eſt parata: ut quiſquis hic bene laborat, remuneratus perenni quiete perfruatur. Manus tenentes ſedile, ſignificant ſolatia diuinæ gratiæ: quę eccleſiam ad cæleſte regnum prouehunt. Hinc & inde, quia in utroque teſtamẽto hoc prædicitur: quòd niſi diuino adiutorio aliquid boni perfici non poteſt. Per leones duos, patres utriuſque teſtamenti figurantur: qui fortitudine animi ſibi, & alijs dominari didicerunt. Hi iuxta manus ſtabãt: quia ſancti patres quicquid boni fecerunt, non ſibi, ſed Deo deputauerunt. Unde. Non nobis Do-
Pſal. 113 mine, non nobis, ſed nomini tuo da gloriam. Per leonculos prædicatorum ordo ſignatur, apoſtolicam doctrinam ſequens: hi ſupra ſex gradus hinc atque inde ſtant: quia per bonorum operum greſſus, hinc & inde doctrinis, & exemplis eminẽre certant.

### De Roboam. Cap. VI.

F
3.Re.12 RESpondit Roboam populo dura, relicto conſilio ſeniorum, quod ei dederant, & locutus eſt eis ſecundum cõſilium iuuenum dicens. Pater meus aggrauauit iugum ueſtrum: ego aũt addam iugo ueſtro. Pater meus cecidit uos flagellis: ego autem cædam uos ſcorpionibus. Roboã, ſignificat malos rectores in eccleſia: qui terrenis cupiditatibus dediti, & delectari in multitudine obſequentium, non condignam habent ſollicitudinem ſibi commiſſorum. Interpretatur Roboam, latitudo populi: quia tales ſpatioſam, & latam uiã gradiuntur, q̃ multos ducit ad mortẽ. Relicto ſanctorum patrum conſilio: quorum dicta, & exẽpla ad celſitudinem tendunt: illis obtemperat, qui iuuenilibus deſiderijs mãcipati, laudib⁹ iniquis, & adulationibus grauãt. Quibus etiam minatur ſa-
Eccl. 10 pientia dicens: Væ tibi terra, cuius rex eſt puer: & cuius principes mane comedunt, & econtrario beata terra, cuius rex eſt nobilis, & cuius princeps ueſcitur in tempore ſuo.

### De Ieroboam. Cap. VII.

G
3.Re.12 DIxit Ieroboam in corde ſuo: non reuertetur ad me regnum Dauid, ſi aſcẽderit populus iſte ut faciat ſacrificia in domo Domini in Hieruſalẽ; & conuertetur cor populi huius ad dominum ſuum Roboam regem Iuda, & interficiet me, & reuertetur ad eum. Et excogitato conſilio, fecit duos uitulos aureos: & dixit eis. Nolite aſcendere Hieruſalem. Ecce dij tui, qui eduxerunt te de terra Ægypti. Ieroboam, qui decem tribus a templo Dei ſeparans ad idololatriã perduxit: ſignificat hæreticos, qui unitatem fidei catholicę hæreſibus ſcindunt: ac ſic cultui malignorum ſpirituum ſubdunt. Ieroboam, interpretatur diiudicans. Hæretici enim diiudicare populum uidentur, cum erroris ſui ſequaces faciunt. Tollunt decem ſciſſuras: cum decem præcepta legis uiolando corrumpunt. Et una tribus cum ſobole Dauid remanſit: dum ſors electorum in regula fidei catho- Ephe. 4
licę permanſit: quia unus Dominus, una fides, unum baptiſma.

### De eo, quod ſcriptum eſt: demetam poſteriora Baaſa. Cap. VIII.

H
3.Re.16 ECce, ego demetam poſteriora Baaſa, & poſteriora domus eius. Demetit Dominus poſteriora cuiuſcunque iniqui: cũ peccata poſt finem uitæ ulciſcitur: demetit Dominus poſteriora domus eius: cum imitatorem eius æternis cruciatibus damnat. Quicunque ergo uſque in finem uitæ ſuæ in prauis operibus perſeuerat, poſtera illius demetuntur: quia de terra uiuentium ſuccidetur.

### De reædificatione Iericho. Cap. IX.

I
3.Re.16 AEdificauit Ahiel de Bethel Iericho. In Abiram primitiuo ſuo filio fundauit eam, & in Segoth nouiſſimo ſuo poſuit portas eius. Ahiel, uiuens Deo. Bethel, domus Dei interpretatur. Ahiel igitur de Bethel deſtructa a Ioſue, atque anathematizata Iericho, mœnia reſtaurat: cum qui in eccleſia habitũ religionis aſſumpſerat: abiecta ſcelera, quæ ei Dominus Ieſus in die baptiſmatis donauerat, & quas prius anathematizauerat diaboli pompas, luxurioſe repetit. Cumque errorum dogmata, uel gentilium fabulas, ueritati eccleſiaſticæ, qua imbutus erat, præfert: quaſi de Bethel egrediens ruinas Iericho reficit: & fundamenta fidei, a quibus bona ędificia inchoare, & clauſtra bonę actionis, quibus perfici debuerat, perdit.

### De Elia, & torrente Carith. Cap. X.

K
3.Re.17 ABijt Elias, & ſedit in torrente Carith, qui eſt contra Iordanem. Corui quoque deferebant ei panem, & carnes mane & ueſperi, & bibebat de torrẽte. Poſt dies autem aliquantos: ſiccatus eſt torrens. Abſconditus Elias noſter Chriſtus, in torrente Carith, qui interpretatur caluus, de torrente bibit: cum in Caluariæ loco ubi abſcondita eſt fortitudo eius, de torrente mortalitatis noſtræ guſtauit. Corui paſcebãt Eliã deferentes ei panem, & carnes: cum gentilitas de Abac. 3
nigredine peccatorum ueniens, Chriſto ſalutem noſtram eſurienti, panem fidei, & carnes, id eſt, ſpem reſurrectionis per gratiam eius illuminata offert. Mane ſcilicet, in initio prędicationis euangelicæ. Veſperi: cum eandem uſque in finem mundi ſeruans incontaminatam, carnis reſurrectio ue nienti

nienti iudici præſentatur,Poſt dies aliquot ſicca-
tus eſt torrens:quia conſummato curſu præſentis
Apo.21. uitæ abſorpta erit mors in uictoriam,& iam non
erit mors neque luctus neque clamor, quia pri-
ma abierunt.

### *De Elia,& uidua Sareptana. Cap. XI.*

L
3.Re.17 FActum eſt uerbũ Domini ad Eliam
dicens.Surge,uade in Sareptã Sydo
niorum, & mane ibi:præcepi.n.mu
lieri uiduæ,ut paſcat te. Vidua Sarep
tana ſanctam deſignat eccleſiam: q̃
quaſi uidua erat, q̃diu aduentum Saluatoris ex-
pectabat.Venit Elias ad uiduam: dũ Chriſtus per
myſterium incarnationis uenit ad eccleſiam.Mu-
lier uero duo ligna collegit: qñ ſancta eccleſia
fidem paſſionis recepit.Modicum farinæ, ſignifi-
cat imperſectionem cognitionis de diuinis:& pa
rum olei,inſufficientiam exprimit gratiæ. Venit
Elias:& ſuffecit farina,& oleum:quia in aduentu
Chriſti multiplicata eſt ſcientia, & multiplicatũ
eſt gratię donum. Mulier Eliam paſcit: dũ ſancta
eccleſia,Chriſtum fide,& bonis operibus reficit.
Tres anni famis,ſignificant defuiſſe ſanctæ Trini
tatis fidem.Sex menſes,ad opus bonum pertinẽt:
qđ penitus ab hominibus deſierat:ſicut ſcriptum
eſt.Non eſt qui faciat bonũ,non eſt uſq; ad unum.
Suſcitauit Elias uiduæ filium: qñ Chriſtus rede-
mit genus humanum. Per Eliam quoque aſcendit
abundantia pluuię:qñ per Chriſtum perfuſus eſt
mundus rore cęleſtis gratiæ. ¶Vidua igitur,eccle-
ſia:Elias,Chriſtus:ligna,crux:farina,ſcientia:oleũ,
gratia:tres anni famis,imperfecta cognitio Trini-
tatis:ſex menſes,defectus boni operis:reſuſcitatio
filij,redemptio generis humani:Largitas pluuię,
plenitudo gratiæ.

### *De Elia,& prophetis Baal. Cap. XII.*

CVrauit Elias altare,& tulit duodecim
lapides,& ædificauit ex eis altare:&
M fecit aquæductum in circuitu:& po
3.Re.18 ſuit deſuper ligna,& obtulit Domi-
no holocauſtum:& exclamauit po-
pulus dicens:Dominus ipſe eſt Deus.Redemptor
noſter contra mundi principem & ſatellites eius,
decertans altare Domini, qđ deſtructum fuerat,
id eſt,fidelium corda, a labe iniquitatis purgans,
aram Deo dedicat: quæ ex duodecim lapidibus
conſtructa memoratur:quia ex ijs,qui propheti-
cam fidem,ſeu doctrinam ſequuntur, gratiſſima
Deo ara conſtituitur:in qua ſacrificium laudis,in
odorem ſuauitatis offertur. Fecit aquæductum ex
contrito,ſcilicet corde, & humiliato ſpiritu, flu-
mina producendo lachrymarum: pro timore ge-
hennæ,& deſideratione uitæ æternæ.Ibi ẽt ponit
ligna, q̃a ſanctorũ dicta uel facta,ad exẽplũ credẽ
tib. cõſtituit.Diuiſitq; p mẽbra bouẽ,& poſuit ſu
per ligna:cũ oẽs act⁹ ſuos ad exẽplũ ſãctorũ patrũ,
formare docuit fideles.Iuſſit ſuper holocauſtũ, &
ſup ligna,ſemel,iterũ,tertio,aquã infundere:quia
omni tpe eſt neceſſe uerba,cogitationes,& opera
noſtra, in ipſa cõpunctione lachrymarũ modera-
ri:& non prius ceſſare,q̃ foſſæ aquæductus repleã
tur,id eſt, donec futurũ gaudiũ præſenti mœrori
ſuccedens perfecte repleatur:ſicq; erit illud, qđ ſe
quitur.Cecidit ignis Domini,& uorauit holocau
ſtum:qñ diſcrimen iudicis futurum, dicta, ac fa-
cta,ac totã uitã noſtrã perfecte examinans:probã
do nos(ſicut igne probatur argentum) immorta
les,ac ſanctos factos in ſedem collocabit æternã,
id eſt,perpetuam:& ad inſtar Iſraeliticorum po-
pulorum in æternum gratulando cantabimus:
Dominus ipſe eſt Deus.

### *De interfectione prophetarum Baal. Cap. XIII*

DVxit Elias prophetas Baal ad torren- N
tẽ Cyſon,qui interpretatur duritia 3.Reg.18
eorũ,& interfecit eos ibi.Sic Redẽ-
ptor noſter adueniente die iudicij, Matth.13
mittet angelos ſuos,& colligent oĩa
ſcandala de regno eius,& mittent eos in ſtagnum
ignis,ubi cruciabuntur ſm duritiã,& impœnitẽs
cor eorum.Et facta eſt pluuia grandis.Poſtq̃ Chri 3.Re.18
ſtus mortem guſtauit, & uictor de mundo ad cæ-
los aſcẽdit: hymbrem gratiæ diuinæ per ſeptifor
mem ſpiritum de ſupernis ad terrã miſit: qui nos
a peccato mundaret, & ſpirituales fructus gi-
gnere faceret.

### *De fuga Eliæ coram Iezabel, & de Iunipero. Cap. XIIII.*

TImens Elias minas Iezabel, relicto O
puero perrexit in deſertũ uiã unius 3.Re.19
diei:& reſedit ſub iunipero.Sãcti ui
ri,q ſubleuatione ſpiritus,ad ſuper-
na rapiuntur,q̃diu in hac uita ſunt:
ne ſuperbiãt tẽtationibus rapiuntur. Hinc eſt,ꝙ
Elias cũ tot uirtutibus profeciſſet,Iezabel poſtmo
dum quàmuis reginam, tamen mulierem fugit:
& qui mortuos ſuſcitabat, uenturum præuidens
iudicium, clamabat: alia quoque præclara fa-
ciebat, timore percuſſus de manu mulieris mor-
tẽ fugit: de manu Dei mortem petijt,nec accepit.
In uirtutibus Eliæ potentia pollebat: in infirmita
tibus ſuis quod de ſe poterat,agnoſcebat. Ibi of-
fendebat, quod acceperat: hic quod acceperat,
cuſtodiebat. In miraculis monſtrabatur: in
infirmitatibus ſeruabatur. ¶Elias propheta
Domini, uita, & miraculis clarus: quem-
libet deſignat fidelem. Achab rex impius Domi
ni, & præceptorum eius aduerſarius diabolum
ſignificat:qui rex eſt ſuper omnes filios ſuperbiæ.
Iezabel mulier impudica,& Eliæ ſemper inimica
immunditiam exprimit carnis, quæ ſemper iu-
ſtum perſequitur, & eius actibus inimicatur.
Cuius minis Elias.i. fidelis nonnunquàm per-
territus,quàmuis uirtutibus,& multis bonis ope
ribus prius claruerat: prophetas.n. deleuit Baal.i.
omnẽ infidelitatem, & hæreticam prauitatem de
corde ſuo repulit: & pluuiam de cælo.i. gra-

tiam cælitus ſibi dari meruit: timens tamen ne occaſio ueniat, & eum Iezabel, id eſt, luxuria occidat. Obediens autem apoſtolico conſilio, qui dicit. Fugite fornicationem: fugit quoque ſecularem habitum, & conuerſationem mundi derelinquit, & in deſertum uadit: qui habitum, & uitam religionis aſſumit. Deſertum eſt uita ſpiritualis, atq; religio: qa a multis deſeritur, & a paucis incolitur. Dimiſit autem Elias puerum, & ſolus deſertum intrauit: quia iuſtum eſt, ut fidelis quiſq; ſpiritualem conuerſationem ingrediens, cuncta puerilia, & uana, & friuola derelinquat: & nec comedēdo, nec bibendo, nec loquendo, nec alijs actibus ſuis quicquàm pueriliter agat. Poſſumus. n. per iuniperū, ſub qua Elias reſedit: alicuius ordinis aſperitatem, ſicut eſt monachorū canonicorum, uel clericorum regularium, uel cuiuſq; alterius profeſſionis, ſignare. Videtur namq; quęlibet profeſſio ordinis ſicut iuniperus, quoſdam aſperitatis aculeos habere: qui uidelicet ſunt cultus clauſtri, tædium ſilentij, timor prælati, diſciplina capituli, abſtinētia cibi, & ſi qua ſunt ſimilia: quæ per ſuæ aſperitatis aduerſitates pungere poſſunt. Sunt & alij iuniperi huius aculei: acerrimæ ſcilicet, & importunę
P cogitationes, uel tentationes, quæ more ſpinarū teneritudinem animorum pungunt. Quatuor aūt ſunt tentationum modi. Alia eſt tentatio leuis, & occulta: alia leuis, & manifeſta: alia grauis, & occulta: alia grauis, & manifeſta. Tentatio leuis, & occulta: eſt qñ aliquis leuiter tentatur: & tamen nōdum intelligit, an malū ſit illud, de quo tētatur: Verbi gratia. Qñ aliquis de aliquo officio, ſiue ꝑlatione leuiter tentatur: leuis tentatio eſt, & occulta: quia neſcit, an ſibi expediat id, qđ deſiderat. Tentatio leuis, & manifeſta: eſt qñ aliquis leuiter tentatur, & manifeſte de malo tentatur: uerbi gratia. Quando aliquis de fornicatione leuiter tentatur: tentatio leuis eſt, quia leuiter tentatur: & manifeſta, quia manifeſte de malo. Tentatio grauis, & occulta: eſt qñ aliquis grauiter tentatur: & tamen non nouit, an noxium ſit ſibi illud, de quo tentatur: uerbi gratia. Qñ aliquis de prælatione, uel alio miniſterio grauiter tentatur: grauis eſt tētatio, quia grauiter tentatur: occulta, dum neſcit, ꝙ ibi lateat diabolica fraus. Ad hoc. n. diabolus de exaltatione tētat, ut per exaltationem magis corruat ad damnationem. Tentatio grauis, & manifeſta: eſt quando aliquis grauiter, & manifeſte de malo tentatur. Verbi gratia. Quando aliquis de fornicatione grauiter tentatur: tentatio grauis eſt, quia grauiter tentatur: & manifeſta, quia manifeſte de malo eſt. Quos ſcilicet tentationis modos Pſalmiſta bene deſignat, ubi dicit. Non timebis a timore nocturno. A ſagitta uolante per diem, a negocio perambulante in tenebris, ab incurſu, & dæmonio meridiano. Tentatio nāq; leuis, & occulta: timor eſt nocturnus. Tentatio leuis, & manifeſta: ſagitta uolans in die. Tentatio grauis, & occulta: negocium perambulans in tenebris eſt. Tentatio autem grauis, & manifeſta: incurſus, & dæmonium meridianum. Iſti itaque tentationum modi: ſunt iſtius iuniperi ſcilicet ordinis aculei, qui more aculeorum teneritudinem pungunt animorum, & nonnunquàm lacerant corda bonorum: non quia ordo malus ſit: ſed diabolus tanto acrius iuſtum per tentationes pungit, quanto eum ad ſublimiora, & ſecretiora per habitum, & uitam ordinis, cernit tranſire. Recte igitur ſecundum ſupradicta, ordo religioſorū iunipero comparatur: dum uarijs aſperitatibus, & tentationibus pungere approbatur. Ad hāc denique iuniperi umbram uenit Elias: quando aliquis ſecularia fugiens, ordini alicuius aſperitatis ſe ſubmittit. Animæ uero ſuæ, ut moriatur, petit: quando mori penitus mundo, & uiuere Deo concupiſcit. Qui tamen non mortem, quam petit: ſed dormitionem, quam non petit, inuenit: quia plerunque religioſus diuerſis in ſpirituali conuerſatione fatigatus tentationibus, & aduerſitatibus, in profectu uirtutum, & bonorum operum torpeſcit. Angelus aūt cuſtos, & excitator Eliæ, eſt prælatus cuſtos, & exhortator fidelis aīæ ſibi ſubiectæ. Qui dum Eliam, id eſt, animam ſibi creditam, cōſpicit dormitare ſub iunipero, id eſt, ſub ordine torpeſcere, ſtatim excitat, paſcit, & potat: dum eū ad meliora admonet, & de ſacra ſcriptura difficiliora, quæ deſignantur per paſtum: & faciliora, quæ figurantur per potum, docet. Elias quoque excitatus comedit, & bibit: dum admonitus ſub uerbis loquentis patiēter acquieſcit, nec his, quæ dicuntur, contradicit. Rurſum uero obdormit: R
quia nonnunquàm ſubiectus multis tædijs affectus poſt primam admonitionem, & eruditionē iterum tepeſcit. Sed Elias per angelum ſecundo excitatur, & paſcitur: dum ſubiectus per prudentem, & fidelem prælatum, iterum admonetur, & inſtruitur. Surge, inquit, comede: grandis tibi reſtat uia. Quaſi diceret. Si confidis in ſolo ordine, ſcias nil tibi prodeſſe, ſeculum tantum corporaliter derelinquere, coram oculis humanis ſolummodo habitum religionis palliatum exhibere: ſtude per uirtutes ultra proficere, per opera miſericordiæ proximis ſubuenire. Lege, meditare, pſalle, ora, operare, grandis tibi reſtat uia: quia parum adhuc profeciſti, & multum habes proficere. Comedit denique Elias, & bibit, & uadit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, uſq; ad montem Dei Oreb, dum ſubiectus per eruditionem bene confortatus in proſperitatibus, quaſi in diebus: & aduerſitatibus, quaſi in noctibus, per uirtutum exercitationem, & bonorum operum exhibitionem proficiens: & quaternarium euangelij, & denarium legis perficiēs ad culmen ſublimitatis uenit: ubi recte in oſtio ſpeluncæ dr̄ ſtare: dum paratus eſt quandocunq; Dominus eum uocauerit, de carne exire.

pulchra de Tentatione diſtinctio.

Pſal. 90.

Q

*De uiſione Eliæ in monte. Cap. X V.*

S

ECce Dominus tranſit & ſpiritus grādis, & fortis, ſubuertens montes, & cōterens petras ante Dominum. Nō in ſpiritu Dominus, & poſt ſpiritū cōmotio: non in cōmotione Dominus 3 Re. 19

nis,& poſt commotionem ignis; non in igne Dominus,& poſt ignem ſibilus auræ tenuis. Spiritus quippe ante Dominum ſubuertit montes, & petras conterit: quia pauor, qui ex eius aduentu irruit: & altitudinem cordis noſtri deijcit, & duritiem liquefacit. Spiritum uero commotio ſequitur: cum poſt ipſum pauorem, cor noſtrum ad meliora promouetur. Commotioni etiam ignis ſuccedit: cum diuinus amor, poſt emendationē cor caleſacit. Spiritui uero, commotioni, & igni non ineſſe Dominus dicitur: eſſe uero in ſibilo auræ tenuis non negatur: quia nimirum cum mēs in contemplationis ſublimitate ſuſpenditur: quicquid perfectè conſpicere præualet Deus non eſt. Cum uero ſubtile aliquid conſpicit: hoc eſt, quod de incomprenſibili æternitatis ſubſtantia audit. Quaſi enim ſibilum tenuis auræ percipimus: cum ſaporem incircunſcriptæ ueritatis contemplatione ſubita, ſubtiliter deguſtamus. Tunc ergo uerū eſt, quod de Deo cognoſcimus, cum plene nos aliquid de illo cognoſcere non poſſe ſentimus. Vnde bene illic ſubditur. Quod cum audiſſet Elias: operuit uultum ſuum pallio,& ingreſſus ſterit in oſtio ſpeluncæ. Poſt auræ tenuis ſibilum uultum ſuum propheta pallio operuit: quia in ipſa ſubtiliſſima contemplatione ueritatis, quanta ignoran-

T tia homo tegatur, agnoſcit. Vultui namque palliū ſuper ducere: eſt ne altiora mens querere audeat, hanc ex conſideratione propriæ infirmitatis uelare, ut nequaquam intelligētiæ oculos ultra ſe præcipitanter aperiat: ſed ad hoc, quod apprehendere non ualet, reuerenter claudat. Qui hæc agens, in ſpeluncæ oſtio ſteriſſe deſcribitur. Quid nanq; ſpelunca noſtra eſt: niſi hæc noſtræ corruptionis habitatio? Sed cum aliquid percipere de cognitione Diuinitatis incipimus: quaſi iam in ſpeluncæ noſtræ oſtio ſtamus. Quia enim progredi perfecte non poſſumus, ad cognitionem tamen ueritatis inhiantes: iam aliquid de libertatis aura capiamus. In ingreſſu ergo ſpeluncæ ſtare: eſt repreſſo noſtræ corruptionis obſtaculo, ad cognitionem ueritatis incipere exire.

### *De cuſtodia humilitatis. Cap. XVI.*

V
3.Re.19
DIxit Elias ad Dominum, Altaria tua deſtruxerunt,& prophetas tuos occiderunt gladio: & derelictus ſum ego ſolus. Tanto prophetæ quid diſficile fuit agnoſcere, in hoc mundo famulos remanſiſſe Deo? Sed qui humilis etiam occulta Dei nouerat: elatus etiam aperta neſciebat. Vnde certum eſt, quòd humilitatis ſe radio illumināt, qui aliorum bona ſublimiter pēſat: quia dum ea, quæ ipſe fecit, facta foris, & ab alijs conſpicit: eum, qui de ſingularitate intus erumpere nititur, ſuperbiæ tumorē premit. Hinc eſt, quod uoce Dei, ad Eliam ſolum ſe exiſtimantem dicitur. Reliqui mihi ſeptem millia uirorū, quorum genua non ſunt incuruata ante Baal, ut ſe non ſolum remanſiſſe cognoſceret, & elationis gloriam, quæ de ſingularitate ſurgebat, abdicaret.

### *De eo, quòd Elias unxit Eliſeum. Cap. XVII.*

PRofectus Elias de monte, reperit Eliſeum filium Saphat arantem in duodecim iugis boum, & ipſe in duodecim iugis arantibus unus erat. Cumque ueniſſet Elias ad eum: miſit pallium ſuum ſuper eum. Qui ſtatim relictis bobus cucurrit poſt Eliam,& ait. Oſculer oro te patrem meum,& matrem meam, & ſic ſequar te. Elias profectus reperit Eliſeum filium Saphat arātem in duodecim iugis boum: cū Redemptor noſter deſcendens de cœlo diuino iudicio acquiſiuit populum adhuc terrenis actibus inhiantem, in quo ſalutem fecit: cum eum ad fidem conuertit. Elias. n. interpretatur Dominus Deus. Saphat; iudicantis, uel indicantis. Eliſeus, Dei mei ſalus. Super quem propheta pallium ſuum miſit: cum Dominus populum fide catholica induit. Vnde Apoſtolus. Quicunque in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. Relictis bobus cucūrrit poſt Eliam: quia Redemptoris uoce audita, Niſi quis renunciauerit omnibus, quæ poſſidet: non poteſt eius eſſe diſcipulus: Statim ceſſauit terrenis lucris inhiare,& ſecularibus deſidarijs deſeruire: & ſic alijs uerbum uitæ prædicauit. Hoc eſt. n. oſculari patrem,& matrem: quoſcunque poteſt de iudæis, ſiue de gentibus ſermone uelle corrigere.

X
3.Re.9
Gal.3.
Lucæ.14

### *De pugna Benadab contra Iſrael. Cap. XVIII.*

BEnadab rex Syriæ congregauit omnē exercitum ſuum, & triginta duos reges ſecum, & currus, & equos: & aſcendens pugnabat contra Samariam,& obſedit eā. Et ecce propheta unus dixit ad Achab. Multitudinem hanc tradam in manum tuam. Et ait Achab, per quem? dixitque ei, per pediſſequos principum prouinciarum. Benadab ſignificat diabolum: qui diuerſos exercitus malignorum ſpirituum, ad ſubuertendum populū Dei contrahit: ſed per pueros principum Iſrael uincitur: id eſt, per bonos doctorū auditores, quia id, quod aure audiunt, factis complent. Antiquus hoſtis in fugam cōuertitur: quia qui utriuſque teſtamenti ſcientiam perfecte tenent,& Trinitatis fidem cum gemina charitate conſeruant, hi apti militiæ ſummi regis eſſe comprobantur: fugit Benadab rex Syriæ cum equitibus. Benadab. i. diabolus, princeps iniquorū, quorū oculi ſublimes ſunt: in equo ſuperbiæ ſuæ confidens, cū equitibus. i. cū oībus ſuperbis (qa ipſe eſt rex ſuper oēs filios ſuperbiæ) ab exercitu Chriſti ſuperatus, in fugam uertitur, & rex Iſrael percutit equos,& equites: quia rex regum nequitias ſpūales obruit, humani generis peccata delendo.

Y
3.Re.20
Iob.41.

### *De eo, quod dictum eſt a ſeruis regis Syriæ dij montium, ſunt dij Iſrael. Cap. XIX.*

SErui regis Syriæ dixerunt ei: dii montium ſunt dij Iſrael: ideo ſuperauerunt nos. Sed melius eſt, ut pugnemus contra eos in campeſtribus: & obtinebimus eos. Diabo-

Z
3.Re.20

lus licet a ſanctis ſæpius uindicatur, tamen iterum inſtaurat pręlium contra eos, & dum uno modo uincitur, alio modo ſtatim uincere conatur. Diabolus nanque, & maligni ſpiritus ſi in ſpiritualibus uincuntur: in corporalibus bellum parant, ſatagentes ut animas de ſupernis ad ima pręcipitẽt: quo facilius uincant. Si uiderint cæleſtia deſiderare: terrena ad amandum ingerunt. Si proſperitate conceſſa gratię Dei agantur: ſtudent ut per aduerſa frangantur. Sed ſicut Syri, ita dæmones, ubi ſuperare confidebant, ibi proſtrati ſunt.

*De Eliſeo, & pallio Elię. Cap. XX.*

A
4.Reg. 2 STetit Eliſeus ſuper ripã fluminis Iordanis, & pallio Elię, quod ceciderat ei, percuſſit aquas, quæ non ſunt diuiſæ: Et dixit, ubi eſt Deus Elię etiam nunc? Percuſſitque aquas, & diuiſæ ſunt hinc atque illinc, & tranſiit Eliſeus. Eleuatio Eliæ: aſcenſionem Domini ſignificat. Palliũ Eliæ: incarnationem Domini, per quam lethi fluuiũ dirupit: nobiſque tranſitum ad uitã parauit. Hoc Eliſeus poſt tranſitum Eliæ retinuit: quia fidem incarnationis eccleſia reſeruauit poſt aſcenſionẽ Chriſti, per quam præſentis uitæ fluctus tranſire ſatagit. Sed ſicut Eliſeus non niſi inuocato Deo Eliæ, aquas diuiſit: ita eccleſia niſi per inuocationẽ nominis Chriſti, uirtutes nullas facere poteſt.
Phil. 2. Deus enim eſt, qui operatur in nobis & uelle, & perficere.

*De eo, quòd uir Dei maledixit pueris in Bethel. Cap. XXI.*

B
4.Re. 2. AScendit Eliſeus in Bethel: Cumq; aſcẽderet per uiã: pueri parui egreſſi sũt de ciuitate, & illudebant ei dicentes: Aſcende calue, aſcẽde calue. Qui cũ reſpexiſſet: uidit eos, & maledixit eis in nomine Domini. Egreſſi ſunt duo urſi de ſaltu, & lacerauerunt ex eis quadraginta duos pueros. Eliſeus, interpretatur ſalus Dei. Huic, id eſt, Chriſto, illuſerunt Iudæi exaltato in cruce in Caluariæ loco. Qui dum illuſerunt ei: ſtultè, & pueriliter egerunt: ſed poſtquam Chriſtus aſcendit, ſicut Eliſeus aſcendit in Bethel, id eſt, in domum Dei: in quadrageſimo anno immiſit duos urſos de filiis gentium; Veſpaſianum, & Titum, qui crudeli ſtrage eos deiecerunt: & ibi ſanguis eorum effuſus eſt, ubi Dominum ſuſpenderunt.

*De aqua trium regum exercitibus a Domino data. Cap. XXII.*

C
4.Reg. 3. PErrexerunt rex Iſrael, & rex Iuda, & rex Edom, ut pugnarẽt cõtra Moab: nec erat aqua exercitui. Tres reges bellãtes, rectores ſunt fidelium: qui per Trinitatis fidem, contra mundi principẽ, & popu'ũ eius, philoſophos, hęreticos, ſchiſmaticos, atque oẽs iniquos, armis ſpiritualibus confligunt. Moab, interpretatur de patre, & conuenit eis, ad quos Dominus dixit. Vos ex patre Ioan. 8.
diabolo eſtis. Hi aduerſantur eccleſię, minis, perſecutionibus, dolo: ſed per Chriſtum (qui eſt caput noſtrum, ſcilicet Chriſtianorum) effugantur. Et ait Eliſeus, facite alueum torrentis huius foſſas & foſſas. Hæc enim dicit Dominus: Non uidebitis uentum, neque pluuiam, & alueus replebitur aquis, & bibetis uos, & familiæ ueſtrę, & iumenta ueſtra. Foſſas in alueo torrentis facit, qui profunda myſteria de ſcripturis quærit: quæ abſque pluuia, & uento, aqua replentur: quia ſępe abſque humano ſolatio, ſapientiam confert ſui inueſtigatoribus potentia diuina. unde Ioannes dicit. Non D
neceſſe habetis, ut aliquis uos doceat: ſed ſicut unctio eius docet uos de omnibus. 1. Ioan. 2
Vnde bibent homines, & iumenta, id eſt, doctrinam accipient ingenioſi, & ſimplices. Num. 20
Parum hoc eſt in conſpectu Domini: inſuper tradet etiam Moab in manus ueſtras, & percutietis omnem ciuitatem munitam. Non enim ſufficit uiro Dei abdita myſteria Dei ſcire: quinetiam debet ea prædicare aliis uiris, & contradicentes redarguere: quibus promiſſa eſt cuncta de hoſte uictoria, ut percutiant omnem ciuitatem. Ciuitas, ſecularis eſt prudentia: in qua philoſophi, & hæretici confidunt: hæc per prædicatores ſubuertitur. Lignum fructiferum ſuccidetis: lignum ſcilicet, quod non facit fructum bonum, ſed mortiferum: quod futuro examine ſucciſum pabulum fiet ignis æterni. Fontes aquarũ obturabitis. Fontes aquarum obturantur: cum hęreſiarchæ cum ſuis ſequacibus, per catholicos damnantur. E
Agrũ egregiũ operietis lapidibus: agri egregij operiuntur lapidibus, cum uenuſtas loquutionis hæreticæ, & philoſophicæ, anathematis põdere obruitur. Remanent tamen muri fictiles, i. falſæ rationes: quę a fundibulariis, id eſt, ſanctis prædicatoribus ad nihilum rediguntur.

*De muliere, quæ clamauit ad Eliſeum. Cap. XXIII.*

MVlier quædam de uxoribus prophetarum, clamabat ad Eliſeũ, dicens. Seruus tuus uir meus mortuus eſt, & tu noſti, quia ſeruus tuus fuit timens Deum: & ecce creditor uenit, ut tollat duos filios meos ad ſeruiendum ſibi. F 4. Re. 4.
Cui Eliſeus dixit; Quid uis ut faciam tibi? dic mihi quid habes in domo tua? At illa dixit. Non habeo ancilla tua quicquam in domo mea, niſi parum olei, quo ungar. Cui ait, uade, & pete mutuo ab omnibus uicinis tuis uaſa uacua non pauca. Et ingredere, & claude oſtium tuum, cum intrinſecus fueris tu, & filij tui: mitte inde in omnia uaſa hæc, & cũ plena fuerint, tolles &c. Mulier iſta, ſancta eccleſia G
eſt mater duorum populorum, Iudaici & Gentilis. Quæ prius ex peruerſo opere, conſentiendo callidi ſpiritus perſuaſioni: quaſi quendam nummum peccati a creditore accepit, & duos, quos in fide genuit, amittere filios timebat, ſed prophetæ uerbis. i. ſacræ ſcripturę præceptis obediẽs, ex paulo, quod habebat, olei, uacua uaſa infundendo repleuit

pleuit

pleuit: quia dum ab ore unius doctoris paulum
quiddam de amore Trinitatis multorum uacuæ
mentes hauriunt: exuberante gratia unguento-
rum diuini amoris, uſque ad ſummum replentur:
& iam nunc multorum corda, quæ prius erant ua
ſa uacua, unctione ſpiritus plena ſunt: quæ ex pau
citate olei ſolummodo infuſa uidebantur. Quod
cum alijs, atque alijs datur, & ab auditoribus fides
accipitur: erepta mulier, id eſt, ſancta eccleſia, iã
ſub creditoris ſui debito non tenetur.

*De tabernaculo, quod ædificauerunt Sunamitis, & uir eius Eliſeo. Cap. XXIII.*

H DIxit Sunamitis ad uirum ſuum de Eli-
4. Re. 4. ſeo. Animaduerto, quòd uir ſanctus
Dei eſt iſte, qui tranſit per nos, &
manet. Faciamus ergo ei cœnaculũ
paruum, & ponamus in eo lectulũ,
& menſam, & ſellam, & candelabrum: ut cum ue
nerit ad nos, maneat ibi. Eliſeus, qui interpretatur
ſalus Dei, & nominis interpretatione, & miraculo
rum operatione, & uirtutum exercitatione, & bo
norum operum exhibitione, & honeſtate, & con-
uerſationis ſanctitate, & poſt mortem mortui re-
ſuſcitatione, Chriſtum ſignificat. Sunamitis, quę
interpretatur captiua, ſiue coccinea: animam ex-
primit, quam Chriſtus de captiuitate diaboli, ſan
I guine ſuo redemit. Eliſeus ſæpe uenit ad Sunami
tidem fœminam: quia Chriſtus ſæpe multis mo-
dis uenit ad animam. Venit per creaturarum con
templationem: uenit per ſcripturarum lectionẽ:
uenit per miraculorum operationem: uenit per
internam inſpirationem: uenit per aduerſitatẽ:
uenit per proſperitatem: uenit mala comminan
do: uenit bona promittendo: uenit mala auferen
do: uenit bona conferendo: uenit per cognitionẽ
ueritatis: uenit per amorem uirtutis. Venit Chri-
ſtus ad animam ſpiritualiter, eam uiſitando, ho-
ſpitatus apud eam, illam certificando: aliquando
tranſit, illi gratiam ſubtrahendo. Ex parte enim
gratiam ſubtrahit, ut humilietur mens, quæ de ſe
nimis ſublimia ſentit: ſed iterum redit, dum iterũ
infundit. Vir mulieris huius uiduæ, id eſt, animę
rationalis, intellectus eſt: qui uiribus, & ſenſu ſibi
inſitis per naturam, uel collatis per gratiam, ani-
mæ debet præeſſe, conſulere, prouidere: eam rege
re, ducere, & ex ea progeniem uirtutum, & bono
rum operum procreare. Cum hoc uiro anima ac
cipit conſilium dicens. Animaduerto, quòd uir
iſte Dei ſanctus ſit: qui frequenter tranſit per nos.
Vere ſanctus eſt: quia ſanctus ſanctorum eſt: & ne
mo niſi per illum ſanctus eſt. Faciamus ei cœna-
culum paruum, & ponamus in eo lectulũ, & men
ſam, & ſellam, & candelabrum, ut cum uenerit ad
K nos, maneat ibi. Cœnaculum eò quòd eleuatur:
ſpiritualem deſignat conuerſationem. Quàm be-
ne fecerat cœnaculum iſtud huic Eliſeo Paulus:
Phil. 3. qui de ſe, ſibique ſimilibus ait. Noſtra autem con-
uerſatio in cælis eſt. Quod dicit paruum, humilitã
Iaco. 4. tem ſignificat. Deus. n. ſuperbis reſiſtit; humilibus
aũt dat gratiã. Et ideo fidelis aĩa, ſi aliquãdo facit
magna, in conſpectu Conditoris exiſtimat parua.
In lecto uero ſolemus a laboribus quieſcere, &
dormiendo uiſibilia ignorare. Recte ergo per le-
ctulum, contemplatio figuratur. In ea nãq; qui cõ
ſiſtit, ab incurſu tentationum, & afflictione labo-
rum quieſcit: & internis intentus; quid exterius
agatur, non attendit. Per menſã, ſignificatur ſcri-
ptura. Sicut. n. menſa repletur cibis: ſic ſacra ſcri-
ptura repleta eſt ſentẽtijs, & aliam nobis refectio-
nem tribuit per hiſtoriam; aliã per allegoriã; aliã
per tropologiam; aliã per uetus teſtamentũ, aliam
per nouum. Sella nãq; deſignat eruditionẽ. Sede-
re aũt ſolẽt doctores, qui alios erudiunt. Et bene
mẽſam ſequitur ſella: quia iuſtũ eſt, ut qui ſcriptu
rã audiendo, uel legendo didicit, alijs per doctri-
nã tribuat bonũ, quod agnouit. Candelabrum,
inſtrumentũ eſt luminis. Habet aũt candelabrum L
pedẽ inferius, & haſtã ſuper pedem erectã, & ſu-
per haſtã ſphærulã per circuitũ, & ſuper ſphęrulã
acumẽ, cui imponitur luminare. Pes uero candela
bri habet tria brachia æqualis longitudinis, ęqua
lis magnitudinis, unius formę, unius inter ſe diſtã
tiæ. Significat ergo fidẽ ſanctæ Trinitatis. Qualis
. n. Pater, talis Filius, & talis Spiritus ſanctus. Haſta
candelabri in eo ꝙ recta eſt, exprimit æquitatis re
ctitudinem. In eo uero ꝙ erecta eſt, erectionẽ bo
næ intentionis. Sphærula, ſignificat circunſpectio
nẽ mẽtis. Quaſi nanq; ſphærula candelabro impo
nitur: dũ mens de ſe bene ſollicita per circunſpe-
ctionẽ ſibi circunfertur. Superius acumen: ſanæ
rationis ſignificat ſubtilitatẽ. Luminare ſuperpo
ſitum: exprimit Chriſtũ. Cæra eſt humanitas: lu-
men, diuinitas. ¶ Facit igitur mulier Sunamitis cõ
ſulens uirũ ſuũ. i. anima fidelis per intellectũ: Eli- M
ſeo. i. Chriſto: cœnaculũ, per ſpiritualẽ conuerſa-
tionem: paruum, per humilitatẽ, & ponit lectulũ,
per contemplationem: & menſam, per ſcriptura-
rũ lectionem, & ſellam, per morum eruditionem.
Ponit in eo quoque candelabrum ueri luminis
inſtrumentum: cuius facit pedem, per fidem ſan-
ctæ Trinitatis: haſtã, per rectitudinem æquitatis,
& erectionẽ bonæ intentionis: ſphærulã, per cir-
cũſpectionẽ mentis: acumen, per ſubtilitatem ra-
tionis, quę debet ſẽper luminari ineſſe: quia Chri
ſto ſemper debet inhærere. Anima, q̃ ſic nouit prę
parare Chriſto hoſpitiũ: Chriſtum hoſpitem me-
retur habere, & per ipſum filium poſſidere.

*De Reſuſcitatione filij mulieris Sunamitidis. Cap. XXV.*

MVlier Sunamitis, ſancta eſt eccleſia. Ia N
cuit mulier Sunamitis ad pedes Eli 4. Re. 4
ſei pro reſuſcitatione filij: quia ſan-
cta eccleſia humiliter in patribus
Dñm orauit: pro redemptione hu-
mani generis. Dñs aũt dnm per Moyſem legẽ de-
dit: quaſi per puerum uirgam miſit. Sed puer per
uirgam. i. terrorẽ legis mortuũ ſuſcitare non uo- Heb. 7
luit: quia lex neminem ad perfectum ducit. Ipſe Phil. 2.
ſuperueniens ſuper cadauer ſternitur: quia cum
in forma Dei eſſet, ſemetipſum exinaniuit, formã

ſerui accipient. Huc & illuc deambulat: quia &
gentes,& Iudęos ad ęternam beatitudinem per fi
dem uocat. Super mortuum ſepties inſpitat: quia
per operationem diuini muneris, gratiam ſepti-
formis ſpiritus, in peccati morte iacentibus aſpi-
rat. Moxque is, quem uirga ſuſcitare non potuit:
per amoris ſpiritum, puer ad uitam redit.

### *De eo, quod ſcriptum eſt, mors in olla. Cap. XXVI.*

O ERat fames ualida in terra, & filij pro-
4.Reg.4 phetarum habitabant coram Eli-
ſeo: dixitque uni ex pueris ſuis. Po-
ne ollam grandem,& coque pulmē
tum filijs prophetarum. Et egreſſus
eſt unus in agrum, ut colligeret hęrbas agreſtes:
inuenitque quaſi uitem ſyluestrem, & collegit ex
ea colocynthidas: & impleuit pallium ſuum: & re
uerſus concidit in ollam pulmenti. Fames iſta, ſa-
men ſignificat audiendi uerbum Dei. Filij prophe
tarum: filij ſunt prędicatorum, qui habitabant
coram Eliſeo, id eſt, Chriſto, uel ſancto prælato, in
loco Chriſti poſito. Concedit autem in ollam co
P locynthidas, id eſt, agreſtes concurbitas: qui literę
legis intentus, uel philoſophis ſtudioſus, uel amari
tudinem de lege, & mortiferum de Philoſophis
ſumens intermiſcet euangelicę ueritati. Et in olla
cordis coquens tale pulmentum: hoc eſt, docu-
mentum pręparat auditoribus ſuis. Dicit enim A-
poſtolus. Litera occidit. Prudentia carnis, mors
2.Cor.3 eſt: prudentia ſpiritus, uita. Hoc ſcientes fideles
Ro.8 mortem in olla clamant. Sed farina in olla mitti-
tur: cum ſcientia ſpiritualis in tale condimentum
intromittitur, ut excluſa multitudine, amaritudi-
nis paſtus fiat ſaluber.

### *De eo, qui Viro Dei panes primitiarum obtulit. Cap. XXVII.*

VIr quidam de Baalſaliſa uenit deferēs
Q uiro Dei panes primitiarum, & ui-
4.Reg.4 ginti panes hordeaceos, & frumen-
tum nouum in pera ſua. At ille di-
xit: da populo, ut comedat. Vir iſte:
cœtus eſt patrum. Qui de Baalſaliſa eſt: quia terna
rium in confeſſione Trinitatis ſeruat, Baalſaliſa
enim, habens tertium interpretatur. Hic uir uiro
Dei panes primitiarum offert: cum Conditori gra
tia eius inſpiratus, offert libros compoſitos de ori
gine creaturarum. Offert frumentum nouum in
pera: cum nouum teſtamentum in euangelij, &
apoſtolorum ſcriptis profert. Iubet Eliſeus no-
ſter miniſtro, id eſt, prędicatoribus, ut hoc fideli-
bus diſpenſet: & de theſauro proferat noua, & ue
tera. Da (ait) populo, ut comedat. Hęc enim dicit
Ioan. 6. Dominus. Comedent, & ſupererit. Quod myſte-
Mar.8 ſterium legimus in fractione quinque, & ſeptem
panum: ubi ſatiatis turbis collegerunt duodecim
cophinos, ſiue ſeptem ſportas fragmentorum, qa
nullus ſacramenta ſcripturæ per omnia ſic capit:
quin ipſi ſatiato ſuperſit, iuxta uerbum Domini.

### *De captiua puella, & de Naaman Syro. Cap. XXVIII.*

DE Syria egreſſi ſunt latrunculi: & capti S
uam duxerunt de terra Iſrael puel- 4.Reg.5.
lam, quæ erat in obſequio uxoris
Naaman. Latrunculi de Syria (quod
eſt ſublimitas) egreſſi ſunt: cum cu-
piditate, & diuerſis negocijs impliciti gentiles, p
totam terram uagabantur. Hi de terra Iſrael capti
uam duxerunt, quæ de propheta teſtabatur: quia
fama de Iſrael per negociatores gentium tranſla-
ta, in toto orbe curioſitati hominum (quam uxor
Naaman ſignificat) uerum prophetam, & ſaluato
rem in Iudæa manere patefacit. Audiens hoc Naa
man, Domino ſuo nunciauit: cum ij, ad quos no
titia uerbi peruenit: his, qui pręſunt ſibi, ſugge-
runt ſcientiæ ſpiritualis magnitudinem. Mittit T
rex Syriæ literas ad regem Iſrael pro ſalute ſerui:
cum primatus gentium audiens Dominum eſſe
in Iſrael, ſalutem ſuorum prævidens, legationem
mittit in Iudæam: ut per apoſtolicam doctrinam
Saluatoris fidem accipiat. Vnde Cornelius de Cæ- Actu.10
ſarea in Ioppen ad Petrum miſit. Rex Iſrael ſcidit
ueſtimenta ſua: quia ſacerdotes, ſcribæ, & phariſæi
rectores Iudæorum conſiderantes undique ple-
bes ad Redemptorem conuenire, quaſi blaſphe-
miam exiſtimantes, ſcindebant ueſtimenta, ſicut Matt.26
in euangelio princeps ſacerdotum fecit. Veniat ad
me, & ſciat prophetam eſſe in Iſrael, & Dominus, Rom.8.
quos præſciuit, hos & uocauit. Veniens Gentilis
populus ad domum Eliſei ſanctam, ſcilicet, eccle-
ſiam: per nuncios, id eſt, per euangelicos prædica-
tores accepit, ut ſe in Iordane ſepties lauaret, rena
tus ex aqua, & Spiritu ſancto. Iordanis, baptiſma
ſignificat, quia in eo Saluator baptiſma conſecra- V
uit. Naaman † lauationem Iordanicam deſpiciēs: †lotionē
ſimplicitatem ſignificat rudium, qui ſpiritualem
non potuerunt intelligere efficaciam: quia anima
lis homo non percipit ea, quę ſunt ſpiritus Dei. 1.Cor.2
Serui meliori conſilio ad mandatum propheticū
perſuaſerunt, quia ſæpe Dominus minori reuelat
quod melius eſt, quoniam Dominus acceptor per Act.10.
ſonarum non eſt. Loto ſepties reſtituta eſt caro X
eius ſicut prius, quia mundatus in baptiſmate per
inuocationem ſanctæ Trinitatis, uel ſpiritus ſepti-
formis, quiſque ad innocentis uitæ infantiam re-
digitur. Quia in baptiſmate abrenunciare Sata-
næ, ac fidem Chriſti confiteri præcipimur. Negat
Naaman ſe ultra dijs ſacrificaturum: promittit ſe
Deo ſoli per omnia ſeruiturum. Partem terræ
ſanctæ tulit, quia baptizatos oportet Dominici
corporis participatione confirmari.

### *De lepra Naaman, qua adhaſit Giezi. Cap. XXIX.*

SEquutus eſt Giezi poſt tergum Naa- Y
man: Qui cum uidiſſet illum curren 4.Reg.5.
tē ad ſe, deſiliuit in occurſum eius
de curru, & ait. Recte ne ſunt om-
nia: Et ille. Dominus me' miſit me,
dicens,

dicens. Modo uenerunt ad me duo adoleſcentes
de monte Ephraim de filijs prophetarum: da eis
talentum argenti, & ueſtes mutatorias duplices.
Illorum, qui ſpiritualia dona, ſacros. ſ. ordines, &
bona eccleſiæ emunt, uel uendunt: duo reperiun
tur authores, unus in ueteri teſtamento, & unus
in nouo. Giezi itaque in ueteri teſtamento au-
thor probatur eſſe uendentium, & Simon Magus
in nouo teſtamento dignoſcitur eſſe author emẽ
tium, quorum ſequaces ab eccleſia ſeparantur,
æternis ignibus cruciandi.

### *De obſidione, & fame Samariæ.* Cap. XXX.

Z Congregauit Benadab rex Syriæ uni-
4.Reg.6 uerſum exercitum ſuum, & aſcen-
&.7. dit, & obſidebat Samariam. Facta
eſt fames magna in Samaria. Bena-
dab, & exercitus eſt diabolus, & im
qui ſpiritus, Pagani, Iudæi, hæretici, qui contra
eccleſiam bellum gerere excitant, & per tales af-
fligitur populus Dei, qui eſt in Samaria poſitus. i.
in diuinæ legis cuſtodia. Fitque fames, cum non
permittitur doctoribus prædicare uerbum Dei.
Pſal.118 Sed Eliſeo reuelante. i. Redemptore per euange-
A lium indicante: ſalus, quæ a peccatoribus longe
eſt, timẽtibus Deum prope eſſe ſcitur. Dicit enim
Dominus. Cras modius ſimilæ uno ſtatere erit,
& duo modij hordei ſtatere uno. Modius ſimilę,
perfecta eſt menſura diuina ſapientiæ, quæ eſt in
nouo teſtamento: duo modij hordei, ſunt ſcientia
legis, & prophetarum, quæ comparatur ſtatere
uno, hoc eſt, fide catholica, in porta Samariæ. i.
prædicatione apoſtolica, per quam intratur in ec-
cleſiam. Ceſſante turbine perſecutionis, quæ fit
hodie: dabit Dominus cras. i. tempore futuro, trã
quillitatem: ut prædicatio perfecte impleatur.
Quatuor uiri erant leproſi iuxta introitum por-
tæ, qui dixerũt adinuicẽ. Venite transfugiamus
ad caſtra Syriæ. Feceraт autem Dominus in caſtra
Syriæ ſonitum, & fugerant Syri. Cumque ueniſ-
ſent leproſi ad principium caſtrorum, ingreſſi
ſunt unum tabernaculum, & comederunt, & bi-
berunt. Tuleruntque aurum, argentum, & ueſtes,
dixeruntque adinuicem. Hæc dies boni nuncij
eſt. Si tacuerimus, & noluerimus annunciare uſ-
B que mane: ſceleris arguemur. Leproſi ſunt, qui
uarijs uitijs dediti, uel erroribus implicati, fœdita
tem ex interna peſte educentes oſtendunt in cu-
te. Hos Dominus ſæpe conuertens ad fidem, &
emundans a uitijs, ueræ ſalutis nuncios efficit. Vn
de Matthęus ex publicano apoſtolus factus eſt. Ap
paruit Dominus poſt reſurrectionẽ Marię Mag-
dalenæ, de qua eiecerat ſeptem dæmonia. Illa ua-
dens nunciauit his, qui cum illo fuerant, lugenti-
bus. Leproſi in caſtra Syrorum refecti ſunt, aurũ,
& argentum aſportauerunt: cum deſpecti huius
mundi philoſophiæ operam dantes, & ſenſus hu-
militatem, & ſermonis uenuſtatem, acquirunt.
Vnde eccleſiæ uſibus bene inſtructi, deſeruire poſ
ſunt. Qui bene quatuor eſſe commemorantur, ut
quatuor Euangeliorum eruditione imbuti, in
quatuor mundi partibus fidei ueritatem præ-
dicent.

### *De Iehu.* Cap. XXXI.

Dixit puer Eliſei ad Iehu. Verbum C
mihi ad te. O princeps. Dixitq; 4.Re.9
Iehu, Ad quem ex omnibus no-
bis? At ille dixit, Ad te O prin-
ceps. Et ſurrexit, & ingreſſus eſt
cubiculum: At ille ſudit oleum
ſuper caput eius, & ait. Hęc dicit Dominus Deus
Iſrael, Vnxi te regem ſuper populum Dei Iſrael, &
percuties domum Achab Domini tui, ut ulciſcar
ſanguinem prophetarum meorum, & ſanguinem
omnium ſeruorum Domini de manu Iezabel. Ie-
hu, deſignat gentium principatum. Quem Domi
nus deſtinauit, ut ſacrilegam ciuitatem (quæ pro-
phetas, & Dominum prophetarum occidit, &
apoſtolos eius perſecuta eſt) ultione iuſta perime-
ret, & ſacerdotium (quod poſt Chriſtum inaniter
habuerat) deſtrueret, templumque ſubuerteret,
& impiam ſynagogam, quæ ſanguinem ſanctorũ
ſemper ſitiebat: de regni culmine pręcipitaret,
& rectores illius interficeret.

### *Quomodo Ioas inſtaurauit ſartatecta.* Cap. XXXII.

Dixit Ioas ſacerdotibus. Omnem pecu
niam, quæ illata fuerit in templum D
Domini a prætereuntibus, quæ of- 4.Re.12
fertur pro precio animæ, & quam
ſponte, & arbitrio cordis ſui infe-
runt in templum Domini, accipiant illam ſacer-
dotes iuxta ordinem ſuum, & inſtaurent ſartate-
cta domus, ſiquid neceſſarium uiderint inſtaura-
tione. Secundum hanc ſimilitudinem mandat
Chriſtus rex noſter, ut doctores accipiant omnẽ
pecuniam, quæ a prætereuntibus iuſtis, ſcientiæ
ſpiritualis, bonorum exemplorum, in theſaurum
Domini confertur, per prædicatorum officia ad
inſtaurationem templi ſpiritualis cõferatur. qua-
tenus ubicunque quid ſciſſum per errorem, uel p
uitia inuenerint, reſtaurent: ne forte per negligen
tiam magiſtrorum depereat multitudo auditorũ.

### *De ſcriba, & pontifice, & pecunia, & operarijs.* Cap. XXXIII.

Scriba legis, & pontifex effundebant,
& numerabant pecuniam, quę inue E
niebatur in domo Domini, & da- 4.Re.12
bant eam iuxta numerum, atque
mẽſuram in manus eorum, qui prę-
erant cœmentarijs in domo Domini. Scriba, &
pontifex, ſignificant apoſtolos, & ſummos docto
res, quos principes in eccleſia electio diuina con-
ſtituit: qui per diſcipulos ſuos uerbi ſemina ſparſe
runt per totum orbem: quatenus operarios uolũ
tatis Dei idoneos in auditoribus ſuis proficerent:
quorum alij fabricabant ligna, cum ſemetipſos,

& eos;

& eos: qui ſibi obediebant, ligna fructifera in domo Domini parare ſtudebant. Alij ſartatecta templi faciebant; quando illa, quæ per hæreſim,
F & ſchiſmata ſciſſa erant, reædificabant. Alij ſaxa cædebant: cum duros corde, & incredulos fortiter increpabant. Ita ut impleretur inſtauratio domus Domini in uniuerſis, quæ indigebant expēſa, ad domum Domini muniendam. Iuxta illud:
Ephe. 4. Vnicuique noſtrum data eſt gratia ſecundum menſuram donationis Chriſti.

*De Sagitta ſalutis. Cap. XXXIIII.*

G
4.Re. 13 Dixit Eliſeus ad regem Iſrael. Aperi feneſtram orientalem. Cunque aperuiſſet, dixit Eliſeus, Iace ſagittam. Et iecit. Sic Chriſtus, lumine ſcientiæ ſuos hortatur primum illuſtrari, & ſic iacula prædicationis mittere. Et ait Eliſeus. Sagitta ſalutis Domini contra Syriam: percutieſque Syriam in Aphec. Secundum hoc exemplum, prædicatio ſancta eſt ſpiritualium hoſtium certiſſima interſectio, ſi perſeueranter agitur.
H Vnde non debet rector, uel doctor, propter auaritiam negligere curam animarum, ſed magis per fidem, per pietatem, ad æternam requiem perducere, quod ſignificat Aphec. Interpretatur enim, continebit, uel
Timo. 6 apprehendet. Vnde Apoſtolus, enumeratis uitijs, quæ auaritiam comitantur: ſubintulit dicens. Tu autem homo Dei, hæc fuge: ſectare uero iuſtitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, manſuetudinem. certa bonum certamen fidei, apprehende uitam æternam. ¶Dixit Eliſeus. Percute iaculo terram. Et cum percuſiſſet tribus uicibus, & ſteti ſſet: iratus eſt contra eum uir Dei, & ait. Si percuſſiſſes quinquies, aut ſexies, aut ſepties, percuſſiſſes Syriam uſque ad conſummationem. Secundum hoc factum, doctoribus præcipitur, iaculo prædicationis terram, id eſt, carnales percutere. Sed qui hoc minus ſtudioſe agunt:
I merito increpatione diuina arguuntur. Quid eſt enim tribus uicibus terram iaculo percutere, niſi trinitatis fidem carnalibus inſinuare? Sed cum hoc doctor effecit, hominesque ad fidem perduxit: neceſſe eſt, ut adhuc inſtet uerbo, donec illos doceat quinque ſenſibus corporis (qui per quinarium deſignantur) imperare, boniſque operibus (quæ per ſenarium numerum exprimuntur) ſtudium impendere: necnon & ſcientiam ſpiritualem inſtanter meditari, quā ſeptiformis gratia ſpiritus ſancti in ſcripturis ſacris cōſtituit, & ad humani generis ſalutem gemino teſtamento edidit. Qui autem ſolam fidem ſine operibus bonis, & meditatione legis Dei ſibi ſufficere credūt ad ſalutem, recte arguuntur: nā non recte agunt, quia ſm Iacobū: fides ſine operibus mortua eſt.

Iacobi. 2 *De proiectione Iſrael. Cap. XXXV.*

K
4.Re. 17 PRoiecit Dominus omne ſemen Iſrael, & afflixit eos, & tradidit eos in manu regis Aſſyriorum. Rex Aſſyriorum, id eſt, diabolus, cum exercitu ſuo populum eccleſiaſticum obſidendo, & deuaſtando quotidie afficit: cum eos propter peccata commiſſa de proprijs ſedibus euellens. i. de uirtutibus, & operibus bonis, transfert in terram alienam, regionem ſcilicet diſſimilitudinis.

*De Samaritanis. Cap. XXXVI.*

L
SAmaritani cum Dominum colerēt: 4.Re. 17
dijs quoque ſuis ſeruiebant. Iſti ſignificant hæreticos, qui habent quædam ſacramenta communia cū ſancta eccleſia, & quaſdam ſanctarum ſcripturarum ſententias recte intelligunt: ſed tamen nihilominus idolis errorum ſuorum, uel immundorum ſpirituum ſeruiunt. Videntur enim ſibi timorem Dei recte cuſtodire: cum ſecundum ſenſum ſuum ueritati ſe putant fauere. Sed quia catholicæ fidei unitatem ſpernunt habere: malignorum ſpirituum uoluntatibus ueraciter ſe manifeſtant obtemperare. Et non ſolum inuentores erroris primi, quos patres Samaritanorum ſignificant, hoc faciūt: & ſequaces eorū (quos filiorum nomine, & nepotum expreſſos intelligimus) hoc ſimiliter agunt.

*De Ioſia, & Phaſe quod celebrauit. Ca. XXXVII.*

M
EIecit Ioſias idola terræ, & omnes im 4.Re. 23
munditias, & celebrauit Domino phaſe. Quod Ioſias eiectis idolis, & omnibus immunditijs Domino phaſe celebraſſe legitur: moraliter nos docet, ut primum purgemus terram cordis noſtri ab omnibus uitijs: emendemus actus noſtros ab omni inquinamento peccatorum, & ab operibus mortuis, ut ſeruire poſſimus Deo uiuēti: ſicque gratum phaſe Domino celebremus nō
in fermento malitiæ, & nequitiæ, ſed in azimis 1. Cor. 5
ſinceritatis, & ueritatis.

*De cenſu, quem ſoluit populus Pharaoni ſub Ioachim. Cap. XXXVIII.*

N
VInxit Pharao Ioachā in Reblata, quę 4.Re. 23
eſt terra Ematæ, ne regnaret in Hieruſalem, cōſtituitque Ioachim pro eo, qui unumquemque ſecundum uires ſuas exegit, tam argentum q̄ aurum de populo terræ, ut Pharaoni efferretur. Malignus ſpiritus penſum ſibi ſeruitij ſui in populo carnali expetit, ut tam ſenſu quàm eloquio, eius p omnia parati ſint obſequio. Ioachim præcepto Pharaonis cenſum exigit, quia diabolus per ſibi deditos magiſtros ab unoquoque exigit ſecundum uires ſuas peccati cēſum ſibi ſoluere: ſicque in nequiter prælatis, præparat quotidie, perditionem ſubiectis.

De

### *De prima obſidione Hieruſalem.* *Cap. XXXIX.*

O
4.Re. 24 VEnit Nabuchodonoſor, nt ohſideret
Hieruſalem, & ſuſcepit Ioacim ſibi
obuiam uenientem, & tulit uaſa au-
rea, quàm fecerat rex Salomon tn tē-
plo Domini, & tranſtulit Nabucho
donoſor omnes principes, & fortes, & artifices, &
incluſores de Hieruſalem io Babylonem. Huius tā
deflendæ hiſtoriæ, quia multum negligētiæ noſtri
temporis coogruit: non opinor allegoriam eſſe re
P ticendam. Conſtat nanque, quòd Hieruſalē, & ter-
ra Iſrael ciuitatem Chriſti. i. ſanctam eccleſiam: Ba
bylon autem, & Chaldæi, ſiue Philiſtæi, ciuitatem
diaboli. i. omnem malignorum, ſiue hominum, ſi-
ue angelorum multitudinem deſignant. Seruitq;
Iſrael Philiſtæis, ſiue Chaldæis, cum fideles quique
nomine tenus in eccleſia conſiſtentes, cæterum ab
immundis, uel ſpiritibus, uel hominibus decepti,
aut auaritiæ, aut luxuriæ, aut alteri cuilibet pecca-
to meotis colla ſubmittunt. Adducit autem Nabu
chodonoſor regem Hieruſalem, & uniuerſos prin
cipes fortes exercitus ad decem millia in captiuita
tem, cum & magiſtri, & illi, qui in uirili animo Do
mino ſeruire, & decalogum legis fideliter in Dei,
& proximi amore conſeruare uidebantur: ſubito
ſiue illecebris mundi, ſeu aduerſitatibus ſubacti,
aut maioribus ſe facinoribus polluunt, aut certe
incidunt in hæreſim. Arma uero, quibus contra
diabolum repugnātes libertatem a Deo nobis do
natam defendimus, quæ ſunt alia, niſi eloquia ſcri
ptutarum? In quibus & ipſius Domini, & ſancto
rum eius exemplis, quo ordine bella uitiorum de
beant ſuperari, luce clarius diſcimus. His armis
Chaldæi filios Iſrael priuant, cum maligni ſpiritus
animos fidelium a ſacræ legis meditatione, ſecula-
ria illi negocia inſerendo retardant: ne uel ipſi per
huius exercitium reſiſtendi fiduiiam ſumant, uel
Q alios forte, qui neſciunt legem, ad reſiſtendum ui-
tiis exhortando, aut corripiendo accendant. Tol-
lunt fabros armorum, cum eos, qui ſacra eloquia
norunt intantum ſceleribus obruunt, ut dicere bo
na, quę didicerant, prorſus erubeſcant. Transferūt
omnē artificem, & incluſorem de Hieruſalem in
Babylooem; cum eos, qui multifaria uirtutum ope
ratione pluribus prodeſſe, & ciuitatem Dei contra
eruptiones tentationum munire ſolebant, a pro-
poſito deflectunt, atque ingenium, quod ad muni
men ſanctæ eccleſiæ impendere debuerant, ad uo
luntatem potius regis uitiorum diſpenſare cōpel-
luut. Quòd ſi incluſores non oſtiorum, ſiue mu-
rorum, ſed auri, gemmarumque intelligimus, ad
Prou. 3. eundem expoſitio finem teodit. Dictum quippe
eſt de ſapientia, quòd aurum, & multitudo gem-
marum non ualet ei comparari. Atque ideo inclu-
ſores horum, non alios aptius, quam doctores in-
telligere ualemus. Qui quàmdiu recte uiuunt, uel
docent, in ornatum ſanctę ciuitatis, induſtriam ſuę
artis impenduut. At ſi forte errauerint, quid niſi a
rege Chaldæorum captiuati in Babyloniam tranſ-
feruntur? Et quia artificem, & incluſorem ab Hie-
roſolymis Babyloniam tranſmigrari, talentū uer-
bi cœlitus acceptum in terra defodi. i. ſciētiam ſpi-
ritualem ad peccatorum opera conuerti intelligi
mus: nequid tale a nobis committatur, uigilij ſem-
per cautela prouidendum eſt.

### *De ſecunda obſidione Hieruſalem, & fame* *Cap. XL.*

FActum eſt autem in anno nono regni
Sedechiæ, mēſe decimo, decima die R
menſis, uenit Nabuchodonoſor & 4.Re.25
omnis exercitus eius in Hieruſalem,
& circundederunt eam, & extruxe-
runt in circuitu eius munitiones, & clauſa eſt ciui
tas, atque uallata uſque ad undecimum annum Se
dechiæ regis, nona die menſis. Præualuitque fa-
mes in ciuitate: nec erat panis populo terræ. Quid S
in Sedechia aliud intelligimus niſi malos recto-
res in eccleſia, qui munere, & dono diuino abutū
tur, & falſo ſibi nomen iuſtitiæ uſurpant? Mathan-
ia enim nomen, quo primum rex appellatus eſt: in
terpretatur munus, ſiue donum. Sedechias: iuſtus
Domini. Qui undecim annis regnaſſe dicitur, qđ
ſignificat eū tranſgreſſorem legis fuiſſe, quæ ſigni-
ficatur denario numero. Vndenarius autem nu-
merus, qui denarium ſupergreditur, exceſſionem
decalogi ſignificat. Nouenarius autem imperfe-
ctionem legis ſignificat, ſicut undenarius trāſgreſ
ſionem. Hic enim excedit denarium, ille minus ha
bet denario. Recte Nabuchodonoſor ī nono anno
regni Sedechiæ obſedit ciuitatem menſe decimo.
i. decima die menſis; quia mali paſtores cum deca-
logi mandata, quæ ſcientia tenent, opere, & doctri
na perficere negligunt: neceſſe eſt, ut plebem illis
commiſſam antiquus hoſtis cum ſuo exercitu ob-
ſidione circundet, & munitione erroris, ac uitio-
rum constructa claudat, uallando ciuitatem: ſic-
que fames uerbi Dei in ciuitate præualeat, cum
non expendatur libere panis doctrinæ populo
terræ.

### *De Interruptione muri, & fuga Sedechiæ.* *Cap. XLI.*

INterrupta eſt ciuitas; & fugit Sede-
chias, & omnes uiri bellatores no- T
cte fugerunt per uiam portę, quæ eſt 4.Re.25
inter duplicem murum ad hortum
regis. Interrumpitur ciuitas ſpiritua
lis per tentationes uarias malignorum ſpirituum,
& ij, qui debuerāt ciuitatem armis defendere, no-
cte ignorantię, & tenebris peccatorum uallati fu-
giunt: quia mercenarius, & qui nō eſt paſtor, uidet
lupum uenientem, & dimittit oues, & fugit, & lu- Ioan. 10
pus rapit, & diſpergit oues. Per uiam portæ, quæ
eſt inter duplicem murum ad hortum regis. His
uerbis latenter arguit inertiam doctorum, qui in V
ter duplicem murum duorum teſtamentorum cō
ſtituti, non belligerare, ſed effugere quærunt, & in
delicijs magis defluere (quod ſignificat hortus)
quā ſcuto fidei hoſtibus obſiſtere. Porro Chaldæi
obſidebant in circuitu ciuitatem. Fugitque Se
dechias

dechias per uiam, quæ ducit ad campeſtria ſolitu dinis,quia malignis ſpiritibus populum circun-
Pſal.124 dantibus,rector fugit,non ad montes, de quibus ſcriptum eſt,montes in circuitu eius,ſed ad campeſtria ſolitudinis.i.ad dilatationem luxurię.Vn-
Matt.7 de ſcriptum eſt. Lata eſt uia, quæ ducit ad mortẽ Et perſecutus eſt exercitus Chaldęorum regem, comprehenditque eum in planitie Ierico. & oẽs bellatores,qui erant cum eo,diſperſi ſunt,& reliquerunt eum.Cum enim uirtutes hominem deſerunt, quę eum defendere debuerant, in planitie Ierico capitur,id eſt, i defectione carnalis ſenſus. Ierico.n.interpretatur luna, & ſignificat defectũ
X carnis.Filios autem Sedechię occidit rex Babylonis coram eo, & oculos eius effodit. Rex quippe Babylonis,diabolus eſt,poſſeſſor intimæ cõfuſionis. Qui prius filios ante intuentis oculos patris trucidat:quia ſæpe ſic bona opera interficit, ut ſe amittere ipſe,qui captus eſt animus, dolens cernat.Nam gemit plerunque animus,& tamen carnis ſuæ delectationibus uictus,bona, quæ gemit, amans perdit:ea,quæ patitur, damna conſiderat, nec tamen uirtutis brachium contra regem Babylonis leuat.Sed dum uidens nequitiæ perpetratione percutitur,ad hoc quandoque peccati uſu perducitur, ut ipſo quoq; rationis lumine priuetur. Vnde Babylonis rex extinctis prius filijs,Sedechię oculos eruit: quia malignus ſpiritus ſubductis prius bonis operibus,poſt & intelligentiæ lumen tollit. Quod recte Sedechias in Reblatha patitur. Reblatha quippe,multa hæc,interpretatur.Ei ẽm quandoque & lumen rationis clauditur,qui prauo uſu,& iniquitatis ſuæ multitudine grauatur.

### De Nabuzardan. Cap. XLII.

Y Venit Nabuzardan princeps exercit⁹,
4.Re.25 ſeruus regis Babylonis in Hieruſalẽ, & ſuccendit domum Domini,& domum regis, & domos Hieruſalem, omnemq; domum combuſſit igni. Venit Nabuzardan,qui interpretatur uentilabrũ, cum aliquis ſpiritus malignus plebem inuadit fidelium,& domum regis,& domos Hieruſalem, id eſt,rectores, & eos, qui uidebantur in uiſione pacis manere, inflammatos cupiditate ſubuertit. Omnem domum comburit, cum uniuſcuiuſque conſcientiam per illiciti amoris flammam ſuccendit.Muros Hieruſalem in circuitu deſtruit,cũ intentionem orationis, & uirtutum ſtudia, quæ contra ſe ualere nouit,in deſperantibus diſſoluit, ne per ſpem ueniæ ad diuina curant auxilia:& correptionis uitæ apprehendant munimina,Populũ in captiuitatem ducens,de pauperibus terræ reliquit uinitores,& agricolas:quia eos,qui utiles uerbo,& exemplo eſſe poterant, pes uiua captioans, ſtultis, & hebetibus commendat agriculturam: quatenus non uinom gratiæ ſpiritualis, & frumentum ſanæ doctrinæ in uineis, & agris populorum fructificet, ſed ſpinæ magis, & tribuli uitiorum excreſcant.

### De tranſlatione Iuda. Cap. XLIII.

Z
Et tranſlatus eſt Iuda de terra ſua.Trãſ 4.Re.25
fertur Iuda,cum illi, qui confeſſionem nominis Dei in eccleſia uidebãtur habere,per ſcelera,& peccata multiplicia de terra uirtutum tranſlati in regnum confuſionis,& erroris addocũtur. Sub imperio quicunque nequiter ſeruientes perſeuerauerint:nec merebuntur per Ieſu ducatum regredi in terram Ioda,templumque Domini ibi
dem reędificare. Hi poſt ærũnam præſentis oitæ Eſaię.66
tradentur in carcerem mortis perpetuæ,ubi uermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur.Nobis autem liceat in peregrinatione labentis ſeculi ueram commiſſorum pœnitudinem agere, ut poſt excurſum ſeptem dierũ, uel uti poſt ſeptuaginta annos,huius captiuitatis exuti ab omni poteſtate regis Babylonis.i.diaboli,ualeamus iuuante ſeptiformi ſpiritu cæleſtem Hieruſalem ingredi,& uultum Conditoris noſtri per ſeculorum ſecula contemplari.

---

## ALEGORIE IN DVOS priores Libros Eſdræ: e quibus eſt Liber Octauus.

### De Cyro,& liberatione captiu rum, & reſtauratione templi.In primum Eſdræ. Cap. I.

A
In anno primo Cyri regis 1.Eſdrę.1
Perſarum, ut compleretur uerbum Domini ex ore Ieremiæ prophetæ: ſuſcitauit Dominus ſpiritum Cyri regis Perſarũ, & traduxit uocem in uniuerſo regno ſuo etiã per ſcripturam,dicens,Hęc dicit Cyrus rex Perſarum. Omnia regna terræ dedit mihi Dominus Deus cęli,& ipſe præcepit mihi,ut ædificarem ei domũ in Hieruſalem,quæ eſt in Iudęa. Quis eſt in nobis de uniuerſo populo eius? Sit Dominus Deus illius cum ipſo. Aſcendat in Hieruſalem, quę eſt in Iudæa,& ædificet domum Domini Dei Iſrael. Sicut Cyrus deſtructo Chaldæorum imperio,populum Dei liberauit,& in patriam remiſit, & templum incenſum Hieroſolymis reædificare præcepit,& hoc etiã per literas mandauit: ita Chriſtus deſtructo regno diaboli, electos ſuos, qui erant diſperſi ab eius tyrannide, in eccleſiam congregauit:quæ in præſenti iuſtificata ex fide, pacem habet apud Deum,& per ipſum ad uiſionem perpetuæ pacis feſtinat. Hieruſalem quippe,uiſio pacis B
dicitur. Templum quoque incenſum reſtaurari fecit,cum illos, qui inſidijs diaboli fidem perdiderant, ad ſalutem reducens, habitatione ſua dignos efficit. Scripturas etiam ſanctas per uniuerſum mundum mittit, quibus fidem ſui nominis, & ſpem ſalutis,cunctis,qui ad ſegnum ſuum pertinent

tinent.i.electis, prædicat. Domus, uel templum Dei in ſacris ſcripturis, unuſquiſque electorum, & tota eccleſia ſolet appellari, quia in cordibus in ſe credentium,& ſperantium, diligentiumque
Ioan.14 habitare conſueuit. Vnde ſcriptum eſt. Si quis diligit me: ſermones meos ſeruabit: & Pater meus diligit eum, & ad eum ueniemus, & manſionem apud eum faciemus.

### *Quid notet, quòd Iudæi poſt ſeptuaginta annos liberantur.* Cap. II.

C QVòd Iudæi poſt ſeptuaginta annos liberantur,& domum Dei, & ciuitatem ſanctam reædificant, ſignificat hoc,quòd quidam per peccata ſua a communione eccleſiæ ſeparati, in fidelium numero copulantur, & rurſus per dona Sancti ſpiritus bona opera exercent,& ſic conſortium fidelium(domus,ſcilicet, & ciuitatis Dei, de qua fuerant eiecti)recipiunt. Notandum enim, ꝙ eandem pænitenti, & ad eccleſiam reuerſionem: domus Domini poſt incendium reædificata, & ciuitas reſtaurata, & populus poſt captiuitatem in patriam remiſſus, & uaſa ſancta relata denunciant.

### *De numero uaſorum quæ relata ſunt de Babylone.* Cap. III.

D
1.Eſdræ.1 HIc eſt numerus uaſorum, quæ relata ſunt de Babylone. Phialæ aureæ triginta. Phialæ argenteæ mille. Cultri uigintinouem. Cyphi aurei triginta. Cyphi argentei ſecundi quadrin-
E genti decem &c. Phialæ uaſa patula, & lucida: ſunt ſimplicium corda, qui nihil ſubdolę cogitationis habent,ſed ea, quæ in corde tenent, pura proferunt lingua. Cultri ad incidendos, uel diuidendos ratione congrua artus uictimarum,ut omnibus ratione diſtinctis,pars in altari conſumeretur,pars ſacerdotibus, pars leuitis, pars offerentibus daretur: illos ſignificant, qui diſcretionem habent,qui perſecte norunt de ſacrificio ſalutari diſcernere,quod eſt Chriſtus: quæ omnibus ſint dicenda,quæ perſectioribus, quæ humanę conditionis modum excedêntia igni Spiritus ſancti tribuenda. Cyphi aurei, ſunt qui maiori ſapientiæ ſplendore rutilant. Argentei, qui docendi uenuſtate nitidi,quæ norunt planius exponunt.

### *De numero reuertentium de Babylone.* Cap. IIII.

F
1.Eſdr.2. NVmeratus eſt populus ſecundum generationem ſuam, qui reuerſus eſt de Babylone. Ideo uigilanter ſcriptura diſtinxit de qua generatione captiuorum ſoluti in patriam redierunt,ut ex eo ammoneremur,quanta certitudine Dominus ſummam electorum ſuorum in libro uitæ conſcribat,& uelut in albo cæli conſignet, quot animas quiſque fidelium, uel uerbo, uel exemplo conuerterit, pro quibus certa mercede remuneretur.

### *De numero animalium.* Cap. V.

EQui eorum ſexcenti trigintaſex. Muli G
eorum ducenti quadragintaquinque. Cameli eorum quadringenti trigintaquinque. Aſini eorum ſex milia ſeptingenti uiginti. Inter homines,qui de captiuitate aſcenderunt, etiam animalia quibus adiuuabantur,deſcribuntur, & eorum ſicut numerus hominum deſignatur: quia ſunt multi in eccleſia,uel ſenſu tardiores, uel minus ſpirituales,qui quum magiſtris ſpiritualibus deuote obtemperant,& ad portanda onera fraternæ neceſſitatis,dorſum mentis inclinant, cum cæteris electis de confuſione diabolicæ captiuitatis erepti,ad ſupernæ ciuitatis mœnia tendunt: quorum numerus nunc in memoria Dei iugiter conſeruatur. Vnde imperſectum meum uiderunt ocu
li tui,& in libro tuo omnes ſcribentur. Et alibi. Pſal.138
Homines,& iumenta ſaluabis domine.
Pſal.35

(1.Eſdr.2 stands in the right margin beside the first lines of this chapter.)

### *De oblatione principum.* Cap. VI.

PRincipes patrum dederunt in impenſas templi, auri ſolidos quadraginta H
milia,& mille. Argenti minas quin- 1.Eſdr.2
que milia,& ueſtes ſacerdotales centum. Aurum,& argentum, & ueſtes ſacerdotales, principes patrum ſecundum uires ſuas in impenſas operum templi offerunt: cum uiri ſancti, quicquid ſapientiæ, eloquentiæ, & actionis bonæ perceperunt,bene uiuendo ad ædificationem fidelium conferunt. Certum eſt pondus auri,& argenti,certus eſt numerus ſacerdotalium ueſtium,ut ſciamus Deum cogitationes, ſermones,& actus noſſe,& digne remunerare.

### *De fundatione templi.* Cap. VII.

IGitur mundato templo Domini,om I
nis populus uociferatur clamore 1.Eſdr.3
magno in laudando Dominum, eo quòd fundatum eſſet templum Domini. Plurimi etiam de ſacerdotibus,& leuitis,& principes patrum,& ſeniores,qui uiderant templum priuſquam fundatum eſſet,& hoc templum in oculis eorum flebant uoce magna. In ædificatione tēpli ſpiritualis, fletus ſimul, & lætitia principibus naſcitur. Gaudent enim doctores in ſalute pœnitentium: ſed lugent,quia iniqua pœnitenda commiſerunt. Exultant ipſi de ſalute,quia pœnitendo a morte animæ reſurrexe
runt. Lugent,quia peccando perierunt. Lętantur K
Neophiti gratia Saluatoris ſe collectos eſſe, dolēt cum humano genere in primo parente periiſſe, & quaſi corrupto ab hoſtibus templo Dei, ſtatu ſcilicet corporis,& animæ immortalis, in Babylonem,id eſt, in confuſionem præſentis exilij tranſmigraſſe.

ſmigraſſe. Sed quia creſcentibus bonorum profectibus creſcit inuidia malorum, nec inter augmenta piorum deſinunt tentamenta prauorum: qui uel ficte bonum oſtendendo, uel aperte malum ingerendo, ſanctos lædere conantur: recte ſubiungitur.

*De hoſtibus Iudæ, & Beniamin. Cap. VIII.*

L 1.Eſdr.4 AVdierunt hoſtes Iudæ, & Beniamin, quia filij captiuitatis ædificarent templum Domino Deo Iſrael, & accedentes ad Zorobabel, & ad principes patrum, dixerunt eis. Ædificemus uobiſcum, quia ita ut uos, quærimus Dominum Deum noſtrum &c. Hoſtes Iudæ, & Beniamin, Samaritanos dicit, quos captiuatis decem tribubus rex Aſſyriorum de diuerſis gentium populis in ciuitate eorum, & terras eorum tranſtulit, qui poſtea acceptam legem Dei ex parte ſeruabant, non minus ſimulacris quibus ante ſeruiebant. hi qui ueri Dei cultores abominabantur, pollicentur auxilium operis, ut in ſocietatem recepti, poſſint inferre diſpendium. Hi ergo falſos

M fratres.i. hæreticos, & malos catholicos exprimunt, qui hoſtes Iudæ.i. cõfeſſionis, & laudis (quã eccleſia per fidem rectam, & operationem dignã offert) & Beniamin, id eſt, filii dexteræ: dum eos qui ſe audiunt, ſeparant a fidelibus, qui ad dextrã iudicis benedictionem, & regnum æternum percepturi ſunt. Dicunt ergo ædificemus uobiſcum &c. cum affectant hæretici authoritatem ſibi prædicandi inter catholicos tribui: promittentes ſe eandem cum eis rectæ fidei, & operationis tenere caſtitatem, ut accepta poteſtate prędicandi in medio boni ſeminis, a quo Paulus ſpermologos, id eſt, ſeminiuerbius agnominatus eſt: zizaniam

N interſerant. Intrauerunt enim terram filiorum Iſrael, non a Ioſue introducti, non Hieroſolymorum imperio ſubditi, ſed a rege perfido: ab hoſte ſcilicet populi Dei, in terram eius adducti, non ut Domino ſed regi aduerſario ſeruiant. ſic hæretici, & falſi catholici, cum pacem eccleſiæ uiuendo peruerſe, uel docendo, impugnant: ab Hieroſolymorum regno ſunt extranei, & ad gentilium ſortem magis pertinent, quorum idolis ſeruiunt; nec Ieſu Chriſto duce, ſed diabolo quem ſignificat rex Aſſur: ſanctæ eccleſiæ fines introeũt, ſicut Simon Magus, baptiſmum in eccleſia non pro ſua ſalute accepit, ſed ut ſecreta eccleſię familiarius diſcuteret: quod exitus monſtrauit cum eccleſiam quã in perſona ficti fratris nequiuit turbare, in perſona apertiſſimi hoſtis acerrime turbauit.

*De dedicatione domus domini. Cap. IX.*

O 1.Eſdr.6 FEcerunt filij Iſrael ſacerdotes, & leuitæ, & reliqui filiorum tranſmigrationis, dedicationem domus Domini in gaudio. Recte dedicatur templum a ſacerdotibus, & leuitis, & reliquis filiorum tranſmigrationis in gaudio: quia correctis peccatoribus, fit gaudium in cælo corã angelis Dei, & magiſtris, qui pro eorum ſalute laborauerunt, & pro omnibus, qui de confuſione peccatorum ad uirtutum arcem, terram ſcilicet promiſſionis, mente, & opere tranſmigrauerunt. Luc.15 Sacerdotes, & leuitæ, & omnis populus in dedicatione reſtauratæ domus gaudent: quia omnes doctores eccleſiæ de reconciliatis per pœnitentiam peccatoribus gaudent.

*Quomodo Eſdras ſignificat Chriſtum. Cap. X.*

ESdras ſignificat Chriſtum, qui ſanctã ſcripturam renouauit, captiuos in Hieruſalem reduxit, domum Domini maioribus donis ſublimauit, & P duces, & præſides trans flumen Eufratem qui legem Dei noſcerent conſtituit, & filios tranſmigrationis ab uxoribus extraneis caſtigauit, & filios talium, & matres de cœtu tranſmigrationis eiecit. Renouauit enim Chriſtus ſacrã ſcripturam, quam Scribę, & Phariſæi per traditiones fœdauerant, uel iuxta literam tantum intelligi docebant. Ipſe ſpirituali ſenſu plenam oſtendit, & nouum teſtamentum miſſo Spiritu ſancto per apoſtolos, & per apoſtolicos uiros deſcribi fecit. Eduxit populum de captiuitate Babylonica, & in Hieruſalem terram promiſſionis libera- Q tum induxit: quia ſemel paſſus in cruce mundum ſanguine redemit, & deſcendens ad inferos, ueros Iſraelitas inde ad mœnia ſupernæ ciuitatis duxit, & ad gaudia promiſſæ hęreditatis eius induxit: & quotidie fideles a perturbatione mũdi congregatos, ad conſortium eccleſiæ regnumque perenne conuocat. Auxit ornatus templi, auro, & argẽto, & uaſis precioſis, quæ populus Iſrael, & principes Perſarum per eum miſerunt: quia in ſe credentes de utroque populo in eccleſiam ducens, claritate fidei, & operis eorum hanc ornare, & glorificare non deſiſtit. Conſtituit duces, & principes omni populo trans flumen, qui legem Dei noſcerent: quia in eccleſia (quæ flumine baptiſmatis abluta eſt, flumen Babylonium, id eſt, perturbationem ſeculi fluctualis fidei ſynceritate trãſcendit) apoſtolos, euangeliſtas, paſtores poſuit, & rectores. Caſtigauit filios tranſmigrationis ab alienis uxoribus: quia illos qui profeſſione fidei mundo renuntiant, illecebris mundi ſeruire prohibuit. Eiecit filios talium, & matres de cœtu tranſmigrationis: ne forte adulti perfidiam ſequerentur earum, non fidẽ patrum. Opera enim noſtra quæ bona uidentur, ſi carnalibus delectationibus permixta ſunt, & originem de contagio humani favoris ſumpſerunt, reprobare docuit: nec illis conuenire qui mundum perfecte relinquunt, & tota mente ad cœleſtia tranſcendunt. Qui non temporalibus blandimentis eneruari, ſed aduerſitatibus exerceri, & ad requiem ſempiternam debent præparati.

De

### *De circunſpectione doctorum.* Cap. XI.

R 2. Eſd. 2. VEnit (inquit Neemias) Hieruſalem, & eram ibi tribus diebus. Et ſurrexi nocte ego, & uiri pauci mecum, & nõ indicaui cuiquam quid Deus dediſſet in corde meo, ut facerem in Hieruſalem. Et iumentum non erat mecum, niſi animal, cui ſedebam. Egreſſus ſum per portam uallis nocte, & ante fontem draconis, & ad portam ſtercoris; & conſiderabam murum Hieruſalem diſſi-

S patum, & portas conſumptas igni &c. Diuerſa deſtructæ urbis loca luſtrando peruagatur, & ſingula quomodo debeant reſtaurari ſolicite ſcrutatur. Doctorum quoque ſpiritualium eſt ſæpius noctu ſurgere, & ſolerti indagatione ſtatũ eccleſiæ quieſcentibus cæteris inſpicere: ut uigilanter inquirãt quomodo ea, quæ uitiorum ſordibus, & bellis ſordidata, & deiecta ſunt, corrigant, & erigant. Murus autem Hieruſalem diſſipatus iacet, quando conuerſatio fidelium terrenis, & infimis ſordet affectibus. Portæ uero eius conſumuntur igni, quũ principales uirtutes, & opera principalia, per quę debet fidelis ingredi ad uitam, feruore tentationum, & incendio uitiorum deſtruuntur. Murus autem iſte, & portæ utręque reædificantur, quando per ſolertiam doctorum, conuerſatio fidelium a terrenis affectibus erigitur, & quæ ſint uirtutes perfectæ, & opera potiora, quibus intratur ad uitam, inſtanter demonſtratur.

### *Generalis ſententia de toto ædificio.* Cap. XII.

T LOngum eſſet de ſingulis ędificiis, uel ædificationibus myſtice diſſerere, quæ per ſe etiam peritus lector poteſt cognoſcere: tamen hic notandum: quod qui portas, & turres ędificant, per quas ciues ingrediantur, uel inimici arceantur, Prophetæ ſunt, & Apoſtoli, & Euangeliſtæ, per quos nobis forma fidei, & rectæ operationis, per quam eccleſiam intramus, miniſtratur: quorumque uerbis aduerſarios ueritatis redarguere diſcimus. Qui uero reliqua urbis extruunt, paſtores ſunt, & doctores, quos ſecundo loco poſuit Apoſtolus, per quorum induſtriam uſque hodie, quaſi per magnos architectos eccleſiæ, ædificata fides catholica per totum orbem ſeruatur: & ſicut Neemias ex ordine cunctos ciuitatis ſtructores enumerans perpetuæ commendat memoriæ: ita conſolator noſtræ paupertatis Chriſtus omnium, qui in electis eccleſiam ædificant, nomina ſcribit in cælo,

### *De Sanaballat irato, & de Samaritanis.* Cap. XIII.

V 2. Eſd. 4. FActum eſt cum audiſſet Sanaballat, quod ædificaremus murum, iratus eſt ualde. Plane hæc ira hæreticorum eſt. hæc ſunt uerba eorum, qui ſe Samaritanos nominant. i. cuſtodes legis Dei, cum ſint Deo, & legibus eius contrarij, tanquam a domo Dauid. i. ab unitate Chriſti & eccleſiæ per hęreſes, & ſchiſmata, & mala opera ſeparati. Qui ne ſua expugnetur impietas: muros ædificari metuũt. Et motus nimis ſubſannauit Iudæos. Hæc ſubſannatio eſt omnium, qui dicunt ſe noſſe Deum, factis autem negant. Et dixit coram fratri- Tit. 1.
bus ſuis, & frequentia Samaritanorum. Quid Iudæi imbecilles faciunt? num dimittent eos gẽtes? Samaritani ita ſeruiebant Domino, ut diis ſuis nõ renunciarent. Quos hodie imitantur, qui ita Chriſtiani ſunt, ut uentrem ſuum Deum habeant, & Philip. 3
aut auaritiam ſequantur, quod eſt idolorum ſer- Coloſſ. 3
uitus, aut cęteris mundi illecebris mancipati, creaturę magis ſeruiant quam creatori. Tales ergo ſi- Rom. 1.
cut hæretici nolunt muros eccleſiæ innouari; ne creſcente ſtatu pietatis a ſua cogantur impietate recedere. Tales ſolent imbecilles appellare Iudęos. i. confeſſores fidei, & facile a gentibus ſuperandos, cum in quotidiano animarum certamine, plus amant uitia, quam uirtutes uictorię palma obtinere.

### *De cautela ædificantium.* Cap. XIIII.

MEdia pars iuuenum faciebat opus, & X
media parata erat ad bellum. Ædifi 2. Eſd. 4.
cantium in muro, & portantium onera, & imponentium, una manu faciebat opus, & altera tenebat gladium. Ædificantium unuſquiſque gladio erat accinctus renes, non ſolum media pars iuuenum faciebat opus, & pars media parata erat ad bellum; ſed iuuenes, qui faciebant opus, gladio erant accincti. Tanta erat uerſutia hoſtis antiqui, tantus eſt furor malitiæ eius contra eccleſiam, ut non ſolũ prædicatores ueritatis, ſed ipſe populus Dei ſemper debeat contra uigilare, & quaſi acie ſtare. Ædificantes enim gladio accingunt renes; cum ii, qui bonis operibus inſiſtere, & ſibi commiſſos curant regulari ratione diſponere (hoc eſt enim uiuos lapides in ędificio ſanctæ Trinitatis competenter locare) fluxa luxuriæ in ſe acumine uerbi Dei ſatagunt reſtringere.

### *Quomodo ſabbatum obſeruabant.* Cap. XV.

POpuli terræ, qui important uenalia, Y
& ad uſum omnia per diem ſabbati 2. Eſd. 10
ut uendant, non accipiemus ab eis in ſabbato. Nobis quoq; ſabbatum ſpirituale ſemper agendum eſt: ſemper a ſeruili opere, id eſt, a peccato feriandum eſt: ſemper uacandum, & uidendum, quoniam ipſe Pſal. 33.
eſt Deus, ut poſt tale ſabbatum liberati a conſcien &. 45.
tię peccatis, perueniamus ad ſabbatum futurę glorię. Sed quęrunt populi terræ prophanare ſabbatum, uenalia inferendo in die ſanctificata, quãdo immundi ſpiritus munditiam cordis maculare nituntur, & ingerere illecebras uitiorum accepto precio noſtri conſenſus: quo diem maximæ ſanctificationis inquinent, id eſt, lucem piæ actionis, uel cogitationis erroribus obnubilent. Sed

nos huiuſmodi mercatum clauſis muris noſtræ urbis, id eſt, cuſtodia uitæ perfectioris prorſus uitare debemus.

*De biſaria dedicatione Ciuitatis. Cap. XVI.*

Z

1.Eſd.12 HAEc ciuitas ſancta dedicatur, cum im pleto in fine ſeculi numero electorum eccleſia uniuerſaliter in cœlũ ad uiſionem Conditoris ſui introducitur: cuius uitę deſiderijs quotiens in hac uita ſuſtollimur, quaſi de futura ciuitatis noſtrę dedicatione lætamur. Vnde & biſaria dedicatio poteſt accipi interim, ſcilicet in ſpe deſiderantium, & mundantium oculos cordis, quibus Deum uideant, & tunc in re ipſa fruentium diuina uiſione beatorum in corporibus ſpiritualibus inter angelica agmina.

---

## *ALLEGORIARUM, ET myſteriorum, quæ continentur in libris Eſther, Tobiæ, Iudith, & Machabæorum Liber Nonus.*

*De myſterijs, quæ continentur in libro Eſter. Cap. I.*

A

Eſther.1 IN diebus Aſſueri, qui regnauit, ab India uſque Æthiopiam ſuper centum uiginti ſeptem prouincias &c. Aſſuerus rex potens, & diues, & nominis interpretatione, & potentiæ ſublimitate, & diuitiarum magnitudine Chriſtum ſignificat. Nominis interpre

Ioan.10. tatione, quia interpretatur oſtium: & Chriſtus di

Matt.28 xit. Ego ſum oſtium. Potentię ſublimitate, quia da

Ioan.17 ta eſt Chriſto omnis poteſtas in cælo, & in terra. Diuitiarum magnitudine, quia quæcunque habet

" Pater, eius ſunt. Tertio anno imperij ſui fecit gran

" de conuiuium principibus ſuis, & pueris. Huius

" conuiuij hiſtoria diuitiarum pompam, & regiũ luxum oſtentat; ſed Chriſti ſpirituales diuitias, quas unicuique diſpenſat, in hoc loco allegorice ſignificat. Chriſtus nanque tertio anno imperij ſui, id eſt, tertio tempore huius ſeculi incarnationis ſuę ſacramenta pateſecit, & ſpirituales epulas prędicationis, & corporis, & ſanguinis ſui abundantiſſime manifeſtauit. Primum tempus ante legem, ſecundum ſub lege, tertium ſub gratia. Fecit hoc conuiuium principibus ſuis, & pueris, id eſt, Apoſtolis, & omnibus a peccato purificatis. Et fortiſſimis, illis ſcilicet, qui uicerant malignum. Et inclytis, i. illis, qui filij Dei uocabuntur. Et præfectis prouinciarum, i. prælatis eccleſiarum. Omnibus fecit conuiuium, quibus ſpiritualis gratiæ tribuit donum. Multo tempore, centum octoginta diebus. Centum propter æternam uitam, quia centenarius perfectus eſt numerus, & a lęua tranſit

B in dextram. Octoginta, quia octo ſunt beatitudines, ad quas conuiuium iſtud perducat. Septem dies, quibus conuiuium præparatur: præſens tempus deſignat, quod ſeptem dierum numero uoluitur. Veſtibulum horti, in quo conuiuium præparabatur; præſentẽ eccleſiam ſignificat, in qua ad futuræ gloriæ iocunditatem iuſtificamur. Ornatus ueſtibuli deſignat ornatum eccleſiæ in ſtatu pręſentis ſeculi. Vaſa, quibus potus inferebatur; ſunt ſancti prædicatores, per quos nobis gratia cæleſtis adminiſtratur. Nec erat, qui nolentes cogeret, quia rex ſtatuerat, ut ſumeret quiſque quod uellet. Sic namque temperanda eſt prædicatio, ut omnibus utilis fiat, nulli noceat, & inter uitia quaſi gladius anceps tranſeat. Sic ſuperbiam recidens auferat, ut non augeat timiditatem: ſic ocioſis, & torpentibus imponat ſolicitudinem; ut inquietis, & curioſis non augeat importunam actionem. Regina Vaſthi fecit conuiuium fœmi-

narum in palatio, ubi rex manere conſueuerat. Re C

gina Vaſthi ſuperba, plebs eſt Iudaica, quæ regnabat quandiu cultu Dei cæteris præeminebat gentibus. Fecit conuiuium fœminarum, quãdo fecit per legem, refectionem ſanctarum animarum. In palatio, ubi rex manere conſueuerat, i. in Hieruſalem, in qua Deus potentiæ ſuæ notitiam tribuerat. Septimo itaque die, cum rex eſſet hilarior, & poſt potationem incaluiſſet mero: pręcepit ſeptẽ eunuchis ſuis, ut introducerent reginam, ut oſtenderet cunctis populis, & principibus, illius pulchritudinem. Septimo die. i. tempore reuelatio-

nis ſeptiformis gratiæ: quando uenit plenitudo Gala.4

temporis, & Deus Filium ſuum miſit in terras, & legis myſteria, quibus ante fideles pauerat, abundantiori gratia manifeſtauit. Tunc præcepit ſeptẽ eunuchis, id eſt, prædicatoribus ſeptiformi ſpiritu repletis, qui ſe caſtrauerunt propter regnum cælorum, ut Vaſthi reginam, id eſt, plebem Iudaicam introducerent per ſpiritualem intelligentiã, quia adhuc erant foris per legis literam. Vt oſtenderet omnibus illius pulchritudinem, id eſt, ut omnibus eſſet exemplum ad fidem, & bonam actionem. Erat autem pulchra nimis: propter prærogatiuam, uidelicet patrum, & ſcientiam legis & prophetarum. Pręcepit, ut introducerent eam, poſito ſuper caput eius diademate, id eſt, religionis honore. Sed regina Vaſthi intrare renuit, quia plebs Iudaica gratiam Dei reſpuens, per fidẽ uenire contempſit. Septem regis ſapientes: ſunt uniuerſi doctores & ſeptiformi gratia repleti, & per ipſam ad omnia agenda diuinitus edocti. Mamucha nouiſſimus ſapientum, qui ſententiam promulgauit, ut Vaſthi deponeretur, & alia in eius

loco ſubſtitueretur: Paulum ſignificat, qui dixit. 1.Co.15

Ego ſum minimus Apoſtolorum, & contradicen- Act.13.

tibus Iudęis prędicationi ait, quia indignos uos iudicatis regno Dei: ecce conuertimur ad gentes.

REpudiata Vaſthi, quęſitæ ſunt puellæ ſpecioſæ Eſther.2

regi, & traditę ſub manu Ægæi eunuchi, ut acciperẽt ab eo uſum neceſſariũ, quia repudiata Iudęa, diuerſi ex diuerſis partib. mũdi ad ſocietatẽ regiæ dignitatis per prędicatores adducũtur, uerbũ Dei adminiſtrãtes, & ſub manu Ægei, qui feſtiuus interpretatur: &

tur: & cuſtos eſt regiarum mulierum ) tradun-
tur, id eſt, committuntur paſtoribus, quibus fi-
delium animarum cuſtodia datur; ut uerbo, &
exemplo miniſtrent quicquid ad cultum pieta-
tis neceſſarium uiderint. Quicunque recta fide,
& conſcientia pura regi altiſſimo placuerit: ad
ipſum ingredietur repudiata Vaſthi. Multæ puel
læ ſunt quęſitę, multæ ad curiam regis adductę:
Ephe. 4. ſed una eligitur, una in reginam coronatur: quia
uniuerſæ eccleſiæ fidelibus, una fides, unum ba-
ptiſma, unus Deus, & unus pater omnium. Orna
E menta puellarum ſpiritualia, ſignificant ornamē
ta fidelium animarum. Erat uir Iudæus in Suſis
ciuitate uocabulu Mardochæus, filius Iair filij
Semei, filij Cis de ſtirpe Iemini, qui tranſlatus
fuerat de Hieruſalem eo tempore, quo Iechoniā
regem Iuda Nabuchodonoſor rex Babylonis trā
ſtulerat: qui fuit nutritius filię fratris ſui Ediſſę,
quæ altero numine Eſther uocabatur, & utrunq;
parentem amiſerat: pulchra nimis, & decora fa-
cie. Eſther interpretatur abſconſa. Ediſſa, miſeri-
cordia. Hæc autem eſt Gentium eccleſia, quę in
abſcundito cordis nutriens caſtitatem fidei, miſe
ricordiam, & gratiam coram oculis Dei inuenit:
Oſee. 1 repudiata ſynagoga, quæ in Oſee uocatur abſque
miſericordia. Hanc nutrit Mardochæus ſpiri-
tualis, & adoptat in filiam: qui eſt doctor Gen-
1. Tim. 2 tium in fide, & ueritate; & eſt de ſtirpe Iemini:
hoc eſt, de ſtirpe Beniamin. Hanc Nabuchodono
ſor ſpiritualis, & rex confuſionis, a naturali lege,
& cultu unius Dei in confuſionem idololatrię
tranſtulit: ſed pietas diuina ad uiam ueritatis per
prędicatores reuocauit. Placuit Eſther regi: &
data ſunt ei ad uſum neceſſaria; & Chriſto pla-
cuit eccleſia: & data eſt ei doctrina ſana, ſcriptu-
rarum ſcientia: uita honeſta. Eſther accepit in ob
ſequium ſuum ſeptem puellas ſpecioſiſſimas: &
eccleſia fideles animas Spiritus ſancti gratia rege
neratas, atque delicatas, quę eius ſequuntur ueſti
gia fide, doctrina, operatione bona: de quibus
Cant. 1 dicitur. Adoleſcentulæ dilexerūt te nimis. Eſther
noluit indicare patriam ſuam regi, & ſancta ec-
cleſia bonis operibus tegit coram Deo culpam
antiquam. Curā ſalutis Eſther egit Mardochęus,
& curam ſalutis eccleſiæ agit per doctrinam ſuā
Apoſtolus Paulus, & omnium doctorum cœtus.
Bagathan, & Thares duo Eunuchi regis, qui iani-
tores erant, & in primo palatij limine præſide-
bant: uoluerunt in regem inſurgere, & occide-
re; quod Mardochæum non latuit ſtatimque re
nunciauit reginæ Eſther, & illa regi ex nomine
Mardochæi, qui ad ſe rem detulerat. Quęſitum
eſt, & inuentum, & appenſus uterque in patibu-
G lo. Poſſunt in duobus Eunuchis ſchiſmatici, &
hæretici notari; qui fraudis, & malitiæ uenenum
corde geſtantes, contra ueritatem conſiliantur,
ut eam credentibus auferant: & Chriſtum, i. fidē
Chriſti in ipſis fidelibus interficiant. Sed eorum
iniquitatem ſancti doctores manifeſtant: ut inno
centes ſaluentur, & illi iuſta ultione puniantur.
Eſther. 3 REx Aſſuerus exaltauit Aman. Poſſunt per
Aman ſuperbum, Mardochæi, & ſanctæ
Gentis inimicum: Iudæi, & potentes præſentis
ſeculi deſignari. Sicut enim Aman epiſtolas diri-
gens, regis ſignaculo eos munire contendit, ut
facilius uotum ſuum expleatur: ſic Iudæi libros
legis diuinæ, in quibus eſt ſignaculum ſummi re-
gis, id eſt, gratia Spiritus ſancti, ad confirmandā
hæreſim ſuam aſſumunt in teſtimonium, repro-
bantes ſocietatem Gentium, & Chriſti euange-
lium, quaſi diuinis præceptis contrarium. Po-
tentes quoque ſeculi, beneficijs diuina pietate
collatis abutentes, quos conſortes habent natu-
ræ, dedignantur habere conſortes gratiæ: & ho-
norem, & reuerentiam, quam ſoli Deo debue-
runt; in ſeſe transferre contendunt: eos autem,
qui conſentire nolunt; odijs, & cruciatibus per
ſequuntur, ſed iuſto iudicio in inſidiis ſuis ca-
piuntur iniqui: iuſtus de anguſtia liberatur, &
traditur impius pro eo.

NOctem illam rex duxit inſomnem: iuſſitq;
ſibi afferri hiſtorias annales priorum tem- H
porum: quæ cum illo præſente legerentur: uen- Eſt. 6.
tum eſt ad eum locum, ubi ſcriptum erat, quo-
modo nunciaſſet Mardochæus inſidias Bagathā,
& Thares eunuchorum, regem Aſſuerum iugula
re cupientium. Noctem rex duxit inſomnem:
quia non dormitabit, neque dormiet qui cuſto- Pſal. 120.
dit Iſrael. Deus enim in ſe immobilis manens,
curſus temporum, & actus hominum contem-
platur, & nulla eum latet cogitatio, cui omnia
pręſentia. Vnde Apoſtolus. Non enim eſt in
illo, eſt, & non: ſed eſt in illo, fuit. Geſta Mardo- 2. Cor. 1
chæi coram rege memorantur, quia bona opera
ſanctorum doctorum nunquam apud Deum
obliuioni traduntur: ſed in memoria æterna erit
iuſtus. Tulit Aman iubente rege ſtolam, & Mar- Pſal. 111
dochæum (cui ipſe ex nequitia crucem paraue-
rat ) impoſitum equo præcedebat, & clamabat.
Hoc honore condignus eſt: quæcumque rex uo
luerit honorare. Sic magiſtri eccleſiæ omnium
uirtutum cultu, & decore ſapientiæ illuſtrati,
honorantur diademate regię dignitatis: tanquā
membra ſummi regis aſcendunt ſuper equum
regium, id eſt, ſuper populum fidelium, in quo-
rum cordibus reſidet rex Angelorum. Vnde Aba Abac. 3.
cuc propheta. Aſcendes ſuper equos tuos, & qua
drigæ tuæ ſaluatio. His Aman ſpiritualis hoſtis
populi Dei licet inuitus præbet obſequium: cum
perſecutores eccleſiæ coguntur reddere teſtimo
nium, non ualentes occultare, quod manifeſtum
eſt. Reuerſus eſt Mardochæus ad Ianuam palatij,
& Aman feſtinauit ire in domum ſuam lugens Ibidem.
cooperto capite. Hæc mutatio dexteræ Excelſi.
Qui ſibi uidebatur ſuper alios glorioſior, & po- Pſal. 76
tentior: infra alios apparet uilior, & inferior; ſe-
cundum illud. Depoſuit potentes de ſede, & exal Luc. 1.
tauit humiles. Similiter & Iſaias ait. Cōuertetur Iſaiæ. 29.
Libanus in charmel, & charmel in ſaltum reputa
bitur. Sic ſynagogæ ſuperbia eſt oppreſſa; & eccle
ſiæ humilitas exaltata: ſic perſecutores eccleſiæ,
& fidei ad nihilum ſunt redacti; & confeſſores
Chriſti in toto orbe exaltati. Caput in caudam,
& cauda in caput conuerſa eſt: quia omnis,

Luc.14 qui ſe humiliat, exaltabitur &c.

Eſther.8. PRocidit Eſther ad pedes regis,& orauit,ut ma
litiã Amã,& machinationes ei⁹ peſſimas,quas
excogitauerat contra Iudęos,iuberet irritas fieri.
Sic ſancta eccleſia pro ereptione filiorum ſuo-
rum,quotidie Deum omnipotentem per fidem,
& myſteria incarnationis obſecrat, ut hoſtium
comprimatur audacia, & fidelium liberetur in-
nocentia. Mardochæus itaque exaltatus eſt,& ge
nus eius;quia electi exaltantur,& in præſenti per
gratiam,& in futuro per gloriam.Aman punitus
eſt,& genus eius: quia mali quique in præſenti
reprobantur per culpam,& in futuro punientur
per pœnam. Gaudium itaque Iudæorum,& exul
tatio,æternam deſignat lætitiam beatorum.

### *De myſterijs,que continentur in libro Tobiæ.*
### *Cap. 11.*

K LIber Tobiæ in ſuperficie literæ eſt ſa
lubris. Maxime enim uitæ moralis,
& exemplis, abundat & monitis.
Sed quantum poma foliis, tantum
hiſtorijs allegoria præcellit. Maxi-
ma enim eccleſiæ ſacramenta cõtinet.Ipſe enim
Tobias populum Iſrael ſignificat:qui cæteris ido
lolatriæ deditis, fide recta, & operibus Deo ſer-
uiebat. Vnde dicitur.

Tob.1. CVm irent omnes ad uitulos aureos, quos Ie-
roboam rex Iſrael fecerat: hic ſolus fugie-
bat conſortium omnium, & pergebat Hieruſa-
lem ad templum Dei, & ibi adorabat Dominum
Deum Iſrael.Cum autem factus eſſet uir: accepit
uxorem Annam de tribu ſua,& genuit ex ea filiũ
& ſuum nomen impoſuit ei. Sic populus Iſrael
amplificatus eſt in Ægypto, & accepit ſynagogã
cærimonijs legalibus per Moyſen inſtitutam, &
genuit ex ea filium, quia Chriſtum cognouit ex
genere ſuo gignendum. Vnde ſcriptum eſt. Pro-
Deut.18 phetam ſuſcitabit uobis Deus de fratrib⁹ ueſtris:
Pſal.13. & item.De fructu uentris tui ponam ſuper ſedẽ
tuam.Cui nomen ſuum impoſuit credendo, con
Pſal.88. fitendo quod pater de illo dicit. ego primogeni
Exod.4. tum ponam illum. Hoc eſt enim nomen ipſius
Iſrael.Vnde ſcriptum eſt. Filius meus primogeni
tus Iſrael. Cum perueniſſet in Reges ciuitatem
Medorum,& ex his,quibus honoratus fuerat a
rege, habuiſſet decem talenta argenti, & cum in
multa turba generis ſui Gabelum egentem uide
ret,qui erat ex tribu ſua: ſub chirographo dedit
illi memoratum pondus argẽti. Sic populus Dei
per ſeptuaginta interpretes ſcientiam legis, quæ
in decalogo continetur,gentibus commiſit, ut li
beraret eas a fame uerbi Dei. Sub chirographo
dedit.i.ſub conditione reddendi,cum ille diues
eſſet;uel quando,qui dederat,repeteret. Accepe-
runt gentes uerbum Dei, & quaſi negociando
exercent,etiam poſt Chriſti aduentum,cum ſpiri
tualem intellectum requirunt.Reddent fœnera-
L tori,cũ credentes Iudæos in fine ſeculi ſuſcipiẽt,
& ſaluandis Chriſti ſacramenta committent, &
Ibidem. ſcripturæ arcana pandent. Cum Sennacherib
iratus multos occideret ex filijs Iſrael:Tobias ſe-
peliebat corpora eorum. At ubi nunciatum eſt
regi: iuſſit eum occidi,& tulit omnem ſubſtan-
tiam eius. Tobias uero cum uxore,& filio,fugiẽs
nudus latuit,quia multi diligebant eum, ſic dia-
bolus populum Dei per idololatriam, ſpiritali
morte perimere uoluit, & cunctas opes uirtutũ
auferre non ualuit; quia in eo erant multi ſancti,
qui eius prouiderent uitæ, & ſaluti. fugit autem
cum filio,& uxore; quia nec fidem incarnationis
Dominicę, nec ſtatum ſynagogæ deſeruit, quod
in Maccabæorũ agonibus luce clarius apparuit.
Occiſo rege,a filijs ſuis,reſtaurata ſunt omnia To M
biæ, quia ſuperato a ſceleribus ſuis ſæpius diabo-
lo,qui uelut peſſimam prolem gignit: redibant
proſpera populo Dei,quibus adhuc alternationi
bus eccleſiæ ſtatum fluctuare uidemus.

COntigit ut quadam die fatigatus ex ſepultu Tob.2.
ra ueniens domum iactaſſet ſe iuxta parie-
tem,& obdormiſſet:& ex nido hirundinum dor
mienti illi calida ſtercora inciderent ſuper ocu-
los eius, fieretque cæcus. Cæcatus Tobias, popu-
lum Iſrael ſignificat. Cæcitas enim ex parte con-
tigit in Iſrael. Fatigatus a ſepultura cæcatus eſt. Ro.11.
Qui enim infatigabilis in bonis operibus conſi-
ſtit: fidei lumen non amittit. Ita & ſpiritualiter
fatigatus dormit:qui uigilare,ſtare,uiriliter age-
re,& confortari negligit. Cui dicitur. Surge qui
dormis,& exurge a mortuis.Hirundines,propter Ephe.5.
leuem uolatum, leuitatem, ſuperbiamque deſi-
gnant,quarum immunditia eos,quibus domina
tur,excæcat. Nido hirundinum ſuppoſitus dor-
mit: qui leuitati laſciuiæ,ac ſuperbiæ,ſe incautus
ſubijcit. Hæc cęcitas populo Iſrael imminente Abac.3.
Domini aduentu in carne,maxime præualuit,cũ
Romanæ ſeruitutis iugo laboraret, & diuinæ le-
gis pręcepta male uiuendo uiolaret. N

COntigit ut Sara filia Raguelis in ciuitate Me Tob.3
dorum,ut & ipſa audiret improperium ab
una ex ancillis patris ſui:quoniam tradita fuerat
ſeptem uiris, & dæmon nomine Aſmodæus oc-
ciderat eos: mox ut ingreſſi fuiſſent ad eam. Sa-
ra, turbam nationum ſignificat: cuius doctores
cuncti,uitam tantum huius ſeculi (quæ ſeptem
dierum numero uoluitur) nouerant: æternam
neſciebant. Ideo a diabolo rapti, quaſi idolola-
trię mancipati occidebantur, donec uenit Chri-
ſtus uerus ſponſus,qui eam in fide ſibi deſponſa-
uit, hoſte ſuperato: ſicut Tobias Saram alligato
diabolo,præſente & cooperante angelo: in quo
Saluatoris diuinitas: ſicut in Tobia ſignificatur
humanitas.Nec mirandum, quòd per duas perſo
nas angeli & hominis, unam Chriſti figurari per
ſonam dicimus: qui in expoſitionibus patrum,
legimus unam perſonam eius in Iſaac, & ariete
figuratam, qui in humanitate occiditur ut ouis:
in diuinitate cum patre permanet impaſſibilis,
ſicut Iſaac cum Abraham domum reuertitur in-
columis: Si etenim aries Chriſti humanitatem,
Iſaac ſignificat diuinitatem: cur non aptius, ho-
mo humanitatem, angelus deitatem? Exauditæ O
ſunt orationes amborum Tobię,& Sarę,in conſpe Ibidem.

ctu gloriæ ſummi Dei:& miſſus eſt Angelus Ra-
phael,ut curaret eos ambos . Raphael interpre-
Matt. 9. tatur medicina Dei, & ſignificat Chriſtum , qui
de ſeipſo ait. Non eſt opus ualentibus medico ,
ſed male habentibus: qui & populum Iudaicum
a tenebris perfidiæ,& Gentilem liberauit ab ido
lolatriæ ſeruitute,de quo ſcriptum eſt. Vocabi-
Eſa.6. tur nomen eius magni conſilij angelus.

P

Tob.5. APparuit angelus Tobiæ, & ſocium ſe præ-
buit: & filius Dei hominem aſſumpſit, &
uiſibiliter cum hominibus conſeruatus,humanũ
genus ſaluauit. Introduxit Tobias angelum ad
patrem,& Dominus per miracula, quæ in carne
fecit, populo Iudæorum ex quo carnem accepit,
oſtendit quòd ipſe eſt filius Dei,& angelus,id eſt,
nuncius paternæ uoluntatis, cui & gaudium per
Matt. 3. petuæ ſalutis prædicauit,dicens,pœnitentiam agi
te: appropinquabit enim regnum cælorum . Et
Ioan. 8. de perantibus de lumine cæli . Ego ſum, inquit,
lux mundi,qui ſequitur me,non ambulat in tene
bris,ſed habebit lumen uitæ. Promittit angelus
Tobiæ ducere filium ſuum in ciuitaté Medorũ,
& reducere promittit Chriſtus credentibus Iu-
dæis(quamuis plures ſunt cæcati ) quòd incarna-
tionis ſuæ ſacramenta Gentibus aperiat, & in fi-
ne temporum populo Iudæorum latius pandat:
conſtante,& cooperante diuinitate ſuæ fide.De
Ioan.10 ducendo ad Medos dicit: alias oues habeo , quæ
non ſunt ex hoc ouili. De reducendo dicit Apo-
Rom.11 ſtolus: donec plenitudo Gentium intraret,& ſic
omnis Iſrael ſaluus fieret.Interrogauit. Tobias an
gelum;quis,& unde eſſet,Ego ſum (inquit) Aza-
rias Ananiæ magni filius. Azarias interpretatur
adiutor: Ananias Dei gratia,Chriſtus ſe fidelibus
Pſal. 69. ſuis indicat, quòd ipſe eſt , de quo dicitur . Adiutor
meus,& liberator meus es tu Dñe ne moreris.Et
Ioan. 1 uidimus gloriam eius, gloriam quaſi unigeniti a
patre,plenum gratiæ & ueritatis . Paratis omni-
bus,quæ erant in uia portanda ſecum,Tobias ua
le patri ſuo,& matri dixit: & ambulauerunt am-
bo ſimul.Sic apparente Domino,parata ſunt om
nia,quæ ad redemptionem noſtram erant neceſ
ſaria, quibus eccleſiæ fides , & uita nutriatur , &
confirmetur : donec huius ſeculi uia finiatur , id
eſt,uirtutes,eius doctrina,tentatio,paſſio , reſur-
rectio,aſcenſio, Spiritus ſancti miſſio,fides credẽ
tium, perſecutio infidelium . His in Iudæa pera-
ctis, mediante Dei, & hominum per Apoſtolos
Iudæis [illegible] bulibus ſuis, & Gentibus gaudia ſu
pernæ ſalutis,& pacis prædicauit, & his, qui cre-
dere, & accipere uolebant per ſeipſum donauit,
Q & ſic per Apoſtolos ad ſalutẽ gentium peruenit.
Tob.6. PRofectus eſt Tobias, & canis ſequutus eſt eũ.
Sic Domino ueniente ad ſaluãdas gẽtes,prædi
catores ueſtigia eius ſequuti ſunt;quæ quod iuſſit im
Matt.28 pleuerunt.Vnde ſcriptum eſt. Euntes docete om-
nes gentes: baptizãtes eos in nomine Patris & Fi
lij,& Spiritus ſancti. domum quoq; Cornelij pri
Actu.10 mo ipſe Dominus per ſe impleuit Spirituſancto:
& ſic eum Petrus aqua perfudit.Canes uocantur
prædicatores,quia Dei domum , & eius ſubſtan-
tiam,& oues ſpirituales a furibus beſtialib⁹;ſpiri
tibus , & hæreticis defendunt . Profectus eſt To-
bias , & manſit iuxta fluuium , cui nomen Ti-
gris:& Chriſtus ueniens in mundum, mãſit iuxta
fluuium mortalitatis . Exuit Tobias , ut lauaret R
pedes ſuos:& Chriſtus exiuit a patre, ut a ſordib⁹
peccatorũ ablueret electos ſuos.Voluit piſcis To
biam deuorare,& diabolus conatus eſt per ſatel-
lites ſuos Chriſtum extinguere.Et timuit Tobias
piſcem,& Chriſtus pro infirmitate carnis timuit
mortem , per ſuggeſtionem , & cooperationem
diabolicam,a Iudæis ſibi imminentem.Apprehẽ
dit Tobias piſcem, & traxit in ſiccum : & Chri-
ſtus ſua potentia ſuperauit diabolum , & tenet
ligatum . Tobias piſcem exenterauit : & Chri-
ſtus occultam nequitiam diaboli , cunctis electis
manifeſtauit:Tobias cor piſcis,& fel, & iecur ad
diuerſa medicamenta utilia ſibi repoſuit:& Chri
ſtus malitiam diaboli,& furorem eius, & diuerſa
conſilia,ad utilitatem legentium ſcribi fecit. To
bias quicquid de piſce ſũpſit aſſauit: et Chriſtus
electos,quos prædicatione a corpore diaboli ſe-
parat,Spiritus ſancti gratia accendere nõ deſiſtit.
DIxit Tobias ad Raguelem . Hic ego hodie S
non manducabo, neque bibam , niſi prius Tob.7.
petitionem meam confirmes, & promittas mihi
dare Saram filiam tuam. Quo audito Raguel ex-
pauit,ſciens quid euenerit illis ſeptem uiris,& ti
mere cœpit ne forte accidat & huic ſimiliter.Sic
audiens populus Gentium uerbum Dei, admoni
tus ab Apoſtolis,ut de ſua ſtirpe Chriſto daret u-
xorem,non ſine timore , uel exploratione potuit
nouę fidei iura ſuſcipere: quia cum multos docto
res habuit, qui omnes quaſi ſeptenario numero
comprehenſi,hanc tantum uitam nouerant : de
æterna nihil dicebant certum,& ideo ſine ſpe im
mortalis uitę,interitus æternæ mortis eos rapuit:
docẽte autem intrinſecus ueritate,& foris per do
ctorum ora ſonante,tandem intellexit, quòd iuſtum
eſſet,ut qui ſtulta dicerent,ſtulte perirent. T
INtroductus Tobias ad cubiculum protulit de Tob. 8.
caſſidili ſuo partem iecoris,poſuitq; ſuper car
bones uiuos . Tunc Raphael angelus apprehẽdit
dæmonium , & ligauit illud in deſerto ſuperio-
ris Ægypti &c. Dominus accepturus eccleſiam
de Gentibus,in deſponſationis initio, iubet eam
abrenunciare diabolo,& omnibus pompis eius,
& confiteri fidem Trinitatis in remiſſionẽ pecca
torum: quod eſt,intima uiſcera piſcis , uiuis cre-
mare carbonibus.Deſertum , & Ægyptus, corda
infidelium ſignificant , quæ a Deo deſerta ſunt :
quia eius eſt habitatione indigna , & iuxta inter-
pretationem Ægypti perfidię ſuæ tenebris obſcu
rata.Merito autem qui a Deo deſeritur, a dæmo-
nio repletur.Angelus uero dæmonẽ , qui Tobiã
occidere uolebat , in deſerto ligauit,quia cohibi
bitum diabolum a fidelibus , qui ſunt membra
Chriſti,in infidelibus tantum dominari permi-
ſit ; in quibus tenet eum ligatum , quia nec ip-
ſos tantum lædere permittitur , quantum co-
natur . Factum eſt circa cantum pullorum :
accerſiri fecit Raguel ſeruos ſuos : & abie-
runt cum eo pariter , ut foderent ſepul-

chetum. Timebat enim, ne ſimiliter euenisſet ei; quod cæteris alijs ſeptem, qui ingresſi ſunt ad eã.

Ibidem. Cumq; paraſſent foſſam, reuerſus Raguel ad uxorem ſuam, dixit ei. Mitte unam ex ancillis, ut uideat, an mortuus eſt, ut ſepeliam eum antequam illuceſcat. Et miſit unam ex ancil[...]s ſuis. Quæ ingreſſa cubiculum: inuenit eos ſaluos, & incolumes, ſecuriter dormientes &c. Cantus pul[l]orum, ſonus eſt prædicatorum, qui poſt tenebras eorum, [sp]em lucis annunciant futuram. Erant in gentibus, qui dubitabant, an Deus uere uiciſſet antiquum hoſtẽ, & ideo fidem nominis eius obſtruere, atque abſcondere ſatius exiſtimabant: ſed poſtmodum agnita ueritatis luce, quaſi aurora præeunte, & crebreſcente cantu.i. uoce prædicatorum, ueraciter Chriſtum hoſte ſuperato, ſponſum eſſe ſanctę eccleſię cognouerunt. Lætatur Raguel de uita Tobię, & de coniunctione filiæ. Occidit duas uaccas, quatuor arietes, parat epulas omnibus uicinis, & amicis. Lætatur popul[u]s Gentiũ de fide Chriſti, & de uocatione ſuæ gentis in Domini fide proficientis, ut etiam de ipſis doctores fierent, qui poſtmodum martyres exiſterent. Hi, uaccæ ſunt, qui iugum euangelii portauerunt, & eos, qui portarent prædicando, genuerunt. Arietes, ſunt tanquam patres, & duces populorum.

Pſal. 28. Vnde ſcriptum eſt. Afferte Domino filii Dei: afferte Domino filios arietum. Sunt craſſi, gratia ſupernæ dilectionis refecti: unde dicitur. Sicut

Pſal. 62. adipe, & pinguedine repleatur anima mea. Adiurauit Raguel Tobiam, ut duas hebdomadas moraretur apud ipſum. Sic & nos oremus Chriſtum ut maneat nobiſcum, donec perfectionem quietis per Spiritus ſancti gratiam conſequamur: et a peccatis in opere, & a prauis cogitationibus in mente liberemur.

Tob. 9. MIttit Tobias ad Gabelum, & inuitat eum ad nuptias ſuas, qui inuitatus uenit. S[ic] [u]nus populus, quotidie in eccleſia colligitur. Poteſt tamen de his ſpecialiter intelligi, qui litterã legis per ſeptuaginta interpretes acceperunt, & ideo fidem citius ſuſceperunt.

V

Tob. 10. TRadidit Raguel Tobię Saram, & dimi[di]am partem omnis ſubſtantiæ ſuæ, in pueris, in puellis, in camelis, in pecudibus, in uaccis, in pecunia multa, & ſaluum, atque gaudentem remiſit eum ad patrem ſuum. Sic doctor eccleſię in fine remittet Chriſtum cum ipſa eccleſia uirtutũ diuitiis plena, ad fidem illuſtrandam, bonorum operum ſubſtantiam ditandam, in Iudæorum gẽtem: ex qua Dei filius aſſumpſit carnem.

X

Tob. 11. DIxit angelus ad Tobiam. Si placet tibi, præcedamus: & lento gradu ſequatur iter noſtrum familia. Sic poſtquam illuminatus eſt populus Gentium, præcedit diuina gratia [a]d illuminandam cæcitatem Iudęorum: ut in libris ſuis cognoſcant Chri[ſt]um uerum hominem, & uerũ Deum: & ſic tandem quaſi uiſo angelo, & filio ſuo: quos diu non uiderant, multum [g]audeant, tandemque eccleſiæ de gentibus congregatæ myſteriorum ſe communione cõiungant. Præcucurrit canis, qui ſimul fuerat in uia, & quaſi blandimento ſuę caudæ gaude[bat]. Sic gaude[nt doc]tores de effectu ſui operis: cum Iudæam a D[omino] recolligendam intelligunt. Gaudent de præmio uitæ ęternæ: & tunc cunctis electis eodem præmio corda exhilaranda prædicant: & ſtatim aduentu[m] [S]piritus ſancti g[r]a[ti]am oſtendunt. E- Ibidem.
xurgen[s] cæcus pater cœp[it] [o]ffendẽs pedibus [cu]rrere: Sic audito uerbo ſalutis a doctoribus, [ſur]get & populus Iudæorum de perfidiæ ſuæ long[a] cæcitate, & [am]ore curret ad Dominum: ſed oſtendens [...] operum donec ipſe renatus fuerit, [...] in Chriſto: fidei, & operationis lucem perci[pi]at. Sumens Tobias de felle p[i]ſcis li[ni]uit patr[is] ſui oculos, & [qu]aſi dimidiam horam ſuſt[in]uit [&] [cœ]pit albugo ex oculis eius q[uaſi] [mem]hrana o[ui] ęgredi: quam apprehendens Tobi[as] traxit ab o[cu]l[is] ſui. Statimque [uiſ]um recepit: & glorificaba[nt] Deum ipſe ſcilicet, & uxor eius, [&] omnes, qui ſ[c]iebant eum: dicebat[que] To[bias] [be]nedico te Domine Deus Iſ[r]ael: quia tu caſtigaſti me, & tu ſaluaſti me. Sic populus Iudæorum poſt quam amariſſimam antiqui hoſtis maliuam cognouerit: amiſſam recipiet lucem. Albugo [de]ſignat ſtultitiam Iudaici populi ſibi placentis: habentis zelum Dei, ſed non ſecundum ſcien[tiam].

Roma. De quibus dicitur. Suam iuſt[it]iam uolent[es] [con]ſtituere, iuſti[t]iæ Dei non ſunt [ſ]ubiecti. Pup[illa] [...] Ibidem.
nigra, uidet: alba, tenebroſa eſt. Et qui ſibi ſap[ien]tes uidentur, & dicunt: nunquid & nos cæci ſumus? in eis ueritas non eſt. Et qui ignoran[t]ię [n]on Ioan. 9.
ſcij, dicunt, Dñe Deus illumina tenebras meas: a Pſal. 17.
Domino illuminantur. Habet igi[t]ur populus Iudęorum uelamen adhuc ante [f]aciem cordis, ut nec inte[ll]igat gratiam Chriſti: habet albuginem; quia candidus, & iuſtus ſibi uidetur. Quaſi membraua oui: quia cæcitatem mentis ſuſtinet: ſub ſpe ſtultiſſima Chriſti adhuc naſ[c]iturt, Iudęos liberaturi, & imperium ma[g]num datu[ru]. Cum autem uelamen ablatu[m] fuerit: agno[ſc]ent q[uo]d Chriſtus iam uenit, & mundum ſa[n]guine ſuo rede[mit] [...]e ſequitur: qu[o] [u]iſu [rec]epto, glo[ri]fic[at] [De]um Tobias cu[m] uxore ſua.

Y

Tob. 12. E[go] [ſum] Raphael angelus, u[nus] ex ſeptem angelis, qui aſta[m]us ante Deum. Tempus eſt, ut reuertar ad eum, qui me [miſit]. Regr[eſſ]urus angelus in cęlum apertius [...] & [qu]are uen[erit], & quò regreſſurus ſit, exponit: Chriſtus eid[ẽ] populo latius proficienti naturam ſuam pateſecit: oſtend[e]ns q[u]òd [i]pſe in Patre, & Pater in i[p]ſo ſit. Angel[us] red[i]t ad Dominum: Tobias rema[net] [a]pud [p]a[tr]em ſuum: & Chriſtus a fidelibus ſu[is] intelligitu[r] diuinitate patri æqualis: humanitate conſubſtantialis hominibus.

Tob. 13. APeriens Tobias os ſuum; benedixit Deum: & confeſſus eius eſt ueritatem, & m[iſeri]cord[i]am, docens bene[ficia] Dei ſemper prædicare: & flagella timere; re[p]letuſque ſpi[ritu] prophetiæ, de ſuperna Hieruſalem multa decantat. Populus quoque Iudęorum in fine ſeculi conuerſus multos doctores habebit, & prophetas: qui mentes populorum ad ſuperna deſideria accendan[t], cæleſtis patriæ gaudia prędicando.

Z To. 14. FActum eſt autẽ poſt obitum patris & matris, Tobias receſſit ex Niniue ciuitate: & reuerſus eſt ad ſoceros ſuos, & inuenit eos incolumes in ſenectute bona. Hoc quotidie facit Chriſtus: cum malis relictis ad bonorum corda illuſtranda conuertitur, qui inueniuntur in ſenectute bona: quia in bonis operibus diu ſtuduerunt. Alios autem præterit: qui diu uiuentes, nec conſilio ſunt maturi, nec canitie honæ actionis uenerandi: ſed peccatorum mole incurui. Vnde Eſaias. Puer centum Eſai. 65. annorum morietur: & peccator centum annorũ maledictus erit: qui ſcilicet diu uiuens leuitatem animi non deſerit. Sepelierunt Tobiam iuniorẽ omnis cognatio eius, & omnis generatio eius. Sepultura Tobiæ: finem mundi deſignat, quo Dominus noſter cum corpore ſuo (quod eſt eccleſia) in requiem intrabit: angelis de ſocietatẽ hominum gr[illegible]lantibus, & ſingulos per diuerſas manſiones pro diuerſitate meritorum collocantibus.

*De myſterijs, quæ continentur in libro Iudith Cap. III.*

A Iudith. 1 NAbuchodonoſor rex Aſſiriorum, qui regnabat in Niniue ciuitate magna: pugnabat contra Arphaxat: & obtinuit eum in campo magno, qui appellatur Ragau. Tunc exaltatum eſt regnum Nabuchodonoſor: & cor eius eleuatum eſt &c. Quando diabolus perditorum multitudinem ſuæ uoluntati ſubiecit, eleuatur cor eius. Quod propriæ aſſignãs uirtuti, non diuinæ permiſſioni, & eo magis ardeſcit ad plurimorum perditorum deſtructionem: quo ſe amplius credit p̃ualere, per prauam ſuggeſtionem. Vnde ſequitur. E[illegible]ſit ad omnes, qui erant in Cilicia, & Damaſco & Libano: & ad gentes, quæ ſunt in Carmelo, & Cedar, & inhabitantes Galilæam in campo magno Eſdrelon: & ad omnes, qui habitant in Samaria, & trans flumen Iordanem uſque Hieruſalem: & omnem terram Ieſſe, quouſque perueniatur ad montes Æthiopiæ. Diabolus per diuerſas prouincias legationes mittit: cum turbas malignorum ſpirituum ad ſeducendas gentes per totum orbem diſpergit: nec parcit dignitati, nec honori: omnes .n. ad gehennam trahere cupit, & facere ſocios perditionis. Fideles quoque ſecuros eſſe non patitur: qui per Iordanis nomen, & Hieruſalem ſignatur. Nec ſatis eſt Ethnicos abſorbere: niſi etiam Chri-
Iob. 40. ſtianos poſſit deuorare. Vnde Iob. Abſorbebit fluuium, & non mirabitur: & habebit fiduciam q̃ influat Iordanis in os ſuum, & eſca eius electa. Sed quia multos ſuperat, a multis ſi contem-
B nitur. Vnde dicit. Omnes uno ore contradixerunt.
Iudith. 2. TVnc indignatus Nabuchodonoſor uocauit Holophernem principem militiæ ſuæ & præcepit ei, ut omnem terram ſuo ſubiugaret imperio. Holophernes iſte ſignificat principes gentiũ, qui eccleſiam perſequuntur: aut antichriſtum filiũ perditionis, in quem totus ſatanas introibit, ut faciat [illegible]æ patres ſui non fecerunt: & Deum patrũ ſuorum non reputabit, qui aduerſus omnia regna conſurget. Et ueniet cum magna multitudine ut conterat, & interficiat: & tabernaculum ſuum ſuper montem inclytum, & ſanctum ponat, ubi diuinitus contritus corruat. Hic eſt beſtia (cui iuxta Apocalypſim) draco uirtutem, & potentiam Apoc. 13 ſuam dabit: ut adorent oẽs draconem, qui beſtiæ talẽ dedit potentiã. Cũ pertrãſiſſet Holophernes ,, fines Aſſyriorũ: uenit ad magnos mõtes Angæ, q ,, ſunt a ſiniſtris Ciliciæ: aſcenditq; oĩa caſtella eorũ, ,, & obtinuit munitionẽ omnẽ. Effregit aũt poten- ,, tiſſimam ciuitatem Melothi: prædauitque omnes ,, filios Tharſis. Diuerſæ prouinciæ, & nomina lo- ,, corum, quæ in hiſtoria continentur: perſonarum ,, diſtinctiones, & graduum dignitates deſignant: ex quibus uendicat ſibi diabolus magnam partẽ, nec pugnæ formidat difficultatem: ſed grandis potentiæ grandem certat efficere ruinam. C

TVnc miſerunt legatos ſuos uniuerſarum ur- Iudith. 3 bium, & prouinciarum, reges, ac principes, ſcilicet Meſopotamiæ, & Syriæ, & Sobal, & Libyæ, atque Ciliciæ, qui uenientes ad Holophernem, dixerunt; deſinat indignatio tua circa nos. Melius eſt ut uiuamus, & ſeruiamus Nabuchodonoſor regi magno, & ſubditi ſimus tibi: quàm morientes cum interitu noſtro, ſeruitutis noſtræ damna † patiamur. † faciamus Meſopotamia, interpretatur eleuatio. Syria, ſublimis. Sobal, uanum. Libya, intrantes. Cilicia, cœtus, uel luctus. Principes igitur regionum illarum, qui legatos ſuos ad Holophernem pro pace miſerunt: ſignant carnales, qui reconciliati perſecutoribus, ſtudent ut mortis periculum, & uoluptatis detrimentum euadere poſſint: de quibus dicitur. Qui uult amicus huius ſeculi eſſe: inimi- Iob. 4. cus Dei conſtituitur. In his enim ſolicitudo huius ſeculi, & fallacia diuitiarum ſuffocat uerbum, & fructum non facit. Hi enim ferunt nomina prouinciarum: qui ſuperbia extolluntur, & uanitatem ſequuntur. Terram duabus uijs ingrediuntur: & cœtui lugentium, uel luxuriæ ſuæ pœnas luentiũ in inferno ſociabuntur: ubi ad calorem nimium; Iob. 24. transferentur ab aquis niuium: & uermis eorum Eſa. 66. non morietur; & ignis non extinguetur. D

Iudit. 4. TVnc audientes hæc filij Iſrael, qui habitabant terram Iuda, timuerunt ualde a facie eius. Sic tempore perſecutionis timent ſancti, ne diabolus & perſecutores ab eo directi faciant hoc eccleſiæ, & fidelibus eius: quod faciunt cæteris gentibus. Timent ne eccleſia infirmiori parte expugnetur: & ſic aliquod ſui detrimentum patiatur. Mittunt in Samariam .i. in eos, qui cuſtodire ſe debent & alios, monita ſalutis: ne per aditum prauæ delectationis, præbeant hoſtibus ingreſſum ad intima cordis. Per circuitum mittunt: ut ex omni parte ſe diligenter præparent, & cuſtodiãt: Præoccupãt uertices montium: dum conſcendunt, & muniũt ſubtilitatem ingeniorum, & ſenſuum ſpiritualiũ. Muris circundant uicos: dum fide, & uirtutibus confirmant ſibi fideles commiſſos. Frumenta cõgregant in præparatione pugnæ: dum ſtudioſius intendunt omnibus lectionibus, & meditationibus ſacræ ſcripturæ. Sacerdos quoque Domini Eliachim ſcribit ad uniuerſos, dum ſpiritalis præla-

prçlatus omnes erudit,ut obtineāt aſcenſus montium .i. arduitatem uirtutum, & anguſtum iter cuſtodiant.i.ſubtiles animæ ſenſus diligenter obſeruent. Filij autem Iſrael omnia, quæ ſibi ſunt imperata,faciunt:dum electi prçceptis maiorum obediunt.

E Iudith.5 AVdiens Holophernes,ꝙ filij Iſrael præpararent ſe ad reſiſtēdum:uocauit omnes principes Moab, & duces Ammon,& dixit eis. Dicite mihi,quis ſit populus iſte, qui montana obſidet? Sic querere ſolent perſecutores abinuicem: qui ſunt tantæ conſtantiæ fideles,qui ſibi uerbo, uel facto reſiſtere præſumunt. Tunc Achior dux omnium filiorum Ammon,reſpondens,ait. Sic digneris audire me domine:dicam ueritatem de populo iſto in conſpectu tuo. Per Achior,hæretici deſignantur, qui licet per omnia uiam ueritatis non teneant: tamen in doctrina ſua multa uera prçdicant:quç fidei noſtræ concordant. Hi cōtra eccleſiam pugnant: ſed ratione ſuperati, ueritatem omnino non celant. Hæretici enim bona malis permiſcent:quia ſemper falſa ſi dicerēt, latere non poſſent. Sicut qui ueneni potum porrigit,labrum calicis melle tangit:ut qd dulce eſt, primum tangatur: ne quod mortiferum eſt, timeatur.

F Iudith.6 TVnc Holophernes præcepit ſeruis ſuis, ut cōprehenderent Achior,& dicerent eum in Bethuliam &c. Sic ſummi principes ſeculi perſecutoribus fidelium ſibi ſubiectis præcipiunt: ut quoſlibet confeſſores Chriſti,præcones ueritatis comprehendant, ut in manum filiorum Iſrael .i. electorum tradant: quos ipſi perdendos putant. Et ducentes uadunt per campeſtria:quia cupiunt tales trahere per illicita deſideria,in uiam latam, quæ ducit ad mortem. Contra quos fundibularij .i.ſancti prædicatores in montanis.i.in arduitate uiæ,quæ ducit ad uitam conſiſtentes, per manifeſtam prædicationem exeunt:& ſacræ ſcripturæ uerba iaciunt. Sed illi Achior dimittentes ad arborem ligant: quia per diuerſas tribulationes cōſortes Chriſti paſſionis faciunt. Et reuerſi ſunt doctores ad dominum ſuum:quia perſecutores fidelium, augmēto ſcelerum ſuorum deteriores ſemper fiunt. Porro filij Iſrael deſcendentes de Bethulia,uenerunt ad Achior,quem ſoluentes duxerūt ad Bethuliam. Sic doctores eccleſiç ad arborem ligatum ſoluunt: cum cathecuminos ſuos, nec perſecutorem,nec mortem timere docent:quaſi ad arborem ligatum ſoluunt: cum a formidine crucis mentem pauidam eruunt, & ad patiendū inſtruūt. Hoc autem melius fit, ſi exemplo Oziæ, & Charmi principum, qui cōfortantes Achior, preces deuotas cum omni populo effuderūt, magiſtri eccleſiæ cū cæteris fidelibus auditores ſuos deuotis precibus Domino commendauerint: ut eius dono habeant, qd humana infirmitas non meretur. Tunc Ozias ſumpto conſilio, ſuſcepit eum in domum ſuam: & fecit ei cœnam magnā. Et uocatis omnibus presbyteris, expleto ſimul ieiunio refecerunt. Cœnam magnam expleto ieiunio facit:qui diu animam languidam, & pane uerbi Dei ieiunam,euangelica doctrina,& dapibus uirtutum in conuiuio reficit. Hinc ſimul aduocantur omnes presbyteri: ut eorum exhortationibus, & exemplis corroborentur ad fidem percipiendam,& obſeruandam neophiti.

G Iudith.7 POrro dum Holophernes circuiret per gyrum reperit,ꝙ fons, qui influebat aquæductum illorum a parte auſtrali extra ciuitatem dirigeret: & incidi præcepit aquçductum eorum. Sic doctrinam euangelij, quam ex uiuo fonte procedētem, doctores Spiritus ſancti gratia illuminati, per oris ſui fiſtulam in ſanctæ eccleſiæ ciuitatem introducunt,perſecutores fidelium prohibēdo, & mortem minando auferunt: ut potus ſpiritualis indigentia occidant. Tunc ad Oziam congregati ſunt omnes uiri,fœminæq;,iuuenes,& paruuli, omnes ſimul una uoce dixerunt. Iudicet Deus inter nos & te:quoniam feciſti in nos mala,nolens loqui pacifice cum Aſſyrijs: & propter hoc uendidit nos Deus in manibus eorum. Iſti ſignant carnales:qui dicūt,Domine, Domine. cor autem eorum longe eſt a Deo. Sunt ergo in ſagena Domini mali piſces uſq; ad litus futuri iudicij: qui præſentis uitæ incommoda grauiter ferentes, eligūt præſentibus uti delicijs magis q̃ cœleſtia bona in futuro ſibi reſeruari, q magiſtros ſuos importunis querimonijs affligunt: & ſibi ad luxum ſæculi aſſentire cogunt. Vnde ſequitur. Et cum fatigati his clamoribus, & his fletibus laſſati ſiluiſſent, exurgēs,Ozias,infuſus lachrymis,ait. Æquo animo eſtote fratres:& hos quinq; dies expectemus a domino miſericordiam. Sic quinq; ſenſus corporis,quib⁹ præſens ducitur uita: quaſi quinque dierum inducias iners doctor expetit: qui corporale ſolatium auditoribus ſuis indiſcrete promittit,quaſi in poteſtate,ſua ſit ſummi datoris munificentia: cum magis quidem tribuendi modus in dantis,q̃ in accipientis poteſtate conſiſtat. Si autem præſentis uitæ negatur ſolatium, ſubditos deſerunt: ut cedentes perſecutoribus, corporale deuitent ſupplicium.

H Iudith.8 HAnc conuentionem,Iudith,ideſt,eccleſia reſpuit,& contemnit. Iudith enim, quæ interpretatur confitens,uel laudans: eccleſiam ſignificat:quæ Deum uera fide confitetur: & in omnibus operibus eius laudare non deſinit. Et uir eius Manaſſes fuit: qui mortuus eſt in diebus meſſis ordeaceæ. Chriſtus eccleſiæ ſponſus, bene Manaſſes.i.obliuioſus, uel qui oblitus eſt,dicitur: quia nos facit obliuiſci calamitatis priſtinæ,per conſolationem uitæ futuræ. Hic in diebus meſſis ordeaceç:id eſt, electionis plebis Iudaicæ commoritus:& Apoſtolos ſuos prædicare, & manipulo credentium congregare. Venit æſtus perſecutionis ſuper caput, id eſt,diuinitatem. Caput enim Chriſti, De⁹. 1.Cori 1 Inde enim maxime ſcandalizantur Ioan.10 Iudæi,ꝙ ſe eſſe filiū Dei dicebat. Vnde ſcriptū eſt. Facit ſeipsū Deū. Huius ſponſa,ablato ſponſo, ieiunio & orationi operā dat uſq; ad conſummationem ſeculi: nec erroribus hæreticorum dignatur polluí. Cui uir ſu⁹ diuiſerat diuitias ſpiritualis ſapientiæ, & uirtutis,& familiam ingentium multi-

multitudinem congregauit. Dixit Iudith ad preſbiteros. „ Quod eſt uerbum in quo conſenſit Ozias, ut tradat ciuitatem Aſſyrijs: ſi intra quinq; dies non uenerit nobis adiutorium? Et qui eſtis uos, qui tentatis Dominum? Non eſt iſte ſermo qui miſericordiam prouocet: ſed potius iram excitet, & furorem accedat. Poſuiſtis uos tempus miſerationis Domini, & in arbitrium ueſtrum conſtituiſtis ei? Nec tempus, nec modum Domino præſcribere debemus: ſed magis arbitrio eius cuncta relinquamus. Vnde quidam patrum in oratione dixiſſe legitur. Fili Dei, ſicut uis, & ſicut ſcis: miſerere mei. Regnum Dei tantum quærere debemus: & cætera adijcientur uobis. Præſens uita fidelibus ſit in uſu: futura in fructu. Sit res temporalis in itinere: æterna deſideretur in peruentione:

I Iudith. 9 ORatorium Iudith, quod ad orãdum ingreſſa eſt: ſecretum cordis deſignat, quod cum Dominum oramus intrare debemus. Cilicium, aſperitatem deſignat pœnitentiæ. Ciuis, memoriam fragilitatis, & mortis. Proſtratio, effectum humilitatis.

K Iudith. 10. PVlchritudo Iudith, ſpiritalem ſanctæ eccleſię pulchritudinem figurat: & ornatus eius, ornatum eccleſiæ ſanctæ. quam habet per uirtutum exercitationem, & bonorum operum exhibitionem denunciat.

L Iudith. EXarſit Holophernes in concupiſcentia Iudith, & uoluit eam per libidinem ſuam uiolare, perſecutores eccleſiæ, integritatem eius concupiſcunt corrũpere. Iudith, in caſtris Holophernis, non eſt polluta eſcis gentilibus, & ſancta eccleſia inter paganos habitans non contaminatur idolorum ſordibus. Iudith gladio Holophernis caput illius abſcidit, & ſancta eccleſia hoſtes ſuos

M per propriam eorum malitiam perimit.

Iudith. 13. IVdit poſt uictoriam cum ſuis celebrãuit lætitiam, & eccleſia ſancta ſuperatis uitijs cum hoſtibus ſuis lætitiam celebrabit cum Angelis. Fugatio, ſiue peremptio hoſtium, deſtructionem, & damnationem deſignat impiorum. Abra Iudith, fideles adoleſcentulas figurat, quæ famulantur eccleſiæ ſanctæ. Benedictus Dominus, qui creauit cælum, & terram; qui te direxit in uulnera capitis principis inimicorum noſtrorum, quia hodie nomen tuum ita magnificauit, ut nõ recedat laus tua de ore hominum, qui memores fuerint uirtutis Domini in æternũ. Laus eccleſiæ non recedet de ore hominũ, qui memores ſunt eius, quæ per dilectioné Dei, & proximi præſentes tribulationes ſecura ſuſtinet, fide plena, & ſpe firma, & eminentiã attendens cęleſtium præmiorum, ubi

N ſociabitur beatitudini Angelorum.

Iudith. 16. POſt uictoriam omnis populus uenit Hieruſalem adorare Dominum, & mox ut purificati ſunt, obtulerunt omnes holocauſta, & uota, & repromiſſiones ſuas. Adepta uictoria de hoſtibus ſuis, quiſq; electus ab omni labe purgatus ingredi properat in ſupernam Dei ciuitatem, ubi uiſio uera pacis, ubi reddat uota ſui conditori.

*De myſterijs, quæ continentur in libro Machabæorum. Cap. IIII.*

ET factum eſt poſtquàm percuſſiſſet Alexander Philippi Macedo, qui primus regnauit in Græcia, egreſſus de terra Cethim, Darium regẽ Perſarum, atq; Medorum; conſtituit prælia multa, & omnium obtinuit regiones, & interfecit reges terræ, & pertranſijt uſque ad fines terræ, & accepit ſpolia multitudinis Gentiũ, & ſiluit terra in conſpectu eius, & congregauit uirtutem, & exercitum fortem nimis, & exaltatũ eſt cor eius, & eleuatum; & obtinuit regiones Gẽtium, & tyrannos, & facti ſunt illis in tributum. Et poſt hæc decidit in lectum, & cognouit ꝙ moreretur: & uocauit pueros ſuos nobiles, qui ſecũ erant nutriti a iuuentute: & dimiſit illis regnum dum adhuc uiueret. Et regnauit Alexander duodecim annis: & mortuus eſt: & obtinuerunt pueri eius regnum unuſquiſq; in loco ſuo: & impoſuerũt ſibi omnes diademata poſt mortem eius; & filij eorũ poſt eos annis multis; & multiplicata ſunt mala in terra. Et exiuit ex eis radix peccati Antiochus illuſtris: filius Antiochi regis, qui fuerat obſes Romæ: & regnauit in anno centeſimo triceſimoſeptimo regni Græcorum. In diebus illis exierunt de Iſrael uiri iniqui: & perſuaſerunt multis, dicentes. Eamus, & diſponamus teſtamentum cum Gentibus, quæ circa nos ſunt, quia ex quo receſſimus ab eis, inuenerũt nos mala multa. Et bonus uiſus eſt ſermo in oculis eorum. Et deſtinauerunt aliqui de populo: & abierunt ad regem, & dedit illis poteſtatem, ut facerent iuſtitias Gentium: & edificauerũt gymnaſium in Hieruſalem ſecundum leges Nationum: & fecerunt ſibi præputia, & receſſerunt a teſtamento ſancto, & iuncti ſunt Nationibus, & uænundati ſunt, ut facerent malum. Et aſcendit Antiochus ad Iſrael, & aſcendit Hieroſolymã in multitudine graui. O Macha. 4

¶ Machabæorum fratrum felicia bella: ſilentio non ſunt relinquenda. Ipſorum namq; certamina glorioſa ſanctorum deſignant agones contra ſpirituales hoſtes eorum. P Quis enim per Alexandrum Magnum, qui totum pene mundum ſubiugauit imperio ſuo, cui tanta erat donata dominandi libido: ut nulli inquantum potuit, parceret regno: Quis, inquam, per illum ſignificatur, niſi diabolus, qui dixit, In cœlum conſcendam: ſuper aſtra Dei exaltabo ſolium meum, Eſa. 14. ſedebo in monte teſtamenti in lateribus Aquilonis, aſcendam ſuper altitudinem nubium, ero ſimilis Altiſſimo? Hic quippe per ſuam ſuperbiam, & calliditatem, & multitudines Angellorũ ſecum ſuperbientium: & progeniem humani generis in primo parente ſibi ſubiecit. Alexander moriens imperium ſuum ſatellitibus ſuis dimiſit: & diabolus in aduentu mediatoris Dei & hominum hominis Chriſti Ieſu ſuũ dominũ minui uidens, impijs principibꝰ pręſentis ſeculi ſuam malignitatem ad perſequendum credentes inſpirauit. Ex quibus exibit radix peccati rex Antio

chus

chus,filius perditionis Antichriſtus: qui quanto erit potentior,tanto erit ad perſequendum perniciosior. Ad iſtius impij regis famulatum, pertinēt falſi chriſtiani,hæretici,& perſecutores eccleſię qui quotidie ipſam perſequuntur. Falſi nanque chriſtiani ipſi ſunt, qui diſponunt teſtamentum cum Gentibus: quia ſuis ſceleribus concordant Gentibus: & ſuis prauitatibus repugnant fidelibus.Radix itaque peccati Antiochus illuſtris: cum principibus ſuis perſequentur ciuitatem ſanctam Hieruſalem:quia Antichriſtus cum omnibus iniquis perſequetur eccleſiam. Sed Mathathias cum filijs ſuis uiriliter reſiſtit: & Chriſtus cum electis prælatis potēter eccleſiam defendit. Videamus autem quæ ſunt arma, quibus Machabæi noſtri contra hoſtes pugnant, hoſtes ſuperāt, & ſuis finibus exagitant. Quæ ſunt .n. arma iſta,
Ephe.6 niſi uirtutes,& opera bona? Habent arma; ſcutū fidei,galeam ſpei,loricam charitatis.Gladiū ſpiritus,quod eſt uerbum Dei,habēt, & lanceam orationis: quæ ſurſum ad Dominum erigitur, & in hoſtem dirigitur:habent ocreas,per diuerſorum locorum deambulationem:arcum & ſagittas, p predicationem: habent frenum, per temperantiam: calcaria,per uigilias & ieiunia. In hac autē ſpirituali militia, eſt corpus,equus: miles, ſpiritus.Quisquis uero ſupradictis armis armatus nō eſt,miles Chriſti non eſt: quia ſine illis non pōt Chriſti eſſe.Et quisquis miles eius non eſt, hoſtis
Luc.11. eius eſt:ſicut ipſe teſtatur dicens.Qui mecum nō eſt,contra me eſt.Studeat quiſque armis iſtis armari: ſtudeat cum Chriſto præliari, ut a Chriſto mereatur poſt uictoriam coronari.

---

## *ANNOTATIONES ELUCIDATORIÆ teſtamenti noui, Nouem complectuntur libros, quorum quatuor totidem euangeliorum explicant allegorias: quinque reliqui literæ ipſius elucidationes, aut dubiorū circa eandē deciſiones.*

PRimus itaque liber,eſt de myſterijs contentis in euangelio diuiniſſimi Ioānis: quia ut in fine prologi patebit, ab eo auſpicari uoluit. Cuius hæc ſunt capita.

*Prologus in quattuor euangeliorum Alleg.*
*Allegoriæ in euangelium Ioannis.*


*De aqua in uinum mutata* Cap.I.
*De eodem myſterio* Cap.II.
*De eiectione ementium, & uendentium e templo Domini* Cap.III.
*De muliere Samaritana* Cap.IIII.
*D filio reguli ab Ieſu ſanato* Cap.V
*De probatica piſcina* Cap.VI.
*De quinque panibus,& duobus piſcibus, & quinque hominum millibus ſatiatis* Cap.VII.
*De muliere in adulterio deprehenſa* Cap.VIII.
*De cæco illuminato* Cap.IX.
*De grano frumenti.* Cap.X
*De emiſſione retis in mare* Cap.XI


SEcundus eſt de myſterijs contentis in euangelio Matthęi,cum quibuſdam addititijs. Cuius hæc ſunt capita.


*De ſermone Domini in monte, & octo beatitudinibus ſecundum Matthæum.* Cap.I.
*De oratione Dominica ſecundum Matthæum, & de ſeptem petitionibus in ea contentis* Cap.II.
*De ſeptem peccatis mortalibus,contra quæ ualent dictæ petitiones.* Cap III.
*Quod tria peccata,ſuperbia,inuidia,& ira diuinæ bonitati potiſſimum repugnant* Cap IIII.
*Quod reliqua quatuor,accidia, auaritia, gula, & luxuria, iniuria Deo a nobis illata ſunt ultricia.* Cap.V.
*Quod ſuperbia per luxuriam retunditur: & quòd dictis ſeptem peccatis totidem opponuntur petitiones in oratione Dominica.* Cap. VI.
*De captione beneuolentiæ in principio orationis Dominicæ.* Cap.VII.
*De prima petitione orationis Dominicæ contra ſuperbiam.* Cap.VIII.
*De ſecunda contra inuidiam.* Cap.IX.
*De tertia contra iram.* Cap.X
*De quarta contra accidiam.* Cap.XI.
*De quinta contra auaritiam.* Cap.XII.
*De ſexta contra gulam.* Cap.XIII.
*De ſeptima contra luxuriam* Cap.XIIII.
*Additum eſt & alterum opuſculum: de ſeptem ſeptenis,ſeu ſeptenarijs.*
*Quæ ſint ea in ſacra ſcriptura.* Cap.XV.
*Quantam perniciem inferant homini ſeptem vitia mortalia totius libri.* XVI.
*Quibus Sancti ſpiritus donis tres primæ petitionis Dominicæ orationes & reſpondeant, & quibus vitijs medeantur.* Cap.XVII.
*Quibus item donis quatuor poſteriores petitiones accommodentur: & quibus malis remedium præſtent.* Cap.XVIII.
*De ſeptem donis Spiritus ſancti ſeorſum propter ſimilem materiam.* Cap XIX.
*FINIS opuſculorum addititiorum, nunc redeundum ad allegoriam in Matthæum.*
*De uiro prudente,& audiente verbum Dei.* C XX.
*De leproſo mundato.* Cap XXI.
*De tranſitu diſcipulorum per ſata.* XXII.
*De immundo ſpiritu exeunte ab homine.* XXIII.
*De forti armato,& vaſis eius.* XXIIII.
*De ſeminatore,& ſemine.* Cap.XXV.
*De inimico,qui ſuperſeminauit zizania.* Ca.XXVI.
*De grano ſinapis.* Cap.XXVII.
*De fermento abſcondito in tribus ſatis farinæ.* Cap. XXVIII
*De Theſauro abſcondito in agro.* Cap.XXIX.
*De homine negociatore quærente bonas margaritas.* Cap.XXX.
*De ſagena miſſa in mare.* Cap.XXXI.
*De muliere Chananæa, & filia eius per Dominum ſana-*

*ſanata* Cap. XXXII.
*De lunatico per Dominum a dęmonio liberato.* Cap. XXXIII.
*De rege, qui poſuit rationem cum ſeruis ſuis.* Cap. XXXIIII.
*De operarijs in uinea.* Cap. XXXV.
*De filio, qui uineam intrare recuſauit, attamen intrauit.* Cap. XXXVI.
*De rege, q fecit nuptias filio ſuo &c.* Ca. XXXVII.
*De die iudicij.* Cap. XXXVIII.
*De decem uirginibus.* Cap. XXXIX.
*De homine, qui tradidit ſeruis bona ſua.* Cap. XL.

*Finis allegoriarum in Matthæum.*

TErtius liber eſt de myſterijs in euágelio Marci: cuius hæc ſunt Capita.

*De homine habente manum aridam.* Cap I.
*De demoniaco poſſeſſo a dæmonum legione.* Cap II.
*De diſcipulis requieſcentibus in deſerto.* Cap. III.
*De naui in mari Marci vi.* Cap. IIII.
*De ſurdo, & mutuo ſanato* Cap. V.
*De ſeptem panibus, & paucis piſciculis, & quatuor millibus hominum ſatiatis* Cap. VI.
*De fermento Phariſæorum, & Herodis* Cap. VII.
*De manu, & pede ſcandalizante homin m, & ita abſcindendo* Cap. VIII.
*De paralytico demiſſo per tegulas ante Ieſum.* Capit. IX.

QVartus liber eſt de myſterijs in euangelio Lucę, Cuius hæc ſunt Capita.

*De expoſitione ſuper Magnificat* Cap. I.
*De homine a ſpiritu immundo, & de muliere a febribus curata per Dominum* Cap. II.
*Dę commiſſura, & ueſtimento nouo, & de utribus & uino* Cap. III.
*De electione duodecim Apoſtolum* Cap. IIII.
*De arbore, & eius fructu* Cap. V.
*De ſeruo Centurionis* Cap VI.
*De muliere apud Simonem leproſum* Cap. VII.
*De duobus debitoribus* Cap. VIII.
*De Iair Archiſynagogo* Cap. IX.
*De tribus mortuis, quos ſuſcitauit Dominus* Ca. X.
*De ſeptuaginta duobus diſcipulis* Cap. XI.
*De homine, qui incidit in latrones.* Cap. XII.
*De Martha, & Maria ſororibus Lazari.* cap xiij.
*De lumborum præcinctione* cap. xiiij.
*De eunte cum aduerſario* cap. xv.
*De ficu plantata in uinea* cap. xvi.
*De muliere ſpiritum infirmitatis habente decem, & octo annis* cap. xvij.
*De Hydropica ſanato* cap. xviij.
*De inuitatis ad nuptias ne recumbant in primo loco* cap. xix.
*De homine, qui fecit cœnam magnam, & uocauit multos* cap. xx.
*De oue, & drachma perditis* cap. xxi.
*De filio prodigo.* cap. xxij.
*De diuite, & eius uillico* cap. xxiij.
*De diuite epulone, & Lazaro mendico* cap xxiiij.
*De decem leproſis mundatis* cap. xxv.
*De duobus in agro & c' quorum unus aſſumetur, et alter relinquetur* cap. xxvi.
*De Phariſæo, & publicano orantibus in templo.* cap. xxvij.
*De cęco iuxta uiam illuminato* cap xxviij.
*De Zachæo* cap. xxix.
*De Domino flente ſuper Hieruſalem* cap. xxx.
*De uinea, & agricolis* cap. xxxi.

*Finis Allegoriarum in quatuor euangelia.*

QVintus liber continet adnotationes elucidatorias Euangelij Ioannis, cuius duo ſunt capita.

*De Euangelij Ioannis excellentia* Cap. I.
*Annotationes elucidatoria eiuſdem.* Cap. II.

SExtus continet elucidationes Epiſtolæ Pauli ad Romanos: qoam in capita ſolita diſtinximus, ut quam quiſque partem requirat, facillime inueniat.

SEptimus continet elucidationes eiuſdem in epiſtolam priorem ad Corinthios ſimili de cauſa in capita diſtinctam.

OCtauus explicat epiſtolam ſecundam ad Corinthios conſimiliter diuiſam.

NOnus continet quęſtiones argutiſſimas, & deciſiones erudítiſſimas dubiorum occurrentium in omnibus diui Pauli epiſtolis.

*In Epiſtolam ad Romanos adnotauimus quæſtiones numero* CCCXXXIII.
*In priorem ad Corinthios* CXLVI.
*In ſecundam ad eoſdem* XLI.
*In Epiſtolam ad Galatas* LX.
*In Epiſtolam ad Ephesios.* XXXIX.
*In Epiſtolam ad Philippenſes.* XXII.
*In Epiſtolam ad Coloſſenſes.* XXI.
*In Epiſtolam ad Theſſalonicenſes pri.* XV.
*In Epiſtolam ad Theſſalonicen ſecundam.* XVI.
*In Epiſtolam ad Timothæum priorem.* XXXIX.
*In Epiſtolam ad Timotheum ſecundam.* IX.
*In Epiſtolam ad Titum.* VI.
*In Epiſtolam ad Philemonem.* II.
*In Epiſtolam ad Hebręos.* CXIII.

## *Allegoriarum in euangelia Prologus.*

PRimi parentes humani generi per culpam primá ſe cum ſua ſobole morti, & damnationi fecerunt obnoxios: ſed diuina prouidentia, quæ fecerat hominem ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam: reducere d[illegible] eum ad beatitudinem, contulit ei primum ſubſidia ſalutis. per ſacramenta redemptionis, uſque ad aduentum Redemptoris. Cum autem ueniſſet plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum in terras, ut per aſſumptum hominem, hominem redimeret: & redemptum ad regna cælorum reuocaret: ſicut ab initio multiformibus figuris fuit prefignatum, multis oraculis prophetarum prædictum. Cuius diſpenſationis ſcriptores diuina ſapientia quatuor elegit euangeliſtas: ut homo ex quatuor elementis, & ex quatuor humoribus compoſitus, per quatuor mundi climata diſperſus:

Margin: A; Gala. 4.; B

ſperſus: per doctrinam quatuor euangeliſtarum
ad unam peruenire naleat manſionem cęlorum,
& beatitudinem angelorum. Quos ſcilicet qua-
tuor euangeliſtas, propheta Spiritu ſancto docē
te per quatuor animalium formas deſcribēs, ait.
Ezech. 1. Similitudo uultus animaliū, facies hominis, & fa
cies leonis, facies bouis, & facies aquilę. Per faciē
Mat. 1. nanque hominis deſignatur Matthæus: qui ab
humanitate Chriſti euangelium ſuum incipit, di
cens. Liber generationis &c. Per faciem leonis
deſignatur Marcus: qui in principio euange-
lij ſui ait. Vox clamantis in deſerto &c. In de-
ſerto nanque leo clamat: Sic Ioannes, cuius men
tionem Marcus in principio euangelij ſui facit:
in deſerto Iudææ rugiebat: ut Iudæos ſpirituali
ſomno depreſſos excitaret, dicens. Parate uiam
Eſa. 40. Domini: rectas facite ſemitas Dei noſtri: ſicut di
cit Eſaias ꝓpheta. Bouis, ſiue uituli facies ad Lu-
cam refertur, qui a ſacerdotio Zachariæ incepit,
Lucæ. 1. dicens. Fuit in diebus Herodis regis ſacerdos no
mine Zacharias. Per faciem autem aquilæ deſi-
C gnatur Ioannes: qui ad alta euolans ait. In princi
Ioan. 1. pio erat uerbum &c. ¶ Facies hominis ad hu-
manitatem pertinet, facies uituli ad paſſionem,
facies leonis ad reſurrectionem, facies aquilę ad
diuinitatem, & aſcenſionem. Sed facies hominis,
& facies leonis dicuntur a dextris: quia Chriſti
natiuitas, & reſurrectio omnium generalis læti-
tia eſt. Vitulus dicitur a ſiniſtris: quia mors Chri-
ſti Apoſtolis triſtis fuit. Aquila non iuxta, ſed ſu-
pra deſcribitur: quia aſcenſionem deſignat, &
deitatem pronunciat. Cum autem ſint quatuor
animalia, ſupra omnia commemoratur aquila.
Quia Ioannes per hoc, quòd in principio uerbū
uidit, & cæteros ſeipſum tranſit. ¶ Poſſumus ita
que iſtas facies referre ad Chriſtum: qui natus
*Notabilis* eſt homo, & ut homo: paſſus eſt ut uitulus; reſur
*adaptatio.* rexit ut leo: aſcendit ut aquila. Vnuſquiſque etiā
perfectus: homo eſt in ratione, uitulus in ſacrifi-
cio, leo in fortitudine, aquila in contemplatione.
Quę enim in quatuor animalibus dicuntur, ad
omnes perfectos referuntur. Sanctus quoq; Ioan
nes in Apocalypſi ſanctos euangeliſtas per eaſdē
Apoc. 4. facies deſcribit. Nos itaque de euangeliorum
plenitudine, quaſdam guttas cupientes haurire:
ibi incipimus expoſitionē, ubi Chriſtus author
bonorum, incepit miraculorum ſuorum opera-
tionem.

*De aqua in vinum mutata. Cap. I.*

D NVptiæ factæ ſunt in Cana Galilææ, &
Ioan. 2 erat ibi Ieſus cum Maria matre ſua.
Cana interpretatur zelus: & ſigni-
ficat dilectionis feruorem. Galilęa
interpretatur tranſmigratio facta:
& deſignat eccleſiā, uel in deſerto uitæ ſpiritua-
lis conuerſationem honeſtam. In ſancta nan-
que eccleſia, ſiue in ſpiritualis uitæ conuerſatio-
ne honeſta, poſtponentes tranſitoria, tranſmigra
bimus ad æterna. In Cana autem Galilææ fiūt
nuptiæ: quando intra ſanctā eccleſiam ſiue con
uerſationem bonam, per feruorem dilectionis,
Chriſto fideles animæ ſociantur. Ibi Ieſus Salua-
tor. i. qui populum ſuum ſaluat a peccatis eorū, Matth.
aquam conuertit in uinum, quando conuertit
impium, & facit pium: quando de luxurioſo fa-
cit caſtum: de ebrio ſobriū: de auaro largum: de
prodigo temperatum: de furibundo manſuetū:
de ſuperbo humilem, de iracundo mitem, de per
ſecutore patientem. Aquam conuertit in ui-
num: quando aufert culpam, & confert gratiam.
Per aquam ſignificantur mali, per uinum boni.
Mali enim ſicut aqua frigidi ſunt propter mali-
tiam: & ſicut aqua fluit, & decurrit in mare, ſic
illi per corruptionem uitiorum fluunt, & decur
runt in amaritudinem æternam. Boni uero quē-
admodum uinum, intrinſecus calent per gratiā,
& foris alios potāt, & calefaciunt, & inebriāt per
doctrinam. Sunt autem nonnulli adeo mali ma-
lignitate prauitatis, ut non tantùm ſint frigidi ſi-
cut aqua per malitiā, ſed etiam ut glacies indura
ti per cordis duritiam. Qui tarde a ſua peruerſita
te diſſoluuntur, ut in uini iocunditatem commu
tentur. Nihil tamen difficile Domino Ieſu, quia
ad ipſius uoluntatem & talium diſſoluitur duri-
tia, & ad eius nutum datur omnis gratia. Sex hy-
driæ, ſunt quinque corporis ſenſus, cum uno ſim E
plici ſenſu animæ. Sed & hydriæ dicuntur lapi-
deæ: quia ſenſus noſtri ante gratiam obdurati
ſunt per culpā. Iſtas ſex hydrias aqua implemus:
quando fletu noſtræ compunctionis omnes ſen
ſus noſtros a culpa tranſacta perfecte lauamus.
Tali aqua purificantur Iudæi, id eſt ueri confeſſo
res Chriſti: qui non tantum confitentur eum uo
ce oris, ſed & opere manuum in ueritate cordis.
Capiunt autem hydrię metretas binas: qn̄ fle-
mus quod commiſimus delectatione, & conſen
ſu: aeternas uero, quando fletibus purgamus non
ſolum delectationem prauam, & conſenſum, ue-
rum etiam malum opus. Aqua denique conuerti
tur in uinum: quia fletum culpę ſequitur iocun-
ditas gratię. Omnis homo primum bonum uinū
ponit: quia homines, qui ea, quæ ad humum per-
tinent, amant: in præſenti quærunt delectabilia:
deinde id, quod deterius eſt: quia in futuro reci-
pient amara. Deus uinum bonum ſeruat: quia
pauca ſunt bona, quæ nobis tribuit in tempore
ad comparationem futurorum bonorum, quæ
nobis daturus eſt in æternitate.

*De eodem myſterio. Cap. II.*

IMplete Hydrias aqua. Galilæa: inter F
pretatur tranſmigratio facta. Vita Ioan. 2.
ergo præſens Galilæa eſt: tranſmi-
grans de præſentibus ad futura. In
Galilæa fiunt nuptiæ: quia tran-
ſitu temporis, ſignificatur copula permanſu-
ræ dilectionis eccleſiæ ad Chriſtum, animæ ad
Deum. Sex hydriæ: ſunt ſex ætates in mundo. Pri
ma, ab Adam uſque ad Noe: Secunda, ab Noe uſ
que ad Abraham: Tertia, ab Abraham uſque ad
Dauid: Quarta, a Dauid uſque ad tranſmigratio
nem

næ Babylonis: Quinta, a tranſmigratione Babylo-
nis uſq; ad Chriſtũ: Sexta, a Chriſto uſque ad finẽ
mũdi. In uita hois eſt inſantia, prima: ſecunda, pue
ritia: tertia, adoleſcentia: quarta, iuuẽtus: quinta,
uirilis ætas: ſexta, ſenectus. Prima. i. inſantia, quaſi
quodã diluuio lubricę obliuionis obruitur: ut nõ
uideatur in poſterũ, nec ueſtigia ſui ulla ſequãtur.
Secunda. i. pueritia primũ de diluuio obliuionis
ad ſensũ exiens per ſuperbiã erigitur: & per con-
cupiſcentiã diuiditur, & diſpergitur. Tertia. i. ado-
leſcentia, primũ p cohibitionẽ diſciplinæ circun-
ciditur: deinde pceptis informatur, & cõſilio regi
tur. Quarta. i. iuuentus ſeruire iã cogitur, & ſubijci
tur regimini: ut p timorẽ hoĩs, diuinũ dicat. Quin
ta. i. uirilis ætas per timorẽ hoĩs: ad diuinũ uenit.
G Sexta. i. ſenectus, quę ſi his ſatura, cõcupiſcentia fu
turorũ trahitur. Sic humanũ genus primũ dilu-
uio obrutũ eſt: ſecundo, in ædificatione turris ela
tũ, & diuiſione linguarũ diſpersũ: tertio, in Abra
hã circuncisſum, in Moyſe præceptis informatum,
ſub iudicibus cõſilio gubernatũ: quarto, ſub regi-
bus dominationi ſubiectum: quinto, ſub pontifici
bus religioni parens: ſexto, ſub gratia uera bonita
te illuſtratum. Iſtæ ſex hydriæ, ſiue in decurſu præ
ſentis ſeculi, ſiue in uita hoĩs, oẽs aqua implẽtur:
quia iudicio plenus eſt mũdus; & iudicia tua abyſ
ſus multa. Multa operatus eſt Deus ab initio ſecu-
Pſal.35 li, & operari non deſinit uſque ad finem eius, cir
ca hoĩem a principio uſq; ad finem eius. Et hæc
oĩa, iudicia ſunt: & nil ſine cauſa fit. Sed quãdiu hõ
Pſal.118 põt hõ dicere, iudicia tua iocunda: nondum aqua
conuerſa eſt in uinum. Deficiente uetere uino, hy-
driæ aqua opplentur: quia cum in uita hois carna
les delectationes deficiunt, diuinæ conſolationes
ſuccedunt: quę quidem incipientibus minus ſapo
ris conferunt, proficientibus amplius dulceſcũt:
quia tunc in uinum aquæ conuertuntur: quando
in mente hominis opus Dei, quod laboranti prius
non ſapit, per ſpiritualem intelligentiam illumi-
nato dulceſcit.

*De eiectione ementium, & uendentium e templo
Domini. Cap. III.*

PRope erat Paſcha Iudæorum: & aſcen
H dit Ieſus Hieroſolymam, & inuenit ĩ
Ioan.2 templo ementes, & uendẽtes boues,
& oues, & nũmularios ſedentes. Et
cum feciſſet quaſi flagellum de funi
culis, omnes eiecit de templo: oues quoq;, & bo-
ues, & nummulariorum effudit æs, & menſas ſub
uertit, & ijs, qui columbas uẽdebãt, dixit. Auferre
iſtas hinc, & nolite facere domum Patris mei do-
mũ negociationis. Paſcha agimus: dum a uitiis ad
uirtutes trãſimus. Ad hoc Ieſus uenit: dum eccle-
ſiam quotidie uiſitat, & actus cuiuſq; conſiderat,
& eos eijcit, qui inter ſanctos uel ficte bona, uel
aperte mala faciunt. Per boues, qui arant, prædica
tores cæleſtis doctrinæ ſignificantur. Hos uendũt:
qui non amore Dei, ſed pro quæſtu temporali p̃-
dicant. Oues innocentes, ſua uellera ueſtiendis p̃-
bent. per has ſignificantur opera pietatis, & mun
ditiæ. Quæ uenduntur, dum pro humana laude
geruntur. Spiritus ſanctus in colũba apparuit: Vn-
de per colũbã accipitur Spũs ſanctus, quem uen-
dunt ſimoniaci. Nummos mutuo dant in eccleſia:
qui non ſimulate cæleſtibus, ſed aperte terrenis
ſeruiunt. Hi omnes eiiciuntur de parte ſortis sãcto
rum: qui uel ficte bona, uel aperte mala faciunt.
Et funiculus peccatorum modo flagellat ad corre
ptionẽ: q̃bus incorrecti in fine ligabuntur. Oues
quoq; & boues eijcit: quia talium uitã, & doctrinã
oſtendit reprobam. Æs, & menſas ſubuertit: quia
& in fine ipſæ res, quas dilexerant, deſtruentur.

*De muliere Samaritana. Cap. IIII.*

VEnit Ieſus in ciuitatẽ, q̃ dicitur Sichar I
&c. Aduẽtus Ieſu, ſignificat carnis aſ Ioan 4.
ſumptionẽ. Sichar, q̃ interpretatur
concluſio, uel ramus: ſignificat Gen
tilem populũ: Populus nãq; Gentilis
ſub pctõ fuit cõcluſus: & eſt ramus de oleaſtro ex
ciſus, oliuæ inſertus. Fõs Iacob, q ibi erat: naturalẽ
ſignificat rõnem, nõ aliunde ſurgentem, niſi a cau
ſa oĩm bonorũ. i. Deo. Et ideo pulchre dicitur. Erat
ibi fons Iacob. i. ratio infinita, patris altitudine p
cedens. Ieſus aũt fatigatus ex itinere, ſedebat ſupra
fontem: Iter Ieſu, eſt diſpenſatio incarnationis:
ſeſſio, dignatio humilitatis: laſſitudo, infirmitas
carnis: ſexta hora, ſexta ætas: puteus, profunditas
huius ſeculi. Samaritana. i. eccleſia. Venit ergo mu-
lier, non iã iuſtificata, ſed iuſtificanda: quæ nõdũ
dimiſſa hydria cupiditatis, hauriebat fluuiũ uolu-
ptatis de profundo ſeculi præſentis: Dixit ei Ieſ⁹:
da mihi bibere. Petit Ieſus a primitiua eccleſia de
Gentibus, potum fidei: qua in ſe Redemptorem
credatur. Petit potum rationis: ut ipſe creator in-
ueſtigetur. Et dum ab ea potum poſtulat: potu eã
cæleſtis gratię inebriat. Apoſtoli in ciuitate eſcas
emunt: dum in mundo ſua prædicatione fidem in
populis, & bonam operationem ad honorem, &
uoluntatem Saluatoris acquirunt. Vade, uoca ui-
rum tuum. Reſpondit mulier. Non habeo uirum.
Dixit ei Ieſus. Bene dixiſti, nõ habeo uirum. Quin K
q; n. uiros habuiſti: & nunc quem habes, non eſt
tuus uir. Quinq; uiri ſunt, quinq; ſenſus corporis.
Qui ideo recte dicuntur animæ uiri, quia illi natu
raliter ſunt copulati, ut per eorum coniunctionẽ,
bonorum operum habeat fęcunditatem, & profe
rat prolem. Qui uidelicet ſenſus animę ſigillatim
moriuntur: dum p iniquitatem ſuccedentem cor
rumpuntur. Et iſtis uiris mortuis. i. ſenſibus p ini
quitatem corruptis, coniungit ſibi humana natu-
ra ſextũ, nõ maritum; ſed fornicatorem, & corru-
ptorem; errorem. i. mundanum. Talem igitur in-
uenit Chriſtus mulierem Samaritanam. i. Gen-
tium eccleſiam non alicui legitimo uiro. i. ſano
ſenſui copulatam, ſed ſuo corruptori coniun-
ctam. Sed Dominus uolens eam ad ueritatem re
uocare: ne illa (eo q audierat patres in monte il-
lo adoraſſe: & Iudæos tunc in Hieroſolymis a-
dorare) ne, inquam, exiſtimaret in monte illo
uel in Hieroſolymis tantum eſſe adorandum, ſub-
iungens docuit eam, dicens. Mulier crede mihi,
uenit hora; & nunc eſt, quando nec in monte, nec
in Hieroſolymis adorabitis: ſed ueri adorato-
res adorabunt Patrem in ſpiritu, & ueritate. Et cõ

L tinuo uenerũt diſcipuli.Diſcipuli de ciuitate cũ ci bo ueniũt ad Dñm: dũ ei de hoc mũdo p prędicationẽ,uel doctrinã ſuã fructũ boni operis in Gẽtibus gignũt.Et mirãtur, q̃ cũ muliere loquitur:dũ ſtupẽt de miſericordia Dei, qd ẽt Gentilitati Dei ,, gratia diſpẽſatur.Et mulier.i.Gentilitas cõuerſa tã ,, ta ueritatis cognitione per fidẽ percepta,reliquit ,, hydriã ſuã p cupiditatis abrenũciationẽ:& abijt,p ,, bonã operationẽ,& pctõrũ ſuorũ remiſſionẽ, i ci ,, uitatẽ.i.in fideliũ multitudinẽ.& dixit hoib⁹ illis, ,, p pdicationẽ.Venite,& uidete hoiem, q dixit mihi oia,q̃ feci.Eccleſia nãq;ex Gẽtibus cõuerſa oim ſalutẽ deſiderat:& oẽs, quos põt ad diuinã uiſionẽ uocat.Et exierũt de ciuitate illa:& ueniebãt ad eũ.Sic pter auditã uocẽ pdicationis exeũtes de prauitate priſtinę cõuerſationis,uenerũt ad cognitionẽ ueritatis illi,qui cõſortes ſunt futuri æternæ beatitudinis. Diſcãt filij eccleſiæ matrẽ ſuã imitari:diſcãt nõ armis,ſed uerbis infideles ad Deũ ducere:diſcãt nõ peritura bona eis ui auferre: ſed & peritura,& permãſura eis per charitatẽ conferre. Rabbi mãduca.Et rñdit.Ego habeo mãducare cibũ,quẽ uos neſcitis.Meus cibus eſt:ut faciã uoluntatẽ eius,qui miſit me.Volũtas Patris eius: eſt con

M uerſio,& iuſtificatio hoĩs:quia Chriſtus reficit ſeipſũ,dũ ĩfideles ueritatẽ docet.¶Leuate oculos ueſtros,& uidete regiones:quia albæ ſunt iã ad meſſem.Apoſtolis offerẽtib⁹ cibũ corporalẽ,docet eos q̃ ẽ cibũ ipſe eſuriat,ſalutẽ.ſ.hoim.Leuate oculos ueſtros,& uidete.i.itellectu cõſiderate: quia trãſacta hyeme infidelitatis,adeſt calor fidei, & parata ſunt corda,ut opera iuſtitiæ ex illis colligatis. Vt qui ſeminat ſimul gaudeat,& qui metit.Vtroq;opus erat,& ſeminare,& metere; quia in hoc apparet pbabile uerbũ: alius eſt,qui ſeminat, & alius, qui metit.Niſi.n.pparati eſſent per propheras, nõ audirẽt Apoſtolos:nõ.n.crederetur Apoſtolis,niſi ,, prophetæ pceſſiſſent.Ego miſi uos metere,qd nõ ,, laboraſtis.Alij laborauerũt:& uos in labores eorũ introiſtis.Multi labores fuerũt patriarchis, & prophetis:in quibus oibus prophetia Chriſti, & multa paſſi ſunt quaſi in ſeminationis frigore. Quaſi diceret.Vos facio meſſores ibi,ubi alij ſeminauerũt.i.in Iudæa,ubi prima ſeges eſt collecta. Vnde aliqui exeũtes in toto mũdo ſeminabũt.Vnde alia meſſis quaſi de granis ſurget colligẽda in fine ſeculi meſſoribus angelis.Ex ciuitate illa multi crediderũt in eũ Samaritanorum.Credunt in eũ illi, qui eũ nõ ſolũ per credulitatẽ agnoſcunt, ſed etiã per affectum diligunt . Et manſit ibi duos dies. Duos dies manet apud illos,quos duobus præceptis charitatis inſtruit, & in ipſis quaſi in luce duorum dierum ſemetipſum eis oſtendit.

*De filio reguli a Domino ſanato. Cap. V.*

N Erat quidã regulus: cui⁹ filius infirmabatur Capharnaũ. Regulus iſte, patriarcharũ , & propherarũ deſignat cœtũ.Capharnaum:mundum: filius

Ioan.4. reguli:populum peccatis obnoxiũ; per gratiã ſaluandum.Et bene reguli noĩe deſignãtur patriarchæ,& pphetæ:quia nõ ſolum ſe recte uiuendo,ſed & alios uerbo & exẽplo uouerunt re gere .Dñe deſcende. Quaſi diceret cœtus antiquorũ patrũ,Dñe deſcẽde per humanæ carnis aſſumptionem:ut populum (qui futurus eſt filius per fidem) morientẽ per iniquitatẽ, ſalues per mortis tuæ paſſionẽ.Et ſicut fides reguli obtinuit ſalutẽ filij:ſic fides patrũ ualuit in ſalutem generis humani.Serui reguli occurrentes ei,& ſalutem filij nũciantes:ſunt prędicatores in conuerſione, & iuſtificatione hoim laborãtes , & de ſalute eorundem Dño exultãtes,& congratulantes. Et bene dicitur de filio ſanato,q̃ reliquerit eum febris hora ſeptima:quia in ſeptiformis ſpiritus diſtributione: gẽtes,& omnes prædeſtinati ad uitã ſoluuntur a culpa.Credit regulus,& domus eius tota:dum cœtus patrum cum alijs fidelibus illuſtratur gratia diuina.Simili modo regulus pro infirmo filio ſanãdo intercedit:dum prælatus quilibet pro ſuo ſubdito uarijs tentationibus deprauato , ut a Domino ſanetur, preces effundit. Infirmus uero ſanatur : dum per culpam deprauatus,per gratiam ad iuſtitiam reuocatur.

*De probatica piſcina. Cap. VI.*

Aſcendit Ieſus Hieroſolymam. Et aũt O Hieroſolymis pbatica piſcina, q̃ co Ioan.5 gnominatur hebraice Bethſaida,quĩq;porticus habens. Piſcina pbatica .i.ouilis,in qua oues lauabãtur,quæ in ſacrificium Dñi offerebantur:conuerſationem deſignat ſanctam, & religioſam : in qua aĩa, quæ ouis debet eſſe per innocentiam,lauari debet per pœnitentiã, ut offeratur Domino per operationẽ bonam.Habet iſta piſcina quinq; porticus : pter ſenſus corporis,per quos omnis noſtra actio ad effectum perfectum ducitur.In his autem quinque ſenſibus noſtris iacet multitudo magna languentiũ:quia multiplex eſt corruptio ſenſuum corporaliũ Corrũpitur.n.uiſus,uana uidendo: auditus, uana audiendo:guſtus,ſuauia auide comedendo: odoratus,uana odorãdo:tactus, lubrica operãdo. Qui delectatur in ſpectaculis uanitatis,& multiplici ſpecie rerũ temporalium : qui uidet mulierem Matt.5 ad concupiſcendum eã,qui aurum uidet, argentũ ueſtes precioſas,& cætera talia, & uiſa illegitimæ concupiſcit:multitudinem languentium habet in uiſu.Quotquot.n.in uiſu illicitos appetitus habet: tot in eodem ſenſu languentes continet. Qui delectatur in uanis diuerſorum ſonorũ,aut uocũ modulatibus,aut illecebroſis cantibus, qui aurem accõmodat,ut hauriat ſanguinem,detractiones libẽter audiendo:intra auditus ſui ambitum multitudinem habet languentium. Qui delicatis cibis, & diuerſis ſaporibus,& potibus concupiſcentiæ palati ſui,& gulæ ſatisfacit:intra potticus huius ambitu multitudinem languentium cuſtodit.Alij diuerſis odoraminibus,& diuerſorum aromatũ fragrãtijs olfactui ſatisfacere contendunt. Alij diuerſarũ rerũ ſuauitatibus,tactus uoluptatibus inſeruiunt.Sed unuſquiſq; ſenſus tot ſeruat languẽtes: quot appetitus pariter corruptiones. Aqua,i qua languidi lauabãtur,cõpunctionem ſignificat.Angel⁹ uero,qui mouebat aquã, Spm ſctm deſignat. Angelus Dñi deſcẽdebat i piſciuã,& mouebatur aqua,

qua,& ſana[illegible]atur un⁹.Sic Spũs ſãctus quoties i nos deſcẽdit,& i nos intrat:excitat gratiã cõpunctionis,& ſanatur ſenſus noſter a quacunq; tenetur in firmitate [illegible]orruptiõis. Qđ aũt dicitur,& ſanabatur unus:hoc inſinuat,quòd qui unitati ſanctæ eccleſiæ coniungitur:gratiam ſpiritualis ſanitatis con-
P tinuo meretur. Claudi ſunt, qui ſemitam iuſtitiæ non dirigunt.Cæci ſunt,qui nec Deũ,nec eius mãdata cognoſcũt.Aridi ſunt, qui in bona actione, uel elemoſynarũ diſtributione m[illegible]nus non porrigunt.Multi ergo ſunt infirmi, ſed un⁹ [illegible]tur; qa ſolus,q̃ in unitate ſanctæ eccleſiæ cõſiſtit, qui unũ Deũ colit,iuſtificatur.Qđ uero qnidã ex illis infirmis p hominẽ demiſſi in piſcinã ſanabantur, iſte autem per ſolum Dominũ ſine cooperatione hominum ſa[illegible]itatem eſt adeptus: ſignificat q; aliquãdo coope[illegible]nte prædicatione,uel in te ceſſione [illegible] mana ſalutem conſequimur: aliquando uero per ſolam inſpirationem internam iuſtificamur. Tolle grabatum tuum,& uade.Qui languerat, grabatum domum reportat:cum anima peccatorũ remiſſione curata, ſe ad internam ſui cuſtodiam cũ ipſo corpore refert : ne quid iterum unde feriatur,admittat.

## *De quinque panibus, & duobus piſcibus. Cap. VII.*

Q
Ioan.6 CVm ſ[illegible]bleuaſſet oculos Ie[illegible]s, & uidiſſet, q; m[illegible]do ma[illegible] uenit ad eum:dixit ad Phil[illegible]ppum.Vnde ememus panes,ut manducent hi?&c.Eſt puer unus hic,qui habet quinq; panes hordeaceos,& duos piſces &c.Quinque panes hordeacei ſunt quinq; libri Moyſi, in quibus ſub palea literæ,continetur medulla ſpiritualis in[illegible]ligentiæ.Duo piſces,ſunt libri prophetarũ,& pſalmi.De hoc cibo Dominus ait. Quę ſcripta ſunt in lege,& prophetis,& pſalmis de me.Hunc uero cibum Dominus Apoſtolis,ut eum apponerent popu[illegible]s fregit:quãdo illis,ut ſcripturas [illegible]ntelligerẽt, ſen[illegible] aper[illegible]it. Illi autem acceptum cibum aliis appo[illegible]erunt:qua ndo ſcripturam legis,& prophetarum,& pſalmorum,per totum mũdum ſpiritualiter eſſe intelli[illegible]endam,& obſeruandam prædicauerunt. Co[illegible]edentes quoque ſuper fœnum diſcũbunt:[illegible]ã le[illegible]prædicatione,ue[illegible]ctione paſti, carnem [illegible]ne [illegible] doto[illegible] e[illegible] [illegible], & [illegible]s p̃munt.Q[illegible]que n[illegible] ſui[illegible] pe[illegible] propter q[illegible] ſenſus corporis, quos bene, & [illegible]cte regun[illegible] quibus præſunt, per quos operantur. Comeden[illegible]es deni[illegible]; ſatiãtur,cũ auditores de oib⁹, quæ ad fidẽ,& [illegible] operationẽ pertinẽt,p prędicationẽ,& lect[illegible]nẽ eruditũtur.Exceptis, iquit,mu-
R lieribus,& paruulis.Mulieres,ſexus fragilis;& paruuli,minor uidelicet ętas, ſunt numero indigni. Iſti ſignificant infirmos in fide nõdũ idoneos pugnæ.Poſſunt ẽt per mulieres,& paruulos; reprobi ſignificari:q quãuis cũ electis comedãt p auditũ p̃dicationis,extra numerũ tñ electorũ ſunt p prauitatẽ couerſationis.
,, Et tulerũt reliquias duodecim
,, cophinos fragmẽtorũ plenos.Reliquię;,ſunt ſpiritualis intelligentiæ ſubtiliora,& ſecretiora documẽta:q̃ a rudibus capi nequeunt. Quæ nõ ſunt negligẽter relinquẽda: ſed ab Apoſtolis,& eorũ ſucceſſoribus diligẽter quærenda. Cophinis ſeruilia opera gerũtur,& De⁹ iſirma mũdi elegit:ut fortia quæq; cõfundat. Studeamus,& nos acceptũ panẽ 1.Cor.1.
diuinæ ſciẽtię per pdicationẽ alijs apponere: ne p nrã negligentiã in uia deficiãt, aut fame pereant.

## *De muliere in adulterio deprehenſa. Cap. VIII.*

ADduxerũt ad Ieſũ Scribæ, & Phariſęi S
mulierẽ in adulterio deprehẽſam,& Ioan.8
ſtatuerunt eã in medio, & dixerunt ei.Magiſter hæc mulier mõ deprehẽſa eſt in adulterio. In lege autẽ Moyſes mãdauit nobis huiuſ[illegible]di lapidare: Tu ergo quid dicis?Mulier iſta ſi[illegible]ficat g[illegible]tẽ ec[illegible]leſiam a diabolo per cul[illegible]am [illegible]olorum uiolatam: hanc Iudæi uolunt lapidari, quia nolunt eam damnari,dum inuident eam gratiæ cęleſtis particip[illegible] fieri. [illegible]oc autem dicebant tentantes eum:ut poſſent ac[illegible]ſare eum.Inimici Phariſęi tent[illegible]nt de iuſtitia, an con[illegible]a eam dicere: [illegible]eb[illegible]nt enim manſuetum & m[illegible]eri[illegible]rdiæ præ[illegible]torem: Vnde placebat populo. Vnde putabant dictũrum dimittendam adulteram,& in hoc diceretur cõtrarius legi Moyſi,& Deo [illegible]thori:& ideo cum adultera reus mortis.Quod ſi ſecundum legem diceret lapidandam, deriderent eum: q[illegible]ſi non habentem manſuetudinem, quam [illegible]rædicab[illegible]t,& pro qua amabatur. Ipſe autem neutra capitur calumnia: ſed ſeruata manſuetudine reſpondit quod eſt ueræ iuſtitiæ.Qui ſine peccato eſt:primus in eam lapidem mittat. Ipſe autem inclinans ſe deorſum: digito ſcribebat in terra.Digito Dei ſcripta fuit lex in tabulis lapideis,pro duri[illegible]ia illius populi;inclinatus iam in homine ipſe [illegible]ſtos legis eſt,& dator,& index eſt ſcribens in terra. In quo docet nos de auditis malis alicuius non temere iudicare:ſed prius digito di[illegible]retio[illegible]s,noſipſos [illegible]tus d[illegible]cutere ſicut ibi [illegible]cit.Qui ſi ne pe[illegible]to eſt ueſt[illegible]: primus in eam lapidem m[illegible]at: qu[illegible] diceret. Prius,[illegible]iuſti,poſtea ream puniatis.Sic enim iubet lex puniri reos: non tamen a ſimilibus puniendos. Ecce plena iuſtitia: ut iuſtus malos,& mala puniat. Illi er[illegible]o uel ream di[illegible]ant: uel c[illegible] ea pœnam ſubea[illegible]. Et iterum [illegible] ſcribebat in terra [illegible], ex [illegible] re[illegible] uultũ uertens: ut illis [illegible] e[illegible]e, quos prænidebat [illegible] exituros, qua[illegible] plura [illegible]terrogaturos. Docet autem nos [illegible] & [illegible]nte correptionem alterius [illegible]ita & poſt [illegible] ſij ſos [illegible]ueſtigare humiliter. ne idem [illegible]uel ali[illegible] in nobis ſit. Audientes aũt hæc, unus poſt [illegible]m exibant: a ſenioribus incipientes, & remanſit ſolus Ieſus, & mulier ſtans in medio. Sic Iudæis Chriſtum deſerentibus per infidelitatem: gentium eccleſia in ſide ſtat, & in expectatione diuinæ miſericordiæ perſeuerat: & condonatur ei culpa, & tribuitur gratia. Simili modo Dominus quotidie recipit adulteram, dum per gratiam recipit quamlibet animam a diabolo per culpam corruptam.

### *De cæco illuminato.* *Cap. IX.*

T

Ioan. 9. Præteriens Ieſus uidit hominem cæcum a natiuitate. Cæcus iſte: deſignat genus humanum in parentibus primis excæcatum per originale peccatum. Me oportet (inquit Dominus) operari opera eius, qui miſit me: donec dies eſt. Non ſolum tunc cum Chriſtus erat in mundo: ſed & ſemper uſque ad conſummationem ſeculi per fidem eſt cum electis, & eſt tempus operandi. Venit nox, quando nemo poteſt operari. Nox illa, eſt infernalis obſcuritas: in qua nulli licet operari, ut nec ardenti diuiti licuit: ſed tantum eſt tempus recipiendi. Expuit in terram: & fecit lutum ex ſputo, & liniuit lutum ſuper oculos eius, & dixit ei. Vade, & laua in natatoria Syloe: quod interpretatur miſſus. Abijt ergo, & lauit: & uenit uidens. Itaque uicini, & qui uiderant eum prius [illegible] quia mendicus erat, dicebant. Nonne hic eſt, qui ſedebat, & mendicabat? Saliua eſt diuinitas: terra, humanitas: lutum ex utroque: coniunctio utriuſque naturæ. Syloe quod interpretatur miſſus: Chriſtum ſignificat: in quo cæcus luto linitus lauatur: dū peccator in fide diuinitatis, & humanitatis, eius baptiſmo reuocatur. Et cæcitas aufertur: dum peccatum deletur. Lotus denique uidet clare: dum renatus quiſque credit, & diligit, aut contemplatur bona cæleſtis patriæ. ¶ Cæcus itaque iſte eſt genus humanum: cæcitas, peccatum: lutum incarnationis ſacramentum: Linitio, & lauatio: fides cum baptiſmo. Receptio luminis, contemplatio ſupernæ claritatis. Sed Iudæi illuminatum eijciunt: dum populum chriſtianum contemnunt. Et Ieſus illuminatum ſuſcipit, quia chriſtianum iudæo antepon[illegible].

### *De grano frumenti.* *Cap. X.*

V

Ioan. 12. Niſi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit: ipſum ſolū manet. Omnibus eſt manifeſtum de grano frumenti, quòd dum in terram cadit niſi moriatur, id eſt, humore terræ humectetur, & ſale, quale prius fuit, eſſe deſignat, & per a[illegible]rationem uegetationis aliud fiat: ſolum manet: & fructum nullum affert. Si autem fuerit mortuum, i. p[illegible]uedine, & humiditate terræ putrefactum: ſtatim herbam germinat, ſtipulam roborat, ſpicas, ariſtas, paleas, grana format: & multum fructum affert: quia (ſicut in alia parabola dicitur) ſiue trigeſimum, ſiue ſexageſimum, ſiue centeſimum. Sic Chriſtus in terram cadens per humanitatem: fert fructum multum moriens per paſſionem. Nihil naoque nobis naſci contuliſſet, niſi moriendo nos redimere potuiſſet. De hoc fructu, & profectu per pſalmiſtam ait. Singulariter ſum ego, donec tranſeam. Singulariter enim fuit, donec tranſiit: quia donec mortem guſtauit, fructum humanæ redemptionis non perfecit. Sed moriendo, fructum ex ſe mul[illegible]plicauit: qui omnes ad uitam æternam prædeſtinatos redemit. Per hunc denique fructum: deſignantur patriarchæ, prophetæ, euangeliſtæ, Apoſtoli, martyres, confeſſores, uirgines, & omnes electæ animæ, quot quot fuerunt ab initio iuſtificandæ per gratiam redemptionis: & quotquot erunt in fine beatificandæ per gloriam remunerationis. Sanctus quoque Ioannes euangeliſta hunc fructum exprimit ubi ait. Audiui numerum ſignatorum centum quadraginta quatuor millia ſignati: ex omni tribu filiorum Iſrael. Et deinceps. Poſthæc uidi turbam magnā, quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus tribubus, & populis, & linguis: ſtantes ante thronum. Per centum nanque quadraginta quatuor millia ſignatorum ex omni tribu filiorum Iſrael, deſignauit eos, quos diuina prouidentia ad uitam prædeſtinatos ante aduentum Redemptoris, per præcedentia ſacramenta redēptionis ad ſalutem præparauit. Per turbam autem magnam, quam dinumerare nemo poterat, quam uidit ex omnibus tribubus, & linguis, & populis; illos inſinuauit, quos poſt aduentum Redemptoris gratia ſuperna iuſtificat, & ſaluat: de qua turba rectè dicitur, quam dinumerare nemo poterat: quia pauci erant, qui ante aduentum Chriſti iuſtificabantur ad comparationem eorum, qui poſt aduentum eius iuſtificantur. Ante aduentum etenim eius notus tantum in Iudæa Deus. Modo uero omnes gentes plaudunt manibus, iubilant Deo in uoce exultationis [illegible] mirabile. Iſtud eſt granum: quod facit fructum trigeſimum in coniugatis: ſexageſimum in continentibus: centeſimum in uirginibus.

Pſal. 18

Pſal. 140. (margin, beside "fectu per pſalmiſtam ait")

X Apo. 7.

Pſal. [illegible]

Pſal. 45

### *De emiſſione retis in mare.* *Cap. XI.*

Y

Ioan. 21 Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Mittite in dexteram nauigij rete, & inuenietis. Bis in ſancto euangelio legimus, quod Dominus iuſſit, ut ad piſcandum retia mitterentur. ante paſſionis diē uidelicet, & poſt reſurrectionem. Sed priuſquàm Redemptor noſter & pateretur, & reſurgeret, mitti rete ad [illegible] [illegible], ſed in [illegible] dextera, an [illegible] [illegible]et, non iubet poſt reſurrectionem [illegible] uero [illegible] appareret, mittit in dexteram rete iubet. In illa piſcatione tot, & tanti piſces capti ſunt, ut retia rumperentur: in iſta autem, & multi capti ſunt, & retia rupta non ſunt. Quis uero neſciat bonos dextera, & malos ſiniſtra figurari? Illa ergo piſcatio, in qua ſpecialiter in quam partem mitti debeat rete, non iubetur, præſentem eccleſiam deſignauit; quæ bonos, & malos ſimul colligit, nec eligit, quos trahat: quia & quos eligere poſſit, ignorat. Hæc autem piſcatio poſt Domini reſurrectionē facta, in ſolā dexterā miſſa eſt: quia ad uidēdū claritatis eius gloriā, ſola electorū eccleſia pertinget, quæ de ſiniſtro opere nihil habebit. In illa piſcatione, p̄ multitudine piſciū rete rūpitur: q̄a nūc ad cōfeſſionē fidei etiam cū electis reprobi tam multi intrant,

trant, ut ipſam quoque eccleſiam hære[illegible]bus ſcin dant. In iſta uero piſcatione & multi piſces, & magni capiuntur, & rete non rumpitur: quia ſancta electorum eccleſia in continua aut[illegible]ris ſui pace requieſcens, nul[illegible]is iam diſſenſionibus dilaniatur. Miſerunt ergo retia, & iam non ualebant trahere præ multitudine piſcium. Afferte de piſcibus, quos prendidiſtis nunc. Aſcendit Simon Petrus, & traxi[illegible] rete in terram, plenum magnis piſcibus centum quinquaginta tribus. A magno myſterio numerus non uac[illegible]t: ſed inten tos nos tanti myſterij profunditas expectat. Neque enim quantitatis ſummam tam ſolerter euangeliſta exprimeret, niſi hanc ſacramento plenam eſſe iudicaſſet. S[illegible] nanque, quod in ueteri teſtamento, omnis operatio per decalogi mandata præcipitur. In nouo autem, eiuſdem operationis uirtus, per ſeptifor mem gratiam Sancti ſpiritus multiplicata fidel[illegible] datur, quem propheta denunci[illegible]at. Spi[illegible] ſapientiæ, & intellectus, ſpiritus conſilij & fort[illegible], ſpiritus ſcientiæ, & pietati: & replebit eum ſpiritus timoris Domini. Sed ille [illegible] hoc ſpiritu operationem per[illegible], qui fidem Trinitatis agnoſcit ut & Patrem, & [illegible], & eundem Spiritum ſanctum unius ſubſtantiæ credat unius ſubſt[illegible]æ eſſe fateatur.

Quia igitur ſeptem (quæ ſuperius diximus) per nouum teſtamentum latius data ſunt dona, decem uero per [illegible] præcepta; omnis noſtra uirtus, & op[illegible] per decem & ſeptem poteſt plene comprehendi. Du[illegible] per trigonum decem & ſeptem, & [illegible] quinquaginta. Qui profecto numerus, a m[illegible]ſterio non uacat: quia in teſtamento ueteri legimus, quòd annus quinquageſimus Iubileus uocari iuſſus eſt. In quo uidelicet populus cunctus ab omni operatione quieſceret. Sed uera requies in unitate eſt. Diuidi quippe unum non poteſt; ubi enim ſciſſura diuiſionis eſt, uera requies non eſt: ducamus ergo per trigonum quinquaginta & unum, fiunt centum quinquaginta[illegible]. Quia igitur & omnis operatio noſtra, & [illegible] in fide Trinitatis exhibita, ad requiem tendit, ſeptem & decem ter ducimus, ut ad quinquaginta, [illegible] uenire debeamus. & uera [illegible] eſt, [illegible] Trinitat[illegible], quam in unitate diuinita[illegible] tenemus. Quinquaginta & unum ter du[illegible] & electorum ſummam in ſuperna patria, quæ [illegible] centum quinquaginta & trium piſcium n[illegible] tenemus. Poſt reſurrectionem uero Dom[illegible] rete dignum fuit, ut tot piſces caperet, [illegible] ſolummodo electos ciues ſupernę patriæ deſignarent. Et cum tanti eſſent non eſt [illegible] rete. Et adiecit euangeliſta rem neceſſariam dicens. Et cum tanti eſſent, ſiue tam magni (Sicut ſuperius dicit: plenum magnis piſcibus) non eſt [illegible] rete, id eſt, magni erant: ſed inter eos hæreſes non erant.

## *SEQVVNTVR ALLEGOriæ in euangelium Matthæi, quæ cum quibuſdam additis perficiunt. Lib. II.*

### *De ſermone Domini in monte, & octo beatitudinibus ſecundum Matthæum. Cap. I.*

Videns turbas Ieſus: aſcendit in mõtem &c. Quod Dominus octonarium, quo ad octo beatitudines peruenitur, do[illegible] diſcipulos aſcẽdit in mõtem: hoc nobis inſinuat, quod qui ſacrę ſcripturæ uerbum diſpenſat, [illegible] ualle prauitatis, non in [illegible] po effrenatæ [illegible]: ſed in montem [illegible] exerc[illegible] uirtutum [illegible] ex[illegible] perũ[illegible]. Super montem excelſum [illegible] Sion. [illegible] Sed [illegible] Domin[illegible] magiſterij. Apertio o[illegible] prædicationi. ¶ Beati pauperes ſpiritu &c. [illegible] ſunt ſpiritu diuites: alij quodammodo [illegible] habentes: alij ſpiritu pauperes. Spiritu diuites, ſunt ſuperbi[illegible]. De [illegible] nimis [illegible], nimis puſillanimes. Spiritu pauperes, humiles. Superbientes, faciunt non facienda per elationem. Puſillanimes, facienda prætermittunt per puſillanimitatem. Humiles, non facienda prętermittunt, & faciunt facienda per humilitatem. Paupertas itaque [illegible] defectio n[illegible] bens [illegible] tatis: per uiã regiam ducat ad beatitudinem ſupernam. ¶ Beati mites. Mites, ſunt lenes, & patientes: qui neminem lædunt, & improbis cedunt. S[illegible] am, qui [illegible] uo [illegible] eſſe [illegible], neminem de bono [illegible] moneant, nec [illegible] em de m[illegible] or ripiant. Sed talis lenitas n[illegible] eſt multum laudanda: quia patitur defectum, ubi debet exercere uirtutis effectum. Tales igitur debent eſſe mites: ut [illegible] patienter ſuſtineant: & [illegible] ſuam, ſed nec alien[illegible] negligant ut [illegible] fieri, & [illegible] meliores exhibeant exhortatione, [illegible] correctionem. [illegible] us: quia ſicut homo non debet eſſe [illegible], ſic non debet eſſe [illegible] dexteram, & ſiniſtram, per d[illegible] beatitudinis perueniat terram. ¶ Beati qui lugent: quoniam ipſi cõſolabuntur. Luctus ſolet eſſe pro amiſſione carorum: ſicut [illegible] quando am[illegible] caros ſuos, patrẽ, matrẽ, f[illegible], aut aliquem propinquũ. Heu quã multi lugent damna corporalia: qui lugere contemnunt damna ſpiritualia? Qñ aliquis infirmatur, aut moritur, lugent amici: qñ aũt peccat dãnabiliter, qñ fornicatur, qñ fratri ſuo dicit fatue, nõ lugent. O ſanitas inſana? o uiſio cæca? o uita mor-



Margin notes: Eſa.11. (beside "denunciabat"); Z (beside "Quia igitur ſeptem"); A, Matth.5 (beside "Quod Dominus octonarium"); Eſa.40. (beside "Super montem excelſum"); B (beside "Beati pauperes"); C (beside "Beati mites"); Horatius (beside "non debet eſſe"); D (beside "Beati qui lugent").

tua? De iſtis, quæ non ſunt lugenda, uel parum lugenda, grauiter lugent, & grauiter lugenda, ſcilicet damna ſpiritualia; non lugent, etiā de ipſis rident. De iſtis, inquā, prophetauit Eſaias dicēs. Væ,
Eſa.5 qui dicitis bonum malum, & malum bonum: ponentes tenebras lucem, & lucē tenebras: amarum in dulce, & dulce in amarum. Non lugeamus fratres amiſſionem carorum: ſed lugeamus amiſſionem bonorū operū, amiſſionē uirtutum. Lugeat *Pro ſermone concionatorum.* corruptus, amiſſionē uirginalis integritatis: lugeat malitioſus, amiſſionē pietatis: lugeat ſuperbus, amiſſionem humilitatis: lugeat iracundus, amiſſionem internæ trāquillitatis: lugeat auarus, amiſſionem largitatis: lugeat ebrioſus, amiſſionē ſobrietatis: lugeat accidioſus uel tædioſus, amiſſionem ſpiritualis exercitationis: lugeat inuidus, amiſſionem charitatis. Beati nanque qui lugent modo per pœnitentiam: quia ipſi conſolabuntur per indulgentiam, deinde etiam per iuſtitiam, poſtremo autem per gloriam. Poſſumus ergo dicere tria eſſe genera, ſpiritualiter, & fructuoſe coram oculis Creatoris lugentium. Alij.n. lugent pro indulgentia cul- *Tria lugētiū genera* pæ. Alij lugēt ex [illegible] gratiæ [illegible] ſibi collatæ. Alij ampliori feruore accenſi, lugent ex deſiderio futuræ gloriæ. Ex his omnibus beati, qui
Pſal.125 lugent, quia qui ſeminant in lachrymis: in gau-
Apo.21. dio metent. Et abſterget Deus omnem lachrymā ab oculis ſanctorum: quia non erit amplius neq; luctus, neque clamor, ſed nec ullus dolor: quonia
E priora tranſierunt. ¶ Beati qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam: quoniam ipſi ſaturabuntur. Omnes homines eſuriunt, & ſitiunt. Sed alij eſuriunt, & ſitiunt malum: alij eſuriūt, & ſitiunt bonum. Alij etenim eſuriunt, & ſitiunt aurum, argentum, ueſtes precioſas, prædia, terras, uineas, domos, equos, & poſſeſſiones innumeras. Iſta tamen omnia, bona ſunt in ſe: ſed in hoc quodammodo mala dicū tur, quia a malis inordinate eſuriūtur, & ſitiuntur: ſicut Dominus dixit iniquum mammona. i. diui-
Lucæ.16 tias: non q res diuitiarum ſint iniquæ: ſed per iniquitatem acquiſitæ. Alij eſuriunt, & ſitiunt poteſtates, honores. Alij uoluptates. Alij ſalutationes in foro, & primos recubitus in cœnis, & cathedras in ſynagogis, & uocari ab hominibus Rabbi. Sed ta-
Matt.23 les non poſſunt fieri beati: quia non poſſunt ſaturari. Totus enim mundus nequaquam ſufficeret homini: cui non ſufficit Deus, qui eſt Dominus mundi. Non enim impletur oculus uiſu, nec auris auditu, nec in cæteris ſenſibus poteſt homo ſaturari ex eorum delectationibus. Quod rex Dauid bene conſiderauit: qui quamuis haberet ad comedendum, & bibendum non ſolum ad neceſſitatem, ſed etiam ſi uellet ad ſuperfluitatem ta-
Pſal. 16. men dixit. Satiabor cum apparuerit gloria tua. Eſuriamus ergo, & ſitiamus non tranſitoria, non terrena, ſed iuſtitiam: quia per eſuriem, & ſitim iuſtitiæ, perueniemus ad ſatietatem æternæ glo-
F riæ. ¶ Beati miſericordes: quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. Si uis miſericordiam accipere, miſericordiam exhibe. Dimittite, in-
Luc.6 quit, & dimittemini. Secundum enim menſu-
Mar.4. ram, qua menſi fueritis, remetietur uobis. Beati quoque miſericordes: qui aliis in miſerijs ſuis aſſiſtunt, & eos ſecundum poſſibilitatem ſuam protegunt, & defendunt. ¶ Beati mundo cor- G
de, quoniam ipſi Deum uidebunt. Mundo corde ſunt illi, qui nec puluere inutilis cogitationis: nec luto fœdantur prauæ delectationis. Mundo corde ſunt, quos non tangit nebula terrenæ ignorantiæ, nec corrupit feruor fœdæ concupiſcentiæ. Mundemus igitur corda noſtra ab omni ignorantia, per inquiſitionem ueritatis: & ab omni peruerſa concupiſcentia, per amorem uirtutis, ut mereamur Deum uidere in gloria regni cæleſtis. ¶ Beati pacifici: quoniam filij H
Dei uocabuntur. Pacifici ſunt, qui in ſemetipſis faciunt pacem, & cuſtodire norunt: qui uirtute [illegible] gunt: qui uitia aduerſantia ſubmergunt & ex[illegible] gunt, & quicquid in ſe peruerſæ cogitationis [illegible] cutionis, operiſue deprehenderit, prudenter [illegible] potenter expellunt, nec aliquid turbationis [illegible] gno ſuæ dominationis eſſe permittunt [illegible] ei aduerſitatis occurrit, pacem [illegible] nant, & cuncta cum ſui cordis [illegible] dicant. Pacifici ſunt qui cum eis a quibus mala [illegible] feruntur, mala minime retribuunt, ſed cum eis qui oderunt pacem pacifici [illegible] tantum pacem [illegible] ſcordantes ſibi ad unitatem pacis redu[illegible] uocabuntur filij Dei: quia Deus [illegible] eſt, & omnia cum tranquillitate [illegible] filij Dei, fratres Chriſti [illegible] filij [illegible]
Chriſti [illegible] per naturam. Hæredes [illegible] Roma.8
hæredes autem Chriſti. ¶ Beati qui per[illegible]
[illegible]
nulla parte p[illegible]
ubi iſte tentatio [illegible]
[illegible] eſt [illegible] iuſtitiam. [illegible]
non pa[illegible] ab extraneis: pati[illegible] a [illegible]
fratribus. Omnes enim, qui pie [illegible] 2.Ti.
in Chriſto, perſecutionem [illegible]
tur non ceſſant perſe[illegible]
neceſſaria eſt, ut reportet [illegible]
Væ autem eis, qui perdunt [illegible]
perdunt etiam patientiæ coronam. Non ergo murmuremus, ſi in paucis [illegible] S[illegible]
in multis bene diſponetur. ¶ [illegible]
periatem ſpiritus, attingitur [illegible] Ep[illegible]
rum: per manſuetudinem, ſiue per le[illegible]
ad terram uiuentium: per luctum, ad [illegible]
ſolationem: per iuſtitiæ ſitim & eſuriem [illegible]
pernæ iocunditatis ſatietatem: per [illegible]
temporaliter factam, ad miſericordiam æternam:
per

per cordis munditiam, ad Dei uiſionem: per pacem, ad Dei filiationem: per præſentem perſecutionem, ad ęternam regni cæleſtis tranquillitatem, & requiem.
K ¶Beati eſtis cum maledixerint uobis homines, & perſecuti uos fuerint &c. Superius locutus eſt omnibus electis: Modo apoſtropham facit ad Apoſtolos: quamuis & hæc alijs electis conueniant, oſtendẽs Apoſtolis in his uerbis quanta pro eius nomine paſſuri ſunt. O quam pauci ſunt, qui his uerbis Domini oculis mentis intendant: & per eorum admonitionem beatitudinem quærant. Quam multi ſunt, qui pro parua uerborum iniuria, reddunt ſi poſſint uerbera: & ſi perficere non ualent, quod conantur, tamen & maiora minantur. Quam bene ſancti Apoſtoli uerba iſta c[illegible]dibus ſuis impreſſerãt: qui ibant gaudentes a conſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati.
L Notandum autem quod ait, mentientes, & propter me. Si enim h[illegible]s, quando nobis maledi[illegible], iuſte maledicunt, [illegible]am non habet hoc m[illegible]um. Et ſi propter cauſam, & culpam noſtr[illegible]m, ſuſtineamus blaſphemias non propter Deum, non habemus meritum. Gaudete, & exultate. In multis decipimur fratres. Qu[illegible]do enim nobis arrident ſecularia, quãdo nug[illegible]s lau[illegible]us nos extol[illegible]t, gaudemus, & exultamus: cum magis flere, magis dolere deberemus: quia maius periculum habent proſpera, quam aduerſa. laudes, quaoi uituperationes. Sed gaudeamus: quia Apoſtoli[illegible] ſalubre gaudium, & ſalubris exultatio demon[illegible]ſtratur cum ei[illegible]n contumelijs, & perſecu[illegible]io[illegible] g[illegible]udendum eſſe, & ex[illegible]tand[illegible]m denun[illegible]arur. Subiungit cauſam di[illegible]s. Merces enim ueſtra multa eſt in cælo. M[illegible]r[illegible]es ſiti, fratres, multa eſt, magna eſt, pretioſa eſt, diuturna eſt. Tam multa eſt quod non poteſt numerari: iam magna eſt, quod non poteſt comprehendi: t[illegible]m precioſ[illegible]e[illegible], quod non poteſt æſtimari: tam diuturna eſt, quod non poteſt finiri.

### *De oratione Dominica ſecundum Matthęum & de ſeptem petitionibus in ea contentis. Cap. II.*

M INTER omnia, quæ humana fra[illegible]s facere poteſt unde placere [illegible]o ualeat, plurimum ualet ora[illegible]m pura conſcientia, & cor [illegible] humil[illegible]ate fiat. Quia ſi conſciẽtia fuerit forte prauæ uoluntatis, uel operis uene no polluta, ſi cor noſtrum inani fuerit elatione repletum: oratio noſtra apud Deum non recipitur, nec noſter animus exauditur.
Prouer. 28. Qui enim auerterit aurem ſua[illegible] e audiat legem: oratio eius erit execrabilis. Mediator itaq; Dei & hominis Chriſtus Ieſus homo, humanæ ſaluti conſulens, ac miſericorditer prouidens: inter cætera ſuæ ſacratiſſimæ doctrinæ uerba, formam orati[illegible]is inſtituit, & quomodo patrem orare
Matt. 6. debeamus, edocuit dicens. Cum oraueritis, non eritis ſicut hypocritæ: qui amant in ſynagogis, & in angulis platearum ſtantes orare. Orantes aũt, nolite multum loqui, ſicut Ethnici faciunt: putant enim, quod in multiloquio ſuo exaudiantur. Sic ergo uos orabitis. Pater noſter: qui es in cælis &c. In hac oratione Dominica ſeptem petitiones eſſe dinoſcuntur. Prima Ibidem.
petitio eſt: Pater noſter, qui es in cælis, ſanctificetur nomen tuum. Secunda eſt adueniat regnum tuum. Tertia: fiat uoluntas tua, ſicut in cælo, & in terra. Quarta: panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. Quinta. dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Sexta. & ne nos inducas in tentationem. Septima. Libera nos à malo. N

PRIMA petitio. Pater noſter: qui es in Petitio prima.
cælis, ſanctificetur nomen tuum. Ecce chariſſimi, ſingulis fere diebus clerus, & populus; uiri, & mulieres; ſed præcipuæ diebus ſolemnibus congregantur ad baſilicas c[illegible] melio[illegible] ueſt[illegible]us coram aſpect[illegible] pro ſ[illegible]e ſe ad[illegible]nant, d[illegible] De[illegible]ua ſ[illegible] Dei[illegible]ominunitei [illegible], genua flectunt, pect[illegible] a [illegible]ndunt, [illegible] expandunt, [illegible]e[illegible]riunt, præces fund[illegible], dicentes. [illegible]; qui es in c[illegible]lis. Se[illegible] e[illegible] dicend[illegible] e[illegible], [illegible] Deum, do m[illegible] De[illegible] ge[illegible] pat[illegible] ex[illegible]udiunt[illegible]. Mul[illegible] [illegible]ocan[illegible] in hac oratione, qui eius filij no[illegible] ſunt. [illegible] patr[illegible], de quo [illegible] Ioan.
ptum eſt, uos ex patre d[illegible] [illegible] ſunt filij, quia eius pe[illegible] d[illegible]erun[illegible] bo [illegible] g[illegible] eus, & [illegible] culpã. Filij [illegible]abo[illegible] in [illegible]js dic[illegible]e ſolemus [illegible] mines immundi, con[illegible] adulteri, rapaces, auari, maledici, fœneratores, & alijs quibuſcunq; damnabilibus peccatis depra- Matt. 5.
uati, qui dicunt fratri ſuo, fatue: qui uident mulierem ad con[illegible]cendum eam, & quicũq; & ſi non peruerſo opere, peruerſa tamen a Deo ſeparat[illegible] uol[illegible]tate. Quicunq; igitur, fratres, Deum in oratione Dominica patrem uocat, quicunq; ab eo exaudiri deſiderat, taliter uiuat, ut De⁹ eum filium ſuum recognoſcat per gratiã, Pſa. 108.
qui omnium eſt pater per naturam. alioquin, cum iudicabitur, e[illegible] condemnatus. & oratio eius fiet in peccatum. Pater noſter, qui es in cęlis. Qui dicit pater, [illegible] beneuolentiam: *Optime quidem di ſcurrit.*
qui dicit, noſter, exc[illegible] ſuperbiam: qui dicit, qui es in cælis, [illegible] reuerentiam, Qui dicit pater, c[illegible] beneuolentiam: quia pium clamat. Qui dicit, noſter, ſuperbiam excludit: quia non O
ſibi arr[illegible]gat propri[illegible]m, aut ſpecialem: ſed etiam alijs eſſe communem denunciat. Qui dicit, qui es in cælis, reuerentiam exhibet: quia non ſolũ in infimis, ſed etiam in ſummis eum præſidem prędicat per fidem. Sanctificetur nomen tuum. Nomina
Multa ſunt nomina diuina: quod ergo nomen petimus ſanctificari cum dicimus, nomen tuum ſanctificetur: Nomen Dei, fides eſt: per quam credentibus innoteſcit. Sanctificetur nomen tuum, i. fides tua: quę eſt tui notitia. Sed tu inquis: Obiectio

nomen

nomen Dei non eſt ſanctificatum, ſed ſanctom: omnes enim ſcripturæ clamant, omnes reſonant:
Pſa. 110 ſanctum eſt nomen tuum. Nomen Dei, fratres,
Solutio. ſanctum eſt: ſed adhuc in cordibus quorundam poteſt amplius ſanctificari. Poteſt nanque ſanctificari in cordibus paganorum: in quibus nondũ eſt ſanctificatum per fidem. Poteſt ſanctificari in cordibus Iudæorum: in quibus non eſt ſanctificatum per fidei conſummationem. Poteſt ſanctificari in cordibus ſallorum Chriſtianorũ: in quibus nondum eſt ſanctificatum per dilectionem. Poteſt etiam amplius ſanctificari in cordibus electorum: per maiorem fidei conſummationem, & maiorem Dei, & proximi dilectionem. Quanto enim perfectius Deum diligit, & credit electus: tanto amplius nomen Patris in ſe ſanctificat, & ſanctificatum demonſtrat. Dicamus igitur. Pater noſter; qui es in cælis, ſanctificetur nomen tuum in cordibus Paganorum, ſanctificetur in cordibus Iudæorum: ut illi in te credant, & iſti perfectius in te credant, & te utrique d[illegible]lig[illegible]nt. Sanctificetur in cordibus fa[illegible]m Chriſtianorum, ut ſicut habent per fidem tui cog[illegible]tionem, [illegible] quoq; habeant per affectum d[illegible]lec[illegible]onem. Sanctificetur adhuc in cordibus electorum per maiorem claritatem cognitionis, & maiorem ſuauitatem dilectionis. Ergo pater noſter qoi es iu cælis ſan-
P ctificetur nomen tuum.

Secunda Quæſtio ¶SECVNDA Peti[illegible]io ¶Adueniat regnum tuũ. Quid eſt, quod petimus, dum dicimus: adueniat regnum tuum? Nunquid non habet regnũ Deus:
Pſal. 46. nunquid non eſt rex Deus? Si Deus n[illegible]n eſt rex, aut non h[illegible]bet regnum: quid eſt, quòd Pſalmiſta dicit, rex om[illegible]nis terræ Deus p[illegible]l[illegible]te ſapie[illegible]ter? Ergo rex e[illegible] Deus, & regnum habet Deu[illegible] qua[illegible]e er-
Reſponſio. go petim[illegible], ut adueniat regnum ei[illegible] Non petimus, ut adueniat in hoc, quod iam eſt, ſed in hoc, quòd nondum manifeſtum eſt. Adhuc enim naſcituri ſunt multi, qui ad regnum eius ſunt prędeſtinati, necdum tamen ſunt de regno eius eſſe omnibus manife[illegible] Adueniat e[illegible]go regnum tuum O Pater cæleſtis: ut per naturam carnis generentur ad regnum tuum prædeſtinati, & per gratiam baptiſmi regenerentur, & fiant iuſti: & per [illegible]haritatem iuſtitiæ omnibus manifeſtentur eſſe fil[illegible] re-
Matt. 13 gni tui. Adueniat quoque regnum tuum, ut in fi-
Matt. 25 ne ſeculi, in die iudicij, in reſurrectione generali, ſeparentur grana a paleis, piſces a colubris agni ab hœdis, frumentum a zizanijs. Et ec[illegible]leſia tua, q̃ eſt regnum tuum, de præſſura ſeculi præſentis te uocante traoſeat in gloriam patriæ cæleſtis. Item adueniat regnum tuum, ut ſicut regnas in iuſtificatis, ita regnes in iuſtificandis: & ſicut regnas in illis, qui ſunt boni: ſic expulſa poteſtate dæmonũ regnes & in illis, qui ſunt adhuc mali. Adueniat igi[illegible]ur regnum tuum.

Q ¶TERTIA Petitio. ¶Fiat uoluntas tua, ſicut in
Tertia Quæſtio. cælo, & in terra. Scimus, quòd in cælo nullus ſanctorum, uel angelorum a uoluntate Dei deuiat, nemo illi contradicit: quomodo ergo fieri poterit, ut uoluntas Dei ita in terra, ſicut in cælo, fiat? ut uidelicet in terra nemo, uel per ignorantiam, uel per fragilitatem humanam del[illegible]nquat: cum in-
Iob. 15. ſtant nu[illegible]s diei non ſit ſine peccato ſuper terram,
Iac. 3 & in multis offendamus omnes? Verum [illegible]endum
Solutio. eſt, quod particula, ſicut, non eſt quantitatis, ſed qualitatis, & ſimilitudinem inſinuat, non æqualitatem. Si quis enim ædificaret domum paruam ſecundum [illegible]m, & [illegible]ſpoſ[illegible]ionem domus maioris: non d[illegible]eremus de parua domo, t[illegible]nta eſt iſta, quanta & [illegible]lla m[illegible]ior: ſed d[illegible]eremus, tal[illegible] eſt iſta, qualis illa, [illegible]s ſimilitudine, non tanta quantitate. Fiat ergo O pater, uoluntas tua, ſicut in cælo per angelos, & per ſancto[illegible], & per primam ſtolam iam [illegible]rificat[illegible]: [illegible]ta, & in ter[illegible] per homines iuſtificandos, & glori[illegible]ando[illegible]: [illegible]t ſicut illi u[illegible]tatem t[illegible] faci[illegible]nt in cælo: ita iſti faciant eam in terra, etſi non ſecundum ęqualitatem: tamen ſecundum ſimi[illegible]udinem. i. ſi non ſecundu[illegible] [illegible]orum perfectionem: tamen ſecundum perfectio-
R nis eorum imitationem. Fiat uoluntas tua non ſolum in electis per bonorum operum exh[illegible]ionem: uer[illegible] et[illegible]am i[illegible] reprobis per malorum d[illegible]ſpoſ[illegible]tione[illegible]. Quam[illegible] eni[illegible] malorum non [illegible] a[illegible]thor, es [illegible]men malorum d[illegible]ſpo[illegible]or[illegible] & quam[illegible] ſub poteſtate tua multa ſint mala: nulla tame[illegible] relinquit inordinata: & ſic fit in omnibus u[illegible]untas tua: i[illegible] bonis per actionem, in malis per o[illegible]nationem. Fiat uoluntas tu[illegible] ſicut in cęlo, & in terra; [illegible]t ſi[illegible]t in cælo faciu[illegible] uol[illegible]ntatem tuam [illegible]erubi[illegible], & ſeraphim, throni, & do[illegible]nati[illegible]es, u[illegible]tutes, principatus, angeli, archangeli, p[illegible]tar[illegible]ę, & prophetæ, apoſtoli, & martyres, confeſſo[illegible]es, uirgines, & omnes animæ electæ a uinculis c[illegible]po[illegible]ũ ſuorum ſolutæ, coram te glorificatæ: ſi[illegible] ſe[illegible]undu[illegible] g[illegible]tiam [illegible]e ſibi conce[illegible]m, & ſecund[illegible] p[illegible]i[illegible]iliatem [illegible]m faciant eam in ter[illegible], o[illegible]es e[illegible]pi, pr[illegible]teri, & omn[illegible] clerus: omne[illegible] reg[illegible]n[illegible]cipes, & uniuer[illegible]s populus, maſcu[illegible], & [illegible]æ magni, & pu[illegible]: boni, & mali quoque [illegible] malo ad bonum conuerſi. Fiat uoluntas tu[illegible] in creaturis rationalibus per tu[illegible], & dilectionem: ſed etiam in c[illegible] per earum exiſten[illegible]iam, & [illegible]. [illegible] uoluntas tua non tm̃ i[illegible] reb[illegible] per fœcunditatem propagati[illegible] ſed & i[illegible] rebu[illegible] ſibi[illegible]bus, & uiuentibu[illegible]: fiat, inqu[illegible] pe[illegible] ue[illegible]etationem germinatio[illegible]. Fiat de[illegible] non ſolum in rebu[illegible] quolib[illegible] ue[illegible]um etiam in rebus quo[illegible] placito ſubſiſte[illegible] Item [illegible] in cælo, & i[illegible] terra. i. [illegible] fiat in adhuc iuſti[illegible]candi[illegible]. Item [illegible], ſicut in cælo, & in terra. i. ſicut ratio per [illegible] tuam adiuta faciendum dictat: ſic & caro [illegible] cõtradictione, & defectu dictata perfi[illegible]iat. Fiat e[illegible] uoluntas tua, ſicut in cælo, & in terra

S ¶QVARTA Petitio. ¶ Pane[illegible]m quo-
Qu[illegible] tidianum da nobis hodie. Fecit Deus hominem ex ſubſtantia duplici: corporali ſcili[illegible]et, & ſpirituali: quia ergo compoſitus eſt ex duabus ſubſtantijs, neceſſarius eſt ei duplex panis, unus corpori, alter ſpiritui: corpori panis corporalis, ſpiritui ſpiritualis: corpus paſcit agreſtis an[illegible]: ſpiri[illegible]

paſcit

paſcit ſacra [illegible]. Corporalem panem a Deo petimus, quia niſi dederit Deus pluuiam, & fecerit terram germinare, non poſſemus hunc panem habere. Spiritualem a Deo petimus panem, quia & ipſum, niſi dederit Deus, non haberemus. Panẽ corporalem diſpẽſare debent filijs ſuis patres carnales: panem ſpiritualem diſpenſare debent patres ſpirituales prælati. ſ. & doctores.

1.Cor.4. Hinc quæritur iam inter diſpenſatores, ut fidelis quis inueniatur.

Matt.24 Quis enim eſt noſtris temporibus fidelis ſeruus, & prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam? ut det illis cibum in tempore: qui panem doctrinæ communicet fideliter, & prudenter? fideliter quantum ad Deum, prudenter quantum ad homines? Fideliter quantum ad Deum: ut uidelicet [illegible], tanta fide, tanto timore, [illegible] ta [illegible] citudine, tanta inſtantia, tanta diligentia que [illegible] præcepit Deus, uerbum Dei diſpenſet: [illegible] ter quantum ad homines: ut ſecundum [illegible] atem un[illegible]; ſingulos erudiat. Sed [illegible] ſine graui luctu recordandum non eſt) ſi ut [illegible] beatus Gregorius [illegible] mundus ſacerdotibus plenus eſt, & tamen [illegible] qui bonum libenter au[illegible], non eſt qui [illegible]. Quid facturi, quid dicturi [illegible] noſtri [illegible] poris ſacerdotes, in die iu[illegible], [illegible] de longe uenient? Qui [illegible] linem ſacerdotale [illegible] per int, ſed inordinate [illegible] uere non er[illegible]be [illegible] Qui [illegible] igunt cum uulg[illegible] commu[illegible]o, p[illegible] indocto, prauis moribu[illegible] corrupto, [illegible] ſedere: uerba in[illegible]lia, uel etiam pe[illegible] dicere, & audire: ſuperbe iu[illegible] e, & non ſ[illegible] ſuis, ſed & mor[illegible] detrahere. Redd[illegible]us ecle[illegible]rum ſi [illegible] co[illegible] anim opportune, & imp[illegible] ine requi[illegible], o[illegible]tiones to to cordis hiatu [illegible] ore nonnunquam impudenter exi[illegible] uenientes ueraq; manu recipiunt. [illegible] em commeſſationibus, & compot[illegible]ibus intendunt: cubil[illegible]bus, & impudici[illegible]ijs ſeſe inuoluunt, & molia, quæ ab eis in oc-

Ephe.5. c[illegible]o fiunt (ſicut dicit Apoſtolus) turpe eſt & dicere. Lanis Dominici gregis ueſtiuntur, lacteq; paſcũ[illegible] ues præ penuria, & fame uerbi Dei mori[illegible]. Decurrit tẽpus, tranſit anni circulus: nec unum uer[illegible]um de ore eorum egreditur, quo grex ill[illegible] mo[illegible] ſus erudiatur, de malo [illegible], ad bonu[illegible] reuocetur, & in ipſo confirmetu[illegible], quou[illegible] de tamen ſe obſequium præſtare Deo arbitrantes [illegible] uinæ laudis ululant, aut cerre[illegible], & [illegible] tes, & intue[illegible] tes, ſono uocis, & motu corporis [illegible] nt, non ædificant.

1.Ioã.2. Paſce igitur Domine, paſce turpſe oues tuas. Vnctio tua doceat eas de omnibus, ut ſpiritus tuus per internam inſpirationem illis doctrinam infundat, quam talium ſacerdotum os mutum non diſpenſat. Cogitare debent tales ſacerdotes animaduerſiones propheticas aduerſum ſe eſſe prolatas, quibus dici-

[illegible]14. tur: Erit ſicut populus, ſic ſacerdos. Et item. Sacer-

Hiere.2. dotes non dixerunt, ubi eſt Dominus? Et tenen-

Ibidem. tes legem, neſcierunt me. Et in alio loco de huiuſ-

Eſa.56. modi ſcriptum eſt. Canes muti, non ualentes latra-

Ibidem. re. Et canes impudentiſſimi neſcierunt ſaturitatẽ. Nemo itaque ab huiuſmodi ſacerdotibus expe-

ctet ſibi panem ſacræ doctrinæ dari: quia tales ſacerdotes docere uel neſciunt, uel erubeſcunt, uel contemnunt. Quid igitur facient oues illis cõmiſſæ? Conſiderare debent alijs in locis eſſe ſacerdotes doctos, ſanctęque uiuẽtes, & illos adire, & per illos ſe doceri conſilium animarum ſuarum ſuppliciter poſtulare. Sunt etiam quidam falſi prædicatores, qui ſicut zizania in agro Dominico a diabolo ſunt ſeminati: qui totum mundũ in ſuis phi laſterijs peragrant, & uulgus indoctum, & diuerſis peccatis oneratum, uerbis mendacibus beatificant, dicentes, pax, pax, cum non ſit pax. Sed quid

Hiere.8. dicit ſcriptura? Popule meus, qui te beatificant,

Eſa.3. ipſi te ſeducunt, & uiam greſſuum tuorum diſſipant. Et item. Erunt, qui beatificant, & qui beati-

Eſa.9. ficantur, præcipitati. Itaque Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie: Panem corporalem, & panem ſpiritualem. Panem corporalem, ut facias terram germinare, fructum ſuum facere, & conſumare. panem ſpiritalem, ut inſpires prælatis, & doctoribus eccleſię tuæ, ut doctrinam ſuam ſibi traditam nobis ſtudeant fideliter, & prudenter diſpenſare, & [illegible] illi iſtum frangere nobis panem non curant: tuipſe oos paſce per occultam ſancti ſpiritus tui inſpirationem. Vt intus per te capiamus panem, quo foris [illegible]audamur per illorum taci[illegible]urnitatem. Panem ergo noſtrum quotidianum da nobis hodie.

T Quinta. § QVINTA Petitio. § Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos di[illegible]us debitoribus noſtris. Quàm multis timenda, & periculoſa eſt, fratres, iſta oratio: [illegible] enim plus confert detrimẽti, quàm [illegible]; plus damni, quam lucri. Sunt nanque quidam, qui per magnam, & longam malignitatem, & odiorum maliriam obd[illegible] illos, qui per aliquam iniuriam eis facti ſunt debitores, manibus ſuis iugulare, aut trucidare & omnibus modis lædere [illegible] unt, nec pro timore Dei, nec pro pr[illegible]us hominum ſatiſfactionem recipere, uel conco[illegible]iam facere uolunt. De ta[illegible]bus ſcriptum eſt.

Deut.32 Vua eorum uua fellis, & botrus amariſſimus ſel draconum, uinum eorum, & uenenum aſpidum inſanabile: [illegible] cum tales ſint, ſecure tamen ad eccleſiam cõfluunt, & coram Deo & altari eius orantes, dicunt. Pater noſter dimitte nobis debita noſtra: ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Sed o miſera inſipientia, o infelix præſumptio, i[illegible]am Dei aduerſum ſe præcibus prouocare dicitur, cum homo homini ſeruat irã,

Eccl.28. & a Deo quærit miſericordiam. Sunt autem quidam imperfecti: quorum imperfectioni ſicut dicit beatus Auguſtinus) diuina miſeratio condeſcẽ-

Auguſt. dens concedit, ut ſaltem tunc debitoribus ſuis debita dimittant. cum ipſi debitores indulgentiam ab eis ſibi dari poſtulauerint: ſicut Dominus ſeruo ſuo nequam feciſſe legitur: quemadmodum

Matt.18 ſcriptum eſt. Serue nequam omne debitum dimi-

V ſi tibi, quoniam rogaſti me. Quicunque autem rogatus a debitore, debitum cuiuſlibet iniuriæ dimittere contemnit: in uanum ſibi a Domino dimitti debitum peccati ſui petit: quinimmo magis illud coram oculis iudicis aggrauat, quàm alleuet.

lenet. Quamuis uero imperfectis concedatur ſua poſſe requirere, ſatisfactionem de iniuria ſibi illata recipere, & a debitoribus de indulgentia rogari: debent tamen, ſi contingat nihil horum fieri, omnibus iram proprij cordis refrenare: & de ſemetipſis tenebras odiorum pellere: memores illius quod ſcriptum eſt. Ira uiri iuſtitiam Dei non operatur: & item. Qui odit fratrem ſuum homicida eſt, & omnis homicida non habet partem in regno Chriſti, & Dei. Perfectorum autem eſt puro corde omnia omnibus uultu iucundo ſine reſtauratione rerum, ſine ſatisfactione iniuriarum, & ſine ullis precibus, debitoribus ſuis indulgere: in[illegible] er & ſua tribuere, & obſequia charitatis exhibere. Prouideat ergo unuſquiſq; [illegible] in oratione iſta, dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris, ut qualem indulgentiam a Deo cupit accipere: talem ſtudeat aliis facere. Sin autem, ſecundum conſilium meum iaceat, & iſtam orationem minime dicat: dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. [illegible] ergo nobis o pater, debita noſtra: ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris, & ſi per aliquam fragilitatem, uel etiam perniciem nos uideas non dimittere ſicut debemus, da nobis gratiam, ut ſecundum tuam uoluntatem dimittamus, & ſic tuam indulgentiam conſequamur. Da ut ſic diligamus homines, ut eorum non diligamus errores. [illegible] in eis diligamus naturā: ut non diligamus culpam. ut ſic diligamus quod ſunt [illegible] non diligamus quod male faciunt. Dimitte nobis debita noſtra: ſicut & nos dimittimus debitoribus [illegible]

¶ SEXTA Petitio. ¶ Ne nos inducas in tentationem. Cum ſcriptum ſit, Deus intentator malorum eſt: ipſe neminem tentat. Unuſquiſq; enim tentatur a concupiſcētia ſua abſtractus, & illectus. Quid eſt, quod petimus, cum dicimus: & ne nos inducas in tentationem? Eſt igitur ſenſus: ne nos inducas in tentationem, non ut nunquam nos permittas a tentationibus infeſtari, ſed da ut per tentationes probemur, nec reprobemur. Multū proſunt tentationes electis: qui per tentationes uictoriam [illegible] ad coronam, ſicut Iacobus Apoſtolus [illegible] dicens. Beatus uir, qui ſuffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam uitæ, quam repromiſit Deus diligentibus ſe. Et in principio eiuſdem epiſtolæ, Omne gaudium exiſtimate fratres, cum in uarias tentationes incideritis: ſcientes quòd probatio fidei ueſtræ (quæ per tentationes fit) patientiam operatur. Et de patientia ſcriptum eſt. In patiētia ueſtra poſſidebitis animas ueſtras. Tentationum autem quatuor ſunt ſpecies, ſiue modi: ſicut in alio loco iam diximus. Tentatio nanque alia leuis, alia occulta, alia grauis, alia manifeſta. Tria autem ſunt, quæ nos tentant, caro noſtra, mundus, diabolus. Caro nos tentat per gulam, & luxuriam: mundus tentat nos per proſpera, & aduerſa: per proſpera, ut decipiat: per aduerſa, ut frangat: diabolus omnibus modis nos aggreditur: & ad omnem nequitiam nos adducere conatur: Itaque Pater noſter ne nos inducas in tentationem .i. Ne nos permittas tentari ſupra id, quod poſſumus, ſed da cū tentatione et prouentum, ut poſſimus ſuſtinere. Ne nos ergo inducas in tentationem.

¶ SEPTIMA petitio. ¶ Libera nos a malo. Multa ſunt mala, quibus humana ſubiacet conditio, quorum periculum per ſe minime euadere ualet, quæ generaliter conſiderata ſex modis diſtinguere poſſumus. Malum aliud eſt corporis, aliud animę. Item aliud eſt malum, quod eſt culpa: aliud eſt malum, quod eſt pœna. Item aliud eſt malum præſentis ſeculi: aliud malum futuri. Ab omnibus iſtis, & ab aliis (quæ per iſta comprehendantur, & ſub iſtis continentur) petimus liberari: quando oramus dicentes, libera nos a malo: quaſi diceremus, libera nos pater ab omnibus malis: quia niſi tu liberes nos, non poterimus ſine te liberari nec ab uno, nec a multis: nec a magno, nec a minimo. Libera nos ergo tu Pater a malo.

¶ PRÆDICTARVM Petitionum concluſio. ¶ Amen, interpretatur, uere, aut fideliter fiat. & concludit prædictas omnes petitiones. Amen, quaſi dicatur: O Pater noſter, qui es in cęlis, uere fiant omnia [illegible], & [illegible]: quæ ſupra poſtulauimus. Vere ſanctificetur nomen tuum. Vere adueniat regnum tuum. Vere fiat uoluntas tua, ſicut in cælo, & in terra. Vere panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. Vere dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Vere ne nos inducas in tentationem. Vere libera nos a malo. Hæc eſt fratres, iugiter dicenda oratio, quam [illegible] ipſe Saluator docuit, & quam [illegible] P[illegible] orare præcepit. Nulla eſt enim ſublimior [illegible] nulla utilior. Sed [illegible] illam, qui ſicut Ethnici gloriantur ſe multa uerba fundere, multa pſalteria legere, diuerſas horas decantare, prolixas orationes continuare: quum ore Domino loquuntur, corde nonnunquam in extremis terræ [illegible] uagantur. Meminerint tales ſcripturæ, quæ dicit. Populus iſte labiis me honorat: cor autem eorum lōge eſt a me. Nec iſta dicentes ſanctæ orationis ſoleritiam, & perſeuerantem deuotionem [illegible] culpamus: quam melius laudamus, dum prolixitatem orationis comitatur feruor etiam internæ dilectionis.

Margin notes (left): X; Iaco.1.; 1.Ioā.3.; Sexta.; Iacobi.1.; Quæſt.; Rñſio.; Iacobi.1; Lucę.21
Margin notes (right): 1.Cor.10; Y; Septima; Z; Co[illegible] ſio.; [illegible]; Eſa.2

## *SEQVITVR ALTERA orationis Dominicæ expoſitio aliunde huc appoſita.*

### *De ſeptem peccatis mortalibus, contra quæ ualent orationis Dominicæ petitiones. Cap. III.*

Septem ſunt uitia principalia, quę rationalem naturam inficiunt: & eius integritatem, quaſi quodam ſuæ admixtionis fermento corrumpunt. Vitium autem eſt corruptio naturalis affectus præter ordinem, & extra menſuram. Hoc uero, cum per conſenſum A Vitium.

ſenſum recipitur, peccatum eſt: ſentire autem ſo-
lum ſine conſenſu: pœna eſt, nō culpa. Sane in nō
regeneratis: uitium omnino excuſationem non
habet: ubi etſi conſenſus non ſequitur, ſolum hoc
damnationi debitum eſt, quòd præter rationem
Rom. 8 mouetur: propter quòd ait Apoſtolus. Iam nihil
damnationis eſt iis, qui ſunt in Chriſto Ieſu. Pri-
mum uitium eſt ſuperbia, ſecundum inuidia, ter-
tium ira, quartum accidia, quintum auaritia, ſex-
B tum gula, ſeptimum luxuria. Superbia eſt amor ꝓ
Vitiorū deſcriptiones. priæ excellentiæ. Inuidia eſt liuor alienę felicita-
tis. Ira eſt irrationabilis perturbatio mentis. Acci
dia eſt faſtidium interni boni. Auaritia eſt immo
derata habendi cupiditas. Gula eſt nimius edendi
appetitus. Luxuria eſt immoderatum deſiderium
explendæ libidinis. Hæc ergo ſunt uitia ſeptem: de
quibus uniuerſa rationalis animæ corruptio ma-
C nat. Omne enim, quod integritatem corrumpit,
uitium eſt. Sed eſt alia integritas corporeæ natu-
ræ: alia naturæ incorporeæ. Rurſum corporea na
tura: quædam ſtatum habet, ſenſum non habet:
quædam uero ſenſum habet, & ſtatum. In illa er-
go, quæ ſenſu caret, corruptio accedens uiolat uni
tatem: ad illam autem, quæ ſenſum habet, corru-
ptio ingrediens, lædit ſanitatem. Spiritalis autem
naturę integritas in ueritate, & bonitate conſtat:
in ueritate, cum cognoſcitur: in bonitate, cum a-
matur. Corrupta ergo cognitio per ignorantiā,
animę rationali quaſi quandam fœditatem inge-
rit: corruptus uero amor per concupiſcentiam,
animæ turpitudo eſt: ſinceritas uero dilectionis,
D ſanitas illius. Propterea maius uitium eſt non ama
re bonum, quàm uerum neſcire: quod enim uo-
luntatem ſequitur, iuſte pro culpa deputatur. Sci
re autem, & neſcire potes nolens: amare, & non
amare non potes niſi uolens. Idcirco id, quod ſe-
cundum uoluntatem eſt, ſolum pro merito impu
tatur, ſiue ad bonum ſi rectum eſt, ſiue ad malum
ſi peruerſum eſt. Propter hoc in affectu omne me
ritum conſtat: neque iuſtitia, uel culpa niſi in affe-
ctu rationalis uoluntatis inueniri poteſt.

### *Quod hæc tria peccata ſuperbia, inuidia, & ira: diuinæ bonitati potiſſimum repugnant.* *Cap. IIII.*

E HVius ergo affectionis corruptiones
ſunt ſeptem. Prima eſt ſuperbia, id-
eſt, amor propriæ excellentiæ: quæ
ipſum affectum deformat, quia dū
eum ad partem detrahit, a toto præ
cidit. Omne nanque bonum a ſummo bono eſt,
& minus in ſe eſt, quàm in illo, a quo eſt. Quiſquis
ergo extra ſummum bonum in aliquo bono dele
ctatur: dum peruerſe partem eligit, iuſte totum
Superbia. amittit. Superbia ergo quaſi partem a toto præci-
dens, rationali affectui tollit pulchritudinem: cæ
*Pulchre recenſet & Superbia. Inuidia, et Ira.* tera uero obſequentia uitia ingerunt dolorem.
In omnibus enim reliquis pœna primi uitij con-
ſtat, quia quod in ſuperbia præeunte delinquitur:
in cæteris poſt ſuperbiam ſubſequentibus puni-
tur. In illa quippe bonum ad proprietatem ama
tur: gaudet enim ſe habere, quod alius non habet,
uel ut habeat, quod alius non habet: propterea i-
gitur quia excellentiam ad proprietatem amat,
amor propriæ excellentiæ uocatur. In eo enim ꝙ F
proprietatem amat: odit communionem, & na- Inuidia.
ſcitur inuidia filia ſuperbiæ. Inuidia quippe odiū
eſt felicitatis alienæ: quę de ſuperbia naſcitur.
Non enim tibi diſplicere poterat id alium habe-
re: niſi quod tu prius ſolus habere uoluiſti. Pro-
pterea lædit te, & grauis eſt tibi aliena felicitas:
quia in ea tibi tuus oſtenditur defectus. Et ex ea
argueris non eſſe, quod uel eſſe gaudebas, uel con
cupieras ut eſſes. In ſuperbia igitur iniuſte dele-
ctaris: in inuidia iuſte cruciaris. In ſuperbia per-
uerſe tibi placet, quod tu es: in inuidia inique tibi
diſplicet, quod alius eſt. Propterea læſio ſuperbiæ
tanto pernicioſius corrumpit, quanto minus ma
litia illius ſentiri poteſt, & quo ſuauius intrat, eo
profundius penetrat. Inuidia autem quoniam cū
læſione ſua etiam dolorem habet, in eo ipſo non-
nunquam mala eſſe cognoſcitur: quo non ſolum
peruerſa, ſed etiam amara eſſe ſentitur. In hoc nō
nihil iuſtitiæ inuidia habere cognoſcitur: ꝙ qui
iniuſte agit, iuſte punitur. Poſt hanc ſequitur ira: G
hoc eſt irrationabilis perturbatio mentis, quæ & Ira.
ipſa pœnam ſuam ſecum habet. Nam ſi dolorem
facit aliena felicitas cum cernitur: multo magis
facit cum aduerſatur. Hæc eſt ergo irrationabilis
perturbatio mentis, quæ ira dicitur: cum malum
illatum pati dedignaris. Ideoque turbaris impa-
tientia agitatus: quia non ſuſtines aduerſitatem. Ira duplex.
Eſt autem bona ira, qua dedignaris malum face-
re: mala uero, qua dedignaris malum pati. illa re-
ſpuit culpam, iſta non ſuſcipit iuſtitiam. Propter
hoc, mala ira ex aduerſitate occurrente turbatur:
& impatientia quietem mentis exagitat. Neque
ſtare iam uult animus ad tolerantiam pœnæ, quæ
iuſta eſt: quemadmodum prius ſtare noluit per
continentiam culpæ, quę iniuſta eſt. Auget ergo
miſeriam: dum cruciatum carnis ſuſcipit ad dolo
rem mentis. Hæc igitur uitia. i. ſuperbia, inuidia, H
ira, maxime Deo aduerſantur. Superbia nanque
Deum negat, inuidia accuſat, ira fugat. Qui enim
de ſingularitate gloriatur, ſuperiorem negat: qui
uero alienis bonis inuidet, largitorem accuſat:
qui autem in corde ſuo perturbationem recipit,
pacis amatorem expellit: ſimul uero omnia blaſ-
phemant. Superbia quippe dicit, Deum non bo-
num eſſe: Inuidia, & Ira dicunt non benefeciſſe. Il
la, quia alij bonum contulit: iſta, quia ſibi malum
intulit. Sic tria hæc uitia ſpecialiter ad iniuriam
Dei ſpectare uidentur: in quibus bonum ſuum,
quod Deus eſt, mens rationalis peruerſe deſerit.
Per ſuperbiam, introrſum ab illo ſe diuidens. Per
inuidiam, exterius uiſum pie non requirens. Per
iram, ipſam etiam memoriam illius a recordatio
ne ſui propellens.

Quod

### ¶ *Quòd reliqua quatuor uitia, Accidia, auaritia, gula, & luxuria: iniuri ę Deo a nobis illata ſunt vltricia. Cap. V.*

I DEinde ſequuntur quatuor alia uitia,
quibus ſuam Deus in hominem io-
iuriā ulciſcitur: quia peccatrix ani-
ma a Deo deſerta, his quaſi ad uin-
dictam ſubſequentibus punitur. In
Accidia. his igitur quatuor uitijs prima eſt accidia, id eſt,
tædium animi, quod de faſtidio interni boni na-
ſcitur: in qua animus amiſſo bono ſuo ſolitarius,
& deſertus manens: ſibijpſi in amaritudinem, &
Auaritia dolorem commutatur. Deinde ſequitur auaritia,
ideſt immoderata habendi cupiditas: quę animū
interno bono carentem, & ſibi non ſufficientem,
ad exteriora appetēda compellit. Accidia igitur,
animæ dolorem facit: auaritia laborem, quia illa
per triſtitiam afficit: iſta per uaria deſideria ſcin-
dens in laborioſos conatus extendit. Poſt auaritiā
Gula. ſequitur gula. Mens etenim per appetitum exte-
riorum fuſa, primum a gula excipitur, quæ neceſ-
ſitatem prætendens, familiarius blanditur. Quæ
quia poſt neceſſitatem, ſuperfluitatem inducit: ui
tium eſt, quoniam appetitum & deformat, extra
menſuram trahens, & affligit, per immoderatum
K deſiderium tendens, & polluit, turpi delectatione
Luxuria inficiens. Nouiſſime ſuccedit luxuria. Caro ſiqui-
dem inflammata per crapulam, continuo ad libi-
dinē efferuet, in qua ſimiliter turpitudo eſt: quan
tum menſura tranſgreditur, & maior turpitudo:
quātū eius actio nulla neceſſitate excuſatur, ꝙ ap
petitus edēdi aliquādo natura eſt: motus luxuriæ
ſemper culpa. Sine cibo natura ſubſiſtere non po-
teſt, ſed ſine concubitu poteſt. Propterea appeti-
tum edendi ex natura ortum, ne malus ſit, ratio
ſubſequens moderatur. Appetitus autem concū-
bendi etiam ſi ab actione refrenetur: in eo ipſo ta
men uitium eſt, ꝙ ex ratione præcedente non ori
tur. Propterea quidem illi oriri, natura eſt: modū
tranſire, uitium; huius autem & ortus uitium eſt,
ubi actio eius rationabilis non eſt: quod uitium
in nobis ex fomite peccati ſine ratione oritur: per
rationem reſtenatur, per gratiam excuſatur, ſicut
Roma. 8 ſcriptum eſt. Iam nihil damnationis eſt ijs, qui ſūt
L in Chriſto Ieſu. Eſt tamen omnino peccatū, quod
contra iuſtitiam mouetur: ſed nō damnabile, qđ
per gratiam excuſatur. Propter hoc Dei filius natu
ram noſtram cum pœna ſine culpa aſſompſit: fa-
men aliquando ſuſtinuiſſe legitur; ſed nullam om
nino in eadem natura ex peccati fomite unquam
titillationem ſenſiſſe ueriſſime affirmatur. Cuius
enim actio non rationabilis eſſe potuiſſet: eius de-
ſiderium ſine uitio omnino non fuiſſet, quod in
eo prorſus non eſſe debuit: qui peccatum non ſu-
ſcipere, ſed tollere uenit. Itaque appetitus edendi
in eo quidem quod appetitus eſt; natura eſt; in eo
uero quod inordinatum eſt, uitium eſſe. Appeti-
tus uero concumbendi in eo ipſo quod eſt, etiam
iuſte arguitur: niſi ratione præeunte, & gra-
tia ſubſequente excuſetur. Ratio autem nul-
la præcedere oſtenditur; niſi rationabilis actio
ſubſequatur, quia quod præter neceſſitatem na-
turæ eſt: quoniam non debet fieri, non debet
etiam concupiſci.

### *Quòd ſuperbia per luxuriam retunditur: & quòd dictis ſeptem peccatis totidem opponuntur petitiones in oratione Dominica. Cap. VI.*

IN his ergo uitijs ſicut prima ſuper- M
bia animam a ſummis detrahit: ita
nouiſſima luxuria in infimis defi-
git: ſicut ſcriptum eſt. Infixus ſum in Pſal. 68
limo profundi: & non eſt ſubſtan-
tia. Recte ergo contra gloriam ſuperbiæ opponi-
tur immunditia luxuriæ: & ubi præcedit ſpiritus
elatio, ſequitur carnis turpitudo: ut qui in ſe per-
uerſe conſiderat unde glorietur: in ſe etiam iuſte
inueniat unde confundatur. Hęc ſunt ſeptem ui-
tia, quæ uniuerſam animæ integritatem corrum-
punt: contra quæ ſananda, opponuntur ſeptem
dona Spiritus ſancti quaſi ſeptem antidota ſpecia-
lia: quæ tamen ſeptiformi petitione præmiſſa im
petrantur. Primum enim homini condito quæ-
dam bona dederat Deus gratis non rogatus: ſed
quia homo ingratus hæc abiecit: dignum eſt, ut
ſecunda bona nō accipiat, donec humiliatus hæc
deſiderando, & ſupplicando requirat. Idcirco prę
cedit petitio: ut ſequatur largitio eius, quod nolū N
tas requirit. Hę autem ſeptem petitiones in ora-
tione Dominica continentur, ſingulæ ſingulis ui-
tiis opponendæ. Contra ſuperbiam opponitur
prima petitio: ſanctificetur nomen tuum. contra
inuidiam opponitur ſecunda petitio: adueniat re
gnum tuum. contra iram opponitur tertia peti-
tio: fiat uoluntas tua, ſicut in cęlo, & in terra. con-
tra accidiam opponitur quarta petitio: panem no
ſtrum quotidianum da nobis hodie. contra aua-
ritiam opponitur quinta petitio: dimitte nobis
debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitorib⁹
noſtris. contra gulam opponitur ſexta petitio, &
ne nos inducas in tentationem. contra luxuriam
opponitur ſeptima petitio: libera nos a malo.

### ¶ *De captiuatione beneuolentiæ in principio orationis Dominicæ. Cap. VII.*

O SEd notandum eſt, ꝙ in hac Domini-
ca oratione an̄ ipſas petitiones, qua
ſi captatio beneuolentiæ quædam
præmittitur, cum dicitur. Pater no-
ſter; qui es in cælis. Captat nanque
oraturus pietatem a prælatis; in patre. Si enim pa
ter eſt; amat filios, & pietate mouetur, ut exaudiat
clamantes ad ſe, & pręſtet quod petitur. Igitur qui
dicit, pater; fiduciam ſignificat exauditionis. Qui
uero dicit, noſter; humilitatem oſtendit, non ſin-
gulariter præſumens de bono, quod in communi
datum eſt. Qui autem dicit, qui es in cælis: audit
quid debeat poſtulare, ne forte non petenda re-
quirens; aures pietatis offendat. Cur enim terre-
na petat; qui ſe patrem in cælis habere teſtatur? Il-
liç

hic nanque quærenda ſunt; ubi habitat pater; dic
ergo, pater: ut in petendo confidas. Dic, noſter:
ne communi bono ſingulariter te extollas. Dic,
qui es in cælis; ut quid tibi petendum ſit, intelli-
gas. Habes Deum patrem, habes hominem fratrẽ:
ut ad illum tendens, non diuidaris ab iſto: trahat
te ad illum dilectio, non diuidat te ab iſto ela-
P tio. Idcirco clamas, pater noſter: ut intelligas, ꝙ
fratres habes, neque ſolus es in hoc bono, quod
Ioan.5 per gratiam datum eſt omnibus. Vnus homo di-
xit, pater meus: qui utique hoc non dixiſſet, ſi pl⁹
quàm homo non fuiſſet. Vbi enim homo fuit, di-
cere habuit, pater noſter; ubi Deus fuit, dicere ha-
buit, pater meus. Vbi.n. Deus fuit; ſolus fuit, un⁹,
unigenitus: ideo dixit, pater meus. Vbi autem ho-
mo fuit: fratres habuit, neque ſolus fuit. Propte-
Matt.28 rea hic dixit, pater noſter, & alibi. Ite nunciate fra
Pſal.21. tribus meis. Et iterum. Narrabo nomen tuum fra
tribus meis. Propterea pater noſter, qui es in cęlis.
Pater in cælis pius, & altus, diligens, & potens: ſi
pater es, prodeſſe uis: ſi in cęlis, potes. Ergo uis, &
potes: propterea petentes nihil hæſitamus uis, &
Q potes. Pater noſter, qui es in cælis, indulge quod
poſtulamus: quia rectum eſt, quod petimus. Pri-
mum quod ad honorem tuum. poſtea quod ad ſa
lutem noſtram. Quod ad honorem tuum: ſancti
ficetur nomen tuum: adueniat regnum tuum:
fiat uoluntas tua, ſicut in cælo, & in terra. Quod
ad ſalutem noſtram: Panem noſtrum quotidia-
num da nobis hodie. Et dimitte nobis debita no
ſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.
R Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos
Ioan.16 a malo. Propterea exaudi, quia tu dixiſti. Si quid
petieritis in nomine meo, dabitur uobis; Nos.n,
petimus in nomine tuo: petimus quod ad hono-
rem ſit tuum, petimus quod ad ſalutem noſtrã.
Primum pro te, poſtea pro nobis. Tu enim Domi
nus es, & idcirco iure cauſa tua primum ubique
locum habere debet. Propterea debitum reueren
tiæ ſoluimus ſupplicantes, ut ſalus noſtra apud
clementiam tuam efficacior exiſtat: quæ ſe hono
ri tuo etiam pro ſe agens, poſtponere non cuncta-
tur. Nihil noſtra petitio affert, quod auribus tuę
maieſtatis debeat diſplicere: noſtræ commodita-
ti honorem Dei præponimus, ſalutem proximi
ſociamus. Ne ergo repellas orationem noſtrã: quã
tibi & Dei, & proximi charitas commendatur. In
qua non ſingulare ſed commune bonum poſtu-
lantes: proximum diligimus ſicut nos, & tuam
gloriam præferentes: te Deum noſtrũ ſupra nos.
Hæc pro commendatione captationis beneuolẽ-
tiæ dicta ſunt.

### *De prima petitione orationis dominicæ contra ſuperbiam. Cap. VIII.*

S Anctificetur nomen tuum. Hæc
eſt prima petitio, qua petimus, ut
nomen Dei ſanctificetur: primum
in nobis, poſtea per nos. Quod eſt
nomen Dei? forte cogitas, uel co-
gitandam putas uocem aliquam, cum audis no-
men Dei: ſi ergo uox ſanctificanda eſt: qualis uox
cogitanda eſt, quæ digna ſit, ut ſibi ſingulariter
uſurpet ſanctificationem? cum multa ſint nomi-
na, quibus nominatur Deus a nobis: ſicut mul-
tis modis innoteſcere dignatus eſt nobis. An for
te omnia hæc nomina unum nomen continent:
quod Deus nominatur in nobis? Hoc eſt unam T
notitiam, unam cognitionem, unam fidem: quã
reuelatus eſt nobis, & cognoſcitur a nobis? Hoc
eſt nomen, quo nominatur, & innoteſcit Deus:
fama eius, notitia eius, fides eius. Sic enim dici-
mus; magni nominis eſt homo ille, & ille homo
magnum nomen habet in populo: magni nomi-
nis, magnæ famæ. Notus in Iudæa Deus: in Iſ- Pſal.75
rael magnum nomen eius. Ergo in ipſa notitia
ipſum eſt nomen: ibi enim nominatus, ubi no-
tus. Quid enim petis cum dicis Deo: ſanctifi-
cetur nomen tuum? Iam enim nominatus eſt ti-
bi Deus, nomen eius ad te uſque peruenit. te-
cum enim eſt nomen eius: modo cum intraſti
eccleſiam: audiuiſti ſcripturam clamantem. In Gen.1.
principio creauit Deus cælum, & terram. No-
minatus eſt tibi Deus, & cognouiſti, quòd crea-
tor omnium ipſe eſt. Audi iterum. Quàm bo- Pſal.72.
nus Iſrael Deus ijs; qui recto ſunt corde. Quo-
modo, bonus? Beatus, cuius Deus Iacob adiu- Pſ.145.
tor eius, ſpes eius in Domino Deo ipſius, qui fe
cit cælum, & terram, mare, & omnia, quæ in
eis ſunt. Ergo Deus, qui creauit cælum, & ter-
ram: ipſe eſt Deus Iſrael, & Deus Iacob: nam Iſ-
rael ipſe eſt & Iacob. Si ergo Deus Iacob fecit cæ-
lum, & terram, mare, & omnia, quæ in eis ſunt: er
go qui in principio fecit cælum, & terram, Deus
eſt Iſrael, & Deus Iacob: ibi creator; hic adiutor:
ibi magn⁹, hic bonus. Quàm bonus? Beatus, cuius
Deus Iacob adiutor eius. Bonus ad tantum bonũ:
bonus ad beatitudinem: ergo ſumme bonus, quia
ad ſummum bonum bonus. Sed forte ſoli Iſrael V
bonus, & ſolus Iacob beatus, cuius Deus adiutor
eius. Audi iterum. Beati omnes, qui timent Domi Pſ.127.
minum, qui ambulant in uijs eius. Ergo idem
Deus, qui in principio cælum, & terram fecit, &
idem ipſe, qui poſtea legem dedit: unus, & idem
ipſe eſt, qui in nouiſſimo adueniens, gratiam con-
tulit. Primum creauit, poſtea reparauit, in fine
beatificauit. Non alius & alius, quamuis aliud &
aliud. In omnibus his nominatus eſt tibi Deus, &
perſonuit nomen eius in auribus tuis, & celebris
facta eſt apud te fama illius. Non te deinceps de
ignorantia excuſare potes: audiſti nomen eius.
ſed hoc caue: ne nomen Dei tui accipias in ua-
num. ¶ Quid eſt nomen Dei in uanum accipere? X
Audire, & contẽnere: agnoſcere, & non revereri;
ſcire, & non amare. Ergo ora, ut ſanctificetur no-
men eius apud te: nam in ſe ſanctum eſt ſemper.
Quicquid de illo dici poteſt, totum ſanctum eſt:
ſed tibi non eſt, ſi non diligis: ſi non reueteris.
Nam in tua exiſtimatione ſanctus non eſt: ſi tu il-
lum ſanctum eſſe non putas. Si ergo audis &
deſpicis: non ſanctificatur nomen eius apud
te. Tollis illi ſanctitatem tuam: tollis in te, qui
non potes in ipſo. Quantum potes, facis: & ſi

plus poſſes, plus faceres. Indicabit ergo Deus affectum malignitatis tuæ: ſupetbus enim es, & reſiſtis quantum potes, & obſirmas animam tuam, ut non timeas, aut uerearis illum; cuius etſi non ſuſcipis bonitatem, non tamen effugis poteſtatem. Ergo ora illum, ut ad ſui reuerentiam cor tuum inclinet, & ſicut illuminauit ad cognitionem, ſic excitet ad dilectionem: ut humilieris ſub potenti manu illius: quatenus & uerearis magnum, & diligas bonum. Sic humilitate ſuperueniente ſuperbia cadet: ita ut iam læ-
Pſal. 29. tus, & manſuetus Deo canere incipias. Domi-
Y ne clamaui ad te, & ſanaſti me. Poſtquam autem Deus in te ſantificauerit, & te ſantificare fecerit nomen ſanctum ſuum; non hic ſiſtas, non tibi ſufficiat ſalus tua. Extende affectum charitatis, & pro aliis clama ad illum, ſanctificetur nomen tuum. Ab omnibus ſanctificetur, & ab omnibus glorificetur: ut ſecundum nomen tuum, ſit & laus tua uſque in fines terræ. ſic ergo ſancti
Pſal. 47. ficetur nomen tuum. Non nobis (inquit) Do-
Pſal. 113 mine non nobis: ſed nomini tuo da gloriam. Hoc eſt, ſanctificetur nomen tuum. Sanctificatur enim cum glorificatur. Sanctificetur nomen tuum.

### *De ſecunda petitione contra Inuidiam, Cap. IX.*

Z ADdueniat regnum tuum. Hæc eſt ſecunda petitio, que contra uitium inuidiæ opponitur: in qua deſiderium fraternæ ſalutis commendatur. Quid enim eſt regnum Dei, niſi ſalus hominum? Non enim regnum hic illud ſignificatur, quo cunctis Deus poteſtate præſidet, & nutu potentiæ ſuæ uniuerſa ad arbitrium ſuæ uoluntatis intorquet. Hoc enim regnum nec per profectum aduenit; nec per defectum recedit; quia diuina poteſtas nec augeri poteſt; quia plena eſt: nec minui, quia æterna eſt. Illud uero regnum, quo pijs mentibus per amorem ſubiectis præſidet: tantum aduenit, quantum ſalus hominum creſcit. In quibus uidelicet mentibus dum id, quod contra iuſtitiam male nitebatur, ad nutum diuinæ uoluntatis per gratiam aſpirantem componitur: tunc nimirum in eis Deo aduenienti regnum præparatur, ut in ipſis habitet. Nunc omnem motum illarum ad iuſtitiam dirigens, poſtea uero finito mutabilitatis huius curſu, omne deſiderium earum ſopita omni contradictione ad pacem æternæ tranquillitatis componens. Regnum ergo Dei eſt, quo interius per gratiam præſidens, fluctuantes mentes hominum regit, & ad leges æternæ iuſtitiæ ſequendas non ui, ſed amore inflectit, ut ſub ipſo per deuotionem, & poſt ipſum per imitationem, dirigantur ad ipſum per glorificationem. Sicut ergo in prima petitione gloriam Dei poſtulamus: ſic in ſecunda ſalutem proximi flagitamus. Illud contra ſuperbiam: hoc contra inuidiam. Ibi nos per humilitatem ſuperiori ſubiecimus: hic per charitatem proximo ſociamus. Sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum.

### *De tertia petitione contra Iram. Cap. X.*

A

Fiat uoluntas tua, ſicut in cælo, & in terra. Hæc eſt tertia petitio: quæ contra uitium iræ opponitur. Qui enim uoluntati diuinæ annuit: non uult contendere, ſed humiliter ſubijcit ſe diſpoſitioni iuſtæ: ut in eo etiam, quod contra uoluntatem ſuam agitur: aduerſus iudicem ſuum nullo impatientiæ, ſiue murmurationis uitio moueatur. Quia enim agnoſcit ſe perpetraſſe mala prohibita: patienter ſuſtinet mala illata. In quibus tolerandis et ſi caro per impatientiam murmuris, perturbationem ſuſcipit: ratio tamen per conſiderationem iuſtitiæ tranquilla permanens, ad obedientiam ſe componit. Voluntas quippe ſpiritus diuinæ uoluntati per iuſtitiam conformata, hoc, quod in ſua carne contra ueritatem moueri ſentit, improbat, & ut ipſum quoque ad conſenſum ueritatis tranquilletur, exoptat dicens. Fiat uoluntas tua, ſicut in cælo, & in terra. Hoc quippe cælum, id eſt, ratio per amorem iuſtitiæ cæleſtibus conformata: in nullo contra Dei uoluntatem nititur, & quod in contrarium moueri ſentit: per uigorem eiuſdem iu-
ſtitiæ ne effluat, moderatur: ſicut ſcriptum eſt. Luc. 22.
Non mea uoluntas, ſed tua fiat. Sicut enim hu- B
manitas in homine Deo ſecundum proprietatem naturæ mortalis, quam portabat, aliud inferius per carnis affectum naturaliter pœnam fugientis noluit, aliud ſuperius per iudicium rationis iuſtitiam amantis, approbauit: ſic nos, quod in nobis ex uitio contra iuſtitiam Dei moueri cernimus, iudicio rationis cohibere debemus, dicentes: Domine non noſtra uoluntas fiat, ſed tua. Noſtra enim uoluntas, eſt uoluntas carnis noſtræ: quæ ſiue ex infirmitate naturę moueatur, noſtra eſt, quia in nobis: ſiue ex uitio culpæ, noſtra eſt, quia ex nobis: illa noſtra eſt, quia portamus: hæc noſtra, quia fecimus. Fecimus enim culpam: portamus naturam. Ideo quod mouetur ex natura, etſi aliquando cohibetur, nunquam imputatur. In eo autem quod mouetur ex culpa, & reprehenſibile eſt quo oritur, & cohibendum eſt ne operetur. Idcirco autem quod ſecundum infirmitatem naturæ appetimus: etſi culpa non ſit, aliquando tamen cohibere debemus: quia cum aliud iuſtitia Dei exigit ad puniendam culpam, aliud infirmitas ad fouendam naturam: patienter ſuſtinere debemus læſionē naturæ propter impletionem iuſtitiæ. Quod autem ex uitio appetimus, & plangendum eſt, quia oritur;
& cohibendum, ne perficiatur; ut fiat quod ſcri- Rom. 6
ptum eſt; non regnet peccatum in ueſtro mortali corpore. Propterea ut in terra quoque carnis noſtræ, regnum peccati deſtruatur, & regnum Dei adueniat; orandum ut ſicut in cælo, ſic & in terra uoluntas eius fiat, quia tunc etiam in terra regnum

gnum eius aduenit: ſi motus, qui ex iuſtitia non eſt, ſubiectus rationi non dominatur, ſed ſeruit. Dum aũt homo cælum animæ ſuæ & terrã carnis ſuæ regno Dei ſubiecerit; tunc affectu charitatis in anteriora ſe extendens, orare debet, ut quod in ſe gratia operante agitur; eadem gratia largiẽte exterius compleatur.
C Fiat uoluntas tua, ſicut in cælo, & in terra. Sicut Angeli in cœlo obediunt; ſic obediunt homines in terra. Et ſi qui in terra homines per gratiam cælum facti ſunt, & ad cælum mente ſubleuati ſunt: ut in eis uoluntas tua fiat, imitentur illos, qui adhuc animo terræ inhærent, & terra ſunt, & præcedunt corde, quo ſecuturi ſunt corpore. Sic ergo fiat uoluntas tua, ſicut in cælo, & in terra. Ecce Domine concedimus, ut fiat uoluntas tua, ſicut in cælo, & in terra. Non reſiſtimus, non renitimur, non reluctamur; nos quidem hactenus aliud facere uoluimus, aliud perficere cogitauimus: conſideramus modo, quia omnipotens uoluntas tua eſt: & idcirco ſi nitimur contra illam: aut poteſtate tua corrigemur, ne quod male uolumus, perficiamus; aut patientia tua ſinemur, ut pereamus.
D Idcirco Domine non contendimus tecum: fiat uoluntas tua. Scimus Domine; quia ſiue uolumus, ſiue nolumus, uoluntas tua fiet. Ideo fiat uoluntas tua. Concedimus quod prohibere omnino non poſſumus, ne forte ſi aliud uelimus, non detur effectus, & damnetur affectus. Ideo adiungimus uoluntatem, ut remuneres pietatem; quia laudamus, & amamus tuam poteſtatem, ut facias oramus: quod te poſſe non dubitamus, ut tua bona uoluntate prauas noſtras uoluntates comprimas; & quod male uolumus nos, tu autem bene non uis, fieri non permitas. Quod & ſi fieret, uoluntas tua minus potens non eſſet: noſtra plus miſera eſſet. Ideo Domine fiat uoluntas tua, ſicut in cælo, & in terra. Intantum enim iam de bonitate tua confidimus; ut de nobis plus tibi quàm nobis credamus: propterea fiat uoluntas tua. Nos enim & malum noſtrum uelle poſſumus: tu non potes, quem nec ignorantia decipit; nec malitia corrũpit. Idcirco Domine fiat uoluntas tua, ſicut in cælo, & in terra.

### *De Quarta petitione contra Accidiam. Cap. XI.*

E

PAnem noſtrum quotidianum da nobis hodie. Hæc eſt quarta petitio, quæ contra accidiæ uitium opponitur. hic enim petitur panis uitæ ab eſurientibus iuſtitiam. Panis refectio eſt; da panem, da refectionem. Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie: panem noſtrum, panem tuum; tuum, quia das: noſtrum, quia accipimus: tuum; quia a te: noſtrũ; quia nobis: a te oritur; ideo tuum: nobis conceditur, ideo noſtrum.
Pſal. 103 Tu es enim terra illa uiuentium, de qua oritur panis uitæ: qui confirmat cor hominis. Idcirco o terra da panem, da refectionem, paſce habitatores. Si habitamus in te: paſcamur ex te. Iam cœpimus manere, iam cœpimus quieſcere: quia iam cœpimus acquieſcere. Ecce non reſilimus per contradictionem aliquam: cantauimus, fiat uoluntas tua. Ecce igitur manemus: ut ſit hæc requies noſtra in ſeculum ſeculi. Pſal. 131 Manere autem non poſſumus, niſi comedamus.
F Da ergo nobis panem. Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. Ecce non ſoliciti ſumus de craſtino: hodiernam tantum ſtypem petimus. Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. Nolumus ut apud nos manna tuum putreſcat. Colligimus quantum ſufficit: & nos amplius non colligimus niſi quanto uti poſſumus. Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie: ſecundum præſentem illuminationẽ, præbe refectionem. Quantum illuminaſti, tantum refice: quantum dediſti ſcire, tantum da diligere. Nolumus, ut apud nos dilectio tua ſine ſcientia excedat: quia quod ſecundum ſcientiam non agitur, reprehenſibile eſt, etiam ſi ex zelo iuſtitiæ oriri uideatur: propterea arguuntur, qui Rom. 10 zelum habuerunt non ſecundum ſcientiam: qui ultra illuminationem protrahere uoluerunt refectionem. Nocte comederunt cibum: qui non niſi in die ſumendus fuerat. Ideo errauerunt, & ebrij facti ſunt: ut non intelligerent quid facerent. Propter hoc panem noſtrum quotidianũ da nobis hodie: da panem, da refectionem: uerbum tuum refectio animæ eſt. Non enim in ſolo pane uiuit homo: ſed in omni uerbo, quod Matt. 4. procedit de ore Dei. Ergo paſcit uerbum, ſicut paſcit panis: quoniam ipſum uerbum eſt panis. Da ergo uerbum tuum, ut reficias animas noſtras. Quid eſt uerbum tuum? ueritas. Mitte ueritatem tuam in cor noſtrum, ut reficias nos. Mitte ueritatem: & cum ueritate charitatem. Veniat Filius: ueniat cum Filio Spiritusſanctus: ambo ueniant, ut refectio ſit plena: illuminet ueritas, reficiat charitas. Nam ipſa dilectio ipſa eſt refectio. Panem noſtrum quotidianum da G nobis hodie. Videte quid dicat: panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. In die præſenti refectionem quærit. Dies enim hodiernus præſens eſt: ſicut heſternus præteritus, craſtinus futurus. Quære diem intus: ſi intus refectionem agnoſcis, intus habes panem, intus diem. Nam de exteriori pane, & de exteriori die (quãuis & illi a Deo ſint, & a Deo petendi ſint) nunc ſiletur, propter intentionem melioris. Quære ergo intus diem, quære intus panem. Nam ſi ille, qui reficitur intus eſt, intus eſt quo reficitur, intus eſt quando reficitur. Clamat hic eſuriens, & quærit refectionẽ ſui, ne deficiat. Clamat anima, ipſa eſt eſuriens, & utinam eſuriat, & hoc eſuriat, quod cum plene percepit, amplius non eſuriat. Ergo anima eſurit. H Quid eſt eſurire? deſiderare. Eſurit anima, deſiderat aĩa. Quid deſiderat? panẽ. Quẽ panẽ? ueritatẽ. Iſte ẽ panis eius: hũc panẽ alia creatura ſumere nõ põt, niſi ſola rationalis: propterea ait, panem noſtrum. Ad hũc facti ſumus, ad hũc creati ſumus. Propterea inquit, da, quia creaſti nos, ut ſine pa-

ne iſto non uiuamus. Panem noſtrum quotidia-
num da nobis hodie. Quid eſt hodie? In die
præſenti. Intendite, anima rationalis ita creata
fuerat, ut a ueritate illuminaretur, & lumen ip-
ſius ueritatis in ea nunq̃ obſcuraretur; ſi ergo ſte-
tiſſet in lumine ueritatis, unus illi dies eſſet, & il-
le dies æternus eſſet, non habens heſternum, uel
craſtinum. Nunc autem quia a ueritate deficit:
recedit ab ea lumen ueritatis, & non ſtat cum
ea ſemper. Propterea dies eius tranſeunt, &
ſuccedunt poſt lumen tenebræ, quando per cul-
pam ueritas relinquitur: & poſt tenebras rur-
ſum redit lux: quando anima in peccato iacens
per gratiam uiſitatur. Quando ergo adeſt gra-
tia, dies eſt, quia illuminatur quando uiſitatur:
I hic eſt hodiernus quando refectio quæritur:
quia præuenta per gratiam anima ad deſide-
rium excitatur. Et nota, quòd panis hic quo-
tidianus dicitur: quia ſecundum numerum ſpi-
ritualium illuminationum refectio internæ dul-
cedinis multiplicatur. Conſiderandum uero;
quomodo hęc petitio pro uitio accidiæ ſanan-
do ſupplicare dicitur, in qua non faſtidiens, ſed
eſuriens, & deſiderans orare memoratur. Sed
ſciendum eſt, quòd niſi mens orantis prius per
gratiam ad deſiderium boni excitata eſſet: nun-
quam ad perſequendum malum ſuum conuale-
ſceret. Et idcirco eo deſiderio, quo per gra-
tiam contra malum ſuum accenditur: eodem
poſtmodum pro malo deſiderio ſanando orat;
quia niſi aliquatenus quod perdidit ſentiret,
quod patitur non doleret. Itaque nec contra ſu-
perbiam orare poteſt: niſi qui uel in deſiderio
humilitatem habet. Nec contra inuidiam, niſi
qui ſaltem in affectu benignitatem poſſidet. Sic
manſuetudine contra iram, ſic deſiderio contra
accidiam ſupplicamus: contra auaritiam oran-
tes, indulgendi deſiderio accēdimur: contra gu-
lam ſupplicantes, continentiæ appetitu inflam-
mamur. Poſtremo niſi amor caſtitatis in deſi-
derio eſſet: nemo contra turpes luxuriæ delecta-
tiones orationem funderet: prius ergo excita-
mur, ut uelimus: poſtea oramus, ut amplius
Pſal. 18. poſſimus, ſicut ſcriptum eſt. Concupiuit ani-
ma mea deſiderare iuſtificationes tuas in omni
K tempore. Sic ergo panem noſtrum quotidia-
num da nobis hodie: da, nam de præterito gra-
tias agimus: de præſenti ſupplicamus. Quomo-
do futura eueniant, non noſtrum eſt quærere,
ſed tuum eſt prouidere. Itaque non rogamus
pro craſtino; qui utrum nobis concedendus ſit,
ignoramus: ſperamus tamen, quoniam nec in
illo nobis largitio tua deerit: ſi uoluntas tua fue-
Heb. 13. rit, ut ad illum perueniamus. Scriptum quip-
pe eſt. Ieſus Chriſtus heri & hodie; ipſe & in ſe-
cula. Igitur panem noſtrum quotidianum da no
bis hodie: qui creaſti, paſce; qui dediſti initium,
præſta nutrimentum. Nam ſi tu deſeris, ad quem
reſpiciemus? Itaque panem noſtrum quotidia-
num da nobis hodie.

*De Quinta petitione contra auaritiam.*
*Cap. XII.*

Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & L
nos dimittimus debitorib⁹ noſtris.
Hæc eſt quinta petitio; quę contra
uitium auaritiæ opponitur. Con-
ceperat enim ſpiritu deſideriũ in-
dulgendi qui tam fideliter conditionem propo-
nit, dimitte ſicut dimittimus. Nos enim parati ſu-
mus dimittere; ideo ſecure conditionem ſuſcipi-
mus. Tu gratia tua iam corda noſtra tetigiſti: ut in-
dulgentiam diligamus. Idcirco ſentimus bonam
miſericordiam, & cupimus adiuuari; ut implere
poſſimus, quod probamus. Animus nanque deſi-
derio uirtutis pronus eſt ad parcendum, & pro-
pterea deſiderat, & affectat cupiens indulgere, ut
indulgeatur & ſibi. Propterea & pronum ſe of-
fert ad conditionem; non præſumptione uirtu-
tis, ſed deſiderio bonitatis. Hic enim deſiderium
orationem mouet: in quo uirtus indulgentiæ cõ-
cepta eſt, & ipſo conatu pietatis flagitat, ut adu-
uetur ad perfectionẽ: propterea clamat, ſicut di-
mittimus. Nos (inquit) Domine tua gratia lar- M
giente, quod noſtrum eſt offerimus: tu, quod
tuum eſt, adiunge: ſcimus enim, quòd nullum
bonum ſine tua cooperatione perficitur: nõ quod
iam accepimus, libenter offerimus deſiderium:
ut tu quem nondum accepimus, ſed deſidera-
mus, & deſiderando oramus, uirtutis præſtes af-
fectum. Idcirco cum dicimus tibi, nos dimitti-
mus: non iactamus uirtutis plenitudinem, ſed
gratulamur propter deſiderij boni inchoationẽ.
Propterea ecce dimittimus, parati ſumus dimit-
tere, parati ſumus indulgere. Dimittimus, ut nõ
repetamus: dimittimus, ut non ſuccenſeamus.
Tibi enim Domine cor loquitur: tibi animus cõ-
fitetur. Ideo ex corde dimittimus, quia tu gra-
tum non haberes quicquid extrinſecus fieret: ſi
quod lingua dicit, id etiam conſcientia non ap-
probaret. Ideo dimittimus debitoribus noſtris:
dimittimus, ut non requiramus ad uindictam:
dimittimus, ut non retineamus ad malitiam.
Propterea tu dimitte, ſicut dimittimus nos: di-
mitte, ut non retineas ad odium; dimitte, ut nõ
exigas ad tormentum. Parum eſt enim nobis non N
puniri: niſi mereamur & diligi. Idcirco nos e-
tiam inimicos diligimus, qui omnes inimici tui
fuimus, quam diu diliximus iniquitatem, & tuã
non cuſtodiuimus uoluntatem. Propterea Do-
mine, quia timemus iuſtam iram tuam, confugi-
mus ad benignam cõditionem tuam. Tu enim di- Mat. 11.
xiſti: dimittite, & dimittetur uobis. Ideo Domine
tenemus te conditione tua; qua te nobis congra-
tuito obligare uoluiſti, quia uitam noſtram ma-
gis, q̃ mortẽ dilexiſti. Idcirco ſpõte promiſiſti (ad
quod nullo debito exigebaris) dimiſſorũ te debi-
ta noſtra: ſi nos ad repetendos debitores noſtros
auari non eſſemus. Propterea Domine nos uiſce-
ra miſericordiæ tuæ affluentia conſiderantes; nõ
audemus tantam negligere pietatem. Vrges enim
ex omni parte malitiam noſtram, hinc gratui-
ra

ta bonitate, qua indulgentibus ſpondes ueniam, hinc debita indignatione, qua non indulgentibus intonas iram. Propterea Domine ecce uincit nos pietas tua: qua dignaris tam benigne tuo iuri cedere propter nos. Quid enim eſt ſi malus malum offendit? Vbi uero pietas ipſa læditur, bonitas exacerbatur: hæc maior eſt iniquitas. Propterea peccatum hominis aduerſus hominem, non omnino peccatū eſt: quia quod malus unus iniuſte agit, alter malus iuſte patitur. Qñ autem peccamus in te Domine: cumulatur iniquitas noſtra: quia quod nos facimus ex malitia, tu pateris ſine culpa. Idcirco debita noſtra aduerſum te omnino modum excedunt: nec comparari poteſt id, in quo homo ab homine offenditur, culpæ noſtræ: in qua noſtra ſuperbia contra tuam pietatem damnabili præſumptione graſſatur. Tamen Domine tu gratuita benignitate maiora dimittis: ut nos prouoces ad dimittendum minora, nec tamen ſic immerito. Tu enim magnus es, nos parui; & idcirco magna operaris: ut excellentem bonitatem quo poſſumus, emulemur. Propterea dimittimus debitoribus noſtris. Non ſumus cupidi ad repetendum, nec auari ad retinendum. Dimittimus debitoribus
P noſtris: dimittimus non ſolum tibi uindictam, ſed illis malitiam. Tibi dimittimus uindictam, ut tamen eos puniamus: illis dimittimus malitiā, ut non odiamus. Propterea igitur dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Prius panem noſtrum quotidianum da nobis hodie: poſtea dimitte nobis debita noſtra. Prius da panem: poſtea dimitte debita. Prius refectionem: poſtea remiſſionem. Si enim expectas de refectione donec rogari non oporteat de remiſſione, & differatur cibus quouſque deſinat morbus, non conualeſcunt ægroti tui. Idcirco Domine quamuis bonum non ſit panem
Matt. 15. filiorum canibus mittere, tamen quia homines, & iumenta ſaluas, quemadmodum multiplicaſti miſericordiam tuam Deus: reſpice miſeros, &
Pſal. 35. refice languidos, ut nutrimento tuo prius conualeſcamus ad ueniam, poſtea ſanati, & iuſtificati tua refectione proficiamus ad gloriam. Idcirco
Q iterum nunc panem noſtrum quotidianum da nobis hodie, & poſtea dimitte nobis debita noſtra, ut gratia aſpirante accendamur ad dilectionem, & per dilectionem renouemur ad remiſſionem, ſicut ſcriptum eſt. Dimiſſa ſunt ei peccata
Luc. 7 multa: quoniam dilexit multum. Idcirco prius da panem, da refectionem: infunde dilectionem, & indulge remiſſionem. Da panem quotidianum ut ægrotis, quem ſempiternum præbiturus es ſanis: modo da, ut ſæpe repetatur, poſtea daturus, ut nunquam intermittatur: modo da paulatim ad ſuſtentationem, poſtea daturus iugiter ad repletionem: modo da ad medicinam, poſtea ad gloriam. Sic ergo prius panem noſtrum quotidianum da nobis hodie: & poſt dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.

*De Sexta petitione contra gulam.*
*Cap. XIII.*

ET ne nos inducas in tentationem. R
Hæc eſt ſexta petitio: quæ contra uitium gulæ opponitur. Orat enim, ut non inducatur in tentationem, neque ſeducatur ab illecebra blandiente: quæ ſub uelamento neceſſitatis familiarius accedens, e uicino pulſat mentis conſtantiam, & blande prouocat: irritans in exceſſum ſuperfluitatis. Nam & idcirco ſpecialiter hæc peſtis tentatio appellatur: quia cętera uitia longe a natura ſunt humana, & ob hoc quanto minus rationis præferunt: tanto minus tentationis adducunt. Tentare etenim eſt callide experiri, & quaſi blandis quibuſdam conatibus pręmiſſis, ante uiolentam impulſionem probare: quid exiſtimari poſſit de illo, quod dubium eſt. Vbi ergo indiſſimulata uiolentia eſt: non tam tentatio, quam oppreſſio eſt, ſi præualet: inuaſio nominatur. Ap-
petitus itaque edendi, quia per inſitam neceſſitatem dominatur, tanto efficacius quicquid adducit, ingerit: quanto minus repelli poteſt, etiam tunc cum propter id, quod illi reprehenſibile ineſt, probari non poteſt. Nam & quando ſuperflua ſuadet, quamuis per rationem ab exceſſu cohibeatur: non tamen ab eo, quod debitum eſt neceſſitati, compeſcitur. Itaque & tunc illi ad ſuſtētationem naturæ ex neceſſitate ſeruimus: quando illum per immoderatum deſiderij feruorem, metas neceſſitatis tranſire uelle cognouimus. Propterea quia per debitum neceſſitati obſequium ſuſcipitur: e uicino pulſans cum eo, quod dulce eſt infirmitati, blande ſuggerit etiam id, quod conceſſum non eſt neceſſitati. Hæc eſt tentatio:
quam falſa ratio nititur comprobare: ut quia T
id, quod neceſſitati debitum eſt, rationabiliter ſuſcipitur, hoc quoque, quod merito ſuperfluitati deputandum eſt, non caueatur: itaque tentat uitium blande per neceſſitatem tangens: ſi forte per ipſam neceſſitatem, emollire animum poſſit ad ſuperfluitatem. Hæc eſt tentatio ſecundum proprietatem. Cætera uitia dum impugnāt, grauare poſſunt: ſed quia a natura, faciendi rationem non habent, quaſi tentare non poſſunt: propter hoc ſpecialiter tentatio nominata eſt, quia callide perſuadet quod licitum non eſt: ad quam quia per naturalem neceſſitatem ineuitabiliter acceditur, non rogat, quod impoſſibile eſt, ut ad illam non ueniat: ſed tantummodo, ut in illam non inducatur. Ne nos (inquit) inducas
in tentationem. Tu es enim ductor noſter in V
uia hac, qua currimus ad te, non enim peruenimus ad te: niſi ducamur a te. Ergo dux noſter es tu, duc bene, quia ueritas es, duc ad bonum, quia uita es, ſi erramus te ſequentes, reprehenderis tu, qui ducatum præbere debes: multa occurrunt in uia uitæ huius, quæ ſeducere conantur, ſed tuum eſt dirigere, ne ſeducamur, ſicut tuum eſt defendere, ne opprimamur. Vide ergo Domine: ut impleas, quod tuum eſt. Tu ducatū

ſpopondiſti currentibus ad te. Duc igitur,& dirige nos:ne forte error tentationis noſtrę hic tibi aſcribatur,ſi nos per ſuperfluitatẽ excedere permittis in illam ; qui neceſſitate ducis ad illam. Idcirco Domine ne inducas nos in tentationem : X tibi enim imputabimus, ſi fieri permiſeris. Habemus hic aliquid,quod opponamus aduerſum te : ſi derelinquimur a te. Idcirco hic aduerſus tuam maieſtatem amplius aliquid præſumimus : qui ſic feciſti nos,ut ſine illo uiuere non poſſimus, cum quo ſecuri eſſe non poſſumus:propterea ſi ſocias illi,cuſtodi ab illo. Alioqnin Domine inducis nos tu:ſi decipimur ab eo, quod nec repellere poſſumus propter te, nec cauere ſine te. Si ergo Domine,tuducis uos tu,& decens non erit bonitati tuę, ſi perditio noſtra in tuam cauſationem conuertatur:propterea ne nos inducas in tentationem,ſed libera nos a malo. Vtrunque enim petimus, ut & a futuris cuſtodias,quę cauere non poſſumus ſine te,& a præteritis liberes,quæ non fecimus per te. Itaque ne nos inducas in tentationem: ſed libera nos a malo.

*De ſeptima petitione contra luxuriam.*
*Cap. XIIII.*

Y LIbera nos a malo. Hæc eſt ſeptima petitio, quæ contra uitium luxuriæ opponitur: præcedens crapula,ſub ſequentis libidinis fomes eſt. Itaq; poſt gulam recte contra luxuriam ad orationem conuertimur, libera nos a malo. Nos enim captiui tenemur, nec poſſumus exire a uiolenta manu uitiorum,& a ſeruitute peccati,niſi tu eripias:libera nos. Ecce ad quem finem uenit ſuperbia noſtra. Tu feciſti nos,ut omni creaturæ tuæ dominaremur: tibi ſoli Domino creaturarũ omnium nos ſubiecisti. Venit autem ſuperbia, & perſuaſit nobis, ut ceruicem erigeremus aduersũ te:ſic receſſimus a te Domino, & ecce ſoli ſine te facti ſumus ſerui uitiorum: qui ſeruire noluimus Domino omnium:Sic ergo Domine ſtultitia noſtra iniuriam tuam ulciſcitur:noſtris miſerijs de nobis uindicaris;libera ergo nos a malo. Ecce ad te clamamus captiui,qui te contempſimus liberi:ecce qualem Dominum contempſimus: ecce quali tyranno ſeruiuimus? Turpitudo captiuos nos tenet,ut confundatur præſumptio noſtra : libera ergo nos Domine a malo. Gloria tua eſt miſeria noſtra:tales facti ſumus,qui te Dominum omnium reliquimus. Ecce clamamus ad te: quia malis noſtris docti ſumus nihil nos poſſe ſine te. Ideo libera nos tu Domine:qui ſolus potes, libera nos a malo:malum eſt hoc Domine , & non eſt ſicut cætera mala : crudelius perſequitur , profondius nocet,efficacius lædit:blanditur , ut fallat:lenocinatur,ut perimat:mentitur dulcedinem, ut amaritudinem infundat. Ideo Domine difficilius uincitur,tardius extirpatur:quia noſtris deſideriis aduerſum nos pugnat,& ad mortem blãdiente dulcedine ipſam etiã uoluntatem penetrat,& ut poſtmodum toti naturæ dominetur : ipſam ( quæ totum regit ) rationem uiolenta quadam peſtiferæ dilectionis perſuaſione inclinat. Propterea malũ Z eſt:libera nos a malo. Ipſum enim,bonum ſe eſſe mentitur dum delectat:nos autem malitiam eius experti, malum agnoſcimus. Idcirco libera nos a malo. Si ira eſt,uexat:ſi inuidia,tabefacit, & ſingula quæque uitia malitiam ſuam non abſcõdũt: facile enim cognoſcuntur noxia:dum ſentiuntur amara. Propterea dum hoc,uel illud dicitur:intelligatur quòd eſt ipſum malum. In ſe quippe habet unumquodque: unde non poſſit abſcondi. Hoc uero non intelligitur:niſi eo, quo eſt ipſum, amplius aliquid dicatur. Propterea dicimus,quia malum eſt: quoniam forte non ſentiretur, niſi diceretur. Senſus quippe in eo fallax experimẽtum hẽt,& decipitur in ſe,niſi doceatur extra ſe: propterea diſcat malum audiendo;qui æſtimare forte poterat bonum eſſe ſentiendo,libera nos a malo. Scimus iam malum eſſe;idcirco liberari flagitamus;quia malum eſt,libera nos. Scientia quippe illuminata eſt , ut agnoſcat;ſed fortitudo nondum roborata,ut uincat. Quantum ergo dominabatur quando adhuc ignorabatur,quod iam non põt celari,nec poteſt tñ ſuperari. Audi igitur confitentes,& adiuua impotentes;libera nos a malo.

---

*SEQVITVR PROPTER materiæ conformitatem, alterum Eiuſdem M. Hugonis opuſculum de quinque ſeptennis,ſeu ſeptenarijs.*

*Quænam ſint quinque ſeptena,in ſacra ſcriptura contenta. Cap. 1. & huius libri.*
*Cap. XV.*

QVinq; ſeptena in ſacra ſcriptura,frater,inueni; quæ A uolo(ſi poſſum)ſicut poſtulas prius ſigillatim enumerando, ab inuicem diſtinguere; Poſtea uero quã inter ſe habeant conuenientiam , eadem per ſingula tibi conferendo demonſtrare. Primo loco ponuntur ſeptem uitia, id eſt, primum ſuperbia, ſecundum inuidia,tertium ira, quartum triſtitia, quintum auaritia, ſextum gula , ſeptimum luxuria. ¶ Contra hæc ſecundo loco conſtituuntur ſeptem petitiones;quæ in dominica oratione continentur. Prima,qua dicitur Deo : Sanctificetur nomen tuum. Secunda,qua dicitur. Adueniat regnum tuum. Tertia,qua dicitur; Fiat uolũtas tua, ſicut in cælo,& in terra. Quarta,qua dicitur : Panem noſtrum quotidianũ da nobis hodie Quinta, qua dicitur:Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Sexta,qua dicitur;Et ne nos inducas in tentationem. B Septima,qua dicitur;Libera nos a malo. ¶ Poſtea tertio loco ſequũtur ſeptem dona Spiritus ſancti. Primum,ſpiritus timoris Domini;ſecundum, ſpi-

Septem uitia.

Septem petitiones orationis dominicæ.

Septem dona Spiritus.

ritus

ritus pietatis;tertium,ſpiritus ſcientiæ . quartum , ſpiritus fortitudinis: quintum , ſpiritus conſilij: ſextum,ſpiritus intellectus:ſeptimum, ſpiritus ſapientiæ.

Septem uirtutes beatificantes.

Deinque quarto loco ſuccedunt ſeptem uirtutes.Prima,paupertas ſpiritus.i.humilitas; ſecunda, manſuetudo ſiue benignitas; tertia, compunctio ſiue dolor; quarta, eſuries iuſtitiæ ſiue deſiderium bonum;quinta , miſericordia ; ſexta, cordis munditia; ſeptima, pax.

Septem beatitudines.

Nouiſſime quinto loco diſponuntur ſeptem beatitudines. Prima, regnum cælorum:ſecunda,poſſeſſio terræ uiuentium: tertia,conſolatio: quarta, iuſtitiæ ſatietas: quinta,miſericordia:ſexta,uiſio Dei:ſeptima, filiatio Dei. Hæc ita primo loco diſtingue: ut intelligas ipſa uitia,quaſi quoſdam animæ languores, ſiue uulnera interioris hominis:ipſum uero hominem,quaſi ægrotum:medicum,Deum: dona ſancti ſpiritus,antidotum: uirtutes,ſanitatem: beatitudines,felicitatis gaudium.

### *Quantam perniciem homini inferant ſeptem uitia mortalia. Cap. II. quod eſt. XVI.*

C SVnt ergo ſeptem uitia capitalia, ſiue principalia, & ex his uniuerſa mala oriuntur. Hi ſunt fontes,& abiſſi tenebroſæ: de quibus flumina Babylonis exeunt,& in omnem terram deducta,ſtillicidia iniquitatis diffundunt.De quibus fluminibus Pſalmiſta in perſona populi fidelis cecinit,dicens.

Pſal. 136 Super flumina Babylonis illic ſedimus,& fleuimus:dum recordaremur tui Sion. In ſalicibus in medio eius ſuſpendimus organa noſtra.De his ſeptem uitijs uaſtatoribus, & uniuerſam naturæ integritatem corrumpentibus,ſimulque malorum omnium germina producentibus: quantum ad præſens negocium explicandum ſufficere putamus,loquemur. Septem ergo ſunt, & ex his tria hominem expoliant: quartum , expoliatum flagellat:quintum,flagellatum eijcit:ſextũ, eiectum ſeducit:ſeptimum,eductum ſeruituti ſubijcit.Superbia enim aufert homini Deum. Inuidia aufert ei proximum. Ira aufert ei ſeipſum. Triſtitia ſpoliatum flagellat. Auaritia flagellatum eijcit.Gula eiectum ſeducit. Luxuria ſeductum ſeruituti ſubijcit.

D Supbia.

Nunc reuertentes, ſingula per ordinem explanemus. Diximus, quòd ſuperbia auſert homini Deum: ſuperbia nanque eſt amor propriæ excellentiæ: quando mens bonum, quod habet,ſingulariter diligit,id eſt,ſine eo,a quo bonum accipit. O peſtifera ſuperbia quid agis? cur ſuades riuulo,ut ſe a fonte diuidat? cur ſuades radio:ut ſe a ſole auertat? cur,niſi ut & ille dum infundi deſinit, areſcat: & iſte dum ab illuminante auertitur,tenebroſus fiat: uterque uero dum accipere ceſſat id, quod necdum habet, continuo illud etiam quod habet, amittat. Hoc profecto tu agis: cum doces dona extra datorem diligere:ut qui partem boni, quod ab illo datum eſt,peruerſe ſibi uendicat: totum bonum,quod in illo eſt,amittat: ſicque fiat,ut nec id, quod habet, utiliter habere poſſit: dum illud in eo, a quo habet,non diligit.Sicut enim omne bonum ueraciter a Deo eſt: ita nullum bonum extra Deum utiliter haberi poteſt. Immo uero per hoc id ipſum,quod habetur,amittitur: quòd in eo, & cum eo,a quo habetur,non amatur. Nam ſi quiſquam non nouit,niſi hoc,quod habet,bonum in ſemetipſo diligere: neceſſe eſt, ut dum in altero bonũ, quod non habet, aſpexerit, tanto amarius ſua eũ imperfectio torqueat, quantum eum, in quo omne bonum conſiſtit,non amat.

E Inuidia.

Et idcirco ſuperbiam ſemper inuidia ſequitur: quia qui illic amorem non figit,ubi omne bonum eſt, quãto de ſuo peruerſius extollitur,tanto grauius de bono alieno torquetur. Sua igitur elationi iuſtiſſime pœna deputata eſt: ipſa,quam de ſe gignit,inuidia: quæ quia cõmune omnium bonum diligere noluit, recte nunc boni alieni liuore tabeſcit. Quam profecto alienę fęlicitatis ſucceſſus non ureret: ſi illum,in quo omne bonum eſt, per amorem poſſideret. Nec enim alienum a ſe iudicaret bonum alterius,ſi ſuum ibi diligeret,ubi & ſuum, & alterius bonum ſimul poſſideret. Nunc ergo quantũ ſe per elationem contra Creatorem extollit: tantum per liuorem ſub proximo cadit: & quantum ibi ſallaciter erigitur,tantum hic ueraciter præcipitatur.

F Ira.

Sed neque hic ſiſtere poteſt ſemel cępta corruptio.mox enim ut de ſuperbia, inuidia nata fuerit; iram ipſa de ſe parit; quia miſer animus ꝓpterea iam ſibi ipſi de ſua imperfectione iraſcitur , quia de bono alterius per charitatem non lętatur. Atque ideo id etiam,quod habet, ipſi diſplicere incipit; quoniam in alio id, quod habere non poteſt,agnoſcit, Qui ergo per charitatem in Deo totum habere potuit: id etiam , quod per elationem extra Deum habere conabatur, per inuidiam,& iram amittit,quia poſtquam per ſuperbiam Deum amittit , per inuidiam perdit proximum,& per iram ſemetipſum.

G Accidia.

Quia igitur omnibus amiſſis nihil ſupereſt : unde gaudeat infelix conſciẽtia: per triſtitiam in ſemetipſa colliditur , & quæ de alieno bono pie lætari noluit , de ſuo malo iuſte cruciatur. Poſt ſuperbiam ergo,& inuidiam,& iram,quæ hominem ſpoliant, cõtinuo triſtitia ſequitur,quæ nudatum flagellat.

Auaritia.

Cui deinde ſuccedit auaritia, quæ flagellatum eijcit : quia interno gaudio amiſſo,foris conſolationem quærere compellitur.

Gula

Poſtea accedit gula,quæ eiectũ ſeducit,quia animum exterioribus inhiãtem hoc uitium imprimis quaſi e uicino tentans, per ipſũ naturalem appetitum ad exceſſum illicit.

H Luxuria.

Poſtremo ſuperuenit luxuria, quę ſeductum uiolenter ſeruituti ſubiicit: quia poſtquam caro per crapulam inflammata eſt: ardorem libidinis ſuperuenientem emollitus, atque eneruiter reſolutus animus uincere non poteſt. Seruit igitur ſæuiſſimæ dominationi mens turpiter ſubacta: & niſi exorata ſubueniat Saluatoris pietas, non erit iam unde captiuæ ſeruienti amiſſa reſtituatur libertas.

Qui-

### *Quibus Sancti ſpiritus donis tres primæ dominicæ orationis petitiones reſpondeant: & quibus uitijs medeantur. Cap. XVII.*

I Equuntur itaque ſeptem petitiones contra ſeptem uitia: quibus ille oratur, ut ſubueniat, qui nos orare do-
Luc.11. cuit, & quòd orantibus ſpiritum bonum ad ſananda uulnera noſtra, & ad ſoluendum iugum captiuitatis noſtræ daturus eſſet, répromiſit. Sed nos antequam ad explanationem harum ueniamus: prius uolumus alia adhuc ſimilitudine demonſtrare, quantam in nobis corruptionem ſupradicta uitia generent: ut quanto periculoſior languor oſtenditur: tanto magis neceſſaria medicina comprobetur. Per ſuperbiam igitur cor inflatur, per inuidiam areſcit, per iram crepat, per triſtitiam conteritur, & quaſi in puluerem redigitur, per auaritiam diſpergitur, per gulam inficitur, & quaſi humectatur, per luxuriam conculcatur, & in lutum redigitur: ita ut iam miſer dicere poſſit. Infixus ſum in limo profundi, & non eſt ſubſtantia. Veni in altitudinem maris, &
Pſal.68 tempeſtas demerſit me. Cumque huic limo profundi animus fuerit infixus, & luto coinquinationis, & immunditiæ obuolutus: euelli nequaquam
Pſal.39 poteſt, niſi ad illum clamet, & eius auxilium poſtulet: de quo Pſalmiſta loquitur dicens. Expectans expectaui Dominum, & intendit mihi. Et exaudiuit preces meas, & eduxit me de lacu miſeriæ, & de luto fæcis. Propterea ergo ipſe nos orare docuit: ut totum bonum noſtrum ab ipſo ſit, ut & quod petimus, & quod petentes accipimus,
K eius donum, non noſtrum meritum, eſſe intelliga-
Petitic.1 mus. Prima ergo petitio contra ſuperbiam eſt, qua Deo dicimus: ſanctificetur nomē tuum. Hoc enim petimus, ut det nobis timere, & uenerari nomen ſuum, quatenus ei per humilitatem ſubiecti ſimus, qui per ſuperbiam rebelles, & contumaces extitimus. Huic petitioni datur donum ſpiritus timoris Domini: ut ille ad cor ueniens uirtutem in eo creet humilitatis, quæ ſuperbię morbū ſanet: quatenus ad regnum cælorum, quod angelus ſuperbus per elationem perdidit: homo hu-
Secunda milis peruenire poſſit. Secunda petitio eſt contra inuidiam, qua dicitur. Adueniat regnum tuum. Regnum ſiquidem Dei eſt ſalus hominum. quia tunc Deus in hominibus regnare dicitur, quādo ipſi homines Deo ſubijciuntur, & modo ei adhęrendo per fidem: & poſt inhærendo per ſpeciem. Qui ergo petit, ut regnum Dei adueniat, ille profecto ſalutem quęrit hominum: ac per hoc dum pro communi omnium ſalute poſtulat: liuoris uitium ſe reprobare demonſtrat. Huic petitioni datur ſpiritus pietatis: ut ipſe ad cor ueniens, ad benignitatem illud accendat: quatenus ad eandem homo æternæ hæreditatis poſſeſſionem, ad quā
Tertia. alios peruenire cupit, ipſe perueniat. Tertia petitio eſt contra iram, qua dicitur: Fiat uoluntas tua, ſicut in cælo, & in terra. Non enim uult contendere, qui dicit: Fiat uoluntas tua: ſed ſibi placere indicat, quicquid uoluntas Dei, ſiue in ſe, ſiue in alijs ſecundum arbitrium ſuæ dignationis diſpenſat. Huic ergo petitioni datur ſpiritus ſcientiæ, ut ipſe ad cor ueniens, erudiat illud, & ſalubriter compungat, ut ſciat homo malum, quod patitur, ex ſua culpa prouenire: ſi quid autem boni habuerit, ex miſericordia Dei procedere, acp hoc diſcat, ſiue in malis, quæ ſuſtinet, ſiue in bonis, q̄ non habet, contra Creatorem non iraſci, ſed per omnia patientiam exhibere. Optime ergo per compunctionem cordis (quæ ſpiritu ſcientiæ operante, interius ex humilitate naſcitur) ira, & indignatio animi mitigatur: quia econuerſo ſtultum ira interficit, quando in aduerſis per impatientiæ uitium agitatus, atque cæcatus, uel malum, quod patitur, ſe meruiſſe, uel bonum, quod habet, per gratiam accepiſſe non agnoſcit. Hanc uirtutem, id eſt, compunctionem, ſiue dolorem præmium conſolationis ſequitur, ut qui ſe hic ſponte corā Deo per lamenta affligit, illic uerum gaudium, & lætitiam inuenire mereatur.

### *Quibus item donis quatuor poſtremæ petitiones accommodentur, & quibus malis remedium præſtent. Cap. IIII. quod eſt. XVIII.*

Varta petitio eſt contra triſtitiam, qua L
dicitur: Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. Triſtitia nan- Quarta.
que tædium eſt animi cum mœrore: quando mens quodammodo tabefacta, & uitio ſuo amaricata, interna bona non appetit, atque omni uigore emortuo, nullo ſpiritualis refectionis deſiderio hilareſcit: propterea ad ſanandum hoc uitium deprecari nos oportet miſericordiam Domini: ut ipſe ſolita pietate, animæ tædio ſuo languenti, internæ refectionis pabulū admoueat, ut quod ipſa abſens neſcit appetere: guſtu præſentis admonita, incipiat amare. Datur ergo huic petitioni ſpiritus fortitudinis, ut ſathiſcentem animam erigat: quatenus illa priſtini uigoris uirtute recepta: a defectu ſui tędij ad deſiderium interni ſaporis conualeſcat. Creat ergo ſpiritus fortitudinis in corde famem iuſtitię: ut dum hic per deſiderium pietatis fortiter accenditur: illic pro præmio plenam beatitudinis ſatietatem conſequatur. Quinta petitio eſt contra auaritiam, qua dicitur: Dimitte nobis debita noſtra: ſi- Quinta.
cut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Iuſtū enim eſt, ut in reddendo debito non debeat eſſe anxius, qui in exigendo noluerit eſſe auarus: atq; ideo cum a nobis per Dei gratiam uitium auaritiæ tollitur, qualiter a noſtro debito abſolui debeamus, ex propoſita ſalutis conditione docetur. Huic ergo petitioni datur ſpiritus conſilij: qui doceat nos in hoc ſeculo libenter peccantibus in nos miſericordiam impendere, quatenus in futuro cum pro peccatis noſtris rationem reddituri ſumus, mereamur miſericordiam inuenire. Sex- M
ta petitio eſt contra gulam, qua dicitur: Ne nos Sexta.
inducas, id eſt, induci permittas in tentationem. Hæc eſt tentatio: qua nos illecebra carnis ſæpe per

narn-

naturalē appetitum ad exceſſum trahere nititur, & latenter uoluptatem ſubiicit: dum maniſeſte nobis de neceſſitate blanditur. In quam profecto tētationem tunc nequaquam inducimur, ſi ſic ſtudemus ſecūdum menſuram neceſſitatis naturæ ſubſidium impendere: ut tamen ſemper meminerimus appetitum ab illecebra uoluptatis coercere: quod ut implere ualeamus: datur nobis petentibꝰ ſpiritus intelligentiæ: ut interna refectio uerbi Dei appetitum exteriorem cohibeat, & mentem ſpiritali cibo roboratam, nec ualeat corporalis egeſtas ſtāgere, nec carnis uoluptas ſuperare. Propterea nanque & ipſe Dominus tentatori ſuo, dū eſurienti ſibi fraudulentam de exterioris panis refectione ſuggeſtionem faceret, reſpondit dicens.
Matt. 4. Non in ſolo pane uiuit homo: ſed in omni uerbo, quod procedit ab ore Dei. Vt aperte demonſtraret, quòd cum mens illo interius pane reficitur, non magnopere curat, ſi foris ad tempus famem carnis patiatur. Datur ergo contra gulam ſpiritus intelligentiæ: ſe[illegible]le ad cor ueniens, emundat illud atque purificat: & illum interiorem oculum cognitione uerbi Dei, quaſi quodam collirio ſanans, euſque luminoſum, atque ſerenum efficit: ut ad ipſam etiam deitatis claritatem contemplādam perſpicax fiat. Contra uitium gulæ igitur remedium apponitur ſpiritus intelligentiæ, ex ſpiritu autem intelligentiæ munditia cordis naſcitur:
N munditia uero cordis uiſionem Dei promeretur; ſicut ſcriptum eſt. Beati mundo corde: quoniam
Matt. 5 ipſi Deum uidebunt. Septima petitio eſt contra
Septima luxuriam, qua dicitur. Libera nos a malo. Conuenienter ſane ſeruus libertatem petit: & idcirco huic petitioni datur ſpiritus ſapientiæ, qui amiſſam captiuo libertatem reſtituat, & iugum iniquę dominationis, quod ſuis uiribus ille non ualuit, per gratiam adiutus euadat. Sapientia nanque a ſapore dicitur: cum mens guſtu internæ dulcedinis tacta, totam ſe per deſiderium intus colligit: nec foris iam euidenter in carnis uoluptate diſſoluitur: quia totum intus poſſidet, in quo delectatur. Congrue igitur contra exteriorem uoluptatem interior dulcedo opponitur, ut quanto iſta plus ſapere, & placere inceperit, tanto liberius, atque libentius illa contemnatur: tandemque in ſemetipſa mens pacificata, dum nihil eſt, quod foris appetat: tota per amorem intus requieſcat. Spiritus ergo ſapientiæ cor ſua dulcedine tangens, & foris concupiſcentiæ ardorem temperat, & ſopita concupiſcentia intus pacem creat: quatenus dum mens tota ad internum gaudium colligitur, plene, ac perfecte homo ad imaginem Dei reformetur: ſicut ſcriptum eſt. Beati pacifici, quoniam filij Dei uocabuntur. Ecce frater petitionem tuam non qualiter debui: ſed qualiter interim potui, adimpleui. Accipe munuſculum de quinque ſeptenis, quod poſtulaſti: & cum illud reſpexeris, memento mei: gratia Dei ſit tecum. Amen.

Matt. 5 (beside: tur: ſicut ſcriptum eſt. Beati pacifici)

*De ſeptem donis Spiritus ſancti, ſeorſum. Cap. V. quod eſt XIX.*

SCriptum eſt. Si enim uos cum ſitis mali, noſtis bona data dare filijs ueſtris: quanto magis pater ueſter cœleſtis dabit ſpiritum bonum petentibus ſe? Ergo ſpiritum dabit pater cæleſtis filiis petentibus ſe. Qui enim filii ſunt, nō aliud quærunt: qui aliud quęrunt, mercennarii ſunt ſerui, non filij: qui argentum quærunt, qui aurum quærunt, qui tranſitoria quærunt, qui non æterna quærunt: quærunt miniſterium ſeruitutis, non ſpiritum libertatis. Quod quæritur, datur; ſi quæris corporalia, non pluſquam quæris, accipis. Si quæris ſpiritualia; quod quæris datur, & quod non quæris, adijcitur; ſpiritualia dantur, carnalia adijciuntur. Quærite primum regnum Dei, & hęc omnia adijcientur uobis. Igitur patrem rogaturus, & patrem, qui in cęlis eſt; cæleſtia dona q̄re, non terrena: non ſubſtantiam corporalem, ſed gratiam ſpiritalem. Dabit enim ſpiritum bonū petentibus ſe: dabit ſpiritum ſuum, ut ſanet ſpiritum tuum: ſpiritum ſanctum dabit, & ſpiritum peccatorem ſanabit. Hic ægrotus eſt, ille medicina. Si ergo uis ſanari iſtum, quære illum. Si petis pro ſpiritu, ſpiritum pete. Noli timere morbo ſ[illegible]ne dicinam apponere; morbus medicinam non corrumpit, ſed morbum medicina diſrumpit. Non illam inficit, ſed ex illa deficit. Igitur noli timere ſpiritum Dei ſanctum ad ſpiritum tuum peccatorem inuitare, quia peccator es, & indignus conſortio illius: Non enim hoc fit, quia dignus es, ſed ut dignus fias. Venit ad te, ut manſionem faciat in te. Non enim inueniet quando ueniet; ſed ueniet, ut faciat. Prius ędificabit, poſtea habitabit. Primum ſanabit: poſtea illuminabit. Primum ad ſanitatem, poſtea ad iucunditatem. Si ergo filius es, & patrem petis, confide, ne timeas. Deus audit, pater exaudit. Sicut non poteſt non audire, quia Deus eſt: ſic non poteſt non exaudire, quia pius eſt. Dabit ergo tibi, quod petis: ſi recte petis, & nō ibit oratio tua in uanum; ſi digna fuerit exaudiri. Pro morbo ſanando poſtulaſti: medicinam accipies. Vitia tua, morbus tuus, ſpiritus Dei, ſanitas tua. Contra morbum ſuperbię dabitur tibi medicina ſpiritus timoris: ut ſanet corruptionem elationem, & reſtauret ſanitatem humilitatem. Singula uitia ſingulas medicinas habent; ſeptem uitia, ſeptem ſpiritus. quot morbi, tot medicinæ. Quid ſunt ſeptem ſpiritus? ſeptem ſunt dona ſpiritus, & dona ſunt ſpiritus, & ſpiritus ſunt dona: donum ſpiritus, ſpiritus eſt: ſeipſum dat ſpiritus: unus ſpiritus ſeptiformiter ſe tribuit. Propterea unus ſpiritus, ſeptem ſpiritus: quia ſeptiformiter datus, & ſeptiformiter aſpiratus. Septem aſpirationes, & ſpiritus unus: una medicina ſeptem morbos curat. Propterea una, ſeptem, una natura, opera ſeptem: ſubſtantia una, ſeptiformis effectus. Primus ſpiritus eſt ſpiritus timoris, ſecundus eſt ſpiritus pietatis, tertius eſt ſpiritus ſcientiæ, quartus ſpiritus, eſt ſpiritus fortitudinis, quintus ſpiri-
tus,

Margin notes (right column): O — Luc. 11. (at "Scriptum eſt … malis"); Matt. 6 (at "Quærite primum regnum Dei"); P (at "tio illius: Non enim hoc fit"); Q — Spūs timoris (at "Contra morbum ſuperbię"); R — Septuplex ſpiritus. (at "ra ſeptem: ſubſtantia una")

tus,eſt ſpiritus conſilij, ſextus ſpiritus eſt ſpiritus
intellectus,ſeptimus ſpiritus,eſt ſpiritus ſapientiæ.
Hæc autem omnia operatur unus,atque idem ſpi
1.Co.12 ritus: ipſe eſt timor,ipſe eſt pietas, ipſe eſt ſciētia,
ipſe eſt fortitudo,ipſe eſt conſiliū, ipſe eſt intelle-
ctus,ipſe eſt ſapientia. Omnia hæc tibi ſit, qui ſibi
unus eſt:accipiendo illum, qui diuerſus non eſt:
tu ad diuerſa formaris. Propterea multiplicatur
in te:qui in ſe unus eſt ſemper & idem. Qui enim
eſt amor tuus: ipſe eſt timor tuus. Iurauit Iacob
Gen.31 Laban per timorem patris ſui Iſaac. Qui enim
conſummat:ipſe & inchoat. Primum ad te uenit,
ut faciat timentem: nouiſſime ut faciat diligentē.
Idem lumen eſt,quod oculos lippientes pungit,
& claros demulcet:diuerſa facit, quia diuerſa in-
uenit:tamen ipſum in ſe unum eſt: & in te quoq;
unum eſſet,ſi te unum inueniret. Si ſanum oculū
habes: percipis lumen ſine pœna. Si autem æger
S eſt oculus:moleſtus fit aduentus illius. Expedit ta
men,ut uel ſic ueniat:quia ſi non cruciaris, non il
luminaris. Pugnant duo contraria, medicina &
morbus. Medicina propter te,morbus contra te.
Si morbo non reſiſteretur, ſanitas nō ſequeretur.
Si medicinæ non reſiſteretur, pœna non ſentire-
tur.Pugna contrariorum pœna eſt tua:non tamē
cauſeris medicinam,ſed morbum: dolorem, quē
duo inferunt,uni imputa:medicina prodeſſe uult,
morbus lædere intendit. Propterea ſolus morbus
pacem habet:non ſalutem. Sola medicina ſalutē
habet:pænam non habet. Quando autem ſimul
ſunt: pæna eſt conflictatio contrariorum,alterius
quòd uenire uult,ut conferat: alterius quòd abire
non uult,ut noceat. In hac autem pæna morbus
quidem accuſandus eſt,non medicina:quia quod
cruciat,ex morbo eſt: qui ſi non eſſet, ſalus eſſet,
& pæna nulla eſſet. Sic itaq; uenit ſpiritus, & aſpi
rans infundit ſe ubi:tu ex eo quod contrarium il
li portas,non ſtatim acquieſcis ad illum: ſed facis
contradictionem illi, ne pacifice ingrediatur ad
te. Venit tamen,& illuminat te:ut uideas in te,qđ
& prius habebas, ſed non uidebas: & ideo non
uidebas, quia non attendebas. Illo ueniente illu-
minaris,& uiuificaris: illuminaris, ut uideas: ui-
uificaris,ut ſentias: ſentis enim, & preſentis, ui-
des enim,& præuides. Aliud uides, aliud prçui-
des: aliud ſentis, aliud prçſentis. Vides malum,
T & præuides malum. Præſens uides malum,futu-
rum præuides. Culpam ſentis: pœnam præſen-
tis. Priuſquam autem Spiritus ſanctus ad te ue-
niret: nec uidebas cæcus, nec ſentiebas mortuus:
& propterea non uidebas, quia non reſpiciebas:
nec ſentiebas, quia non attendebas. Poſtquam
uero bonum rediit: ex eius guſtu excitatus es, &
illuminatus,ut malum agnoſceres. Prius malum,
quod patiebaris,id eſt, culpam: deinde etiam ma
lum,quod ex illo,& pro illo merebaris, id eſt, pç-
nam. Vtrumque docuit bonum adueniens: ut
& malum præſens ſentiretur, & malum futurum
præuideretur. Exinde pçna illa medicinalis exo-
ritur: cum ſenſificatus de malo, quod pateris,do
lere incipis, ut corrigas: & illuminatus de malo,
quod mereris, timere incipis, ut caueas. Niſi e-
nim doleres, non corrigeres: & niſi timeres,non
caueres. Prius ergo illuminaris ad culpam: ut
eam uideas: deinde ad pçnam,ut eam timeas. Vt
poſtremo timore ſenſificatus, pro culpa doleas,
& eam corrigas: quia forte non doleres, niſi ti-
meres. Niſi enim pçna uideretur, quæ time- V
retur: nemo doleret pro culpa, quæ placeret.
Ideo oſtenditur tibi pœna ſecutura poſt culpam:
ut ipſa culpa, quæ in experientia placet, ſaltem in
tribulatione diſpliceat: ut attendere incipias, ꝙ
malum eſt id etiam,quod in ea dulce uidetur: cū
tam malum ſit, quod ex ea, & poſt eam amarum
percipitur. Illuminaris ergo,& affligeris, quia ui-
des,quod terret, & habes,quod dolet. Si non illu
minareris,non cruciareris, quia non uideres, qđ
timeres. Rurſum ſi non eſſet in te quod flammis
deberetur: ignis ſine pœna uideretur, & recipe-
res illuminationem, ut non ſentires afflictionē.
Pœna terret,culpa timet: quod totum ex lumine
fit ſuperueniente: quo pœna demonſtratur, ut
uideatur; culpa ſenſificatur, ut agnoſcatur. Ta-
men aliud eſt,quo uides, aliud quod uides. aliud
eſt, quo illuminaris,aliud eſt, ad quod illumina-
ris. Illud, quo illuminaris, fouet: illud, ad quod
illuminaris, terret. Tamen terror quaſi lumini
imputatur: quia priuſquam illuminabaris, non
terrebaris.expedit tamen,ut terror ueniat, quia,
niſi terreat pçna: non corrigitur culpa. Propte-
rea lumen tibi benefacit dum oſtendit, quod cru
ciat: quia per illud corrigit, quod male delectat. X
Sic ergo illuminaris,ut terrearis. Primum lumen
terribile eſt: immo tenebræ terribiles,quæ uiden
tur per lumen, quia uideri non poteſt ſine terro-
re: quod ſentiri non poteſt ſine dolore: præſer-
tim ab illo, qui ſe meruiſſe agnoſcit, ut ſentiat, Y
quod imminere uidet: & uitare non ualet. Hinc
igī timor naſcitur: cum periculū prçuidetur: q
pçnā hēt in hoc malū,ꝙ cruciat: non in hoc ma-
lū,ꝙ liberat: malū inquānon malū. Omnis.n.pœ
na malum eſt: ſed non oīs pœna mala eſt. Quod
enim confert, & prodeſt ad aliquid, bonum eſt:
etiam ſi in ſemetipſo non eſt. Quapropter uenit
pçna minor, ut maior pçna uitetur, & hoc bo-
num eſt, tamen ex eo quod bonum non eſt. Per
pçnam enim liberamur a pæna, & expedit ad
tempus ſentire, quod moleſtum ſit, ne ſemper Z
ſentire oporteat,quod intolerabile ſit.Hoc autem
bonum tuum operatur ex eo, quod non eſt bonū
tuum ille, qui eſt uerum bonum tuum; opera-
turus poſtmodum aliud bonum tuum,quod non
ſolum per ipſum ſit, ſed ex ipſo. Primum enim ex
pœna tua operatur liberationem tui, poſtmodū
ex dulcedine ſua operatur gaudium tuum. Tamē
utrobique unus,& idem ipſe hinc qui operatur:
illinc & qui operatur,& ex quo operatur.

*De uiro prudente,et audiente uerbum Dei.Ca.XX.* A

OMnis, qui audit uerba mea, & facit ea, Matt.7
aſſimilabitur uiro prudenti,qui ædifi-
cauit domum ſuam ſuper petram.
Vir ſapiens, Chriſtus; qui eſt Dei uir-
tus, & Dei ſapientia, qui ædificauit domum ſuā

ſuper

ſuper petram: quia ſuper ſemetipſum ædificauit eccleſiam ſuam. Sic qui uerba Dei audit, & facit ea, ædificat domum ſuam ſuper petram: quia ędificat ſuper firmitatem fidei, uirtutum, & bonorũ operum ſtructuram. Deſcendit pluuia .i. aeriæ tẽpeſtatis impugnatio: ueniunt flumina .i. humana potentia, & perſecutio: & flāt uenti .i. dęmonũ, & malorũ hominũ ſuggeſtio puerſa: & irruũt in domum illam per importunam tentationem, ſed illa minime cadit: per alicuius praui conſenſus deliberationem. Stultus ſuper arenam ędificat: quia contemptis cæleſtibus, terrenis inhiare non ceſſat. Veniunt ſupradicta mala, & quatitur fabrica eius per inopinatam tentationem, & cadit per cuiuſlibet culpæ perpetrationem, & fit ruina eius magna: quia concuſſa per tentationem, præcipitatur de tentatione, in delectationẽ: de delectatione, in deliberationem: de deliberatione, in operationem: de operatione, in conſuetudinem: de cõſuetudine, in deſperationem: de deſperatione, in
B æternam damnationem. Sunt autem tria genera hominum ædificantium. Sunt, qui amant ſolum Deum: hi ædificant aurum, argentum, lapides precioſos. In amore uirtutis, aurum: in cognitione ueritatis, argentum: in cooperatione boni operis, lapides precioſos. Sunt alij, qui amant aliquid pręter Deũ: tamen nil contra Deum, nec aliquid pluſquam Deum. In his fundamentum quidem manet, quia amor Dei non deſtruitur: ſed tamen ex affectu eorum quę pariter amantur, quia quædam corruptio contrahitur: lignum, & fœnum, & ſtipula ſuperædificantur. In ligno, peccatum illiciti operis: in fœno, ſine opere peccatum prauæ delectationis: in ſtipula, peccatum illicitæ cogitationis. Sunt alij, qui amant quædam contra Deũ: & in his fundamentum omnino deſtruitur, quia amor Dei eſſe non poteſt, ubi non eſt uel ſolus, uel ſummus. Igitur ad primos pertinet ſaluari, & laudari: ad ſecundos, corripi, & liberari: ad tertios, argui, & damnari.

### *De leproſo mundato.* Cap. XXI.

C Matth. 8 CVm deſcendiſſet Ieſus de monte: ſecutæ ſunt eũ turbæ, & ecce leproſus ueniens adorabat eum, dicens. Domine, ſi uis, potes me mundare. Et extendens manum tetigit eum, dicens. uolo: mundare. Et confeſtim mundata eſt lepra eius. Mons in hoc loco, ſignificat ſublimitatem diuinæ maieſtatis. Campeſtria uero: humilitatem incarnationis. Vnigenitus nanque Dei ante incarnationem fuit in monte: noſtram autem carnem aſſumens, ad ima deſcendit: in monte manẽs in forma Dei: in campeſtribus apparens in forma
D ſerui. ¶ Leproſus, quem Dominus ſanauit in planitie campi: genus deſignat humanum, diſperſũ per planiciem mundi. Quod uere fuit leproſum: quia non ſolum originali culpa, uerum etiã multis actualibus extitit contaminatum. Erat .n. diuerſis pollutum cultibus idololatriæ: erat fędatum multis flagitiorum criminibus. Dominus autem leproſum tetigit: quando diuinitatem ſuam humanæ fragilitati ſociauit. Et leproſum mundauit: quando in cruce culpam generis humani moriẽs expiauit. Lepram tetigit, & mundus permanſit: quia ueram humanitatis formam ſumpſit, & culpam non contraxit. Leproſus iſte eſt genus humanum, quod quandiu fuit leproſum: a Deo fuit, & a ciuitate Dei .i. Hieruſalem (quæ ſurſum eſt mater noſtra) ſeparatum, & longe remotum. Sed Dominus (ſicut ſupra dictum eſt) leproſum curauit, & ciuem ſuæ ciuitatis fecit. Hoc idẽ Dominus quoque miraculum per ſuam gratiam, quotidie facere non dedignatur. Sunt etenim multi intra ambitum ſanctæ eccleſiæ uitiorum lepra fœdi, & peccatorum contagio, quaſi lepra polluti. Omnes enim immundi, fornicarij, concubinarij, inceſtuoſi, adulteri, auari, fœneratores, falſi teſtes, periuri: qui etiam dicunt fratri, fatue, & qui uident mulierem ad concupiſcendum eam, & quicunq; etſi non opere, tamen mali ſunt uoluntate: omnes inquam tales, qui per culpam ſunt a Deo ſeparati, a ſacerdotibus legem Dei ſcientibus, & cuſtodientibus, iudicantur eſſe leproſi, & a cœtu fidelium & ſi non corporaliter, tamen ſpiritualiter ſegregati. Quotienſcunque igitur Dominus aliquẽ huiuſmodi impium iuſtificat: recte leproſum mũdat. Quandiu autem homo eſt impius, tandiu eſt leproſus: quando uero iuſtificatur, tunc mundatur. Quicunque modo eſt a cœtu ſanctorum ſegregatus per culpam: niſi interim mundetur per gratiam, longius in futuro remouebitur per pœnam. Sicut autem per lepram peccata damnabilia: ſic per ſcabiem peccata uenialia deſignantur: ſicut eſt inutilis cogitatio, ocioſus aliquando ſermo, riſus, & huiuſmodi. Et notandum, quòd nemo propter ſcabiem de ciuitate pellitur, nemo a E
ciuibus ſegregandus iudicatur: quia & ſi quando pro noſtra fragilitate uenialia committimus, nequaquam pro huiuſmodi a conſortio fidelium ſeparamur: debemus tamen iſtam ſcabiem curare: debemus etiam uenialia peccata (quanuis nonnullis uideantur eſſe tam leuia, ut non cenſeantur curanda) debemus, inquam, inquantum ualemus, & Domin' adiuuerit, ea de nobis propulſare. Quod libet enim peccatum licet hominibus uideatur eſſe minimum: ſi non diſpliceat, poteſt apud iuſtũ fieri magnum. Dicit nanque ſicut ab alijs audiuimus, beatus Auguſtinus. Nullum peccatum criminale dum diſplicet: nullum ueniale dum placet. Studeamus igitur non ſolum magna, ſed & minima uitare peccata: ne ſi minima cõtemnimus, paulatim in mortalia defluamus.

### *De tranſitu diſcipulorum per ſata.* Cap. XXII.

F Matth. 12 FActum eſt autem, dum perambularet Ieſus per ſata: diſcipuli eius cœperunt progredi, & uellere ſpicas. Diſcipuli per ſata tranſeunt: dum prælati ſubditos pia ſolicitudine circunſpiciunt, & qualiter quemque ad regnum cælorum pertrahant, ſedulo perpendunt: & dũ eos

ad

ad beatitudinem trahere concupiſcunt, quaſi ſalutem eorum eſuriunt: ſpicas uellunt, cum mentes audientium, per prædicationem ab amore téporalium diuidunt. Spicas fricant, cum eos paleis uitæ ueteris expoliant: grana manducant, dũ eos ſuperfluitate, & aſperitate purgatos ueritati ſanctæ eccleſiæ ſociant, & eidem incorporant. Et hoc ſabbato faciunt: quia a terrenis actibus quieſcentes, & Deo uacantes, requiem cęleſtem & operando quærunt, & prædicando promittunt. Aliter. Per ſata ambulant, quia ſacra eloquia inueſtigãt. Eſuriunt, dum in eis ſententias meliores diſcere concupiſcunt. Spicas uellunt, dum ea in ſcripturis, quæ ſibi utiliora uidentur, colligunt. Collectas fricant: dum ſub paleis literæ requirunt grana ſpiritualis intelligentiæ. Grana uero manducãt; dum per ſpiritualem intelligentiam, uirtutes, & opera roborant. Et hoc ſabbato faciunt; quia uacant, ut uideant: quoniam Dominus ipſe eſt Deus. Hoc Dominus ſabbati probat: ſed ſtulti deſenſores ſabbati reprobant; quia ſolam ſuperficiem literæ diligunt: mentis refectionẽ neſciunt, requiem animarum non norunt.

*De immundo ſpiritu exeunte ab homine. Cap. XXIII.*

G Mat. 12 CVm immũdus ſpiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida, quærens requiem, & non inuenit. Spiritus immundus, diabolus eſt. Spiritus, per naturam; immũdus, per culpam; ſpiritus, per conditionem; immundus, per iniquitatem. Exit ſpiritus immundus ab homine; cum per gratiam ab ipſo fugatur in baptiſmate. Exiens ab homine, loca arida requiẽ quęrens perambulat; dum ab aliquo per exorciſmum, aut baptiſmum fugatus, corda quorumlibet fidelium a mollitie, & humore fluxæ cogitationis purgata; ad inhabitandum explorat. Sed in locis aridis requiem ſibi minime inuenit; quia cor cuiuſlibet fidelis animæ a bono cogitando, loquendo, operando nunquam quieſcit. Tunc dixit. Reuertar in domum meam unde exiui: & uenit, & inuenit eam uacantem, ſcopis mundatam, & ornatam. Vacantem. i. a bono opere ceſſantem; ſcopis mundatam id eſt in exorciſmo, & aqua baptiſmi a uitiis purgatam; ornatam, id eſt, ſimulatis uirtutibus palliatam. Tunc uadit, & aſſumit alios ſeptem ſpiritus nequiores ſe, & ingreſſi habitant ibi. Septem ſpiritus, dæmonum ſignificant uniuerſitatem; qui per ſeptem uitia principalia iniquos inhabitãt, & eos trahunt ad damnationem. Immundus autem ſpiritus cum ſeptem nequioribus ſe ſpiritibus, domum ſuam uacantem, ſcopis mundatam, & ornatam reuertens inhabitat: dum diabolus cum uniuerſitate uitiorum, animam baptizatam quondam ſuam a bono opere otioſam, ſimulatis uirtutibus palliatam, per culpam iterum intrat. Qui ingreditur bene cum ſpiritibus nequioribus ſe; dũ animam per baptiſmum ſibi ablatam, & per culpam recuperatã, nequius quàm, ante baptiſmum retentare, & grauioribus ſceleribus fœdare conatur. Et ſunt nouiſſima hominis illius peiora prioribus; quia per contemptum gratiæ, quam de ſe male uiuẽdo pellit, deteriora ſupplicia meretur.

*De forti, & uaſis eius. Ca. XXIIII.*

NEmo poteſt uaſa fortis ingreſſus domum eius diripere: niſi prius fortẽ alliget. Fortis, eſt diabolus: fortior ſuperueniens, Chriſtus: domus fortis, mundus: uaſa, homines: fortis alligatio, diaboli refrenatio, ne tentet nos ultra uires noſtras. Direptio uaſorum, conuerſio hominum ad fidem uenientium. Fortior fortem, domũ eius intrans, alligauit, & uaſa illius diripuit: cum Chriſtus per carnem in mundum ueniens, & diabolum a ſententia tentationum cohibens, homines a diabolo poſſeſſos ad fidem ſuam conuertit. H Matt. 12

*De ſeminatore, & ſemine. Cap. XXV.*

EXijt qui ſeminat ſeminare ſemẽ ſuũ. Semen, eſt uerbum Dei; Sator, Chriſtus: ager, mundus: uia, eſt cor frequenti malarum cogitationum trãſitu attritum, & arefactum, ne uerbi ſemen poſſit excipere, uel germinare. Volucres, a quibus ſemen rapitur: dæmones ſunt, per quos uerbum, ne fructificet, auſertur. Qui ideo uolucres cæli dicuntur, quia cœleſtis, & ſpiritualis ſũt naturæ, uel quia per aera diſcurrunt. Petra, eſt indomitum cor, & durum, nullo uomere ueræ fidei penetratum: in quo non eſt uerus amor, aut perſeuerantia uirtutis. Spinæ, ſunt diuitiæ: quæ per multas curas cor lacerant, & ſemen uerbi ſuffocant. Terra bona, cor mite, & docile: quod uere fructum facit: cum in ipſo perfecta bonorũ operum plenitudo creſcit. Fructus ſeminis, iuſtificatio eſt hominis. I Matt. 13

*De inimico, qui ſuperſeminauit zizania. Cap. XXVI.*

SImile eſt regnum cælorum homini: qui ſemen bonũ ſeminauit in agro ſuo. Cum autem dormirent homines, uenit inimicus eius, & ſuperſeminauit zizania. In his uerbis dominicis, quæ cæteris faciliora ſunt, & magis manifeſta, non multum morandum eſſe, ſed ſuccincte eſſe tranſeundum, decernimus. Homo iſte, qui bonum ſemen ſeminauit, Chriſtus eſt. Ager, mũdus: ſemen, uerbum dei. Inimicus, diabolus: zizania, hæreticorum dogmata, ſiue quælibet peccata. Cũ autem dormirent homines: uenit inimicus, & ſuperſeminauit zizania. Dormitio hominum: mortem ſignificat Apoſtolorum, ſiue torporem prælatorum. Poſt mortem nimirum Apoſtolorũ, emerſerunt hęretici: qui diabolo cooperante dogma prauum ſparſerunt per agrum mundi. Dormientibus quoque per torporem prælatis, ſurgunt dęmones, K Matt. 13

mones,ſurgunt & peruerſi homines,& ſuper bonorum corda iaciunt ſemina malarum cogitationũ,uel ſuggeſtionũ.Sup alios ſeminãt luxuriã:ſuper alios auaritiã, & diuerſa peccatorum ſemina diuerſis inijciunt.Et ex malis ſeminibus.i. ex malis ſuggeſtionibus: creſcunt malæ ſegetes .i. mali hoĩes. Vis (inquiunt ſerui) eamus,& colligemus ea? Et ait:non, Ne forte colligentes zizania:eradicetis & triticum. ſpirituales uiri uidentes hæreticos,ſiue peruerſos quoq; in agro dominico germinaſſe,& creuiſſe:ſi ſcirent apud Deum eſſe beneplacitum, uellent eos auferre de medio iuſtorum:eo quòd iuſtis in quibuſdam obeſſe uideantur. Sed conſulta diuina iuſtitia,an hoc facere debeant,& an Deus hoc uelit, & an hoc ſit officium hominum malos auferre de terra: animaduertũt non nóſſe hominẽ in hac uita quales futuri ſint, qui modo mali ſunt, & quid error eorum bonis conferat:& ideo non eſſe tollendos: ne boni interficiantur, quod forte futuri illi ſunt,uel ne bonis ablatio eorum obſit,quibus proſunt. Tunc uero animaduertunt opportune malos auferri,cũ iam non eſt tempus commutandæ uitæ,uel proficiendi alijs, & ita per angelos, non per homines eos auferrendos eſſe.In tempore meſſis dicã meſſoribus. Colligite primum zizania, & alligate ea per faſciculos ad comburendum:triticum autem congregate in horreum meum. Tempus meſſis, eſt dies reſurrectionis:quando meliores angeli ligabunt faſciculos de malis ad comburendum,ligantes immundos cum immundis,auaros cũ auaris:& ſic impios cum ſuis ſimilibus: ut qui ſocij fuerunt in culpa, ſimul torqueantur in pœna. Triticum autem colligent in horreum: quia diſtribuent bonis beatas manſionum cæleſtium ſedes.

### *De grano ſinapis. Cap. XXVII.*

I

Matt.13 SImile eſt regnum cęlorum grano ſinapis:qđ accipiens homo,ſeminauit in agro ſuo. Hõ iſte,ſignificat Deum:ager,mundum: granũ ſinapis,fidẽ, quæ modica uſ pp ſcãdalũ crucis:ſed feruida eſt pp calorẽ dilectionis. Iſtud granum.i.fides catholica fit arbor magna,& habet ſtipitẽ,per ſpem,& ramos exaltatos, per dilectionẽ Dei,& dilatatos,per charitatem proximi:habitãt in ramis eius uolucres cæli.ſ.ſancti:qui pẽnis uirtutũ uolant ad præmia cæleſtium bonorũ. Sic & electus quiſq; granũ ſinapis ſeminat in agro: dũ prædicationẽ diuinã pp ſcandalum crucis reprobis minimam recondit in corde ſuo, Quæ creſcit in arborem magnã:dũ robur accipit per exercitationẽ uirtutis,& ramos per multiplicationem boni operis:in cuius ramis uolucres cæli habitationem recte conſtituunt:dũ ſenſus ſpirituales in ipſa per bonæ cõſcientiæ ſublimitatẽ requirunt.

### *De fermento abſcondito in tribus ſatis farinę. Cap. XXVIII.*

M

Matt.13 SImile eſt regnum cælorum fermento: quod acceptum mulier abſcõdit in farinæ tribus ſatis,donec totum eſſet fermentatum. Superius de fide,hic agit de charitate. Mulier,ſignificat ſapientiam diuinam: fermentum, charitatem:farina,corda.tria ſata, tria genera hominũ: hoĩes naturalis legis, legis ſcriptę hoĩes, & hoĩes gratiæ. Mulier ergo fermentum in tribus ſatis farinæ abſcondit:donec fermentetur totum: quia ſapientia diuina intra corda trium generum hominum charitatem recondit:totum autem fermẽtabitur,dum numerus electorũ in fine ſeculi cõplebitur. Aliquando fermentum ſignificat bonũ: aliquando malum. Bonum, ut in hoc loco: ſimile eſt regnum cælorum fermento: malum,ut expurgate uetus fermentum. Poſſumus per mulierem 1.Cor.5
iſtam,accipere animã:p tria ſata tres uirtutes aĩæ, rationẽ,irã,concupiſcentiã:per farinã, cogitationem:per fermentum ſicut ſupra, charitatẽ.¶ Mulier itaq; fermentum in tribus ſatis farinæ, donec totum fermentetur,abſcondit: dum quęlibet fide A
lis anima feruorẽ charitatis ĩ cogitatione triũ naturalium uirtutum reponit. Totum ergo fermentatur:dum uirtutum trium triplex cogitatio in ſaporẽ,& feruorem charitatis conuertitur:& poſſidemus per rationem;diſcretionem bonorum, & malorum:per iram,odium uitiorum: per concupiſcentiam,amorem uirtutum.

### *De theſauro abſcondito in agro. Cap. XXIX.*

SImile eſt regnum cælorum theſauro abſcon N
dito in agro:quem qui inuenit homo abſcõ Matt.13
dit,& præ gaudio illius uadit, & uendit uniuerſa,quæ habet,& emit agrum illũ. Ager, eſt ſcriptura;theſaurus,cognitio diuina; inuẽtio theſauri,reuelatio boni;abſconſio theſauri,occultatio boni a notitia diaboli, & ab appetitu fauoris humani. Omnia aũt uendit,& agrũ emit; qſqs ſacrę ſcripturę cauſa,& ueræ cognitionis, & dilectionis diuinæ,quæ in ea continetur; cætera oĩa, quæ illi ſunt contraria,& aliena, derelinquit.

### *De homine negociatore quęrente bonas margaritas. Cap. XXX.*

SImile eſt regnum cælorum homini O
negociatori,quærenti bonas margaritas; Matt.13
inuenta aũt una precioſa margarita;abiit & uendidit omnia,quæ habuit,& emit eam. Bonæ margaritæ,lex,& prophetæ;una pretioſa;Saluatoris ſcientia. Omnia uero uendit,& iſtam emit; qui (ſicut Paulus) ueteribus obſeruationibus renunciat, ut Chriſtum lucrifaciat. Item omnia uendit & precioſam margaritam emit, qui pro amore cœleſtium terrena contemnit

### *De ſagena miſſa in mare. Cap. XXXI.*

SImile eſt regnum cælorum ſagenæ P
miſſæ in mare,& ex omni genere piſciũ congreganti,quam cũ impleta Matt.13
eſſet,educentes, & ſecus litus ſedentes elegerunt bonos in uaſa ſua, malos autem foras miſerunt. Sagena iſta, prædicatio eſt euangelica: quæ in mare.i. in fluctuantẽ

nem,& amaritudinem præſentis ſeculi demiſſa,
congregat multitudinem piſcium .i. ex omni ge-
nere hominum,trahit ad litus maris .i. ad finem
præſentis ſeculi. Impletio ſagenæ: conſummatio
prædicationis euangelicæ.Congregat ex omni ge
nere hominum:quia ex Iudæis , quibus prædica-
uit Chriſtus:& ex Romanis,quibus prędicauerũt
Petrus & Paulus:Et ex Indis , quibus Thomas : ex
Perſis,quibus prædicauerunt Simon & Iudas : &
ex hoībus minoris Indiæ,quibus Bartholomæus:
ex Syrijs quibus Philippus:ex Aſianis,quibus præ
dicauit Ioãnes:ex Achaicis , quibus Andreas ; ex
Æthiopibus,quibus Matthęus:& ex Alexãdrinis,
quibus Marcus,& ſic ex aliis nationibus: ad qoas
ſiue per Apoſtolos,ſiue per apoſtolorum diſcipu-
los,& ſucceſſores, peruenit ſonus prædicationis.
Pſal. 18. In oẽm.n.terrã exiuit ſonus eorum. In eo nanq; ,
quod prædicatio euangelica ex oībus nationibus
Q aſſumit:ex oī genere piſcium trahit. ¶Aliter.Con
gregat ex oī genere piſcium: quia congregat ex oī
genere peccatorũ.Congregat imundos peccato-
tes,fornicatores,adulteros,inceſtuoſos,fœnerato
res,& ex oībus alijs,qui minoribus,uel maioribus
peccatis ſunt a Deo diuiſi,& per multas iniquita-
tes diſperſi.Et ex oībus congregat , & cõgregatos
iuſtificat:& neminem expellit,qui, ipſa audita, eã
intrare uoluerit. Continet autem ſagena iſta pi-
ſces multos,& diuerſos:bonos,& malos:ſed inte-
rim dum ſagena ad litus trahitur:iſti in illos fre-
quenter cõmutantur.Boni etenim nõnunq̃ mali
fiunt per culpã,& mali aliquando boni fiunt per
gratiã,& nondum poteſt iudicari,qui in uaſa ſint
eligendi:qui foras proiiciendi.cum ad litus .i. ad
finem ſeculi uentum fuerit : tunc iudicium uerũ
ſecernendorum bonorum, & malorum patebit :
quia angeli eligent bonos in uaſa .i. in æterna ta-
bernacula:& malos foras mittent in æterna tor-
R menta.Oẽs autem,qui fidem Chriſtianã receptu
ri non ſunt:extra ſagenam iſtam ſunt.ſicut Iudęi,
& Pagani.Et tales iam iudicati ſunt,non ſolum iu
dicio ſecundum præſcientiam,& iudicio ſecundũ
cauſam:ſed etiã iudicio ſecundum operationem,
deinceps iudicandi iudicio ſecundum retributio
Indiciũ quadruplex. nem.Eſt autem iudicium ſecundum præſcientiã,
quo iudicati ſumus anteq̃ eſſemus.Iudicium ſecũ
dum cauſam:quo iudicamur ex quo boni,& ma-
li ſumus.Iudicium ſecundum operationem : quo
iudicamur per manifeſtam actionem eſſe boni,&
mali,qui prius ſecundum cauſam eramus occul-
ti.Iudicium ſecundum retributionem eſt,quo re-
cipimus in premio ſecundum quod fuimus, & fe
cimus in merito.Ex his quatuor iudicijs , duo sũt
occulta,duo manifeſta.Occulta, iudicium ſecun-
dum præſciensiam,& iudicium ſecundum causã.
Manifeſta,iudicium ſecundum retributionem,&
iudicium ſecundum operationem. Duo quoque
pertinent ad Deum: iudicium uidelicet ſecundũ
præſcientiam,& iudicium ſecundum retributio-
nem.Duo ad hominem: iudicium ſecundum cau-
ſam , & iudicium ſecundum operationem. Sed
qui fidem chriſtianam prorſus reſpuunt: iam tri-
bus præcedentibus iudicijs, uidelicet iudicio ſe-
cundum pręſcientiam , iudicio ſecundum cau-
ſam,& iudicio ſecundum operationem ſunt iudi-
cati:iudicio autem ſecundum retributionem iu-
dicandi.

*De Chananæa, & filia eius ſanata. Cap. XXXII.*

S
SEceſſit Ieſus in partes Tyri, & Sydo- Mat. 15
nis.Et ecce mulier Chananæa a fini-
bus illis egreſſa , clamabat dicens.
Miſerere mei Domine fili Dauid.
Mulier Gentilis, ſed fide ad Domi-
num ueniens,gentium deſignat eccleſiam:quę ro
gat pro filia dæmoniaca.i.pro gente ſua nondum
ſaluata:ut diaboli fraudibus abſoluta,ueræ diuini
tati ſeruiat liberata.Fines Tyri,& Sydonis, in qui
bus mulier Dominum rogat: duorum populorũ
Iudæorum , & Gentium ad Chriſtum conuerſo-
rum,fidem unanimem deſignant. Sed mulier iſta
ſecundum Matthæum bene de finibus Tyri egreſ
ſa,ſecũdũ Marcum domum ingreſſa, ad Deũ,atq;
ad pedes eius procidiſſe dicitur: ut ex utroq; col-
ligatur;ꝙ ſoli fideliter,& recte ꝓ errantibus orãt,
qui priſcas perfidiæ ſuæ manſiones relinquunt,&
in domum Domini.i.in eccleſiã humili, ac pia ſe-
ſe deuotione transferunt. Nõ eſt bonũ ſumere pa
nẽ filiorum,& mittere canibus.Menſa,eſt ſcriptu
ra:panis,ſcientia;filij,Iudæi;canes,Gentiles:quaſi
diceret,Non eſt bonum,ut beneficium miraculo
rum,quod conuenit populo Iudæorum , qui ha-
bent cognitionem Dei,impendatur filiæ tuæ gen
tili,quę non habet notitiam Dei.Sed mulier gen-
tilis:per reſponſum humilitatis meruit filiæ ſuæ
beneficium ſanitatis,

*De lunatico a dæmone liberato. Cap. XXXIII.*

ACceſſit ad Ieſum hõ,genibus prouo- T
lutus ante eum dicens;Domine mi- Matt. 17
ſerere filio meo, quia lunaticus eſt,
& male patitur.Lunaticus eſt,qui ꝑ
horarum momenta deuitijs ad ui-
ria mutatur,nec perſtat ĩ cœpto,ſed decreſcit a bo
no, & creſcit in malo,& nunc in ignem libidinis,
uel iræ fertur;nunc in aquam fluctuantis cupidi-
tatis præcipitatur.Marcus de iſto ſic ait.Et cum ui Mar. 9.
diſſet illum ſtatim ſpiritus turbauit eum,& eliſus
in terram uolutabatur ſpumans.Dum puer ad Do
minum accedit eliditur;quia cõuerſi,ad Dominũ
plerunq; a dæmonio grauius pulſantur, ut uel ad
uitia reducantur , uel de ſua expulſione ſe uindi-
cet diabolus . Sicut in principio naſcentis eccle-
ſię,multa & grauia oppoſuit certamina illis quos
ſuo regno ſobtrahi uidebat.

*De rege,qui poſuit rationem cum ſeruis ſuis.*
*Cap. XXXIIII.*

V
SImile eſt regnum cęlorum homini re Matt. 18
gi;qui uoluit rationem ponere cum
ſeruis ſuis. Hõ iſte eſt Deus ; qui hẽt
ſeruos.i.hoĩes,qui ad imaginem , &
ſimilitudinem illius conditi, ei de-
bent famulari . Poſitio rationis ; diſtributio
eſt diuini examinis ; debitum,peccatum;debito-
res,

res, peccatores. Quanto quiſque plus peccauit: tanto amplius debet. Et qui minus peccauit: minus debet. Seruus, qui debebat decem milia talenta, eſt ille, qui tranſgreſſus eſt decem legalia præcepta. Qui non habet unde reddat; quia nõ habet a ſemetipſo unde iuſtus fiat, & præcepta legis impleat. Dñs autem eum, & uxorem eius, & filios uænundari præcepit, cum oĩbus, quæ habet: cum eũ pro iniqua uoluntate ſua, & nefandis operibus, cum oĩbus adinuentionibus ſuis pœnas ſoluere iubet. Quod præcauens aliquando debitor, id eſt, peccator: procidit per humiliationem, & rogat per ſupplicem orationem, ut habeatur erga ſe patientia per diuinã miſerationem; & ſpondet, ꝙ omnia reddet per pœnitentiæ ſatisfactionem. In quo facto Dñs dimittit ei debitum: quia dimittit ei peccatum. Sed iſte, cui Dñs mittit tantum debitum, conſeruum pro cẽtum denariis in carcerem retrudit; dum alium, qui uerbo, uel facto ipſum leuiter offendit, penitus ab omni miſeratione re-

X pellit. Vnde iuſte iratus Dñs tradit eum tortoribus, donec reddat uniuerſum debitum: quia pœnas æternas, quas prius pro trãſgreſſione legis meruerat, eum ſubire cõpellit. Sic & pater meus cæleſtis faciet uobis: ſi non remiſeritis unuſquiſq; fratri ſuo de cordibus ueſtris. Quidam dimittere nolunt oĩno: quia & malitiã ſeruant in corde, & uindictam dum pñt, exercẽt in opere. Alij etſi remittunt q̃tum ad uindictã, reſeruant tñ conceptum odium quantum ad malitiam. Sed quiſquis ſibi a Dño dimitti deſiderat: oportet, ut utroq; modo fratri remittat: ut nec opere exerceat uindictam: nec corde reſeruet malitiam.

*De operarijs in uinea. Cap. XXXV.*

Y

Matt.20 Simile eſt regnum cælorum hoĩ patrifamilias, qui exijt primo mane conducere operarios in uineam ſuã. Hõ paterfamilias, eſt Deus; uinea, eccleſia: operarij, prælati; horæ diei, ætas ſeculi. Cõductio operariorum, cõſtitutio prælatorum, uel emiſſio prædicatorum: ſerum diei, finis ſeculi; merces denarij, retributio regni cęleſtis. Itẽ paterfamilias, eſt Deus: uinea, aĩa: operarij, noſtri ſenſus; Inſtantia operis, exercitium uirtutis: horæ diei, ætates hoĩs: ueſper, finis uitæ. Retributio, æterna btitudo. De huius uineæ cultoribus, & retributione quidã uerſificator ait. Vinea culta fuit: cultores p̃mia quærunt. Nõ labor æqualis æqualia dona fuerunt. Qui uenit extremus diſpenſatore uocãte, Tãtundem recipit: quãtum qui uenerat añ. Sic Deus oſtendit, ſi quandocunque uelimus, Aggrediamur opus, certi de munere ſimus.

*De filio, qui uineam intrare recuſauit C. XXXVI.*

Z

Matt.21 Homo quidam habebat duos filios, & accedens ad primum dixit: fili, uade hodie operare in uineã meã. Ille autem reſpondens, ait, Nolo: poſtea autem pœnitentia ductus, abijt. Accedens autem ad alterum, dixit ſimiliter. At ille reſpondens, ait: eo Domine; & nõ iuit. Quis ex duobus fecit uoluntatem patris? Filius, qui uineam patris ſui intrare recuſauit: Gentilis populus eſt, qui primum ſeruire Deo cõtempſit. Filius autem, qui intrare ſe ſpopondit; eſt populus Iudaicus, qui Deo primum ſeruitium ſuum uouit. Sed qui prius renuit, poſtea intrauit; quia populus Gentilis pœnitentia ductus, prædicantibus Apoſtolis ſeruitio Dei colla ſubmiſit. Et prior filius, quod ſpopondit, non impleuit: quia populus Iudaicus in ſeruitio Dei non permanſit.

*De rege, qui fecit nuptias filio ſuo. Cap. XXXVII.*

Simile factum eſt regnum cælorum A
hominiregi, qui fecit nuptias filio Matt.22
ſuo: Et miſit ſeruos ſuos uocare inuitatos ad nuptias, & nolebant uenire. Regnum cælorum eſt præſens eccleſia, quæ eſt iuſtorum congregatio. Rex, eſt Deus pater, qui omnia regit. Nuptiæ filij, incarnatio uerbi. Inuitati, Iudæi. Serui propter inuitatos miſſi, prophetę, & Apoſtoli. Tauri mei, & altilia occiſa ſunt, & omnia parata: uenite ad nuptias. Tauri, ſunt patres, & bellatores ueteris teſtamenti; qui cornibus conceſſæ ſibi poteſtatis, hoſtes fugabant de finibus ſuis. Altilia, ſunt noui teſtamenti præcones, ſpiritualis gratiæ plenitudine pingues, pennis contemplationis ſuperna gaudia petentes. Occiſa, uel ab eo quod fuerant uel per mortẽ carnis in requie poſita. Tauri, & altilia; quia & prius prophetæ, & poſt Apoſtoli ab infidelibus paſſi ſunt: qui nobis modo ſunt in exemplum quid nobis credendum. Illi autem negligentes abierunt: alius in uillam ſuam; alius in negociationem ſuam. Reliqui uero tenuerunt ſeruos eius; & contumelijs affectos occiderunt. Illi, qui ad nuptias uenire noluerunt: ſignificant eos, qui ex Iudæis in Chriſtum credere noluerunt, uel contempſerunt. Quorum alij in uillam abierunt: dum intendunt operationi terrenæ; alij in negociationem ſuam; dum ſtudent auaritiæ. Illi uero, qui ſeruos regis occiderunt; illos ex Iudęis figurant, qui prophetas, & Apoſtolos, & alios prędicatores ſunt perſecuti. Rex autem cum uidiſſet occiſionem ſeruorum ſuorum; iratus eſt, & miſſis exercitibus ſuis Romanis ſcilicet Tito, & Veſpaſiano, perdidit homicidas illos, id eſt, Iudæos, & ciuitatem eorum ſcilicet Hieruſalem ſuccendit. Ite ad exitus uiarum. Exitus uiarum ſunt
errores gentium; qui ſunt extra fidem, ſpem, B
charitatem, quæ ſunt uiæ ad patriam ducentes. Et quoſcunque inueneritis, id eſt cuiuſcunque cõditionis; uocate per prædicationem, ad nuptias id eſt, ad dominicæ incarnationis fidem. Et egreſſi ſerui id eſt Apoſtoli de Iudæa in uias, id eſt, gentium ſectas, congregauerunt in unitatem credulitatis malos, id eſt, falſos chriſtianos, & bonos .i. electos, & impletæ ſunt nuptiæ diſcumbentium .i. intrauerunt catholicæ fidei pro-

feſſionem,quotquot erant uocati per prædicatio
nem.Intrauit autem rex,ut oideret diſcumbētes.
Rex nuptias intrat,ut diſcumbentes uideat:quan
do Deus in præſenti conſcientias eorū, qui Chri-
ſtiano noīe cenſentur illuſtrat,& quid unuſquiſq;
faciat,ſubtiliter penſat,& diiudicat. Et uidit ibi
hominem non ueſtitum oeſte nuptiali.Veſtis no-
ptialis,opus charitatis. Quam oeſtem qui non ha
bet:ligatis manibus,& pedibus .i. ablata penitus
poteſtate bene operandi,proiicitur in tenebras ex
teriores,quæ ſunt infernales obſcuritates.Et quid
ibi ſuſtinebit,qui hic bene uiuere contempſit,ad-
dit dicens Ibi erit fletus .ſ. oculorum in uanitate
mundi modo uagantium:& ſtridor dentium , in
edacitate modo gaudentium . Multi ſunt uocati
per prædicationem:ſed pauci electi ad regnū per
bonæ uitæ ſanctitatem.

### *De die iudicij. Cap. XXXVIII.*

C Sicut factū eſt in diebus Noe, ita erit
Matt.24 in die filij hominis:Edebant, & bi-
Lucæ.17 bebant:uxores ducebant,& daban-
tur ad nuptias uſq; in diem,qua in-
traoit Noe in arcam : & uenit dilu-
oiom,& perdidit omnes.Noe Arcam ædificat:cū
Dn̄s fideles in eccleſiam congregat.Quam conſū-
matam ingredietur;cum hanc in die iudicij præ-
ſentia ſua illuſtrabit.Sed dum ædificatur arca, ini
qui luxuriantur:& dum intratur, æterna dānatio
ne plectuntur.Similiter factū eſt in diebus Loth;
edebant,& bibebant:emebant,& uendebant:plá
tabant,& ædificabant . Qua die aūt exiit Loth e
Sodomis:pluit Deus ignē, & ſulphur de cęlo , &
perdidit oēs.Loth,qui interpretatur declinans,eſt
populus electorum:qui dum in Sodomis,i, inter
Matt.13 reprobos,ut aduena,moratur:quantum ualet ſcę
lera eorum declinat . Exeunte Loth Sodoma pe-
riit:quia in conſummatione ſeculi exibunt ange
li,& ſeparabunt malos de medio iuſtorum,& mit
tent eos in caminum ignis.

### *De decem virginibus. Cap. XXXIX.*

D Simile eſt regnū cœlorum decem oir
Matt.25 ginibus:quæ accipientes lampades
ſuas exierunt obuiā ſponſo, & ſpon
ſæ. Decem uirgines : ſunt uniuerſi
credentes,bona opera exhibentes :
Lápades,opera:oleum,gratia, ſiue bona conſcien
tia.Quinq; fatuæ uirgines,ſignificant illos;qui in
bonis , quæ faciunt,non bonā conſcientiam , ſed
laudem humanā quærunt.Sapientes uirgines sūt,
qui in bonis,quæ faciunt,non quærunt laudē hu-
manā,ſed conſcientiam bonā . Mora ſponſi,dila-
tio eſt iudicij:dormitio uirginum,mors hominū;
medium noctis,inſperatus euētus reſurrectionis:
clamor aduenientis ſponſi , tuba angelica in die
iudicij:præparatio lampadum,recordatio, & nu-
meratio operum. Sed lāpades fatuarum extinguū
tur;quia in aduentu iudicij intus obſcurātur , &
non hn̄t mercedē:quia receperunt laudem. Date
nobis de oleo ueſtro.i. teſtimonium dicite de ope
ribus noſtris . Ite potius ad uendentes: non dant
conſilium,ſed ex obliquo commemorant crimen
earum:ite ad uendentes .i. modo uidebitis quid
uos adiuuent,qui uobis laudes uendere conſueue
runt.Venditores ſunt adulatores:qui dant laudē, E
ut accipiant aliquam mercedem . Sed uirginibus
fatuis tarde bonam conſcientiā quærentibus , in-
trant ſapientes cum ſpōſo ad nuptias:quia repro-
bis eiectis ad dānationem, electi cum Chriſto in-
trabunt ad beatitudinem . Et clauſa eſt ianua.i.a-
ditus regni cælorum. Domine,Domine aperi no-
bis.Poſt ſeram pœnitentiam,poſt infructuoſas la-
chrymas:fruſtra pulſant foris relictæ.Amen dico
uobis,neſcio uos. Quaſi dicat;ideo uos deſero:qa
per oitæ meritum non agnoſco.Ecce quanta ſeue
ritas poſt iudicium eius , cuius eſt ante ineſtabilis
miſericordia.Vigilate itaque : quia neſcitis diem,
neque horam.Ecce quo tendit parabola. Ad hoc
nanque tendit : ut ad futura oculos cordis aperia-
mus:mala euadamus deſerēdo culpam:bonā pro
mereamur ſectando iuſtitiam.

### *De homine,qui tradidit ſeruis ſuis bona ſua. Cap. XL.*

Homo quidam peregre proficiſcens F
uocauit ſeruos ſuos,& tradidit illis Matt.25
bona ſua.Homo iſte, Chriſtus: ſer-
oi,Chriſtiani: profectio,aſcēſio;bo
na,ſunt dona ; quinque talenta, ex-
terior ſcientia,quinque ſenſibus acquiſita;duo ta
lenta , intellectus & bona operatio ; unum talen-
tum,intellectus tm̄.Multiplicatio talentorū, exer
citatio uirtutum, & exhibitio bonorum operum
ad iuſtificationem propriā , & ad utilitatem alie-
nam. Seruos,qui pecuniā dn̄i ſui in terrā abſcon-
dit;falſos ſignificat Chriſtianos , qui acceperunt
ingenium:& in rebus terrenis, & tranſitorijs ex-
pendunt,altioris uitæ uias arripere metuunt,acce
ptam diuinitus ſapientiam , oel ſcientiam prædi-
cando multiplicare paruipēdunt,erubeſcunt, uel
contemnunt.Meto quod non ſeminaui,& cōgre-
go ubi non ſparſi. Quaſi diceret . Non ſolum ab
illis,quibus gratiam operandi, & prædicandi tri-
bui,fructum operationis,& prædicationis requi-
ro; ſed & illos , quibus nil gratiæ tribui , pro in-
fructuoſitate,& ſterilitate condemno . Serue ma-
le,& piger,ſerue,quia mihi ſeruire debuiſſes ope
rando, & prædicando;male,malum faciendo:pi-
ger,a bono ceſſando. Oportuit te committere pe
cuniam meam nummularijs;& ego ueniēs, quod
meum eſt,recepiſſem cum uſura.Numularij; ſunt G
qui audita prædicatione, facto, & uerbo quæ au
dierunt multiplicare ſatagunt;ac ſi diceret, Acce
pta gratia mea,bonæ operationi , & prædicationi
intendere debuiſſes . Quod ſi feciſſes; non ſolum
te,ſed & alios multos,exemplo tuo,& uerbo mihi
lucrifeciſſes . Sed quia per pigritiam tuam , qua
a bono ceſſaſti , & per malitiam tuam, qua ma-
lum feciſti,damnum mihi non ſolum iuſtificatio
nis tuæ,ſed & alienæ intuliſti;ideo de malitia, &

pigri-

pigritia tua, te iuſte arguo, & condemno. Tollite ab eo talentum, & date ei, qui habet decẽ talenta. Omni enim habenti dabitur, & abundabit &c. Habenti meritum, dabitur præmium. Dabitur, quantum ad remunerationem: abundabit, quantũ ad beatitudinẽ. Ei aũt, qui non habet, ẽt id, quod habere uidetur, auferetur ab eo. Quia falſus quiſque chriſtianus: in damnatione nec nomen chriſtianitatis permittetur habere. Et ſicut nũc nudus eſt a ſacramentorũ interiori ueritate: ſic tũc foris nudabitur exteriori obũbratione. Prouideat itaque ſibi humana conſcientia nunc in tẽpore, ut poſtmodũ de præmio gaudeat in æternitate. Sic talentũ doni cœleſtis expendat: ut non dãnationẽ, ſed ſaluationem in fine recipiat. Nemo dicat, ſuffi cit, mihi ipſi attẽdere, mihi ſoli prouidere, de me redditurus ſum rationẽ: nolo ſalutẽ alterius quærens periclitari: non ſũ eruditus in ſcripturis, nec expeditus in uerbis: modo ſilcio: nunquã pro tãtillo ſi non prædicetur Deus, quẽquam accuſabit,
H uel dãnabit. Quot etenim hoĩbus quiſque (quantũ ad ſe pertinet) prodeſſe põt uerbo: de tot Deo damnũ fecit ex ſilentio, & de tot non iniuſte redditurus eſt rationẽ in iudicio. Qui igitur multa nouit, multa dicat: & qui pauca nouit, pauca dicat: & quantũ quiſq; nouit, tantũ dicat. qui ſcit uel unũ euangeliũ, uel unũ uirtutis exemplum: quicquid acceperit per cognitionẽ, alijs tribuat per prædicationem. Non conſideret ſexũ, ætatẽ, perſonam, tempus, locum: ſed prędicet oĩbus, ſemper, ubiq;: maſculis, fęminis, ſenibus, iuuenibus, diuitibus, pauperibus, in proſperitate, in aduerſitate, die, nocte, mane, meridie, ueſpere: in eccleſia, in platea, in uia, in agro, in terra: in mari, in oĩbus ſemper ubiq; bonũ, quod nouit, dicat: ſi adſit, qui audire poſſit. Sũt nanq; multi, q̃ his in oĩbus ſpectabiliora conſiderant ſemper, & his oppoſitis prędicare recuſant, quaſi Dñs Deus altiora proſpiceret, & inferiora non curaret: cũ nonnunquam quæ hominibus uidentur infima, apud Deum habeantur ſumma. Sunt ẽt qui numeroſiori populo prædicant, paucis uero loqui non curant: & qui maiori culpa apud Deũ ſe obligant: qui uerbũ Dei, ſiue præ pudore, ſiue præ ſuperbia, & põpa diuitiarũ penitus referre recuſant. Qui igitur talentũ cogniti boni prædicando expendit, largitori talenti lucrũ facit: & ſi non in alio, tamen in ſemetipſo: quia quãuis ille, qui audit, malũ non derelinquat, bonumq; non faciat, ille tñ in eo, quod loquitur, animã ſuã liberat, & audientem ignorantia non excuſat, & ideo illum diuina ſententia iuſtius damnat.
I Nemo aũt eſt, qui ſe poſſit ab hac talenti erogatione excuſare; quia nemo eſt, qui non ualeat ad meliora aliquẽ uerbo ſuo prouocare. Quòd autẽ multi, qui ad miniſterium prædicationis ſignati ſunt, & eiuſdem miniſterij ſumptus ſumunt, & de eis delicate uiuunt, & luxurioſe, & inquam diuinas ſcripturas neſciunt: de torpore, & ignauia, ſiue contemptu arguendi ſunt, quia cũ eccleſiæ, bibliothecis, homiliarijs, expoſitionibus, tractatibus repletæ ſint. ipſi lectioni, uel meditationi ſcripturarũ ſtudium nullum impendunt. Erubeſcant ergo quarundã eccleſiarum miniſtri inutiles, ioſcij, & ignari: torporẽ excutiant: libros legant, talentũ expendant, redimant tempus: quoniam dies mali ſunt. Oĩbus deniq; modis, quibus poſſumus noſipſos emendare: uel alios adiuuare, debemus talentũ dominicũ erogare, & erogando multiplicare: a tpore de quo in ſtricto iudicio reddituri ſumus rationem.

## SEQVITVR LIB. III. *qui continet Allegorias euangelij ſecundum Marcum.*

### *De homine habente manum aridam. Cap. I.*

INtroiuit Ieſus in ſynagogã: & erat ibi homo manũ habens aridã, cui ait. Extẽde manũ tuam. Hõ iſte deſignat genus humanũ: per culpã originalẽ ab omni actione bona impeditum. Cuius manũ Dñs ſanauit: dum ei gratia bene operãdi tribuit. Qui ſiccã manum aridam extendit: dum amiſſum boni operis munus accepit. Aliter. Hõ iſte: ſignificat auaros, q̃ nolentes dare uolunt accipere. Quibus dicitur, ut extendant manum: ut qui furatur, iam non furetur: magis autẽ laboret operando, ut habeat unde tribuat neceſſitatem patienti. K Mat.3. Eph.4.

### *De dæmoniaco poſſeſſo a legione. Cap. II.*

L EXeunte Ieſu de naui, occurrit de monumentis homo in ſpiritu immundo: qui domicilium habebat in monumentis. Dęmoniacus iſte, quẽ legio poſſidebat: populum Gentium ab uniuerſitate dæmonũ diu poſſeſſum deſignat. Populus nãq; Gentium ab omnibus poſſeſſus dæmonibus tãdiu tenebatur, quãdiu per multiplicẽ idololatriæ cultum, omnibus famulabatur. Gentiles etenim (ſicut ait Apoſtolus) mutauerũt gloriã incorruptibilis Dei, in ſimilitudinẽ imaginis corruptibilis hominis, & uolucrum, & quadrupedũ, & ſerpentium; quia cõmutauerunt ueritatem Dei in mendacium, & coluerunt, & ſeruierunt creaturæ potius, q̃ creatori, qui eſt benedictus in ſecula, amen. Catenę, uel cõpedes, quibus ligabatur, quas que frangebat: naturalis legis pręcepta, ſiue Gentilium legum decreta; quibus a malo reſtenari debuerant: ſignificant. Sed catenas, & compedes dæmoniacus ligatus frangebat; quia Gentium populus, quanto amplius his, aut illis præceptis ligabatur per malorum prohibitionem; tanto furioſius ea rumpebat per tranſgreſſionem. Et habitabat in monumentis: quia conuerſabatur in mortuis, & fœtidis operibus. De hac ruptione catenarum, & cõpedum hoc mõ Paulus inſultat dicens, Fœminæ eorum mutauerunt naturalem uſum in eum, qui eſt contra naturam. Similiter autem & maſculi relicto naturali uſu fœminę; exarſerũt Mat.5 Rom.1. Rom.1.

In deſiderijs ſuis inuicem, maſculi in maſculos tur pitudinem operantes: & mercedem, (quam opor tuit) erroris ſui, in ſemetipſis recipientes. Et ſicut non probauerunt Deum habere in noticia: ſic tra didit illos Deus in reprobum ſenſum, ut faciant ea, quæ non conueniunt, repletos omni iniquita te, malitia, fornicatione, auaritia, nequitia: plenos inuidia, homicidio, contentione, dolo, malignita te: ſuſurrones, detractores, Deo odibiles, cõtume lioſos, ſuperbos, elatos, inuentores malorum, pa rentibus non obedientes, inſipientes, incompoſi tos, ſine affectione, abſque fœdere, ſine miſericor dia. Ecce quomodo legio poſſidebat hominem: quomodo catenas, & compedes rumpebat: quo modo in monumẽtis habitabat. Qui bene nocte, & die in monumentis, & montibus clamaſſe, & lapidibus ſe conſcidiſſe dicitur: quia & in aduer ſis, & proſperis, populus Gentium in fœda actio ne impudenter, ſe eſſe propalabat: & lapideorũ deorum cultura ſemetipſum lacerabat. Grex por corum, qui iuxta montem paſcebatur, & quem le gio ab homine pulſa intrauit, & in mare præcipi tauit: multitudinem infidelium, & quorumlibet immundorum exprimit hominum. Qui recte iux ta montem paſcuntur: dum per ſuperbiam elati, ſimilitudine porcorum ad ima curui ſuperna ne ſciunt, & ſolis tranſitoriis beſtialiter ſe immergũt; & dum ſe inquinamento carnis, aut ſpiritus pol

M luunt: more porcorum in luto paſtum quærunt. Heu quàm multiplex eſt grex iſte porcorum: hominum ſcilicet turpiter, & beſtialiter uiuentium, & porcos, qui in infimis rerum bonum ſuũ quærunt, imitantium. Vt enim de Iudæis, & Paganis taceamus: quis numerare poſſet multitudinẽ falſorum Chriſtianorum, qui quamuis baptiſmum perceperint: ſpiritui gratiæ tamen contumeliam facientes male uiuendo eum de ſemetipſis expulerunt: & ſe horrendis ſceleribus polluerunt? Qui tamen duo millia figuraliter eſſe dici poſsũt, duo, quia diuerſi a bono: millia, quia perfecti sũt in malo. Legio ergo ab homine pulſa, porcos ingreditur: quia dæmones ab illis, qui ad uitã æternam prędeſtinati ſunt, per gratiam Redemptoris fugati, malis male uiuentibus, & terrenis intendẽtibus dominantur. Quod tamen non faciunt, niſi Ieſus concedat: quia nec malos tentare pręſumũt, niſi potentia diuina permittat. Grex uero porcorum a legione in mare præcipitatur: dum per dæmones malorum uniuerſitas ad infernalem amaritudinem perducitur. Viderunt homines ciuitatis illius a legione liberatum, ſedere ad pedes Ieſu, ueſtitum, & ſanę mentis, & timuerunt. Seſſio ad pedes Domini, ſignificat humilitatem, & bonorum operum imitationem. Veſtitus, bonam actionem: ſanitas mentis, iuſtificationem. Et rogauerunt Ieſum, ut diſcederet a finibus eorum. Si

Lucę. 5. cut Petrus fragilitatis ſuæ memor ait. Exi a me Domine, quia homo peccator ſum. Et ſic adhuc iſti infirmi timuerunt eum, & ut a finibus ſuis diſcederet, rogauerunt. Ait Ieſus liberato. Vade in domum tuam ad tuos, & nuncia illis quanta Do

N minus tibi fecerit, & miſertus eſt tui. Hoc exẽplo docetur quiſque ſuis primo ſalutem ſibi factam prædicare, & eos ad eãdem ſalutem per propriã prouocare: quia & ipſe eis propter carnis cognationem debitor magis tenetur, & illi forſitan citius quàm alieno credent. Sed quàm multi intra ambitum eccleſiæ continentur, qui hoc exẽplum minime ſequuntur? Quia multi ſunt, qui de ſuis parentibus inquirunt, an corpore ſint ſani, an habeant uictum, ſiue ueſtitum, domos, agros, equos, greges, armenta, aurum, argentum, pacem temporalem, an gratiam potentũ, & diuitũ poſſideant, & ſic de his, quæ ad corpora pertinent circa amicos ſuos ſoliciti ſunt: de his uero, quæ ad ſalutem animarum pertinent, ſolicitudinem nullam gerunt? Timendum ęſt autem, ne tales ad antiqua uitia relapſi ſint, & quòd ipſi ſalute iam careant, quam nec ſuis prædicare curant. Qui nanque ſpirituales ſunt, ea, quæ ſunt ſpiritus, quærunt: de ſuis diligenter inquirunt: an ſint a uitijs puri, a peccatis liberi, uirtutibus ditati, bonis operibus pleni:

an pacem Dei habeant cum omnibus: an bonum Gala. 6.

ad omnes operentur, maxime ad domeſticos fidei. Iſti enim, liberatum iſtum imitantur: qui ad uocem Domini ſalutem in ſe factam alijs ſtuduit nunciare, & per Decapolim prædicare. Decapolis, quæ eſt regio decem ciuitatum: ſanctam eccleſiam ſignificat, quæ decalogum legis ſeruat. Et in Decapoli ſalutem ſibi factam prædicat: qui ſanctæ eccleſiæ fidelibus, a diabolo ſe liberatum eſſe uerbis, & operibus bonis demonſtrat. Studeamus & nos ſi nondum liberati ſumus: a diabolo liberari. Et ſi iam nos liberatos eſſe cognoſcimus: ſalutem alijs prædicemus: quam obtinuiſſe nos gau

demus, memores quod ſcriptum eſt. Qui non eſt Lucæ. 11.

mecum, contra me eſt, & qui non colligit mecũ,

diſpergit. Et iterum. Qui audit, dicat, Veni. Apo. 22.

*De diſcipulis requieſcentibus in deſerto.*
*Cap. III.*

O DIxit Ieſus diſcipulis ſuis. Venite ſeor

ſum in deſertum locum, & requie Mar. 6.

ſcite puſillum. Duæ ſunt uitę: actiua, & contemplatiua. Actiua, eſt in labore; contemplatiua, in requie. Actiua, in publico: contemplatiua, in deſerto. Actiua, in neceſſitate proximi: contemplatiua, in uiſione Dei. Monemur itaque in his dominicis uerbis: ut aliquando ab actione quieſcamus, & ad ſecretum contemplationis tranſeamus. Quæ contemplatio recte deſertum dicitur: quia a multis deſeritur, & a paucis inhabitatur. In qua requieſcimus puſillum: cum pro noſtra fragilitate diuinæ uiſioni diu non ualeamus inhærere; nec pro neceſſitate proximi, curam illius diu prætermittere. Erant enim, qui ueniebant, & redibant multi: nec ſpatium manducandi habebant. Sic noſtris diebus multi ueniunt, multi redeunt. Multi ueniunt per credulitatem: ſed multi redeũt per iniquitatem. Venit latro, receſſit Iudas. Et ſpatium non habemus manducandi; dum uel bonis, uel malis per prædicationem, uel per quodlibet miniſterium

ſterium intenti ſpatium non habemus ſcripturas legendi,& meditandi. Aliquando ergo cũ Apoſtolis nauem aſcendentes in deſertum abeamus: uta uerbo,& miniſtratione ceſſantes, per fidem, quam babemus in Deum, fluctuationes mondiales transfretantes: tantum lectioni, & meditationi, orationi, & diuinę contemplationi ſaltem ad modicum intendamus. Nemo nanque (ſicut in libris beati Gregorij legimus) debet propter contemplationem Dei, omnioo poſtponere neceſſitatem proximi: nec propter neceſſitatem proximi, contemnere contemplationem Dei.

*De naui in mari.* *Cap. IIII.*

P CVm ſero eſſet, erat nauis in medio maris,& Ieſus ſolus in terra. Sero, ſigni-
Mat.6 ficat uitæ præſentis ignorantiam: nauis, ſanctam eccleſiam: mare, huius ſeculi inconſtantiam: terra, ſoliditatem ſupernam: qoarta uigilia, quatuor euangeliorum ſcientiam: labor diſcipulorum in remigando, laborem iuſtorum in bene operando: uentus, eſt diabolus: contrarietas uenti, tentationes diaboli. Ieſus autem ſupra mare ambulat: cum ſeculi præſentis tumorem calcat, deprimit,& humiliat. Et labores diſcipulorum reſpicit: cum multiplices tribulationes iuſtorum in medio miſericorditer attendit. Et uolebat præterire eos, ut ſcilicet ad horam turbati, ſed continuo poſt liberati, plus liberationis ſuæ miraculum ſtuperent, & liberatori ſuo maiorem gratiam referrent: ſicut ſæpe uidetur diuina pietas fideles in tribulatione,& tentatione deſerere. Vnde ſcriptom eſt. Quare me re-
Pſal.42. puliſti? quare triſtis incedo, dum affligit me inimicus? Sed continuo adeſt Dominus,& dicit. Confidite: ego ſum, nolite timere. De hac conſolatione dictum eſt. Cum tranſieris per aquam: tecum ero, & flumioa non operient te. In nauim ad illos aſcendit, quando ſanctam eccleſiam per gratiam intrans, fideles contra quælibet aduerſa munit.

*De ſurdo, & muto ſanato.* *Cap. V.*

Q EXiens Ieſus de finibus Tyri: uenit ad Sydonem per medios fines Decapo-
Mar.7. leos. Et adducunt ei ſurdum,& mutum,& deprecabantur eum, ut imponeret ei manum. Genus humanũ tanquam unus homo uaria peſte in protoplaſto deprauatum amiſit lumen; dum perdidit diuinæ contemplationis claritatem: amiſit auditum, dũ perdidit obedientiæ uirtutem: amiſit olfactum, dum perdidit diſcretionis uirtutem: amiſit guſtũ, dum perdidit internæ dulcedinis ſaporem: amiſit tactum, dum perdidit lenitatem internæ ſuauitatis: amiſit loquelam, dom perdidit confeſſionem diuinitatis: amiſit manum, dum perdidit exhibitionem boni operis: & quaſi ſingulorum ſenſuũ, & membrorum officia, amiſit, dum omnium uirtutum exercitationem, & bonorum operum exhibitionem, per peccatum originale perdidit. Incuruatur, dum ſummis derelictis ad ima flectitur. Infunditur hydropiſi, dom exteriorum bonorum cupiditate diſtenditur: repletur dęmonio, dum ſe palam tradit dæmonium obſequio. Diuerſæ autem operationes miraculorum: diuerſarum uirtutum & actuum in humano genere deſignant reſtaurationes. ¶Exiens Ieſus de finibus Tyri. Tyrus interpretatur anguſtia,& ſignificat Iudæam: cui Dominos per prophetam ait, innuens quòd eam eſſet derelicturus. Coanguſtatum eſt ſtratum: ita Eſaiæ.28 ut alter decidat. Sydon interpretatur uenatio,& ſignificat gentium ferocitatem, & gentilium nationum. Regio Decapoleos, propter numerum denarium, decem diuinæ legis præcepta figurat. Mare Galileæ, quæ interpretatur tranſmigratio facta: fluctuoſam uolubilitatem nationum, quæ de malo ad bonum per idololatriæ deſertionem perfecte tranſmigrauerant, deſignat. Ieſus ergo de finibus Tyri,& Sydonis exiens per Sydonẽ ad mare Galileæ inter medios fines Decapoleos, ſurdum, R & mutum ſanauit, quando anguſtias infidelis Iudęæ deſerens, ferocitatem Gentium comprimens, & fluctuoſitatem ſedans in prędicatione decalogi, noxiam taciturnitatem, & ſurditatem curauit generis humani. Manumque illi impoſuit; quando ei donauit facultatem ſuis obediendi præceptis,& fidem catholicam coofitendi. Adductores, ſunt Apoſtoli,& prædicatores: qui pro ſanando infirmo toties rogant, quoties pro ſaluandis infidelibus ſuppliciter orant. Sanandum uero infirmũ Dominus de turba ducit ſeorſum: quando quemlibet impiom iuſtificans, de ſocietate, & communitate infidelium,& male uiuentium diuidit. Digitoſque in auriculas ſanandi mittit, & exſpuens linguam tangit, quando ei per Spiritum ſanctum præceptis ſuis obediendi gratiam, & confitendi, & prædicandi ſapientiam tribuit. Quod autem ingemuit: nobis tantummodo exemplum gemendi pro aliis dedit. Aures denique infirmi ad audiendum apetiuntur, & lingua ad loquendum ſoluitur: dum homo per gratiam iuſtificatus, præcepta diuina auribus cordis auſcultat,& cognita confitetur,& prædicat. Hoc igitur exemplo docemur, ut quoſlibet peccatores quotidie per prædicationẽ noſtram ad Dominum adducere ſtudeamus, & illom pro illis iugiter oremus.

*De ſeptem panibus, & paucis piſciculis, & quatuor millibus hominum ſatiatis.* *Cap. VI.*

LEgimus in euangelio, quòd Dominus quatuor millia hominum de ſeptẽ Mar.8.&
panibus,& paucis piſciculis ſatiauit. Matt.15.
In quo loco per ſeptem panes, ſeptẽ dona Spiritus ſancti figurantur: per piſciculos uero, exempla patrum antiquorum, qui ſub naturali lege, uel ſcripta fuerunt, deſignantur. Comedentes quatuor millia fuiſſe deſcribuntur, propter quatuor euangeliorum perfectionẽ: uel propter quatuor cardinalium uirtutum exercitationem. Dominus ergo ſatiat quatuor millia hominum ex ſeptem panibus,& paucis piſciculis,

quando

quando per ſeptiformis ſpiritus dona, & per præcedentium patrum exempla, qui de fluctibus huius ſeculi erepti, & diuina benedictione conſecrati refectionem nobis, ne in huius ſeculi curſu dificiamus, præbent. Quatuor inquam millia hominum ſatiat: quando electos credulitate quatuor euangeliorum compræhenſos, quatuor principalibus, uirtutibus exercitatos, donis ſpiritualibus, & exemplis patrum perficit, docet, & iuſtificat. Et notandū, quod dicuntur piſciculi pauci: quia ualde rari fuerunt iuſti antiqui. Triduo autem Dominum ſuſtinent: quia in fide ſanctæ Trinitatis conſtituti, ſpiritualem a Deo deſiderant paſtū accipere. Quidam ex eis de longe uenerunt. Qui enim nihil carnalis expertus corruptionis ad ſeruitium Domini feſtinat: de longinquo non uenit. Qui etiam nulla impudicitia, nullis flagitijs inquinatus, ſolum autem coniugium expertus eſt: non uenit de longinquo. Qui uero multis, & magnis flagitijs ſemetipſos polluunt, & poſt hoc ad Deum redeunt: de longinquo uenerunt. Et ſi dimiſero eos ieiunos: deficient in uia. Conuerſi nāque peccatores in præſenti uitæ ui... deficiunt, ſi in ſua conſcientia ſine pabulo doctrinæ dimittantur. Septem ſportæ de fragmentis implentur: ſpirituales uiri ſunt, qui ſublimiora, quę capacitatem minorum ſuperant, & colligunt, & cuſtodiunt. Et dimiſit eos. Dominus refectos dimittit: cum ſpirituali doctrina eruditos, ut cognita perficiāt, in proprio & libero arbitrio derelinquit: nec aliquem eorum ad ſeruiendum ſibi cogit.

*De fermento Phariſæorum, & Herodis. Cap. VII.*

T

Marc. 8. Cauete a fermento Phariſæorum: & a fermento Herodis. Fermentum phariſæorum: eſt ſimulatio religionis, tenacitas auaritiæ, intemperantia cupiditatis. Fermentum Herodis, eſt homicidium, adulterium, temeritas iurādi. A fermento autem phariſæorū, & Herodis minime cauet: quicūq; prauitaté illorū ſuis operib⁹ miſcet.

*De manu, & pede ſcandalizante hominem. Cap. VIII.*

V

Marc. 9. Matt. 18. Si manus tua, uel pes tuus ſcandaliſat te, abſcinde eum, & proiice abs te &c. Debemus accipere actionem per manum. Per pedem, corporis motionem. Per oculum, cordis intentionem. Multi ſunt, qnos manus ſua male ſcan-

Prou. 2. dalizat. Qui enim lætantur cum male fecerint, & exultant in rebus peſſimis: quia delectantur in uitijs, & operibus malis: iſtos manus ſua miſerabiliter ſcandalizat, & ab introitu regni cęleſtis tardat. Sunt etiam, qui in motu corporis, & uagatione delectantur: ciuitates, caſtella, oppida, uicos peragrant, & terram circumeunt, & perambulant, nunquàm in uno loco ſunt, nec conſiſtunt, nunquàm pedes ab excurſu, & diſcurſu comprimere ualentes. Vnde de tali curioſe quidam uerſificator ait.

Dum fuit in mundo, per mundum uixit eundo:
Hic poſtrema dies, hic quoque prima quies. Quid igitur tales, qui non gratia orationis, aut temporalis neceſſitatis, ſed ... cauſa curioſitatis regiones perlu... per hanc pedē. i. per hanc uagationem, ... er: quid, inquam, niſi ſcandalum ..., ... ingreſſu uitæ impediuntur? Illo ... oculus ſcandalizat: qui in ijs, quæ faciunt, non Deo placere, non animabus intendunt prodeſſe: ſed uel ſemetipſos, uel amicos carnales ſuos ſecundum uanitatem præſētis ſeculi exaltare: & ſibi, aut ſuis aliquid tranſitorium emolumentum ſtudent quærere. Sed talis oculus. i. intentio iſta, quæ uanam iocunditatem præſtat: non niſi impedimentum ad adirū regni cæleſtis parat. Hanc ergo manum. i. actionem, & pedem. i. motionem, & oculum. i. intentionem, abſcindamus, eruamus, & proijciamus a nobis. Melius enim eſt, ut cum ſola bona actione, motione, intentione, intremus ad uitam. quàm bona malis commiſcentes, quaſi duas manus, duos pedes, & duos oculos habentes, intremus in gehēnā. X

*De paralytico demiſſo per tegulas ante Ieſum. Cap. IX.*

Y

Venerunt ad Ieſū inferentes paralyticum: qui a quatuor ferebatur. Paralyticus iſte, ſignificat animam a uitiis reſolutam, & in mollitie carnis torpentem. Quatuor ferentes, ſunt Doctores: qui talem animam ſurſum eleuant, & portant eum in doctrinam quatuor euangeliorum, uel prædicatione quatuor principalium uirtutum adminiſtrant. Domus, in qua Ieſus hoſpitabatur: turelam, & ſublimitatem ſacræ ſcripturę deſignat. Turba, quę paralyticum introduci nō ſinebat, multitudinem inutilium cogitationum figurat, quæ animæ peccatrici aſpectum Dei negat. Sed tectum nudatur: dum ſublimis, & myſticus ſenſus in ſcriptura aperitur. Et paralyticus coram Ieſu introducitur. Ibi denique ubi culpa ei remittitur, filius appellatur, tollere grabatum, & abire iubetur: quia poſtquàm homo ad cognitionem Dei uere redit, Deus illum ſanat per gratiam ab omni, quod deliquit. & uocat per adoptionē filium: & iubet tollere grabatum per carnis ſubiectionem: & ire per bonam operationem. Surge, inquit, tolle grabatum tuum: & uade in domum tuā. Quaſi diceret: erigere a carnalibus deſiderijs per pœnitentiam, dominare ... tuę per cōtinētiam: & uade per bonam operationem in domū tuam: conuerſationem. ſ. honeſtam. Quinque de cauſis affliguntur homines moleſtijs carnis: aut propter merita augenda, ut Iob: aut ad humilitatē conſeruandam, ut Paulus ab angelo Sathanæ: aut ob peccata corrigenda, uel intelligenda, ut Maria ſoror Moyſi, & hic paralyticus, qui nō niſi dimiſſis peccatis potuit curari: aut ad gloriam Dei manifeſtandam, ſicut cæcus de quo dicitur: neque hic peccauit, neque parentes eius: ſed ut manifeſtetur opera Dei in illo. Et Lazarus, cuius infirmitas non

Mar. 2. Lucæ. 5.

Z *Quinque de cauſis affliguntur homines moleſtijs carnis*

Ioan. 9.

Ioan. 11.

non fuit ad mortem: ſed pro gloria Dei: ut ad initium ęternæ damnationis, ut Herodes.

## *SEQVITVR LIBER IIII. De Allegorijs miſteriorum euangelij ſecundum Lucam: cui præmittitur ſequens opuſculum.*

### *In Canticum beatæ Marię ſemper virginis Prologus.*

A MAximam hanc in ſcripturis diuinis dificultatem inuenio: quod ubi magna quædã & ſublimia nonnũquàm requirere nos cauſa circunſtans cogit: ibi nihil præter ſolitum, & quod dictu non difficile ſit, prætendere litera uideatur. Neque enim hoc ego tam laborioſum exiſtimo, ut animus legentis ad ea, quæ noua, & miranda proponuntur, quàmlibet ſint fortia, & uerborum figuris obumbrata, comprehenda præualeat, quàm ut ea, quæ modica, & humilia primo ingreſſu reppererit, ad ſublimem intelligentiam promoneat. Ecce enim canticum
B Mariæ, quod tam celebri, & aſſidua, immo quotidiana recitatione ſancta per orbem frequentat eccleſia: quis ignoret maxima ſpiritualis intelligẽtiæ myſteria contioere? Vt enim prætermittamus, quod uel ſolum ad eius authoritatem commendandam ſufficere potuiſſet: Videlicet non ſine magna, & ualde rationabili cauſa conſuetudinem eccleſiaſticam hoc præ cæteris omnibus canticis, quæ in ſacra ſcriptura reperiuntur, in tãta ueneratione retentaſſe. Vt, inquam, hoc prætermittamus: quis dubitet beatam Mariam recens Spiritus sãcti in ſe ſuperuenietẽris tãta plenitudine & gratia repletam non potuiſſe paruum aliquid: & quod ſupra terrenatum mentium capacitatem non eſſet, in laudem Saluatoris ſui proferre? Conſtat ergo de tanta plenitudine eructantem, tantaque deuotione nouum illud, & humanis mentibus inſolitum gaudium Ieſu ſuo iubilãtem, noua laude, & ſingulari præconio nouam lætitiam in nouo aduentu æterni Domini prędicaſſe. Et tamẽ ipſam eius cantici ſeriem, textumque percurrentes, quædam prima facie narrationis eo modo propoſita inuenimus, ut amplius his nihil in eo quærendum uideatur: cum tamen licet hæc ipſa & uera ſint, tantis myſterijs, tantiſq; ſacramentis
C an forte ſufficiant, dubitari poſſit. Vnde magis pertimeſco in eius expoſitione, ne uel aliena inducã aliqua, uel ꝓpria ꝑtermittã: & ſic uel negligẽtię, uel temeritatis reatu aſtrictus, ꝓ gratia apud uos offenſæ periculũ incurrã, quis ipſi popoſceritis. Nonnulla eidẽ explanationi ex latere adiũxi: q̃ ſi interſerta fuerint, poterũt fortaſſe alicui minus apte cõducta uideri. Sed ego noui cauſã idoneã, qua nos id poſtulare decuerit: meque poſcentium deſiderio, quantum poſſibilitas ſuppeteret obſecundare non diſconueniat.

## *SEQVITVR EXPLANATIO Eiuſdem.*

D MAgnificat anima mea Dominum. Lucæ. 1.

¶ Si circuſtantiam rei geſtæ perpendere uelimus: quanta cõſideratione uerba iſta digna ſint, luce clarius pateſcat. Sacra nanq; interpretatio tunc cõmodius ad euidentiã elicitur, cũ notũ fuerit uel per quẽ relatio myſtica allata ſit, uel qua ipſe relator cã ipulſus talia aut ualuit narrare, aut uoluit. Videamus itaque beata Maria quemadmodum ad hæc, quæ propoſita ſunt, dicenda acceſſerit. Legitur in euangelio Lucæ, quod angelus Gabriel a Deo miſſus ſit in ciuitatem Galileæ Nazareth, ad uirginem deſponſatam uiro, cui nomen erat Ioſeph, de domo Dauid: & nomen uirginis Maria: ut nouum in carnem filij Dei aduentum prędicaret. Qui ingreſſus nouo ſalutationis obſequio uirginẽ ueneratur, dicens. Aue gratia plena. Dñs tecum, Benedicta tu in mulieribus. Quæ cum Lucæ. 1.
E audiſſet Maria, non ſine grandi miraculo turbata eſt in ſermone angeli: & cogitabat qualis eſſet illa ſalutatio. Angelus uero talis ſalutationis, tãtæq; uenerationis cauſam exponens, confortabat uirginem ſacram. i. dulcibus demulcebat alloquijs dicens. Ne timeas Maria. Inueniſti enim gratiã apud Dominum. Ecce concipies in utero, & paries filium, & uocabis nomen eius Ieſum. Hic erit magnus, & filius altiſſimi uocabitur: & dabitur illi ſedes Dauid patris ſui, & regnabit in domo Iacob in æternum: & regni eius non erit finis. Et Maria. Quomodo, inquit, fiet iſtud: quoniam uirum non cognoſco? Cui ſtatim angelus cauſam, modumq; tam ineffabilis ſacramenti exponens. Spiritus ſanctus (ait) ſuperueniet in te, & uirtus Altiſſimi obũbrabit tibi: ideoque & quod naſcetur ex te ſanctum, uocabitur filius Dei: & ut omnis credendi ambiguitas tolleretur, alio adiuncto miraculo mirabili, tamen diſpari diuinæ poteſtatis efficaciam manifeſtat, dicens. Et ecce Heliſabeth cognata tua, & ipſa concepit filium in ſenectute ſua: & hic mẽſis eſt ſextus illi, quę uocatur ſterilis: quia non erit impoſſibile apud Deum omne uerbum. Mox ad hæc uirgo fide, & exultatione plena, cum magna gratulatione reſpondit dicens. Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundum uerbum tuum. Statim er- F
go adueniente Spiritu ſancto in uirginem, & omnium gratia uirtutum ſacroſanctum habitaculum in aduentu filij Dei replente: dubium non eſt quin cæleſtium gaudiorum, & æternæ dulcedinis miram atque inenarrabilem ſuauitatem uirgo ipſa conceperit, quando illud æternum lumen cũ toto maieſtatis ſuæ fulgore in eam deſcendit: &

quod

quod non capit mundus, totum ſe intra uiſcera uirginis collocauit. Tali ergo, ac tanta diuinitatis præſentia plena, quid uiderit, aut quid ſenſerit quis dicere poteſt? Audacter pronuncio, quòd nec ipſa plene explicare potuit, quod capere potuit. In tantis ergo mirabilibus quomodo lingua humana tacere potuiſſet, niſi idem ipſe ſpiritus, qui uirginem repleuerat torrentem ſuæ affluentiæ impetum, ſuauiſſimo moderatetur amplexu? Clama
G uit eminus iam tunc ſapientia Dei in illa beata
Ioan. 3. anima. Spiritus ubi uult ſpirat, & uocem eius audis, ſed neſcis unde ueniat, aut quo uadat. Tu enim (inquit) ingredientem in te ſpiritum ſanctum ſubito accepiſti: nec ſcientia tua aduentum eius præueniſti, ut aut uenturum quæreres, aut uenientem diligeres, aut ingredienti aperires. Subito tibi illapſus eſt: gratis ſe obtulit: non quæſitus uenit: improuiſus ſe infundit. Infuſionem percipis: ſed ad fontem immenſitatis eius te non extendis. Et ideo neſcis unde ueniat, quia quantum tibi datum eſt, ſentire potes: ſed ex quanto datum ſit, inueſtigare non potes. Si ergo præcedere non potuiſti uenientem in te, ne præſumas anteire proceſſurum per tergà neſcis quo uadat, ſicut ignoras unde ueniat.
Actu. 1. Serua ſecretum, cuſtodi commiſſum, abſconde creditum. Non eſt tuum noſſe tempora, uel momenta, quæ pater poſuit in ſua poteſtate. Ipſe nouit quando, & quibus, uel quemadmodum magnificentię ſuę arcana reuelet: tu tantum parata eſto iubenti obtemperare, præcipienti officium
H exhibere. Tali ergo conſideratione ſe temperans Maria prudenter interim tacere elegit, quouſq; largitor muneris ſua ſapientia author fieri dignaretur reuelationis. Sed quia eodem Spiritu ſancto docente didicerat ſicut ſua per humilitatem teggere, ſic alienis bonis per charitatem cōgaudere: ſurgit mox, & cum affluentia tantæ gratiæ ad inferioris properat epulatura conuiuiū. Conſcendit in montem Iudeæ uidere, & congratulari Heliſabeth: ut quod de ipſa audierat credula in ipſa præſens uideret, & condigna exultatione exciperet.
I Sed quæ ad aliena bona prædicanda iam deuota cucurrit, merito ſua ab alijs prædicari audire debuit: ut ex eo quoque gloria eius creſceret, quòd exaltationi alterius nō inuideret. Vnde Heliſabeth Spiritu ſancto repleta qualis, ac quanta eſſet, quæ ad ſe uenerat, agnouit: & quantum ſe indignam
Lucæ. 1. eius uiſitatione iudicaret, aperuit dicens. Vnde hoc mihi, ut ueniat mater Domini mei ad me? Ecce enim, ut facta eſt uox ſalutationis tuæ in auribus meis: exultauit in gaudio infans in utero meo. Et beata, quę credidiſti, quoniam perficientur in te, quę dicta ſunt tibi a Domino. Tunc ait Maria.

## Magnificat anima mea Dominum.

K ¶Non ergo amplius potuit ſe cōtinere cum ſpiritum, quem intra cordis ſui ſecreta tanta plenitudine redundantem ſentiebat, per alieni oris clauſtra cerneret erupiſſe. Tunc igitur ad manifeſtationem ſpiritus aperuit os ſuum; & uerbum bonum, quod conceperat, eructans in laudem Saluatoris exclamauit, dicens. Magnificat anima mea „
Dominum. Nemo igitur uerba iſta leuiter ęſtimā „
da putet: Quæ enim de tam profunda conceptione prolata ſunt, ſine profunda inueſtigatione digne penetrari non poſſunt. Et utinam contingat nobis eorum arcana quærentibus illo ſpiritu ducente incedere, quo repleta Maria uerbum patris concipere, & patrem uerbi meruit uerbo exultationis magnificare. Ait ergo. Magnificat anima mea Dominum.

## Et exultauit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo.

¶Vere dilecta, & unica, & in illam cellam uinariā L
a rege ſponſo tuo introducta, ab ubertate domus eius inebriata, & fonte uitæ (qui apud ipſum eſt) potata memoriam abundantiæ ſuauitatis eius eructaſti: & in iuſtitia eius exultaſti. Vidiſti, & guſtaſti: uidiſti maieſtatem, guſtaſti ſuauitatem. Ideoque,
quod intus hauſeras, foras propinaſt. Magnificat „
anima mea Dominū. Videte quid ait. Magnificat „
(inquit) anima mea. Et exultauit ſpiritus meus. „
Duo & duo, anima & ſpiritus, magnificat, & exul „
tauit. Anima magnificat, ſpiritus exultat: & iterum duo Dominus & ſalutaris: uerba duo, res una: & tamē duo Dominus & ſalutaris: Dominus potentiam notat, ſalutaris miſericordiam. Videamus itaque uerborum diſtinctionem. Primum anima magnificat Dominum: deinde ſpiritus exultat: nec dixit, ſpiritus magnificat: ſed anima (inquit) magnificat, & ſpiritus exultat. Nec ait magnificat ſalutarem, & exultat in Domino: ſed magnificat Dominum, & exultat in ſalutari ſuo. Primum diſcernamus quare diſtincte poſuit, magnificat, & exultat: uel quare prius, magnificat, poſtea, exultat. Nihil. n. ratione caret: quia omne, quod dictum eſt ab illa intima ſummæ ueritatis luce) cui mens uirginis excellenter inhæſerat) emanauit. Nec potuit aliud dicere, quæ meditando locuta non eſt, ſed guſtando: quam non docuit per uaria diſcurrens cogitatio, ſed uni inhærens fonti ſapientiæ per contemplationem mentis deuotio.
Magnificat anima mea Dominum (inquit) & exul „
tauit ſpiritus meus. Duo quippe ſunt, quæ beati „
angelorum, & hominum ſpiritus in illo fonte boni ęternæ contemplatione hauriunt. Incomprætibilis uidelicet maieſtas Dei, & ineffabilis bonitas: quorum alterum caſtum timorem generat, alterū dilectionem parit. Pro maieſtate enim uenerantur Deum, & pro bonitate amant: ne uel dilectio ſine reuerentia, diſſoluta ſit, uel reuerentia ſine dilectione, pœnalis. Admirantes enim diligunt, & diligentes admirantur: ut inextinguibiliter per admirationem ardeat dilectio, & ſuauiter in dilectione ferueat admiratio. Propter hanc reuerentiam dictum eſt, quòd columnæ cæli ante ipſum contremiſcunt: quia nimirum etiam uirtutes cælorum tantam maieſtatem ſine admiratione in-
tueri non poſſunt. Tremor autem beatorum ſpiri N
tuum concuſſio non eſt tranquillitatis, ſed inceſſabilis, & uiuifica intentio perpetuæ contemplationis. Nam quia eum, quem uident, perfecte nū

quàm

quàm compræhendere ſufficiunt, ſemper ſupra
ſe conſpiciunt:in quo quaſi per admirationem
euigilant,ne,eo quòd comprehendere nunquàm
ualent,torpeſcant.Quanto autem perſpicacius in
tuentur, tanto ardentius amant: quia ipſum ui-
dere,ſapere eſt:& quod uidetur,dulcedo eſt. Vera
autem dulcedo quanto perfectius ſentitur, tanto
deſiderabilius appetitur: quia ſi uere dulce eſt,
quod percipitur:& hoc dulcius eſſe neceſſe eſt, ſi
O amplius percipiatur. Ad hanc ergo contemplatio
nis lucem mens Mariæ ſubleuata fuerat,quæ cæle
ſtis patriæ dulcedinem in uerbis ſuis tam mirabi
liter expreſſit, quàm ineffabiliter comprehendit.
Nam quum ſe Dominum magnificare perhibuit,
uenerandam illam,reuerendamq; uniuerſis æter
ni numinis maieſtatem interna uiſione contueri
ſe manifeſte declarauit.Quum uero ſe in ſuo ſalu-
tari exultare aſſeruit: guſtum ſe internæ dulcedi-
nis percepiſſe oſtendit. Vnde utrunque profeſſa
eſt,& Dominum uidelicet,& Saluatorem: ut pro
poteſtate,qua omni creaturæ ſuæ dominatur,etiã
iis,a quibus non diligitur,iure metuendum oſten
deret:Pro bonitate uero,qua miſericorditer quoſ
P dam ſaluat,dignum dilectione demõſtraret. Sane
Pſa. 24. quia uniuerſæ uiæ Domini,miſericordia, & ueri-
tas ſunt,perfecta laus eſt Dominum, & Saluatorẽ
confiteri:cum ueritas in Domino,& in Saluatore
miſericordia commendetur.Veritas enim ad Do-
minum pertinet:& ad Saluatorem miſericordia.
Nam,quia cuncta opera ſua tanta,& tam perfecta
iuſtitia gubernat,ut id etiam, quod in eis præter
iuſtitiam factum inuenitur,inordinatum non re
linquat:& quoniam factum perperam,nec eius
iudicium poteſt euadere, nec æternę diſpoſitio-
nis legibus contraire, in ueritate ſeruat tenorem
iuſtitiæ. Quia autem quędam errantia gratuito
ad uitam colligit,& reparat ad ſaluationem in iu-
dicio ſuo,iuſtitiam moderatur per lenitatem mi-
ſericordię. Propterea magnificamus Dominum,
& in ſalutari exultamus: quia cuilibet reuerenda
eſt iuſtitia Domini,& exultanter obſeruanda mi-
ſericordia Saluatoris.Ideoque inquit Maria, Ma-
gnificat anima mea Dominum: Et exultauit ſpiri
Q tus meus in Deo ſalutari meo. Quare anima ma-
gnificat,& ſpiritus exultat?Idem fortaſſe alio uer
bo repetitum eſt.Nam anima,& ſpiritus in homi
ne idem eſt:quàmuis aliud anima,& aliud ſpiritus
notet.Nam ſpiritus ad ſubſtantiam dicitur:anima
ad uiuificationem. Veruntamen quia occaſio ſe
obtulit:errorem quorundam hic commemorare
non ab re puto.Nam ſunt,qui in unoquoque ho-
mine duas animas eſſe contendunt: unam ratio-
nalem, & unam ſenſualem rationis expertem,
quales ſunt animæ brutorum animalium. Hanc
autem opinionem rationibus quibuſdam,& aut-
R horitatibus firmare conantur.Aiunt enim animã
rationalem non niſi in uulua formato corpori in
fundi:quemadmodum legitur in primo homine
corpus prius formatum,ac deinde ſpiraculũ uitæ
inſpiratum. Et Moyſes in lege dicit. Quod ſi quis
Exod. 21 percuſſerit mulierem prægnantẽ & illa abortiuũ
fecerit:ſi formatum fuerit abortiuum, percuſſor
animam pro anima reddat: ſit autem formatum
non fuerit,mulctetur pecunia. Quidã etiam ſan
ctorum patrum in ſuis tractatibus hoc aſſeruiſſe
inueniuntur. Et propterea cum conſtet animam
rationalem non niſi formato corpori dari,& ite-
rum materiam, ſicut ipſum corpus, prius quàm
humanam formam accipiat moueri, & creſcere,
& ipſo uitali motu,qui ipſi ineſt, ad hanc ipſam
formam perduci,ſine contradictione aliqua con
cedendum putant, quòd antequàm rationalem
animam accipiat corpus humanum, animam ha-
beat ſenſualem,qua uiuat,& uegetetur, & incre-
mentum, formamque percipiat: intantum ut ſi
concepto ſemini,& formato rationalis anima nõ
daretur,cum illa anima,quam a prima conceptio
ne habet irrationalem, in humana forma de ho-
mine animal brutum naſceretur, nihil a cæteris
irrationalibus diſtans, excepto quòd de humano S
ſemine ſubſtantiam contraxiſſet. Nã cum bruto
rum animalium ſemini hoc naturaliter inſit, ut
a ſemetipſo tempore adueniente uiuificationem
accipiat:indignum uidetur hoc humano ſemini,
quod in ſua natura excellentius eſſe conſtat, dene
gare.Poſt hæc omnia illud etiam in teſtimonium
aſſertionis adducunt, qđ in ſcripturis catholicis
frequenter inuenimus, in una perſona geminato
uocabulo animam, & ſpiritum nominari: & in
precibus eccleſiæ quotidie ſine aliqua erroris ſuſ
picione cum fidelium funeri obſequium reddi-
mus,animam,& ſpiritum defuncti Domino com
mendamus.Hac ergo ratione probare uolunt unũ
quenque duas animas habere,alteram, qua uiuit,
alteram,qua ſapit:& utranque in futuro in electis
beatificandam:alteram.i.rationalem per uiſionẽ
Creatoris:alteram,id eſt,ſenſualem per incorrup-
tionem corporis.Similiter in reprobis utranque
cruciandam:alteram per ignem, alterã p conſciẽ
tiam malam.¶Sed fides catholica eiuſmodi aſſer- T
tionem non recipit:ſed unam eandemque animã †Deciſio
eſſe ueriſſime teſtatur, quæ in homine & corpo-
ri uitam præbet per ſenſum, & in ſemetipſa uiuit
per intellectum.Neque ſi humano corpori ratio
nalis anima ante formationem non datur, licet
moueatur, & creſcat priuſquàm formam huma-
nam accipiat, idcirco neceſſe eſt, ut hoc p animã
aliquam fieri dicamus:cum manifeſte uideamus
uirgulta,& hęrbas ſine anima moueri,& incremẽ
tum habere. Niſi forte ipſam uegetationem, &
motum naturalem,animam quis appellare uelit.
Sed hæc uis licet ſecundum aliquid anima dici
poſſit,ſenſualis tamen & quæ animal faciat,nullo
modo dicenda eſt.Ridiculum enim,& præter ra-
tionem omnino eſt,ut humanum corpus ſine ani
ma rationali beſtiam naſci dicamus, & non po-
tius nec uiuere,nec naſci ſi anima rationali uiuifi-
catum non fuerit. Nam illud, quod dicunt:indi-
gnum eſſe,ut ſemem humanum ſecundum natu-
ralem conceptum cæterorum animalium ſemini
bus ad uiuificationem infirmius eſſe credatur, &
minus efficax,quàm nullius ponderis ſit manife-
ſtum eſt:cum uideamus fere omnia bruta anima-
lia uigore ſentiendi hominem præcedere: immo
ex hoc

ego hæreditas illorum, ſum Deus illorum, & Saluator Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob. Merito igitur beata uirgo; quæ ſe ſingulariter electam uidebat, quia ſingulariter gratiam acceperat, quaſi priuilegio quodam electionis diuinæ confirmata, fiducialiter ipſum, quem pro ſalute mundi filium cooceperat, [illegible] ſuum lętitia, & exultatione Saluatorem uocat.

## Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ.

E ¶ Hæc eſt cauſa exultationis, quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ. Ac ſi diceret: Meritò in ipſo exulto, quia ab ipſo eſt, ꝙ exulto; & quia eius dona propter ipſum diligo, ideo in ipſo exulto. Diſtinguamus hæc duo. Quidam neque Deo exultant, neque in Deo: [illegible] qui in carnis uoluptate

Prou. 2. exultant, [illegible] Salomonem lætantur cum malefecerint, & exultant in rebus peſſimis: iſti nec a Deo, nec in Deo exultant. Nã, quia malum eſt, unde exultant: patet profectò, quòd a Deo non eſt, unde exultant. Et quia rurſum de malo ad malum exultant, & ſuum gaudium in malignitate conſtituunt: ideo in Deo non exultant. Sunt alij, qui [illegible] gratiæ [illegible] tuntur & ea, quæ propter [illegible] data ſunt, ad carnis [illegible] Accepto Dei dona [illegible] re, quod Deus contulit [illegible] ad inuentum ad ipſum pertinere, [illegible]

F perceptione [illegible]. Iſti etſi habere a Deo uideantur [illegible] gaudent, nequaquam tamen in Deo gaudent: quia nec in Deo, nec propter Deum diligunt, quod a Deo perceperunt. Qui autem gratia percepta ad amorem Dei id ipſum conuertunt, [illegible] ipſo ac [illegible] profectò & a Deo, & in Deo exultant [illegible]. Quapropter ſollicite nobis conſiderandum eſt, dum mentem noſtram aliqua forte lętitia tangi ſentimus, ne id ipſum, quod mentem per gaudiũ ſubleuat, aut a malo oriatur, aut a bono [illegible] ad [illegible] per intentionem animum [illegible]. Maria ergo, ut ſuum gaudium [illegible] eſſe de [illegible] ſtraret, illud neq; [illegible], neq; ad uanitatem conuertium oſtenderet [illegible] Dei ſe dona in Deum dirigere, & pro reſpectu gratiæ, qua præuenta erat, in ſuo ſe ſalutari exultare perhibuit, dicens: Exultauit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo: quia reſpexit humilitatem ancillæ

G ſuę. Sane reſpectus Dei in ſacra ſcriptura tribus modis accipi ſolet: [illegible] cognitionẽ, ſecũdũ gratiã, ſecundum iudiciũ. De reſpectu co-

Heb. 4. gnitionis diuinę dicit Apoſtolus. Omnia nuda, & aperta ſunt oculis eius. Ergo per cognitionem Deus omnia reſpicit; ſed per gratiam non omnes reſpicit. Nam de reſpectu gratię dictum eſt.

Pſal. 33. Oculi Domini ſuper iuſtos, & aures eius in pre-

Matt. 25 ces eorum. Quem uidelicet reſpectum [illegible] nõ me-

Prou. 15 reotur, quibus in fine dicetur. Neſcio uos. De re-

Prou. 5. ſpectu iudicij dictum eſt. Oculi Domini contem-

†reſpicit plantur bonos & malos. Et iterum. † Oculi eius

dñi oẽm ſuper omnem uiam filiorum hominis, & omnes

greſſus eorum conſiderat. Non ſunt tenebræ, & non eſt umbra mortis, ut ibi abſcondantur, qui operantur iniquitatem. Ergo uidere Dei per cognitionem, eſt nihil eorum, quæ ſunt, ignorare. H

Videre per gratiam, dona miſericordiæ impendere. Videre per iudicium, unumquemq; ſecundum opera ſua, uel ad pœnam, uel ad gloriam deſtinare. Sed quia de reſpectu gratiæ in hoc loco I

agitur, diligentius adhuc qualiter per gratiam Deus hominem reſpiciat, conſideremus. Nam ipſum uocabulũ, reſpectus, quandã expreſſionẽ notat, ut plus aliquid eſſe uideatur reſpicere, quàm uidere. Quaſi enim reſpicere eſt prius abiectos, & derelictos uiſitare. Reſpicere.

Nam quaſi auerti ab homine tunc Deus dicitur, cum per diſtrictionem iudicij gratiæ ſuę dona ſubtrahit. Cum uero placatus per miſericordiam ſubtracta reſtituit, rurſum per reſpectum gratiæ ad eũ ſe conuertit. Bene ergo Maria ſe in ſe humilitatem Dominum reſpexiſſe K

teſtatur: quia diuinitatis propitiationem, quam humana natura in primis parentibus per ſuperbiam perdidit, in Maria per humilitatem recepit. Nam, quia [illegible] in ea uerbum Patris carni ſubſtantiam [illegible] ſibi uniret, aſſumpſit, quaſi ad eam, quam prius abiecerat, naturam ſublimandam per miſericordiam reſpexit. Reſpexit ergo humilitatem Mariæ Deus: ut propter humilitatis meritum dedit, ut ſi [illegible] ſua con[illegible] & de [illegible] & hominem [illegible] homine [illegible] in ipſo eſt) Saluatorem generaret. Cum humilitatem [illegible] tem mox determinans ſubiungit ancillæ ſuæ. L

Nam, quia humilitate ſe, qualis erat, ancillam cognouit, ideo quod non erat, ſublimiter mater eſſe meruit, ſed quia in eo, ꝙ ſe ancillam nominauit uirtutem humilitatis expreſſimus, ut appareat qualiter hoc dictum humilitatem commendet, ſeruitutis genera diſtinguere debemus. Seruitutis modi quatuor

Seruitus enim quatuor modis uariatur, ſecundũ conditionem, ſecundum neceſſitatem, ſecundum timorem, ſecundum dilectionem. Secundum conditionem omnia diuinę ſeruituti debent eſſe ob no[illegible] factori ſuo, hoc ex conditione ſui, debent eius diſpoſitionibus obtemperare, & in[illegible] ſequatur: ut ſicut ab ipſo factum eſt, ita non [illegible] ipſo, & ſecundum ipſum incedat. M

Secundum neceſſitatem autem Deo ſeruire dicuntur prauæ uoluntates, quæ cum eius iuſſionibus [illegible] nituntur, per ineffabilem tamen eius diſpoſitionem [illegible] nutu ad [illegible] perducere [illegible] nolentes [illegible] qui [illegible] cti non ſunt ipſius præceptioni. Sequitur tertia ſeruitus, quæ fit timore, quando [illegible] pręcepta non ex dilectione implemus, ſed ex formidine. Quarta autem ſeruitus eſt, quando [illegible] iuſſionibus eius obtemperamus; quia ipſum qui iubet diligimus, nec aliud in noſtra ſeruitute extra ipſum commodum quærimus, quàm ut ſecundum eum ambulantes, ad ipſum pertingere ualeamus. Hoc eſt enim propter ipſum facere, quod ipſe iubet: propter ipſum

adipiſcendum facere, quod iubet. Sed ex his qua-
N tuor ſeruitutibus illa mihi præcipue in hoc loco commendari uidetur, quæ eſt ſecundum conditionem. Hanc ſiquidem parentes noſtri in paradiſo Conditori exhibere noluerunt; quia in ſuperbiã elati deſpexerunt eſſe ſub illo, a quo fuerant conditi, & uoluerunt peruerſe cum illo eſſe in maieſtate conſimiles, qui non erant in natura æquales. Conuenienter ergo gratia culpæ reſpondet. Eua per ſuperbiam, creaturam Dei ſe eſſe, & opus Dei, non conſiderans, ideo parificari uoluit; Maria autem ſuo factori humiliter ſe ſubdens, ancillam ſe nominauit; & idcirco illa abiecta, & iſta electa eſt. Superbam deſpexit, & humilem reſpexit: & quod ſuperba perdidit; humilis recepit. Ideo ait, Reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ. Reſpexit humilitatem, reſpexit humiliationem. Humilitatem reſpexit, humilem remunerans: humiliatio-
O nem reſpexit, humiliatam exaltans. Duo ſunt, humilitas, & humiliatio: humilitas eſt intus in uirtute mentis: humiliatio foris eſt in abiectione humanæ opinionis. Sed ſerui Dei aliquando cum humilitate etiam humiliationem habent. Aliquando humilitatem habent, humiliationem non habent. Nunquàm uero humiliationem ſine humilitate habent. Humilitatem cum humiliatione habent qui & coram Deo humiles ſunt, & coram hominibus deſpicabiles. Humilitatem ſine humiliatione habẽt qui licet coram hominibus foris deſpicabiles non appareant, intus tamen humilitatis meritum coram Deo inuiolatũ conſeruant. Illis mundus crucifixus eſt, & ipſi mundo: quia per humilitatem mundum contẽnunt, & per humiliationem a mundo contemnũ-
P tur. Iſtis uero mundus quidem crucifixus non eſt; ipſi tamen mundo ſunt crucifixi, quia gloriam humanam, quam foris non quæſitam accipiunt, intus per uirtutem humilitatis oblatam contemnunt. Ergo Maria, quæ apud Deum humilis erat, & apud homines propter Deum abiecta, in utroque ſe a Deo reſpectam eſſe teſtatur: quia & eius humilitas apud Deum acceptabilis facta eſt, & eius humiliatio apud homines in gloriam commutata. Vnde ſequitur.

## Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.

Q ¶ Vſque ad illud nanque apud homines opprobrium ſterilitatis portauerat quia integritatem uirginitatis thoro maritali præponebat. Sed unde in priori generatione carnali quaſi maledictionis ſententiam ſuſtinuit: inde nunc ab omni generatione merita benedictione collaudatur: cui hoc inter omnes fœminas ſoli conceſſum eſt, ut & fructum fœcunditatis haberet, & integritatem uirginitatis non amitteret. Reſpexit enim Deus humilitatem eius, & abſtulit humiliationẽ eius, & ideo (inquit) ex hoc beatam me dicent omnes
R generationes. Omnes generationes, quæ amiſſam beatitudinem per fructũ uteri mei recuperahũt, quæ per fructum ueteri ligni priuatæ ſunt. Omnes beatam me dicent, ut parum iam ſit in præterita generatione ſuſtinuiſſe ſterilitatis opprobrium, quæ ab omni generatione futura pro fructu fœcũditatis meę beata uocabor. Ex hoc inquit. Ac ſi diceret Heliſabeth. Ex quo per os tuum ſua magnalia, quæ in me operatus eſt: aperuit ex hoc eadẽ in omnes generationes manifeſtando magnificabit.

## Quia fecit mihi magna qui potens eſt & ſanctum nomen eius.

¶ Magnum fuit, ut uirgo ſine uirili ſemine filium
conciperet. Magnum fuit, ut Dei patris uerbum S
carne ſua indutum utero geſtaret. Magnum fuit, ut dum ſe ancillam confeſſa eſt, mater fieret ſui plaſmatoris. Sed hæc omnia ſi magna ſunt, impoſſibilia tamen non ſunt ei, a quo facta ſunt, quia potens eſt. Et ideo fecit mihi magna, quia potens eſt, & ſingulariter magna, quia ſingulariter potens. Propterea non ait, hoc uel hoc poteſt; ſed potens (inquit) eſt, ut omnipotentem intelligas, qui abſolute potens dicitur, quia omnia poteſt. Potẽtem ergo confeſſa eſt, nec amplius dixit: quia credi poteſt eius potentia, quia eſt; ſed quanta ſit, aut qualis comprehendi non poteſt. Idcirco ſolum confeſſa eſt, potẽtiam diſcutere non pręſumpſit, quia ſciri non põt quanta eſt: de qua uere dicitur, quia immenſa eſt. [illegible] ergo [illegible], de ſuo ſenſu glorientur, qui opera diuina ratione ſe putant diſcutere, & eius potentiam ſub menſura coarctare. Cum enim dicunt hucuſque poteſt, & non amplius: quid hoc eſt aliud quam eius potentiam (quæ infinita eſt) concludere, & reſtringere ad menſuram? Aiunt enim, Non poteſt Deus aliud facere, quàm facit, nec melius facere, quam fecit. Si enim aliud poteſt facere, quàm facit, põt facere quód non prænidit: & ſi põt facere quod non ꝑuidit, poteſt ſine prouidentia operari Deus, quia omne, quod præuidit ſe facturum, facit, nec facit aliquid, quod non præuidit. Si ergo non po-
teſt prouidentia eius aut mutari, ut aliud fiat quã V
præuiſum eſt: aut caſſari, ut hoc non fiat, quod præuiſum eſt: neceſſe eſt totum fieri quod præuiſum eſt, & nihil fieri, quod præuiſum non eſt. Porro quicquid eſt præuiſum, eſſe conſtat, et quicquid præuiſum eſt, fieri dubium non eſt. Quod ſi præter prouidentiam fieri aliquid impoſſibile eſt (omne autem, quod præuiſum eſt eſſe, fieri neceſſe eſt) aliud fieri quam fit, nulla ratione poteſt. Amplius. Quicquid facit Deus ſi melius poteſt facere quàm facit, in hoc ipſo non benefacit, quod optime quidem nõ facit quod facit: melius enim faceret, ſi quod facit, melius faceret. Facere quippe & nolle melius facere, etiam bonum facientis malum eſt facere. Sed hæc pia mens in Deum dici non ſuſtinet. Et ob hoc proximum uidetur, & conſequens, quòd melius facere non põt, quã facit, quia ſic facit, ut non faciat male in eo, quod ſic facit. ¶ Huiuſmodi cauſis, atque rationibus qui-
dã inducuntur, ut dicant Deum ſuorum operum X
menſura, ac lege ita aſtrictum, atq; alligatũ, ut pręter quàm facit, nec aliud quicquam facere poſſit, nec melius. Ac per hoc plane infinitam illam, atq; immenſam diuinitatis potentiam ſub termino, ac

men-

Magna Maria facta.

menſura alligare conuincuntur, qui uſque ad aliquid, quod uere finem ipſum habet, eam extendũt, & ultra negant procedere. Certum eſt enim, ꝙ omne, quod factum eſt in numero, & pondere & menſura, legitimum terminum, & finem ſuũ habet: & idcirco ſi ad operis menſuram creatoris potentia, modumque componitur, ipſa proculdubio & fine, & menſura terminari declaratur.
Y Quapropter ne uel his, quæ uidẽtur rationes, ſine cauſa aſſenſum negare uideamur, uel hominum credulitate ſine conſideratione falſum pro uero recipere: oportet pro compendio præſenti breuiter ad ea, quæ dicta ſunt, reſpondere. Primum cõſiderandum eſt, utrum Deus ulla ratione neque mutata, neq; caſſata ſua prouidentia aliud facere poſſit q̃ facit. Conſtat enim, ꝙ omne, quod fit, ab æterno præuiſum eſt futurum eſſe: quia ab æterno futurum eſt, quod ipſum tamen ab æterno nõ eſt: & dicimus, quod poſſibile eſt non fieri, quod futurum eſt. Et ſi non fieret, quod fiet, & non fieri poſſibile eſt: nunq̃ futurum fuiſſet, nec præuiſũ. Quod quia fiet, & futurum ſemper eſt, & præuiſum eſt. Nulla ergo mutatio hic, aut caſſatio prouidentiæ apparet: quia ſicut præuiſum eſt, & fiet: ſi, 
Z ſi præuiſum non eſſet, non fieret. Sed iã inquiunt,
Obiectio. præuiſum eſt. Bene præuiſum eſt, quia futurũ eſt: & dicunt. Sed prouidentia nec mutari poteſt, nec caſſari: euentus autem impediri põt, ut non fiat, quod futurum eſt: ſi aũt impediretur euentus rei (quod fieri põt) mutaretur uel caſſaretur prouidẽtia, quod fieri oĩno nõ põt. Sed nos ad hæc reſpõdemus, quia ſi mutaretur euentus (quod fieri põt) nec mutaretur, nec caſſaretur prouidentia, quia
A hoc oĩno fieri non poteſt. Sed potius nunq̃ fuiſ-
Reſponſio. ſet præuiſum, quod nunq̃ fuerat futurum: & conſtaret prouidentia in eo, ut nõ fieret, ſicut modo in eo conſiſtit, ut fieret: non mutata, ut poſt aliam alia eſſet, ſed ut nunq̃ alia eſſet. Ergo Deus aliud poteſt facere q̃ facit: ſic tamen ut ipſe aliud faciendo minus non ſit: ſed ſiue idem, ſiue aliud faciat, ipſe
B tamen ſemper idem ſit. Nunc illud reſtat, ut diſcutiamus utrum ne melius aliquid facere poſſit q̃ facit Deus. [illegible] noſtri [illegible]tores, [illegible] dele[illegible]erunt ſcrutantes [illegible]utationes nouum aliquid, & uere nouum, nec tã uerum, quam nouum afferre ſe dicũt. Et dñi ſingulas quidem creaturas per ſe conſideratas a perfecto minus habere: uniuerſitatem aũt rerum omnium in tanta conſummatione boni expreſſam, ut non poſſit eſſe melior quàm eſt. Vbi mihi primum uideri expoſtulo cum dicunt, uniuerſitatem rerum omnium non poſſe meliorem eſſe quàm eſt: qualiter id accipiendum ſit, qđ dñr meliorem eam eſſe non poſſe: Siue ideo non põt eſſe melior, quia ſumme bona eſt, ita ut nulla omnino boni perfectio ei deſit: ſiue ideo non poteſt eſſe melior, quia [illegible] bonum, quod ei deeſt, ca-
C pere ipſa non poteſt. Sed ſi ita ſumme bona eſt, ut nulla ei bona perfectio deſit; iam opus ſuo plane Creatori æquatur, & uel extra metam extẽditur, quod infra eſt: uel intra immenſitatem coarctatur, quod ſummum eſt: quod utrumque pari inconuenientia impoſſibile eſt. Si uerò ideo non poteſt melior eſſe, quia bonum amplius, quod ei deeſt, capere ipſa non poteſt: iam hoc ipſum non poſſe defectionis eſt, non conſummationis, & põt melior eſſe ſi fiat capax maioris boni, quia & hoc ipſe, qui fecit, poteſt. Ergo in ſe nõ põt, in Deo põt: quia ipſa non põt, ſed Deus põt: & quantũ ipſe poteſt, dici non põt: ergo ipſe melior eſſe non põt: ſed oẽ, quod fecit melius eſſe poteſt, ſi tñ ipſe uoluerit, qui põt. Et ipſe quod fecit melius eſſe põt: non tñ corrigens malefactum, ſed benefactũ promouens in melius: non ut ipſe quantum ad ſe melius faciat: ſed ut quod fecit (ipſo idẽtidem operãte, & in eodem perſeuerante) melius fiat. Ergo ſũ- D
me potẽs eſt, qui poteſt omne, quod poſſibile eſt: nec ideo minus poteſt, quia impoſſibilia non poteſt, quia impoſſibilia poſſe non eſſet poſſe: ſed non poſſe. Propterea inquit Maria. Quia fecit ››
mihi magna qui potens eſt, & ſanctũ nomen eius. ››
Non ait per me, aut in me fecit magna: ſed mihi ››
(inquit) fecit. Quod enim in ea ad omnium ſalutem factum eſt: hoc priuilegio electionis ad eius gloriam ſingulariter eſt ordinatum. Et ideo dicit, magna, nec addidit, qualia: quia cum omnia Dei opera humani ſenſus capacitatem exuperẽt: præcipue ſacramentum redemptionis, uerbi myſterium ſuper omnia ineffabile eſſe conſtat. Nihil. n. unquam magis mirum factum eſt: quàm ut Deus homo fieret, & natura incomprehenſibilis corporis ſubſtantiam ita ſibi uniret, ut nec minus in ea eſſet, quia in ſe erat immenſa: nec minor in ſe exiſteret, quia in illa fuerat tota. Hæc ergo ſunt ma- E
gna, & ineffabiliter magna, quæ in Maria facta ſunt ad omnium ſalutem, & Mariæ facta ſunt ad gloriam ſingularẽ. Propterea ait. Quia fecit mihi magna qui potens eſt, & ſanctum nomen eius. Sanctum eſt in ſe: & in nobis ſanctificatur nomẽ
eius, dum nos ſanctificamur in nomine eius. Quid F
eſt nomen eius? fama eius. Nomen eius: cognitio Nomen
eius. Fides eius: nomen eius. Hoc nomen cum ſan Dei.
ctis ſanctum eſt, quia glorificatur a ſanctis, & benedicitur: ita peruerſis blaſphematur. Et nomen Rom. 2.
Dei per uos blaſphematur in Gẽtibus. Ergo, quia magna fecit, ſanctificatum eſt nomen eius: quia dum uerbum in carne mirabiliter naſcitur, gloria Dei per uerbum in hominibus declaratur. Pa- Ioan. 17
ter (inquit) manifeſtaui nomen tuum hominibus: & ego te clarificaui ſuper terram. Et ideo fecit magna qui potens eſt: & ſanctum nomen eius.

## Et miſericordia eius in progenies & progenies, timentibus eum.

¶ Mihi inquit fecit, non tamen ſoli ſingulari- G
ter, ſed uni excellenter. Verumtamen miſericordia eius in progenies & progenies timentibus eum. Nemo a gratia excluditur: ſed in omni gente, qui timet Deũ, & operatur iuſtitiã acceptus eſt illi. In progenies & progenies: hoc eſt in omnes progenies. In hac gratia nihil diſcernit hominem, niſi timor Dei. Grecus ſit, Barbarus ſit, Scitha ſit: maſculus ſit, fœmina ſit, liber ſit, ſeruus ſit: timorem Dei habeat, & ſaluus erit. Miſericordia eius in progenies & pro-

gentes timentibus eum. [illegible] hic rurſum prætereire

H nō debemus, q̄ de timore dicenda ſunt. Quatuor

Timores quatuor. timores ſacra ſcriptura diſcernit: ſeruilem, mundanum, initialem, filialem. Seruilis timor eſt pro euitanda pœna abſtinere a malo, retenta uoluntate mala. Mundanus timor eſt pro euitanda pœna abſtinere a bono, retenta uoluntate bona. Initialis timor eſt pro euitanda pœna, cum peruerſo opere etiam prauas cogitationes reſecare. Filialis timor eſt bono firmiter adhærere, quia illud amittere nolis.

I Ex his quatuor timoribus duo mali ſunt, id eſt, ſeruilis, & mundanus: duo uero boni, id eſt, initialis, & filialis. Seruilis timor pœnā, quæ ab hominibus infertur, metuit, & [illegible] facit ceſſare a malo opere: quia ad oculum ſimulatur, & reatum conſcientiæ non metuit, hominibus placere uidens. Mundanus uerò timor hominibus placere non quærens, tamen diſplicere metuens, & ipſe fingit quod non eſt: tam mendax in neganda ueritate, quam fallax alter in falſitate tegenda, & uterque in ueritate offendit. Alter, quia timide negat quod eſt: alter, quia peruerſe ſimulat quod non eſt. Initialis uerò timor, quia eam, quam Deus comminatur, pœnam declinare ſatagit: nequaquam ſibi ſufficere uidet, ut ab illicita ſe operatione contineat: quia ei, qui cor intuetur, non eſt ſatis ad probationem, ſi innocens fuerit

L actio, niſi etiam [illegible] cordis cogitatio ante eius oculos ſincera, atque impolluta appareat. Quia ergo illi diſplicere metuit, qui uidet totum, ad perfectam innocentiam coram eo neceſſe eſſe conſideret, ut mundet totum: & ideo iſte timor, initialis dicitur, quia ſub hoc per bonam uoluntatem & uirtus initium capit, & uitium finem: necdum tamen perfectio eſt: quia dum aliud agitur, & aliud intenditur, ipſum adhuc propter ſe bonum non amatur. Tum accedit charitas, & intrat per timorem iſtum: qui dum monſtrat, quod fugere debeamus, periculum, quodammodo appetere, & deſiderare facit præſidium. Conuertit ergo cor ad Deum, ut quodammodo de ipſo fu-

M giat ad ipſum: hoc eſt, dum cauens habere iratū, ſtudet habere propitium. Hunc ſequitur timor filialis, qui ex ſuccedente charitate naſcitur: ut ipſum timere nihil aliud ſit, quàm deguſtatum in charitate bonum iam nolle amittere. Sed hic quidem timor aliquid pœnæ adiunctum habet, dum in incerto ambulamus. & poteſt in utranque adhuc partem declinare ſtatus uitæ mutabilis. Sed cum mutabilitas nulla erit, tunc nulla ex incerto ſuſpicionis pœna [illegible] erit: & tunc timor quodammodo ſine timore erit, ubi & de ſtabilitate certi erimus, & tamen reuerentiam Creatori exhibe-

N re non deſiſtemus. Ergo miſericordia eius in progenies & progenies timentibus eum. Nec ſolum timentibus perfecta charitate: ſed etiam timere incipientibus, & per inchoantem ſapientiam ſe conuertentibus, miſericordia eius in progenies & progenies timentibus eum. Et incipit deinde miſericordia iſtā, quæ Dei timentibus [illegible] ex parte, & ipſum [illegible] humanæ ordinē, ue [illegible] exere modumq; [illegible] feſta narratio dicens.

## Fecit potentiam in brachio ſuo: diſperſit ſuperbos mente cordis ſui.

¶ Hæc eſt illa miſericordia, quam ſe timentibus O exhibuit Deus, quia uerbum ſuum per aſſumptā carnem in hunc mundum miſit: ut per ipſum aereas poteſtates potēti uirtute debellaret, & genus humanum ab earum poteſtate redimeret. Ipſi.n. ſuperbi ſunt: quos diſperſit eiciēs eos foras a cordibus hominum, atque ſpolia eorum diripiens. Nam, qua prius in hominibus principabantur, uirtutem diſſipauit. Fecit (inquit) potentiam in brachio ſuo: quia per humilitatem filij ſui diabolum uicit. Ideo fecit potentiam in brachio ſuo. P

Brachium eius, filius eius eſt. Potentiam in brachio fecit: quia per id, quod factum eſt in ipſo, redemptum eſt quod factum eſt ab ipſo. Fecit potentiam, fecit infirmitatem, & ipſa infirmitas potentia fuit; quia per illam uictus eſt diabolus, & homo de eius poteſtate ereptus. Fecit potentiam in brachio ſuo: diſperſit ſuperbos mente cordis ſui. Quid eſt mente cordis ſui? Mente cordis ſui diſperſit eos, profundo conſilio ſuo diſperſit eos. Profundum erat conſilium, ut pro homine Deus homo fieret. & pateretur innocens, ut redimeretur nocens: & in his omnibus profundum erat cōſilium: nec poterat illis diabolus præuidere. Sed Q

captus eſt hamo Leuiathan: & prudentia Dei percuſſit ſuperbum. Myſterium (inquit apoſtolus) Rom.16

æternis temporibus taciti ſoli Deo cognitum, quod nemo principum huius ſeculi agnouit: quia ſi co- 1.Cor.

gnouiſſent, nunquam Dominum gloriæ crucifixiſſent. Hoc eſt mente cordis ſui, hoc in corde ſuo Deus uolebat, immo non uolebat, ſed habebat, & diabolus neſciebat. Stulti principes Tha- Eſa.19

neos, ſapientes conſiliarij Pharaonis dederunt cōſilium inſipiens: Vbi ſunt nunc ſapientes tui? annuncient [illegible], & indicent quid cogitauerit Dominus exercituū ſuper Ægyptum. Stulti facti Ibidem.

ſunt principes Thaneos, emarcuerunt principes Mempheos: deceperunt Aegyptum angulum populorum eius. Dominus miſcuit in medio eius ſpiritum uertiginis. Et ibi diſperſit ſuperbos mēte cordis ſui: & fecit potentiam in brachio ſuo. Quia per incarnationem filij ſui & potenter dæ- R

mones deuicit, & prudenter ſupplantauit. Fecit potentiam in brachio ſuo: & diſperſit ſuperbos mente cordis ſui. Poſſumus etiam non inconuenienter ſuperbos Iudæos intelligere, qui gloriabantur ſe eſſe de genere Abraham, & in ſua iuſtitia præſumebant, & propterea iuſtitiæ Dei non erant ſubiecti. Hos ergo ſuperbos facta potentia in brachio ſuo diſperſit Deus mente cordis ſui: quia per filium ſuum in carne uenientem ex operibus legis neminem iuſtificari poſſe docuit: ſed per fidem, quæ ex Deo eſt. Iudæos autem, qui opera legis & ſuam a Dei iuſtitiā defendere conati ſunt, [illegible] Chriſti aduentum ſuperbe contempſerunt, [illegible] ſua, in qua ſtare uidebantur, abiecit: & Gentes peccata ſua humiliter confitentes, Deique [illegible] præferentes aſſumpſit. Vnde conuenienter adiungitur.

Depoſuit

## Depoſuit potentes de ſede: & exaltauit humiles.

S Potentes enim de ſede depoſuit, quia Iudæos, qui
filij regni uidebantur, abiecit; & humiles, ſcilicet,
homines Gentiles exaltauit; quia gentes, quæ abie
ctæ erant, per humilem confeſſionem in conſor
tium regni, atque in filiorum adoptionem aſſum
pſit. Vel ſecundum ſuperiorem expoſitionem, po
tentes de ſede depoſuit: quia malignos ſpiritus a
cordibus hominum eiecit: & humiles exaltauit,
ipſos uidelicet homines, quos prius propter ſu-
perbiam abiecerat, humiliatos reparauit. Ergo fe-
cit potentiam in brachio ſuo, diſperſit ſuperbos
mente cordis ſui: depoſuit potẽtes de ſede, & exal
tauit humiles. Sed uideo adhuc aliquid eſſe, quod
T adiicere poſſimus his, quæ de ſuperborum diſper
ſione dicta ſunt. Nam quod ait, Mente cordis ſui,
ſi ſecundum priorem ſententiam exponamus, li-
quet ꝙ alto, & inueſtigabili conſilio Dei factum
eſt: ut Iudæi, qui primum electi fuerunt, poſtmo-
Rom. 11 dum reprobarentur: & Gentiles, qui prius erant
reprobi, poſtea aſſumerentur. Hoc itaq; profun-
do, & inſcrutabili conſilio factum eſt, ut oĩa ſub
peccato concluderet Deus, ut oĩum miſereretur.
Et ideo Apoſtolus in conſideratione huius pro-
Ibidem. funditatis obſtupeſcens exclamauit. O altitudo di
uitiarum ſapientiæ, & ſciæ Dei, q̃ incomprehenſi
bilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles uiæ eius?
Hoc ergo conſiderare poſſumus in eo, quod di-
ctũ eſt, Mente cordis ſui. Et ſi aliam adhuc expoſi
V tionem accomodare uelimus, erit non contẽnen-
da ſententia. Mens etenim cordis Dei eſt uiuax il
la, & permanens diſpoſitio internæ, occultæque
prædeſtinationis. Ipſe eſt liber uitæ, ĩ quo ſcripta
ſunt noĩa eorum, qui ſalui fiunt, & ſcripti in uita
in Hieruſalem. Idem ergo mens eſt quod liber, &
quaſi in libro permanſurũ ſcribitur, quod in mẽ-
te per memoriam retentum non deletur. Quod
itaq; in hoc loco dictũ eſt. Diſperſit ſuperbos mẽ-
te cordis ſui: hoc idẽ pſalmiſta alijs uerbis expreſ-
Pſal. 68. ſit dicens. Deleantur de libro uiuentium. Sed qa
præſcientia prædeſtinationis diuinæ nõ mutatur:
& inde deleri, uel diſpergi non eſt ibi eſſe deſine-
X re, ſed nunq̃ fuiſſe, recte adiunxit dicens. Et cum
Liber uitæ, & in eo ſcribendi. iuſtis non ſcribantur. Sciendum eſt, ꝙ tribus mo
dis in libro uitæ aliquis ſcribi perhibetur: ſecun-
dum præſcientiã, ſecundum cauſam, & ſecundum
operationem. Secundum præſcientiam ſcripti sũt
in libro uitæ, qui prædeſtinati ſunt ad uitam, qui
non delentur unq̃; quia ex his, qui præuiſi ſunt ad
ſalutem, nemo perire ſinitur. Licet ad tẽpus quaſi
periturus a uia ueritatis errare permittatur. Se-
cundum cauſam ſcripti ſunt in libro uitæ qui ad
tempus in iuſtitia ambulant: & tales aliquando
ſunt, qui digni ſaluatione exiſterent, ſi tales uſque
in finem permanerent. Iſti autem delentur cum
iuſtitiam cœptam deſerunt, & a uia ueritatis, per
quam incedere cœperant, ad errores declinando
recedunt. Secundum operationem, aut potius
ſecundum humanam exiſtimationem ſcripti di-
cuntur in libro uitæ, quorum opera ſecundum
humanum iudicium talia apparent, propter quæ
digni uideantur ſcribi in libro uitæ: qui rurſum
cum ea, quæ agere bona uidebantur, deſerunt,
quaſi a libro uitæ deleri iudicantur. Qui ergo Y
ſic a libro uitæ delentur, ut rurſum in eo non me
reantur aſcribi, etſi ad tempus, uel ſecundum cau
ſam iuſtitiæ, uel ſecundum iudicium exiſtimatio-
nis humanæ ſcripti uiſi ſunt: nunquam tamen ſe-
cundum præſcientiam fuerunt. Quia ergo creatu
ra rationalis in angelis, & hominibus ad titulum
cęleſtis patriæ, & hæreditatis ſupernę in libro ui
tę per conditionem aſcripta fuerat: ſed per elatio
nem, qua ſe in utraque ſuo Conditori peruerſe cõ
parare uoluit, abiecta eſt, & honore ſuo priuata:
iam tunc quidem a mente cordis ſui ſuperbos di-
ſperſit, quando eos, qui circa ſe tumuerunt, ab
interna ſtabilitate proiiciens, foris per deſideria
terrena fluctuare permiſit. Diſperſit ſuperbos
mente cordis ſui: Depoſuit potentes de ſede, &
exaltauit humiles. Prius angelum de cælo, & ho
minẽ de Paradiſo ſuperbientem proiecit: & po-
ſtea hominem per pœnitentiam humiliatum ad
priſtinam gloriam reparauit. Sed & quotidie ſu
perbos quoſque ſubtrahendo gratiam ſuam de-
ponit, & humiliat: & poſtea eoſdem humiliatos
gratiam priorem reſtaurans exaltat. De quo etiã
illud eſt, quod ſequitur.

## Eſurientes impleuit bonis: & diuites dimiſit inanes.

Eſurientes uocat eos, qui ſe uero bono indigere X
cognoſcunt: diuites intelligi uult eos, qui ſuper-
bi ſunt, & elati, & ſe præ alijs in donis gratiarum
abundare exiſtimant. Ergo ſicut humiles modica
de ſe ſentiendo, maiorem gratiam merentur acci
pere: ita ſuperbi, & elati de ſe pręſumendo, etiam
ea, quæ acceperunt, amittunt.

## Suſcepit Iſrael puerum ſuum:

Suſcepit ſicut medicus ægrum, Iſrael puerum Y
ſuum, populum uidelicet ſuum: Iſrael puerum,
id eſt humilem, & innoſcentem ſuſcepit: ut ſana-
ret infirmum, ut redimeret captiuum, ut iuſtifi-
caret impium, ut ſaluaret iuſtum. Suſcepit Iſrael,
quem non inuenit Iſrael, ſed ut faceret Iſrael, Su-
ſcepit Iſrael puerum ſuum.

## Recordatus miſericordiæ ſuæ.

Quam olim promiſerat: ſed diu diſtulerat, tan-
dem exhibebat.

## Sicut locutus eſt patribus noſtris, Abraham & ſemini eius in ſecula.

Miſericors in promittendo, uerax in exhibendo: Z
quia ſine debito promiſit: & ſine dolo exhibuit.
Sicut locutus eſt patribus noſtris, Abram & ſemi
ni eius in ſecula.

---

*Explicitus eſt commentarius ſuper Magnificat. Nunc ad Allegorias Euangelij B. Lucę accedimus.*

### *De viro & muliere curatis. Cap. II.*

A LEgimus in euágelio, quòd
Lucæ. 4. Dominus ſpiritum immũ
dum expulit de niro: &
continuo fœminam a fe-
bribus, ſocrom ſcilicet Pe
tri curauit. Moraliter ui-
rum a dæmonio liberatũ,
animum ab immunda cō
gitatione purgatum, intelligimus: fęminam uero
a febribus conſequenter curatam, carnem a con-
cupiſcentię feruore per continentię præcepta fre
natam. Et mulier ſanata Domino miniſtrat; cum
membra carnis, quæ prius ſeruierant immundi-
tiæ, iuſtitię famulantur.

### *De commiſſura, & ueſtimento nouo: & de utribus & vino. Cap. III.*

B
Lucæ. 5. NEmo commiſſuram a ueſtimento no
uo, immittit in neſtimentum oetus,
alioquin & nouum rumpit, & uete
ri non conuenit commiſſura a no-
oo. Nouum ueſtimentum, opus bo
num eſt: Vetus ueſtimentum, peccatum. Quicun-
que autem quodliber opos bonum & peccatum,
2. Pet. 2. in qno manet, coniungit: hoc, qnod facit, amittit,
& maior ſciſſura fit: quia melius erat ei non co-
gnouiſſe uiam iuſtitiæ: quam poſt agnitã retror-
ſum conuerti ab eo, quod traditum illi erat, sãcto
mandato. Et nemo mittit uinum nouum in uttes,
oeteres; alioquin rumpit uinum nouum utres,
& ipſum effundetur, & utres peribunt. Sed uinũ
nouum in utres nouos mittendum eſt: & utraque
conſeruantur. Vtres ueteres; ſunt homines pecca-
tores, ueterem hominem cum actibus ſuis imitan
tes. Vtres noui, ſunt homines per gratiam innoua-
ti, noui hominis imitatores, qui ſecundum Deum
C creatos eſt. i. Chriſti. Vetus uinum, culpa: nouom
uinum, gratia. Quandoque ergo uinum nouum
in utres ueteres ponitur, & utres rumpuntur, &
uinum effunditur: quia qui gratiam Dei accipiũt,
& poſt acceptam gratiam ſicut prius peccato de-
ſeruire uolunt, & ipſi pro contempto gratiæ de-
teriores, qui prius erant, efficiuntur: & gratia eis
aufertur. Aliter. Nemo mittit nouum uinum in
utres ueteres. i. Deus gratiam non tribuit peccato
ribus, niſi prius a uetuſtate renooentur. Alioqnin
uinum rumpit utres, & ipſum effunditur, id eſt, ſi
ipſi peccatores ſacramenta, in quibus gratia conti
netur, & cōſertur, accipere pręſumpſerint: & ipſi
de præſumptione deteriores efficiuntur, & gratia
eis minime adeſſe permittitur: Sed uinom nouũ
in utres nouos mittendum eſt, & ſic utraque con-
ſeruantur: quia dum bono homini gratia tribui-
tur, & ipſam acceptam gratiam conſeruat, & gra-
tia conſeruata eum iuſtificat. Et nemo bibens ue-
tus ſtatim uult nouum: dicit enim, uetus melius
eſt. Nemini enim quãdiu delectatur in culpa: pla-
cet gratia. Sed poſtquam uinum nouum. i. iocun-
ditatem gratiæ bene guſtauerit: ueteri oounm, id
eſt, culpæ gratiam anteponit, quam largitur im-
mutabiliter, & ſumme bonus Deus.

### *De electione duodecim Apoſtolorum. Ca. IIII.*

ELegit Dominus duodecim Apoſto- D
los: qui ſacræ myſteria fidei cæteris Lucæ. 6.
manifeſtando prædicarent. Duode-
cim conſtant ex quater tribus, &
ter quatuor. Ad hoc ergo elegit Do
minus Apoſtolos duodecim: ut per quatuor mũ-
di partes fidem ſanctæ Trinitatis prædicarent, &
credentes ad ſupernæ beatitudinis gloriam con-
uocarent.

### *De arbore, & eius fructu. Cap. V.*

E
NOn eſt arbor bona, quę facit fruct⁹ Lucæ. 6.
malos: neq; arbor mala faciens bo-
nos fructus. Arbor, eſt anima: arbor
bona, anima iuſta: arbor mala, ani-
ma praua: fructus, opus: fructus iu-
ſti, iuſtitia: fructus impij, culpa: cognitio arboris
ex fructu, cognitio hominis ex actu: ſucciſio ma-
læ arboris, damnatio peccatoris: ſecuris, Chriſtus:
manubrium, humanitas: ferrũ, diuinitas: acumen
ſecuris, iudiciom diuinę poteſtatis.

### *De ſeruo Centurionis. Cap. VI.*

INtrauit Ieſus in Capharnaum. Centu F
rionis aotem cuiuſdam ſerous male L ucæ. 7
habens erat moriturus: qui illi erat
precioſus. Et cum audiſſet de Ieſu:
miſit ad eum ſeniores Iudæorum,
rogans ut oeniret, & ſanaret ſeruum eius. Centu-
rio, ſignificat Gentilitatem: ſeruus Centurionis,
populum Gentilem: miſſi ſeniores Iudœorum, cę
tum Apoſtolorum, uel aliorũ fidelium ex Iudæis
ad fidem conuerſorum pro iuſtificatione gentiũ
intercedentium. Acceſſus & humiliatio Centu-
rionis, eſt conuerſio & homilitas Gentilitatis: ef-
fectus ſanitatis, gratia iuſtificationis. Et bene ait
Dominus de Centurione: non inueni tantam fi-
dem in Iſrael: quia pauci ex Iſrael crediderunt in
eum: & multi ex Gentibus fidẽ illius ſuſceperũt.

### *De muliere, & Simone Leproſo. Cap. VII.*

ROgabat Ieſum quidam phariſæus: ut G
manducaret cum illo. Phariſeus de Lucę. 7.
ſua iuſtitia ſuperbũs, populus eſt Iu-
daicus: Maria Magdalenæ, quę erat
mulier peccatrix, eccleſia Gentilis de
dita idolis. Effuſio lachrymarũ: cōfeſſio criminũ.
Exterſio, ſatisfactio. Vnguentum, boni operis opi-
nio. Diſperſio odoris; dilatatio bonæ opinionis.

### *De duobus debitoribus. Cap. VIII.*

DVo debitores erant cuidam fœnera H
tori. Vnos debebat denarios quin- Lucæ. 7.
gentos, & alius quinquaginta. Non
habentibus illis unde redderẽt: do-
nauit utriſque. Duo debitores: duo
populi ſunt, qui Deo creatori debent nummũ. i.
animam

animam ſuam regis imagine inſignitam, ad ſeruãdum ſibi commiſſam. Vtriuſque populi debitũ per quinarium multiplicatur: quia quinque ſunt ſenſus corporis, quibus in hac uita utimur, quib⁹ imaginem Cõditoris, quam accepimus, excolere debemus. Sed minus debet Iudæus, cui decalogus legis per ſeruũ datur: plus debet Chriſtianus: cui per filium gratia uitę committitur. Ideo Iudæi p denarium: Chriſtiani per centenarium numerũ fœnus accumulatur. Sed quia neuter ſuis uiribus: ſed Dei gratia per fidem ſaluatur, rectè dicitur, nõ habentibus illis unde redderẽt: donauit utriſque. Plus ergo diligit eccleſia de Gentibus quàm Iudæus: quia ſecundum præſentem ſtatum maior ei gratia confertur: ſed & ſecundum præteritum de maiori fœditate extrahitur. Plus debet, qui plus accipit.

### *De Iairo Archiſynagogo, & Aemorroiſſa. Cap. IX.*

I
Lucæ. 8. ERat quidam de Archiſynagogis nomine Iairus: & uidens Ieſum procidit ad pedes eius, & deprecabatur eum dicens: quoniam filia mea in extremis eſt, ueni, impone manum ſuper eam, ut ſana ſit, & uiuat. Iairus interpretatur illuminatus: & ſignificat Iudaicum populum in antiquis patribus prophetis, Moyſe, Samuele, Dauid, & alijs illuminatum. Archiſynagogi filia eſt ſynagoga legali inſtitutione diſpoſita, quaſi unica Moyſi nata. Hæc duodecimo anno. i. tempore pubertatis appropinquante, quando ſpiritualẽ pro Deo generare debuit, moriebatur: ſubito languo
K re conſternata. Sed pergente Domino ad filiam Archiſynagogi: morboſa mulier patiens fluxum ſanguinis præripit ſalutem: quia ſic diſpenſata eſt
Rom. 11 ſalus humani generis: ut primo aliqui ex Iſrael, deinde plenitudo Gentium intraret: & ſic omnis Iſrael ſaluus fieret. Mulier ergo ſanguinaria a Deo curata: eccleſia eſt de Gentibus ingenti carnaliũ delectationum fluxu polluta, & a cœtu fidelium ſegregata: hæc cum Chriſtus Iudæam ſaluare decerneret, ad iam paratã aliis ſalutem ſpe certa præuenit: & multa expenderat in medicis. i. in theologis, prophetis, legum ſecularium doctoribus: qui ſe utilia uiuendi pręcepta dare promittebant. Dęmones quoque quaſi hominibus conſulendo: ſe ut deos colendos dicebant. Quibus audiẽdis quãto magis naturalis induſtriæ uires expendebant: tanto minus ſanari poterant. Sed cum audiſſent Iudaicum populum ægrotare, & uerum medicũ de cęlo ueniſſe: cœperunt languoris ſui & ſpera-
L re, & inquirere remedium. ¶ Et notandum, quòd puella duodennis fuit, & mulier annis duodecim ſanguinis fluxum paſſa eſt. i. quãdo hæc nata fuit, illa infirmari cępit. Vna enim, eademque ſeculi ætate & ſynagoga in patriarchis naſci: & gentes fœdari idololatria cœperunt. Vnde retro in turba acceſſit, & tetigit ueſtimenta eius: & confeſtim ceſſauit fluxus ſanguinis eius. Gentium eccleſia uenit retro: quia Deum in carne non uidit præſentem: ſed poſt ad fidei, & ad agnitionis gratiam perue-
nit: & tactu ueſtimentorum. i. participatione ſacramentorum eius, meruit ſanari a peccatis. Flu- Matt. 9.
xus quippe ſanguinis, originẽ peccati, & primordium immundæ cogitationis ſignificat: ex quo omne peccatum naſcitur. Sed Dominus non ſolum opera, ſed & uerba mala, & cogitationes prauas, ſacramentis euangelicis quaſi ſuis ueſtimentis a fonte obſcœnitatis emundat. Quòd turba dicitur quidem opprimere, & una ſanata eſt: ſignificat ꝙ multi ſunt uocati, pauci electi. Muliere ſanata nũciatur puella mortua: quia eccleſia Gentium labe uitiorum exuta: continuo ſynagoga eſt perfidiæ, inuidięque letho reſoluta. Perfidiæ quidem, quia in Chriſtum credere noluit: inuidię uero, quia ec- Rom. 11
cleſiam credere doluit. Reſuſcitabitur puella: cũ poſtquam plenitudo Gentium intrauerit, omnis Iſrael ſaluus fiet. Dominus dum ſuſcitaret puellã paucis retentis alios eiecit: quia infidelibus non ſunt reuelãda myſteria diuina, nec irriſoribus miracula diuina. Secundum moralem ſenſum, Dominus quotidie mulierem ſanat: cum animam diuerſis uitijs corruptam per gratiam curat. Turba quoque eiicitur, ut puella ſuſcitetur: quia: niſi ſecularium curarum multitudo eiiciatur a corde, anima intus iacens mortua non ſuſcitatur. Dum enim ſeſe per multas cogitationes ſpargit: ad conſiderationem ſalutis nullatenus ſe colligit.

### *De tribus mortuis, quos ſuſcitauit Dominus Ca. X.*

LEgimus in uerbis euangelij, ꝙ Domi- M
nus tres mortuos ſuſcitauit: puellã Lucæ. 8.
in domo, iuuenem in agro, Lazarũ Lucæ. 7.
in monumento. Tres mortui: tria Ioan. 11.
genera deſignant peccatorum. Mortui nanque ſunt in domo; qui ſine demonſtratione operis conceptam nequitiam adhuc in corde ſeruant. In agro mortui ſunt: qui culpam per conſenſum cõceptã in ſenſuum propatulo per operationẽ demõſtrant. In monumento mortui ſunt: q diu praua conſuetudine fędati, per infamiã ſuam etiã alios deprauant. Reſuſcitatio mortuorũ, iuſtificatio eſt peccatorum. Et tãto leuius reſuſcitatur quiſq; per gratiam: q̃to minus mortificatus eſt p culpam. Tantoq; minori purgatur pœnitentiæ ſatisfactione: quanto minori deprauatus extitit iniquitate. Vnde Dominus paucis arbitris adhibitis ſolo uerbo puellam in domo iacentem recenter mortuam ſuſcitaſſe legitur. Reſuſcitando uero Lazarum in monumẽto quatriduanum, fremuiſſe, turbatus fuiſſe, lachrymaſſe, & uoce magna clamaſſe perhibetur: non ꝙ Dño tã facilis nõ fuerit reſuſcitatio Lazari q̃ puellæ: ſed ꝙ Domini facta aliarum rerum ſunt exempla.

### *De ſeptuaginta duobus diſcipulis. Cap. XI.*

DEſignauit Dominus & alios ſeptua- N
ginta duos. Sicut in Apoſtolis for- Lucę. 10
ma eſt pontificum, ita in ſeptuaginta duobus diſcipulis forma eſt preſbyterorum ſecundi ordinis. Septuaginta duo mittuntur: qui linguarum totidem gẽ-

tibus

tibus euangelium prædicarẽtnt ſicut primo duo
decim Apoſtoli propter duodecim tribus Iſrael :
ita & hi propter cæteras gentes deſtinentur im-
buendas. Per hoc, quòd binos mittit: innuitur q
nemo prædicationis officium debet ſuſcipere,qui
erga alium charitatem non habet. Ante faciẽ ſuá,
in omnem ciuitatem,& locum:quo erat ipſe uen
turus,mittit:quia ubi uerba prædicationis præ-
currunt,uenit Dominus ad mentis habitaculum.
Et dicebat illis. Meſſis quidem multa, operarii ue
ro pauci. Meſſis,eſt turba credentium; operarij,
Apoſtoli,& ſequaces eorum. Et licet hæc meſſis
uerbo Dei ſit ſata;tamen culturæ laborem,& ſoli-
citum munus operarij requirit,ne aues cęli ſpar-
ſa ſemina diſſipent. Sed quia pauci ſunt operarij,
ideſt prædicatores;rogandum eſt iugiter, ut Do-
minus det gratiam pręedicandi fidelibus, & mit-
tat eos in procurationem meſſis ſuæ. Vnde ſubiũ-
gitur. Rogate ergo dominum meſſis,ut mittat o-
Rom.10 perarios in meſſem. Quomodo enim prædica-
Mat.10. bunt;niſi mittantur? Item. Ecce ego mitto uos ſi-
cut oues,inter lupos. Sicut inſidiantur lupi oui-
bus;ſic hęretici fidelibus. Et ſicut lupus nocte oui
le circuit non audens intrare,canis ſomnum; pa-
ſtoris abſentiam,ut deſidiam explorans;ſic hære-
ticus nocte ſuæ tentationis fideles decipere cona-
tur,eccleſiam incaute non intrans;& paſtores uel
O deſides necare,uel in exilium mittere intendit. Lu
pus uero corporis rigidi ſe facile non flectere po
teſt;ſic hæreticus duri intentione cordis non ſolet
Tit.3. ab errore reuocari. Vnde Apoſtolus. Hæreticum
hominem poſt primam,& ſecundã correctionem
deuita. Lupus ſuo impetu fertur,& ideo ſępe ludi
tur. Sic hæreticus impetum facit,& ſæpe remanet
inanis cum nocere non poſſit. Lupus ſi prior ali-
quem uiderit, uocem illi quadam ui naturæ eri-
pit, ſi homo illum prior uiderit, exagitat; Sic
quem uerſuta diſputatione hæreticus præuenit;
mutum reddit,ne confiteatur uerbum Dei. Sed ſi
quis commenta fraudis eius cognouerit; patitur
iacturam uocis. Sicut lupus,ſic hæreticus, primũ
quia inuadit guttur,uterque uitalibus uulnus in-
figit. Poſſumus etiã per lupos,perſecutores quoſ-
que deſignare;qui more luporum fideles laçerare
conantur. ¶ Nolite portare ſacculum, neque pe-
ram, neque calciamenta. Tota fiducia pręedicato-
ris in Deo debet eſſe; ut præſentis uitæ ſumptus,
& ſi non prouideat ſibi, tamen non defuturos cer
tiſſime ſciat;ne dum occupatur mens eius ad tem
poralia,minus prædicet æterna. Et ideo ſacculum
non portet. Secundum autem myſticum ſenſum,
pecunia in ſacculo clauſa,ſapiẽtia eſt occulta,quæ
P pro Chriſto non erogatur. Per peram, onera ſecu
li;per calciamenta,mortuorum operum exempla
figurantur. Et prædicator onus ſecularium nego
ciorum non portet;nec ſtultorum operum exem
pla conſpiciat;ne ſua opera quaſi ex mortuis pel
libus credat munire. Et neminem in uia ſalutaue-
ritis. Qui non amore æternę patriæ, ſed pręmio-
rum ambitu, ſalutem audientibus prædicat;quaſi
in itinere ſalutat; quia ex occaſione non inten-
tione,ſalutem audientibus exoptat. Omnis enim
qui in uia ſalutat,ex occaſione itineris ſalutat,non
ex intentione habendæ ſalutis.

*De homine,qui incidit in latrones. Cap. XII.*

HOmo quidam deſcendebat ab Hie- Q
ruſalem in Iericho. Homo iſte, qui Luc.10
de Hieruſalem in Iericho deſcendit,
& in latrones incidit, ſicut in homi-
lijs legimus, genus deſignat huma-
num. Quod in primis parentibus ſupernam ciui
tatem deſerens,in huius ſeculi, & exilij miſeriam
per culpam corruens; per antiqui hoſtis fraudu-
lentiam ueſte immortalitatis; & innocentiæ eſt
ſpoliatum,& originalis culpæ uitijs grauiter uul-
neratum. Fecerat Deus(ſicut alio loco diximus)
hominem ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam.
Ad imaginem;ſecundum rationem;ad ſimilitudi
nem,ſecundum dilectionem;ut per utrunq; Deo
inhæreret,& inhærendo beatus eſſet. Sed diabo-
lus humanæ beatitudini inuidens;contra duo bo
na prædicta;duo principalia mala intulit homini
in originali culpa. In eo nanque quòd factus erat
ad imaginem Dei ſecundum rationem; uulnera-
uit eum per ignorantiam boni. In eo uero quòd
factus eſt ad ſimilitudinem Dei: uulnerauit eum R
per concupiſcentiam mali. Homo autem ſpolia-
tus eſt,uulneratus eſt,ſemiuiuus eſt relictus; quia
in humana natura; etſi poſſit diuina ſimilitudo,
quæ eſt in dilectione, penitus corrumpi; diuina
tamen imago,quæ eſt in ratione, non poteſt peni
tus deleri. Quamuis enim tanta malitia poſſit affi
ci,ut nihil diligat boni; non tamen ignorantia tã
ta excæcari poteſt,ut nihil cognoſcat ueri. Recte
ergo ſemiuiuus eſt relictus;quia & ſi propter pri-
mordialia peccata; magna ex parte fuerit corru-
ptus,non tamen eſt penitus cæcatus. In eo nanq;
etiam poſt uulnera uixit; quo ipſi qualiſcunque
ſcintillula ſenſus remanſit. Hoſtilis ergo gladius
hominem penitus non extinxit;dum in eo natu-
ralis boni dignitatem omnino delere non potuit,
& de huius ratione ſententiæ,pſalmiſta taliter in
tulit dicens. Cor mundum crea in me Deus, & Pſal.50.
ſpiritum rectum innoua in uiſceribus meis. Per
cor enim mundum; in ſe diuinam deſignat ſimi-
litudinem. Per ſpiritum rectum, diuinam imagi-
nem. Dum cor mundum in ſe creari,ſpiritum ue
ro rectum innouari poſtulauit conuenienter in-
ſinuauit,& diuinam ſimilitudinem in toto poſſe
corrumpi,& diuinam imaginem nequaquã pror
ſus poſſe deleri. Ibi nanque,ubi nil boni remãſit,
bonum,ſi tamen reſtauratur, creatur; at ubi ali- S
quid boni ſupereſt,renouatur. Eſt autem cordis
munditia, in perfecta Dei dilectione: rectitudo
uero ſpiritus,in ſana ratione. Quòd autem ſecun
dum præcedentes diſtinctiones, diuina in nobis
imago,& diuina ſimilitudo poſſunt accipi;docto
res in alterius cuiuſdam uerſiculi expoſitione de-
clarant ubi ſcriptum eſt. Signatum eſt ſuper nos Pſal.4.
lumen uultus tui Domine;dediſti lætitiam in cor
de meo. Per lumen enim,quod ſuper nos,ſiue in
nobis ſignatum eſt;diſtinguunt in nobis diuinam
ima-

imaginem: quam aſſignant in diſcretione rationis. Et per læticiam: diuinam ſimilitudinem, quã determinant in iocunditate dilectionis. Sacerdos & leuita, qui uiſo ſpoliato, & uulnerato tranſierunt: patres antiquos exprimunt, qui uitæ præſentis ſtatum tunc ſancte uiuendo tranſierunt: ſed humanum genus per culpam uulneratum minime ſanauerũt. Samaritanus per tranſit: dum Chriſtus per humanitatem, uitæ huius incommoda cucurrit: qui homini uulnerato uinum, & oleum infudit: dum per prædicationem ſuam & blandam conſolationem, & auſteram increpationem exhibuit. Alligans uulnera eius in iumentum ſuũ leuauit: dum per carnem aſſumptam in cruce ſuſpenſus, morte ſua culpam illius expiauit. In ſtabulum duxit: dum intra ſanctam eccleſiam collocauit. Stabulum autem eccleſiam ſignificat: quia ſicut iumenta in ſtabulo ſuas immunditias dimittunt: ſic peccatores, qui beſtialiter antea uixerũt, per confeſſionem, & ſatisfactionem in ſancta eccleſia peccata ſua deponunt. Altera die protulit duos denarios ſtabulario, & ut curam eius ageret dedit: quando peracto myſterio redemptionis, omnibus, qui eccleſiam gubernare debent, utriuſque teſtamenti ſcientiam, & prædicandi gratiam

V diſtribuit. Et quodcunque ſupererogaueris ego cum rediero, reddam tibi. Debent prælati in cura ægroti aliquid ſupererogare, ut non ſolum, ea quæ in duobus teſtamentis continentur, ſtudeãt prædicare. ſed & alia multa ſecundum ea, quæ ſcripta ſunt, laborent excogitare, & aliis prædicatione manifeſtare. In die autem iudicij cum Dominus redierit: ſecundum meritum reddet præmium. Sed cum Dominus in cura iſta exigat etiã noſtra: quid dicturi, quid facturi ſumus, qui raro, uel nunquàm expendimus ea, quæ ſunt illius? ſi nanque illis, quibus doctrinam debemus, nunq̃ literam ſimplicem narramus: quid de nobis erit, qui etiam innumerabiles ſententias adiuuante gratia per noſtrum ſtudium, & laborem excogitatas, uel ſaltem ab alijs auditas, & diligenter in corde repoſitas & diſpoſitas, inceſſanter eis prædicare deberemus? Poſſumus itaque dicere, quod in hac figura. Hieruſalem, eſt contemplatio ſuperna: homo quidàm, humana natura: Ierico, miſeria mundana: latrones, dæmones: deſcenſus, culpa: ueſtes, immortalitas & innocentia: uulnera, uitia: leuita & ſacerdos, patres antiqui, ſiue miniſtri ueteris ſacerdotij. Samaritanus, Chriſtus: iumentũ, caro: oleum, blanda conſolatio: uinum, auſtera increpatio: eleuatio, redemptio: ſtabulum, eccleſia: ſtabularij, prælati: duo denarii, ſcientia utriuſque teſtamenti.

Repoſitas (margin: deposi-tas)

## *De Martha, & Maria ſororibus Lazari. Ca. XIII.*

X

Lucæ. 10

INtrauit Ieſus in quoddam caſtellũ: & mulier quædam Martha nomine excepit illum in domum ſuam. Per iſtas duas ſorores: duæ ſignificantur uitæ ſpirituales. Per Marthã, operis actuoſa deuotio, qua proximo in charitate ſociamur: per Mariam religioſa mentis intentio, amore iuncta Dei uerbo, qua in Dei amore ſuſpiramus. Actiua, uel panem corporalem eſuriẽti, uel doctrinam ignoranti tribuit: errantem corrigit, ſuperbum ad humilitatem reuocat, & quæ ſingulis expediant, diſpenſat. Cõtemplatiua, charitatem dei, & proximi tenet, ab exteriori actione quieſcit, ſoli conditoris deſiderio inhæret, & calcatis omnibus curis ad uidendum faciẽ Creatoris inardeſcit: & deſiderat miſceri ſupernis ciuibus, de æterna in conſpectu Dei incorruptione gaudentibus. Et huic erat ſoror nomine Maria: quæ etiam ſedens ſecus pedes Domini, audiebat uerba illius. Maria ſedet: quia contemplatiua pacatis uitiorum tumultibus, æterna iam in Chriſto quiete mentis perfruitur. Martha ſtat: quia actiua laboriosum deſudat certamine. Secus pedes Domini. Quanto enim humilius ſe ſeruat, tanto amplius capit: ſicut confluit aqua ad conuallem, de tumoribus collis. Audiebat uerba illius: Intenta erat Maria, quomodo paſceretur a Domino: & Martha intenta erat, quomodo paſceret Dominum.

Y Hæc conuiuium parat, illa conuiuio Domini iam delectatur. Domine, non eſt tibi curæ quod ſoror mea reliquit me ſolam miniſtrare? Ex illorum perſona loquitur: qui adhuc diuinæ contemplationis ignari ſolum, quod diſcernunt fraternæ dilectionis opus, Deo beneplacitum, ducũt: Ideoque cunctos, qui Chriſto deuoti eſſe uelint, huic mancipari profectuoſum eſſe autumant. Martha, Martha. Repetitio nominis, indicium eſt dilectionis, uel forte mouendæ intentionis, ut audiret attentius: Nõ reprehenditur pars Marthæ, quia & ipſa bona: ſed pars Mariæ laudatur. Quæ quare ſit optima, ſubinfertur: Quæ nõ auferetur ab ea. Quia contemplatiua hic incipit, & in cæleſti patria perficitur: quia amoris ignis, qui ardere hic inchoat: cum ipſum, quem amat, uiderit, in amorem amplius igneſcet. Non ergo contemplatiua auferetur: quæ ſubtracta præſentis ſeculi luce perficitur: Actiua cum corpore deficit: quia in æterna patria panem non porriget eſurienti, quia nemo eſuriet: neque cætera miſericordiæ aget opera, quia non erunt neceſſaria. Cum præſenti ergo ſeculo auferetur actiua. Merito ergo cõtemplationi omnium iuſtificationũ merita, uniuerſa uirtutum poſtponuntur ſtudia.

## *De lumborum præcinctione. Cap. XIIII.*

Z

Lucæ. 12.

SInt lumbi ueſtri præcincti, & lucernę ardentes in manibus ueſtris. Præcinctio lumborum: eſt continentia carnis. Ardor lucernarum: exhibitio boni operis. Et uos ſimiles hominibus expectantibus dominum ſuum quando reuertatur a nuptijs. Ad nuptias Dominus iuit: cũ poſt reſurrectionem nouus homo, angelorum ſibi multitudinem copulauit. A quibus reuertitur: cum nobis per iudicium manifeſtatur. Quẽ reuertentem bene expectamus: dum in eius aduentum in omnibus noſmetipſos præparamus: ut

cum

cum uenerit, & pulſauerit, confeſtim aperiant ei. Non uult aperire pulſanti iudici: qui timens uidere iratum, quem contempſit: de corpore exire metuit. Aperit, qui iudicem lætus, & ſecurus ſuſtinet, & de propinqua morte gaudet. Beati ſerui illi, quos cum uenerit Dominus, inuenit uigilãtes. Vigilat qui oculos apertos in uero lumine tenet: ut tenebras negligentiæ uitet: qui etiam, quod credit, operatur. Amen dico uobis, quòd præcinget ſe, præparans ſe ad retributionem, & faciet illos diſcũbere, in æterna beatitudine refoueri: & tranſiens de iudicio ad regnum, miniſtrabit illis: quia diuinitatis ſuæ contemplatione eos ſatiabit. Et ſi uenerit in ſecunda uigilia, & ſi in tertia uigilia uenerit, & ita inuenerit: beati ſunt ſerui illi. Vigilias uocat, ad ſimilitudinem excubantium in nocte: quia in nocte huius mundi, ſemper debemus contra hoſtes eſſe ſoliciti, & expectare lucem uenturam. i. aduentum iudicis. Prima ergo

Vigiliæ tres.

uigilia, eſt cuſtodia pueritiæ, ſecunda iuuentutis, tertia ſenectutis. Si quis uero in pueritia uigilare neglexit, non tamen deſperet: ſed in iuuentute, uel ſaltem in ſenectute reſipiſcat: quia pius iudex moras noſtras patienter expectat. Qui etiam ad excutiẽdam mentis deſidiam, exteriorum damnorum ſimilitudinem inducit: ut per hæc animus ad cuſtodiam ſui ſolicitetur. Vnde ſubditur. Hoc autem ſcitote: quia ſi ſciret paterfamilias, qua hora fur uenturus eſſet, uigilaret utique, & non ſineret perfodi domum ſuam. Neſciente patrefamilias fur domum perfodit: quia dum a ſui cuſtodia ſpiritus dormit, improuiſa mors carnis habitaculum irrũpit, & ad ſupplicia trahit. Furi autem reſiſteret, ſi uigilaret: quia aduentum iudicis uenientem occulte præcauens: pœnitendo occurreret. Et uos eſtote parati. Poſt ſimilitudinem ponit exhortationem: ut omnes ſine macula, & ruga parati ſimus: qa qua hora ueniat, neſcimus.

*De eunte in via cum aduerſario. Cap. XV.*

A

Luc. 12.

Vm uadis cum aduerſario tuo ad principem in uia: da operam liberari ab ipſo, ne forte trahat te ad iudicem & iudex tradat te exactori: & exactor mittat te in carcerem. Aduerſarius noſter in uia, Dei ſermo eſt, contrarius carnalibus deſiderijs in præſenti uita: a quo liberatur, qui pręceptis eius humiliter ſubditur. Alioquin ex ſermone cõtempto reus in examine iudicis tenebitur peccator. Quẽ iudex exactori. i. diabolo tradet: quia permittet, ut diabolus animam eius ad pœnam trahat: & ipſe exactor eam retrudet in gehennam. Dico tibi, non exies inde, id eſt, nunquàm: donec etiam nouiſſimum quadrantem reddas, id eſt, pro minimis peccatis puniaris, & reddas ſemper pęnas pro peccatis patiendo: nunquàm ueniam conſequendo.

B

*De ficu plantata in vinea. Cap. XVI.*

Lucæ. 13.

ARborem fici habebat quidam plantatam in uinea ſua: & uenit fructum quærere in illa, & non inuenit. Vinea iſta, plebs fuit Iſraelitica; in qua erat ſynagoga, quaſi ficulnea plantata. Cultor uineæ: Moyſes, & prophetæ. Tres anni, tria tempora. Tempus naturalis legis, tempus ſcriptæ legis, tempus gratiæ. Foſſio eſt prædicatio: miſſio ſtercorum, recordatio peccatorum. Exciſio ficulneæ, deiectio ſynagogæ. Secundum moralem ſenſum: arbor iſta unaquæque anima infructuoſa, per ſimulationem uirtutum, & exhibitionem bonorum operum foliis circundata: ſed a fructu ueræ iuſtitiæ aliena. Tres anni: cognitionẽ ſanctæ Trinitatis ſignificant. Circumfoſſio arboris: extractionem ſignificat terrenę cupiditatis foſſorio prædicationis. Stercora exprimunt carnis peccata, quæ mittuntur ad radicem arboris, quando conſcientia tangitur prauitatis cognitæ memoria: quæ dum inde pęnitet: quaſi per tactũ ſtercoris, redit ad fęcunditatem operis. Exciſio infructuoſæ arboris: iudicium eſt damnationis. Cultor iſtius arboris: prædicator, qui ſẽper ꝓ talibus ſtudet intercedere, ut illi deus cõcedat ſpatium pęnitentiæ: & faciendi fructum iuſtitiæ: ſicut prophetæ, & apoſtoli, quia quoſdã ex ſynagoga ſaluãdos intellexerunt, pro ipſa ſæpius orauerunt.

*De muliere ſpiritum infirmitatis habente decem & octo annis. Cap. XVII.*

Cce mulier, quæ habebat ſpiritum infirmitatis annis decem & octo. C Lucæ. 13

Mulier iſta, humana eſt natura: ſpiritus infirmitatis, amor terrenæ cupiditatis: decem & octo anni languoris, tranſgreſſionem exprimunt legis, quę de natio conſummatur: & deſperationem reſurrectionis, quæ octonario ſignificatur. Quæ inclinata erat per culpam, nec omnino poterat ſurſũ reſpicere per iuſtitiam. Qui enim terrena diligit, & cogitat: non reſpicit ſurſum ad cæleſtia. Quam cum uidiſſet Ieſus per prædeſtinationem: uocauit eam per prædicationem, & ait. Mulier dimiſſa es ab infirmitate tua, id eſt, abſoluta es a culpa tua. Et impoſuit illi manum per gratiam ſpiritualem: & erecta eſt per iuſtificationem: & glorificauit Deum per gratiarum actionem. Archiſynagogus indignãs: populus ẽ Iudæorũ literã legis zellans, nõ intelligẽs ſabbatũ obſeruãdũ ab effectu operis ſeruilis: nõ a curatione infirmitatis, nõ a ceſſatione diuinę laudis. Hypocritę unuſquiſq; ueſtrũ ſabbato nõ ſoluit bouẽ ſuũ, aut aſinũ a pręſepi, & ducit adaquare: Bos, q cognouit poſſeſſorẽ ſuũ: & aſinus pręſepe Dñi ſui, Iudaicũ, & Gẽtilem ſignificant populũ: q uterq; peccati uinculis abſolutus, ſitim, ęſtũq; huius mũdi hauſtu Dñici fõtis depoſuit. In his ergo duobus aĩalibus uocationẽ duorũ populorũ, aduerſantibus Iudęis pronuntiat Dominus. Eſaię. 1

*De Hydropico ſanato. Cap. XVIII.*

D

FActum eſt cum intraret Ieſus in domum cuiuſdã principis phariſęorum ſabbato manducare panem: & ipſi obſeruabant eum. Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illum. ὕδωρ hydor, aqua: inde hydropiſis Lucæ. 14

ſis, morbus aquoſus, ſubtercuraneus, de uitio ueſicæ natus cum inflatione turgente, & anhelitu fœtido. Et eſt proprium hydropici, ut quanto plus bibit, tanto plus ſitiat. Vitium autem, quod iſte habet in corpore, Phariſæi geſtant in mente. Ideo coram ipſis curatur corporaliter: ut hoc exemplo ipſi diſcant curari ſpiritualiter. Comparatur autem diues auarus, & cupidus hydropico: quia ſicut hydropicus quanto plus bibit, tanto plus ſitit: ſic miſer auarus, & cupidus quanto amplius tranſitoria accumulat, tanto magis ad ampliora aggreganda per cupiditatem ſuccenſus anhelat. Qui recte fœtidum anhelitum emittit: dum ſuæ prauitatis infamiam ubique diſpergit. Aſſimilatur etiam quilibet carnis uoluptatibus deditus, hydropico: quia quanto magis carnalis quiſque fœtidam ſuauitatem concupiſcentiæ deguſtat: tanto magis ea concupiſcentia fœdari deſiderat. Toties ergo hydropicus ab infirmitate ſua ſanatur: quoties uel carnalis quiſque a luxuria, uel auarus a cupiditate curatur.

*Inuitatus ad nuptias non recumbat in primo loco. Cap. XIX.*

E

Lucæ.14 CVm inuitatus fueris ad nuptias: non recumbas in primo loco. Nuptiæ ſignificant coniunctionem Chriſti, & eccleſiæ. Honoratiori poſt inuitato locum dat, qui de longæ conuerſationis ſuæ confidentia ſecurior factus, uita illorum, qui ſe in Chriſto ſecuri ſunt, agilitate præitur. Et cum rubore nouiſſimum locum tenet: cum de alijs meliora cognoſcens, quicquid de ſua operatione altum ſenſerat, humiliat. Recumbe er-

Eccli.3. go in nouiſſimo loco, id eſt, quanto maior es, tantum te humilia in omnibus. Vt dicat tibi qui te inuitauit: amice aſcende ſuperius. quia Deus dat

Iaco.4. humilibus gratiam: quam aufert ſuperbis. Tunc erit tibi gloria coram ſimul diſcumbentibus, id eſt, in eadem fide, uel eadem beatitudine quieſcentibus.

*De homine, qui fecit cœnam magnam & uocauit multos Cap. XX*

F

Lucæ.14 HOmo quidam fecit cœnam magnã, & uocauit multos. Homo iſte eſt Deus: cœna, beatitudo ſuperna. Serui, ſancti prædicatores: hora cœnæ: tempus gratiæ: uocatio, prædicatio. Inuitati ad cœnam uenire nolentes, reprobi terrenis inhærẽtes. Ille, qui uillam emit, ſignificat cupidos: ille, qui quinque iuga boum emit, quinque ſenſus corporis rebus exterioribus intẽtos. Ille, qui uxorem duxit, carnis uoluptatibus deditos. Sed iuga boum quinque eſſe dicuntur: quia ſenſus corporis cum ſint in utroque ſexu, geminantur. Exi cito in plateas, & uicos ciuitatis. Plateæ, ſunt late patentis iniquitatis uiæ: uici ciuitatis, contubernia inhoneſtæ conuerſationis. Pauperes, debiles, cæci, & claudi, qui introducuntur: ſũt illi, qui mundi amatoribus habentur uiles, & iudicantur inutiles. Sed per prædicationem uocati: per gratiam iuſtificati: apud Deum cognoſcũtur eſſe glorioſi, & ſublimes. Domine factum eſt ut ,,
imperaſti: & adhuc locus eſt. Et ait Dominus ſe- ,,
ruo. Exi in uias, & ſepes: & quoſcunque inueneris ,,
compelle intrare. Illi, qui intrare compelluntur: ,,
ſunt illi, qui aduerſitatibus fracti a prauitatibus corriguntur, & ad amorem Dei reducuntur. Poſſumus autem per primos ad cœnam uenientes, electos ex Iudæis accipere: per ſecũdos uero, electos de Gentibus deſignare: & per illos, qui uenire noluerunt, illos, qui ex utriſque populis pereunt, accipere.

*De oue, & drachma perditis. Cap. XXI.*

G

QVis ex uobis homo, qui habet centũ Lucæ.15
oues: & ſi perdiderit unam ex illis, nonne dimittit nonaginta nouem in deſerto, & uadit ad illam, quæ perierat, donec inueniat eam? &c. Homo iſte, eſt Deus: oues, creaturæ rationales. Nonagintanouem oues, nouem angelorum ordines: ouis centeſima, humana natura: ouis centeſimæ requiſitio, diuina incarnatio: ouis relatio, humana redẽptio: amici & uicini, angeli: amicorum & uicinorum de inuentione ouis congratulatio, angelorum de humana ſalute exultatio. Quę mulier ,,
habens drachmas decem &c. Mulier, diuina ſapientia. Decem drachmæ, nouem ordines angelorum, cũ adiunctione humanæ naturæ. Mulier enim decem drachmas habuit: cum Deus homines, & angelos ad imaginem ſuam creauit. Sed unam perdidit: cum homo a ſimilitudine Creatoris receſſit. Sed ſapientia lucernam ad quærendum accendit: cum in carne apparuit: quia lucerna lux eſt in teſta, i. uerbum in carne: quæ ubi inter homines claruit, domum †euertit, quia conſ- †euerrit
cientias hominum conſideratione reatus ſui perturbauit. Et ſic drachma reperitur: dum in homine ſimilitudo Conditoris reparatur.

*De filio prodigo. Cap. XXII.*

H

HOmo quidam habuit duos filios: & Lucæ.15
dixit adoleſcentior ex illis patri. Pater, da mihi portionem ſubſtantiæ, quæ me contingit. Homo iſte, Deus pater habuit duos filios: quia creator eſt, & author duarum ſtirpium generis humani, i. Iudæorum, & Gentium. Maior filius, qui in cultu unius Dei permanſit: minor, qui hucuſque ad colenda idola Deum deſeruit. Substantia, eſt omne quo uiuimus, ſapimus, cogitamus, loquimur, hæc Deus æque dedit omnibus: unde ſcriptũ
eſt. Erat lux uera, quæ illuminat omnem hominẽ Ioan.1.
uenientem in hunc mundum. Huius ergo ſubſtantiæ portionem ſibi minor petit dari, cum homo rationali ſuo ſenſu delectatus, & per liberum arbitrium ſe regere, & a dominio Creatoris quærit exire. Homo iſte itaque, Deus: duo filij, duo populi.

tis:maior fili[illegible] populus [illegible] minor,gentilis: ſubſtantia,naturalia bona: receſſio minoris filij, error Gentilis populi:regio longinqua, idololatria:meretrices, carnis delectationes: diſſipatio ſubſtantiæ,corruptio n[illegible] animus ciuiū, aliquis dæmonum:fames fi[illegible] pœ[illegible]ia uerum Deum cognoſcendi:ſi[illegible] porcorum, ſordida figmenta poetarum,& d[illegible] erroribus polluta dogmata philoſophorum[illegible] q[illegible] ſpiritibus immundorum ſpirituum:reuerſio [illegible] conuerſio Gentis, populi:occurſus patris[illegible]ectus diuinę miſerationis:anulus,fides:ſtola prima,innocentia:calciamenta, prædicatio: uitulus ſaginatus, Chriſtus: occiſio

I uituli,paſſio Chriſti: epulæ, par[illegible]patio [illegible] tatis: ſymphoni[illegible],& chorus de reditu fil[illegible] gratiarum actio de conuerſione Gētilis popul[illegible] or in agro moratur:du[illegible] populus Iudaicus in[illegible] is ueteris teſtamenti per[illegible] nem iuſt[illegible],& [illegible]

Rom.11 uæ ſcrutatur.Quod patet maiorem filium ad intrandum inuitari:ſignificatq; cum plenitudo gentium intrauerit,tu[illegible] mnis I[illegible] ae[illegible] us fiet.Quotidie quoque Deu[illegible] huius re[illegible] quemlibet pec[illegible]torem ſu[illegible] pœ[illegible]. Et omnia in prædicta facit, dum gratiam, [illegible] in baptiſmo acceperat, & per culpam perdiderat, iterum illi reddit.

*De diuite,& eius uillico. Cap. XXIII.*

K

Lucæ.16 Homo quidam erat diues,& habebat uillicū,& hic diffamatus eſt apud illum,q[illegible] diſſipaſſet bona ei[illegible]. Homo diues, dicitur Deus [illegible]ter: uilla, h[illegible]na natura: [illegible] ruſ:colo[illegible],intellectus,affectus, le[illegible] [illegible]tus humani: bona diuitis, d[illegible]na Domini, & ea quæ habemu[illegible] per naturam, & ea quæ habemu[illegible] per gratiam. Multa bona potuit Deus in inſtaurationis ſuę ſtatus u[illegible]:ſunt in ea ædificia, per multim[illegible] bonæ conuerſationis honeſtatem:uituli,per boni inchoationem:boues, per conſummationem: tauri per uirtutum procreationem: uaccæ,per bonæ uoluntatis fœ[illegible] iuuencæ, pe[illegible] tualis integritatis [illegible]incorrupt[illegible]onem:oues, per in no[illegible] manſuetudin[illegible]: ag[illegible] per mu[illegible] candore[illegible] per co[illegible] ardua temeapes, per guſt[illegible] internæ [illegible]edinis. Sed & porci, quæ[illegible] Deus [illegible] bat,ibi nonn[illegible]quam inueniuntur pe[illegible] nem immundæ cogitationis. Quæ & ipſi e[illegible] ualent ad humilitatem menti[illegible], multum adiuuant ad cumulum iuſtificationis. [illegible] inueniūt etiā in hac uilla.i. in humana natura hordeum, per ſciendam ueteris teſtamenti; triticum per ſcientiam noui. Ibi ſunt agri multi per [illegible] diuerſa ſenſuum,& affectionum: & aratra diuerſa,

L per multa uirtutum, & actionum exercitia. O quam bona, quàm locuples, [illegible] qua Deus poſuit tot,& tanta bona? C[illegible] ne diſſipet bona eius. Diſſipatio bonorum, amiſſio eſt donorum:co[illegible] um, ablatio bonorum operum. [illegible]tandum quòd dictū

eſt: quam [illegible]. Non enim uere poſſumus diſſipa[illegible] Domini: quia & ſi humana natura, tam a[illegible] aſſici ma[illegible] ut n[illegible] diligat bonū:non tamen poteſt [illegible] a cæca[illegible] ignorantia,ut nihil cognoſcat[illegible]. Vil[illegible],eſt [illegible]nuerſatio.Amiſſio uil[illegible]icationis,eſt [illegible] Ratio de[illegible]tione eſt iuſta exa[illegible] de tractata [illegible]ne. Loquitur d[illegible] uillico, ſermo Domini cum ſpiritu humano Quid faciam, [illegible] us: quia Dominus meus aufert a me [illegible] ? Anguſtia uilici: timor M ſpiritus humani. Scde cito,& ſcribe. Debitores ,, ſeruitium intellectus,affectus, le[illegible] appetitus humani per culpam deprauati. Et qu[illegible] magis intellectus ſiue ſenſus, ſiue affectus, [illegible] appetitus a bono d[illegible]ſidet: tanto amplius debet Deo. Seſſio debitoris eſt humiliatio pec[illegible]: ſcriptio debiti, conſideratio peccati: deb[illegible] relaxatio: demiſſio pec[illegible]. Timeat ergo, & p[illegible] uideat ſibi uillicus iſte,id eſt, ſpiritu[illegible] ut deb[illegible]tores ſuos a de[illegible] pec[illegible] pœ[illegible]ntiam interim prudenter alleuet, ut e[illegible] Dominus tu[illegible] ſine fine de tali prudētia laudet. Amiſſa nam[illegible] cationem, fodere non uale[illegible] & [illegible] eſſet. quia poſt hanc uitam, nemini d[illegible] operari ul fiducia Deū depre[illegible]. D[illegible] tore[illegible] que a de[illegible] re[illegible] xa[illegible] poſt u[illegible] q[illegible] [illegible] tiam,[illegible] ſionem al[illegible] mi[illegible]h[illegible]em in cœleſti manſione recipiunt.

*De diuite epulone,& Lazaro mendico. Cap. XXIIII.*

N Homo quidam erat diues, & induebatur purpura,& byſſo:& epulabatur quotidie ſplendide. Diues iſte Iudaicum populum deſignat: qui cultum u[illegible] exterius habuit,& acce[illegible]ptæ [illegible] uſus eſt ad nitorem non ad u[illegible] L[illegible]zarus ulceribus plenus Ge[illegible] populu[illegible] ſigni[illegible] qui ad Deum conuerſus peccat[illegible] confi[illegible]ur. Virus nanque, quod in[illegible] te b[illegible] rupta cute foras emittitur:dum [illegible] ta mala per confeſſionem prodit. Et cupiebat ſaturari de micis, quæ cadebant de mēſa diuit[illegible], & nemo [illegible] dabat: quia Gentilem quemquam ad cog[illegible]nem legis admittere, ſuperbus Iudaicus populus deſpiciebat. Quia non ad charitate, [illegible] ad el[illegible]tionem, doctrinam legis habuit, quaſi de acceptis opibus tu[illegible]uit. Et quia ei uerba deſluebant de [illegible]ntia:quaſi micæ cadebant de menſa. Sed contra,ulnera pauperis canes lingun[illegible] quia prædicatores dum loquendo a peccatis eripiu[illegible] quaſi tangendo ulnera ad ſanitatem r[illegible] t, [illegible]ur canes ulnera curat dū n[illegible] git. Vnde L[illegible]zarus interpretatur bene adiutus: quia ipſi hu[illegible] ad erepuonem iuuant, qui eius ulnera per linguæ correptionem curant. Factū O eſt autem ut moreretur mendicus,& portaretur ,,

ab

ab angelis in ſinum Abrahæ. Sinus Abrahæ, eſt requies bonorum pauperum, quorum eſt regnũ cœlorum, quo poſt hanc uitam recipiuntur. Mortuus eſt & diues: & ſepultus eſt in inferno. Sepultura inferni: pœnarum profunditas eſt, quæ poſt hanc uitam ſuperbos, & immiſericordes orat. Eleuans autem oculos ſuos, cum eſſet in tormentis: uidit Abraham a longe, & Lazarum in ſinu eius. A longe uident infideles: dum in imo poſiti ante diem iudicij fideles ſuper ſe requieſcere attendunt, quorum poſt gaudia contemplari non poſſunt. Longe eſt, quod concupiſcunt: quia illuc per merita non attingunt. Pater Abraham miſerere mei, & mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti ſui in aquam: ut refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. Infidelis populus uerba legis in ore tenuit, quæ in opere ſeruare contempſit. Ibi ergo amplius ardebat: ubi ſe oſtendit ſcire, quod facere noluit. Ab extremo digiti ſe tangi deſiderat: qui æternis ſupplicijs datus optat opera iuſtorum, uel ultima ſibi participari. Fili recordare, quia recepiſti bona in uita tua: & Lazarus ſimiliter mala. Nota quòd diues iſte aliquid boni fecit, ex quo bonum tranſitorium in hac uita recepit: & Lazarus aliquid mali fecit: ſed mala Lazari purgauit ignis inopiæ. Fili recepiſti bona in uita tua: quia omne gaudium tuum felicitatem tranſitoriam putaſti. Habent iuſti etiã bona in mundo: ſed quia in recompẽſationem non recipiunt, ſed ad æterna ſanctis deſiderijs æſtuant: quæ adſunt, minime bona uidentur.

P Memento fili. Ecce diuitem filium uocant: quem tamen a tormento non liberat: quia præcedentes patres huius populi multos a ſua fide deuiaſſe conſiderant: nec ulla compaſſione a tormentis eripiunt, quos tamen filios per carnem recognoſcunt. Habeo enim quinque fratres. Iudaicus populus ex magna parte iam damnatus ſequaces ſuos, quos ſuper terram reliquit, quinque libris Moyſi carnaliter intellectis: uel quinque ſenſibus corporis deditos nouit. Quinario ergo numero fratres, quos relinquerat, exprimit: quia eos ad ſpiritualem intelligentiam non aſſurgere nouit. Si Moyſen, & prophetas non audiunt, neque ſiquis ex mortuis reſurrexerit, credent. Ex mortuis Dominus reſurrexit: ſed quia Iudaicus populus Moyſi credere noluit, ei, qui reſurrexit, credere contempſit. Et cum uerba Moyſi ſpiritualiter intelligere noluit: ad eum, quem Moyſes prędixerat, non peruenit.

Ioan. 5. Vnde ueritas. Si crederetis Moyſi: crederetis forſitan & mihi.

*De decem leproſis mundatis. Cap. XXV.*

Q Luc. 17 FActum eſt dum iret Ieſus in Hieruſalem: tranſibat per mediam Galilæam, & Samariam. Et cum ingrederetur quoddam caſtellum: occurrerunt ei decem uiri leproſi. Decem leproſi ſignificant eos, qui contra præcepta decalogi uiuunt, & diuerſis, & damnabilibus peccatis male agendo ſemetipſos polluunt. Tales ueniunt ad Ieſum per fidem, ex quo ipſe ingreſſus eſt caſtellum huius mundi per incarnationem: & ſtant a longe, per humilitatem: & exclamant per cordis pœnitentiam: Ieſu præceptor, miſerere noſtri. Qui dum uadunt, ut oſtendant ſe ſacerdotibus per uocis confeſſionem: ſanãtur a lepra tranſactę iniquitatis. Sicut ſcriptum eſt. Dixi confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam Domino: & tu remiſiſti impietatem peccati mei. Pſal. 31. Nouem, qui ad agendas gratias accepta ſanitate regredi neglexerũt: illos exprimunt, qui poſt acceptam remiſſionem criminum, decalogum complendo, grates pro gratia redere contemnunt. Vnus qui rediit, & gratias egit: uniuerſalis eccleſiæ unitatem deſignat, quæ pro beneficio gratię grates referre non ceſſat.

*De duobus in agro: quorum unus aſſumetur, & alter relinquetur. Cap. XXVI.*

R Luc. 17 ERunt duo in agro, unus aſſumetur, & alter relinquetur: duæ molentes in mola, una aſſumetur, & altera relinquetur: duo in lecto, unus aſſumetur, & alter relinquetur. Poſſumus per illos, qui in agro ſunt, homines laicos accipere in ſeculo libere uiuentes. Sicut enim ille, qui in campo eſt, habet poteſtatem quolibet diuertendi: ſic laici rebus ſuis libere utentes, poteſtatem habent, quod uolunt faciendi: comedunt quando uolunt, bibunt quando uolunt, & ſic de cęteris. Pro tanta ergo libertate ſibi conceſſa: non inconuenienter in agro eſſe dici poſſunt. Per illas autem, quę in mola molentes erunt: poſſumus accipere eos, qui rerum eccleſiaſticarum curam gerunt: qui recte fęminino genere deſignantur: eo quòd infirmitate, & fragilitate ſua, arduitatẽ uitę contemplatiuæ aſcendere non ualent, & exteriora tantum tractare negocia permittuntur: qui dum omnium ſibi commiſſorum curam gerunt, quaſi per circuitum laboris ſui molam ducunt. Per eos uero, qui in lecto erunt: poſſumus eos accipere, qui ab actionibus exterioribus quieſcẽtes ſolis ſactis celeſtibus uacare, & diuinę debent contemplationi intendere. Lectus namque quietem ſignificat. Primi ſunt in agro, propter libertatem: ſecundi in molendino, propter laborem: tertij in lecto, propter quietem. Sed ex his omnibus unus aſſumetur, alter relinquetur. Aſſumetur granum, relinquetur palea. Aſſumetur frumentum, relinquetur lolium. Aſſumetur agnus, relinquetur hœdus. Aſſumetur piſcis, relinquetur anguis. Aſſumetur bonus in pręſenti per gratiam: relinquetur malus per culpam. Aſſumetur bonus in futuro ad gloriam: malus relinquatur ad pœnam. Bonus aſſumetur ad beatitudinem: malus relinquetur ad damnationem. Interim tamen dum pręſens agitur uita, in omni modo uiuendi, ſemper boni ſunt malis coniũcti: &

ſunt in agro, in mola, in lecto bini: boni & mali. Videat igitur modo quiſque quomodo ſit: & talem ſe faciat, ut debeat aſſumi, non relinqui.

### *De Phariſæo, & Publicano orantibus. Cap. XXVII.*

S Luc. 18 DVo homines aſcenderunt in templum ut orarent: unus Phariſæus, & alter publicanus. Phariſæus ſtans hæc apud ſe orabat. Deus gratias ago tibi, quia non ſum ſicut cæteri hominum. Quatuor ſunt tumoris ſpecies: cum quis uel bonũ quod habet, a ſe habere exiſtimat: aut ſi datum a Deo credit, pro meritis ſibi datum putat: aut cum ſe iactat habere, quod nõ habet: aut cum deſpectis cæteris, appetit ſingulariter uideri habere, quod habet. Hac Phariſæus peſte laborabat: qui ideo non iuſtificatus deſcendit, quia merita bonorum operum ſibi ſingulariter tribuens, Publicano ſe prætulit dicens. Deus gratias ago tibi. Ecce Phariſæus ad abſtinentiam exhibẽdam, ad impendendam miſericordiam, ad referendum Deo gratias oculum habet apertum: ad humilitatis cuſtodiam non habet. Et quid prodeſt, ſi tota ciuitas cuſtodiatur: & unum foramẽ, per quod hoſtes intrent, relinquatur? Phariſæus, Iudaicum populum ſignificat: qui ex iuſtificationis legibus extollit merita ſua, & ſuperbiẽdo recedit. Humiliatus Publicanus, Gentilem ſignificat: qui longe a Deo poſitus peccata cõfitetur, & lamentando propinquat Deo, & exaltatur.

### *De cæco iuxta uiam illuminato. Cap. XXVIII.*

T Luc. 18 FActum eſt autẽ cum appropinquaret Ieſus Ierico: cæcus quidam ſedebat ſecus uiam mendicans. Et cũ audiret turbam prætereuntem, interrogauit quid hoc eſſet. Dixerũt autem ei: quòd Ieſus Nazarenus trãſiret. Cæcus iſte, ſignificat genus humanum, quod a ſuperna claritate excluſum, damnationis ſuæ patitur tenebras: ſed Domino propinquante Ierico curatur. Ierico, luna interpretatur: per quã defectus noſtræ mortalitatis intelligitur. Dum ergo uerbum Dei infirmitatem noſtræ carnis ſuſcepit: homo ad cognoſcendum diuina redit. Cæcus ſedet iuxta uiam: dum incipit in ipſum credere, qui dicit
Ioan. 12. Ego ſum uia, ueritas, & uita. Mendicat, dum rogat. Vnde ſequitur: & clamabat. Ieſus tranſiens cæcum audit, ſtans illuminat: quia per humanitatem ſuam, noſtræ cæcitatis uocibus cõpatitur: ſed per potentiam diuinitatis lumen nobis gratiæ infundit. Et qui præibant increpabant eum, ut taceret. Qui Ieſum præeunt, ſignificant tumultus carnalium uitiorum quæ diſſipant hominis cogitationes, & perturbant uocis orationes: ne Ieſus ad illuminandum uenire poſſit cor hominis. Sed iam credens ſentiens ſe grauari phantaſmate uitiorum priorum, & uocem ſuæ orationis impediri, ne pro ſe orare poſſit: ardentius clamat. Et Ieſus dixit illi. Reſpice: fides tua te ſaluum fecit. Et confeſtim uidit: & ſequebatur illum magnificans Deum. Videt, & ſequitur: qui bonum, quod intelligit, operatur, & Ieſum prætereuntem imitatur. Et hic talis non ſolum in Deo proficit: ſed etiam alios ad laudem Dei accendit. Vnde ſequitur. Omnis plebs ut uidit: dedit laudem Deo.

### *De Zachæo. Cap. XXIX.*

ECce uir nomine Zachæus, & hic erat princeps publicanorum: & ipſe diues. Et quærebat Ieſum uidere quis eſſet: & non poterat præ turba, quia ſtatura puſillus erat. Zachæus, qui interpretatur iuſtus: ſignificat credentes ex Gentibus, qui per occupationem temporalium depreſſi erant, & minimi: ſed a Deo ſanctificati. Qui intrantem Ierico Saluatorem uidere uolunt: dum fidei, quam mundo contulit, participare uolunt. Sed turba; id eſt, uitiorum conſuetudo, quæ cæcum clamantem increpabat: etiam Ieſum ſuſcipientem tardat. Sed ſicut cæcus amplius clamando turbam uicit: ita puſillus terrena relinquendo, arborem crucis aſcendendo, turbam obſtantem tranſcendit, clamans cum Apoſtolo. Mihi abſit gloriari niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti. Sicomorus eſt arbor ſimilis moro foliis: ſed altitudine præſtans, & interpretatur ficus fatua, id eſt, crux, quæ credentes ut ficus paſcit: a infidelibus irridetur ut fatua. Quam puſillus aſcendit: dum quilibet humilis, & propriæ infirmitatis conſcius, in uirtute crucis gloriatur. Et per hanc laudabilem fatuitatem prope Dominum cernit tranſeuntem: quia ſi nondum ita ſolidum eſt: iam tamen raptim, & quaſi in tranſitu, luci ſapientiæ cæleſtis intendit. Dominus autem in domo manens reficitur: cum populum Gentilem ad fidem conuerſum, uel quemlibet fidelem per ſpiritum inhabitans bonis eius operibus ſatiatur. Zachæus quoque dimidium bonorum ſuorum dat pauperibus: cum ipſe, qui ad Deum conuertitur, ea tantum, quæ neceſſaria ſunt corpori, reſeruat ſibi, cætera uero pauperibus erogat. Quadruplum denique pro defraudatione reddit; cum pro qualibet culpa, quatuor euangeliorum præcepta complet; aut quatuor cardinales uirtutes exercet. V Luc. 19 Gala. 6.

### *De Domino flente ſuper Hieruſalem. Cap. XXX.*

APpropinquauit Ieſus Hieruſalem, & uidens ciuitatem fleuit ſuper illam, dicens. Quia ſi cognouiſſes & tu. Quod Dominus ſecundum hiſtoriam ſemel fecit; hoc quotidie per electos ſuos eccleſia agit. Plus plangit reprobos, qui neſciunt cur plangantur, quia exultant in rebus peſſimis. Qui ſi dãnationẽ ſui præuiderẽt, ſeipſos cũ electorũ lachrymis plãgerent. X Luc. 19 Prou. 2.

Qui

Qui in peruerſitate ſua diem ſuam hic habẽt : in
qua & pacem habent ex abundantia tempora-
lium: & ſupplicia nunc abſconduntur ab oculis
eorum: quia refugiunt uentura præuidere, quæ
temporalem lætitiam perturbant. Sed uenient
dies, quando animas exeuntes a corporibus dæ-
mones inimici circundabunt uallo: trahẽtes eas
ad ſocietatem ſuæ damnationis. Et undique cir-
cundabunt, & coanguſtabunt: quando non ſolũ
operis, ſed etiam locutionis, & cogitationis, ini-
quitates ante oculos eorum replicabunt. Et ad
terram proſternentur; cum caro in puluerem re
digetur. Filij etiam cadent: cum illa die peribunt
omnes cogitationes eorum. Quæ cogitationes
etiam per lapides ſignantur: cum ſubditur. Non
relinquetur in te lapis ſuper lapidẽ. Peruerſa.n.
anima, cum peruerſæ cogitationi peruerſiorem
addit: quaſi lapidem ſuper lapidem ſtruit. Sed cũ
anima ad ultionem rapitur, talis cogitationum
conſtructio diſſipatur. Et hoc ideo: quia non co-
gnouit tempus uiſitationis ſuæ. Peruerſam enim
animã Deus aliquando uiſitat præcepto, aliquan
do flagello, aliquando miraculo. Sed quia ſuper-
biens contemnit, nec de malis ſuis erubeſcit, in
extremo inimicis traditur: cum quibus in æter-
no iudicio damnationis ſocietate colligatur.

*De uinea, & agricolis. Cap. XXXI.*

Y
Luc.20 HOmo quidam plantauit uineam &
locauit eam agricolis, & ipſe pere-
gre fuit multis temporibus, & in tẽ
pore miſit ad cultores ſeruum, ut
de fructu uineæ darent illi. Vinea
Domini ſabaoth, domus Iſrael eſt: coloni, opera-
rij, qui ad excolendam uineam: hora prima, ter-
tia, ſexta, nona, ſunt conducti. Peregre fuit qui
ubique præſens eſt: cum uiuituribus liberum ar-
bitrium dereliquit. Primus ſeruus qui mittitur,
Moyſes legiſlator intelligitur: qui per quadra-
ginta annos fructum legis, quam dederat culto
ribus inquirebat. Sed cæſum dimittunt inanem:
quia irritauerunt Moyſem in caſtris, & Aarun
ſanctum Domini, & uexatus eſt Moyſes propter
eos, quia exacerbauerunt ſpiritum eius. De qui-
Deut.32 bus ipſe ait. Vua eorum uua fellis: & botri eorũ
amariſſimi. Fel draconum uinum eorum. Alter
ſeruus. Dauid propheta eſt, qui poſt Moyſem, ui-
neæ colonos pſalmodiæ modulatione, & citha-
ræ dulcedine ad exercitium boni operis inuita-
bat. Sed & hunc contumeliis affectum: dimit-
3.Re.12 tunt inanem, dicentes. Quæ nobis pars in Da-
uid: aut quæ hæreditas in filio Yſai? Qui tamen
Pſal.79. pro hac uinea, ne penitus extirpetur, ſic orat. Do
mine Deus uirtutum conuertere, reſpice de cœ-
lo, & uide, & uiſita uineam iſtam. Tertius ſer-
uus, fuit chorus prophetarum, qui populum cor
rigebant, & mala, quæ cultoribus uineæ immi-
nebant, prædicebant. Sed & illos perſecuti ſunt:
Hiere.2. & occiderunt. Cuius uineæ ſterilitatem Hiere-
mias deplorat, dicens. Ego plantaui te uineam
electam: quomodo conuerſa es in prauum uinea
aliena? Quid faciam? mittam filium meum di- „
lectum: forſitam cum hunc uiderint, uerebun- „
tur. Quem cum uidiſſent coloni: cogitauerunt
intra ſe, dicentes. Hic eſt hæres: occidamus eũ, Z
ut noſtra ſit hæreditas. Sic Iudæi eccleſiæ hære
ditatem Chriſto præripere uolunt: dum fidem,
quæ per eum eſt, extinguere conantur: iuſtitiæ
Dei non ſubiecti, ſed ſuam conſtituere uolen- Rom.10
tes. Et eiicientes eum extra uineam, occiderũt.
Marcus mutat hunc ordinem, dicens. Occide- Mar.12.
runt, & eiecerunt eum extra uineam: in quo per
tinacia eorum notatur: qui poſt reſurrectionem
prædicantibus Apoſtolis credere noluerunt: ſed
quaſi uile cadauer proijcientes Gentibus ſuſci-
piendum dederunt. Sed Dominus malos colo-
nos male perdidit: dum incredulos Iudęos in
ſua incredulitate dereliquit, & per principes Ro
manos longe, lateque diſperſit. Secundum mo Morali-
ralem ſenſum uinea locatur: cum myſterium ba ter.
ptiſmi fidelibus ad exercendum opere commit-
titur. Mittuntur tres ſerui, ut de fructu acci-
piant: cum lex, pſalmodia, prophetia, ad bene
agendum hortatur: ſed contumeliis affecti, uel
cęſi eijciuntur: cum ſermo auditus uel contem-
nitur, uel blaſphematur. Miſſum inſuper hære
dem occidit: qui filium Dei contemnit, & ſpiri
tui, quo ſanctificatus eſt, contumeliam facit.
Vinea alteri datur: cum gratia, quam ſuperbus
abijcit, humilis ditatur. Scribæ manum mit-
tere in illum quærunt, ſed timore retinentur:
cum falſus quiliber unitatem eccleſiæ propter
bonorum multitudinem, uel erubeſcit, uel ti-
met impugnare.

---

## *ANNOTATIONES*

### *Elucidatoriæ in diui Ioannis Euangelium. Quarum hæc duo ſunt capita.*

*De ſacra ſcripturę, & in ea noui teſtamenti, & in nouo teſtamento, euangeliorum: & inter euangelia, euangelij ſancti Ioannis excellentia. Cap. I.*

*Annotationum in dictum Euangelium beati Ioãnis iam per nos in capita diſtinctum Cap. II.*

*Quæ uero in ipſis annotationibus excellere uidebuntur, in tabellis ſerie literaria, ut cætera indicabimus.*

*Sequitur igitur in formam prologi. Cap I.*

INter omnes ſcripturas, ſa- A
cra ſcriptura excellit: cu
ius excellentia ex ipſo
nomine manifeſtatur.
Sacra enim dicitur, quia
ad ſanctitatem nos in-
ſtruit. Hęc autem in duo
diuiſa eſt, in uetus teſta-
mentum & nouum. Sed ſicut ſacra ſcriptura ex-

cellit alias ſcripturas:ſic & nouum teſtamentum
uetus excedit. Vetus enim appetitum tempora-
lium ingerit: nouum uero deſiderium æterno-
rum. Vnde & illud uetus dicitur, uel quia ad ap
petitum temporalium trahit: dicẽdo, hoc & hoc
facietis, & bona terræ comedetis: per quem ap-
petitum nos ueteri homini ſcilicet Adæ conſor-
mes efficimur: uel ideo uetus, quia non perman
ſurum, ſed aliud ei ſucceſſurum erat. unde dici-
Leui.26 tur. Superuenientibus nouis uetera proijcietis.
Nouum uero teſtamentum ideo nouum, quia fa
cit deſiderium æternorum, quæ ſemper iocunda
& delectabilia ſunt, & ideo noua, quæ nunquam
ueteraſcunt: uel ideo, quia perduraturum eſt,
B nec aliud ei ſuccedere debet. ¶ Sicut autem ſa-
cra ſcriptura alias excedit, & inter ipſas ſacras
nouũ teſtamentum uetere dignius eſt: ſic inter
ſcripturas noui teſtamenti euangelium excellen
tius eſt. Vnde & hoc nomen habet. Nam pro-
pter excellentiam ſuam hoc nomen commune
cæteris, proprium poſſidet, quòd euangelium
dicitur. Eſt enim euangelium bona annuntia-
tio. Hec autem annuntiatio bona in euangeli-
ca doctrina dignius eſt quàm in alijs: tum pro-
pter rei completionem & præſentiam, tum pro-
pter fidei manifeſtationem, tum propter uitæ fu
turæ iocunditatem. Propter rei completionem:
Eſa.7. quia cum in ueteri teſtamento dictum ſit: Ecce
Luc.2. uirgo concipiet, & pariet filium: In nouo hoc
completum eſſe annunciatur: ubi dicitur. Pepe-
rit filium ſuum primogenitum. Propter fidei
manifeſtationem: quia ibi fides Chriſti obſcure
prædicata eſt: hic uero aperte. Ibi enim uelata fa
cie uidebant in ænigmate: hic uero reuelata, &
Luc.10. manifeſtę; unde dicitur. Multi reges, & pro-
phetę uoluerunt uidere quæ uos uidetis, & non
potuerunt. Propter uitæ æternę iocunditatem:
quia nouum teſtamentum æterna promittit, quę
iocunda & delectabilia ſunt. Ex fide enim, quam
C docet euangelium peruenitur ad dilectionem,
quæ dat uitam æternam. Hæc autem euangeli-
ca doctrina: nec paucitate conſtringitur, nec ſu
perflua multitudine dilatatur: quod eſſet, ſi uel
unus tantum ſcripſiſſet, uel infiniti. Nam ſi u-
nus tantum, minus crederetur; Vnde dicitur in
Deu.17. lege. In ore duorum, uel trium teſtium ſtet o-
mne uerbum. Si uero infiniti, uilior habere-
tur, quod ſic uulgo diffunderetur. Quare cer-
tò numero & congruo continetur. Quatuor
enim tantum ſunt euangelia. Qui numerus ta-
Ezech.1. men in multis aliis, ſed præcipue in Ezechiele
D per quatuor animalia præfiguratus eſt. Sed in-
ter hæc quatuor præcellit euangelium Ioánnis:
quod & in illis propheticis animalibus oſten-
ſum eſt. Nam Ioannes aquilæ, quæ cæteris aui-
bus altius uolat, & intuitum in ſolem figit lu-
minibus irreuerberatis comparatur: Cum Do
mino ad cælum uolat, eius diuinitatem altius cę-
teris intuendo. Vnde dicit Auguſtinus eum a-
deo alte cœpiſſe, quòd ſi altius intonuiſſet, nec
totus mundus eum capere potuiſſet: dicens. In
principio erat uerbum &c. Cæteri uero cum Do
mino in terra gradiuntur, qui de humanitate
eius egerunt. Ex ipſo etiam ordine patet, quòd E
dignius eſt euangelium ipſius quàm aliorum.
Eſt enim Ioannes nouiſſimus ordine ſcribendi,
& perfectione doctrinæ. Scribendi ordine,
quia diu ſine adminiculo ſcripturæ fidem Chri
ſti prædicauit. Sed in Pathmos inſulam exilio
relegatus a Domitiano, crebra reuelatione con
ſolatus Apocalypſim ſcripſit. Deinde mortuo
Domitiano permittente Neruа, & toto ſenatu
redijt Epheſum. Sed eo abſente multæ hæreſes
in Eccleſia eius pullulauerant: unde rogatus ab
epiſcopis Aſiæ, ut contra hæreſes illas ſcriberet,
euangelium ſcripſit in dicto triduano ieiunio.
In quo non ſolum hæreſes pullulantes manifeſte
reſecat, ſed etiam, quæ ab alijs prętermiſſa fue-
rant, ſupplet. Legerat enim euangelia alio-
rum, & ueritatem hiſtoriæ approbauerat: ſed
quædam deeſſe uidebat, & maxime geſta Domi
ni ante incarcerationem Ioannis, quæ ipſe ſup-
plet. Multæ autem hæreſes in Eccleſia illa pullu
lauerant. Fuerunt enim quidam, qui dicebant
Chriſtum non fuiſſe ante Mariam: quem erro-
rem deſtruit dicens. In principio erat uerbum.
Dicebant alij, quòd idem Deus, nunc Pater, nũc
Filius, nunc Spiritus ſanctus erat, quos caſſat
dicens. Et uerbum erat apud Deum: ſicut a-
lius apud alium. Alij quoque dicebant, quòd
Chriſtus ab æterno erat, ſed Deus nõ erat: quos
iterum confundit Ioannes dicens: & Deus erat
uerbum. Fuerunt item alij, qui dicebant Chri
ſtum non uerum, ſed phantaſticum corpus ha-
bere: quos iterum deijcit dicens. Et uerbum
caro factum eſt. Eſt etiam nouiſſimus perfectio F
ne doctrinæ: quia agit de æternitate uerbi, id
eſt, de diuinitate, quod perfectiſſimum eſt. Vn-
de ipſe dicit. Hæc eſt uita æterna, cognoſcere Ioan.17.
te ſolum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chri-
ſtum. Humanitas enim Chriſti lac paruulorum
eſt: diuinitas uero cibus grandium. Vnde per
humanitatem ad diuinitatem gradu doctrinæ
eſt aſcendendum. Habet itaque Ioannes com-
munem materiam, Chriſtum: Intentionem,
fidem Chriſti docere. Specialem uero mate-
riam, diuinitatem ipſius: Intentionem uero
hæreſes pullulantes reſecare: & ea addere, quæ
ab alijs dimiſſa erant, miracula Chriſti, & præ-
cipue illa, quæ fecit Dominus ante incarceratio
nem Ioannis, & identitatem eſſentiæ diuinæ,
& diuerſitatem perſonarum demonſtrare.
¶ Modus agendi talis: primum de æternita- G
te uerbi agit, & de identitate eſſentiæ diuinæ,
& de perſonarum diuerſitate: deinde narrat
miracula geſta ante incarcerationem Ioannis,
poſtea communia etiam commemorat, donec
ad ſermonem Domini, quem habuit in cœna ad
diſcipulos, ueniat, quem diligẽtiſſime & ſubtiliſ-
ſime deſcribit. In eo.n. Dominus de diuinitate
ſua manifeſtiſſime docuit, ut de identitate eſſen-
tiæ ſuę cum patre, & de diuerſitate perſonæ: quẽ
ſermonem nullus aliorum auſus eſt attingere.
Quòd uero dicitur tunc ſupra pectus Domini
dor-

dormiuiſſe,& in extaſi raptus intellectu ea, quæ Dominus dicebat comprehendiſſe, nō nego nec affirmo: ſed hoc per illud, ꝙ ſupra pectus Domini reclinaſſe,& obdormiſſe dicitur, ſignificatur ꝙ altius de diuinitate Chriſti cæteris hauſit. Dein de de paſſione eius,& reſurrectione eius agit,& ſic terminat euangelium ſuum.

*Sequuntur Annotationes Elucidatoriæ in euangelium Ioannis: cuius capita e regione diſtinguemus. Cap. II.*

H

Ioan.1 IN principio erat uerbum.

¶ Ioannes ſcripturus euangelium de diuinitate uerbi incepit: ut hæreſes & errores, qui habebantur, uel haberi poſſent de diuina Chriſti natura, tolleret,& omnino reſecaret. Sunt enim in Chriſto duæ naturæ: humana ſcilicet & diuina. Errores uero, qui de humana natura ipſius haberi poterunt, cæteri tres ſatis abſtulerant: quia de humanitate Chriſti ſufficienter tractauerant. Quòd idem ut de ipſius diuinitate fiat, dicit Ioãnes. In principio &c. In principio, hoc eſt, in patre. Pater enim eſt principium, non de principio: filius princ[illegible] ipium de

I principio: etſi ſine pr[illegible]pio. ¶ Quæ iuratuē,

Quæſtio. an poſſit dici de Spiritu [illegible], quod ſit principium de prin[illegible]o: & quòd ſit in p[illegible]ipio? Ad quod dic[illegible]us, [illegible] p[illegible], quod [illegible]tur, filius eſt pr[illegible] de p[illegible] intelligatur tantū, quòd ipſe eſt ex ſubſtantia patris: illud idē uera cite[illegible] dici pōt de Spiritu ſancto: quia & ipſe eſt ex [illegible]ſtantia patris: & ſecundum hoc idem in pa[illegible], quia ex ipſo eſt. Vſum tamen huiuſmodi locutionum, ut [illegible]amus. Spiritus ſanctus eſt principium de principio, uel eſt in principio, uel in patre, non habemus: & deeſt dictum, et ſi non cauſa dicti, & ideo non recipimus. Vel ſi perſonã notant huiuſmodi uerba, principium de principio, eſſe in principio, uel in patre: ut hoc deſigne [illegible], quod filius ſit genitus a patre: tunc nullo mo

K do hoc Spiritui ſancto conuenire poteſt. Item

Quæſtio cum [illegible]tur, quòd pater gignit filium, quæritur,

Rñſio. an ſic dici poſſit, perſona gignit perſonam. Licet autem uerus ſenſus in his eſſe poſſit, tamen hoc eſt attendendum, quòd hæc nomina, Pater, filius, ad illam generationem notandam ſunt tranſlata: perſona uero nomen diſcretionis eſt: ad perſonalem enim diſcretionem faciendam eſt aſſumptum. Vnde per hoc impropriē illa generatio demonſtretur. Et eſt notandum, quòd in ſequentibus filius in patre eſſentialiter dicitur: ubi dicitur, quia pater in me eſt: & ego in pa-

Ioan.14. tre, quod eſt, ego & pater eiuſdem prorſus ſu-

L mus eſſentiæ. Item quæritur, quare uerbum fi-

Quæſtio lius hic dicatur. Verbum autem duo ſignificat:

Rñſio. ſicut & logos græcum[illegible] æquipollet, ſcilicet mentis conceptum,& oris prolationem. Mens enim prius intus concipit, quod poſtea oris prolatione manifeſtat. Sic & pater filium de ſubſtantia ſua [illegible]nit, per quem omnia diſponendo ipſe innot[illegible], & eum in tempore incarnando uiſibilem [illegible]undo ex[illegible]buit: & ſic maxime mundo innotuit. Quoniam igitur per ipſum ab æterno omnia diſpoſuit: & per ipſum in carne uenientem mundo innotuit: congrue in hoc loco eum Euangeliſta uerbum nominauit: Hoc M

uerbum erat ſubſtantiuum, eſſentiam uerbi ſine motu temporis, id eſt, ſine temporis conſignificatione, uel determinatione notat. Aliquando enim tempus conſignificat, ut cum dicitur, homo eſt: aliquando non conſignificat, ut cum de eſſentia diuina agitur ſicut hic. In principio erat uerbum &c. Dicitur autem ſubſtantiuum, quia ſubſtantiam rei tantum, & ſimpliciter demonſtrat, nulla accidentis participatione. Cætera uero uerba adiectiua ſunt, quia per ea accidens ſubiecto demonſtratur ineſſe; hoc uero uerbum † ſubſtantiam eſſe ſimpliciter no[illegible]r. Vnde etiam, ſi qua res omnibus accidentibus ſpoliata tantummodo eſſet, hoc uerbum ei conueniret. Quare propriè Deo competit: cuius eſſe ſimplex, & uerum eſt. Erat quoque, præteri- N

† ſubiectum.

tum imperfectum melius ponitur hic quàm eſt uel fuit, ad generationem uerbi deſignandam: ut per hoc quòd præteritum imperfectum in[illegible]onem rei ſignificat, & nundum perfectionem, demonſtretur generatio illa ab æterno fuiſſe & nondum completa, id eſt, terminata eſſe. Non tamen hoc dico, quin illa generatio perfecta ſit (ibi enim nihil imperfectum eſſe poteſt) ſed quòd terminata non eſt. Semper enim pater plene gignit filium, & filius perfectè ſemper gign[illegible]tur a patre. Vnde & pater ab æterno pater eſt, & filius ab æterno filius eſt: neuter enim ſine altero eſſe poteſt. Vnde melius dicitur ſecundum Ambroſium, pater gignit filium quàm genuit: ne generatio [illegible] finita eſſe uideatur. Quam & ab æterno [illegible], & ſemper perfectam eſſe oſtendit A[illegible] referens illud. Ego hodie genui te. [illegible] æterna[illegible] filij generationem. D[illegible] [illegible] ponit aduerbium præ[illegible] temporis, [illegible]um præteriti: ut per hu[illegible] æternitas [illegible]tionis illius ſignifice[illegible]ur, & [illegible]lem perfectio & completio per uer[illegible]um præ[illegible] demonſtretur. Ex eo ita[illegible], [illegible] d[illegible]tur uerbum fuiſſe in pri[illegible], [illegible]ſtenditur ipſum ab æterno fuiſſe: & ip[illegible] principium om[illegible]um eſſe: & etiam aliam perſonam a patre eſſe: quæ tamen euidentius in ſe[illegible]entibus apparent. Ipſius autem uerbi pater principium eſt, qui & omni[illegible] principium eſt. Huiuſmodi autem loquutio apud auctores inuenitur: quare in ſe[illegible]uen[illegible] b[illegible]s dicetur, an eodem modo pater principium filij dici poſſit, quo & aliorum princi[illegible]ium dicitur.

Pſal.2.

O

¶ Apud Deum. tanquam alius apud alium. Neque enim filius eſt idem qui & pater: nec pater idem qui & filius: quod eſt contra illos, qui dicebant, eundem cum uult eſſe patrem, cum uult filium, cum uult Spiritum ſanctum. Deus hoc nomen hic perſonale eſt. Naturæ P

autem cum cætera nomina perſonalia præmit-

tantur huic, uel conſequ[illegible] hoc nomen Deus in deſignatione partis ſolet accipi. Sed cum ſupponitur: & Deus erat uerbum: idem eſt ac ſi dicatur, uerbum erat Deus, & ponitur hoc nomen Deus in prædicato in deſignatione naturæ diuinæ, quæ communis eſt toti Trinitati. Quòd bene licet fieri hoc modo, licet in præcedenti perſonale ſit. Et contra hæreticos illos, qui dicebant filiũ ab æterno eſſe, & Deo coæternum eſſe, non tamen Deum eſſe. Per hoc autem, quod dicitur, ꝙ in principio hoc erat apud Deum: confutantur hæretici illi, qui dicebant, Chriſtum non eſſe ante Mariam, ſicut & in præcedenti: & illi, qui putabant filium creaturas tantum dignitate præcedere, non etiam exiſtentia. Præcedit autem creaturam filius & dignitate & exiſtentia.

Q. Omnia per ipſum facta ſunt &c. Poſtquàm uerbi æternitatẽ oſtendit: dicit omnia per ipſum facta eſſe. Sunt autem tria genera operum, quæ omnia per ipsũ fiunt. Sunt enim quædam, quæ de nihilo creauit Deus: ut elementa quatuor, non ex materia præiacenti, & forma ut fingunt Platonici. Iuxta quæ

Creator proprie creator dicitur. Creari enim proprie illa dicuntur, quæ de nihilo fiunt. Sunt autem [illegible]a, quæ ipſe per ſe, item ex materia, & forma compoſuit, ut in principio homines, & cætera, quę de terra formata ſunt, animalia. Vnde dictum eſt in

Geñ. 1. Geneſi. Producant aquæ piſces & uolatilia, & terræ arbores & huiuſmodi. Neque enim tunc aliqua natura fuit, ex qua huiuſmodi formari poſſent: ſed tunc Deus naturam inſeruit, ut ſimilia ex ſimilibus naſcerentur. Iuxta hæc opera Deus

Formator. proprie formator dicitur. Vnde formauit Adam de limo terræ. Tertia uero opera naturæ ſunt: ut quòd homo ex homine, canis ex cane, arbor ex arbore: quæ tamen Deus facit mediante natura. Sunt e[illegible]m opera miraculorum, de quibus [illegible]as diceret. Sunt item opera artificis imitantis naturam: quę omnia fiunt per filium Dei. Facultatem enim huiuſmodi faciendi contulit Deus. unde &

Quęſtio. ipſe omnium author eſt. Sed quæritur de mala uoluntate, & de mala actione, an per ipſum fiat. Quod ſi dicatur, ſic & malum & peccatum per ipſum fieri d[illegible] poſſe [illegible]detur [illegible]um & mala uolũ-

Rñſio. tas, & mala actio pecca[illegible]. Non ſunt huiuſmodi uerba recipienda, ꝙ malæ uoluntatis, uel malæ actionis Deus author ſit: quia eccleſia huiuſmodi uerba damnat. Nam ſenſum hunc faciũt ſecundum uſum eccleſiæ, quòd ex Deo mali [illegible]am

R contrahant: quod falſum eſt. Veritas tamen [illegible] exigit, quod omnis eſſentiæ uoluntatis, & actionis Deus author & cauſa eſt. In actu enim homicidij quid eſt, cuius Deus cauſa non ſit? Neq; enim ꝙ leuo manum ad percutiendum aliunde eſt q̃ ex facultate, quam Deus mihi dedit: ſed neq; ipſum percutere aliunde eſt. Si autem actus iſte, ꝙ manum erigo ad percutiendum pauperem in eo quod actus eſt, attẽdatur: nihil in ipſo reperitur, quare a Deo non ſit magis quàm in iſto, quòd erigo manum ad ſuſtentandum pauperem. Neq; tamen peccatum aliquid eſt, cuius Deus author ſit: ipſum enim nihil eſt. Vnde a quibuſdam ſic determinatur per negationẽ, quæ tollit, & nihil ponit. Eſt enim peccatum, non facere quod quis credit pro Deo faciendum eſſe: uel non dimittere quod c[illegible]edit di[illegible]tendum eſſe propter Deũ. Al[illegible] dic[illegible]t, qu[illegible]d p[illegible]uat[illegible] bon[illegible] eſt, uel priu[illegible]tio debiti fini[illegible], ue[illegible] peruer[illegible] uo[illegible]t[illegible]s Pri[illegible]tio aũt actio, uel [illegible]luntas de[illegible]ito fine cum ad [illegible]ud dirigitur, quàm ad i[illegible], ad quod dirigi debet. Debet enim dirigi ad honorem Dei, quod cum non fit, peruertitur, & fit peccatum. Sed cum uoluntas malo fine informata mala ſit: & tamen in ſe, id eſt, in eo quòd aliquid eſt, bona uideat[illegible]: quòd eadem uoluntas ſecundum aliud & aliud bona mala ſit: & ita quòd contraria ſint in eodẽ: quod dicit Auguſtinus dicens, regulam dialecticorum hic falli, cum omne malum ſit bonum corruptũ.

S Sed dici poteſt, quòd non in qualibet acceptione bonum & malum ſint contraria: cum enim dicitur, quòd hæc uoluntas bona eſt ex eo, q[illegible]d a Deo eſſe habet: hic dicitur, ꝙ prodeſt, uel ꝙ ſimilitudinem habet cum ſuo creatore. Vnde dicitur quodlibet de ſingulis a Deo creatum bonum eſſe: & de omnibus ſimul, quòd erant ualde bona. Si enim in quolibet factorum aliquid diuini decoris erat: multo magis in omnibus conuenientiſſime ordinatis pulchritudo creatoris apparebat. Vnde cum dicitur, quòd uoluntas hoc modo bona eſt: & item ꝙ hoc modo mala eſt, id eſt ad malum finem d[illegible]recta: non ſunt c[illegible] bonum & m[illegible]: Q[illegible]are nec han[illegible] ne[illegible] e-cipimus, quòd eadem uoluntas [illegible] bona & mala: quia ex forma ipſius in contraria ſignificatione acciperetur bonum & malum, ſcilicet quòd eadem dirigeretur ad bonum & malum: qu[illegible]d eſſe non poteſt. Patet itaque Deum authore[illegible] omnium eſſe tanquam ſupremam cauſam, & [illegible], a quo omnia emanant. ſiue per ip[illegible]m fi[illegible]t nullo mediante, ſiue aliquo mediante, uel natura, uel facultate ab ipſo collata. Vnde quidã hoc, quod dicit Euangeliſta: omnia per ipſum facta ſunt; referunt ad opera, quæ ipſe facit per ſe, uel natura mediante. Quod uero ſequitur: & ſine ipſo factum eſt nihil: ad ea referunt, quæ fiunt a no-

T bis. Ambroſius quoque [illegible]bens ad Gratianum epiſcopum, & Ioannes Chry[illegible]oſtomus ſic diſtinguunt. ſine ipſo factum eſt nihil quod factum eſt. propter hæreticos quoſdam, qui occaſione horum uerborum dicebant, Spiritum ſanctum factum eſſe, eo quod Euangeliſta mẽtione facta de patre, & filio ſtatim ſubiunxerit: omnia alia facta eſſe. Vſus tamen ec[illegible]leſiæ aliam habet diſtinctionem. De idolo quoque dicit Apoſtolus, quòd nihil eſt. Dicitur autem ſecundum Origenem ſimu- 1. [illegible] 8.
lacrum repræſentatio rei exiſtentis, uel cuius ſimilitudo inter res inuenitur: Idolum uero repręſentatio rei nõ exiſtentis: ut hyrcoceruu, chimæræ, & huiuſmodi. Vnde quia illud repræſentat, quod nihil eſt, & ipſum nihil eſſe dicitur, a cauſa ad effectum translatum. Vel idolum dicitur illa fictio mentis, qua fingimus lignum Deum eſſe, uel illi præſidere: quod niſi fal[illegible]tas n[illegible] ideo idolum nihil eſt. Iuxta quod dic[illegible] [illegible]e ido

lum

lum cordis tui. Vel ibi dicitur: idolum nihil eſſe,
id eſt, nullius efficaciæ, ut inde cibi ſanctificẽtur,
X,, & inquinentur. ¶ Quod factum eſt in ipſo uita
erat. Ne quis ſecundum creata Deum inſpice-
ret: ut quẽadmodum mutabilitas in ipſis eſt, ſic
ſit & in creante: oſtendit ipſum immutabiliter
omnia mutabilia creaſſe. Nam ad eum dicitur:
Immotuſque manens das cuncta moueri. Sicut
enim dum artifex mente concipit, ſimilitudo ma
net, nec mutatur re mota, ſic creator omnium
Deus ab æterno ſapientia ſua omnia comprehen
dit quæcunque facturus erat: ſed immutabiliter.
Vnde non eſt omnimoda ſimilitudo inter men-
tem artificis, & mentem diuinam: quia in conce-
ptu artificis motus eſt, quia prius & poſterius: &
ſic uariatio. In comprehenſione uero diuina nul
lus eſt motus, nulla uariatio: cum ipſe Deus ſit ip-
Sap. 8. ſa comprehenſio. Vnde dicitur, ꝙ ipſe diſponit
omnia ſuauiter, ſine motu ſcilicet, & labore. Pro
pter hanc itaque ſuauitatem, dicitur ibi, uita eſſe,
quod factum eſt. Habet enim pater uitam in ſe-
Y metipſo: & dedit filio habere in ſemetipſo. Vnde
uita, quæ in ipſo eſt, differt a uita hominis, quæ
anima eſt, & a uita animæ: cum tamen uita ani-
mæ ipſa ſit: motum enim uiuendi in ſe habet, nõ
ab alia creatura contrahit. Sed tamen ipſa anima
a uita, quæ Deus eſt, in tribus inferior eſt, & quod
mutabilis eſt, & ꝙ initium habet, & quòd finem
habere poteſt. Vita uero Dei & inuariabilis eſt,
nec initium, nec finem habet. Vnde hæc ſola ue-
ra uita eſt. Vnde dicit Euangeliſta. Quod factum
eſt in ipſo uita erat, id eſt, Deus, a quo omnia, qd
ab æterno prouidit, immutabiliter tempore cõ-
pleuit. Deus enim per ſapientiam, quę ipſe eſt, o-
mnia ab æterno diſpoſuit, & diſpoſita tempore
compleuit. Vnde & a ſapientia Dei omnia & ui-
tam, & eſſe habent. Vnde & bene ibi uita eſſe di-
cuntur, quia inde uitam contrahunt. Vel ibi uita
fuit, quia iuxta ſapientiam Dei, quæ uita omniũ
Z eſt, factum eſt omne, quod factum eſt. Hoc enim
exemplar Dei fuit, ad cuius exemplaris ſimilitu-
dinem totus mundus factus eſt, & eſt hic ille ar-
chetypus mundus, ad cuius ſimilitudinem mun-
dus iſte ſenſibilis factus eſt. Neque enim dicendũ
eſt quaſdam rationes in mente diuina eſſe infra
creatorem, & ſupra creaturas conſiſtentes. Nihil
enim in Deo eſt, quod Deus non ſit. Neque uarie
tas proprietatum ibi poteſt eſſe, ubi nihil niſi eſ-
ſe eſt. Eſt enim Deo idem eſſe, & uiuere. Vnde &
ſimplex eſſentia eſt carens partibus, & proprieta
Quęſtio tibus. Quæritur, an hæ locutiones recipiẽdæ ſint:
lapis in Deo uita fuit, hõ in Deo uita fuit? Quædã
Rñſio. enim authoritates hoc uidentur uelle. Sed non
oportet huiuſmodi figuras loquendi extendere:
licet in uero ſenſu dici poſſet, lapis in Deo uita
fuit, id eſt, Deus ab æterno lapidem futurũ eſſe
A præuidit. Et lux in tenebris lucet &c. Lux iſta ſa-
pientia Dei, quæ lucet intus per cognitionem, ex
terius per creaturarum repreſentationem: unde
homo ſiue ingrediatur, ſiue egrediatur, paſcua
inueniet. Hæc lux in tenebris lucet, id eſt, in pecca
toribus, qui tenebroſi ſunt, uelut dicit Paulus.

Inuiſibilia enim ipſius a creatura mundi per ea, Roma. 1
quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur. Tene- ,,
bræ uero eam non comprehenderunt. Quomo- ,,
do dicitur, quòd eam non comprehenderunt, Quęſtio.
cum hoc dicat Apoſtolus, quod iam poſuimus?
Et iterum, quod notum eſt Dei, manifeſtum eſt
in illis. Quia philoſophi trinitatem perſonarum, Rñſio.
& unitatem eſſentiæ diuinæ comprehenderunt:
Et tamen bene dicitur, quòd lucem illam nõ cõ-
prehenderunt: quia intus per amorem nõ inclu-
ſerunt. Comprehenderunt eam igitur per cogni
tionem, ſed nòn comprehenderunt per dilectio-
nem. Comprehẽſio enim huius lucis duplex eſt,
aut cognitionis, aut dilectionis: non autem dile Roma. 1.
xerunt, ſed cum cognouiſſent, non gratias ege-
runt, aut Deum glorificauerunt, ſed euanuerunt
in cogitationibus ſuis. Vel ita dici poteſt: lux in
tenebris lucet, id eſt, apparet in malis, ut in Nero-
ne, & in aliis, quanta pœna paretur aliis eorum ſe
quacibus. Vnde dicit Apoſtolus. Reuelatur ira Roma. 1
Dei de cœlo ſuper omnem impietatem &c. Et ta
men alij eam non comprehenderunt, ut eorum
exemplo ab illa ira fugiant, & ſibi caueant. Fuit ,,
homo miſſus a Deo &c. Reſectis erroribus, qui ,,B
habebantur de diuinitate Chriſti, uult etiam
Euangeliſta prorſus omnes hæreſes reſecare, quæ
de humanitate ipſius haberi poſſent. Dicebant
enim quidam humanam naturam in Adam ſic
perditam ut reparari non poſſet. Vnde ut hanc.
& alias huiuſmodi hęreſes tollat Euangeliſta, ab
alto uolatu contemplationis diuinæ naturæ de-
ſcendit ad humilitatem ueritatis naturę huma-
næ: ad quorum manifeſtationem dicit Ioannem
Baptiſtam miſſum eſſe. Vnde ſic coniũgitur hoc
cum ſuperiori. Tenebræ lucem non comprehen
derunt: ſed ut comprehenderetur, fuit hõ miſſus
a Deo &c. Quidam ueniunt, quidam mittũtur. C
Qui ueniunt, aut a ſe ueniunt quærentes quæ ſua
ſunt, non quæ Dei: aut a diabolo mittuntur: quã
do inſtinctu diaboli ueniunt, uel ad pacem eccle
ſiæ Dei turbandam, uel ad errorem inducendũ,
uel ad aliquid huiuſmodi. Eorum, qui mittũtur,
alij mittuntur ab homine, alij a Deo. A Deo ut
Apoſtolus Paulus, qui a Deo electus, non ab alijs
Apoſtolis. Ab homine, ut illi, qui ab Apoſtolis,
ad prædicandum ſunt miſſi: ſed ꝙ ab homine nõ
tollit quin a Deo: immo a Deo eliguntur per ho
mines, ſicut & alij conuertuntur a Deo per præ-
dicatores. Hic autem Ioannes a Deo miſſus eſt,
non per hominem, ſed per diuinam inſpiratio-
nem. Erat Ioannes. Quę diuina diſpoſitione fiunt, ,,D
potius dicuntur eſſe, quàm fieri. Neq; enim huc
nomen ſecundum uoluntatem hominum eſt im
poſitum, ſed ſecundum Dei diſpoſitionem. Hic
uenit &c. Cum præmiſſum ſit. Fuit homo miſ-
ſus, in quo gratia diuinę electionis notatur: ſub- ,,
iũgit: uenit, in quo liberum denotatur arbitriũ,
quod gratia præueniente motum & excitatum
ipſi conſentire debet, & cooperari: aliter enim
meritum non conſiſtit. Vt igitur euangeliſta hęc
duo notaret: ſcilicet coniunctionem iſtorum, &
gratiæ pręuentum: ſecundum ordinem præmi-
ſit

E ſit miſſus,& ſuppoſuit uenit. Lumē dicitur filius Dei,quia in amore Dei nos accendit,ſicut uerbū propter cognitionem,quam nobis de patre conſert: Sic & uita propter creationem. Lux uera. Eſt enim lux illuminata, eſt & lux illuminans. Lux illuminata,uelut Apoſtoli: de quibus dicitur. Vos eſtis lux mundi. Lux illuminans, quæ ex

Matt. 5. ſe lucens,quæ & uera eſt,id eſt, Chriſtus. Sed cum

Quæſtio. Chriſtus dicatur lux illuminans: quæritur ſecundum quam naturam lux dicatur. Sicut enim in homine duæ ſunt naturæ, ſcilicet corpus & anima,ſecundum quarum utranque aliquid de ipſo homine dicitur: ut quod eſt albus ſecundum corpus, rationalis ſecundum animam: ſic & in Chriſto duæ ſunt naturæ, ſecundum quas ſermo ſolet de ipſo fieri. Si uero dicatur, quòd lux illuminans ſecundum quod Deus, uerum eſt: ſed tunc non in hoc, quod hic dicitur, homo aſſumptus ab his præfertur hominibus, ſecundum quòd homo eſt. Sed tunc ſi dicatur lux illuminans ſecundum quòd homo, tunc ſecundum ꝙ homo,eſt deus: & ſic ſecundum quòd homo patri æqualis. Quod quidem ſalſum eſt: quia ſecundum quòd homo patre minor eſt. Eſt autem dicendum, ꝙ ſecundum ꝙ homo lux illuminans eſt:

Rñſio. quia ſecundum ꝙ homo plenitudinem donorū habet,de qua plenitudine nos accipimus oēs: & ſic ab ipſo illuminati ſumus. Ipſe enim ſecundū ꝙ homo de plenitudine ſua nobis confert: non tamen ſecundum quod homo Deus: neque enim ſecundum illam Deus, ſed homo eſt. Illuminat omnem hominem: non quòd omnes illuminentur,ſed quicunque illuminatur,per ipſum illuminatur. Vel hominem,ſuperiorem naturam

F ,, in homine, ſcilicet rationem: uel omnem uenientem,qui de ... generere aliquem. In mundum

,, uenit, id eſt,in carne apparuit. Et mundus eum nō cognouit. Non habuit cognitionem dilectionis: licet haberet cognitionem ... ut ſuperius dictum eſt. In propria uenit, id eſt, in noſtra communi naturæ: carnem enim accepit paſſibilē mortalem, ... autem a peccato. Vel in propria, ſcilicet regni ſui ornamentum,& el, ad quē ſe ipſum dixit: ... non ... nisi pau-

,, ci. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis

G ,, poteſtatem filios Dei fieri. Idem uidetur eſſe eū recipere per fidem, & poteſtatem hanc habere.

Quæſtio. poſſe effici filios Dei. Vnde quæritur, quare præmiſerit,receperunt,& poſtea ſubiunxit: dedit eis poteſtatem filios Dei fieri: tanquam ipſi per ſe ex libero arbitrio fidem recipere poſſent,& poteſtatem

Rñſio. illam non haberent niſi ex gratia. Ad quod dicimus,quòd idem eſt recipere uel habere poteſtatem filios Dei fieri habere. Et tamen ... ter præmittitur,receperunt,ut liberum arbitrium ualere ad promerendum oſtēdatur. Sed ne ab ipſa gratia præueniente ad bonum ... poſſe putetur,conuenienter ſupponitur, & dedit eis poteſtatem filios Dei fieri. Ex gratia enim fides ... dilectio nobis datur, per quam filij Dei efficimur & imitatione, & beatitudinis participatione.

Credere in nomine eius, eſt notitiā fidei ad laudem & honorem ipſius habere. Qui non ex ſan- H

,, guinibus &c. Determinat quomodo filij Dei fieri poſſint: nō ſcilicet per carnalem generationē, ex qua omnes corruptionem ... ſed per ſpiritualē regenerationem ... fit per fidem. Chriſti innocentiam & a uetuſtate eximus. Et ui-

,, dimus gloriam eius & gloriam, id eſt ipsū glorioſum in carne apparentē in transfiguratione: uel reſurrectionem ipſius glorioſam, uel cognitionem plenam,quæ in ipſo fuit. Vide & per ſectam beatitudinē habuit: hæc eſt enim uita æterna,cognoſcere te patrem Deum uerum,& quem Ioan.17

,, miſiſti Ieſum Chriſtum. Gloriam quaſi &c. Hic, ,, 1 quaſi,non eſt ſimilitudinis, ſed confirmationis. Eſt enim reuera unigenitus Dei filius. Plenum ,,

,, gratiæ & ueritatis: id eſt, plenitudinem gratiæ ue ,, re habet etiam. Erat enim in ipſo plenitudo omniū donorum. Ioannes teſtimonium perhibet de ipſo. Interſerit euāgeliſta teſtimonia,quibus utraq. ,, Chriſti natura probetur: maxime tamē pertinet ad diuinitatem Chriſti probandam. Agit autem ſatis artificio ſe nunc interponendo teſtimonia, nunc ad narrationem reuertendo. Clamabat, id eſt,aperte prædicabat. In lege enim quædam erat cognitio, ... ſub figuris uelata. Ioannes uero ... hic eſt Chriſtus in lege promiſſus. De plenitudine eius non omnes ac- K

cepimus. De hac plenitudine quæritur cuius ſit. Quæſtio.

ſed dubium non eſt,quin Chriſti ſit: ſed ſecun- Rñſio.

dum quam naturam? ſecūdum diuinam, eam ab æterno naturaliter habuit: ſed in tempore eam ſecundum humanam accepit. Fuit itaque hæc plenitudo Chriſti ſecundum humanam naturam.

Vnde quæritur,quomodo in eo fuerit ſecūdum Quæ-

humanitatem. Vtrum tantam plenitudinem ha- ſtio.

bu... ſecundum humanam naturam,quantam ſe- Reſpon-

cundum diuinam. Volunt autem quidam ex hac detur.

authoritate, & ex ... quibuſdam quòd anima L

Chriſti tantam ſcientiam habuerit,quantam & Deus. Dicitur enim,quòd quicquid habuit filius Dei per naturam, habuit filius uirginis per gratiam. Vnde dicunt,quòd tantam habet anima illa ſcientiam per gratiam, quantam & filius Dei per naturam ... æqualiter ei in ſciētia, ... aliter habeat anima, aliter Deus. Deus enim habet illam per naturā,anima uero per gratiam. ... tamen ſolet cōſiderari ſecundum quantitatem,& non ſecundū qualitatem ... habeat ex acquiſitione, ... ex patrimonio, æque illi dites ... Gratiam per gratiam: quia ex gratia ... promerendum, dabit tandem ... æternam. Ac totum ex gratia eſt: & quod meremur, & ... meriti fructum conſequimur. Non tamen excludo liberum arbitrium, M quod ... non repellit: ſed ei conſentit. Idem ex ſe conſentire,ſed nō con ſentire ... auxilio gratiæ. Vel pro gratia electionis, ... dilectionis, & operationis. Lex per Moyſen data eſt: ueritas per Ieſum Chri ,, ſtum facta eſt. Quia quod Moyſes docuit,ipſe ad- ,, implere non potuit: unde dedit quod ipſe facere

non

non potuit:unde dedit quod ipſe facere non po
tuit. Sed Ieſus Chriſtus quod docuit, hoc opere
Actu.1. adimpleuit:unde dicitur. Quæ cœpit Ieſus face-
re,& docere. In Moyſe quidem figuræ præceſſe-
runt:in Chriſto uero figuratum adimpletio, un-
,, de & ueritas per ipſum facta eſt. Deum nemo ui-
N dit unquam. Nemo enim in carne Deum, ut eſt,
uidere potuit. Vnde per creaturas,uel ſigna ali-
Exod.33 qua patriarchis, & prophetis apparuit. Moyſi
quoq; quærenti,ut ipſum ſibi oſtenderet,reſpon
dit: ſta in cauerna petræ, & uidebis poſteriora
mea.In cauerna petræ,hoc eſt,in cruce Chriſti,&
uidebis poſteriora.i.carnem aſſumptam,quę in-
ferior natura Chriſti eſt. Paulus quoque cum ra
ptus ad tertium cœlum ſecreta illa uideret, quæ
non uidit homo,ſupra hominem fuit. Vnde &
2.Co.12 ipſe dicit:Siue in corpore,ſiue extra corpus, ne-
ſcio,Deus ſcit. Illa uero uiſio,qua uidebitur Deus
facie ad faciem,in futuro erit. Vnde quod dicitur
modo apparere in creatura aliqua, nihil aliud
eſt,niſi per ſubiectam aliquam creaturam uolun
,, tatem ſuam manifeſtare.Ipſe enarrauit. Prophe-
O tæ narrauerunt,ſed nullus eorum enarrauit: ſed
ipſe in carne ueniens enarrauit. Multa enim di-
,, xit de ſe,quæ alij non dixerant:& euidentius di-
xit quam alij. Quod quidem ipſe bene potuit cũ
ſit in ſinu,id eſt,in ſecreto patris, id eſt, genitus
de eſſentia patris. Vnde ipſe illam generationem
plene enarrare potuit: cum ęqualis patri per il-
,, lam generationem ſit. Et uerbum caro factum
,, eſt,& habitauit in nobis. Quia unio illa habitus
P in ipſo fuit. Ex quo enim ſemel aſſumpſit nũquã
depoſuit. Et hic eſt habitu inuentus ut homo.
Chriſtus hominem aſſumptum nunquam depo-
ſuit. Semper enim ex quo aſſumpſit eum ſibi in
unam perſonam unitum habuit: quia & in mor-
te hominem unitum ſibi habuit,id eſt, animam,
& carnem. Tunc etiam homo fuit ſub eodem ſẽ
ſu:quia humanam naturam ſibi unitam habuit.
Vnde non eſt quærendum, an hõ mortuus tunc
eſſet,an uiuus. Ego uox clamantis in &c. Præco
,, 
Q Domini uocem Chriſti ſe confitetur: quod nul-
lus præcedentium dicere potuit. Eſt enim uox a-
nimi interpres:quæ ſine fructu eſt,niſi eam uer-
bum ſequatur. Sic & Ioannes uox eſt,id eſt,pręco
animi, id eſt, Chriſti, qui eſt ſapientia patris, &
mens:quæ uox omnino inutilis eſſet,niſi uerbum
eam ſequeretur. Vel uox dicitur Ioannes, quod
nullus aliorum dici potuit: quia quemadmodũ
inter uocem & uerbum nihil eſt,ſic inter Ioan-
nem & uerbum Dei nihil medium fuit. Et qui
,, miſſi fuerant &c. Erant tres ſectæ Iudæorum, Eſ-
R ſæi,Sadducæi,Phariſæi. Eſſæi nihil proprium reti
nebant:ſolem autem orientem adorabant. Sad-
ducęi,id eſt, iuſti, qui reſurrectionem negabant,
aſſerẽtes animas ſimul interire cum corporibus.
Phariſęi uero periti in lege,diuiſi a plebe excellẽ
tia ſuæ ſcientiæ dicebantur:hi ſuam iuſtitiã oſten
tabãt:hi uero in multis Ioannem audiebãt,quia
S reſurrectionem corporum prædicabat: quam &
,, ipſi futuram credebant,licet carnalem. Medius
† ſtetit, ueſtrum † ſtat &c. Medium dicitur,quod diſtat

æque ab utroque extremorum: ſic Chriſtus diſta
bat ab illis,quia ſine peccato, & idcirco eum nõ
nouerũt. Vel medium commune, & uile dicitur.
Vnde quia Dominus in communi,& uili natura
apparebat,non potuerunt eum ſcire; unde me-
dius fuit Chriſtus, quia mediator Dei & homi-
num: quod non poſſit eſſe,ſi ſolum Deus, uel ſo-
lum homo eſſet:& quoniam erat Deus & homo,
idcirco eum non cognouerunt. Cuius nõ ſum di ,,
gnus &c. Non eſt dignus, quia eius officij non T
eſt prædicare, ſed baptizare,uel nomen ſponſi
uſurpare. Tangitur legis conſuetudo. Mos enim
in lege fuit,quòd ſi quis habens uxorem morere
tur non relicto ſemine,proximus cognatione eã
duceret:& ſuſcitaret ſemen fratri ſuo:quòd ſi nol
let,alter eam duceret,& ipſum in porta diſcalcia
ret,& in faciem eius ſpueret,& poſtea dicebatur
domus diſcalciati in opprobrium illius. Altera
die &c. Poteſt enim hoc relatiuum,altera, uel ad
diem præcedentem,in quo uenerunt Phariſęi ad
Ioannem referri:uel ad illud,altera,quod ſubſe-
quitur. Venit uir,id eſt,uiriditatem habẽs. unde V
ſpes fructus eſſe poteſt. Vbi.n.nulla uiriditas eſt:
ibi nec ſpes fructus eſſe poteſt. In Chriſto uero ui
riditas fuit, ex qua nos omnes fructificauimus.
Baptizatur Chriſtus a ſeruo,ne dedignentur ſupe
riores ab inferioribus,baptizari. Non autem ſo-
lus uoluit ab ipſa baptizari, ne ipſe ex Ioãnis ba
ptiſmate aliquid accepiſſe uideretur. Neq; enim
baptiſmus Ioannis aliquid alicui contulit, ſed
morem tantum, & conſuetudinem induxit. Vi- ,,
dit Spiritum deſcendentem ſicut columbã &c. ,, X
De hac columba quæritur quid fuerit?Sed patet, Quęſtio.
quòd creata tunc fuit:ſed peracto officio ſuo in Rñſio.
materiam illam ſtatim redacta eſt,de qua forma-
ta eſt,ſicut ſtella, quæ in natiuitate Domini Ma-
gis apparuit. Et fuit reuera columba ſicut & illa
uera ſtella. Spiritum uero ſanctum deſcendiſſe
nihil eſt,quàm columbam deſcendiſſe ſignifican
tem Spiritum ſanctum. Eſt enim columba ſim-
plex animal,& ſine felle,per quã benignitas Spi-
ritus ſancti deſignatur. Nec eſt credendum Deũ ,,
aliter fuiſſe in illa columba, quàm in alijs creatu Y
ris. Et ego neſciebam eum &c. Quæritur quid in- Quęſtio
tellexit Ioannes,quod prius non intelligeret. Et Rñſio.
dicit Auguſtinus:quòd non intellexerat prius,ꝙ
poteſtatem baptizandi ſibi eſſet reſeruaturus, &
nulli miniſtrorum ſuorum eam collaturus: cum
alicui miniſtrorum dare poſſet ſi uellet, ſed no-
luit:ne tot baptiſmi putarentur quot miniſtri ſi
diceretur baptiſmus Petri, Pauli, & aliorum: &
ne efficacia illius potius homini aſcriberetur ꝙ̃
Deo. Sed quæ ſit iſta poteſtas,quam ſeruis dare Z
poſſet ſi uellet,quęritur. Nunquid poſſe intinge- Quęſtio.
re eſt illa, quam dare noluit? ſed miniſtri intin-
gunt:quare hoc poſſe non eſt illa poteſtas. Si ue-
ro dicatur, quòd illa ſit poteſtas remittendi pec-
cata:hanc nec ſeruis dedit,nec dare potuit. Eſt au Rñſio.
tem illa poteſtas,quam dare poſſet ſi uellet,ut in-
uocatione nominis Petri,uel alterius ſerui effica
cia daretur ſacramento remittendi peccata: ſicut
inuocatione nominis Trinitatis. Hanc autem po
teſtatem

teſtatem Chriſtus ſibi retinuit,nec alicui ſuorum
dare uoluit,propter ſupradictas cauſas.Vel prius
neſciebat Ioannes, quòd ipſe Chriſtus per mor-
tem propriam mundum redempturus eſſet: uel
neſciebat eum, hominem & Deum eſſe. Et ma-
,, nentem &c. Sedit columba ſuper eum, ut per
A hoc oſtenderetur,quòd in eo ſemper manet ple-
nitudo donorum Spiritus ſancti. Eſt autem in
aliis Spiritus ſanctus, nunc manens nũc recedẽs:
ſed in eo ſemper fuit.Columba ramum extra ar-
cam inuentum ſi fructum habet fert ad arcam:
ſed quomodo uiridis extra arcã eſſe poteſt? Fru-
ctum enim fidei quis poteſt habere, niſi per ba-
ptiſma in eccleſiam introducatur? Poteſt autem
dici,quòd cum iam in aquis ſit baptiſmi,iam ui
riditatem ex ui ſacramenti ſuſcipit.ut in eam in-
ducatur. Poſt ſuſceptionem enim baptiſmatis
ſtatim de membris eccleſiæ eſt. Vel multi ante-
quàm ad fidem ueniant: rem Babylonis fideliter
adminiſtrant: & quia bene ſe habẽt in alieno me
rentur curam ſibi dari de proprio. Propter hãc
itaque bonam operationem, & bonum mentis
affectum,maius eis reuelatur,& participes eccle-
ſiæ efficiuntur,ut de Cornelio legitur: cuius ora
Actu.10. tiones exauditæ ſunt, ut Petrus ad eum mittere-
tur,& fidem ei reuelaret:nec tamen affectũ, qui
,, charitas eſt,prius habebat. Altera die poſtquàm
,, Phariſęi uenerunt ad Ioannem. Rabbi,quod di-
,, citur interpretatum magiſter. Quæritur quis
hoc dixerit,an Euangeliſta,an alius? Et eſt mani-
B feſtum,quòd Ioannes græce ſcribebat. Rabbi ue
Queſtio ro hebraicum eſt, quod euangeliſta gręce inter-
Rñſio. pretatus eſt dicens,quod eſt interpretatum διδά-
σκαλε.Quod latine dixit ille, qui de græco in la-
C tinum tranſtulit. Erat Andreas unus duorum di
ſcipulorum, qui ad Chriſtum uenerunt imperio
Ioannis: alter uero Ioannes iſte euangeliſta. Sed
ſolent diſcipuli nomen ſuum ſubticere quando
aliqua magna de ſe dicunt,ne occaſionem extol-
lendi ſe habeant: ſicut econtrario nomen ponũt
quando humilia de ſe dicunt. Nec eſt reprehen-
dendum,quòd Paulus de ſe magna dicit,dicens.
2.Cor.11. Hebræi ſunt? & ego &c. Sed quandoque ſtulti
ſunt patiendi, ne & nos impatientes eſſe uidea-
mur. Quandoque repellendi, ne eis conſentire
D putemur. Intuitus autem eum Ieſus. De hac in
tuitione quidam errorem ſapiunt.Dicunt enim,
quòd quoddam ſeminarium idest quandam ha-
bilitatem a creationem datam,unde magis aptus
eſt iſte ad credendum, & obediendum quàm il-
le, uidet Deus in iſto, unde magis eligitur iſte q̃
ille. Veluti quædam ſigna futuræ bonitatis ap-
parent in hoc pullo,quæ non in illo: Sed hoc eſ-
ſe falſum patet, tũ ex aliis multis, tum præcipue
Lucæ.10. ex eo,quod dicit Dominus: Vę tibi Chorozaim,
uę tibi Betzaida:quia ſi hæc,quæ in te facta ſunt,
prædicata eſſent in Tyro, & Sidone, dudum ſe-
diſſent in cinere,& cilitio. Vnde apparet aptio
rem fore terram illam ad excolendum,quàm ter
ram Iudæorum. Ex quo & illud manifeſtum eſt,
quòd maiorem habilitatẽ cordium non attẽdit
Deus in uocatione ſua. Immo ex eo quòd mi-
nus apta ad ſe conuertit, gratia maior & glorio-
ſior eſſe apparet: quam minorare uidentur, qui
eam ex tali aptitudine operari aſſerunt. Non
eſt igitur aliquid in corde quare Deus eligat, ſed
in ſecreto cordis operatur gratia ſua Deus, unde
ad pœnitentiam,& dilectionem mouetur: unde
ſalutem æternam promoueretur. Et hoc eſt ip-
ſum ſecretum cordis intueri, occulte per gratiã
in corde operari, ut ab errore ad cognoſcendam
ueritatem moueatur:& ſic uita dignus fiat.A Na ,,
zareth poteſt aliquid boni eſſe. Viuacitas eſt effi E
catia myſterij. Nazareth interpretatur flos, uel
germen. Sicut autem in flore tria ſunt:quòd ab
arbore ſine læſione prodit, & ad decorem arbo-
ris eſt, & ſpem fructus habet: Sic & Chriſtus de
uirga Aron, ideſt de beata uirgine ſine omni læ-
ſione prodiit naſcendo. Fuitque ipſi ad decorẽ:
ex ipſo enim benedicta dicitur inter mulieres: F
& ipſe ſpecioſus forma præ filiis hominum. In
quo quidem eſt, nobis ſpes fructus uitæ æternæ. ,,
In quo dolus non eſt. Dolus enim eſt quando
aliud agitur, & aliud intus ſimulatur: ſcilicet cũ
aliud intus cogitatur, & aliud foris oſtenditur,
quales erant Phariſęi. Iſte uero Nathanael talis
non erat: ſed ſi quod uitium intus erat,foris con
fitebatur. Cum eſſes ſub ficu &c. Dicunt qui- ,, G
dam ad literam ſic fuiſſe,quòd ille cum legis do-
ctor eſſet ad meditandum de redemptione gene
ris humani exiſſet,& ſub aliqua ficu ſediſſet. Alij
dicunt,quòd hoc tantum ad ficum illã, de cuius
foliis perizomata ſibi fecerãt Adam, & Eua poſt
peccatum,referendum eſt. Omnes nos enim(ut
dicunt)ibi fuimus ideſt in Adam.unde & in Adã
peccauimus, ibique corrupti ſumus. Sed quo-
modo ibi eſſe potuimus,aut ibi corrumpi, cum
adhuc nihil prorſus eſſemus? Dicunt autem, ꝙ
materialiter ibi fuit totum humanum genus:
& unuſquiſque aliqua pars corporis Adæ fuit.
Quod quidem eſſe non poteſt: Cum nec etiam
tot atomi in Adam eſſe potuerint, quot homi-
nes poſtea extiterunt. Quamlibet etiam partem
huius corporis,unã partem corporis Adæ fuiſſe
neceſſe erit ſecundum hanc ſententiam. Nos ue
ro dicimus hoc totum falſum eſſe: quia nec om
nes ibi fuimus: nec omnes ibi peccauimus, uel
corrupti ſumus. Quod autem dicit authoritas,
uerum eſt ꝙ omnes peccauimus in Adam.i.om-
nes cauſam peccati inde contraximus.Et ſub eo-
dem ſenſu tota humana natura ibi corrupta eſt:
ibi enim factum eſt peccatum, propter quod to-
ta poſteritas corrupta eſt. Propagatio enim hu-
mani generis ſemper per corruptionem generan
do deſcendit. Omnis enim homo in corruptio-
ne generatur. Et hoc contrahimus per Adam, ex
cuius origine nos omnes deſcẽdimus: ipſe enim
origo noſtra fuit, unde & ab ipſo originem tra-
himus. Quod autem dicitur hic, cum eſſes ſub fi H
cu uidi te:ſic intelligitur, cum eſſes ſub umbra le
gis,uel mortis uidi te per diſpoſitionem.Ab æter
nu enim de eius ſalute diſpoſuerat: uel de eius uo
catione. Maius his uidebis &c. Quia cum Meſ-
ſiam crediderunt, datum eſt eis plus cognoſcere
de ipſo.

de ipſo. Hoc ſcilicet, quòd & Deus erat non tan-
tum homo, quod adhuc credunt Iudæi de Meſ-
I ſia, quòd purus homo futurus ſit. Amen, amen,
hebraicum uerbum, & ſonat uere uel fiat, nec
eſt ab aliquo interprete mutatum, ne mutatum
uileſceret, & eſt quaſi Dei iuramentum. In hoc
,, autem ſolo euangelio inuenitur duplicatum. Vi-
debitis cœlum apertum &c. Hoc eſt illud maius,
K quod eis promiſit Dominus uidendum. In hoc
Ioan. 2. autem cognitio demonſtratur utriuſq; naturæ.
ET tertio die nuptiæ factæ ſunt &c. Tertio. ſ.
a primo, uel a uocatione illorum diſcipulo-
,, rum. Quid mihi & tibi mulier? Non eſt hic ne-
,, gantis, uel contemnentis matrem, quam ipſe ho-
Pulchra norare iubet, ut dicunt hæretici, qui dicunt cor-
obſeruatio pus phantaſticum Chriſtū habuiſſe: ſed eſt oſten-
dentis hoc, quod ipſa petebat, non poſſe fieri ex
eo, quod ex ipſa acceperat: ex humanitate. ſcili-
,, L cet, ſed ex diuinitate tantum. Nondum uenit
hora mea. Hinc item uolunt habere heretici,
quòd fatali neceſſitati mortis ſubiectus eſſet: Ita
ſcilicet quòd ex neceſſitate moreretur. Erat qui-
dem hora mortis præfixa in diuina diſpoſitione,
ſed nulla fatali neceſſitate. Quando enim uoluit
mortem ſuſcepit: unde & ipſe dicit. Habeo po-
Ioan. 10. teſtatem ponendi animam meam: & iterum ſu-
mendi eam. Et eſt ac ſi dicat. Ex eo, quod a te ha-
beo, non poſſum miracula facere, ſed quid ha-
beam ex te apparebit, cum ego pendens in cruce
te matrem diſcipulo commendabo. Metretas bi-
nas uel ternas. Quia quædam binas, quædam ter-
nas. Non eſt enim hoc dubitantis. Metros græ-
Metreta ce menſura dicitur, unde μέτρητα metrete uel ad
Architri- myſterium referatur, Architriclinus. Tricliniū
clinius. dicitur, ubi ſunt tres lecti. i. tres ordines diſcum-
bentium, ut in refectorio monachorum, quorū
princeps & ſupremus. i. qui illis præeſt, Architri-
clinus dicitur. Hoc fecit initium ſignorum Ieſus.
M Quomodo hoc initium ſignorum fuiſſe dicitur,
cum & ante cum eſſet annorum duodecim ſede-
ret in tēplo, & quæreret, & reſponderet? Et cum
deſcendiſſet in Ægyptū, oīa idola corruiſſe dican-
tur. Sed initiū fuit hoc eorū, q̄ hic narrantur: uel
eorū, q̄ ſcripta ſunt in ſacris ſcripturis. Auferte
,, iſta hinc, & nolite facere domū patris mei, domū
,, negociationis. Qui ſunt qui eiiciendi ſunt ab ec-
N cleſia: Nunquid ſoli ementes & uēdentes? Ita ſoli
Quæſtio ſi ſub illis comprehendantur omnes, qui in eccle-
nes. ſia quærunt, quæ ſua ſunt, non quæ Ieſu Chriſti.
Sed dices. Nunquid non licet mihi uſum præbē-
dæ illius emere: non emo officium, ſed beneficij
uſum? Sed hoc fieri non poteſt. Qua enim ratio-
ne communicas eodem refectorio, & conſiliō, &
obſequio eccleſiaſtico? nunquid electione? an
emptione? Sic ergo emēdo quod deſideras, emis
etiam quod non curas: quia gratiam Dei, quod
O non licet. Sic etiam non uidetur eſſe approban-
dum, quòd aliquis cū pecunia inter monachos,
& canonicos, uel quoſcunque religioſos recipia-
,, tur. Aut enim pecunia cauſa eſt, aut eſſe uidetur.
,, Ipſe autem Ieſus non credebat ſeipſum eis. Quia
Apoc. 3. qui facile credit, facile recedit, unde. Vtinam ca-
lidus, aut frigidus eſſes &c. Si tamē catechuminis
corporis communio, & ſanguinis Domini cre-
denda nondum eſt.
AMen, amen dico tibi: niſi quis renatus Ioan. 3.
fuerit denuo: non poteſt uidere regnum ,,
Dei. Quaſi diceret licet tu per uiſa ſigna credas, P,,
& fidem habeas: non tamen ſine ſuſceptione ba-
ptiſmatis tibi ſufficit ad ſalutem. Vnde quæri- Quæſtio
tur, an aliquis ſine ſuſceptione ſacramenti huius
ſaluari poſſit? Cum dicat Dominus: Niſi quis re-
natus fuerit ex aqua, & ſpiritu ſancto &c. Eſt au- Rñſio.
tem manifeſtum, quòd ſanguinis effuſio uicem
obtinet baptiſmatis, ſic & uera cordis attritio cū
tempus ſuſcipiendi non habeat. Vnde quod dici-
tur. Niſi quis renatus fuerit &c. ſic eſt intelligen-
dum. Niſi quis paratus fuerit renaſci, uel niſi fi-
dem baptiſmatis habuerit. Item quæritur, an om- Quæſtio
nis ſuſcipiēs renaſcatur? ſed ſi omnis, tunc & iſte
hæreticus, & ficte accedēs. Si uero renaſcitur Spi-
ritu ſancto, tunc interius mundatur: & ſic ei pec-
cata delentur. Item Chriſtus ibi baptizat, quare
& ipſe a Chriſto baptizatur: & ſic abluitur inte-
rius ut uidetur. Non eſt autem hoc uerum, ꝙ fi- Rñſio.
cto, & habenti fraternum odium peccata in ba-
ptiſmo remittantur: baptizatur tamen, & Chri-
ſtus baptizat. i. ipſe ſacramentū ſuſcipit, & Chri-
ſtus illud conficit dando ei uim & efficaciam, ut
per ipſum peccata deleantur, niſi ille, qui ſuſci-
pit, impediat. Sub eodem ſenſu etiam poteſt dici,
quòd ille renatus eſt ex aqua, & Spiritu ſancto,
qui ſacramentum ſuſcepit exterius, quo munda-
ri poſſet interius, niſi ipſe impediret. Nullo ta-
men modo hoc cōcedendū, ꝙ renatus ſit ſpiritu,
id eſt interius mundatus. Quod natum eſt ex car- ,,
ne, caro eſt: & quod ex ſpiritu, ſpiritus eſt. Id eſt ,,
ſicut quod ex carne naſcitur, carnis imitatur ſi- Q,,
militudinem: ſic quod ex ſpiritu ſpiritum imita-
tur, & eius ſimilitudinem retinet. Quemadmo-
dum. n. Spiritus ſanctus inuiſibilis eſt: ſic & dona
ipſius, & effectus. Vnde qui ex ſpiritu naſcitur,
ſpiritus eſt. Naſcitur autem anima ex ſpiritu: cū
Spiritus ſanctus inuiſibili gratia ſua eā illuſtrat,
& in nouitatem uitæ, uetuſtate depoſita, purgat:
unde & ipſa ei unita, non ſolum ſpiritualis, uerū
etiam ſpiritus quodammodo efficitur: cum con-
tēptis oībus aliis illi ſoli adhæret, & eius donis
fruitur. Vnde carnalis huiuſmodi generationem
ignorat. Qua propter ad talem dicitur. Et uo- ,,
cem eius audis, & neſcis unde ueniat, aut quo ua- R,,
dat. Neſcit enim carnalis unde, id eſt, ex qua mi-
ſericordia, & occulta Dei iuſtitia ueniat uox ſpi-
ritus, nec quo uadat, id eſt, ad quem finem perdu-
cat. Si terrena dixi uobis &c. Terrena, id eſt, parua ,,
ſunt, quæ de humanitate Chriſti dicuntur, ad cō-
parationem eorum, quæ de diuinitate ipſius cre-
duntur, ut quòd Deus eſt in perſonis trinus, unus
in eſſentia. De humanitate uero ſua Chriſtus di-
xerat ſuperius. Soluite templum hoc & in tribus
diebus † ædificabo illud. Sed quæritur quomo- † excita-
do maius ſit credere perſonarum trinitatem, & bo.
eſſentiæ unitatem, quàm quòd uerbum caro fa- Quæſtio.
ctum, & cætera huiuſmodi: cū illa ratio ſuadeat?

(Vnde

(Vnde & philoſophi naturali ratione ea comprehenderunt) iſta uero omninò contra rationem naturæ ſint? ſcilicet quòd Deus natus, &
Rñſio. mortuus ſit:& huiuſmodi. Sed dicuntur minora iſta,& quia uiſibilia ſunt,& uiſibiliter cunctis exhibita. Illa uero maiora, quoniam tantum intellectu ſapiẽtis comprehenſibilia,& paucis manifeſtata. Vel notat ordinem, quo progrediendũ eſt ad fidei perfectionem. Primum enim oportet credere Chriſtum natum,& paſſum, reſurrexiſſe,cœlos aſcendiſſe:ut ſic perueniatur ad fidẽ trinitatis perſonarum, & unitatis eſſentiæ. ¶ Et „ nemo aſcendit in cælum,niſi qui deſcendit de cę„
S lo &c. Hoc dictum eſt ſecundum illam figuram loquendi,qua dicitur; quòd tãtum rex uenit, uel tantum recipitur:cum tamen ipſe cum militibus ſuis ueniat,uel recipiatur. Sic enim uerum eſt, Chriſtum ſolum aſcendiſſe,quia ipſe primus, & nullus niſi per ipſum. Caput enim cum corpore ſuo aſcendit.Vnde in aſcenſione capitis intelligitur etiam aſcenſio corporis.Aſcendit autẽ Chriſtus ſecundum humanam naturam, ſicut deſcen
T „ dit ſecundum diuinam. ¶ Et ſicut Moyſes &c.
Num.21 Moyſes in deſerto ſerpentem æneum in pertica erexit:quem intuentes filii Iſrael ſanabantur læſi ab ignitis ſerpentibus, uel non lęſi tuti manebant. Æneus autem ſerpens in pertica erectus, Chriſtus eſt in cruce leuatus: qui æneus.i. fortis fuit ad mortem deſtruendam, cum in ipſo nulla cauſa mortis eſſet.Item ſerpens æneus, & non uerus fuit,ſed ſimilitudinem ſerpentis habẽs: quia noſtram naturam non peccatricem, ſed habentẽ ſimilitudinem carnis peccatricis: in quem intuẽtes.i.paſſionis eius fidem habentes, ſanantur ab ignitis morſibus ſerpentium.i. a læſionibus hoſtium.ſ.demonum:quæ ſunt incentiua uitiorũ.
„ ¶ Sic dilexit Deus mundum, ut daret unigenitũ „ filium ſuum. Mundum uocat hic humanam na-
V „ turam,propter quam cætera omnia facta ſunt. Vnde propter eius dignitatem,eam mũdum uocat. Sicut & alibi,omnis creatura dicitur, pro-
„ pter eandem naturæ excellentiam. Hunc autem mundum ſic Deus dilexit: ut filium ſuum unigenitum daret. Id eſt, ex propriæ charitatis benignitate ab æterno diſpoſuit, ut filium ſuũ incarnaret:& ſic per ipſum humanum genus redime-
Quęſtio. ret. Sed cum Deus pater filium dedit, cui dedit? an mihi,& tibi dedit? An Iudę,& Iudæus dedit?
Rñſio. An Pilato,& diabolo dedit? Dedit utique eum nobis:quos per ipſum ille redemit.Expoſuit autem eum diabolo,& uoluntati Iudæorum: quia permiſit ut hanc in eum haberent poteſtatem, ut eum interficerent:ut ſic morte ſua hominem a poteſtate diaboli erueret.Dedit itaque eum no„ bis pro noſtra redemptione,cum a diabolo inter
X fici permiſit: uel dedit,i. dare diſpoſuit. ¶ Qui non credit,iam iudicatus eſt. Quomodo dicit, qui non credit,iam iudicatus eſt; tanquam ipſum non credere damnatio ſit? Sed eſt ſic intelligendum,quòd ex non credere hic, ſequitur non cognoſcere,in futuro: quod eſt grauiſſima
Quęſtio. pœna. Sed nunquid non erunt ibi aliæ pœnæ, niſi quòd uiſione Dei carebunt? Sed dicit propheta. Vermis eorum nõ morietur, nec ignis ex- Rñſio.
tinguetur. Ex quo intelligitur,quòd materiales Eſa.66.
pœnæ ibi erunt. Sed tamen hoc tantum ibi eſſe dicitur,ſcilicet non cognoſcere,quia in iſta omnis terminatur:& quia iſta conſummatio eſt omnis pœnæ,merito hæc ſola ibi eſſe dicitur. Inde enim grauiſſimum tormentum erit, quòd deſiderata nunquã apprehendent:ſicut tãto grauius urgetur quis fame,quanto amplius eſurit. Hæc autem in pueris erit, ſed non tanta ut dicit Augustinus,ut non malint eſſe q̃ non eſſe. ¶ Facta „
„ Y eſt ergo queſtio ex diſcipulis Ioannis &c. De ba-
Quęſtio ptiſmate Ioannis quæſtio eſt: in quo differret a baptiſmate Chriſti: & quam utilitatem haberet, & quid diceret:id eſt, quam rationem prætenderet Ioannes,nouum ritum inducendo. Eſt Rñſio. autem manifeſta differentia inter baptiſma Chriſti & Ioannis:quia Ioannes intingebat tantum: Chriſtus uero ipſe intingendo interius mundabat.Vnde & baptiſmus Chriſti baptiſmus remiſſionis dicitur.Baptiſmus uero Ioannis baptiſmus
pœnitentiæ. Vel quia nullum, niſi pœnitentẽ Quęſtio
admittebat, uel quia ſtatim poſt baptiſmum pę- Rñſio.
nitentiam iniungebat. Sed nonne Ioannes miniſter Chriſti fuit? Fuit utique: quare per illum Chriſtus baptizauit,ſicut & per alios: & ſic peccata ipſo baptizante remiſit: quod quidem uerum eſt, ſed baptiſmus ille,quo peccata remiſſa ſunt,non fuit Ioannis, ſed Chriſti.Ex quo enim cœpit baptiſmus Chriſti, ceſſauit baptiſmus Ioannis.Habuit autem hanc utilitatem; quia inducebat homines in uſum baptizandi:ne cum baptiſmus Chriſti ueniret, ipſi abhorrerent. Sed Quęſtio
quid dicebat,nouum ritum inducendo? Dicebat Rñſio.
autem, quòd in nomine uenturi baptizabat: nõ quòd ſuum baptiſma a peccatis mundaret,ſed q̃ ſignum erat baptiſmatis futuri,quo peccata tollerentur. Venturus uero Chriſtus tunc dicebatur, Z
licet iam ueniſſet, quia poſtea innotuit, q̃ ipſe Chriſtus erat.In paucorum enim notitia tunc erat: unde & Ioannem quidam Chriſtum eſſe putabant. Erat igitur uenturus in notitiam,
qui iam uenerat per natiuitatem. Sed cum iam Quęſtio.
Chriſtus baptizaret, & per baptiſmum peccata tolleret:nunquid peccabant qui circuncidebantur,aut qui ſimul baptizabantur, & circuncide-
bantur? Sed eſt ſciendum, quòd tempus quod- Rñſio.
dam quaſi medium fuit inter tempus legis & tempus gratiæ: ſcilicet a prima inſtitutione ba-
ptiſmi Chriſti, uſque ad illam generalem & ma Matt.28
nifeſtam, quando dictum eſt. Ite baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. In illo autem tempore ſiquis tantum circuncidebatur: aut ſi reuelatum ipſi eſſet de ſtatu baptiſmi, tantum baptizabatur: uterque ſaluabatur. Si uero ipſi non reuelatum eſſet, & utrunque ſuſciperet: non peccabat: ſed poſt manifeſtam baptiſmi inſtitutionem, nefas erat permi-
ſcere. ¶ Qui de † ſurſum uenit ſupra omnes † cœlo.
eſt. Chriſtus deſurſum uenit, ſecundum utran- „
que naturam. De diuina manifeſtum eſt. Sed A
quomo-

Quæſtio. quomodo ſecundum humanam? Ideo etiam ſecũ
Rñſio. dum humanam, quia carnem aſſumpſit non de-
ſcendentem per concupiſcentiam, ſed abſque pec
cato. Vnde dicitur quòd de altitudine humanæ na-
turæ uenit: non quòd illa caro Chriſti in Adam
ante peccatum, & poſt ſemper incorrupta ſerua-
ta fuerit: ſed ſic incorruptam aſſumpſit, ſicut in-
corrupta fuit humana natura ante peccatum in
Adam. Vel de altitudine humanæ naturæ ante pec
catum uenit, quia (ut dictum eſt) in Chriſtum nõ
per concupiſcentiã deſcendit, quod de integritate
humanæ naturæ ante peccatum erat, ut propaga
B tio non per concupiſcentiam fieret. ¶ Non enim
ad menſuram dat Deus ſpiritum. Sine menſura
dedit Deus filio ſuo ſecundum humanitatẽ ſpiri-
tum: quia tantum ei dedit, quantum creaturæ con
ferri potuit. Sic enim plenitudo donorum Spiri
tus ſancti humanę naturæ collata eſt, ut uerbo per
ſonaliter unita ſit: quo amplius illi conferri nihil
potuit. Et ideo ſpiritus ſine menſura ei collatus
eſt, quia totus quantus dari potuit. Dicit autem
gloſſa, quòd ſicut filium totum ex ſe toto genuit:
ſic totum ſpiritum dedit filio incarnato. Nunquid
& uerbo aſſumenti dedit? Sed ſi ei dedit, tunc uer-
Quæſtio bum aſſumens ex eo aliquid accepit, & ſic non
ſemper habuit. Sed eſt manifeſtum, quòd uer-
Rñſio. bum ab æterno habuit quicquid & pater: unde fi
lio incarnato dedit, non tamen uerbo aſſumenti.
Totum quoque filium ex ſe toto genuit pater: quia
idem eſt filius quod pater. eiuſdem enim penitus
eſſentię ſunt pater, & filius: Charitas enim (ut
dicit Auguſtinus) conſubſtantialis connexio eſt pa
tris, & filij. Vnde unum ſunt. Hæc autem Spi-
ritus ſanctus eſt: qui eſt amor patris, & filij. ſed
hoc noſtram excedit intelligentiam, quomodo ſci
licet cõnexione, & quomodo per hoc unum ſint.

Ioan. 5. ECce ſanus factus es: iam noli peccare. Hinc
,, C innuitur, quòd ei peccata dimiſerit Dominus
ſanando eum: cum tamen ipſe, qui ſanabatur, eum
non cognouiſſet. Vnde uidetur, quòd quis ſine
fide Chriſti mundari a peccatis, & dignus eſſe poſ
Hebr. 11 ſit uita æterna. At impoſſibile eſt ſine fide place-
re Deo. Sed eſt dicendum, quòd languidus iſte bo-
num quidem affectum habebat, unde meruit ab
infirmitate, a qua propter culpam præcedentem
detinebatur, liberari: qui quidem affectus gratia
Dei reparatus per Dei operationem melioratus
eſt: non tamen ſufficiens fuit ad ſalutem, ſi tunc a uita
diſcederet. Vnde quod dicitur, iam noli pecca-
re: hoc eſt, ne amplius in peccato perſeuerare.
,, ¶ Pater meus uſque modo operatur, & ego ope-
,, D ror. Quoniam Iudæi Chriſtum legis tranſgreſſorem
rem eſſe dicebant, & per hoc Deo contrarium,
quòd in ſabbato operabatur: cum Deus ſeptima
die ab omni opere, quod patrarat, requieſceret:
Idcirco Dominus hoc falſum eſſe demonſtrat, quod
ipſi putabant hoc ſcilicet, quòd Deus ab opere
tunc ita ceſſarat, ut nihil amplius operaretur.
Vnde uidendum quibus modis operetur Deus.
E Et enim opus creationis: eſt opus formationis,
Opera quibus Deus ſex diebus operatus eſt. Eſt enim
Deiuaria creare, proprie de non eſſe ad eſſe perducere:
quomodo in quatuor elementis operatus eſt
Deus. Eſt & opus formationis, quo formam
diſpoſitionis poſt creationem creatis ex nihilo
dedit. Ab his autem die ſeptimo requieuit Deus, *Pro Concionatoribus pulchra operũ Dei diſtinctio.*
non ulterius noua creando, uel informando.
Eſt & opus gubernationis: eſt & ſuſtentatio-
nis: eſt & renouationis: eſt & propagationis: eſt
& multiplicationis: quibus Deus aut creata
diſponendo gubernat, aut ipſa in eſſe conſer-
uando, ne fatiſcant, ſuſtentat: aut uires inferen-
do renouat, aut natura mediante ſimilia ex ſimi-
libus ꝓpagat: aut ꝓpagata ſua bonitate multipli-
cat. Operatio uero reparationis generis humani
maxime filio attribuitur: quia filius ſapiẽtia Dei ẽ. In
redemptione ſiquidem generis humani ſapientia
Dei magis apparet, quàm potentia: & ideo cum
cætera opera patri attribuantur potenti, hoc
opus potius filio attribuitur ſapienti. Vnde
& dicit Pater meus uſque modo operatur. Qua-
ſi diceret hucuſque innotuit pater per elemen-
ta, & creaturas mundi: ſed nunc per me in-
carnatum amplius mundo innoteſcet. Ipſe enim
in carne & ſe, & patrem, cum quo idem eſt, ho-
minibus manifeſtauit. Impoſſibile eſt enim pa-
trem cognoſci, niſi per filium. ¶ Non poteſt fi- ,,
lius a ſe facere quicquàm. Filius autem quæ fa- F,,
cit ad patrem refert, a quo eſſe habet. Vnde &
dicit, quòd non poteſt a ſe facere quicquàm,
ita ut non ab alio hoc habeat: uel a ſe homine
nihil poteſt. ¶ Non poteſt filius facere, ni-
ſi quod uiderit patrem facientem. Filium ui- ,,
dere patrem facientem, nihil aliud eſt, niſi filium ,,
a patre eſſe, per quem pater omnia diſponit. G,,
Quod idem eſt, etiam idem ipſum a patre audi-
re quæ loquitur. Ipſe enim filius ſapientia pa-
tris eſt, quæ illuminat omnem hominem uenien-
tem in hunc mundum. Per hoc autem, quod
additur: hæc eadem & ſimiliter facit, probatur
eſſe patri coæqualis, & conſubſtantialis. Poteſt
enim aliquis facere quæ Deus facit, ſed non ſi-
militer: ſolus enim filius ſimiliter facit. Non
enim homo ex ſe habet poteſtatem faciendi, ſed
ex Deo: pater uero ex ſe omnia diſponere, &
regere poteſt: ſic & filius ex propria eſſentia hoc
habet, ut omnia poſſit. Ex eo enim quòd fi-
lius eſt patris, Deus eſt: ex eo uero quòd Deus
eſt, omnia per ſe poteſt. Vnde cum patre ab
æterno omnia diſponit. Quare ſolus eadem om-
nia, quæ & pater ſimiliter facit. Similiter
hoc eſt indifferenter. Nulla enim differentia eſt H,,
in operatione filij & patris: cum operatio
filii ſit operatio patris. Item dicitur pater ,,
filio demonſtrare quæ ipſe facit. Quod eſt,
quod ſuperius dictum eſt, patrem omnia
diſponere, & operari per filium: demon-
ſtrat enim ei, quia eſſe ei dat ipſum ex pro-
pria eſſentia gignendo. & per ipſum omnia di-
ſponendo: quod eſt demonſtrare quæ ipſe facit.
¶ Neque enim pater iudicat quenquàm, ſed om-
ne iudicium dedit filio. Quæritur quid ſit patrem I,,
non iudicare, ſed omne iudiciũ filio dediſſe? Dicet ,,
autem poſtea ſecundum quid iudicium filio de- Quæſtio

derit, quia filius hominis eſt. Dicitur autem pater neminem iudicare: quia perſona patris in iudicio non apparebit, ſed perſona filij. Apparebit autem filius in iudicio in humanitate aſſumpta. Et quoniam per ipſum in carne apparentem diſcretio illa bonorum, & malorum fiet: idcirco datum ei dicitur eſſe iudicium, quia filius hominis eſt. Neque enim ex eo quòd homo eſt hanc iudicandi poteſtatem habet, ſed ex eo quòd Deus eſt: niſi ſi dicatur ex eo quod homo eſt, id eſt, ille qui homo eſt ut, ex, cauſam non notet. Vel ideo dicitur pater omne iudicium filio dediſſe: quia iudicium in diſcretione, quæ ſapientiæ eſt, cõſiſtit. Filius uero ſapientia patris eſt. Quoniam igitur in iudicio faciendo magis affectus ſapientiæ apparebit, quàm potentiæ: idcirco potius per ſonæ filij iudicium attribuitur, quàm perſonæ patris. Nam licet opera Trinitatis communia ſint toti Trinitati: tamen in ſcriptura magis ſolent opera, in quibus diuina eminet potentia, patri attribui: in quibus uero ſapientia, filio: in quibus benignitas & amor diuinus, Spiritui ſancto. Sed quia filius omne, quod habet, a patre habet, idcirco ei pater omne iudicium dediſſe, uteſtatur ipſe filius, dicitur: a quo & eſſe habet. Et quoniam hic ſapientiæ effectus per filium in carne apparente manifeſtabitur: ideo dicit poſtea, quia filius hominis eſt. Per uerbum enim filium Dei: fit animarum reſurrectio. Per uerbum factum in carne filium hominis, fit corporum reſurrectio. Vel ex eo, quod in carne geſſit, meruit ut corpus ſuum reſulgẽdo glorificaretur,

K & ut alijs ipſum imitantibus eadem gloria in cor

Quęſtio poribus daretur. Quæritur quomodo dicat Auguſtinus animarum reſurrectionem fieri per uerbũ Dei filium: Corporum uero per filium hominis?

Rñſio. Sed ſit anima um reſurrectio quando tenebris ignorantiæ & cæcitatis expulſis, ad cognitionem ſui creatoris redeunt, luce ſapientiæ Dei illuſtratæ: per huminem uero aſſumptum, uerbum Dei mori potuit, & reſurgere. Moriendo uero, & reſurgendo nobis fidem contulit, ex qua ad reſurrectionem immortalitatis, & impaſſibilitatis per uenimus: ſecundum quod de reſurrectione bonorum tantum agitur. Et ſecundum hoc manifeſtũ eſt propter quid diſtinguat filium Dei & filium hominis. Nam ex eo quòd filius Dei eſt, tantùm in cordibus operatur, non ex eo quod homo eſt. Ad corporum uero reſurrectionem non ſolum ſecundum illam naturam, qua Deus eſt, ſed & ſecundum illam, qua filius hominis eſt, operatus eſt, moriendo, reſurgendo, ut dictum eſt. Vnde filius Dei animarum filius hominis corporum rectè reſurrectionem facere dicitur. Vel filius Dei animarum facit reſurrectionem quia in animabus inuiſibiliter operatur, gratiam conferendo, per quam reſurgant: filius hominis uero corporum, quia ipſe uiſibiliter in iudicio apparebit,

,, quando communiter omnes in carne reſurgent

,, ſiue ad gloriam, ſiue ad pœnam. ¶ Si ego teſti-

,,L monium perhibeo de me: teſtimonium meum non eſt uerum. Nonne filius teſtimonium perhibet de ſe, & Pater de Filio, & Spiritus [illegible] Quomodo ergo dicit: ſi de me teſtimonium [illegible] hibeo teſtimonium meum non eſt uerum? [illegible] hoc eſt, quod dicit: ſi de me homine teſt[illegible] ſecundum humanam naturam Deus ſi[illegible] p mihi hoc aſcribam, & non alij, non eſt uerum teſtimonium meum. Filius enim ad patrem refert quicquid habet, ut dictum eſt. Ipſa opera, quę ego facio, teſtimonium perhibent de me. ,,

Quomodo per opera patebat ipſum eſſe filium M Dei? Nonne etiam alij eadem opera fecerant? Antichriſtus etiam cum uenerit, multo plura miracula forſitam faciet. Sed eſt manifeſtum, quòd licet eadem fecerint alij, uel facturi ſint opera, non tamen ſimiliter: quia ipſe fecit ea in uirtute patris: quod non poſſet, niſi Deus eſſet. Vnde & ipſe dicit. Et ut ſciatis, quia filius M[illegible] hominis habet poteſtatem in terra dimittendi peccata, dixit paralytico: tibi dico ſurge. Verè hoc ſcilicet, quod ſurrexit, probatio diuinæ fit potentiæ. ad quod probandum nemo alius hoc dicere potuit. Satanas enim, uel A[illegible] in uirtute Dei nihil poterit facere. Neque enim ex hoc quòd ſi. Deus, aliquid facere poterit. Nolite putare, quòd ego accuſaturus ſim uos apud ,, patrem. Eſt qui uos accuſat Moyſes: in quo uos ,, ſperatis. Quæritur quomodo M[illegible] N culet, quomodo Chriſtus eos non [illegible]? Si Quæſt. enim Moyſes eos accuſat, quia uerbis & doctrinæ ſuę non crediderunt: eodem [illegible] Chriſtus eos accuſat, quia [illegible] R[illegible] diderunt. Sed eſt manifeſtum q[illegible] neutrius uerbi crediderint: tamen a Moyſe reiſt[illegible] iuuntur apud patrem, cuius doct[illegible] ſores facti [illegible]: non a Chriſto, cuius doctrinam non ſi[illegible]. Neque enim [illegible] ſi quis apud [illegible] non ſuſceptum non exequatur [illegible] em Muyſi ſuſceperant, & terram repromiſſ[illegible] quia tra[illegible] ab illo merito dicuntur accuſari. In Moyſe uero ſperare dicuntur, quia putant carnales legis obſeruantias ad iuſtitiam ſufficere.

COllegerunt ergo, & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum &c. De [illegible] Ioan. O. tiplicatione panum [illegible] tur quæſtio. Quęritur Quæſtio enim, an in ſe [illegible] plicati ſint, an ex additione aliqua. Nam ſi ex additione ita multiplicati ſunt: non omnes illi, qui manducauerunt, nemo pau[illegible] ex illis quinque panibus ſaturati [illegible] Quidam tamen hanc ſententiam [illegible] R[illegible] idcirco quinque illis panibus omnes ef[illegible] os eſſe, [illegible] b [illegible] um hæc mul[illegible] atio. & re[illegible] facta eſt. Volunt autem authores, & doctores quidam, quòd in ſe multiplicati ſint: ſed quomodo hoc factum ſit neſciunt: ſicut nec etiam ſciri e ſe poſſe dicunt, quomodo hæc granis in tantam arborem excre[illegible]. Quærunt enim quidam, quomodo hoc fieri poſſet, quòd panes illi in tantam magnitudinem tranſirent, an ita quòd partes in partes, an totum in totum [illegible] q[illegible] tis fierent. Quod ſignum tu facis, ut uide ,, mus, & credamus tibi? Quoniam Iudæi audie- P.,

rant

rant per Moyſen manna datum eſſe patribus in deſerto, quod maius miraculum putabant eo, quod Dominus fecerat in refectione quinque millium, ideo quærunt ab eo aliquod ſpeciale ſignum, per quod cognoſcant illum filium Dei eſſe. Vnde Dominus differentiam oſtendens inter panem, quem ipſe dat, & panem quem manducauerunt in deſerto: dicit. Ego ſum panis uitæ. Ipſe eſt enim cibus, quo reficietur mens eſurientis. Quod fit quando fides uera ipſum complectitur. Ex fide enim diligimus: ex dilectione Chriſto unimur, qui eſt uita noſtra. Hic igitur panis ſpiritualis fide guſtatus etiam ſine perceptione ſacramentali quotidie ad uitam proficit: de quo dicimus. Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. Hoc enim pane dum hodie, id eſt, tempore uitæ eſt, indigemus. Vnde & Auguſtinus: ut quid paras dentem, & uentrem? crede, & manducaſti. ¶ Omne, quod dat mihi pater, uenit ad me; & eum qui ue-

Q nit ad me, non eijciam foras. Pater filium ſuum mittendo eum mundo notificauit, & in eum credere fecit: per fidem uero eius efficiuntur qui in eum credunt. Vnde pater dicitur dare filio, hoc eſt trahere ad cognitionem, & amorem filij: ſic & filius patrem manifeſtando ad eum trahit, quibus ipſum manifeſtat. Eſt autem mutua cognitio patris, & filij. Neque enim pater niſi per filium, nec filius niſi per patrem cognoſci poteſt. Relatiuorum enim unum cognitum, alterum quoque cognitum eſſe exigit. Sed ne quis putet parum

R prodeſſe filio a patre dari. addit. ¶ Et eum, qui uenit ad me, non eijciam foras. Eijcimur foras per peccata: & hic, dum meritis exigentibus gratia nobis ſubtrahitur: & in futuro, dum igne æterni incendij cruciabimur. Sed qui fide Chriſto adhæret, non eijcitur nec hic, nec in futuro. Vnde perſeueranti promittitur corona. Neque enim caput membris ſuis carere poteſt, ea a ſe excludendo. ¶ Non ut faciam uoluntatem meam idest ut ſum homo, uel meam tanquam ab alio non habeam. Quæ uero ſit uoluntas patris, oſten-

S dit dicens. ¶ Hæc eſt uoluntas patris mei &c. Voluntas ipſius eſt, ut credamus idest fidem habeamus: ut per fidem ad cognitionem ueniamus: & ſic uitam obtineamus. Quare uoluntas Dei, eſt ſalus noſtra. Hanc autem uoluntatem implere uenit filius. Et ego reſuſcitabo eum in nouiſsimo die. Humana natura uerbo unita facit corporum reſurrectionem. Quod qualiter intelligendum ſit, ſuperius expoſitum eſt.

T ¶ Multi ex diſcipulis eius audientes dixerunt. Durus eſt hic ſermo, & quis poteſt eum audire? Ex prædicatione [illegible] non intelligentes eam ſcandalizati ſunt, ne amplius in eum crederent: ut tibi exemplum daret, ne a prædicatione deſiſtas, etſi aliqui interſint, qui non capiant quæ dicuntur, & peiores ex auditis efficiantur.

Queſtio. Sed quæritur quomodo dilectionem proximi habuerit, cum hoc ſciret, quòd ſic dicta nequaquam intelligerent, ſed potius ſcandalizarentur? Nonne melius eſſet, quòd ſic dicerentur, ut capi poſſent ab illis, ut ipſi inde ædificarentur potius quàm ex illis non intellectis ſcandalizarentur, & perirent? Sed hoc ſciendum, quòd illi digni non erant, ut aliter eis diceretur. Vnde alibi dicit Dominus. Vobis datum eſt noſſe myſterium regni Dei: cæteris autem in parabolis, ut uidentes non uideant, & audientes non intelligant. Quod quidem fit propter culpam eorum, quibus prædicatores ſunt odor mortis in mortem. Vnde ut ſupponitur, ex hoc multi diſcipulorum abierunt retro. ¶ Caro non prodeſt quicquam &c. Caro Chriſti uas ſpiritus eſt, qui eſt uerbum: dicitur & eius participatio, in fide nobis cauſa ſalutis eſt. Ipſa tamen ex ſe nihil prodeſt: nec ut alius cibus corpus reficit: ſed mentem. Patres ueſtri manducauerunt manna in deſerto &c. Quæritur de qua manducatione hic agat, an de ſpirituali, an de corporali? Sed corporaliter manducantes carnem Chriſti, multi mortui ſunt æternaliter: Spiritualiter autem manducantes utrique ſaluati ſunt. Sed illi non per manna, ſed per ſignificatum, quod eſt corpus Chriſti. Aut æquiuoce accipiatur manducatio. Et eſt notandum, quòd non omnis, qui ſumit corpus Chriſti, manducat: illud enim eſt hic manducare, per fidem ei uniri. Vnde ſunt quidam ſumentes, & manducantes: Quidam ſumentes, & non manducantes: Quidam manducantes, & non ſumentes. De quibus Auguſtinus: Vt quid paras dentem, & uentrem? crede, & manducaſti. Quidam uero nec ſumentes, nec manducantes. Non ſumentes, eorum alij ex reuerentia abſtinent: quorum eſt dicere: Domine non ſum dignus, ut intres ſub tectum meum. Alij ex deſperatione, & contemptu: de quibus deſperandum eſt. Sumitur autem corpus Chriſti ſub ſpeciebus panis, & uini. Sunt enim ibi quædam, quæ tantum ſacramenta ſunt: quædam ſacramenta, & res ſacramenti; quædam tantum res ſacramenti, & non ſacramenta. Vertitur autem panis, & uinum in corpus Chriſti. Integrum enim ſumitur ſub utraque ſpecie. Admiſcetur autem aqua uino, ut & Gentes ſicut & Iudæos ad Chriſtum pertinere monſtretur, cuius morte utrique redempti ſunt. Quæ aqua an uertatur in ſanguinem neſcimus. ¶ Dixit ergo Ieſus ad duodecim. Duodecim ponit, quia numerus ſacratus eſt, & permanſurus: licet non in illis omnibus, qui tunc erant duodecim. Iudas enim, qui unus ex illis erat, non permanſit: ſed loco eius Matthias poſtea ſubrogatus eſt. Et ſic permanſit numerus, etſi non in eiſdem perſonis.

Rñſio.

Lucæ. 8.

V

X

Queſtio.

*De mãducantibus panem Chriſti pulchra diſtinctio.*

Y

Z

A

Ioann. 7

Erat autem in proximo dies feſtus Iudæorum ſcenophegia σκηνὴ. ſceuos habitatio, & tabernaculum eſt. πήγνυμι pegnymi figo: unde ſunt ſcenophegia, tabernaculorum fixio. Ad repræſentationem enim talis habitationis in deſerto, ubi in tabernaculis manſerant: tabernacula figebant, & in illis ſeptem dies manebant. ¶ Tempus autem ueſtrum ſemper paratum eſt. Semper enim in hac uita homo pronus eſt ad malum perpetrandum, unde damnetur: ſed non-

B

dum tempus erat, ut Dominus ad immortalitatem & impaſſibilitatẽ tranſiret. In hac enim uita immortalitas, & impaſſibilitas haberi nõ poteſt. Mea doctrina non eſt mea, ideſt mea ut hominis, uel ut ſæpe iam dictum eſt, non eſt mea tanquàm ab alio non habita. ¶ Vnum opus feci, & omnes miramini. Notetur, quòd Dominus nullum opus fecit, de quo reprehendi poſſet, etiam ſi quicquá legi deberet. Lex enim non prohibebat ab his ceſſare die ſabbati, quæ ad ſalutem hominis pectá. Vnde & ipſi Iudæi ſabbato circuncidebant, ne homo periret. ¶ Chriſtus autem cum uenerit, nemo ſcit unde ſit. Ipſi ſibi opponunt de Chriſto.

Quæſtio. Sed quæritur: cum ipſi ex ſcripturis & locum unde naſceretur Dominus ſcirent: unde & dicebant Herodi in Bethleem Iudæ Chriſtum naſciturum: & ſcirent, quòd de domo Dauid naſceretur: quo modo dicebant: Chriſtus cum uenerit, nemo ſcit unde ſit.

Rñſio. Sed uidetur quòd bene poterant ſcire, ubi naſceretur, & quòd de Dauid naſceretur Chriſtus: & tamen neſcire unde fuerit, ideſt, ex quibus perſonis naſceretur: quod ipſi dicebant ſcire unde eſſet.

D Ioan. 8. QVi ſine peccato eſt ueſtrum, primus in eam lapidem mittat &c. Hic uidetur Chriſtus omne iudicium hominibus auferre, cum nullus ſit, qui ſine peccato uiuere poſſit. Si ergo ſolus ille, qui ſine peccato eſt, in adulteram lapidem mittere poſſit: nemo uero præter Chriſtum, ſine peccato eſſe poſſit: mandatum eſt iudicium huiuſmodi cuilibet ablatum eſſe: unde ſoli Chriſto relinquendum eſſe iudicium uidetur. Sed eſt manifeſtum, quòd iudicia eccleſiæ Chriſti ſunt, cum rationabiliter fiunt, non cauſa hominum, uel commodi alicuius, ſed ſolum cauſa Dei. Cum enim iudex latronem ſuſpendit, non ſibi uindictam ſumit, ſed Domino. Et hoc modo ſoli illi, qui ſine peccato eſt, iudicium omne eſt relinquendum.

E Dicunt autem quidam, quòd nec habens poteſtatem iudicare poteſt alium, ſi ipſe reprehenſibilis eſt, maxime ſi in conſimili fuerit culpa. Nos uero dicimus, quòd non aufertur poteſtas iudicandi quádiu ab eccleſia recipitur. Ipſe tñ talis non eſt, qui de alijs iudiciũ dare poſſit. Quod ergo iudicat poteſtatis eſt: quòd talis, culpæ. Vel qui ſine peccato eſt, occidat adulterium, id eſt, adulterium remittat: quod ſolus Chriſtus potuit: ideoque adulterã iuſtificare. In ore duorum, uel trium teſtium ſtet omne uerbum. Qui facit peccatum ſeruus eſt

F peccati. Hoc eſt, qui delectatur in peccato, uel qui ex conſuetudine facit, ſeruus eſt peccati: quia ſeruit peccato, a quo agitur. Hic etſi intrat per ſacramentorum ſuſceptionem, non manet in domo in æternum, niſi de ſeruo fiat liber: quod ſit per

G Chriſtum. ¶ Ille homicida erat ab initio: & in ueritate non ſtetit.

Queſtio. Quæritur de qua ueritate hic agat: an de illa, quæ eſt beatitudinis [illegible] uerae cognitionis rerum eſt? Si enim illam [illegible] tionem, quæ beatificat habuiſſet, nunquam [illegible] d[illegible] immo confirmatus eſſet in bono ut alij, qui ad Deum conuerſi ſunt. Sed ſi ueram rerum cognitionem habuit, ut dicunt quidam: tunc ſciebat quid creatori, quid creaturę deberet: unde & ſe creatore inferiorem cognoſcebat. Quare & ſe ei [illegible] re: & ipſum diligere debere ſciebat. Quod ſi non fe[illegible], pe[illegible] & ſic ante pec[illegible] quam per ſuo creatori eſſe uellet.

Rñſio. Sed d[illegible] dicti, quòd inter creationem & lapſum n[illegible] medium. Quod ſi ſit, necdum [illegible] terminum ueram cognitionem habuerat, nec illam, quæ beatificat. Quare dicendum eſſe uidetur, quòd in ueritate non ſtetit, ad quam habendam creatus erat: non quòd eam [illegible], ſed quòd eam nunquam habiturus erat [illegible].

H Duo ſunt timores, unus, qui cohibet a malo propter uitandam gehennã, & hunc foras mittit charitas. Eſt & alius, qui permanet: hic eſt cum charitate: & hic eſt, qui non timet puniri, ſed ſeparari. Qui enim multum diligit ex ipſa dilectione ſemper ueneratur, & ueretur ne offendat ut ſeparetur. Nec [illegible] reuerentiá habet [illegible] pœnam uitet, ſed ut ſeparationem. Licet tamen ſeparari non poſſit ſine pœna. Sic Deus diligendus eſt non propter præmia quæ datus eſt diligentibus ſe, ſed propter ſe: licet tamen [illegible] onem ſemper præmia ſequantur.

I QVi [illegible] pe[illegible] auit hic an parentes eius. Qu[illegible] to de pœna [illegible] ata [illegible]

Quæ. [illegible] cum omni pœna ex p[illegible] nul[illegible] atu[illegible] præce[illegible] [illegible]

R pu[illegible]. Sed eſt manifeſtum, quo[illegible] g[illegible] ceſſi, cum hæc pœn[illegible] de & [illegible] eſt: [illegible] pœ[illegible] io ad gl[illegible] a niſeſt [illegible] em e[illegible] Qu[illegible] lete[illegible] illum [illegible] is eſt [illegible] ex dile[illegible] per[illegible] ntem, [illegible] norem [illegible] o- rem, [illegible] iam. Nam [illegible] it.

K Sunt autem qui[illegible] maiorem fi[illegible] cognitionem habentes. Q[illegible] n uer[illegible] norem fidem, & n[illegible] m. Q[illegible] m[illegible] o- rem fidem, & m[illegible] iore[illegible] g[illegible] tur nun[illegible] cognit[illegible] nõ ſi ſei h[illegible] cu[illegible] dic[illegible] o[illegible] p[illegible] enti rationem le[illegible] red[illegible] e. E[illegible] ter[illegible] ed[illegible] vm fi[illegible] Sed & [illegible] b[illegible] & [illegible]

Reſpõſio. ſciebat [illegible] eſt [illegible], & inſ[illegible] ſaluari in fide p[illegible] at[illegible]. N[illegible] e[illegible] g[illegible] unoquoque [illegible] ct[illegible]. Sed tamen ut fidem habeat, & poſcenti rationem reddat, hoc modo uidelicet, ut fidem cum alijs confiteri paratus ſit, & [illegible]. Vel qui [illegible] omnes articulos fidei habet, & ſi non in [illegible], qui eſt de eodẽ [illegible] pore. Item [illegible] fac[illegible] le[illegible] edit, in nor[illegible] ir fide: hoc eſt, qui [illegible] cul[illegible] motus, uel [illegible] imp[illegible] ſu humilino ſi[illegible] redit, non ex arbitrio mentis: firmus in fide non eſt, cum omni uento doctrinæ moueri poſſit: unde Ieſus ſeipſum non credebat ei.

Ioan. 10. L MErcennarius autem f[illegible] &c. Quæritur unde mercenarius [illegible] che[illegible] tur: [illegible] o[illegible]

Quæſtio. & Chriſtus per cuſtore[illegible]? Nonne & P[illegible]

Reſpõſio. & cæteri electi rabie[illegible] per[illegible] e[illegible] tiu[illegible] erun[illegible]? Sed attendendum eſt, q[illegible] a[illegible] fugere propter

ſe,

ſe, ut ſibi caueat, aliud cedere perſecutoribus cau
ſa ouium, ut ſic fugiendo eas potius conſeruet, q̃
deleat. Vnde licet abſens ſit, qui ſic fugit, corpo-
re: tamen præſens eſt mente. Sic Paulus dicit,
Ego quidem abſens corpore, præſens autem ſpiri
1.Cor.5 tu, iam iudicaui, ut præſens, eum, qui ſic operatus
eſt, in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti: con-
gregatis uobis & meo ſpiritu, cum uirtute Domi
ni Ieſu tradere huiuſmodi hominem ſatbanæ in
interitum carnis, ut ſpiritus ſaluus ſit, &c. Sicut
M nouit me pater: & ego agnoſco patrem. Oſten-
dit uinculum charitatis, quod eſt inter ſe & pa-
trem. Vnde & ipſe & pater unum ſunt: inde. n. ꝙ
ipſe ſolus patrem nouit ſicut, id eſt, ita perfecte ut
pater ipſum, qui eiuſdem ſcientię, & potentiæ eſ-
ſe probatur, cuius & pater eſt: & ſic idē Deus cū
ipſo. Nemo enim præter filium, quomodo ipſe
ſit ex patre, uel quomodo pater ipſum genuerit,
nouit. Vnde ſuperius dixit, quòd filius enarra-
uit quod nullus præter ipſum potuit facere. Alii
enim per ipſum narrauerunt. Et animam meam
pono pro ouibus meis. Nonne & hoc fecit Pe-
N trus, & alii electi? Quare ſicut ipſe bonus paſtor
dicitur: ſic & illi boni paſtores dici poſſunt. Non
autem poſuerunt alii ſicut ipſe, quia ipſe per ſe
poſuit: alii uero non niſi per ipſum. Vnde non ſi-
cut ipſe dicitur ponere, ſic & alii ponere dici poſ-
ſunt. Ponam animam meam, & iterum ſumam
O eam: hic deſtruitur hæreſis quorundam, qui di-
›› cunt Chriſtum animam non habere, niſi uerbū.
Et iterum eorum, qui dicebant eum animam ir-
rationalem habere. Nam ſi animam non habe-
ret: quomodo eam deponeret, aut quomodo
eam rurſum aſſumere? aut quomodo eum Pa-
ter, ideo quia depoſuit ut aſſumeret iterum, eum
diligeret, niſi eam deponendo aliquid promere-
ri poſſet? Eſt autem mereri ex gratia diligere. Sed
cum animam deponat, id eſt, cum anima a carne
P ſeparetur: quæritur, an diuinitas ab altero an a
Quæſtio neutro ſeparata maneret. Quòd ab altero ſepara-
ta quædam authoritates uelle uidentur, aliqua
quoque adiuuante ratione. Dicit enim Ambro-
ſius ſuper illum locum. Deus Deus meus reſpi-
Pſal.21. ce in me: quare me dereliquiſti: quòd clamat ho
mo ſeparatione diuinitatis moriturus. Item di-
cit Athanaſius: qui nō crediderit hominē denuo
aſſumptum, anathema ſit. Item dicit Auguſtinus,
quòd anima uinculum fuit Deitatis & carnis.
Mediante enim anima uerbum carni unitum
eſt. Quomodo ergo ſoluto uinculo coniuncta
Rñſio. illa unita manerent? Hæ autem authoritates de-
terminandæ ſunt: quia quod dicitur, clamat ho-
mo ſeparatione diuinitatis moriturus: hoc eſt,
quia diuinitas eum uoluntati occidentium expo
ſuit, & reliquit: ne eum a morte conſeruaret.
Item quod dicitur, qui non crediderit hominem
denuo aſſumptum eſſe, anathema ſit: hoc, eſt,
qui non crediderit iterum ad unum rediiſſe, hoc
eſt, a mortuis reſurrexiſſe, anathema ſit. Item de
uinculo, eſt manifeſtum, quod bene ſeparato
uinculo per illud tamen connecti poſſunt extre-
ma, ut in circino apparet. Sic igitur anima a cor-
pore ſeparata, diuinitas a neutro ſeparata eſt, nec
ab anima, nec a carne: unde dicit Hieronymus,
hominem, quem aſſumpſit, nunquam depoſuit.
Item Auguſtinus: anima a carne ſeparata eſt, diui-
nitas a neutro. Vnde & Chriſtus tunc iacuit in ſe
pulchro, Chriſtus tunc in inferno, Chriſtus in cæ-
lo. Sicut enim dicitur, Petrus iacet Romæ: quia
corpus illius. Petrus eſt in cælis, quia anima Petri:
ſic corpus iacēs in ſepulcro Chriſtus, anima Chri
ſtus, uerbum Chriſtus, dictum eſt. Verbum quo-
que tunc homo fuit: nam hominem aſſumptum
nunquam depoſuit: hominem id eſt animam, &
carnem ſibi unita habuit in unam perſonam. Sed
nunquid Chriſtus tunc fuit homo mortuus? fuit Q
utique. Confidenter enim Chriſtum hominem Quæſtio
mortuum fuiſſe tunc dico, qui Chriſtum tunc Rñſio.
mortuum fuiſſe prædico. Fuit itaque tunc
Chriſtus corpus, fuit anima, fuit uerbum: ſicut
econtrario. Cum igitur homo mortuus fuiſset, nō
tamen tunc non fuit homo, id eſt non ideo non
habuit animam & carnem ſibi unita, nec iterum
ſi tunc homo fuit: ſequitur quòd mortalis uel im
mortalis fuerit tunc. Ex figuratiua enim non in-
fertur propria. ¶Opera, quæ ego facio in nomine R
patris mei, hęc teſtimonium perhibent de me. Quæſtio
Nunquid & alij ut Petrus, & Paulus hoc idem di-
cere potuerunt, hoc ſcilicet in nomine patris ope
ra facio? Non utique: quia licet in nomine patris Reſpon-
opera faceret Petrus, non tamen dicere potuit, in ſio.
nomine patris mei: non enim ita pater Chriſti di
citur, ſicut aliorum. Pater enim filii eſt, quia eum
ex ſubſtantia propria genuit: pater uero aliorū,
quia eis eſse dat tāquam creator. Item eadem ope S
ra, quæ Chriſtus fecit, faciunt & dæmones, & ma Obiectio
li homines: ueluti incantatores Aegyptiaci ranas
ueras fecerunt, quemadmodum & Moyſes: Quo
modo ergo opera teſtimonium perhibent, quòd
iſte Deus ſit? Sed eſt manifeſtum, quòd ipſe opera
facit tanquam creator. magi uero per malignos Solutio
ſpiritus elementa ſic coniunxerunt, ut ex illis ra-
næ naſcerentur. Illam uero contemperiem ele-
mentorum non ipſi dæmones, uel magi fe-
cerunt, ſed Deo, ut res ſubtiles, & ſpirituales, da-
tam ipſis nouerunt: ut ſi coniungerentur, talia ani-
malia inde prodirent. Sed nec homines, nec dæ-
mones ſic opera facere poſſunt, ut in ſignum ad-
ducantur, quod ipſi dii ſint: hoc enim ſolus Chri
ſtus facere potuit: unde & dicit. Vt ſciatis, quod Matt. 9.
filius hominis habet poteſtatem in terra dimittē
di peccata, tibi dico, ſurge. Quaſi hoc ſignum ſup
ponens ad hoc probādum, quòd peccata ut Deus
dimittere poſset. Et hoc eſt, quod dicit. Opera, q̃
ego facio in nomine, id eſt in honore, uel in noti
tia patris mei, quaſi qui me genuit: hæc teſtimo-
nium perhibent de me. ¶Pater meus quod dedit ››
mihi, maius omnibus eſt: & nemo poteſt rapere ››
de manibus patris mei. Oſtēdit ꝙ nemo pōt rape T
re de manu ſua. Nā potētia, quā ipſe hēt a patre,
maior oībus eſt. Per illā. n. ipſe fortis fortē ligauit
& oīa uaſa eius diripuit. Eſt. n. filius eiuſdē poten
tiæ cum patre, ſed quia quicquid hēt, a patre hēt,
ideo dicit: quod pater dedit mihi ſcilicet gignen-

do me, maius omnibus eſt. Vel ut littera magis ſibi cohæreat ſecundum illam naturam, qua ſe paſtorem, oſtium, & oſtiarium ſuperius dixit: po teſt etiam dicere id maius omnibus eſſe, quod ſi bi pater dedit. Ex gratia enim uerbum Dei homi nem aſſumpſit: ex gratia quoque aſſumptus ho mo, filius conſubſtantialis patri eſt. Vnde etiam ſecundum hoc maior omnibus eſt. Secundū hoc ,, ſiquidem redemptor noſter eſt. Vnde nullus pōt rapere de manu eius, i. facere, quod pereant, quos ipſe ad ſalutem præparat. Poteſt quidem humu malus, uel diabolus Chriſto cohærentibus mala ſuggerere: ſed nullo modo eos rapere, i. ad perdi

V tionem uiolenter auferre. ¶Ego & pater unum ſumus. Non unus, ſed unum. [illegible] illud prius ad perſonam, hoc poſterius refertur ad naturā, uel

*Pulchra cōſideratio* eſſentiam. Eſt enim pater, & filius eiuſdem eſſen tiæ. In hoc igitur confunduntur Arriani, qui di cebant aliud eſſe Patrem, aliud Filium: aliud Spi ritum ſanctum. Et Sabelliani, qui dicebant eun dem nunc eſſe Patrem, nunc Filium, nunc Spiri tum ſanctum, cum uult Patrem: cum uult Filiū, cum uult Spiritum ſanctum: quod [illegible] dem falsū eſſe patet: [illegible] um Pater ſit alius a Filio: filius alius a

X Patre. ¶Nonne in lege ueſtra ſcriptum eſt. Ego dixi, Dij eſtis &c. Quia Iudæi tantum ſplendorē quomodo ipſe eſſentialiter Deus eſſe, [illegible] pere nō poterant: oppoſita nube calumniam [illegible]: & ſe non eſſe lapidandum demonſtrat, quia dixerat,

Pſal. 81. Y ſe Deum, & [illegible] Dei eſſe: cum in lege ut in pſalmis, qui etiam de lege dicuntur, quia lex dicitur, quia ligat. ne omnia pro libitu fiant dictum ſit. Ego dixi. Dij eſtis, & filii excelſi omnes. Eſt autem notandum, quod Deus dicitur natura, Deus etiam exiſtimatio ne, & opinione, Deus etiam participatione. Natura ut Pater, & Filius, & Spiritusſanctus: qui ſunt unus Deus natura. Aeſtimatione ut idola. Participatione ut electi homines: unde cum Do minus dixiſſet ſe Deum natura: Quod & Iudæi non intelligebant, cum eum ideo lapidare uel

Quæſtio lent: Quæritur quomodo ſe a calumnia liberet hoc reſpōdendo, [illegible], ego dixi; Dij eſtis &c. cum Deus hic dicatur participatione, ibi uero un de calumnia oriebatur, dicatur Deus natura: nec etiam uidetur hoc adductum ad rem aliquo mō pertinere. Nam etiam in lege præcep[illegible] erat: ut ſi quis homo ſe Deum faceret, blaſphemus, & la

Rñſio. pidandus eſſet. Sed eſt manifeſtum, quod ex cū tra Chriſtum nihil præcepit. Nam hoc præceptū eſt in lege, ut ſi quis homo tantū ſi [illegible] eret ſe Deū, id eſt, ſibi arriperet quod ipſe non eſſet, blaſphe mus eſſet, & lapidaretur. Dicitur enim aliquis fa cere ſe ſapientem, quaſi ſibi arrogare quod non eſt: quod utique ſi Chriſtus feceret, blaſphemus eſſet, & lapidandus: ſed nec tantum homo erat, quia homo & Deus: nec ſe Deum fecit, cum non eſſet: immo ſe Deum confitebatur, ſicut erat: Quoniam uero Iudæi literatores erant, literam potius ſequentes quàm ſenſum, idcirco quantū ad uerbum eis ſatiſfecit ſic reſpondendo. Ego di xi, Dij eſtis &c. Quaſi diceret: nō debetis hoc uer bo moueri, quo [illegible] Deus ſum, & filius Dei etiam: cum ſcriptura ueſtra hoc eodem uerbo utatur pro electis omnibus ut dicitur. [illegible] dixi, Dij eſtis, & filij excelſi omnes. ¶Pater in me eſt,

& ego in patre. Hoc eſt ego & pater eiuſdem Z ,, ſumus eſſentiæ: & dicitur hic aliter filius eſſe in patre: aliter ibi. In principio erat uerbum Hoc eſt, uerbum a patre genitum eſt. Dicitur autem Deus tribus modis eſſe in creaturis ſuis. In o[illegible] bus enim potentialiter, & eſſentialiter, quod idē eſt, cum potentia diuina ſit eſſentia diuina, & econtrario. Sed quid ſit Deum eſſentialiter in

Quæſtio. Rñſio. omnibus creaturis eſſe: hoc quæritur. Et dicunt quidam quæri nō debet, cū in hac uita ſciri non poſſit: ſed ſi credo ſic eſſe, & neſcio quid illud ſit: fides hæc cæca eſt: nec prælatorum eſt, ſed aſi norum iuxta boues paſcentium. Non autem in creaturis Deus eſſe poteſt, ut ali[illegible] eē [illegible] citur. Eſt quidem in omnibus creaturis non loca liter, ſed per ſe: ſine ullu medio eas [illegible] do, & in eſſe conſeruando. Sicut e[illegible] bus p[illegible] corporis tota e[illegible] de[illegible]ba ri poteſt quia ubique ſent[illegible] uege tando, & regendo. Ei uero recedente [illegible] mor tuum eſt, & in puluerem redigitur: ex quo patet ipſam uitam corporis eſſe: ſic Deus tota eſſentia ſua in omni creatura eſt, eſſe ei dando: a q[illegible] re cede[illegible], ipſa ſine [illegible] io prorſus in nihilum redi geretur. [illegible] corpus, cuius anima u[illegible] eſt, in pul uerem redigitur ip[illegible] recedente. Quumodo autē regat, uel conſeruet Deus creaturam, uel animā, & corpus, neſcio [illegible] hoc ſcio [illegible] Deum eſſentialiter [illegible] eſſe. D[illegible] item Deum eſſe [illegible] gratiā, ut [illegible] creatura, homine, uel angelo. Dici tur item eſſe in creatura per perſonalem unio nem: quomodo ſolum in homine aſſumpto fuit, id eſt, in Chriſto. Secundum [illegible] modum uero, quo eſt in aliquibus per inhabitantem gra tiá: di[illegible] eſſe in hominibus [illegible], in quibus ſi[illegible] eſt, replet [illegible] bus, ſicut uas reple tur eo, quod in ipſo continetur: Poteſt aūt expo ni ſic. Pater in me eſt: & ego in patre, quia quic quid eſt in patre, unde probari poſſit Deus eſſe. &c. illud idem in filio eſt. q[illegible] ſunt, eiuſdem po tentiæ, eiuſdem [illegible] ſentiæ, eiuſdem eſſe[illegible], eiuſ dem Deitatis.

A ,, Ioan. 11. NOnne duodecim horæ ſunt diei &c. Hæc ſi militudo ad hoc inducitur a Domino, ut oſtendat eos potius ſe debere ſequi, a ſe illumi nari, quàm ipſum ab eis. Dies enim hic ſol luceos ſuper terram dicitur: horæ uero aer ipſe illumina tus a ſole, quæ ſolem non illuminant, ſed ab eo il luminantur. ¶Domine ſi fuiſſes hic &c. hoc dicit,

B, quod ſi præſens corpore eſſet, miſericordiam ex hibuiſſe poſſet ex affectu pietatis, ne moreretur Lazarus: quem abſens corpore non habuit, præ ſens affectu pietatis fleuit. ¶Et lachrymatus eſt Ie ſus. De lachrymis iſtis quæritur, utrum ueræ fue rint nec ne: & ſi ueræ fuerūt, utrū rōnabiles. Hoç

Quæſtio. Rñſio. autem conſtans eſt, quod ueræ fueruot. Ex his enim uera eius humanitas comprobatur. Fleuit au tem

tem ut dicit Hieronymus, non quia mortuus erat Lazarus: ſed quia ad miſeriam uitæ huius reuocandus erat: quod ſic forte intelligendum eſt, quia ex affectu uetæ pietatis, quem tunc ut ueris homo habebat, miſeram humanæ conditionis ſortem deflebat: ad quam Lazarus tunc reuocandus erat:nõ quòd hæc reuocatio ei aliquid obeſſet, qui reuocabatur. Sed in illo prius Dominus humani generis miſeriam lachrymis proteſtabatur:cui ex naturali humanæ mentis affectu ſic cõ

Lucæ.19 patiebatur & condolebat. Hac de cauſa uidens ciuitatem fleuit ſuper eam dicens: quoniam ſi cognouiſſes & tu. ¶Et ſtatim prodijt qui mortuus fuerat, ligatus manus & pedes inſtitis &c. Tres

C mortuos legitur Dominus reſuſcitaſſe. Puellam in domo paucis arbitris adhibitis. Iuuenem in porta multis uidentibus. Tertium in monumento iam quatriduanum, & fœtidum. Per quos ij ſignificantur, qui uel delectatione cõſenſus moriuntur. (Nonnunquam quælibet delectatio peccatum ad mortem eſt, ſed illa tantum, quæ in conſenſu eſt) Vel illi, qui poſt conſenſum, ad opus exeunt. Vel qui uoce ſcelus proteſtantur. Vel qui opere, & praua conſuetudine iam pene corrupti omnino cõputreſcunt. Qui tamen omnes a Domino ſuſcitantur: licet tamen quidam facilius, quidam difficilius a torpore ui ... mor

D tis excitantur. In Lazari uero reſuſcitatione:quo modo ſoluere, & ligare diſcipuli, & eorum ſucceſſores in eccleſia,uidelicet prælati,queant,inſinuatur:licet tamen in his ... diuerſi. Dicunt enim quidam: ſacerdotes ... illud in ſoluendis, & ligandis facere quam ſacerdotes in lege ſuper lepra mũdatos faciebant. Eos enim uel ſolutos, uel ligatos oſtẽdũt. Solus enim Deus peccata remittit, aut pro eis ligat. Dicunt autem alij,quòd ſacerdotes peccata remittũt ex officio, quod habent:licet enim quacunque hora peccator ingemuerit,et peccata remittantur: tamen quia de debito ſoluendo adhuc aliquid reſtat,id quod per ſatisfactionem iniunctionem a ſacerdote ... peccata etiam remitti dicuntur: ſicut per baptiſmum abluuntur ea, quæ iam per ... cordis contritionem remiſſa ſunt.Et ſic ad pœnitentiam ligando, peccata ſoluunt. Remittũt autem, quando expulſos prius, reſipiſcentes eccleſiæ ſacramentis reddunt: & ſic ſoluunt manus eorum

E ad operandum, & pedes ad ambulandum libere in eccleſia. ¶Vnus autem ex ipſis Cayphas nomi

Quæſtio ne, cum eſſet pontifex anni illius dixit eis &c. Quæritur quia ſacerdos iſte per Spiritum ſanctum loquutus ſit.Nunquid Spiritus ſanctus eos eius mouit:ut hoc conſilium daret occidendi Chriſtum? Quod ſi ſit,tunc bonum conſilium dedit, & a Iudæis exequendum. Quod nequaquam dicendum eſt, nel quòd ipſe bonum conſilium dederit, uel quòd Iudæi interficiendo non peccaue rint. Dicit tamen euangeliſta, quòd cum eſſet pontifex anni illius,prophetauit, quia Ieſus moriturus erat pro gente. Et dicunt quidam, quòd

Rñſio. a Spiritu ſancto hoc fuit, quòd hæc uerba protulit: quibus uterque intellectus haberi potuit, & conſilium,quod ex ſe dedit: & prophetia, quam ignoranter protulit:unde & conſilium malignũ dedit,ad quod ſignificandum illa uerba protulit: & ignoráter prophetauit,Spiritu ſancto prophetica uerba inſpirante:quibus & illud prophetiũ ſignificauit, uidelicet quòd Ieſus moriturus erat pro gente totius mundi.

Sinite illam,ut in diem ſepulturæ meæ ſeruet F illud. Quid eſt,quod hic dicitur: ut ſeruet il- Ioan.12. lud in diem ſepulturæ meæ: & alius euangeliſta Quæſtio dicit:præuenit ungere corpus meum. Quid eſt, Mar.14. ut ſeruet illud?Hoc eſt:ut ex eo,quod modo agit Rñſio. in me, oſtendatur quantum affectum habeat cũ me iacẽte in ſepulchro illud idem faciet deuotione,cum non poterit re: uel ſinite, ut ſeruet illud ad ungendum corpus mei ſepulti deuotione, quod non poterit re. Quem enim affectum habuit in ungendo uiuo, habuit ad ungendũ mortuum ſi liceret. Quod idem eſt: præuenit ungere corpus meum. Quia quod ſequenti exhiberat mortuo, quod exhibitura erat mortuo deuotione, uel ipſo opere, ſi liceret,& poſſet. Neque enim tunc ſciebat ipſum moriturum,ut idem faceret tunc,quia poſt mortuo non poſſet. Quod uero iterum quæ G ritur, cur melius eſſet in uſus pauperum illud un- Quæſtio guentum uendi:an eo Dominicum corpus perũ Rñſio. gi? Dicimus ad id: illam mulierem maiorem deuotionem in ſe exercuiſſe, & ſic magis profeciſſe ex eo,q ipſi corpori Domini hoc impendit,quàm ſi illud in pauperes diſtribuiſſet. Pro qua deuotione in ... ſanctorum a peregrinis ... Vnde & ipſe Dominus eius factum commendat, & famæ memoria dignum denuntiat. ¶Qui odit animam ſuam in hoc mundo &c. Id eſt, qui ad hoc odit animam ſuam, ut in deſiderijs mundi non uiuat,uel econtratio:qui ſic diligit,ut in eis uiuat: hic poſterior perdet eam, cum tormentis deputabitur æternis: ille prior cuſtodit eam,ad uitam æternam habendam. Vel qui ſic odit:ut hic eam malit perdere,quàm Chriſtum negare. cuſtodit eam. Qui uero ſic diligit eam in hoc mundo, ut hanc uitam Chriſto præferat: perdet eam in futuro.¶Nunc iudicium eſt mundi:nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Quæritur quo H modo princeps mundi huius,ideſt diabolus eie- Quæſtio ctus ſit? Nã in multis adhuc regnat. Plures enim multo ſunt mali quàm boni. Quæro igitur cum in tot adhuc ſuam exerceat poteſtatem: quomodo per mortem Chriſti eiectus eſſe dicitur? Sed Rñſio. eſt manifeſtum, quòd per mortem Chriſti uires nobis collatæ ſunt, quibus diabolo reſiſtere poſſumus, & ne ipſe aliquid poſſit, efficere. Ipſe.n. (ut dicit beatus Auguſtinus) non eſt fortis, niſi quia nos debiles ſumus.Vnde quia nos per Chriſtum fortes facti ſumus, ipſe fortitudine omni manet denudatus. Solum enim in eos, qui arma ſibi collata abijciunt,& ſe debiles faciunt, poteſtatem tyrannidis ſuæ exercet. ¶Vt ſermo impleretur,quem dixit Eſaias propheta.Hunc ſermonẽ I impleri eſt neceſſe, ſed non poteſt impleri niſi Argu. peccent illi, ergo illos peccare eſt neceſſe. Hoc Solutio autem falſum eſt. Nam cum dico, propheriam imple-

Impleri eſſe neceſſe, hoc dico, quòd hoc totum non poſſit contingere, hoc prædictum eſſe prophetice,& non contingere:Ex quo non ſequitur hoc aliud eſſe neceſſe:uidelicet quòd nõ credãt,
K uel peccent illi. Excæcauit oculos eorum, & induruit cor eorum &c.De hac excæcatione quæritur, quis eius author ſit. Dicitur enim Deus, eos excæcaſſe. Vnde Auguſtinus. Inclinat De⁹ mentes hominum, ſiue ad bonum, ſiue ad malũ: iudicio quidem ſuo,aliqñ occulto,aliquando manifeſto: ſemper aũt iuſto.Dicitur autem Deus eos excæcare,uel in deſideria tradere,quia meritis eorũ anteactis exigentibus, ſubtrahit Deus gratiã, qua ſubtracta in maiora peccata ruunt.Quare nil operatur Deus,ut excæcentur illi,ſed ex obduratione, & abundantia in[illegible] propriæ merentur ſic præcipitari. Vnde Deum eos præcipitare, & excæcare nihil aliud eſt, niſi eum iuſte eis gratiam ſubtrahere,ne illo auxi[illegible]o amplius ſubleuẽtur,quo ipſi ſe indignos fecerunt.Neq;enim hoc dicendum eſt,quòd ſubtracta gratia eos ruere faciat,ſed ea ſubtracta,quam [illegible] auferri meruerũt, ipſi ex propria malitia corruunt, & ſic corruendo promeren[illegible]r, ne amplius ſibi detur gratia reſurgendi. Vnde etiam & h[illegible]c dicitur. ¶Propterea non poterant credere. Nullus enim non credentium promereri poteſt, ut ſibi detur gratia: [illegible] quidam eorum promererentur, ne [illegible] detur gratia: non omnes tamen: quia ſi hoc eſſet,nullus ſaluari poſſet: Non ergo poteſt aliquis excæcatus credere, uel ſaluari.Sed nec etiam tales Deus ſaluare poteſt. Nun tamen dico,quin Deus cę[illegible]atẽ auferre poſſit,& ſic ſaluare, ſed tales [illegible] [illegible]ſtum eſſe, & ideo Deum [illegible]oc non p[illegible] Deu[illegible]n,
L iniuſte fa[illegible] e non poteſt. Quæ ergo [illegible]quor ego; ſicut dix[illegible] mihi pater, ſic loquor. Chriſtus per ſe oſtium intrat, & ſicut per ſe oſtium intrat, ſi[illegible] ip ſe per ſeipſum loquitur,quia loquendo ſeipſum manifeſtat,& fidem ſu[illegible] notificat:ſicut ipſe per ſe intr[illegible]t,id eſt, per prædicationem fidei ſeipſum introdu[illegible] in cordibus fidelium.L[illegible] autem

Quæſtio prima. Chriſtus duobus modis: interius per inſpi[illegible]ationem,& exterius uoce carnis.Sed quæritur ſorsã, quid opus fuerit Chriſtum ſic loqui exterius, cũ ſine loquutione exteriori intus mouere poſſet,&

Secunda. gratiam intelligendi,& credendi conferre?Si[illegible] ẽt quæritur:quare angeli mittantur ad uoluntatem Dei intimandam hominibus,cum per ſe [illegible]ſpirare poſſet.Quæritur quoque,quid orationes uoce

Tertia. Quarta. Quinta. Rũſio. fieri proſit. Quid etiam prædicatio Pauli co[illegible]ferat. Quare potius prædicatio Pauli d[illegible] debeat quam baptiſmus Pauli. Nunquid enim Paulus plus confert prędicando qua baptizando?Sed eſt manifeſtum, quòd per uerba Domini exterius tunc ſonantia, & nunc ſcripta, uel aliquo modo audita,magis mouentur, & deuotius excitantur corda fidelium. Cum tamen exte[illegible]ius au[illegible]a, uel uiſa nihil proficiant,niſi gratia [illegible] [illegible]em illuminet.Sic & uerba prædicatoris & ſi no[illegible] [illegible]mineut,tamen excitant,ut gratiam paratam a[illegible]piant: qua ſola ſuſcepta, uel infuſa illuſtrantur. Nus enim oportet gratiæ cooperari, ſiue qui nec

intelligere,nec iuſtificari po[illegible] [illegible] angelis,& de orationibus dicimus.Et eſt quædam quod exterius fit ut prædicatio gratia: ſignum uidelicet exterius adhibitum. Hæc tamen gratia ſine interiori non ualet: immo ad excæcationem quanduque eſt ut in Pharaone. De illa uero interiori dicitur,q̄ nunquàm ſine profectu habetur.

M A Nte diem feſtum paſchæ ſciens Ieſus,quòd uenit hora eius &c. Dominus inſtante tẽpore paſſionis ſuæ, nolens id complere, propter quod uenerat, uidelicet per mortem tranſire [illegible] patrem,ut [illegible]c exemplo ſuo alios tranſire ab amore mundi doceret: Exemplo, & uerbo diſcipulos ſuos inſtruit.Et ſe Deum eſſe,& pro redemptione mundi in carne ueniſſe,& moriturum eſſe eu[illegible] ẽ Ioan. 13

N ter oſtendit. Quod & ibi notatur cum ſubd[illegible] Cum dilexiſſet ſuos,in finem dilexit eos:Hoc eſt in mortem,ut uidelicet pro illis moreretur. Neque enim maior dilectio.i. exhibi[illegible]o dilecti onis eſſe poteſt quàm ut quis moriatur p̱ amicis [illegible]uis. ¶Si non lauero te, non habebis partem mecum. Hinc uolunt quidam habere originale peccatum non remitti niſi in lauatione pedum poſt bap[illegible]ſmum. Cuius rei authorem eſſe dic[illegible] A[illegible] ſium Mediolanenſem epiſcopum. Vnde & in [illegible]cleſiis quibuſdam pedes [illegible]uantur baptizati. Pedes enim peccatum ex carne tanquam ex [illegible]tiori natura ſignificari dicunt. ſed [illegible]c di[illegible] conuenit. Nuque ei im in Petro peccatum originale tunc erat.Nam & per circuncisionem,& per baptiſmu[illegible] [illegible]litat[illegible] in eo remiſſum erat[illegible] tamen d[illegible] [illegible] in illo oſtenſam eſſe. Se[illegible] melius e[illegible],per pedes, [illegible] [illegible] incedimus,affe[illegible] carnis,q[illegible] [illegible] ad [illegible]ndum mouemur, intelligi: quo[illegible] domi[illegible]o enim poſt baptiſmum,& cætera eccleſiæ ſacramenta percepta lauari oportet. Quod ni[illegible] fiat nec mundari per baptiſma, & cætera eccleſiæ ſacramenta partem cũ Domino habere poſſunt. [illegible] hoc eſt,qđ ſubditur: Qui mundus eſt,no[illegible] [illegible], niſi ut pedes lauet. ¶Si ergo ego

P laui pedes uo[illegible] Do[illegible]us, & magiſter &[illegible] Docet quod exemplum ei[illegible] reliquerit,ut quemad[illegible]o dum ipſe [illegible] peccata dimiſit:ſic & illi al[illegible] er al[illegible] ri peccata dimittan[illegible]. Sed cũ in hoc loco præ[illegible]pia tur,& in domini[illegible] oratione præceptũ ſit, ut no[illegible] dimittamus pe[illegible]ntibus in nos. Quæritur q[illegible] ſit,quod dimittere debeat homo,an culp[illegible] a[illegible] pœnam? Sed culp[illegible] remittere non [illegible] eſt, [illegible] eſt manifeſt[illegible]. Sed neque ad eu[illegible] pec[illegible] pœnam remit[illegible]e. Nam ſi hoc præciperetur, o[illegible] iuſti[illegible]a & iudicium eccleſiæ deperiret. Cu[illegible] cat Deus,Mihi uindictam, & ego ret[illegible]ibuam.Q[illegible] re dicimus, [illegible] od † malitiam de corde q[illegible] ex iniu[illegible]a ſi[illegible]illata contrahere poſſet,ut p[illegible] ſe, [illegible] e[illegible]ontingere uelit,homo re[illegible] e debe[illegible] & a[illegible] euangeliſta dic[illegible] Ni[illegible] ritis unu[illegible]ue de corde ſuo. Quod eſt ut p[illegible] pier ſe [illegible] exigere uelit. Si enim uindi[illegible] a iu dice hum[illegible] nr, non homini,ſed Deo ſumitur.Quicunque en[illegible] [illegible] unit ſibi,peccat.Qui uero [illegible] uel amaritudinem erga illum retine[illegible] intulit,ſe potius quàm Deum attend[illegible] [illegible]

ſa

la ſut aliquid mali ei cupiat. Et hoc eſt remittere
Q debitum, ideſt ſic remittere illi, qui ſe læſitne ipſe, qui læſit, aliquid ei debeat, quantum in ſe eſt.
" Hoc etiam modo re[illegible]endi reuocatur ille, qui iniurius fuit ad pe[illegible]tentiam. ¶Qui accipit quẽ miſero: me accepit &c. In Apoſtolo ſuſcipitur Chriſtus: quia Apoſtolus non ſuſcipitur niſi propter Chriſtum. Vnde Chriſtum ſuſcipere in quo cunque remunerabile eſt: ſiue ille ſit Chriſti qui ſuſcipitur, ſiue non ſit. Quicunque enim ſuſcipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem pro phetæ, non de propheta accipiet. S[illegible] autem tã tæ ſimplicitatis eſſet, ut Antichriſtum pro Chriſto ſuſciperet, ſi ex pietate error procederet, reue-
Philip.3 R laret ei Deus. Vnde Apoſtolus: ſi qd aliter ſapitis, & hoc uobis Deus reuelabit. ¶ Cum hoc dixiſſet Ieſus, turbatus eſt ſpiritu. Turbatus eſt Dominus uere, uoluntate quidem, non neceſſi[illegible]te, non, ut quidã dicunt, ſic uoluntate, quòd naturaliter tur bari non poſſet, & pati: ſed ſic turbatus eſt, quia naturam poſſe turbari, poſſe triſtari, poſſe pati habebat: uoluntarie tamen hæc omnia infirmitatis noſtræ ſuſcepit: quia in ipſo non erat, propter qđ iſta ſuſtineret, cum ipſe ſine peccato eſſet. Et ideo uoluntate, quia nulla in eo fuit cauſa, quare iſta ſuſciperet, niſi ſua uoluntas. Non enim uoluntas ei
S contulit poſſe turbari, ſed natura [illegible] noſtræ, quam accepit. ¶Ille eſt, cui ego intinctum panem porrexero. Non hic manifeſte prodidit Iuda Dominus, ſed ſecreto hoc dixit ſoli Ioanni, aliis non
T audientibus. ¶Et poſt buccellam introiuit in eum Satanas. In b[illegible] non ſuſcepit corpus Domini Iudas: ſed ta[illegible], quia [illegible]lo b[illegible]o male uſus eſt, meruit ut magis ſibi relinqueretur, & ſic [illegible] bo lo plenius poſſideretur. Ex audacia enim, & inuerecunda præſumpti[illegible]ne tanquàm mundus e[illegible] ac ceſſit: ut a manu Domini, cui mortem machinaba tur, illud bonum acciperet. Ideo in buccella alt
V quod bonum ſignifi[illegible]bat. ¶ Mandatum nouum
Quæſtio do uobis, ut dilig[illegible]tis inuicem. & De hoc mandato [illegible]æritur, an ſufficiat ad ſalutem: & [illegible] nonum dicatur: cum in lege dat[illegible] fuiſſe uideatur. Et dicimus, quòd ſufficiens eſt ad ſalutem mã
Rñſio. datum iſtud. In hoc enim mand[illegible] Dei continetur. Neque enim poteſt [illegible] dilectio [illegible] proximo[illegible] Dei. Sicut [illegible] poteſt [illegible] Dei [illegible] gatur. Neque enim nunc agitur de [illegible] na his aff[illegible] uel [illegible]: ſed de [illegible] nem mortifi[illegible] mundo, & coniung[illegible] Deo: quę tã rum propter Deum eſt. Vnde & [illegible] Sicut ego dilexi uos [illegible] [illegible] ſalutem ui debet. Sicut quoque [illegible] diligi, niſi proximus dilig[illegible] ut alt quis te diligat, niſi diligat [illegible] :
X ſi enim aliquid odiret, quod [illegible] hoc a te [illegible] & ſic te offenderet [illegible] nero, & offendere ſimul non poteſt. H[illegible] mandatũ be[illegible] ur. [illegible] nouatur qui [illegible] ur. Et [illegible], quia in ueteri lege non expoſitum. Ibi enim latebat ſecre-

tum. Et quoniam ibi nec eſt præceptum, nec expoſitum, merito nouæ legis nouum mãdatum dicitur: quia hic & præceptum & manifeſte expoſitum. Licet enim in lege dicatur: [illegible] ges Dominũ Deum tuum ex toto corde tuo, & tota anima: [illegible] proximum tuum ſicut teipſum: Non tamen [illegible] dicitur. Sicut ego dilexi uos. Licet enim [illegible] cipiatur, quod [illegible] ter iſtud adimple[illegible] unde & ibi co[illegible] & late [illegible] icitur, [illegible] ibi præcipi, uel e[illegible] d[illegible]tur. Præcepta enim ueteris teſt[illegible] non innou[illegible] ſed ueteri homini
Y conformerit [illegible] debant. ¶ Animam meam pro te ponam. Dixit [illegible] Petri [illegible] Petro fuit ex ardore dilectioni[illegible], quod promittit ſe facturum [illegible] nondum facere potuit. Vnde & Dominus ſubſequenter [illegible] que oſtendit: & quod [illegible]
Negatio Petri. do[illegible] pro eius amore poneret, & quod in proxi mo e[illegible] neg[illegible]. In qua negatione [illegible] autem amm[illegible] [illegible] gloſſa negando [illegible], occi- d[illegible] Quicunque autem uel Chriſtum nõ eſſe Deum [illegible] ſe eius non eſſe diſcipulum: fidem Chri[illegible], & ſic Chriſtum. Quod autem Petrus Chr[illegible] negauit, inde eſt manifeſtum, quia h[illegible] prædixit eum facturum. Vnde [illegible] mendacio abſoluunt, Chriſtum men[illegible] obant di[illegible] Petrum non ſe
Z Quæſtio Mar.14. ciſſe, quem [illegible] eum facturum prædixit. ¶Nõ cantabit [illegible] &c. Quæritur cur alius Euã gelista dic[illegible]: Antequam gallus bis uocem dederit, ter me negabis. C[illegible] dicat [illegible] N[illegible]
Rñſio. rabit g[illegible] donec [illegible] ne [illegible] A[illegible] tur d[illegible] mente eam [illegible] negationem antequam gallus cantaret, compleſet: qui paratus fuit, ut quoties int[illegible]rrogaretur, negaret: uel quia trina illa negatio ante primum ga[illegible] cantum incepta, & ante ſecundum [illegible] can tum finita & comple[illegible] fuit: idcirco dic[illegible] non cã abit gallus donec [illegible] eſt, d[illegible] ne[illegible]: quæ negat[illegible] ero al[illegible] patet.

In domo patris mei ma[illegible] multæ [illegible]. Manſiones hic dic[illegible] præmi[illegible]um,
A Ioan.14. quæ ſunt apud patrem [illegible] prædeſtinatione pro diuerſitate meritorum. ¶ Si quo minus, dixiſſe[illegible]: quia uado pa[illegible] bis locem. Vult e[illegible] icere, quòd [illegible] ſunt man[illegible] tlle, [illegible] & hoc probat per impoſſibile [illegible]. Si quo minus, i. ſi eſt ſi non eſſent paratæ, dixiſſem uobis, [illegible] ſi licet quod uado parare. Sed eſt hoc impoſſibile me dixiſſe uobis, uado parare prædeſtinationem: cum prædeſtinatio æterna, & immutabi[illegible] per[illegible] neat. Quare neceſſe eſt, quod ſint pa-
" B ratæ ſicut dic[illegible]. Sed quoniam ad[illegible] & aliter parandæ erant: circo ſubiungit: Et ſi abiero, & præparauero uobis locum, iterum uenio, & accipiam uos. Abiit quidem moriendo, reſurgendo, aſcende[illegible]do: per quem receſſum ab eis eorũ cord[illegible] mul t[illegible] endit, & a terrenis ad ſuperna, quo aſcende[illegible], et exit. ea enim, quæ amantur, ardentius deſi[illegible]tur: cum non uidentur, quàm cum in præſent[illegible] habentur: & ſic abiens præparauit per operationem, quæ parata erant ab æterno per præde

ſtina-

C ſtinationem. Dicit ei Thomas: Domine neſcimus
quo uadis. Quidam diſcipulorum neſciebant eũ
Deum eſſe, ſed purum hominem putabãt: de qui-
bus erat Philippus. Vnde & arguitur a Domino
in ſequenti. Alii uero eum Deum eſſe credebant:
de quibus erat Thomas. Vnde & ipſe a Domino
conuincitur ſcire, quod ipſe neſciebat ſe ſcire.
Poteſt enim aliquis aliquid ſcire, nec tamen ante
experimentum ſcit ſe ſcire, illud. Et ideo Dominus
dicit eum ſcire, quod ipſe dicebat ſe neſcire. ¶ Et
D maiora horum faciet. Et hoc multis modis expo
nitur. Quorum hic unus eſt. Quia qui credit
in Chriſtum, per ipſum iuſtificabit Dominus pec
catores, quos iuſtificare maius eſt quàm angelos
creare. Nam & ſi utrunque ſit æqualis potentiæ:
illud tamen prius eſt maioris miſericordiæ. Nun
eſt enim opus miſericordia, niſi ubi eſt miſeria.
Quoniam ergo in angelis nulla fuit miſeria: nulla
ibi opus fuit miſericordia. In nobis autem fuit, &
eſt miſeria quam uenit Chriſtus tollere ex miſeri
cordia. Reſpectu ergo noſtri maior eſt miſericor
dia Dei in iuſtificatione impiorum, quàm in crea-
tione iuſtorum. In ipſum enim Deum nullus ca-
E dit affectus. ¶ Et quodcunque petieritis patrem
in nomine meo, hoc faciam. Quidam iuſti petũt,
& non exaudiuntur: ut Paulus orans ut diſcederet
ab eo angelus ſathan, non eſt exauditus. Quidam
uero mali orant, & exaudiuntur: ut diabolus in af
flictione Iob. Quid eſt ergo, quod dicit Dominus.
Quodcunque petieritis in nomine meo, faciam
uobis, cum multoties eccleſia uideatur orare in
nomine Domini, nec tamen exauditur: ut pro re-
ge, pro infirmis, pro requie defunctorum, qui dã-
nati ſunt. Eſt autem petere in nomine Domini,
id petere, quod ad ſalutem ſit: ſiue illius, qui orat,
ſiue illius, pro quo oratur. Sed ſic orare nullus po
teſt, niſi in ſpiritu Dei loquens id eſt niſi habeat
charitatem. Vnde Apoſtolus. Nemo in ſpiritu Dei
i. Cor. 12 loquens poteſt dicere, anathema Ieſu. [illegible] ne-
ro ip[illegible] pro [illegible] Apoſtolis, quod quic-
quid [illegible] ad auxilium prædicationis ſuæ, quod
ad utilitatem plantan[illegible] ſpectaret eccleſię, faceret
eis. Generaliter uero petitur in nomine Domini
quicquid ad ſalutem petitur. Et hanc petitionẽ
ſemper exaudit Dominus: quia nunquam cõſa re
[illegible] ad [illegible] quod petitur [illegible] petitio
ne in aliquo profi[illegible] & Paulus ex petitione ſua
didicit tribulationem ad augmentum eſſe coro-
næ. Et ſic ſemper facit Dominus, quod petitur in
nomine eius: quia ſemper exauditur ut in aliquo ꝓ-
ficiat oratio. Et notetur, quòd quidam pro [illegible] ro
F gantes, propter ſe exaudiuntur: quia digni ſunt,
licet illi digni [illegible] pro quibus rogãt: ut Moy
ſes pro populo ſuo malo. Quandoque qui pe-
tunt digni ſunt & illi, pro quibus petunt: ut q̃d ſal
uetur aliquis, qui dignus eſt ſalute. Quãdoq; qui
petũt indigni ſunt: illi tamen pro quibus petũt, di
gni ſunt, & ideo exaudiuntur non propter ſe, ſed
propter [illegible]. Quod ratio exigit & [illegible] exẽp[illegible] non
habe[illegible] ad [illegible] licet tamẽ per [illegible] oſtẽ
di poſſit. Quòd enim ſathan exauditus eſt pro ſe
non fuit, ſed ad utilitatem aliorum. Sic mali quã-
doque pro bonis exaudiuntur, non pro ſe, ſed ꝓ
G illis. ¶ Quia pater maior me eſt &c. Hinc uult hære
ticus habere filium patri non eſſe æqualem cum
ipſe filius minorem patre ſe aſſerat. Sed ſi minor
eſt, tunc erit filius gratiæ, non naturæ. Sed hoc ex-
cluditur per hoc, quod præcedit: ad patrem uado:
ſecundum hoc enim quod uadit, minor eo eſt, cũ
tamen ſit in natura diuinitatis ęqualis: unde q̃
homo ille eſt filius Dei, eſt ex gratia; non autem
eſt filius gratiæ, ſed filius naturæ. Sed quòd ho-
mo aſſumptus eſt filius naturalis, eſt ex gratia.
Non eſt igitur ſeparatim dicendum filius eſt mi-
nor patre. Curtaretur enim authoritas ſi ſic
proferretur.

H Sicut dilexit me Pater, & ego dilexi uos. Quæri-
I tur de qua dilectione hoc dicat: Sicut dilexit
Q me pater &c. an de illa, qua eum dilexit ſecundũ
diuinam naturam, an de ea, qua eum dilexit ſecũ-
R dum humanam. Sed hoc eſſe non poteſt, q[illegible] ſi-
cut pater eum dilexit in natura, ſic & ipſe nos. quia
tunc ei æquales eſſemus. Eſt ergo ſenſus ſicut pa-
ter dilexit me hominem aſſumptum a uerbo ſuo
ex gratia, ſic & ego diligo uos ex gratia, non ex me
ritis ueſtris. Eſt enim homo aſſumptus ex gratia
filius Dei in natura: quod tamen homo [illegible] eſt [illegible]
K tum ex gratia. Quod autem ſequitur. ¶ Manete in
dilectione mea. Poteſt intelligi ne[illegible] dilectione,
qua ego diligo uos; hoc eſt, non repellatis gratiam,
quam uobis contuli: uel in dilectione, qua [illegible] e d[illegible]
gnis id eſt in bono affectu perſeuerare. ¶ V[illegible]
dium meum ſit plenum. Nemo putet [illegible]
Domi[illegible] quam creuiſſe: ſed ſicut d[illegible]
cit Ieſus ętate, & ſapientia: ſi dic[illegible]
L ipſius. P[illegible] enim ætate. hoc eſt, [illegible]
tis protectum, profecit etiam hom[illegible] in do-
ctrina & ſapientia. ¶ Maiorem ha[illegible] dilectionem
nemo habet: quàm ut animam ſuam ponat quis
L pro amicis ſuis. Supra de dilectione præcepit: nũc
uero qua[illegible] dilectio eſſe debeat, [illegible]. Sed [illegible]
ritur de [illegible] dilectione [illegible], [illegible] or e
non poteſt. Na[illegible] de affectu [illegible] u detur poſſe d[illegible]
ci. Cum unus morientium pro Chriſto maiorem
affectum habeat quam alius. Et etiam qui [illegible]
morte[illegible]. Vt dicunt quidam, quòd [illegible]
Reſ. de effectu, uel exhibitione potius q[illegible] de affe-
ctu. Signum enim d[illegible] maius e[illegible] non [illegible]
nec ultra habe[illegible] aliqu[illegible] ſacri[illegible] loc eſt en[illegible]
lud, quod homo cæteris carius habet. V[illegible] de cum
hoc datur, quod carius habetur: id datur, quod [illegible]
carius amittitur. Quare non habet homo quid am
plius det. Vnde in lege dicitur. Pellem pro pelle,
Iob. 2 & cuncta, quæ habet homo, dabit pro anima ſua.
Dentem enim pro dente, & oculum pro o[illegible]
mu[illegible] uitam re[illegible]. Ex quo etiam patet ꝙ
nec maior d[illegible] ſecũdum affectum eſſe poteſt.
Quem enim affectum maiorem poteſt homo ha-
bere, quàm ut mori uelit pro am[illegible] o[illegible] eſt e[illegible]
maximum quod quilibet facere poteſt. Sed [illegible]
cum hoc ſit maximum [illegible] maxi[illegible]
minus eſt maiore [illegible]
plectatur iſte mortem qua[illegible]
tum affectum poteſt [illegible] habere quatu[illegible] le. Quem
adino-

admodum nullus poteſt plus facere quam diligere ex toto corde, tota anima, & totis uiribus: & tamen plus diligit iſte quàm ille: quia totum cor iſtius maius eſt toto corde illius: Vterque tamen toto corde diligit. Hoc eſt enim toto corde diligere, uſque ad mortem diligere: ſic uidelicet ut ſeipſo plus Deum diligat, & perdat animam, ut Chriſtum lucrifaciat: ut poſſit dicere cum Paulo,
Philip. 1 Mihi uiuere Chriſtus eſt, & mori lucrum. Hoc ta-
M men præceptum dicit Auguſtinus non poſſe in hac uita impleri. Quod ideo ab illo dictum eſt: quia non poteſt in hac uita eſſe, quin caro aggrauet animam: & in aliquo reſiſtat: donec mortale hoc induat incorruptionem, & ſic æquiuoce accipit ex toto corde. Cũ ergo mors Chriſti, & mors Petri nobis profuerit, & ſecundum effectum & ſecundum affectum: non tamen mors Petri poteſt morti Chriſti adæquari: quia mors Chriſti nos redemit. Mors uero Petri ad fidem animauit, non tamen redemit. Vnde dicimus, quòd maior fuit dilectio Chriſti in morte, ſecundum exhibitionẽ etiam quàm mors Petri, uel alicuius alterius. Plus enim exhibuit, quia per mortem ſuam nos rede-
N mit. ¶Iam nõ dicam uos ſeruos &c. Quæritur quo-
Quæſtio modo dicat ſe non dicturum eos ſeruos, ſed amicos: cum & ipſe in redditione præmij dicat, Euge ſerue bone &c. Sic ergo ſeruos uocat iuſtos, cum
Rñſio. ſe eos ſeruos non dicturum hic promittat. Et dicit Beatus Auguſtinus: quòd ſicut ſunt duo timores, ſic ſunt duo ſeruorum genera. Eſt enim timor ſeruilis, ex quo aliquis ſeruus eſt: ſed iſte neſcit quid faciat Dominus eius. Nam & ſi aliquando aliquid boni faciat, neſcit hoc a Domino fieri: ſed ſibi ipſi attribuit. Eſt & alius timor caſtus, qui permanet in ſeculum ſeculi: hic charitatem ſeruat: [illegible] ſuperiorem charitas expellit. Ex hoc timore ſerui amici ſunt, quibus Dominus ſecreta ſua reuelat: quibus & dicit. Intrate in gaudium Domini ueſtri. Sic ergo Apoſtoli, prius timore pœnæ ſerui erant, in proximo Spiritum ſanctum plenius acce-
Amicus. pturi, amici dicendi erant, non ſerui. Amicus dicitur quaſi animi cuſtos: cui uidelicet ſecreta animi
O alterius patent. Si de mundo fuiſſetis &c. Apoſtoli erant in mundo, hoc eſt, inter malos: ſed nõ erãt de mundo, hoc eſt, non erant de numero malorũ: unde econtrario dicit Ioannes de malis quòd de bonis non ſunt, dicens. De nobis exierunt, ſed
1. Ioan. 2. de nobis non erãt. ¶Mundus quod ſuum erat dili-
P geret &c. Non ue[illegible] mundus quando [illegible] odit mundum, ut prod[illegible] auarum? unde hoc eſt? Quia odit ſibi con[illegible] Vi[illegible] ũ.n. uitio cõtrariũ eſt: nec tñ odit q[illegible] malum eſt. Non. n. prodigus auarum odit, q[illegible] malus ẽ, [illegible] cõtrarius ſibi eſt. Diligit ergo in eo quod ſuũ eſt, id eſt quod malus eſt: odit uero in eo, quod ſuę nequitiæ contrariũ eſt.
Q ¶Si non ueniſſem, & locutus fuiſſem eis, peccatũ non haberent. Nunquid nullum peccatum habe-
Quæſtio rent Iudæi ſi Chriſtus non ueniſſet, & eis locutus
Rñſio. non fuiſſet? Non hoc dicit, quòd nullum haberẽt peccatum ſi non ueniſſet, ſed peccatum infidelitatis non haberent. Nullo enim modo eis imputaretur, quod non crederent in Chriſtum ſi ipſe non ueniſſet. Sed nunquid, ſi hoc peccato non tenerẽ- Quæſtio
tur, ſine fide Chriſti ſaluarentur? Non: immo pro Rñſio.
alijs peccatis damnarentur. Sed ſi aliud peccatũ non haberent: quidam eorum, qui ante aduentum Chriſti extiterunt, pro eo quòd fidem Chriſti nõ haberent, non damnarentur, quia excuſationem de illo haberent: ſine enim prædicante id credere nõ poſſent: neque enim per rationem naturalem incarnationem Chriſti intelligere ualuerunt. Pro R
quo ergo peccato damnarentur? Nam dicere eos Replica
ſine peccato damnandos eſſe, hoc eſt dicere Deũ tio.
iniuſtum eſſe. Ad quod dicimus, quòd nullo mo- Euaſio.
do talem permitteret Deus dãnari, immo ei Chriſti fidem reuelaret, ſi in cæteris mundus foret: Sed nec hoc eſſe poſſet, quòd peccato ad mortem uſque careret, & fidem Chriſti non haberet. Nam hoc manente cætera manerent, id eſt, nullum remitti poteſt: hoc uero peccato diſcendente, cætera diſcedunt, id eſt, hoc diſcendente per fidem habitam: iam homo id habet, per quod cæteris carere poteſt peccatis. Fides enim primus introitus ad ſa
lutem eſt: Vnde oportet accedentem ad Deum Heb. 11.
credere. Sicut ergo dicitur, quòd qui in lege pec- Rom. 2.
cauerunt per legem iudicabuntur, id eſt, ex tran- S
ſgreſſione legis grauiter punientur in æternum: & qui ſine lege peccauerunt, ſine lege peribunt: hoc eſt, non pro tranſgreſſione legis, quam non ſuſceperant, peribunt, id eſt remiſſius punientur, ut re-
miſſius erit Tyro, & Sidoni in die iudicij quam Matt. 11.
generationi huic. Sic qui nondum Chriſti fidem audierant, nec receperant pro infidelitate perituri non erant: ſed illi, quibus prædicabatur, & uirtute miraculorum comprobabatur, cum credere deberent, & nolebant peccato infidelitatis tenebantur: & ob id grauius damnandi erant, quàm ſi eius fidem auditam, & propoſitam ex nequitia, & inui
dia non contempſiſſent. ¶Qui me odit, & patrem T
meum odit &c. Dicit Auguſtinus ſuper illum locũ Matt. 6.
Matthæi. Aut unum ſuſtinebit, & alterum contẽnet. Quod nulla ſententia poteſt Deum odiſſe: Sed in libro retractationũ retractat illud, & dicit: quòd pœnitet ſe dixiſſe. Nondum enim in mẽ
tem uenerat hoc: Superbia eorum, qui te oderũt, Pſal. 73.
aſcendit ſemper. Et ideo dicimus, quòd multi ſunt, qui Deum odio habent, quem quia ultorem ſcelerum ſciunt, non eſſe uellent: quia quem me-
tuit quiſque, perire cupit. Ii uero ſunt, qui peccata Cicero.
diligunt, nec tamen uellent peccata, peccata eſſẽ,
uel mala: & ſic ordinem, & naturam rerum per- Quæſtio
mutari uellẽt, de quibus hic dicitur. Qui me odit, & patrem meum odit. Sed ſuper hoc mouet Au-
guſtinus quæſtionem, quomodo odirent cum ſe Rñſio.
odire neſcirent. Ad cuius quæſtionis ſolutionem ſpectat illa gloſſa, quæ ſic incipit. Non uiſos poſſumus diligere, uel odiſſe. ¶Si opera non feciſſem in eis, quæ nemo alius fecit &c. Quæritur, quæ opera
fecit Dominus quæ alius non fecerit: per quæ poſ V
ſent credere ipſum Deum eſſe? Neque enim dici Quæſtio
hoc poteſt de ijs operibus, quæ corã Iudæis facta nõ ſunt: ut quod de uirgine natus, quòd a morte reſurrexit. Hæc enim ipſi non uiderant, ut per
ea crederent. Dicitur ergo hoc de multitudine tot Rñſio.

tatum

tarum, quas coram eis, & in eis fecerat, quantam nullus alius in eis fecit, uel propter modum faciẽdi: quia ipſe per ſe tanquam poteſtatem habens, alij omnes per ipſum. Si enim uera ſunt miracu
X la ab ipſo, & per ipſum fiũt. Sin aliter phãtaſtica.
Ioan.16. SEd uenit hora: ut omnis, qui interficit uos, arbitretur obſequium ſe præſtare Deo. Hoc ſupponitur ad conſolationem. Quaſi dicat. Nolite deſperare pro tribulatione. Nam per tribulationem, & mortem ueſtram eccleſia ſic multiplicabitur, ut Iudæi putent ſe obſequium præſtare Deo
Quæſtio in hoc, quòd uos interficiunt, ne lex Dei, & templum deſeratur ab omnibus. Sed quæritur, an peccarent illi, qui ignorãter perſequebantur ſanctos? Cum conſcientia dictaret ſibi illud pro Deo
Ro.14. faciendum eſſe. Dicit enim Apoſtolus. Omne q̃d ex fide non eſt, id eſt contra conſcientiam: peccatum eſt. Quare ſi non interficerent, cum conſciẽ
Rñſio. tia dictitaret id faciendum, peccarent. Ad hoc dicimus (ut ſępe diximus) quòd ſiue facerent, ſiue contra conſcientiam deſiſterent, ad mortem peccarent: ut dicitur. Vę ampullę ſiue irruat lapidi,
Y ſiue lapis illi. ¶ Quia non nouerunt patrem, neq; me. Superius loquens de patre dixit: Quem uos dicitis, q̃a pater noſter eſt: hic dicit q̃a nõ nouerũt eũ. ¶ Et cũ uenerit ille, mũdũ arguet d peccato &c. Spiritus dicitur arguere, & charitatẽ dare: quia in eius miſſione charitas Apoſtolis collata eſt, nõ ſolũ a Spiritu, ſed a tota Trinitate: per quam charitatẽ miſſione Spiritus collatam abiecto timore argue
Quæſtio bant peccatores de incredulitate ſua. Sed quæritur quomodo beatus Auguſtinus dicat hic, quòd hoc peccato infidelitatis manẽte cætera maneãt: cum hoc etiam dici poſſit de quolibet peccato, ꝙ ipſo manente, cætera maneant. Dicunt tamen qui
Rñſio. dam, quòd poteſt quis de uno peccato, in quo eſt, pœnitere licet in alio perſeueret: quod uidetur
Amos.4. illa authoritas uelle. Pluit Dominus ſuper unam ciuitatem, & non ſuper aliam: & unius etiã pars compluta eſt, pars compluta non eſt, quod eſt, ꝙ unum peccatum remittitur alio manente. Sed di
Z cit Iacobus, Quod qui offendit in uno, reus eſt
Obiectio. omnium. Et ipſa ratio quoque hoc exigit, quòd perſeuerans in uno non poſſit de alio pœnitere.
Iacob.2. Nam ſi pœnitere eſt ex amore de commiſſis dolere: hic uero, qui de uno pœnitet, & in alio perſeuerat, amorem non habet, quod inde patet, quia contemnit, dum in peccato manere proponit: manifeſtum eſt, quòd talis uere pœnitere non poteſt, nec aliquid facere dum talis eſt, quod ſibi proſit.
Rñſio. Quare dicemus de illa authoritate, quæ id uelle uidetur: quòd aliter exponenda eſt. Sunt enim quidam, qui de aliquibus peccatis ita compungũtur, ut in lachrymas prorumpant. De quibus dicit Hieronymus. Lachryma delet peccatum, q̃d pudor eſt confiteri, id eſt, quod tantum eſt ut etiã ex erubeſcentia compellat in lachrymas prorumpere. Non enim ſic intelligendum eſt, quòd ſine confeſſione per lachrymam deleri poſſit, cum pudor id prohibeat. Sunt & alia peccata, de quibus non adeo pœnitent, ut ad lachrymas ueniant. Et hoc eſt, quod dicitur. Pars compluta eſt, pars non compluta: quia pro his ſic compungitur quis, ut lachrymas emittat: pro illis uero peccatis non tãtum dolet, ut fletus ſequatur. Cum ergo quoli A
bet peccato manente cętera maneant: quomodo Rñſio.
ſpecialiter dicit Auguſt. de iſto peccato infidelitatis, ad principale.
quòd ipſum manens facit cætera manere? Et dicimus, quòd hoc in quadam comparatione dicitur. Nullum enim ſic eſt cauſa quare cætera maneant ſicut iſtud eſt: quia cætera peccata ex infirmitate inſunt: Iſtud uero ex nequitia. Vel quia iſto manente, ne ad paruum quidem bonum erigi poteſt quis: ſed cæteris manentibus aliquomodo ad bonum moueri poteſt. Aliquam enim conpunctionem habere poteſt, qua moueatur ad bonum, etſi ei non proſit ad uitam. ¶ De iuſtitia ue- B
ro, quia ad patrem uado &c. Arguitur mundus de peccato infidelitatis, & iterum de iuſtitia non ſua, ſed credentium. Quod idem uidetur eſſe cum eo, quod eſt ipſum argui de peccato: nam ipſum argui de eo quòd in infidelitate manet: & iterum ipſum argui de iuſtitia, eſt ipſum argui de eo quod credendo non uult iuſtificari? quod idem eſſe uidetur. Sed aliud eſt in infidelitate manere: [illegible] aliis in fide nõ [illegible]. Vnde illi arguuntur, quia non credunt: iſti uero arguuntur, quia alios in fide non imitantur. Hoc eſt enim ſumma iuſtitia, fide imitari quod non uidetur. ¶ Adhuc multa ha C
beo uobis dicere &c. Quæ ſunt hæc multa, nõ poſſumus determinare. Hoc enim dicitur [illegible] futuram illam reuelationem, quæ erit in æterna beatitudine. ¶ Docebit uos omnem ueritatem. Et de pręſenti, & de futuro. ¶ Spiritus ueritatis &c. Hinc eſt illa Latinorum, & Græcorum controuerſia. Arguunt enim nos Græci anathematis. Nam cum in ſymbolo nõ habeantur hæc uerba: Spiritus ſanctus procedit a filio: & ſubſcriptum ſit ibi. Si quis aliud addidit, anthema ſit: cum nos hoc addamus, anthematis reos nos iudicant. Sed nos in multis locis habemus, quod Spiritus eſt a
filio ſicut & a patre. Dicit enim Apoſtolus. Miſit Gal.4.
Deus Spiritum filij ſui in corda ueſtra. Et iterum Qui Spiritum Chriſti non habet. Et hic dicimus, quòd Chriſtus dicit. Mittam eum ad uos. Quomodo autem eum mitteret, niſi daret? Et quomodo daret, niſi ſuus eſſet? Quare dicimus, quòd utriuſque eſt, & ab utroque procedit. Nec tamen aliud addimus: quia nihil oppoſitum. Sic enim accipitur aliud: & apud Paulum. Si quis uobis aliud euã
gelizauerit, anathema ſit. De meo accipiet &c. Gal.1.
Hinc uult hæreticus habere, quòd Spiritus ſanctus E
minor ſit filio: quia accipiens minor eſt dante. quod determinatur per hoc, q̃d dicitur de meo: hoc eſt, a patre a quo & filius. Vnde potius pater ipſum eſſe æqualem, quàm inferiorem. ¶ Omnia
quæcumque habet pater mea ſunt. Sed pater hoc F
habet, quod genuit filium, & habet filium: non tamen filius hoc habet. Et dicimus, quòd omne bonum patris eſt bonum filij. Vnde & hoc bonum patris ſcilicet quòd ipſe pater eſt, uel habens filium, eſt bonum filij. Dicere nanque, quòd
filius hoc habet, quòd ipſe pater eſt pater: nihil G
eſt. ¶ Modicum, & iam non uidebitis me &c. Si

hoc

hoc modicum ad totum tempus huius uitæ refer
tur: quomodo hoc dicit, quòd non uidebunt eũ,
cum multi fidelium, quibus hoc dicit poſt aſcen-
ſionem eum uiderint ut Paulus, & Stephanus, &
H alij? hoc autem uno uerbo determinatur: quia nõ
uiderunt eum ulterius mortalem. Vſque modo
non petiuiſtis quicquã in nomine meo &c. Nihil
petierant Apoſtoli in nomine Domini, uel in no-
mine Ieſu: credentes diligendo, quod in hoc noie
Ieſus ſignificatur, uel in nomine hoc eſt in illa pu
riore notitia, & firmiore cognitione, quam poſtea
abiectis imaginationibus deluſoriis habituri erãt,
miſſo Spiritu ſancto. Prius enim erant animales,
& quaſi utres ueteres, quibus importune nouum
uinum crederetur. Sunt autem imaginariæ corpo
rum ſimilitudines; quando ſecundum aliquã for-
mam corporũ, ut uelut radius ſolis penetrat aera:
ſic Deus putetur penetrare uniuerſa. Vel ſicut
aqua omnes cauernas, & poros ſpongię implet, ſic
ipſe exiſtimetur implere omnia: ſecundum quod
ipſe partes haberet, & magis & minos reciperet.
Ad hoc ergo, quòd Deus pure uideatur: oportet
omnes huiuſmodi imaginationes expellere, &
tranſcendere, & ipſum Deum in ſe non imagina-
ria cogitatione, ſed pura intelligentia contempla
ri. Quę tamen hic habita umbra quædam eſt reſpe
1.Cor.13 ctu illius uiſionis futuræ quando Deum immedia
te uidebimus ſicuti eſt. Nunc enim uidemus per
ſpeculum in ęnigmate: tunc autem uidebimus fa-
cie ad faciem. Non tamen dico quin cognitio de
Roma. 1 Deo hic habita ſurgat de uiſibilibus iſtis. Per uiſi-
bilia enim inuiſibilia conſpiciuntur. ſed hoc dico
quòd nulla forma rerum uiſibilium Deo attribuẽ
da eſt. In tali ergo notitia petens quod eſt in nomi
ne illius petere, nullus repelli poteſt. Sic enim pe
tens ſolum, quod ad ſalutem ſibi eſt, petit: nec fal
1.Cor.2 litur in tali petitione. Spiritualis. n. omnia diiudi
cat, & a nemine iudicatur. Fit autẽ petitio hæc quã
I doque affectu, quandoque & uoce. ¶ Hæc in pro
uerbiis locutus ſum uobis, hoc eſt, obſcure quan-
tum ad paruam eorum capacitatem, quam tunc
habebant, unde & ſpiritu adueniente, hæc nõ pro-
uerbia, ſed uerba intelligibilia fuere.

Ioan.17 HÆc loquutus eſt Ieſus, & ſubleuatis oculis
&c. Hic terminatur ſermo ſecundum quoſ-
K dam, & incipit oratio. Pater clarifica &c. Proxima
paſſione orat Dominus audientibus diſcipulis, ut
illos inſtante tribulatione ad orandum confuge-
re doceret. Clarificatio filii a patre facta eſt maxi
me in reſurrectione: quam quidem filius opera-
tus eſt cũ patre. Sed ad diſtinctionẽ perſonæ patris
a perſona filij, dicitur pater filiũ a mortuis excitaſ
ſe. Clarificatio uero patris per filiũ facta eſt, quan-
do miſſo Spiritu ſancto fidem firmam habebant,
quia Deũ Chriſtũ, & filium Dei, patri coæqualem
credebant. Et ſic per filiũ incarnatũ manifeſtatus
eſt mundo pater. Hæc autem cognitio plena non
eſt: perficietur autem in futuro, quando ipſa erit
L ſumma beatitudo. ¶ Quęritur autem de eo, quod
Quæſtio dr. Dediſti mihi poteſtatem omnis carnis: ſecun-
dum quam naturam hanc poteſtatem acceperit,
Rñſio. quòd ſaluare poteſt, & uitam ęternam dare. Di-
cunt authores, quòd ſecundum humanam natu-
rã hãc ptãtem acceperit, & habeat: Sicut & ipſe re
ſurgens dicit. Data eſt mihi oĩs ptãs &c. Sic etiam
dicimus, ꝙ ſecundũ humanam naturam Redem-
ptor noſter eſt, & Dominus, & adorandus. Sed ſi
hanc ptãtẽ ſecundũ humanam naturam hẽt, tunc
ſecundum hanc inferiorem naturã Deo ęqualis
eſt, quod eſſe non poteſt. Et dicim᷒, quod ſecundũ
inferiorẽ naturã hanc poteſtatẽ, uidelicet ſaluãdi,
peccata remittendi, excellentius multo quàm cęte
ri ſuam poteſtatẽ, habeat: quia ex eo quòd eſt uni-
tus filio Dei in unam perſonam. Hoc tamen note
tur, quòd ſecũdũ, quandoque ſic poſitum cauſam
notat, ut ſi dicam ſecũdũ humanitatem eſt minor
patre, uel paſſus: quandoq; perſona in illa natura
deſignatur, ut cũ dico ſcdm humanam naturam
Redẽptor eſt, uel poteſtatem ſaluandi habet. Hoc
eſt ipſe in humana natura exiſtens, uel ipſe homo. M
Hoc tamẽ notatur, quòd per humanam naturam
redemit, & quod ſecundum humanam naturam
accepit. Homini enim hoc collatum eſt, ut unitus
uerbo eſſet ille, qui redemit, qui uitam confert
æternam. ¶ Manifeſtaui nomen tuum hominibus, N
quos dediſti mihi de mundo. Non hoc, ꝙ Deus &
pater omnium, ſed p creationẽ, ꝙ pater meus es p
generationẽ. Hanc enim perſonarum diſtinctionẽ
ipſe mundo manifeſtauit. Pater enim filiũ de ſub-
ſtantia ſua ſibi æqualem genuit. Alium quidem in
perſona: idem tamen eſt Deus in ſubſtantia: eiuſ- O
dem enim ſubſtantiæ ſunt pater & filius. ¶ Et mea
omnia tua ſunt. Superius dixit oĩa, quæ pater hẽt,
mea ſunt, de his dixit, quę ad Deitatem pertinẽt,
hic uero oĩa ſua patris eſſe dicit. de creaturis uideli
cet ſibi datis a patre agens. Vt ſint unum &c. Qua
ſi dicat: ſicut nos ſumus unum in ſubſtantia, ſic
& ipſi unum ſint in dilectione. Nam rogare, ut eſ
ſent unũ in natura humanitatis ſruſtra eſſet: cum
iam ſic unũ eſſent in natura. Quod ergo in gloſſa
dicitur, ut ſint unũ in natura ſua, ſic intelligitur,
ut ſint unum. i. in charitate concordes, per quam
charitatẽ Deo cohæreant, a quo nati ſunt, ideſt, eſſe
habẽt, unde natura, id eſt, qd eſt unde omne, quod
eſt naturaliter ad eſſe tendit. Ipſi ergo in natura
unũ ſunt: qui ei tamẽ dẽnt adhærere per dilectio-
nẽ, q eſſe eſt, & a quo eſſe habẽt. Neq;. n. eſſentiali-
ter unũ eſſe poſſunt hoĩs ut pater & filius. Sed ſi- Act. 4.
cut dicitur, ꝙ multitudinis credentium erat cor
unum, & aĩa una: ſic & hic oratur, ut ſint unũ, quę
unio uinculo charitatis perficiẽda ſit. ¶ Sanctifica
eos in ueritate &c. Qui credituri ſunt per uerbũ
eorum &c. Eorũ dr̃ quia primo eis cõmiſſum, &
primo ab eis manifeſtatũ & p̃dicatũ. In hoc quoq;
uerbo, quod ab ore eorum ſonuit, uerbum illud,
quod ęternaliter manet, ĩnotuit, & ſe cordibus fi-
deliũ & electorũ infudit, & ſua grã ad credẽdũ &
diligẽdũ illuminauit. Vnde & dicit: Qui credituri
ſunt per uerbum eorum, ut ſint unum in nobis. i.
ut charitate nobis cohæreant, q̃ eſt ex fide, qua cre
dunt nos unum eẽ. Ex fide. n. naſcitur dilectio. ¶ Vt
dilectio, qua dilexiſti me, in ipſis ſit, & ego ĩ ipſis.

ADduxerunt ad Annam primum &c. Primum P
ad Annã ductus eſt Dñs, cõtra ordinẽ digni Ioan.18

tatis Cayphæ, qui illius anni Pôtifex sũmus erat: ut omnia ab illo inordinate fierent. Nihil. n. ot dinegeritur, ubi de oece Saluatoris tractatur. ¶ Nũquid & tu ex diſcipulis es hominis iſtius? Quæritur hic: an Petrus negando peccauit: & ſi in negatione dilexit. Et uolunt quidem aliqui Petrum nõ ſolum a peccato, ſed etiam a negatione defendere. Sed a neutro defendi poteſt. Sed quæritur: an cum negaret, charitatem haberet nec oe? Et dicunt quidam, quòd tunc non minus quàm prius diligebat: ſicut aliquis pater tradẽns filium ſuum pro ſe ad mortem non minus eũ tunc diligit quã prius. Ipſum tamẽ mauult mori quã ſe. Sed ſi ſic diligebat, ut ſe Chriſto præferret: nullo mõ charitatem habuit cum hoc ſit charitas, ut pluſquam ſe homo diligat Deum. Sic ergo aut prius charitatem non habuerat, aut quam prius habuit, tũc perdidit. Sed prius eam charitatem habuiſſe omnes pene confitentur. Vnde ex nimio charitatis affectu & ardore: & ſe poſiturum animam, & non negaturũ pro morte promiſerat. Sed dicitur, quòd nunquàm tantum ardorem habuit, ex quo mortẽ ſubire poſſet pro Chriſto. Et ſi periculum inſtiret potius Chriſtum negaret, quàm mortem pro illo ſubiret: quare nunquam charitatem habuiſſe uidetur. Sed dicimus, quòd multi ſunt, qui charita tem habent tãtùm in affectu, & in propoſito: multi & in affectu, & conſtantiæ perſeuerãtia: ſ uero, qui tñ eam in propoſito habent: ſic uidelicet, ut proponant ſe prius mori uelle, quàm Chriſtum negare: cum perueniunt ad experimentum, deficiunt. Non enim poſſunt perferre quod promiſerunt. Et ſunt ſimiles Petro, qui (ut dicit Hieronymus) erat quaſi auis ſine pennis, qñ ſe pro Chriſto moriturum promiſit. Auis. n. ſine pennis uolare uult: ſed non poteſt. Talem ergo affectum Petrus ante negationem habuit: in quo ſi perſeueraret, nunquàm ex timore Chriſtum negaret. Sed quia uirtutem conſtantiæ, cum hoc affectu non habebat: idcirco imminente periculo metu mortis defecit, & affectum charitatis, quem prius habuerat, amiſit. Et ſic negando ad mortem peccauit: quod peccatum amaro fletu compunctionis deletũ eſt.

Quæſtio Rñſio quorundam.

Quæſtio ſecunda.

Q Rñſio.

R ¶ Et in occculto loquutus ſum nihil. Quaſi dicat, nihil loquutus ſum ad hoc, ut occultaretur, ſed omnia locutus ſum, ut congruo tempore palam fieret, & ſuper tecta prædicarentur. ¶ Si male loquutus ſum &c. uidetur reſiſtere percutienti, cum dicat quaſi increpando. cur me cædis? Sed ueritatem dixit, & tamen paratus fuit non ſolum alteram præbere maxillam, ſed totum corpus exponere ad pœnam. ¶ Reſpondit Ieſus: tu dicis. Quæritur primo de loquutione, quam protulit Pilatus dicens. Ergo rex es tu? interrogando enim hoc dixit, & nihil affirmauit ut uidetur. Sed quia Dominus quem mentiri eſt impoſſibile: dicit: quòd dixit eũ regem eſſe, idcirco dicimus, quod multoties ſic interrogat aliquis, ut ex ipſo modo interrogãdi aſſerere uideatur, qđ q̃rit. Hũc ergo modũ habuit Pilatus in interrogando, ſiue quia credidit, ſiue quia Spiritus ſanctus quaſi iſtrumẽto eo utẽs, ſic proferri interrogationem fecit, ut ex mõ dicen

S Quæſtio Rñſio.

di hoc aſſereretur. Pilato autem reſpondet Dominus per uerbum præſentis temporis dicens. Tu dicis. Per præteritum uero pontifici dicens, tu dixiſti. Quia per ſacerdotem populus Iudæorum ſignificatur, qui in lege & prophetis iãdudũ Chriſtũ regem aſſeruerant. Per Pilatũ uero Gentilis populus intelligitur: q in proximo hoc dicturus erat. I. Chriſtũ regem cæli & terræ eſſe uit dicit, m dicis. Quaſi dicat, to proximo futurum eſt, ut dicas me regem eſſe, & cognoſcas per uirtutem miraculorum. T

NOn haberes in me põtẽm niſi &c. Hic primo q̃ritur, an Pilatus peccauerit, cum ad hoc niteretur quantum poterat: ut ab eorum manibus Dñs eriperetur. Quia igitur eũ inuitus morti tradidit, nec amplius quàm fecit, facere potuit: quare eum reum mortis Chriſti dicemus? Sed dicendum eſt, φ nulla ratione põtẽ in Dominum exercere debuit: nec p̃ timore aliquo Iudæis ex inuidia urgentibus conſentire. Quod quia fecit, peccauit. Deinde q̃ritur, an põs Pilati a Deo eẽt, & utrũ ea in necem Domini uſus eſt. Et eſt manifeſtu, ut dicit Apoſtolus, φ oĩs põs a Deo eſt, ſiue bonorũ, ſiue malorũ: quare & põs Pilati deſup fuit. a Deo data: quare & bona. Si ergo ea uſus eſt . . . unigenitum Dominũ: ex eo ipſo non peccauit. Dicimus aut, φ põtẽ a Deo habuit bonã: ſed occidendo Dñm non ea uſus ẽ, ſed abuſus. Ex põte tñ habuit. ſic ea poſſe abuti. Sicut rex aliquis . . . exercẽs: nõ hoc facit ex regia põte, quia illa . . . ad iuſta extẽditur. Ex eo tamen, φ regiam hẽt poteſtatẽ, tyranni dem exercere põt. Poteſtas enim, quam habet, ſecure facit ipſa abuti poteſtate. Sic ergo Pilatus nõ haberet poteſtatem, qua potuit abuti in Dominum: niſi eſſet ſibi data deſuper, id eſt, non poſſet hanc nequitiam in Dñm exercere, niſi põtẽm illã, quã habebat, a Deo accepiſſet. Vel non haberet Pilatus poteſtatem hanc in Dñm, quòd ipſe ei tãquã reus conſtitueretur: niſi illam haberet deſuper. Sed qa Pilatus hanc poteſtatem ullam, id eſt, quãlibũcunque, quia ſub alterius ſuperioris põte habebat, utpote ſub Cæſare, idcirco ſubiicit Dñs. ¶ Propterea qui tradidit me tibi, maius peccatum habet Nam quia timore ſuperioris poteſtatis coactus Pilatus hoc fecit; Iudæi uero ex ſola inuid a: magis autem peccat, qui ex inuidia peccat, quàm qui ex timore: idcirco dicit Dominus, φ populus Iudaicus, q tradidit illum Pilato, maius peccatũ habet tradendo, quam ille faciendo: ipſe tamen a peccato nõ eſt immunis, licet minus peccauerit ex timore, quã illi ex inuidia. Erat autẽ paraſceue paſchæ hora quaſi ſexta. Marcus dicit. quod hora tertia crucifixerunt eum. Et hic dicit, quòd hora ſexta erat, quando Pilatus ſedit in tribunali, tradens Dominum ut crucifigeretur. Quos Hieronymus ſic concordat: dicens, quòd immolatio Chriſti a nona hora noctis incepit: quando in domo Annæ iudicatus eſt reus mortis, & ab illa hora noctis uſque ad tertiam horam diei ſex horæ computantur: & in i la hora diei tertia, præparationis ſexta, crucifixus eſt Dominus. Neque enim hoc potuit eſſe ut ipſe dicit, quod in ſexta hora, qua incipiente uſque ad nonã, id eſt finem ſextæ, te nebræ

V Ioan. 19 Quæſtio Rñſio.

X Quæſtio ſecunda. Roma.

Rñſio.

Y

Z Mat.

A

nebræ erant ſuper uniuerſam terram : illa omnia fierent, quę Dño in cruce poſito facta ſunt, quòd ei utdelicet illuderent, & q; uas aceti ei porrigerēt &c. Videntes enim terræ motum, & tenebras per
B cutientes pectora ſua reuertebantur. ¶Et erat ſcriptum hebraice &c. Non ter erat ſcriptus titulus, ſed in partibus illius tres linguæ continebantur: ut dicit Hieronymus. Sic Malchus iudæorum ex-
C omoloſon. ¶Mulier, ecce filius tuus. Nullus ſic intelligat, quòd ſe demonſtrando dicat, Ecce filius tuus: ſummo de Ioanne hoc dicit: ſicut & poſtea ad diſcipulum dicit. Ecce mater tua: quaſi cui tu curā impendes ut matri. ¶Vas autem erat poſitū aceto plenum &c. Aut caſu aliquo, aut forte diuina prudentia ibi erat uas cum aceto.

D Ioan.20. Matt.16 NOndū enim ſciebant ſcripturam, quia oportuit eum a mortuis reſurgere. Ex hoc loco, & ex eo quod Petrus dicit Dño ſuā paſſionem prædicenti. Abſit a te Domine: uidetur quòd Apoſtoli nondum fidem mortis, & reſurrectionis Chriſti haberent: ſine qua nec charitatem habere poterant. Et dicimus quòd in morte Chriſti charitatē ſicut & fidem amiſerunt: qñ relicto eo fugerunt. Sed ante mortem Petrus etiam hoc dicendo abſit a te Domine, & charitatem, & fidem habebat. Ex nimio enim ardore dilectionis hoc dixit. Ex ardore enim dilectionis non ſuſtinebat audire mortē eius, cuius ęternitatem confeſſus erat: dicendo, tu es Chriſtus filius Dei uiui. Vnde ſic prohibendo a morte errauit quidem ex pietate, ſed non peccauit. Credidit quoq; & fidem habebat, ſed in ænigmate, & obſcuritate quadam ſacramentorum. Credidit.n. uera eſſe, quæ Dominus dicebat de morte ſua: ſed quia in parabolis eis loqui conſueuerat, idcirco aliud eum dicere putabat: in nullo tamen diſcredēs, qd Dominus dicebat. Sicut fidem habet ſimplex & idiota credēs quicquid plātus eius crędit, cū tñ ipſe diſtinguere neſciat. Verum.n. eſſe fatetur quicquid in euangelio dicitur, & tñ quid dictum ſit, neſcit. ¶Quorum remiſeritis peccata &c.
E Poſt inſufflationem, & Spiritus dationem inquit: quorum remiſeritis peccata remittuntur eis &c.
Quæſtio Vnde qritur, quæ peccata poſſe remittere eis Dñs dederit. Nam ſi dicatur, ut quidam dicunt, quòd pœnam peccati tm̄ poſſe remittere receperunt: parū hoc fuiſſe uidetur. Nam non multum eſt iſtam pœnā temporalem pro peccato ſuſtinēdam, aut remittere, aut uitare. Dicitur etiam Petro. Quodcunque ligaueris ſuper terrā erit ligatum & in cælis,
Matt.16 & qdcūq; ſolueris ſuper terrā erit ſolutū & in cælis. Qd quidā ſic intelligere uolunt. Quodcunque oſtenderis ſuper terrā, ubi eccleſia tm̄ ligare pōt, eſſe ligatum: erit ligatū & in cælis. Nā hoc eſſe officiū Apoſtolorū, & eorū ſucceſſorum dicūt; q; ſacerdotū in ueteri lege, oſtendere ſolutos: ſicut & illorū erat oſtendere mūdatos. Sed hoc parum quidē
F eſt oſtendere, & nullū effectum in ſoluendo, uel ligando habere. Vnde dicimus, quòd Dñs principa-
Solutio. liter Apoſtolis remiſſionem peccatorum, non dico pœnarum tm̄, ſed & culparum, nō pœnæ tpalis, ſed & æternæ, facere poſſe contulit: & non ſolū illis, ſed oībus ſucceſſoribus eorum, uicem eorum in terris gerentibus. Et tamen uerum eſt ſolum Deū peccata remittere: ſicut & ipſius ſolius eſt iuſtificare: cum tñ fides iuſtificet. Non enim alius quàm ille operatur, quod ipſe per miniſtros ſuos facit. Ipſi tamen miniſtri id uere facere dicuntur, quod Dominus, eorum miniſterio facit & comprobat. Quotieſcunque ergo ſacerdotes tradita poteſtate utentes peccata remittunt, & a Deo remittuntur, & quoties retinuerint.i. ab eccleſia fidelium ſeparauerint, & morti adiudicauerint, & illa retenta ſunt. Ideo autem dico tradita utētes poteſtate: qa G
quidam ſunt, qui indiſcrete ſoluunt, uel ligant. De quibus dicitur in propheta. Maledicam benedictionibus ueſtris, & benedicam maledictionibus Malac.2.
ueſtris. Nam ut alibi dicitur. Mortificabāt animas Ezech.13
quæ uiuebant, & uiuificabant quæ moriebantur. Cum ergo prælatus aliquis coactus aliqua neceſſitate ligat aliquem, qui tamen reus non eſt: uel ſoluit, qui tamen intus ſolutus non eſt: recte facit, & quod ab ipſo faciendum eſt. Vnde & hoc Deus ſoluit, & ligat.i. ratum habet, quod a prælato ſic factum eſt. Nec tamen Deus hunc ſoluit in anima, nec illum in anima ligat: Sicut nec eccleſia, H
cuius iudicium ſemper uerum eſt. Nec enim hunc reum iudicat, ſed ligandum: ut rigor eccleſiæ, & regula iuſtitiæ ſeruetur. Eſt ergo uerum, quod dicitur: quorum remiſeritis peccata.i. quorum peccata per uos remiſſa ſunt: & apud Deum remittuntur. Et eſt hoc generaliter dictum, non ſolum Apoſtolis (ut quidam dicunt, hoc fuiſſe prærogatiuā Apoſtolorum) ſed omnibus ipſorum ſucceſſoribus, & dictum & datum. ¶Si quis autem dicat in uera cor I
dis contritione peccata ante eſſe remiſſa apud Deum, quàm ad ſacerdotem ueniat qui pœnitet, & ſic non oportere a ſacerdote remitti. Dicimus quòd non eſt ita: ſed & Deus prius, ex quo uere ingemiſcit, remittit: & ſimiliter in confeſſione per miniſterium ſacerdotis, & etiam in executione ſatiſfactionis remittit. Tandiu enim debitum remitti dicitur, quàmdiu de debito aliquid reſtat faciēdum: & cum debitum pro peccato dimittitur, merito, & ipſum peccatum dimitti dicitur. Sicut & in eo, qui ad baptiſma in uera cordis contritione accedit, apparet: ante enim quàm baptiſma ſuſcipiat per fidem & ueram pœnitentiam, peccata ei remiſſa ſunt, per baptiſmū tñ remittuntur: nec eſt alia hæc remiſſio quàm illa: nec iterata, ſed eadem & continuata. ¶Infer digitum tuum huc &c. K
Quæritur utrum Dominus poſt reſurrectionem uulnera, an cicatrices oſtēderit. Et eſt patēs, q; cica- Quæſtio
trices tm̄ oſtēdit: q̄ & in die iudicij glorioſe apparebūt, & glorioſiores forſitā q̄ cæteræ partes cor- Solutio.
poris eo q; Dñs in illis maiorē exhibitionē obediētiæ oſtēdit. Licet tamen quædā authoritates uelle uideātur, quòd latus apertū oſtēderit. ¶Multa quidem, & alia ſigna fecit Ieſus &c. Hic terminatur li L
ber ex ꝓpoſito authoris. Sed tñ poſt hæc qdā adiūgit ad maiorē inſtructionē lectoris. Magna nanq; fidei ſacramēta in his cōtinētur, quæ ipſe adiūgit.

VAdo piſcari &c. Quæritur quomodo Pe- M
trus poſtquàm cognouerat Dominum Ioan.21.
reſurrexiſſe, ad piſcationem reuerſus fuerit. Quæſtio

Lucæ.9. Cum a Domino ſæpe audiſſet,& legiſſet forſitan.
Nemo mittens manum ad aratrum, & reſpiciens
Rñſio. retrorſum, aptus eſt regno Dei? Sed dicimus ꝙ
non retro reſpexit:quia ad cupiditatem ſeculi nõ
redijt.Vnde licet nauem,& retia reliquiſſet,ut nõ
amplius eis uteretur ad lucra quærenda:tamen li
cuit ei iterum his uti ad ſupplendam neceſſitatẽ:
Quibus non licuit uti ad ſeculi cupiditatem.¶Ve-
nite prandete &c. Comedit Dominus uere cum
diſcipulis poſt reſurrectionem,ſicut & illi angeli,
qui ab Abraham recepti ſunt; non tamen cibus
eſt incorporatus eſt, ſed maſticando conſumptus
N eſt,ſicut per ignem carnes holocauſtorum. ¶ Sed
Dubiũ. hoc magis mouet,quomodo Dominus per come
ſtionem ueram reſurrectionem corporum illis
probauerit; quoniam in reſurrectione nec cibo
nec potu indigebunt:ſicut Dominus ipſe ante di
Mat.22. xerat.Neque nubent,neque nubentur; ſed erunt
ſicut angeli Dei.Spiritualia enim corpora ibi erũt,
Declaratio. non animalia. Animale enim dicitur, quod alimẽ
tis indiget.Sed dicẽdum,quòd licet hoc audiſſet;
non tamen intellexerant, uel in memoria habe-
bant.Spiritus enim ſanctus de cęlo miſſus multa
quę non intellexerant,& quę obliuioni tradide-
rant,eis ſuggeſſit:ſicut & Dominus dicit.Ille ſug-
geret uobis omnia &c. Vt ergo magis crederent;
cum eis comedit ad maiorem reſurrectionis ſuæ
fidem,de qua dubitarent,niſi tot argumentis eam
O ,, comprobaſſet. ¶ Simon Ioannis diligis me plus
,, his &c. Dicit Hieronymus: ꝙ Paulus Apoſtolus
& uirgo fuit,& (ut ipſe dicit) plus omnibus labo
rauit:& ideo maioris meriti eum, quàm aliquem
aliorum eſſe dicit.Quod ſi eſt: etiam plus omni-
Quæſtio bus alijs dilexit, Quomodo ergo dicit Dominus,
Rñſio. quòd Petrus plus cęteris diligit? Leuis eſt autem
ſolutio:quia cæteris Apoſtolis, q̃ ibi erãt plus di-
lexit ¶Alius te cinget,& ducet quo tu non uis &c.
P ,, Oſtendit Dominus Petro qua fuerat morte mori
,, turus:& etiam quomodo moleſtiam mortis eſſet
ſuſcepturus, docet dicens. Ducet te quo tu non
uis. ſuper hunc autem locum dicit expoſitor, ꝙ
nolens ad illam moleſtiam eſt ductus, ſed uolens
eſt eductus.Cum enim Petrus ad mortem ducere
tur,ipſam mortem natura infirmitatis humanæ
exhorruit;& ſic Petrus affectu carnis mortem ſu-
bire reſpuit,& ita nolens ductus eſt: ſed & in ipſa
paſſione ex ardore charitatis hunc ipſum horro-
rem perdidit:& inſuper ei ipſa pœna placuit, &
dulcis fuit.Sicut de Stephano legitur:quòd lapi-
des torrentis ei dulces fuere; & ſic uolens etiam
affectu carnis non ſolum uoluntario appetitu ra-
tionis,quem ſemper habebat,eductus eſt,id eſt,in
Q morte conſummatus. In hoc autem loco etiam
Quæſtio quæritur de uoluntate Chriſti, quam ipſe habuit
in paſſione ſua imminentẽ.Sic enim orat,Pater ſi
poſſibile eſt tranſeat a me calix iſte, Veruntamẽ
non ſicut ego uolo,ſed ſicut tu uis.Ex hoc autem
ſic argumentantur. Chriſtus noluit mortem a ſe
trãſferri:quare mori noluit:ſed iterum, quicquid
pater uoluit & ipſe uoluit. Quare cum pater
R eum mori uoluit: & ipſe hoc uoluit: ergo ali-
Rñſio. quid noluit qđ uoluit; quod non eſt dicendũ.Di
cendum ergo eſt,ꝙ In Chriſto tres fuerunt uolun
tates.fuit enim in eo ſecundũ ꝙ homo fuit,uolun
tas carnis:motus uidelicet ad eſuriendum, & ſitiẽ
dum,& ad triſtandum:quos ipſe non neceſſitate,
ſed uoluntate pro nobis ſuſcepit. Hi ergo motus
quãdoq; uoluntas appellantur:unde etiam pro
pter hos naturales appetitus dicimus & bruta ani
malia uelle comedere & huiuſmodi, Sed cum hi
motus,qui noſtrę infirmitatis ſunt,in Chriſto fue
rint:aliter in illo fuerunt,aliter in nobis:in nobis
ſũt immoderati,in Chriſto uero moderati,Sed cũ S
naturalis iſte motus in Chriſto fuerit ut non mo- Quęſtio
reretur: quæritur utrũ ille motus rationabilis fue
rit,an irrationabilis?Et poſſumus dicere,ꝙ nec ra Rñſio.
tionabilis, nec irrationabilis fuit motus ille, ſed
naturalis. Vnde & bonus in ipſo fuit.Sed ſi bonũ Obie-
fuit,quare ei non conſenſit?Sed eſt manifeſtum,ꝙ ctio.
uoluntas rationis, qua ſe pati is uoluntati ſuppo- Rñſio.
ſuit,melior fuit:& idcirco ei potius conſentiendũ
fuit.Hi ergo appetitus naturales in Chriſto uolũ-
tas dicuntur: ſecundum quã dicitur, ꝙ noluit ut
tranſiret ab eo calix mortis. Fuit quoq; in eo uo-
luntas ſecundum ꝓpoſitum rationis quæ animæ T
Chriſti fuit,ſecũdum quã proprie dicitur aliquid
uoluiſſe. Vnde quicquid hac uoluntate uoluit, et
fecit.Hæc enim in omnibus diuinæ uoluntati ſu-
biecta fuit,& ei conſenſit.Hac ergo uoluntate mo
ri pro redemptione noſtra uoluit.Fuit & tertia in V
Chriſto uoluntas quę utranque aliarum regebat:
uerbi uidelicet,quæ æterna fuit.Cum igitur Chri
ſtus ſic oret.Pater ſi poſſibile eſt &c.Non orat, ut
calix a ſe tranſeat:nam ſi hoc oraret,etiam fieret.
Exauditus enim eſt in omnibus quæcunque ora-
uit pro reuerentia ſua:dignus enim fuit exaudiri.
Sed hoc orat,ut fiat uoluntas patris,licet caro ipſa
mortem abhorreret: quaſi dicat. Pater licet caro
mori reformidet:tamen non quod appetit caro,
fiat,ſed quod tu uis.In hoc enim terminantur o-
ratio & ad hoc dirigitur. Vel ut dicunt quidam
Chriſtus hoc dicendo orat,hoc eſt, forma oratio
nis utendo, nos inſtruit quid faciẽdum ſit nobis
cum oramus:hoc ſcilicet,ut ſemper diuinam uo-
luntatem noſtræ præponamus.Vnde quorundam
religioſorum mos,eſt,ut ſemper hoc ſubiungant
petitionibus ſuis. Veruntamen non ſicut ego uo-
lo,ſed ſicut tu uis.Siue ergo ſic dicantur,ſiue ut ſu
perius dictum eſt; nullam uoluntatem habuit
Chriſtus contrariam rationi, uel diuinæ uolunta
ti.Neq; n.uoluntati cõtraria dicitur proprie,niſi
illa,quæ cũ diſcretione eſt. ¶ Quẽ diligebat Ieſus X
&c.Hic quærit Auguſtinus quo hoc eſſe poſſit, Quęſtio
ꝙ Ioãnes min⁹ diligẽs plus diligatur:& Pet⁹ plus
diligẽs minus diligatur? Quòd aũt Petrus plus di
lexerit, ex eo eſt manifeſtũ ꝙ Dominus ipſe quę
rit ab eo: diligis me plus his?ipſe.n. q̃ q̃rebat, hoc
uerum eſſe ſciebat:aliter.n. non quæreret. Sic cũ
dicitur de Ioanne,ꝙ eum diligebat Dominus:ſpe
ciale dictum aliquod dilectionis priuilegium
ponit in Ioanne. Et eſt hic (ut dicit Auguſtinus) a- Rñſio.
perta miſericordia,& occulta iuſtitia.Tamen hoc
dici põt,ꝙ familiarius eum Dñs diligebat q̃ alios: Vita du-
unde & eũ plus dilexiſſe dicitur.Auguſtinus tamẽ plex.

tranſfert ſe a perſonis ad uitas duas, actiuam ſcilicer & contemplatiuam. Actiuam uero plus diligere, & minus diligi dicit. Quia cum in miſerijs huius uitæ uerſetur, ardentius appetit ab eis liberari, quàm contemplatiua appetat ab illa quiete & uiſione, in qua modo eſt, ad illam uiſionem pacis uenire, ubi perfectio omnino erit. Minus tamen a Domino diligitur; quia auferet Dominus omnino has miſerias cum abſterget omnem lachrymam ab oculis ſanctorum. Illa uero plus diligitur, quia uiſionem quietis, quam hic habet, non auferet Dominus, ſed perficiet. Ipſa tamen minus diligit hic quàm dilectura ſit in futuro; quia nondũ per experientiam ſuam illam futurã nouit quietem; quia uidet nunc per ſpeculum in ænigmate: ſed tunc magis diliget, cum uidebit Deum ſicuti eſt. ¶Sic eum uolo manere &c. Ex his uerbis uidebatur diſcipulis, quòd non moreretur Ioannes;

Y Quod non ita intelligendum eſſe oſtendit cum ipſe dicit. Et non dixit Ieſus &c. Videtur tamen quibuſdam ex eo quòd terra quadam ſcaturigine ebullit ſuper os eius iacentis ſepulchro, & quòd flatu ipſius ex recēto ſpiritu procedente fieri hoc uidetur: quòd ipſe adhuc uiuat. Quod refellit Auguſtinus ſic. Quia cum iuſtis melius ſit diſſolui, & eſſe cum Chriſto: teſtante Paulo. Parum erat Chriſto dare dilecto ſuo, ut non moreretur, Vnde magis uidetur, quòd mortuus ſit, & quòd anima a corpore ſeparata æterna cum Chriſto fruatur beatitudine, quàm ꝙ ſic in dormitione iaceat. ¶Nec ipſum arbitror mũdum capere poſſe eos qui ſcribẽdi ſunt libros. Verba in ſacra ſcriptura omnem

Z fidem uidentur excedere per hyperbolen. Augmentum enim rerum quandoque ſic ſignificatur per hanc figuram loquendi. Verba tamen in propria ſignificatione fidem non excedunt.

---

K

## *IN DIVI PAVLI AD ROmanos Epiſtolam Annotatiònes Elucidatoriæ vt argutiſſimæ, ita compendioſiſſimæ. Quarum cum non ſit alia quàm ipſius Epiſtolę farrago, non fuerit operæprecium Capita diſtinguere, Epiſtolæ tamen ipſius ad maiorem euidentiam in capita ſolita diſtinximus.*

A

Sap. 11.

*Pulchra quidem cõſideratio illius ſententia. Omnia fecit Deus in põdere, num. & menſura.*

OMnia fecit Deus in pondere, & numero, & menſura. Pondus ſecundum ordinem attenditur. Ordo ſecundum duo, ſcilicet locũ & tempus intelligitur. Omnia ergo fecit Deus in pondere, i. ubi, & quando oportuit. Omnia fecit in numero. i. tot quot oportuit. Omnia fecit in menſura. i. quanta, & quàmdiu oportuit. Menſura enim intelligitur & ſecundum quantitatem magnitudinis, & temporis.

DE filio ſuo, qui factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecundum carnẽ &c. Chriſtus eſt duo. ſ. ſubſtãtia humana, & ſubſtantia diuina: quorum neutrum eſt alterum: ergo nec homo eſt Deus: nec Deus eſt homo? Solutio: in prima propoſitione agitur de naturis: in concluſione de perſona, & ideo non eſt argumentum. Sicut annulus ſecundum quòd eſt aurum, eſt opus naturæ; inquantũ annulus opus artificis: nec tamen opus naturæ eſt opus opificis. Vel Chriſtus æqualis eſt patri ſecundum quòd Deus: & minor patre ſecundum quòd homo: ergo eidem æqualis & minor eodem. ¶Ex reſurrectione mortuorum &c. Hieronymus. Hominem, quem aſſumpſit, nunquàm depoſuit: ergo Chriſtus eodem modo fuit homo in morte, quo & ante mortem: ſed ante mortem fuit homo conſtans ex corpore & anima: ergo in morte fuit homo conſtans ex corpore & anima. Sed anima in morte fuit ſeparata a carne; ergo nihil conſtabat ex illis duobus. Solutio. Chriſtus in morte eodem modo fuit homo, quo & ante: ſed non omni eodem modo. In morte homo fuit, quia naturam humanam, ſcilicet corpus & animam ſibi unitam habuit, licet anima a carne tunc ſeparata fuit; quia uerbum a neutro ſeparatum fuit. Ante mortem uero non hac ſola ratione homo fuit, ſed ſicut Petrus, & Paulus, ſcilicet conſtans ex corpore & anima. Si ergo quæratur: utrum Chriſtus in morte homo fuit. Sic reſpõde. Tũc fuit homo, id eſt, habens naturã humanã unitã, uerum eſt. Si aũt dicatur, homo, id eſt, conſtans ex anima & carne falſum eſt: nec tunc fuit mortalis, uel immortalis, ſed potius mortuus. ¶ Itẽ ſi anima uinculum fuit, inter carnẽ & Deitatẽ: quomodo illa recedẽte a carne, Diuinitas carni unita fuit? Solutio. Sicut duo tertio mediãte ſociantur in dilectione, quo tamen diſcedente illi remanent. ¶Iuſtitia Dei in eo reuelatur ex fide in fidem. Fides dicitur eo ꝙ operibus ad impleatur. Non enim fidei obedit, q fidei operibus cõtradicit. Quia cum cognouiſſent Deũ &c. Triplex eſt cognitio: alia fidem pręcedẽs, de qua dicitur. Ex auditu eſt fides: hęc eſt enim uerborum intelligentia. Alia eſt fidem ſubſequens: hæc eſt myſteriorum intelligentia. De qua ſcriptum eſt. Niſi credideritis, non intelligetis. Alia eſt fidem expellens, quę erit in futuro. De qua dicit Apoſtolus. Tunc cognoſcam ſicut & cognitus ſum. ¶ Mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei. Gloria eſt optime, & immme, & late patens fama. ¶Propterea tradidit illos Deus &c. mercedem erroris recipientes: illis, qui dicunt, ꝙ omnis pœna ſit a Deo, ſic obiicitur. Omne peccatum corrumpit, lędit, & punit naturam: ergo inquãtum eſt peccatum, punit: & inquantum punit, eſt pœna: & inquantũ pœna, eſt a Deo ut dicunt: ergo oẽ peccatũ inquantum eſt a Deo hẽt eſſe; qđ non eſt uerũ. Sicut. n. Deus malũ non operatur, ſ. malũ actũ, nec malã uolũtatẽ (hæc. n. ſunt opera hominũ) ſic nec malum operanti cooperatur, Si. n. aliquo peccante Deus illum actũ operaretur, qui eſt malus: quomodo peccanti non cooperaretur? Non eſt conce-

Marginal notes (right column, in order): Roma. i. — Solutio. — B — Obiectio altera. — Solutio. — Quæſtio — Rñſio. — C — Quæſtio — Solutio. — D — Fides. — Cognitio triplex. — Rom. 10. — Eſa. 6. — 1. Cor. 13. — E — Gloria. — Obiectio.

dendum, quòd peccatum ſit aliquid, quod ſit a
Deo: nec actus malus, nec mala uolũtas eſt a Deo:
Ioan. 1. hoc autem: Omnia per ipſum facta ſunt: de natu-
Pœna. ralibus intelligendum eſt. ¶ Pœna aliquando di-
citur materia ipſa, in qua punitur quis ut ignis:
aliquando actio punientis: aliquando dolor pa-
F tientis. ¶ In ſimilitudinem imaginis hominis, di-
cit Auguſtinus. Sine impietate adoratur terra, id
Quæſtio eſt, humanitas Chriſti. Nunquid igitur concedẽ-
dum ſimpliciter, quòd creatura adoratur: cum ip-
Solutio. ſa ſit creatura? Solutio. Hęc creatura adoratur:
non eſt tamen concedendum, quòd creatura ado-
retur. Non enim homo quia homo, ſed quia ho-
G mo Deus adoratur. Item crucem Chriſti adora-
Obie- mus, quomodo ergo non creaturam? Solutio.
ctio. Crucem, id eſt cruci affixum adoramus. Vt etiam
Solutio. crucis myſterium in maiore reuerentia habeatur
genua flectimus ante crucem. ¶ Qui cum Iuſti-
H tiam Dei cognouiſſent &c. Iuſtitia eſt uoluntas
Iuſtitia. reddendi unicuique quod ſuum eſt. Iſtud ſuum
non ad accipientem, ſed ad reddentem referendũ
eſt, ſecundum quoſdam: quod nobis non placet.
Secundum Iuſtinianum, Iuſtitia eſt conſtans, ac
perpetua uoluntas unicuique ius ſuum tribuens.
I Iuſtitia Dei eſt ordinatio Dei, qua tali peccato ta-
Iuſtitia lis debetur pœna: & tali merito, tale debetur præ-
Dei. mium. Iuſtitia Dei dicitur gratia, qua gratis iuſti
ficat impium: & hac Deus non eſt iuſtus, ſed ap-
K paret. Iuſtitia Dei dicitur eſſentia Dei, quæ eſt ip-
Non in- ſe Deus. ¶ Non intellexerunt, quòd qui talia agũt,
telligere, digni ſunt morte. Non intelligere aliquando di-
& neſci- citur ignorare: aliquando in memoria non habe
re. re: aliquando quod in memoria eſt, opere non im
plere: aliquando non approbare: eodem modo
L & neſcire. ¶ Eſt mors animæ, ſcilicet peccatum:
Mors & eſt mors corporis, ſcilicet ſeparatio animæ ab eo:
uita. eſt mors æterna. ¶ Eſt uita animæ, ſcilicet iuſtitia:
M eſt uita corporis, ſcilicet anima: eſt uita æterna.
Debitũ. ¶ Aliud eſt debitum prælationis: aliud eſt chari-
Conſen- tatis. ¶ Sed etiam qui conſentiunt facientibus.
tire pec- Peccati conſentit, qui peccatum uel non impedit
canti. cum debeat & poſſit: uel qui factum non corri-
Par. git, cum debeat & poſſit. ¶ Par pro communi ac-
N cipitur, ut erit par gaudium in diſpari claritate.

Secun- SEcundum opera eorum. Iſtud ſecundum ad
dum Ro duo refertur: & ad quantitatem, & qualitatẽ.
ma. 2. Quantitas in duobus conſideratur: ſcilicet in ma
Quanti- gnitudine, & multitudine. Qualitas ſimili modo
tas. in duobus: in qualitate operis, & in qualitate fa-
Qualitas cientis. Opera, quæ ex qualitate ſui ſunt mala, qua
Opera ex cunque intentione fiant, nocent facienti. Qui au-
qualita- tem bona non bona intentione facit: non peccat
te mala. quia ea facit: ſed quia non bene ea facit: & forſitã
O plus peccaret ſi ea non faceret. ¶ Fit aliquando
Compa- comparatio rei ad rem ſecundum ſubſtantiam: ut
ratio. cum dicitur: homo melior eſt omni alia creatura.
Mat. 20. Aliquando fit comparatio ſecundum extrinſecã
cauſam, ut ubi dominus uineæ operarios undeci-
mæ horæ comparauit, & pares fecit operariis il-
lis, qui primo mane uenerant: utriſque reddidit
denarium: utriſque iuſtitiam ſeruauit, non ſecun
dum quantitatem laboris, ſed ſecundum æquita-

tem conuentionis. ¶ Æternus Iudex cum omni- Conuen
bus fecit conuentionem. Mortaliter peccanti- tio Dei.
bus promiſit æternum ſupplicium: propter Deũ
bona operantibus æternum præmium. Nemo cõ
queratur ſi ſecundum æquitatem conuentionis
unicuique reddatur. ¶ Fortitudo eſt conſiderata P
ſuſceptio periculorum cum perſeuerantia. ¶ His Fortitu-
quidem, qui ſecundũ patientiam boni operis &c. do.
Quidam ſunt patientes in bono: quidam in ma- Patien-
lo. Quidam impatientes in bono: quidam impa- tes, & im
tientes in malo. Patientes in bono ſunt, qui in bo patiẽtes.
no perſeuerant, qui a bono flecti non poſſunt.
Patientes in malo, ſunt obſtinati in malo. Impa-
patientes in bono ſunt, qui facile a bono rece-
dunt: uel cum murmure aliquod bonum faciunt.
Impatientes in malo ſunt, qui cito reſipiſcunt: uel
qui delinquentes cum quadam impatientia, & ſu
pra modum corripiunt. ¶ His autem, qui ſunt ex Q
contentione. Contentio alia uenialis, ut illa diſci- Conten-
pulorum: alia eſt inquiſitionis, quæ fit cauſa in- tio.
quirendæ ueritatis: alia damnabilis eſt, ut illa, de Luc. 21.
qua loquitur Apoſtolus, quæ eſt impugnatio ue-
ritatis per confidentiam clamoris. ¶ Alij ueritati 1. Tim. 6
non acquieſcunt præ amoris magnitudine, ut Pe- R
trus, qui Dominum moriturum credere non po- Veritati
tuit: alij ex inuidia, & mentis excæcatione, ut ij, de non ac-
quibus loquitur hic Apoſtolus. ¶ Non enim au- quieſcen
ditores legis iuſti ſunt &c. Auditores legis dicun- tes.
tur, qui legem habent, nec eam etiam ſecundum Mat. 8.
literam obſeruant. Auditores etiam legis dicun- Rom. 2.
tur, qui eam ſecundũ literam obſeruant, nec aliud Audito-
in ea attendunt. Item dicitur opus legis, quod ip- res legis.
ſa ſecũdum literæ ſuperficiem docet facere. Opus Opus le-
etiam legis dicitur illud, propter quod inſtituta gis.
eſt, hoc eſt opus fidei: quod opus legis quicunque
faciunt iuſtificantur. Hic eſt finis legis in Chriſtũ
credere, & ei per dilectionem adhærere. ¶ Gentes S
naturaliter, ea quæ legis ſunt, faciunt, id eſt non Naturali
adiuti per legem, ſed ſola naturali ratione refor- ter face-
mata per gratiam. Iſtud ergo naturaliter, legem re &c.
& non gratiam excludit. Hoc eſt Gentes ſine le-
ge, ſed non ſine gratia, legis opus faciunt. ¶ Teſti-
monium reddente illis conſcientia. Conſcientia Conſciẽ
nunc de bono, nunc de malo dicitur. Et dicitur tia.
mala conſcientia: quia amara, quia remordet ſi-
cut pęna eſt mala, quia grauis: nec ubi nõ eſt ſcien
tia, nec conſcientia. ¶ Et noſti uoluntatem eius. T
Nota, quòd uoluntas Dei quandoque eſt ad rem Volũtas
& ad actum rei, ut in bonis quæ ſunt: quandoq; Dei.
ad rem & non ad actum rei, ut cum dicitur, Deus
uult ſalutem omnium hominum. Dicunt quidã,
quòd Deus uult, id eſt permittit mala fieri. Sed Obie-
non ne mala fieri prohibet Deus? Quomodo er- ctio.
go permittit quod prohibet? Solutio. Cum dici- Solutio.
tur, Deus permittit mala fieri, ſenſus eſt, id eſt, nõ
impedit quin fiant. Si autem dicatur, permittit
mala fieri, id eſt, concedit, non eſt uerum. Videtur
quibuſdam, quòd non ſit concedendum, ꝙ Deus
uelit hominem peccare, uel inobedientem eſſe ſi
bi, uel eſſe contrarium ſuæ uoluntati: quæ omnia
nonnulli concedunt. ¶ Habentem formam ſcien- Formę.
tiæ, id eſt, plenitudinem, uel formam, non rem:

imagi-

V Imaginem, non ueritatẽ. Sacrilegium facis. Sacrile
Sacrilegium. gium eſt uiolatio rei ſacrę, ut templi ſiue materia
lis, ſiue ſpiritualis, & omnino eorum, quæ ad cul-
„ tum Dei pertinent. ¶ Circuncisio quidem prodeſt
Circũciſio triplex. &c. Triplex eſt circumciſio: prima carnis, ſecun-
da cordis, tertia carnis & cordis. Prima habuit ſta
tum ſuum tempore legis. Secunda tn tempore
gratiæ. Tertia in futuro. Prima fuit ſignum ſecun
dę: & ſecunda tertiæ. Cum ergo de circunciſio
ne carnis fiat ſermo cum dicitur, circũciſio ꝓdeſt.
Quęſtio. &c. Quæritur quid hoc ad præſentem ſtatum per
tineat, quem hi habebant, quibus ſcribebat apo-
Solutio. ſtolus? Solutio. multum: quia adhuc de priori ſta
tu Iudæi ad fidem conuerſi gloriabantur. Sicut
autem. Si diligitis me, mandata mea ſeruate: non
quòd dilectio poteſt haberi ſine mandatorum ob
ſeruatione, ſed quia ipſa eſt ſignũ dilectionis, hoc
dicitur: ſic quidam de circuncisione cordis intel-
ligunt: hęc autem circunciſio prodeſt &c.

X Eſt autem Deus uerax &c. Verax in effectu, ue-
Roma. 3 ritas in eſſentia. Item ueritas nũc nomẽ eſt eſ
Verax, & ueritas Deus. ſentię. ut ibi, ueritas eſt Pater, ueritas Filius, ueritas
Spiritus ſanctus. Sæpe uero filius dicitur ueritas
patris, quia per ipſum uerax innotuit. Vel iõ ueri-
tas patris filius dicitur: q̃a uerã patris hẽt naturã:
& hæc cõtra Arrianos. ¶ Super oẽs, q̃ credũt in eũ
&c. quia deſuper gratis datur. Non ab inferiori-
bus meretur fides, iuſtitia, & quælibet uirtus gra-
Y tis datur: nec eas ſed per eas homo meretur. ¶ Nõ
tenetur homo lege naturæ, ut pro proximo mo-
riatur, alioquin nemo infra perfectionem poſſet
Excludere. habere charitatem. ¶ Excluſa eſt &c. Excludere
duobus modis accipitur, ſcilicet pro repellere,
uel pro extra clauſum ponere, i. manifeſtare. ¶ Au-
thoritas eſt dictum, uel factum imitatione dignũ.
Authoritas. ¶ Arbitramur enim iuſtificari hominem per fidẽ
ſine operibus legis. Non dicit dubitatiue, ſed aſſe
Arbitrari. rit cum diſcretione Non eſt arbitrium ſine diſcre
tione: quod tũc eſt liberum, quando eſt ad bonũ:
Z tunc oppreſſum, quando ad malum. ¶ An Iudæo-
Quæſtio rum Deus tantum? Quæritur cur lex magis ſit da-
Solutio. ta Iudæis quàm Gentibus: cum Deus ſit pater, &
author utrorunque. Solutio. Data eſt lex Iudæis
pro Gentibus, quia tranſitura erat de Iudæis ad
Gentes. ¶ Legem ſtatuimus. i. finem imponimus,
ut ceſſet: uel ſtatuimus, id eſt, ſtatum quem habere
debet, damus, ſcilicet ſpiritualem.

A Merces non imputatur ſecundum gratiam.
Rom. 4. Non ſic omne bonum, quod agimus, attri-
buendum eſt gratiæ, ut meritum liberi arbitrij tol
latur: qui error eſt Manichæorum. Nec ſic merito
hominis, ut gratia ſecludatur: in quo Pelagius er
rabat. Concedimus quidem totum eſſe ex gra-
tia, ſed non ex ſola gratia: cum aliquid ſit ex meri
to, ſic tamen ut illud idem ſit ex gratia. Omne. n.
bonum meritum, quod eſt ex libero arbitrio, eſt
ex gratia: ſed non quicquid eſt ex gratia, eſt etiam
ex hominis merito. Homo naturaliter uult bo-
num, ſed ſine gratia effectu caret, ut oculus poten-
tiam uidendi, quam habet naturaliter, non poteſt
Obiectio. exercere ſine luce ſuperueniente. Homo ex libe-
ro arbitrio poteſt bonum & malum: ſed liberum
arbitrium eſt naturalis potentia: ſed poſſe malũ
eſt naturalis impotentia: quomodo ergo poſſe
malum pertinet ad liberum arbitrium? Quomo- Rñſio quorundam.
do idem poteſt eſſe effectus potentiæ & impoten-
tiæ? Dicunt quidam, quòd poſſe malum non perti
net ad liberum arbitrium. Secundum quos ſic B
deſcribitur, Liberum arbitrium eſt diſcretio bo- Baptiſmatis efficacia.
ni & mali cum facultate faciendi bonum, & dimit
tendi malum. Nobis autem uidetur, quòd libe
rum arbitrium ſit facultas diſcernendi, & eligen-
di, & exequendi. Hoc dico ſecundum primum
ſtatum: quæ facultas per culpam quantum ad exe-
cutionem penitus deleta eſt: quantum uero ad di
ſcretionem & electionem multum diminuta. ¶ Di
cunt quidam, quòd tanta fuit efficacia circunciſio
nis in tempore legis, quanta eſt nunc baptiſmi: q̃-
bus ſic obijcitur. In Spiritu ſancto renaſcitur qui
baptizatur, quod non credimus fieri in circunci-
ſione. Item in baptiſmo fit remiſſio omnium pec
catorum: inſuper datur uirtus bene operandi,
& in bono proficiendi, & in profectu perſeuerã-
di. In circunciſione tantum fuit remiſſio omniũ
peccatorum: non ergo tantum profuit, uel tan-
tam habuit efficaciam, quãtam habet baptiſmus,
Illi, quibus omne peccatum dimittebatur, digni
erant ſalute non ſolum pro eo, quod habebãt, ſed
potius pro eo, quod habituri erant per gratiam
Chriſti. Reatus enim originalis peccati non ſic di
mittebatur, ut omnino nullus eſſet, ſed ut ſuſten-
taretur uſque ad Chriſtum. ¶ Abraam dictus eſt Abrahã,
prima uia credendi, quia primum fides in eo eni-
tuit. ¶ Legis impletionem impediebat pręcepto
rum eius multiplicitas, magnaque auſteritas, &
parua utilitas. Impletionem euangelii adiuuat C
præceptorum eius breuitas, maiorque ſuauitas, & Euangelij præſtantia.
maxima utilitas. Quid enim breuius: crede, & ſal-
uus eris? Quid ſuauius charitate? Quid utilius ſum
ma beatitudine? Ante Deum pater ponitur, qui
magis Deo quam ſibi filios generare quærit.

Pacem habeamus ad Deum. Eſt pax in Deo, eſt D
ad Deum pax. Pax in Deo erit in futuro: quan- Roma. 5
do Deus erit omnia in omnibus. Pax ad Deum eſt
in præſenti. Vnde propheta. Pacem ſuper pacem:
quaſi dicat, pacem pro pace ſicut gratiam pro gra
tia. ¶ Gloriamur in tribulationibus. Si caro uincit
ſpiritum, pro uictoria cum ſpiritu uicto punietur
& ipſa. Si ſpiritui cedit, cum eo pariter ſtola im-
mortalitatis, & corona gloriæ remunerabitur.
Quæritur, quomodo in tribulationibus ſit glo- Quæſtio
riandum: cum Dominus dicat: Pater transfer a
me calicem iſtum, Solutio: tribulatio tribus mo
dis contingit: ad pœnam, ad correctionem, ad Rñſio.
augmentum coronæ. Item in tribulatione tria con
ſiderãda ſunt, amaritudo, cauſa, & finis. Si igitur iu
ſtitia ſit in cauſa, gloriandum eſt in pœna: non pro
pœna, ſed pro eius cauſa, & fine. ¶ Exercitium tri-
bulationis diſpoſitionem patientię conuertit in E
habitum patientiæ, & ſic tribulatio operatur pa- Exercitium.
tientiam, non diſpoſitionem, ſed habitum. ¶ Pro-
batio uero ſpem. Probatio quandoque ponitur Probatio.
pro purgatione, ut ibi, Tanquam aurum in forna-
ce probauit. i. purgauit. ¶ Spes eſt de futuro bo-

†conſciẽ tia bona notũ ſcientia boni. ¶ Diligitur amicus in Deo ideſt quia eſt in Deo. Inimicus in Deum.i.ad hoc, ut habeat Deum. ¶Bonitas noſtra nil aliud eſt, niſi affectio mentis ſummæ bonitati adhærentis. ¶ Gratia Dei ad ſpiritum ſanctũ referri ſolet,ideoque quod per ſolam & meram gratiam Dei fit, ſæpe per Spiritum ſanctum fieri dicitur. ¶ Omne peccatum large poteſt dici impietas,eo quòd a bo-

Impietas. nitate & pietate diſcordat.¶In quo omnes peccauerunt. Quæritur quomodo omnes in Adam

F peccauerint: cum ſecundum animam, ad quam

Quæſtio pertinet peccare,in eo non fuerint? Solutio:quia

Rñſio. ſecundum carnem in eo fuerunt, a qua anima trahit cauſam peccati:ideo omnes in eo peccaſſe dicuntur. Omnium cato tota, ſed non tanta in Adã fuit,quę in ſe multiplicata eſt ſine mutatione cibi uel potus in tantam multitudinem.¶Vſque ad le-

G gem peccatum erat in mundo.Quæritur quomo-

Quæſtio do per legem regnum mortis deſtrui cœpit. Lege enim data, regnum mortis uidetur auctumquia lex ſubintrauit, ut abundaret delictum.Solutio:

Rñſio. dicunt quidam,quòd cognitione peccati,& timore pœnæ cœpit deſtrui regnum mortis per legem, uel in idololatria per legem deſtructum eſt. ¶ Si

H Chriſtus non eſt unus, uel aliquis homo,ut qui-

Chriſtus unus eſt homo. dam dicunt: quomodo dicit Apoſtolus ingratia unius hominis? ¶Originale peccatum,ſecundũ alios dicitur reatus peccati: ſecũdum alios igno-

Originale pctm̃ quot modis dicitur. rantia,& concupiſcentia:ſecundum alios origina lis iniuſtitia: ſecundum alios fomes peccati. ¶ Si primi parentes non peccaſſent, paruuli eorum haberent iuſtitiam originalem per quam digni eſſet uita:cuius iuſtitiæ priuatio dicitur originale peccatum ſecundum magiſtrum Acardum. ¶ Si non eſſet peccatũ, anima in prima ætate haberet uſũ, & exercitium rationis,quia nullum ineſſet ei impedimentum, alioquin brutis animalibus inferiores naſcerentur paruuli ut modo. Maior enim uiuacitas ſenſuum uiget in brutis animalibus ætatis illius quàm in paruulis. Quod probat utrorum

I que natura inſpecta. ¶ In baptiſmate confertur

Baptiſma. Iuſtitia origi. originalis iuſtitia,non illa,quam haberent paruuli,ſi non eſſet corruptio peccati: ſed illa quæ intelligitur in participatione meritorũ Chriſti. Priuatio igitur illius primordialis iuſtitiæ ſic in baptiſmate tollitur: non ſic ut eius habitus conferatur, ſed ſic ut non imputetur. Hæc autem originalis iuſtitia, quæ datur in ſacramento regenerationis tantum ualet ad meritum, quantum illa prima, & forſitan plus, quia noſtri paruuli, qui decedũt ſtatim intrant ad gaudiũ. ¶ Anima corruptionem

K habet ex corpore: quæ ſicut corpus ex Adam eſt.

Animæ pollutio Vnde merito & peccatum dicitur anima habere ex Adam, quia ipſa corruptio cauſa eſt,quare anima ſit ſubiecta peccato: & tali modo licet anima non ſit ex traduce, tamen trahit peccatum ex traduce. Dicunt quidam, quòd originale peccatum in baptiſmo ſecundum ſolum ęternę damnationis debitum dimittitur, & manet etiã poſt baptiſma ſecundum culpam.Iuxta illud Apoſtoli. Iam

Infra c.7 non ego operor illud:ſed quod habitat in me peccatum. Ecce Apoſtolus uocat hoc peccatum.Nobis autem uidetur,im mo fere omnibus, quòd nõ ſit culpa,uel peccatum poſt baptiſma. ¶ Chriſtus meruit,ideſt aliquid prius nõ ſibi debitum acquiſiuit, non eſt uerum. Chriſtus meruit,ideſt opus uirtutis dignum remuneratione fecit: uerum eſt. L Chriſtus quõ meruit.

Sancti per tormenta quæ patiuntur,merentur: licet totum ſit ex gratia: ſicut per id,quod diligunt, & bona opera faciunt, merentur:licet & hoc totum ſit ex gratia.Si igitur legatur,quod ſolus Chriſtus meruit: ſic intelligatur, ut Deus ſolus eſt bonus,& ſolus Deus facit mirabilia ¶Chriſtus libero arbitrio fecit quicquid fecit, licet non potuerit peccare, non neceſſitate: hoc enim eſſet quaſi ex coactione. ¶ Eſt meritum,quo meremur, quod nondum habemus:eſt & meritum,quo meremur retinere quod iam habemus. ¶ Poteſt concedi, q̃ Chriſtus meruit immortalitatem, ideſt talem obedientiam exhibuit,quæ tali remuneratione digna fuit. Quæritur:utrum Chriſtus in omnibus operibus ſuis nobis ęqualiter meruerit? Quod uidetur, quia omne opus,quod fecit pari charitate fuit informatum,& ſic uidetur, quòd in natiuitate eius tantum nobis meruit,quantum in paſſione: ergo in natiuitate redempti ſumus,& ſic ante mortem: quod non eſt uerum. Solutio:licet charitas Chriſti in ſe non receperit incrementum: recepit tamen in effectu. Vnde dicitur Deus unum magis diligere quam alium,propter maiorem uel minorem effectum. Iuxta hunc modum poteſt dici,& uerum eſt, quòd plus nobis meruit in morte ſua quàm in natiuitate, & in morte eius redempti ſumus,& non in natiuitate.¶ Non eſt iuſtus quiſquã &c.ad maiorem partem referendum eſt, & non generaliter ad omnes. ¶ Cauſariç dictiones quãdoque notãt cauſam,nunc conſecutionem: nunc alicuius occaſionem. ¶ Vbi abundauit delictum: &c. Iſtud, ubi, non ad perſonas,ſed ad tempus refertur. Noctem in ſuo curſu iter peragere, eſt peccatum in mortali corpore regnare. Licet Iudęus & Gentilis idem facerent peccatum:plus tamen peccat Iudæus quàm Gentilis lege data; & monachus quàm laicus in eodem facto.

M Merita ſãctorũ.

N Libarbitrium in Chriſto.

Meritũ duplex.

O Quæſtio

Rñſio.

P Vbi. Sap. 18.

Qui enim mortui ſumus peccato &c.Illi mortui ſunt peccato, in quibus peccatum eſt mortuum, ut ſaltem non dominetur. Illi uiuunt peccato: in quibus regnat peccatum, & dominatur. ¶ In morte ipſius baptizati ſumus. In morte, ideſt in fide mortis,uel in efficacia mortis uel ad ſimilitudinem mortis Chriſti baptizati eſtis. Duobus modis quis baptizatur in Chriſto: ſcilicet ut ſit in Chriſto ut bonus:uel ſic ut poſſit eſſe in Chriſto ut fictus.¶ Per gloriã patris, ideſt potentiam reſurrectionis, in qua pater filiũ ſuum glorificans,ab eodem eſt glorificatus.¶ Corpus peccati uniuerſitatem uitiorum uocat, quorũ author diabolus eſt. Vel in corpore peccati duo intelliguntur,natura & culpa: quod ergo in corpore eſt ex peccato, iubet Apoſtolus deſtrui, non id quod ex natura. ¶ Quando officio membrorũ noſtrorum fit aliquod malum, tunc membra noſtra ſunt arma militantia iniquitati: quando officio eorum fit aliquod bonum propter Deum, tũc membra

Q Roma 6

Baptizari i Chriſto.

R

Corpus peccati.

membra noſtra ſunt arma iuſtitiæ militātia Deo. ¶ Tunc fomes peccati dominatur nobis, uel diabolus quando trahit nos ad peccatum mortale.

Præceptum. ¶ Præceptum eſt de his, ſine quibus non eſt ſalus.
Prohibitio. Prohibitio de his, cum quibus ſalus eſſe non poteſt.
Permiſſio. Permiſſio, uitæ laxioris conceſſio.
Cōſiliū. Conſilium, melioris uitę admonitio. ¶ Ioris ratio exigit, ut iuxta meriti quantitatem reddatur & præmium. Mors autem Chriſti meritum eſt, pro quo debito

S rēs ſumus. Huic autem merito nil ſecundū quātitatem etiam moriendo reddere poſſumus. Nemo ergo dicat, quòd non plus debet quàm poſſit.
Ioris rō. Quòd ergo Deus minus debito accipit, gratia eſt, ſine qua nemo ſaluatur. Si quis enim tātum Deo redderet, quantum debet, is gratia non indigeret. Non eſt enim miſericordia, ubi tantum redditur,

T quantum debetur.

Rom. 7. Et uos mortificati eſtis legi &c. Poteſt dici, quòd Dauid in hoc legi uiuebat, quod eam ſecundū literam ſeruare tenebatur, & in hoc mortuus erat legi: quòd non quærebat ex ea iuſtificari. Itē cum Chriſto erat per fidem, & gratiam. Nondum tamen gratiæ inſtituta, & nouæ legis ſacramenta

Lex mortis. ſeruabat. ¶ Vt fructificarent morti, Lex Moyſi dicitur lex mortis propter tranſgreſſionē, quæ cau-

V ſa eſt mortis: uel quia peccantes interficiebat. ¶ Vt ſeruiamus in nouitate ſpiritus: & non in uetuſtate literæ. In nouitate ſpiritus ſeruit, qui in iis ſeruit, quæ innouant hominem, & Chriſto conformem reddunt. In uetuſtate literæ ſeruit, qui in iis ſeruit, quæ hominem ueterem faciunt, & Adę cōformem: qui legem ſecundum ſuperficiem cuſtodit. ¶ Itaque lex quidem ſancta, & mandatum ſanctum. Lex eo quòd ligat, poteſt dici mandatum prohibens: & mandatum in iis, quæ præcipiuntur. ¶ Non habitat in me, hoc eſt, in carne mea bonum &c. Talis & tanta eſt animæ & corporis unio, ut quod unius eſt, alteri attribuatur: ut ſenſualitas animæ, & pſonalitas corpori. Velle adiacet mihi dote naturæ: ſed perficere non inuenio dono gra-

X tiæ. ¶ Condelector enim legi Dei ſecundum interiorem hominem.
Ratio. Ratio naturalis in uita præſenti omnino extingui non poteſt. Ipſa eſt enim aquila, quę ſuperuolāti puer, qui cęteris periclitātibus pueris, non periclitatur. Homo legis legi Dei condelectatur magis ſecundum rationis approbationem, quàm ſecundum amoris delectationem. ¶ Lex peccati dicitur eſſe in membris, per quorū officium adimpletur, ut in oculis, per quos uidemus quod concupiſcimus: in lingua mentiendo.

Obiectio. ¶ Si quis mente ſeruit legi Dei & mente ſeruus eſt Dei: & ſi idem carne ſeruit legi peccati, carne eſt ſeruus peccati. Cum ipſe idem ſit, qui ſic & ſic ſeruit: uidetur quòd idem ſit ſeruus Dei, & peccati.

Solutio. Solutio: Si quis carne ſeruit legi peccati, non ideo ſimpliciter ſeruus eſt peccati. Eius enim ſeruus quis dicitur, cuius libenter facit uoluntatem. In his ergo, qui partim diligunt Deum, partim mundum, uidendum eſt quis amor in eis præponde-

Y ret, & ſecundum hoc iudicandum eſt, cuius ſint ſerui. Video aliam legem &c.
Leges malæ. Tres ſunt leges malæ, lex membrorum, lex peccati, lex mortis. Lex. n.

ſpiritus uitæ. Tres ſunt leges bonæ. ¶ Lex rationis, lex Moyſi, lex ſpiritus uitæ. Leges bonæ.
¶ Qui ſecundum carnem ſunt, iis ea, quæ carnis ſunt, ſapiunt: & ea, quæ ad ſpiritum pertinent, ſunt inſipida. Verbum doctrinæ, & ædificationis eſt eis amarum: fabulas, rumores, uerba diſſolutionis gratanter amplectūtur. ¶ Prudentia carnis mors eſt. Prudentia carnis eſt, quæ poſtpoſitis iis, quæ ad Deū pertinent, ſecularia negocia ſolicite agit. Sapientia carnis eſt, quæ nihil niſi quod ſecundum ſolitum curſū naturæ contingere ſolet, poſſibile credit. Prudentia, & ſapientia carnis.
¶ Carni debemus prouidere neceſſaria, ne deficiat: & ſuperflua reſecare, ne læuiat: qui autem carni ſecundum uoluptatem indulget, de iumento facit Deū ſuum. ¶ Si ſpiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis. Hypocritę carnem carne mortificant, ſancti ſpiritu carnem mortificant. Hypocritæ.
Horror amaritudinis mortis in Chriſto fuit maior, quā in aliquo alio, quia ipſe perfecte præſciuit, quanta ſit in morte amaritudo. Mortis Chriſti amaritudo.
¶ Non accepiſtis ſpiritum ſeruitutis. Z
Timor ſeruilis cohibet manum a malo opere timore pœnæ temporalis. Timor initialis cohibet a malo opere, & a mala uoluntate timore gehennæ. Timor filialis cohibet ab omni malo amore iuſtitiæ. Timor multiplex.
De timore initiali quæritur: utrum faciat ſeruum, an filium: Cum enim timore pœnæ cohibeat a malo, uidetur eſſe ſeruilis: Item cū bonus ſit omnis, qui cohibet ſe a malo opere, & a mala uoluntate, uidetur quòd ſit filialis. Omnis enim bonus eſt filius. Item omnis homo aut eſt ſeruus, aut filius. Quæſtio.
Solutio: Timor initialis poteſt eſſe cū ſeruili & cum filiali. Homo prius timet pœnam temporalem, & poſt etiam gehennam: tandem incipit amare bonum. Ille dicitur habere timorem ſeruilem, qui timore pœnæ temporalis tantum, aliquid criminale non committit. Itē eſt aliquis, qui timet gehennam, & diligit bonum, ſed nondum perfecte. Solutio.
¶ Hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti. Nos hæreditas Chriſti ſumus, & cohæredes eius. Hæreditas: quia nos in æternum poſſidebit. Cohæredes: quia regnum patris cum ipſo poſſidebimus. A Roma. 8
¶ Si tamen compatimur. Chriſto compati eſt ad ſimilitudinem eius pati in carne, uel animo compūgi ex memoria mortis eius: uel inopias membrorum eius ſecundum facultatem reuelare. ¶ Non ſunt condignæ &c. B
Quæritur, an æterna beatitudo poſſit mereri? Id, quod eſt temporale, quomodo poteſt eſſe dignum eo, quod eſt ęternum? Solutio. Temporale meritum poteſt eſſe dignum, ſed non condignum æterno præmio: quia plus dabitur in præmio, quam fuerit in merito. Quæſtio Mereri paſſiue, Rūſio.
¶ Fit quandoque comparatio rei ad rem ſecundum quod in ipſis eſt: quandoque ſecundum æquitatem: quandoque ſecundum conuentionem. Secundum quod in ipſis eſt: ut cum equus equo, argentum argento. Secundum æquitatem, ut cum quis pro oue ſuſpenditur, ſecundum ęquitatem iuſtitiæ ſæcularis: & cum Deus aliquem punit ęternaliter pro peccato unius momenti. Quę æquitas conſiſtit, uel intelligitur non in comparatione quantitatis culpæ ad pęnam, ſed potius in conſideratione contemptus Comparatio meriti, & ualoris.

Dei,& tranſgreſsionis diuini mandati. Idem con-
tingit in remuneratione bonorum. ¶ Compara-
tio eſt ſecundum conditionem, ſiue conuentio-
nem: ut cum pro minimi laboris opere tibi mar-
cam argenti promittam, & hæc cōparatio in pœ-
na malorum,& remuneratione bonorum non in-
C conuenienter adaptatur. Conuentionem enim o-
Creatura. mnibus Deus hanc propoſuit. Si feceritis hoc: hoc
recipietis. ¶ Omnis creatura ingemiſcit &c. Crea
tura ad creatorem refertur. Vnde non inconue-
nienter creaturæ nomine hoc loco omnes illi in-
telliguntur, qui ad creatorem ſuum per fidem, &
dilectionem referuntur. ¶ Chriſtus moram facit,
ſed non tardat. Ille enim dicitur tardare, qui ul-
Abac. 2. tra tempus debitum moram facit. Vnde ſi moram
fecerit, expecta eum, quia ueniens ueniet, & non
tardabit. Vanitati.n. creatura ſubiecta eſt non
uolens. Creatura dolet ſe uanitati ſubiectam, quæ
Vanitas. uellet immutabiliter adhærere ueritati. Magna eſt
D uanitas corporis: ſed multo maior uanitas ſpiri-
tus: qui per tot tentationes, & uagas cogitationes
obiectio fere ſemper euaneſcit. ¶ Si creatura nolens, & do-
lens uanitati ſubiecta eſt: ergo in ſuſtinendo non
meretur, quod falſum eſt: cum in ſpe retributio-
Solutio. nis ſit ſubiecta, ut dicit Apoſtolus. Solutio: uult, &
non uult id, ſed non ſecundum idem. ¶ Et partu-
rit uſque adhuc. Mulieris parturientis dolore ma
iorem eſſe non credo, nec maius deſiderium.
¶ Non ſolum autem illa: ſed & nos ipſi primitias
ſpiritus habentes.i. Non ſolum minores in eccle-
E ſia, ſed etiam nos Apoſtoli ingemiſcimus. ¶ Ado-
Quæſtio ptionem filiorum Dei &c. Non ne iam adoptati
ſumus in filios Dei? Non ne iam filii Dei ſumus?
Quomodo ergo dicitur de ſanctis, ꝙ expectāt ado
Rñſio. ptionem filiorum Dei? Solutio. Adoptio iam ince
pta eſt in nobis per ſpem: perficietur autē per ſpe
Spes. ciem. Spes eſt certitudo futuri commodi adipiſcē
F di. ¶ Quid oremus ſicut oportet, neſcimus. Omnis,
Exaudiri qui petit quod petendum eſt, & quomodo peten
dum eſt, ſemper exauditur ad utilitatem. Quid au
tem, uel quomodo petere debemus, neſcimus, niſi
Ignorantia. per Spiritum ſanctum. ¶ Ignorantia uenit ex cor-
ruptione, & infirmitate carnis. ¶ Diligētibus Deū
G omnia cooperantur in bonum. De illo quæritur,
Quæſtio qui cum in alto gradu charitatis eſſet, torpendo
ad minorem deſcendit, & ſic decedit, cum charita
te tamen: quomodo deſcenſus ille cooperatur ei
in bonum? Coronam.n. minuit, & præmium atte-
Rñſio. nuat. Solutio: niſi deſcendiſſet ſic, ex nimio profe
ctu ſuperbiſſet: & ſic talis deſcenſus cooperatur
H ei in bonum. ¶ Non eſt dicendum, ꝙ omnia bona,
quæ mali faciunt, cooperentur eis in malum: cum
Auguſtinus dicat, ꝙ bonū fuiſſe per unum diē uti-
I le eſt. ¶ Quos præſciuit &c. Oīa a Deo anteq̄ fiant
præſciuntur: Illa tñ quadā prærogatiua præſciri a
Deo dicuntur, quæ futura ab eo approbantur, ſi-
Imago Dei. cut ſcire dicitur, quæ approbat: quos itaq; ſic præ
ſciuit oēs prædeſtinauit. ¶ Conformes fieri imagi
nis filij ſui. Chriſtus eſt imago patris.i. expreſſa ſi-
militudo uſquequaque ſimilis & æqualis. Sancti
conformes.i. pro modo ſuo ueſtigia ſequētes Chri
ſti in puritate uitæ, in obedientia & humilitate.

Vt ſit ipſe primogenitus. Chriſtus ſecundum ꝙ Vnigenitus.
eſt natus de patre, dicitur unigenitus: ſecundum
quòd habet fratres, primogenitus. Quos prædeſti
nauit, hoc, & uocauit &c. Deus poteſt præſcire,
quæ non præſciuit: uelle, quæ non uult: poſſe face
re, quæ non facit. Præteritum tempus propter ſui
certitudinem diuiditur quod nullum aliud pōt.
¶ Qui etiam interpellat pro nobis. Chriſtus inter-
pellat ꝓ nobis repreſentatiōe humana.i. merito K
obedientiæ, quā in humanitate ſua exhibuit: quæ
obedientia adeo patri eſt grata, ut eius merito no
bis uenia peccatorū donetur. ¶ Neque mors.i. cō-
minatio mortis: neque uita.i. promiſſa conſerua-
tio uitæ.i. nec timor mortis, nec amor uitæ pote-
rit nos ſeparare a charitate Chriſti. ¶ Nil adeo
dominatur homini, quantum ipſe ſibi. Ipſe enim
ſuā poteſt cogere uolūtatem, & mutare, quod nil L
aliud ab eo poteſt: unde Apoſtolus, quem nil po
terat ſeparare a Chriſto: ſeparare a Chriſto ſeipſū
poterat: quod ne fieret, corpus caſtigabat.

VEritatem dico in Chriſto Ieſu. Eſt qui uerita
tem dicit, & tamen mendacii reatum incur. M
rit: qui etſi uerum dicat, id tamen in conſcientia Roma. 9
non habet. ¶ Optabam anathema eſſe. Optabam
pro eo quod eſt opto ut Aimo legit. ¶ Promiſſio-
nis .n. uerbum eſt &c. Sciendum, quòd promiſſio Promiſſiones
nes Dei, uel prophetiæ tribus modis fiunt. Quan-
doque cum immutabili denunciatione, ut illa. Ec Dei.
ce uirgo concipiet &c. Quandoque cum quadam Eſa. 7.
cōminatione, ut adhuc quadraginta dies & Nini- Ionæ. 3.
ue ſubuertetur, ubi conditio & ſi non apponitur,
tamen ſubintelligitur, ut, niſi a uia ſua conuerta-
tur Niniue, ſubuertetur. Quandoque cum eorū,
ad quos fit libera uoluntate, ut in proprio ſcilicet
habeāt arbitrio, promiſſionem factam ſuſcipere,
uel reſpuere, ut hic. In ſemine tuo benedicentur
omnes gētes. Quæ promiſſio omnibus oblata eſt Gen. 22.
ſic ut eam pro arbitrio ſuo apprehendat, uel re-
ſpuat. ¶ In Iſaac uocabitur tibi ſemē.i. in filiis grãę,
qui per Iſaac ſignificantur: ut propoſitum Dei ma N
neret.i. impleretur. ¶ Poteſt quæri utrum cauſa pri Quæſtio
mordialis, an finalis quæratur cum dicitur: cur
Deus elegit Iacob potius quàm Eſau? Sed uolunta
tis Dei quæ eſt omnium cauſa, nulla eſt cauſa. Itē Rñſio.
ſi finalis cauſa quæritur, dicitur, quia electio Iacob
ualet ad fidei confirmationem, & gratiæ commen
dationem: quod enim factum eſt in duobus fratri
bus, hoc idem fieri in duobus populis credere de-
bemus. ¶ Deum ab æterno aliquem reprobaſſe nil
aliud eſt, niſi præordinaſſe ſe illi in tempore pro
culpa gratiam ſubtracturum. Sed dicit quis: ergo
æternę reprobationis cauſa fuit culpa temporalis. O
Solutio: dici poteſt, quòd æternæ reprobationis Obiectio.
ſit cauſa culpa temporalis: cauſa quidem primor-
dialis non fuit culpa temporalis, ſed potius finalis Solutio.
cauſa, in qua terminatur, non inchoatur. ¶ De duo P
bus quæritur æqualiter in peccato iacentibus, qui Quæſtio
bus gratia Dei æqualiter proponitur, & offertur:
unde fit quòd alter ei cōſentiat, & ab altero reſpua
tur? Solutio: utriſque data eſt gratia, qua potuit Rñſio.
conſentire: alterius tamen mens mota eſt, & con
ſenſit quod de bono naturæ potuit, quia uelle ad

iace-

iacebat ei:qood ante gratiā implere nō potuit, ꝑ
gratiam quidem excitata eſt,& ſurrexit. Alter cū
poſſet, non conſenſit:ſed gratiam oblatam ſpon-
te reiecit,ot apparet in ſolis radio,& in duobus in
foueam lapſis.Qui oculos aperit uidet, non ſine
ſolis claritate.Qui oculos claudit,non uidet. Sic
Q qui manum meam apprehendit,extrahitur a me
de fouea:qui autem negligit nec nititur cum au-
xilio ſibi exhibito,non exit.¶Maior ſeruiet mino
ri. Impletum eſt non in perſonis illis, quia non
legitur quòd Eſau ſeruierit Iacob:ſed in filijs eo-
rum.Videlicet tempore Dauid,& Salomonis.Vel
ſeruire ponitur pro prodeſſe.Iacob ſine merito eſt
electus: Eſau non ſine merito eſt in tempore re-
probatus,uel damnatus.¶Principium, & conſum
Quæſtio mario omnis boni non eſt ex homnie,ſed ex Deo.
¶Dicit ſcriptora Pharaooi &c.Quid ad Eſau exem
Rñſio. plum de Pharaone, cum ille pro originali pecca-
to tantum ſit reprobatus:iſte etiam pro actuali ſo
let quæri. Solutio:ad hoc inducuntur ſimilitudi-
nes & exempla,ot per magis certum id, quod mi
R nus certum eſt,uideatur.¶Quem uult indurat. Di
citur Deus indurare quem uult:quia non coactus,
ſed uoluntarius gratiam ſubtrahit,quam ſubtra-
hit:qua ſubtracta fit ille deterior.¶Qui reſpódeas
Deo.Reſpondeas,id eſt,contradicas:quia reſpon-
dentis eſt contradicere. ¶Vaſa in honorem ſunt
uaſa,quibus cibi menſis imponuntur.Vaſa in con
S tumeliam uaſa culinæ, aut egeſtionis.¶In uaſa mi
ſericordiæ,quæ præparauit in gloriam. Miſeri-
corditer agit Deus cum malis,ſpatium pœniten-
tię indulgendo,ſed miſericordius uideretur cum
illis agere,ſi citius diſcederent: quia minus pecca
rent.¶Hæreſis Manichæorum ſic omne bonum
gratiæ aſcribebat, ut liberum arbitrium tolleret:
Hæreſis Pelagianorum, bonum fieri ab homine
ſine gratia poſſe aſſerebat. Doctores uero utrun-
que errorem deſtruunt. Vbi uero Ambroſius di-
cit,quòd Deus elegit Paulum,ſciens illum ſe cor-
recturum:oon intelligit, quòd futurum meritū
cauſa eſſet præſcieotiæ Dei,ſed demonſtrat libe-
rum arbitriom gratiæ Dei cooperari: quod eſt cō
tra prædictas hæreſes.¶Verbom abbreuiatum fa-
ciet Deus ſuper terram. Verbum abbreuiatum
Eſa.1. poteſt dici uerbum incarnatum,quod in humili-
tate eſt abbreuiatum & eſt legem conſummans,
id eſt,adimplens.

T VOluntas qoidem cordis mei fit pro illis in
Rom.10 ſalutem.Voluntas quādoque accipitur pro
Volun- affectu ſenſualitatis: ad cuius differētiam dicitur
tas. uoluotas cordis,uel rationis.Ille in ſpiritum ſan-
ctum peccat,qui ſpiritui ſancto inuidet, eo quòd
per hūc ſiue per illum bona operetur. Vnde iniu
ſtum eſt,quòd Deus alicui tali dimittat peccatum
V huiuſmodi.Quod autem iniuſtum eſt, Deus face-
re non poteſt.Æmulationem Dei habent,ſed nō
Zelus. ſecundum ſcientiam. Zelus bonus uel Dei eſt fer
uor mētis, quo quis ꝑpter Deū putat aliquid fa-
ciēdū eſſe,uel dimittēdū: q aliqñ eſt cū ſciētia, ali
qñ ſine ſciētia: ſciētia hic uocatur cognitio fidei.
Facilius ueniā conſequuntur,qoi ignorantes pec
1.Timo.1 cant,q̄ ſcientes. Vnde Apoſtolus. Miſericordiā

Dei conſequutus ſū quia ignoranter feci: & iſtud
quia,ſancti cauſatiue legunt.Vbi tamen,nō cauſā
efficiens,ſed acceſſum præbens notatur. ¶Finis.n.
legis Chriſtus.Eſt finis conſumptionis, ot panis X
finitus.i.conſumptus:& eſt finis cōſummationis, Finis ua-
ut tela finita.i.conſummata. Chriſtus eſt finis le- rius.
gis conſummans. Lex,& prophetæ uſque ad Ioā
nem.i.uſque ad gratiam:qua ſuperueniente lex ul
tra non eſt tenēda. ¶Omni credenti ad iuſtitiam.
Eſt qui credit non ad iuſtitiam:qui.ſ.habet fidem
per dilectionem non operantem, & ideo per fi-
dem non iuſtificatur.¶Viuet in ea.i.uictum habe-
bit in ea:iuxta illud. Si hoc feceritis, bona terræ
comedetis.¶Hoc eſt uerbum fidei,quod prædica Eſa.1.
mus &c Verbum prædicationis adeo eſt rationi
conſentaneum:ot cum ei prædicatur,ſtatim ei ac
quieſcat & conſentit:quia nihil adeo appetit ſicut
cui nihil aliud ſufficit in mundo.unde cum illud
quod ſumme appetit, auditur:aot omnino cæca eſt
& expers rationis,aut illi conſentit.¶Quicunque Y
iouocauerit nomen Domini,ſaluus erit. Non om
nis,qui uocat,inuocat.Vocatio enim exterior ſo-
nus eſt uerborum:de qua dicitur.Non omnis,qui
dicit mihi,Domine, Domine &c.Inuocatio uero Matt.7.
interior eſt clamor.i.deuotio animi ad Deum pro
ijs, quæ petenda ſunt,ſuſpirantis:de qua Moyſi di
citur.Quid clamas ad me? Quàm ſpecioſi pedes Exod.14.
& in pedibus quandoque actiones,quandoque
affectiones intelliguntur:ut, pedes eorum pedes Ezech.1.
recti. Quandoque ponuntur pro uerbo prædica-
tionis:ut ſubiecit gentes ſub pedibus. ¶Euangeli- Pſal.46.
zantium pacem, id eſt, reconciliationem inter
Deum & homines.¶Sed non omnes obediunt e-
uangelio. Quidam omnino fidem reſpuunt:ot Iu
dæi,& infideles. Quidam ore tantum obediont.
Quidam & ore,& opere,& non corde,ut hypocri
tæ:& hi omnes non obediunt euangelio: ſed ſoli Z
illi,qui quod corde credunt, ore confitentur, & Quis
opere implent.¶Quis credit auditui noſtro.Deus
duobus modis interius loquitur animę fideli.Vel
cognitionem ueritatis reuelando: uel amorem
uirtutis inſpirādo.¶Quis nunc impoſſibilitatem, Audit⁹.
nonc difficultatem,nunc raritatem notat. Audi-
tus exterior multis eſt cauſa fidei, non tamen ef-
ficiens, ſed acceſſum præbens. Neque enim qui
plantat eſt aliquid:neque qui rigat:ſed qui incre-
mentum dat Deus. Quod ab Apoſtolis prædica-
tur uerbum eſt Chriſti, quia ab ore eius prolatū:
uel uerbum Chriſti eſt, quod intus in corde ipſe
reuelat. ¶In omem terram &c Hæc authoritas ,, A
incepit a Iodæis impleri tempore Apoſtolorum.
Volunt quidam, quòd principes Iudæorum co-
gnouerunt Chriſtum eſſe Dei filium,non tamen
huic cognitioni propter inuidiam acquieſcere
poterant: ſed ſcienter, & cōtra conſcientiam eum
impugnabant. Aliis uidetur, quòd cognouerunt 1.Cori.2
eum eſſe uirum iuſtum,& in lege promiſſum. ſed B
non Dei filium. Si enim cognouiſſent, nunquam
Dominum gloriæ crucifixiſſent. ¶Eſaias audet,&
dicit.Audax dicitur,qui audet audenda,& non au
denda:& ſic in malo ponitur. Quandoq; audacia
ponitur pro fiducia animi,quæ uirtus eſt,qua pœ-
na

na iniuſte comminata non timetur. ¶ Palam apparui iis, qui me non interrogabant. Apparet qui ſubito & inſperato uenit. ¶ Tota die expandi ma
C nus meas &c. Cum totum pro omni parte ponitur, hoc nomen totum cum nomine totius nō debet poni: ut ſi dicatur, tota die feci: hic non pars diei: ſed totius debet intelligi, ſæpe tamen ſic loquimur, tota die expecto te. Vbi tamen non totus dies, ſed magna pars diei intelligitur. ¶ Ille man⁹ expandit, qui beneficia largitur, quod Dominus
D fecit Iudæis tota die. i. omni tempore gratiæ.

Rom. 11. NOn reppulit Deus plebem ſuam, quam præſciuit. Sicut duplex eſt uocatio: ſic duplex
Præſcientia duplex. eſt præſcientia. ſ. generalis, quæ eſt omnium: & ſpecialis, quę tantum eſt bonorum. ¶ Altaria tua ſubfoderunt, & ego relictus ſum ſolus. de illis altaribus intelligendum eſt, quæ fideles ſibi ædificauerant: non audentes ire Hieroſolymam propter reges idololatras poſt diuiſionem regni. ¶ Dedit illis ſpiritum compunctionis. Tunc anima terram aeſtralem. ſ. arentem poſſidet, cum in ea ſol iuſtitiæ præſentia ſui humorem peccatorum exſiccat.
3. Reg. 19.
Compunctio.
Ioſu. 15. Additur irriguum inferius, & irriguum ſuperius: cum gemina compunctio datur & ex recordatione peccatorum, & pro deſiderio patrię. Mala cō-
Inuidia. punctio eſt inuidia, quæ eſt tormentum. Quo maius Siculi non inuenere tyranni: quæ eſt nouerca alienæ felicitatis. ¶ Fiat menſa eorum &c. Sicut in mēſa corporaliter: Sic in ſcriptura ſpiritualiter reficimur, ubi diuerſa fercula apponuntur. ¶ In ſcandalum. Scandalum nunc offenſam, nunc ruinam,
E nūc rixā ſignificat ¶ Quòd ſi delibatio ſancta eſt,
Delibatio. & maſſa. Delibatio eſt parua alicuius rei deguſtatio ad experimentum totius maſſæ. Maſſa eſt ip-
Maſſa. ſū genus: radix, patres: rami, filij: oliua, Iudæ: oleaſter, Gentilitas: pinguedo, Apoſtoli. Eſt itaque maſſa ſacrata & ſi non ſecundū ſe tota, tñ ſecundum ele
F ctionem: & rami ſancti licet non oēs. ¶ Cōtra naturam inſertus es. Naturam diffinire difficile eſt.
Diffinitio. periculoſæ enim ſunt diffinitiones, ut ait quidam.
Natura. Quicquid eſt præter peccatum, aut eſt opus Dei operantis ſine natura: aut opus naturæ cooperantis Deo, aut artificis imitantis naturam. Item alia Deus operatur ſecundum naturam, alia ſupra naturam, nihil contra naturam. Potentia enim Dei tanta eſt, ut de natura qualibet ſine ea facere poſ-
G ſit, quicquid ſibi placet. ¶ Vt non ſitis uobiſipſis
Sapiens ſibi. ſapientes. Sapiens ſibi dicitur, qui ſapientiam, quam habet, a ſe eſſe credit: uel pro merito ſuo ſibi datam: uel qui data ſibi ſapientia abutitur: qui ſe extollit, & alios deſpicit ex conſideratione ſa-
Donec. pientiæ ſuæ. ¶ Donec plenitudo Gentium intraret. Donec cauſa eſt, & terminus, i. cauſatiue ponitur, ut hic: non feci hoc donec tu feciſti illud, quaſi factum tuum cauſa fuit facti mei: & finaliter ut hic. expectabo te donec uenias. ¶ Plenitudo multitudinem, non uniuerſitatem hic ſignificat. Secūdum euangelium quidem inimici propter uos: & Chariſſimi ſecundum electionem, propter patres.
" Non eſt intelligendum q̄ ijdem ſint inimici & cariſſimi. Relatio enim non ad eaſdem perſonas, licet ad eundem populum refertur. Vt, Mulier, quæ damnauit, ſaluauit. Et illud. Qui ſuper te pedibus ambulauit: qui te in deſerto de [illegible] produxit. Hic non aquæ ſubſtantiam, ſed [illegible] demonſtrat. Sic omnes electi a Domino diliguntur: ſic & ego omnes, qui me diligunt, licet non omnes nouerim: ſic & Apoſtolus omnes electos
H diligebat. ¶ Sine pœnitentia enim ſunt dona, & uocatio Dei. Pœnitentia ponitur pro mutatione: quia quod prius fecimus, & feciſſe pœnitet,
Gen. 6 pœnitentia mutamus, ut hic, Pœnitet me feciſſe hominem: id eſt, mutabo opus quod feci, propter malitiam hominum. Auguſtinus dicit, quòd Deus mutat ſententiam, & non conſilium. Sentētiam uocat pœnam, & uindictam pro culpa nobis debitam: conſilium appellat æternam diſpoſitionem. ¶ O altitudo diuitiarum ſapientię & ſcientiæ Dei. Vbi figere non ualemus oculum rationis, figamus oculum admirationis, & oculū fidei. ¶ Aliud eſt aliquid ſoluere ad dubitationem
I tollendam. & aliud ad profunditatis comprehenſionem. ¶ Altitudo ſublimitatem notat & pro-
Al[illegible] do fundiatem. Profunditas ab æterno, ſublimitas extenditur in æternum. ¶ Iudicia, uocat ęternam diſpoſitionem. Vias, operationes. ¶ In ſecula ſecu
S[illegible] lorum. Seculum dicitur a ſequendo: quia unum ſequitur poſt aliud. Seculum ſeculorum dicitur ęternitas: quia ipſa ſequitur omnia ſecula, & ipſam nullum. Amen, aduerbium eſt optandi, uel
Amen. confirmandi.
K

Rom. 12 VT exhibeatis corpora ueſtra hoſtiam uiuentem ſanctam. Carni debemus prouidere, ut ſeruiat, non ut ſęuiat: ut ſit ancilla, non domina: hoſtia fiat uitiorum mortificatione, ſed uiuat
Quæſtio. uirtute. Quęritur cur Apoſtolus præcipit corpo-
Solutio. ra, & non animas offerre in ſacrificium. Solutio: ſacrificium a ſpiritu inchoatur, & in corpore determinatur. ¶ Et nolite conformari huic ſeculo. Ex Adam facti ſumus ueteres, deformati, & Deo diſſimiles: per gratiam Chriſti innouamur, & reformamur, & Deo conformamur. In qua conformatione quotidie proficimus per ſtudium lectionis & bonæ meditationis, orationis & bonæ ope-
L rationis. ¶ Quæ ſit uoluntas Dei bona, benepla-
Volūtas Dei. cens, & perfecta. Voluntas bona eſt in fide: beneplacens in ſpe: perfecta in charitate. Vel bona uoluntas in ſubiectione maiorum: beneplacens in ſubiectione æqualium: perfecta in ſubiectione minorum. Vel bona in coniugatis: beneplacens in uiduis: perfecta in uirginibus. ¶ Omnibus qui ſūt inter uos. Solus Deus uere eſt, quia immutabilis p naturam. Vnde illi ſoli, qui Deo adhærere de-
M ſiderant, non immerito eſſe dicuntur. ¶ Per gratiam, quæ data eſt mihi. Rationabiliter Petrus in ſignis & uirtutibus potens, datus eſt Iudæis ſigna quærentibus. Paulus uero, cui præ cæteris data eſt cœleſtis ſapientia, datus eſt Gentibus in Apoſtolū & doctorē, quia ut ipſe ait. Iudæi ſigna petūt: Græ-
1. Cor. ci ſapientiam quærunt. ¶ Non plus ſapere, quàm
obiectio oportet ſapere. Cum nemo tantum ſapiat, quin plus poſſit, & debeat ſapere in uita præſenti [illegible]
Solutio ſapit plus quam oportet. Solutio: ille plus ſapit quàm oportet, qui ea, quæ ſunt ſupra humanam

nam rationem ſua ratione nititur comprehen-
dere; quæ ſcilicet credi debent, & poſſunt: ſci-
ri non poſſunt. Plus etiam ſapit quàm oportet,
qui ſe extollit, & alios contemnit. Ille ſapit ſe-
cundum menſuram fidei, qui nil ſapit uel facit,
nisi quod credit eſſe ſapiendum uel faciendum.
O § Vnicuique ſicut Deus diuiſit. Chriſto homi-
Chriſt°. ni Deus non dedit dona ad menſuram: ſed om-
nium donorum plenitudinem; Vnicuique datur
gratia etiam propter aliorum utilitatem: ut quod
P unus non poteſt per ſe, poſſit per alium. Siue
Prophetia. prophetiam &c. Prophetia eſt diuina inſpira-
tio, futuros euentus rerum immutabili ueritate
denuncians. Vel ſecundum Gregorium. Pro-
phetia eſt occultorum manifeſtatio per Spiritum
ſanctum facta. Ille ſecundum rationem fidei pro-
phetiam habet, qui in ſua prædicatione ſecũdum
quod credit auditoribus neceſſarium, uerba ſua
Q moderatur. § Qui tribuit in ſimplicitate. Tri-
buit in duplicitate, qui ei largitur, a quo maiora
ſperat. Tribuunt in duplicitate hypocritæ ſci-
licet cauſa gloriæ. Tribuunt in duplicitate, qui
tribuunt in ſpe præſentis retributionis, & futuræ.
Simplicem & puram in tribuendo habet inten-
tionem, qui ob hoc ſolum tribuit, quia id Deo pla
R cere credit. § Qui præeſt in ſolicitudine. Amor
expellit negligentiam, timor præſumptionem,
Prælatus non tumeat de dignitate, ſed timeat de
reddenda ratione. § Qui miſeretur in hilarita-
te. Qui dat eleemoſynam indigenti, non ſe
exiſtimet bona ſua minuere: ſeminat enim
centuplum recepturus, ſi tamen hoc facit ex cha-
ritate. Similiter qui ignoſcit læto animo id fa-
ciat. Iniurias illatas ueniam petenti non op-
ponat. Hoc eſt enim pœnitentem confundere
magis quàm pacare. § Solicitudine non pigri.
S Quidam ſoliciti ſunt corde, & in opere pigri:
ideo dicit ſolicitudine non pigri: hoc eſt ſoli-
citi ſitis corde, nec tamen in opere pigri.
§ Spiritu feruentes. Charitas impatiens eſt:
Apoc.3. parum enim ſibi omne, quod facit, uidetur.
Vnde, Vtinam eſſes aut calidus aut frigidus:
ſed quia tepidus es, euomam te ex ore meo.
Calidus, eſt feruens in charitate: frigidus, pe-
nitus infidelis, uel in grauibus peccatis iacens:
tepidus, qui nec magna mala facit nec magna
Quæſtio bona: ſic ſancti exponunt. Quomodo ergo
optat magis ut ſit frigidus quàm tepidus. Non-
ne maius eſt malum eſſe in mortalibus quàm
Rñſio. in uenialibus, & ſic melius eſt eſſe tepidum quàm
frigidum: Solutio: non rem ſicut eſt, ſed quę ex
re eſt opportunitatem in uerbis illis attendit. Fre-
quenter enim contingit, quòd ij, qui in profun-
do uitiorum ſunt, ad Deum conuerſi ad maiorem
perueniant perfectionem, quàm ij qui ſunt tepidi.
V § Verbum Dei paſſim non eſt diſſeminandum, ſed
tempus opportunum eſt obſeruandum. § Ora-
tioni inſtantes. Orationis inſtantia fit in aſſiduita-
te, & deuotione. § Hoſpitalitatem ſectantes.
Hoſpitalitatem ſectatur, qui rogantes ſuſcipit, &
X non rogantes cogit: & ne foris remaneant diligen
ter inquirit, uel quærit. § Benedicite perſequen-
tibus uos: benedicite, & nolite maledicere; Le-
gitur in actibus Apoſtolorum Paulum cuidam Actu.23
maledixiſſe ſic. † Deſtruat te Dominus paries † Percu-
dealbate. Nunquid ergo fecit, quod prohibuit tiat.
dicens: nolite maledicere? Solutio: ſancti zelo Quæ
iuſtitiæ compulſi talia faciunt, ideo maledictionis Rñſio.
actionem, non uoluntatem habent: ideoque
(ut nobis uidetur) maledictionis reatum non in-
currunt. § Flete cum flentibus. Flendum pro Y
defectu, & caſu, ac culpa aliorum eſt: non ca-
dentibus inſultandum, & pro dilatione glorię:
aliæ lachrimæ non habent meritum bonum. Z.
§ Nolite eſſe prudentes apud uoſmetipſos. Pru-
dens eſt apud ſeipſum, qui cum apud alios ſit
ſtultus, ſibi uidetur eſſe prudens, & qui totus
iudicio ſuo nititur. Vnde cum eius ſententia
contemnitur, ſtatim iraſcitur. § Prudentia ſine
ſimplicitate, aſtutia eſt: ſicut ſimplicitas ſine
prudentia, fatuitas. § Prudentia ſerpentis eſt ſer- A
uare caput, in quo eſt uenenum, unde uinciſi ſimpli
citas columbæ eſt quod læſa non reſedit. § Da-
te locum irę. Ille dat locum irę, qui iniurias
illatas patienter audit: qui prouocatus non re-
ſpondet, ſed tacet. § Mihi uindictam, & ego
retribuam, dicit Dominus. Qui uindicat ſe,
quantum in ſe eſt, iudicem ſua priuat poteſtate. Quæſtio
§ Quæritur: an iuſtitia Dei, & iuſtitia humana
uel ſecularis ſint contrarię? Quod uidetur: cum
iuſtitia Dei confitentem peccatum per ſacerdo-
tem abſoluat; Iuſtitia humana confeſſum pec- Rñſio.
cata ſua ſuſpendat. Solutio. Nonnulla eſt cha-
ritas cum uindicta, quæ ſecundum iuſtitiam
humanam de fure ſumitur pro communi uti-
litate exercetur, & ideo ad iuſtitiam Dei ſpe-
ctat. § Si eſurierit inimicus tuus, ciba illum C
&c. Sufficit inimicos non odiſſe (ut dicit Au-
guſtinus) quod de effectu, non de affectu in-
telligendum eſt. Tenemur enim eorum ſalu-
tem uelle, & anguſtiam famis patientibus (ſi
poſſumus) ſubuenire. Vince in bono malum.
Legitime pugnat, qui in pugna perſeuerat:
qui motibus gulæ, uel irę, & illicitis omnibus
repugnat.

D
NON eſt poteſtas niſi a Deo. Voluntatem Ro.13
peccandi habemus a nobis: poteſtatem
autem a Deo, quod ſic intelligendum eſt, ideſt
id, quo uoluntatem ad effectum ducimus, ſcili-
cet membra, & uim membrorum a Deo habe- E
mus. Dicunt quidam, quòd poteſtas peccandi
non eſt pars liberi arbitrij: cum in angelis non
ſit, uel in Deo. Hi dicunt, quòd in dæmoni-
bus non eſt liberum arbitrium. Alijs aliter
uidetur. Sunt autem liberi arbitrij partes, poſ-
ſe dimittere malum, & poſſe facere bonum.
Vnde diabolus, quia non poteſt dimittere ma- F
lum, nec facere bonum, non habet ſecundum Poteſtas
eos liberum arbitrium. § Eſt autem poteſtas or-
dinatio a Deo diſpoſita in genere humano, qua
alij alijs præeſſe habent. Exiguntur autem
quatuor ad eſſe poteſtatis, inſtitutio, materia,
ordo, & terminus. Inſtitutionem debet a Deo ha-
bere, uel ab humano iure: aliter prælatio non eſt

poteſtas,ſed uiolentia. Materiam habere debet in
ſubiectis,bonos defendendo,malus puniendo.Or
dinem ideſt iuſtitiæ æqualitatem:ut ab ea non re-
cedat,ſed eius amore poteſtatem exerceat. Termi-
num habere debet, ne ultra extendatur quàm de-
G bet:quod alieni iuris eſt non inuadat. Cum ergo
aliquis prȩlatus a iuſtitia recedit,non eſt ei obediẽ
dum, ſed reſiſtendum: non ei malum inferendo,
ſed ne malũ perficiat impediendo.In iis enim quȩ
H ad poteſtatem pertinent, obedientiam ei debe-
Tributũ mus:non in iis,quȩ ad tyrannidem. ¶Cui tributũ,
Vectigel. tributum &c.Tributum a tribunis dicitur.i. quod
a ſubiectis tribunis ſoluebatur. Vectigal,quod de
uectis.i.mercibus deportandis ſoluebatur. ¶Ne-
mini quicquàm debeatis, niſi ut inuicem diliga-
tis. Debitum dilectionis ab omni ſoluit debito:a
quo tamen nemo abſolui poteſt. Sic ſemper redda
tur, ut ſemper debeatur: & ſic debeatur ut red-
Charitas datur. ¶Charitas ſecundum Auguſtinum
Obie- eſt motus rationabilis uoluntatis in Deum pro-
ctio pri- pter Deum,& in proximum propter Deum. Deus
ma. non eſt motus mentis:ergo charitas eſt,quȩ nõ eſt
Solutio. Deus? Videtur Auguſtinus uelle, quòd omnes
æquali affectu diligendi ſunt,ſed non pari effectu.
Cui cõtrarium uidetur, quod dicit Hieronymus.
Obie- Poſt omnium patrem Deum, carnis quoque
ctio ſc̃da diligatur pater. Item hunc ſic obiicitur: non ne
I magis diligendus eſt, qui magis Deo placet?
Euaſio. ſed ecce alius eſt melior patre meo, & ſic te-
neor eum magis diligere quàm patrem meum.
Solutio: quod Auguſtinus dicit, ſic intellige, om
nes pari affectu ſunt diligendi.i.communi, ſed nõ
æquali.Quod autem alibi dicit:tantum fratres di-
ligamus, quantum nos, ideſt tantum bonum eis
optemus, & ſi non tanto affectu: uel quantum eſt
ſimilitudinis, non quantitatis.Item ſecundæ obie
ctioni ſic poteſt reſponderi. Contingit aliquan-
do, quòd aliquem tenemur diligere plus effectu,
alio meliore illo, quem diligere poſſumus ordina
te maiore affectu. Illos enim diligere plus effe-
ctu tenemur, quorum cura uobis commiſſa eſt.
Simili modo patrem meum effectu plus teneor
K diligere,quàm alium,licet melior ſit. ¶Qui dili-
Iacobi.3 git proximum, legem impleuit. Perfectus eſt,
qui in lingua ſeu uerbo non offendit: non ta-
men ideo perfectus, quia in lingua non offen-
dit, ſed in cumulo perfectionis ſuperponitur
in lingua non offendere: Sicut dicimus, quòd ſe-
nex eſt,qui centeſimum agit annum: hanc tamen
ſenectutem non contulit centeſimus annus,ſed ex
præcedentibus accreuit;& ſicut de illo, qui plura
habet caſtra,dicimus,quòd diues eſſet, ſi haberet
adhuc illud: non tamen propter illud, niſi habe-
L ret & alia,diues eſſet. ¶Dicunt quidam, quòd ma-
Nota ar- ius bonum eſt non offendere in lingua quàm nõ
gumẽtũ. committere homicidium. Quibus ſic opponitur.
Duum ſi alterum altero magis eſt appetendum,
contrarium eius contrario alterius magis eſt fu-
giendum: unde ſi homicidium committere ma-
gis eſt fugiendum,quàm lingua offendere:homi-
cidium non committere magis eſt appetendum
quam in lingua non offendere. Vt ſanum eſſe
magis eſt appetendum, quàm uelocem eſſe: ergo
ægrum eſſe magis eſt fugiendum, quàm tardum.
Item maioris meriti eſt diligere Deum, quàm
inimicum: non tamen maioris offenſæ non dili-
gere inimicum, quàm non diligere Deum iuxta
quorundam argumentationem. ¶Quæritur: an M
dilectio Dei poſſit haberi ſine dilectione proximi, Quæſtio
quod ſic, uolunt ita probare. Si nemo eſſet præ-
ter unum, poſſet Deum diligere ita quòd non di-
ligeret proximum: ſicut Adam antequam Eua
eſſet, Deum dilexit: nondum tamen proximum,
cum nemo adhuc eſſet præter ipſum. Solutio: Rñſio.
poſitiua & falſa eſt locutio iſta,dilectio Dei poteſt
haberi ſine dilectione proximi. Ponit enim eſſe
proximum, & ſine dilectione eius dilectionem
Dei haberi poſſe. Dilectio Dei quaſi forma eſt
dilectionis proximi, & cauſa: dilectio proximi
quaſi materia eſt dilectionis Dei. Dilectio Dei
occulta: dilectio proximi exterius apparet, & in
ipſa Dei dilectio declaratur, ideo dicit Apoſto-
lus, quòd dilectio proximi plenitudo eſt legis. N
¶Diliges proximum ſicut teipſum, ideſt ad hoc,
ad quod diligis teipſum cum te bene diligis, id-
eſt, in Deo, & propter Deum. ¶Secundum Au-
guſtinum Deum diligere toto corde, ideſt eum di
ligere toto intellectu:tota anima, ideſt tota uolun
te: tota mente,ideſt tota memoria. Vt omnes co-
gitationes,totam uitam, & totam memoriam in
illum conferas,a quo habes ea, quæ confers. Vn-
de conſtat hoc præceptum in hac uita omni mo-
do non poſſe impleri.Vnde ipſe dicit:cum adhuc
aliquid eſt carnalis concupiſcentiæ, non omni mo
do ex tota anima diligitur Deus. Vnde conſe- O
quenter quæris ſic;cur ergo præcipitur iſta perfe- Quæſtio
ctio homini, cum in hac uita eam nemo habeat? Solutio.
Quam quæſtionem ſic ſoluit: quia non recte cur
ritur ſi quo currendum eſt, neſciatur. Ex parte
enim diligimus ſicut ex parte cognoſcimus. Nec
tamen de iugo huius præcepti, quaſi de onere P
importabili poſſumus conqueri: cum eius imple Obie-
tio non exigatur ab hominibus gratiæ. ¶Dicunt ctio.
quidam,quòd prȩceptum decalogi quodlibet eſt
de illis, ſine quibus non eſt ſalus: ſed iſtud eſt
unum de illis: ſine ergo eius impletione nõ eſt
ſalus? Solutio: certum eſt, quòd ſalus eſt ex ſola
gratia Chriſti, & uel illud non eſt de illis, uel ſine Solutio.
aliquo illorum eſt ſalus.Item obiiciunt ſic nobis.
Impletio cuiuſlibet præcepti habet meritum: Obie-
igitur hoc præceptum in futuro habebit meri- ctio.
tum, cum ibi & non hic impleatur. Solutio. Solutio.
Inquantum diligimus, hoc præceptum ſerua-
mur, & ſeruando meremur: implere illud per-
tinet ad præmium, & potius eſt felicitatis quàm
uirtutis.Item dicunt,quòd condignum præmium
impletione præcepti huius nemo poteſt in prȩ-
ſenti mereri. Nos autem hoc falſum dicimus. Q
Scriptum eſt de Abraham, Credidit Abra- Gen.15.
ham Deo, & reputatum eſt ad iuſtitiam. Sic
ſancti per charitatem, qua Deum prædiligunt,
merentur Deum, & ſic præmium condignum im
pletione præcepti prȩdicti. Ipſi dicunt, quod hoc
præceptũ in præſenti poteſt impleri, Auguſtinus
dicit,

Obiectio. dicit, quòd non poteſt. Vnde quærit, quare ergo præcipitur: & ſoluit nõ ut illi, ſed aliter. Quod
Pſal.118. autem obijciont. Clamaui in toto corde meo:
R̃ſio. & Exquiſiui te in corde meo. Nunquid ſi ad tempus ideo … tempore, qua dignus ſalute? uel ſi propheta, ideo omnis homo, qui dignus uita, ſic clamauit, uel clamat? Magiſter Acardus ſic expoſuit. Clamaui in toto corde meo.i. inquantum eſt meum: inquantum .n. concupiſcentia illud poſ-
R ſidet, non eſt meum. Sic exponunt, Deum ex toto corde diligit: qui totum intellectum ſuum in illum conuertit. Tota anima, qui uoluntatem ſuam Dei uolontati per omnia ſupponit: tota mente, quotuui, quod ſe feciſſe meminit, ad honorem Dei conuertit. Nonne iuſtus ſępe uana cogitat? quomodo tunc ergo Deum ex toto corde diligit? uel quomodo tunc dignus ſalute, cum ſecundum horum opinionẽ nemo dignus uita æterna, qui nõ
Nox. implet hoc præceptũ. ¶Nox præceſſit. Nox quãdo que aeris obſcuritas dicitur ex abſentia ſolis: aliquando aduerſitas: aliquando peccatum: aliquando omne tempus ab Adam uſque ad Chriſtum: quandoque omne tempus dicitur nox reſpectu claritat… futuræ. ¶Induamur arma lucis. Arma lucis ſunt uirtutes. ¶Non in cõmeſſationibus. Commeſſatio dſ a comis.i. uicis, quod in illis coepulari ſolebant: & edendo, uel quaſi menſæ collata quam
S multa mala comitãtur. ¶E ebrietatibus. Ebrietas,
Gẽn.41 quia inebriatus eſt Ioſeph cum fratribus ſuis, non fuit ſuperfluitatis, ſed abundantiæ, ut dicit Auguſtinus. Sicut terra dſ inebriata.i. ſufficienter irrigata ¶Non in cubilibus. Cubilia a fœdis cupiditatibus dicuntur proprie ferarum: inde propter fœtorem libidinis lecti luxurioſorum appel… tali nomine. ¶Et impudici… js. Impudi… uerecũdia: & ponitur pro in continentia. ¶Non in … contẽtione, & æmulatione. Æmulatio poni… pro … inuidia. ¶Sed induimini Domi… um Ieſum … induunt Chriſtum … nec amore nec timore, ubi pe-
T riculum imminet … abſcondunt ueritatem.
Rom.14 INfirmum autem in fide aſſumite. Hic ordo eſt … æ, & doctri… æ … ut prius noſmetipſos diligamus, abij… endo opera mala, & operando bona: poſt ea proximum, in quo impletio legis con… netur. ¶Qui autem infirmus eſt olus manducet. Per olus intelligitur cibus, de cuius nullus ſcandalizatur eſu. ¶Potens eſt enim Deus ſtatuere …lum. Potens eſt Deus etiam diabolum ſtatuere. ¶Si homo non peccaſſet, uenenum ei nocere nõ poſſet. ¶Am
Obiectio. bigua dicũtur, quæ bono & malo animo poſſunt fieri, ut dicit authoritas: ſed ſecundum hoc uidetur, quod omnia bona exteriora & mali, ambigua debeãt dici, cum bono & malo fieri poſſint animo.
Solutio Solutio: illa ambigua dicuntur, quæ nec apertam
V ſpeciem boni, nec apertam ſpeciem mali habent. ¶Nemo noſtrum ſibi uiuit: & nemo moritur. Sibi uiuit, qui utilitatem ſuam niſi in uita ſua non quærit. Domino uiuit, qui proximi utilitatem, & Domini uoluntatem facere contendit. Sibi moritur, qui in ſua morte propriam gloriam quærit. Domino mor…tur, qui in ſua morte Dominum glorificat. Vel hoc dicit: quod non eſt in poteſtate hominis uiuere, uel mori: ſed in poteſtate Domini, qui morti & uitæ noſtræ dominatur, per hoc quod mortuus eſt, & reſurrexit pro nobis. Omnes ſtabimus ante tribunal Chriſti. Tribunal ſedes eſt iudicũ, thronus regum: cathedra doctorum. ¶Viuo ego dicit Dominus. Viuo ego: iuramentum eſt in ueteri lege, ſicut in euangelio, Amen, amen. ¶Mihi flectetur omne genu. Flexio genuum ſubiectionem ſignificat omnium. ¶Non ergo blaſphemetur bonum noſtrum. Bonum noſtrum uocat fidem, quã blaſphemat Iudæus uidens munda, & immunda comedere catholicum: quod ne fiat monet Apo-
ſtolus. ¶Omne, quod non eſt ex fide, peccatum eſt. X
Quidam dicunt, quòd infid… peccatum eſt etiam bona facere: quod nobis eſſe uidetur falsũ cum Hieronymus dicat: Deus non reprobat bonam uitam plurimorum. Non omne, quod fit cõ-
tra conſcientiam, eſt damnabile. Ro.15.

DIco autem gentes ſuper miſericordia honorare Deum. Gentes dicit Apoſtolus honorare Deum ſuper miſericordia: quia maior & manifeſtior gratia Dei exhibita eſt Gentibus. Nec hoc dicit, quod in Iudęi facere idem debeant. Erat radix Ieſſe: & qui exurget regere Gentes. … Ieſſe, radix: Dauid, arbor: Maria, ramus: Chriſtus, flos. V… radix Ieſſe, Chriſtus dici… ¶Vt abundetis in ſpe, & uirtute Spiri… ſancti. Charitas quadam prærogatiua dſ, uirtus Spiritusſancti: quaſi mater aliarum
uirtutum. ¶Sanctificans euangelium Dei. Euange- Y
lium quantum in ipſis eſt contaminant, qui bon… quæ prædicant, exemplo malæ uitæ contemptibilia reddunt. Vnde Gregorius. Cuius uita deſpicitor, reſtat ut eius prædicatio contemnatur. Sanctificatur euangelium in reddenda ratione eorũ, quæ docet, & exemplo uitæ. In primis gratia miraculorum fuit neceſſaria cum his. Per Chriſtum gratias referimus patri: ſine enim ipſo digni non ſumus etiam Deum laudare. ¶Signorum, & prodigiorum. Prodigium quaſi porro digium dicitur. ¶Si uobis primum ex parte fruitus fuero. Frui eſt cum delectatione uti. ¶Et aſſignauero eis fructum hunc. Eleemoſyna dicitur fructus, quia & in præsẽti gratiã maiorem fructificat: & in futuro retributionem. ¶Adiuuetis me in orationibus ueſtris &c. Quod merita unius non poſſunt, multorum
poſſunt, & multorum preces impoſſibile eſt ut Impoſſi-
non impetrent.i. ualde difficile. Sic quãque acci- bile,
pitur impoſſibile: unde Tullius. Sola amicitia, inquit, res eſt, quæ res impoſſibiles ad poſſibilem
redigit facultatem. ¶Apoſtolus artis erat ſcenofa Apoſto-
ctoriæ: ſcena tabernaculum, uel obumbratio dici li uita.
tur. Faciebat ergo papiliones, uel tabernacula & uendebat, & inde uiuebat: & dicitur quòd noctem in tres partes diui… in prima parte dor-
miebat: in ſecunda orabat … in tertia laborabat, Z
per diem tantum prædicationi uacabat. Ro.16.

VT obſeruetis eos, qui diſſenſiones &c. Obſeruare in bona & in mala ſignificatione accipitur: in bona ut hic, obſerua ſabbatum. In
mala, ut ipſi obſeruabant.i. inſidiabantur. ¶Præ- Præte
ter doctrinã. Præter pro contra ponitur. ¶Per dul- r.
ces ſermones ſeducunt. Adulator blandus eſt inimicus.

Gala. 4. micus,ueritas malis & imperitis amara eſt. Vnde Apoſtolus. Inimicus factus ſum uobis, uerum dicens uobis. Et Comicus. Obſequium amicos, ueritas odium parit: & ita inimicos. ¶ Volo uos ſapiẽtes eſſe in bono: & ſimplices in malo. Sapiens eſt

Simplices i malo. in bono, qui bene utitur ſapientia ſibi data: hæretici falſitatem ſpecie ueritatis obumbrant. ¶ Simplices ſunt in malo, qui nec malum pro malo reddunt, ſic ſe habent quaſi nihil ſciant. Duplices in malo: qui ma um pro malo reddunt: qui de uno malo duo faciunt.

## *IN EPISTOLAM DIVI Pauli ad Corinthios priorem, Annotationes elucidatoriæ multa eruditione preditæ: ob quarum faciliorem inuentionem, et agnitionem epiſtolam ipſam in capita iam nota diſtinximus; & uerba elucidanda præmiſimus.*

A

Supbię duo gña. DVplex ſuperbiæ eſt genus: primũ, quando ex ijs, quę in nobis ſunt uel eſſe credimus, ſuperbim⁹. Et hãc ſuperbiam epiſtola ad Romanos perſequitur: & ideo prima ponitur in corpore epiſtolarum. Eſt & alia, quando ex ijs quæ in ijs ſunt, uel eſſe credimus, ut de nobilitate generis ſuperbimus: quam ſuperbiam epiſtola ad Corinthios perſequitur: & ideo

Humilitatis gña duo. ponitur ſecunda. ¶ Duplex eſt genus humilitatis: primum ut nihil a nobis eſſe, unde gloriandũ ſit, credamus. Secundum ut nihil eſſe ab alijs, unde gloriandum ſit, credamus. Vel ideo hæc ſecunda ponitur: quia uicinior illi ad Romanos, & ſimilior in ſacramentorum profunditate inuenitur.

B

1. Cor. 1 PAulus uocatus Apoſtolus Ieſu Chriſti per uoluntatem Dei &c. In ſalutatione aliquando nomina dignitatis ponit, ut audito nomine magiſtri & Apoſtoli eius correctioni acquieſcant. Quandoque nomina humilitatis, ut ad eam inuitet. Apud eos, quibus uilis & abiectus ui

C debatur, nominat ſe Paulum, i. admirabilem. ¶ Cũ

Inuocantes. omnibus, qui inuocant nomen Domini. Sunt inuocantes, & non inuocantes. De quibus propheta dicit: Populus hic labijs me honorat, cor autem eo-

Eſa. 29. rum longe eſt a me. Sunt inuocantes quidam, qui inuocant ut extra habeant ſibi, qui toto cordis affectu a Deo diuitias quærunt. Sunt inuocantes intus, qui Deum gratis colunt, non aliud q̃ ipſum ab ipſo quærentes. ¶ In omnibus diuites facti eſtis.

Diues. Diues eſt in aliqua re, non qui in illa ſufficientiam habet, ſed qui abundantiam: qui. ſ. alijs imperti-

D ri poteſt. ¶ In omni uerbo. i. in ueteri teſtamento: & in omni ſcientia. i. nouo teſtamento. ¶ Significatum eſt mihi, q̃ cõtentiones ſunt inter uos. Cui cunque noſtrum incumbit, ut ſi peccata fratrum, quæ nobis manifeſta ſunt, per nos corrigere non poſſumus, prælato noſtro indicemus. Nec iſta facientes nomen accuſatoris incurrimus: ſed culpã conſentientis euitamus. ¶ Nunquid Paulus cruci E fixus eſt pro uobis? Solus paſtor ſummus dedit animã ſuã pro ouibus ad redemptionẽ. Alij boni paſtores dant animas ſuas pro ouibus ſuis non ad redẽptionem, ſed ad confirmationem. ¶ Quã generaliter perſecutionem patitur eccleſia: paſtor & prælati nõ debent minores deferere, ſed in primis gladiũ perſecutoris ſuſcipere. Vita. n. prælatorum exemplũ, & regula debet eſſe uitæ ſubditorum. Si aũt ſolus paſtor quæratur, cedat exemplo Pauli. ¶ Aut in F noĩe Pauli baptizati eſtis? Cũ baptiſmus detur in noĩe Trinitatis: quæritur q̃uo Apoſtolus aliquos baptizatos in noĩe Chriſti dicat. Solutio ſingulæ perſonæ in ſingulis intelliguntur & nomen ſingularum in nominibus ſingularum. ſed in primitiua eccleſia dubitabatur de Chriſto, an Deus eſſet: ideo maxime ad maiorem authoritatis eius cõmendationẽ prædicabant Apoſtoli nomen eius: ut Deus ab oĩbus ſicut uere eſt, crederetur. Nunc uero fide cõiter ſuſcepta, forma baptizandi, quam Chriſtus tradidit, tenenda eſt. ſ. in noĩe Patris, & Filij & Spiritus ſancti. Si quæratur quod ut illud nomen ſolutio: per nomen, notitia intelligitur. i. fides: ... melius dicit in noĩe, quia corde creditur ad iuſtitiã, ore fit confeſſio ad ſalutem. ¶ Non in ſapiẽtia uerbi &c. Sapientiam uerbi uocat ſapientiã mundi, quæ ſpecie uerborum adornatur, nõ ueritatis fundamento innititur: quæ in hoc reprehẽdenda, q̃ potẽtiã Dei nati tæ alligatam putat. Vnde dicit, impoſſibile Deum mori: urgit em parere, & ſic quantum in ſe eſt euacuat crucem Chriſti. ¶ Nam quia in Dei ſapientia nõ cognouit mundus p ſapiẽtiã Deũ. Mundus nõ cognouit Deũ per ſapiẽtiã. i. p ſapientiã ſuã. In Dei ſapientia. i. per ſapientiã Dei. Id eſt ſapientes mundi in filio incarnato pp ſapiẽtiam ... pp ſuperbiã ſapiẽtiæ ſuæ, Deũ nõ potuerunt cognoſcere, & ideo placuit ſtultos & idiotas ad hanc cognitionẽ eligere. ¶ Nos autem I pdicamus Chriſtũ crucifixum & uirtutem & Dei ſapientiã. Chriſtus ſit nobis uirtus & ſapientia, q̃ per ipſum illuminamur, & tuti efficimur. Non eſt intelligendũ, q̃ Apoſtolus Chriſtũ tãu hominẽ prædicauerit illis, inter quos non iudicauit ſe ſcire niſi Ieſum Chriſtum, & hunc crucifixum: ſed & Deum, & oĩa, quæ neceſſaria erant ad ſalutem. Alter. n. prædicatio eſſet inſufficiens.

QVid eſt ergo quod dicit. Nõ iudicaui me ſcire aliquid inter uos niſi Ieſum Chriſtum, & hunc crucifixum? Solutio: hoc dicit ideo, quia de myſterio unitatis, & trinitatis inter minus capaces omnino tacuit. Chriſtum eſſe ſaluatorem, & cætera, quæ ſimpliciores capiunt, tantum prædicans. ¶ Quam prædeſtinauit Deus ante ſecula. Cum prædeſtinatio ſolius naturæ rationalis ſit: quandoque tamen prædeſtinare ponitur pro præparare. ¶ Quam nemo principum huius ſeculi cognouit. Si enim cognouiſſent &c. Obijcitur illud ex euangelio. Hic eſt hæres, uenite K 1. Co L Matt.

uenite

uenite occidamus eum: quod nimirum Iudæi de Chriſto dixiſſe intel gūtur. Et illud quod ad eos
Mat. 15 dixit Pilatus: Ecce re. ueſter. Poteſt dici quòd licet dæmones ſcirent Chriſtum eſſe Deum: non tamē cognouerunt: quòd quam in humano genere ha bebant poteſtatem, per ipſum amitterent. ¶ Quidā ſic exponunt, ecce hæres, id eſt, qui ſe facit hæredem: & ecce rex ueſter, qui ſe facit regem ueſtrū. Et ſecundum hos Iudæi non uere Chriſtum cognouerunt. Nubis autem, quòd aliqui ex his uere eum cognouerunt. ſ. eſſe promiſſum in lege, & ue re iuſtum uidetur. Malo enim nemo inuidet, ſed bono tantum. Sed iudæi illi inuidebant: quomodo ergo non bonum eſſe credebant? Item cū Deū ſe eſſe prædicabat: ipſum aut uerum eſſe credebant, & ſic cognoſcebant: aut fallacem: & ſic non
Ioan. 9. bonum putabant: quomodo igitur inuidebant? Præterea in euangelio Ioannis: cum dix iſſet Dominus. In iudicium ueni in hunc mūdum, ut qui non uident uideant: & qui uident cæci ſint: & reſ pondiſſent phariſæi: nunquid & nos cæci ſumus? dixit eis Ieſus. Si cæci eſſetis, non haberetis peccatum: nunc uero dicitis, quia uidemus: & peccatum ueſtrum manet. Sed dicemus, quòd illi uiden tes non uident, qui ei, quod uident & intelligunt, non acquieſcunt. Velut amoris uehementia malū, quod audit de amico, non facile credere permit-
M tit: ſic ardor inuidiæ bono, quod audit uel uidet in aliquo, acquieſcere non ſinit. In populo autem Iudeorum tempore Chriſti quinq; genera homi
*Quinq; Hominum genera tpore Chriſti.* num fuerunt: aperte boni ut Apoſtoli: occulte boni ut Nicodemus. Alij ſeductorem putabant, putantes obſequiū præſtare Deo occidendo Chri
Act. 3. ſtum, & ſnos: de quibus dicit Apoſtolus, ſi cognouiſſent &c. Et Petrus. Scio quòd per ignorantiam feciſtis. Alij erant in lege periti ſcientes eum eſſe Chriſtum in lege promiſſum: ſed ſacibus inuidiæ credulitati acquieſcere non poterant. Erant ad huc aliqui, qui nec credebant, nec decredebāt eū eſſe bonum, ſed dubitabant. Quales erant illi forſi
Mat. 27. tan qui dicebant: Si filius Dei eſt, deſcendat nunc
N de cruce, & credimus ei. ¶ Nos autem accepimus ſpiritum, qui ex Deo eſt. Ille ſpiritum habet, qui pro donis gratis datis Deo gratias agit, eiſque utitur in bono, & propter Deum intelligens quæ a Deo donata ſunt ei. ¶ Animalis non percipit illa, quæ ſunt ſpiritus Dei. Animalis tribus modis dicitur, uel qui uegetationem habet ab anima: unde factus homo in animam uiuentem: uel uita uel
O animi ſenſu ut alibi dictum eſt. ¶ Spiritualis antē iudicat omnia: & ipſe &c. Spiritualis diſcernit quæ ſaluti neceſſaria, & quæ repugnantia. ¶ Spiritualis a nemine iudicatur ad damnationem. Poteſt quidem ſpiritualis a ſpirituali reprehendi ut Petrus a Paulo.

P
1. Cor. 3 Lac uobis potum dedi, non eſcam. Vbi ſimul perfecti, & imperfecti, nec propter imperfectos altiora: nec propter perfectos minora tacenda ſunt, cum unum & idē uerbum alijs ſit lactis alimentum, alijs cibi ſolidamentum. ¶ Neque qui plantat &c. Fruſtra laborat lingua prædicatoris niſi interius operetur gratia illuſtratoris. ¶ Dei ſumus adiutores. Deus per nos operatur, & nos ei cooperamur, & inde nos digni mercede efficimur. ¶ Dei agricultura eſtis. Colimus Deum, & nos Deus colit: & utrunque nobis prodeſt, non illi. Q
¶ Fundamentum aliud &c. Ille habet Chriſtum in fundamento, qui in uoluntate & propoſito habet ſi neceſſitas urgeret, potius Chriſto ad hærere, q̄ negare ipſum. Non enim habet in fundamento Chriſtum, qui non habet propoſitum abſtinendi ab omni mortali peccato. ¶ Si quis autem ſuperædificat &c. Opera, quæ fiunt ex neceſſitate uel cupiditate, quæ per lignum, fœnum, & ſtipulam ſignificantur, ſuper fundamentum dicuntur ædificari: quia ſuperappoſita fundamento non deſtruunt: non quia fundamento coadhæreant. Gloſſa tamen dicit hæc de malis non intelliguntur: unde dicimus per lignum, & fœnum, & ſtipulam, intelliguntur opera imperfecta. ¶ Si cuius opus arſerit: &c. ipſe ſaluus erit &c. Cū dolor amiſſorum ſit peccatum: quæritur quomodo purget, R
cum potius inquinet? Solutio: dolor talis in illis Roma. 9
eſt peccatum qui Chriſtum non habent in fundamento præcedentis delectationis: purgatio qui Chriſtum præ omnibus diligunt. In quo peccat Sap. 11.
quis, in eo punitur: dolor talis licet bono diſplicet, nō ideo malus quāmuis amarus. ¶ Dies enim S
Domini declarabit &c. Legitur quòd tantus timor omnes inuadet in die illa: quòd oēs denuo morerentur, niſi eſſent inmortales. ¶ Stultus fiat, ut ſit ſapiens. Stultus ſit, ut ſit ſapiens, qui ſapientiam huius mundi, ſtultitiam reputat apud Deū.
¶ Dominus nouit cogitationes hominum quoniā T
uanæ ſunt. Illę cogitationes dicuntur hic uanæ, quibus ſapientes huius mundi conantur probare Deum nil poſſe contra naturam. ¶ Omnia enim ueſtra ſunt: uos autem Chriſti: Chriſtus autem Dei. Chriſtus nobis ſeruiuit, non ut ſeruus, ſed ut Dominus ſuperior. ¶ Vos autem Chriſti creatione, & redemptione: non Pauli, non Petri.

Sic nos exiſtimet homo, ut miniſtros Chriſti, & V
diſpenſatores miniſteriorum Dei. Apoſtolus 1. Cori. 4
reprehendit Corinthios de contemptu ſui: non quia doleat ſe contemni, ſed in contemptu ſui dolet eos peccare. ¶ Diſpenſat Apoſtolus myſteria, i. occulta Dei, & miniſteria eccleſiaſtica alijs hunc gradum dignitatis alijs illum tribuens. ¶ Nō omnis ſalutis particeps eſt, qui eſt diſpenſator. Qui autem diſpenſatores miniſteriorum arbitrātur gratiarum authores, eccleſiam Dei eccleſiam X
hominum faciunt. ¶ Mihi pro minimo eſt, ut a uo Obiectio.
bis iudicer &c. Non ne crudelis eſt, qui contemnit famā? quō ergo ꝓ minimo habebat Apoſtolus ab alijs iudicari? Solutio: ſenſus eſt. Iudiciū ueſtrū Solutio.
neq; me extollit, nec de primit: ſiue pro me, ſiue cōtra me detur ueſtra ſententia. ¶ Sine nobis regnatis: & utinā regnetis. Illi regnāt in pſenti, qui moti Pater.
bus carnis imperāt: & ſic bona faciūt, ut ſecuri de ſpe futuræ uitæ fiāt. ¶ Sed nō multos patres. Pateŕ natura, pater cura, pater reuerētia dr. ¶ In uirga ue niā, an in charitate? Nō diuidit Apoſtolus iter charitatē & correctionē: cū maxima ſit charitas corri Correctio.
gere errantes: ſed inter diuerſos modos uenien-

di in charitate, an parcendo, an corripiendo, ubi & ſi fit, non tamen uidetur eſſe charitas.

Y 1. Cor. 5. Fermentum. Mat. 8.
EXpurgate uetus fermentum. Fermentum nouum eſt feruor charitatis, quod quiſque debet miſcere in tria ſata farinæ .i. fidei Trinitatis. Fermentum uetus praua doctrina. Vnde Dominus, Cauete a fermento Phariſæorum. Vetus fermentũ dicitur etiam tumor ſuperbiæ: quod nos ueteri homini conformes reddit. Et quilibet peccator, qui alios corrumpit. ¶ Modicum fermentum totam maſſam corrumpit. Si fratrem peccantem non corripis cum ſcias eum peccare, corrumperis, & iam in te maſſa ipſa eſt. Sicut autem farina dura molarum attritione a furfure purgatur: ſic nos dura carnis maceratione a peccatorũ furfure purgamur, ubi lachrymarum compunctione conglutinati in mutua dilectione conſolidemur. ¶ Vt ſitis noua conſperſio. Vt ſitis .i. perſeueretis. Sicut eſtis, ſicut facti eſtis in baptiſmo. ¶ Etenim paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus. Paſcha aliquando nomen eſt agni, qui in paſcha immolabatur. Vt ibi. Quo uis eamus ubi paremus tibi comedere paſcha? Aliquando nomen eſt tranſitus ut hic: ut trãſeamus de Ægypto in terram promiſſionis: de uitiis ad uirtutes, de mundo ad patrem. Aliquãdo paſcha dicitur ipſa ſeptem dierum paſchalium ſolennitas. ¶ In azymis ſinceritatis, & ueritatis. Sinceritas puritas eſt a uitijs: ueritas i bonis. ¶ Aut fornicator &c. Fornicari a Deo eſt aliquid diuinæ dilectioni præponere. Ille nominatur fornicator uel talis, uel talis in quem profertur ſententia ordine iudiciario. Confeſſum publice, aliter monere, non prohibere potes.

*Pulchra ſimilitudo*

Z Paſcha multis dicitur modis.

A 1. Cor. 6.
IAm quidem omnino delictum eſt in uobis, ꝙ iudicia habetis inter uos. Non poteſt eſſe, ꝙ lis contra aliquem ſine peccato moueatur: tuũ enim, uel illius peccatum in cauſa eſt. Et de parua cauſa, ac lite mortale ſępe peccatum oritur. Ex cauſa enim lis, ex lite diſcordia: inde odium, inde homicidium. Licet autem etiam perfectis ſua repetere, ut raptor corrigatur: non ut ſinus auaritiæ impleatur. Qui adhæret meretrici, unum corpus diaboli cum meretrice efficitur. Qui adhæret Deo unus cum eo ſpiritus fit. Hæc unio non eſt identitatis ſubſtantiæ uel perſonæ, ſed in beatitudinis participatione. Et ideo non eſt quęrendum, an ſpiritus

B creatus, an increatus. ¶ Fugite fornicationem. Vitium fornicationis non melius uincitur quàm fugiendo. Ideo nemo in longæua ætate, uel mentis firmo propoſito confidat. Fuge materiam, fuge locum, & omne illud, quod occaſionem fornicationis tibi præſtat. Periculoſe tibi miniſtrat, cuius uultum frequenter attendis. ¶ Qui fornicatur, in corpus ſuum peccat, id eſt contra dignitatem corporis agendo, quod eneruatur, & debilitatur multum in tali actione.

C 1. Cor. 7 Cõiugiũ
PRopter fornicationem unuſquiſque uxorem ſuam habeat: & unaquęque ſuum uirum. ¶ Cõiugium eſt maris & fœminæ coniunctio legitima & ſpontanea ſolennitate celebrata: legitima ad perſonas referimus: ſpõtanea propter coacta, per ſolennitatem clandeſtina remouentur. ¶ Coniugiorum aliud ratum, & non legitimum: aliud legitimum, & non ratum: aliud ratum, & legitimũ. Ratum, & non legitimum, ut illud, quod fit clanculo. Legitimum, & non ratum, ut quando conſanguinei coniunguntur neſciente eccleſia. Ratum, & legitimum: quod in conſpectu eccleſiæ inter legitimas perſonas contrahitur. ¶ Coniugiũ, quod ſanis eſſet ad officium, nunc ægrotis eſt ad remedium. ¶ Error alius eſt perſonæ, alius fortunæ, alius conditionis, alius qualitatis. Mulier, cum qua noſcitur non fuiſſe carnale commercium, nõ pertinet ad illud ſacramentum, quod eſt magnum in Chriſto & in eccleſia, etſi pertineat ad illud, quod eſt maius in Deo & in anima. Primum eſt coniugium: ſecundum coniugii officium. Ad illud ſacramentum, quod eſt in Deo & anima pertinet matrimonium Beatæ Virginis & Ioſeph: quod tanto ſanctius quanto a carnali opere immunius. Matrimonia, quæ fiunt poſt fidem deſponſationis interpoſitam cum aliis, ſeparari non poſſunt. Coniugium, quod aliquando ſoluitur, nunquàm uerum fuit, ut inter conſanguineos. Quorum coniunctio pro coniugio habetur, dum ignoratur eos eſſe conſanguineos, & eorum filii legitimi in hęreditatem ſuſcipiuntur. Si enim inter tales uerum eſſet coniugium aliquando, eſſet & ſacramentum: quod non poteſt ſeparari a coniugio, ſicut nec fides, & proles. Si autem ſacramentum, igitur dum uterque uiuit, non poteſt cum alio, uel cum alia cõtrahi matrimonium. Hinc uolunt inter fideles & infideles: uel inter duos infideles non poſſe uerum coniugium eſſe, cum poſſit ſolui. Aliis aliter uidetur. Plures enim authoritates aſſerunt inter infideles coniugia eſſe. Sed hoc propter uſum, & formam: propter ueritatem coniugii dicunt nonnulli. ¶ Illam ſolam cauſam ponit Apoſtolus, pro qua matrimonium indulſit dicens. Vnuſquiſque ſuam uxorem habeat propter fornicationem: cum multæ aliæ ſint honeſtiores. Hoc autem ſecundum indulgentiam dico. Si coniugium eſt de his, quæ in dulgentiam capiunt, uidetur eſſe peccatum. Cui .n. datur indulgentia, niſi peccato? Ad quod dicitur, quod coniugium eſt bonum: opus tamen eius nõ fit ſine peccato: unde Dauid. Et in peccatis concepit me mater mea. Non fit, nec fieri poteſt etiam inter iuſtos talis commixtio ſine inordinata delectatione, quæ peccatum eſt, & effectus originalis peccati. Huic uidetur eſſe contrarium, quod dicit Auguſtinus, quòd concubitus, qui fit cauſa generãdi, inculpabilis eſt, & ſolus nuptialis eſt. Solutio: talis concubitus, & ſi ſit peccatum, non imputatur, nec indiget aliqua ſatisfactione qui hac ſola cauſa cognoſcit coniugem. Indulgẽtia, uel permiſſio non ſolum fit, ubi aliquid maius poteſt pręcipi, uel exigi, ſed etiam ubi ad aliquid maius poteſt quis moueri. ¶ Melius eſt nubere, quam uri. Vſtio materiam, in qua fit, corrumpit, & deformat: ſic & ardor libidinis, qui in fornicatione eſt: naturam corrumpit, & macula inficit infamiæ. Vritur ergo qui in fornicatione uincitur: hoc eſt, & interius corrumpitur, & exterius ĩfamiæ macula afficitur. ¶ Si quis frater uxorem habet infidelem &c. Si inter

D Cõiugiũ multiplex.

E Error in coniugio multiplex.

E Matrimoniũ Beatę Virginis.

F Cõ[illegible] an po[illegible]

G Obiectio

Solu[tio]

Pſal. 50.

H obiectio Solutio.

I

K obiectio

ter infideles, uel inter fidelem & infidelem nõ eſt
coniugium, ut uolunt quidam, quomodo permit-
tit Apoſtolus fidelem non diſcedere ab infideli co
habitare nolenti? Inter tales commixtio carnis
aut erit legitima, aut fornicaria: ſi fornicaria, &
Rñſio. mortale peccatum: ergo non permittendum. Ad
quorun hoc prædicti reſpondent multa ſecundum ſtatum
dam. primitiuæ eccleſiæ conceſſa oportuit, quę ad præſentẽ
referri non poſſunt. Vnde ſiquis de Iudaiſmo ad
fidem Chriſti modo conuerteretur, non concede
retur ei cohabitare cum priore coniuge: ſed lice-
ret ei cum alia legis nouæ coniungi. Concubitus
autem, qui eſt inter infideles coniuges, uel inter fi-
delẽ & ĩfidelẽ, nõ ẽ legitimus, nec fornicarius, ſm
quoſdam: ſicut nec ille, qui fuit inter Abrahã &
Agar: & inter Iacob & ancillas uxorũ ſuarum. No
Rñſio bis aũt, ꝙ in his omnibus fuerit legitimus, uide-
authoris tur. ¶ Alioquin filii ueſtri immundi eſſent. Filios
L immundos uocat filios infideles: filios ſanctos
Quęſtio. dicit fideles. ¶ Quæritur de illa, quæ donum hẽt
continendi, & credit ſe habere: an peccet ſi nubat.
Quæſtio Quod uidetur, cum dono ſibi dato non utatur ad
ſecunda. id, ad quod ei datum eſt. Item poteſt quæri de quo
Rñſio libet, qui habet gratiam excellentiorem, & manet
ad utran in minori, in qua tamen meretur uitam æternam.
que. Solutio: abſque præiudicio melioris ſententiæ:
Dico, quòd non peccat, ſi nondum fecit uotũ ma
ioris ſtatus. Omnis enim homo plus debet Deo,
quã poſſit reddere: unde cum omnibus miſericor
diter agit Deus, minus ab unoquoque accipiens
M quã debeat, & ſupra quantitatem meriti præmiũ
Arg. Iouin reddens. Iouinianus nitebatur coniugium præ-
niani. ferre uirginitati, quia maior labor in coniugio
quã in uirginitate, & Deus reddet unicuique ſecũ
Solutio. dũ ſuum laborem, & unuſquiſq; ſecundum ſuũ
laborem mercedem accipiet. Solutio: non eſt ue-
rum, quod ubi maior labor, & maius meritum.
Labor enim Marthæ maior, ſed quies Mariæ fru-
N ctuoſior. Item continere eſt de conſilio. Nubere
Argu. ex de permiſſione. Ergo hoc maioris meriti, quã il-
Argu. lud. Item cælibatus Ioannis non pręfertur con-
Solutio. iugio Abrahæ. Hæc authoritas uidetur ocile, ꝙ
uirginitas præferri coniugio non debeat. Solutio:
priuilegia ſingulorum non faciunt legem commu
nem. Non eſt conſequens, ſi cælibatus Ioannis nõ
præfertur coniugio Abrahę, ꝙ ideo cælibatus hu-
ius non poſſit præferri coniugio alterius. Si digni
tatem ſtatuum attendas, cęlibatus Ioannis excellẽ
tior fuit cõiugio Abrahę, quãuis perſona Ioannis
O perſona Abrahæ in merito fuit maior. ¶ Tempus
breue eſt. Quia quicquid finem habet, æternita-
ti comparatum, nihil eſt. ¶ Qui habent uxorem
tanquã non habentes ſint. Vxorem habet tanquã
non habens, qui potius reddit debitum quã exi-
gat, & qui principaliter occupatur in his, quæ Dei
ſunt. ¶ Et qui flent, tanquam non flentes. Pudor eſt
illum flere pro tẽporali moleſtia, quem expectat
æterna lætitia. ¶ Et qui utuntur hoc mundo, ſint
tanquam non utantur. Hic mundo tanquàm non
utens utitur, qui delectationem, & ſpem in bonis
mundi non ponit, ſed ſic ut ad ea perueniat, qui-
bus fruendum eſt. ¶ Volo autem uos ſine ſolicitu

dine eſſe, uidelicet mala. Mala ſollicitudo eſt uehe- P
mens & anxia cura, quæ mentem in iis, quæ Dei Solicitu-
ſunt, manere nõ ſinit. Bona ſolicitudo eſt, qua quis do du-
non ſolum ut præcepta Dei impleat, ſed ut aliquid plex.
ſuperaddat ſolicitus eſt. Sed dices, quomodo põt Q
aliquis ſuperaddere ſuper hoc, quod debet: Cum Quæſtio
Auguſtinus dicat, quòd nõ poſſumus reddere quã
tum debemus? Solutio: aliud eſt debitum neceſſi-
tatis, aliud eſt debitum recompẽſationis, quo Deo Rñſio.
tenemur obnoxii pro omnibus, quæ nobis fecit
uel creando, uel redimendo. ¶ Solicitus eſt quæ R
ſunt mundi, quomodo placeat uxori: & diuiſus
eſt. Diuidit a Deo cura & ſolicitudo neceſſariorũ,
& prouidentia uxori & filiis debita. ¶ Cui autem
uult nubat, tantum in Domino. Et ſi non omnia ꝓ
pter Deum fiant: ſaltem nil contra Deum fiat. ¶ De Quæſtio
ſecundis nuptiis quæritur, & ultra de pluribus:
quomodo ſit ibi matrimonium? quia nõ uidetur
ibi Chriſti & eccleſiæ ſacramentum. Vna eſt enim
eccleſia, nec moritur Chriſtus, nec alteri copula-
tur. Solutio. iſta ſucceſſio non tollit ſacramentũ: Rñſio.
quia nõ eſt niſi una unius, nõ ſimul plures unius.
Opponitur de pluribus uxoribus Iacob: quia ſe- S
cundum hoc non uidetur ibi ſacramentum fuiſſe: Obie-
cum plures & ſimul extiterunt uxores unius. So- ctio.
lutio: una eſt eccleſia, ſed de diuerſis gentibus: in Solutio.
cuius rei figuram & ſignum patres antiqui plures
habuerunt uxores. Non autem una plures potuit
habere uiros ſimul. ¶ Puto autem quòd ego ſpiri- Puto.
tũ Dei habeam. Hoc uerbum, puto, non ſemper
dubitatiue, ſed quandoque aſſertiue ponitur, quo
uerbo illorum incredulitas, ad quos ſermo dirigi
tur, ſæpe arguitur.

DE his, quæ idolis ſacrificantur &c. Sic bonis T
utendum eſt, ut boni ſint exemplum, non 1. Cor. 8
perditionis occaſio. ¶ Nihil eſt idolum in mun-
do. Idolum nihil eſt, id eſt nullius efficaciæ, quę
poſſit eſcas ſibi immolatas ſanctificare, uel conta-
minare. ¶ Conſcientia eorum cum ſit infirma pol
luitur &c. Mens infirmatur dum hæſitare incipit:
læditur dum erronea efficitur: polluitur dum cul- V
tui dæmonum ſubiicitur. ¶ Quapropter ſi eſca Scandali
ſcandalizat fratrem &c. Non quoties aliquis ex zans.
uerbis noſtris, uel factis ſcandalizatur, fratrem no
ſtrum ſcandalizamus. Nam ex uerbis Chriſti mul-
ti ſcandalizati ſunt: ipſe tamen neminem ſcandali
zauit. Ille ergo fratrem ſcandalizat, qui eo præſen-
te aliquid dicit uel facit, unde ille offenditur, a quo
poteſt ſalua conſcientia abſtinere: prælatus enim
ſi corripiendo fratrem offendit, non peccat. ¶ Si
in odium & deteſtationem idoli non comederẽt
carnes idolis immolatas, illi, qui ſciebant idolum
nihil eſſe, quamuis infirmiores propter tales abſti
nentes putarent carnes illas pollutas inde eſſe, nõ
peccarent, immo benefacerent.

NAm cum liber eſſem ex omnibus &c. Non X
ne Apoſtolus ex debito charitatis, & iniun- 1. Cor. 9.
cti officij omnibus prodeſſe debebat? Quomodo Obie-
ergo ex omnibus liber erat? Solutio: ex omni- ctio.
bus liber erat: id eſt, nullorum ſectæ ſubiectus: q Solutio.
tamen ſectis omnium ſe ſubiecit uoluntate, non
neceſſitate. ¶ Factus ſum Iudæis tanquàm Iudæus.

Atqui

Atqui propterea reprehendit Petrum? Non eſt io
conueniens dicere, ſanctos doctores contraria ſen
ſiſſe, obi periculum fi lei non eſt. Non ne errabat
Petrus quando reſtitit ei in faciem Paulus? Talis
error uenialis eſt, eo quod contra conſcientiam
Z non fit, & charitas ſit in cauſa. ¶ Cum ipſe non eſ-
Obiectio. ſem ſub lege. Obiicitur id, quod alibi dicit. Miſit
Deus filium ſuum factum ſub lege. Si igitur Chri-
Gala.4. ſtus ſub lege quo non eſt Paulus? Chriſtus factus
Solutio. eſt ſub lege, oon ſub dominio legis, ſed ritus &
obſeruantias legis implens, ut nullus poſt eum in
ſe credens eas obſeruare teneatur. ¶ Infirmis infir
mus ſum: per compaſſionem: Omnia omnibus
per morum conformationem. ¶ Qui in ſtadio cur
Stadium runt. Stadium centũ uigintiquinque paſſuũ eſt: ſ.
octaua pars milliarii, & dicitur a ſtando, eo quòd
Hercules uno anhelitu tantũ cucurrit, & ſubſtitit.
A OMnes eandem eſcam ſpiritalem manducaue
1.Cor.10 runt. Antiqui patres eandem eſcam ſpiritua
lem manducauerunt, qoam nos: eandem dico, nõ
in materia uel in efficacia, ſed in ſignificatione.
Manna. ¶ Legitur de manna, quòd ſapiebat unicuique in
ore quod uolebat, ſic & corpus Chriſti ſapit uni-
B cuique quod uult, idest dat uirtutem, & gratiam,
Sanguis Chriſti. quam magis appetit. ¶ Quidam per ſanguinem
ſub ſpecie uini intelligunt charitatem, uel fidem.
Notanda eſt gloſſa hæc: & idem credentibus effe-
cit. ¶ Maior enim eſt efficacia ſacramentorum
noui teſtamenti quàm ueteris: hanc ergo efficaciã
obiectio. non uirtuti ſacramentorum, ſed fidei attribuit.
Solutio. ¶ Si idem obiicias de noſtris, quia fidem non ha-
bentibus non proſunt. Verum eſt. Maioris tamen
ſunt efficaciæ, & magis proſunt fidem habentibus
quàm illa. Sicut hęc arma non niſi io manu ualẽt,
C nec illa: hæc tamen magis quàm illa. Legitur, q
obiectio idem credidit Abraham, quod nos: ſed ille credi-
dit Chriſtum uenturum: nos credimus ueniſſe.
Sed non ne aliud eſt uenturum eſſe, & aliud ue-
niſſe? Quare aliud nos, aliud ipſe. Item quod Abra
ham credidit, modo credendum non eſt, quia fal-
Solutio. ſum eſt, ſcilicet Chriſtum uenturum eſſe. Solutio:
dicta quidem harum propoſitionum. Abraham
credidit Chriſtum uenturum. Nos credimus ue-
niſſe diuerſa ſunt: articulus tamen fidei idem quẽ
nos, & ille credimus. ſ. natiuitas Chriſti. Quid eſt
ergo, Abraham credidit Chriſtum uenturum, niſi
credidit Chriſti natiuitatem, quę tunc futura fuit?
¶ Non perfecte credit, qui ad baptiſmi, ſiue corpo
ris Chriſti ſacramentum accedere negligit. Hæc
omnia in figura contingebant illis &c. in quos fi-
nes ſeculorum deuenerunt. finis figuræ, ueritatis
eſt exhibitio. Fines ſeculorum ſunt omnium, quæ
in præcedentibus ſeculis figuraliter præceſſerũt,
D in diebus noſtris exhibitæ ueritates. Tentatio uos
Tẽtatio. non apprehendat, niſi humana. Tentationum alia
probationis, alia deceptionis, alia præſumptionis,
alia infirmitatis. Dicit gloſſa, quòd pati propter
Chriſtum, humana tentatio eſt: quia in paſſionibus
pro Chriſto illatis tentatur homo ex carnis infir-
mitate. Diabolus quando Deum tentauit uerba
Matt. 4. foris protulit: materiam tentationis oſtendit, ſed
ut cogitatio illicita mentem eius tangeret, efficere

noo potuit. Tota tentatio illa foris fuit. ¶ Fidelis E
Deus eſt, qui non patietur &c. Deus dicitur fidelis Fidelis.
promiſſorum adimpletione: homo uero dicitur
fidelis fidei participatione, & operum exhibitio-
ne. ¶ Supra id, quod poteſtis. ¶ Aliquando tentatio
minor eſt uiribus noſtris, & tũc dedecus eſt ſi uin-
cimur. Aliquando par eſt, & tunc ſi uincimur, cul
pa. Aliquando maior eſt tentatio uiribus noſtris.
Si autem gratiam iam acceptam pro poſſe exten-
deremus, ipſa ſtatim gratia augmentum acciperet
¶ Tribus modis contra tẽtationes prouide De[illegible] F
aliquando tentationem ex toto tollendo, aliquan- T[illegible]
do eam minuendo: aliquando uires maiores tri- nũ treme
buendo. ¶ Non poteſtis menſæ Domini partici- dia.
pes eſſe, & menſæ dæmoniorum. Sacramentali- G
ter poteſt aliquis communicare ſacramento alta-
ris Domini, & menſę dæmoniorum, ſed non ſpiri-
tualiter. In uirtute ſacramenti fides etiam p[illegible] eſt
dici altare: & infidelitas menſa dæmonum. ¶ Om
ne quod in Macello uenit. Macellum locu[illegible] ubi
carnes mactantur, & inde ſic dictum. Cœna [illegible]
[illegible] a cęno quod eſt cõmune, dicitur: eo q[illegible]od
ueteres hora nona communiter ueſcebãtur. ¶ Om H
nia in gloriam Domini facite. Si pręceptum eſt:
er[illegible]o peccat mortaliter qui aliquid facit e[illegible] di-
gitum mouendo, & non ad gloriam Domi[illegible]i. No-
bis uidetur, quod admonitio eſt, ut nihil fa[illegible]amus
contra Deum, & cum ſcandalo fratrum. ¶ S[illegible]ut I
& ego per omnia omnibus placeo. Quo[illegible]o
Apoſtolus dicit ſe per omnia omnibus placere, cu
per multa multis diſpliceret? Solutio: ideo hoc di
cit, quia ea faciebat, quæ omnibus placere debent
ſcilicet proximi ſcandalum uitando, & ſalutẽ om-
nium quærendo.
K
OMnis uir orans, aut prophetans uelato capi- 1.C[illegible]11
te, deturpat caput ſuum. Probat uiros nõ ha-
bere in oratione, uel doctrina uelare caput ratio-
ne creationis: ratione ordinationis, & ratione my
ſticę ſignificationis, ¶ Omnis uiri caput Chriſtus
eſt. Tota Trinitas quantum ad creationem ut i ca
put, & principium dici poteſt. Chriſtus tameo ſpe
cialiter dicitur caput uiri, quia eiuſdem naturę eſ
ſe debent caput, & membra. Caput Chriſti Deus:
ſecundum humanitatem tota Trinitas poteſt dici
caput Chriſti, ſed ſecundum hoc caput, & mem-
brum oon ſunt eiuſdem naturæ. Pater ergo ſecun-
dum Deitatem Chriſti caput eſt, non quòd Chri-
ſtus ſecũdum quòd eſt æqualis ei, debeat ſubiectio
nem: ſed quia hoc, quod habet: ab illo habet. ¶ Iõ
debet mulier uelamen habere. De cuiuſmodi uela
mine loquatur Apoſtolus, ambiguum eſt. Omnis
autem mulier orans, aut prophetans. Virum mulie
ribus licuerit ſcripturas exponere, & alias docere
in eccleſia olim, non conſtat: quod autem modo
non liceat, liquet. Abbatiſſis licet ſororibus ſuis
ſcripturas aperire, & prædicare: quod (ut credo)
Apoſtolus non prohibet. ¶ Probat Apoſtolus, q obiectio
uir non debet uelare caput, quia imago & gloria
eſt Dei. Eadem ratione nec mulier, cum ſit imago
Dei debet caput uelare. Solutio: uir dicitur hic
imago Dei, id eſt, forma. Sicut enim ex Deo ſunt Solutio.
omnia: ſic ex homine omnes homines, & ſicut
omnibus

omnibus præeſt per potentiā Deus: ſic homo om
nibus per intelligentiam. Quia autem caput hēt
mulier medium inter ſe & Deum, ideo caput ſuū
M uelare debet. Sed obiicitur, ꝙ eadem ratione uir
obiectio debet uelare caput: quia inter ſe & Deum habet
Solutio. caput, hominem Chriſtum. Solutio: hoc caput
non operit, ſed aperit: non obumbrat, ſed illumi-
nat, in cuius ſignum non debet uir uelare caput.
N ❡ Audio ſciſſuras eſſe inter uos, i. hæreſes. Hæreſis
Hæreſis. proprie eſt, ubi aliquid contrarium fidei doce-
tur. Hæreſes tamen uocat Apoſtolus ſchiſmata,
ubi unitas pacis ſcinditur. Sunt enim omnes ſchiſ-
matici hæretici. Nec minus peccatum eſt charita
obiectio tis unitatem ſcindere, quàm fidei. ❡ Oportet hę-
reſes eſſe, ut dicit Apoſtolus: quare & utile eſt, &
bonum eſt hæreſes eſſe. Item ſi bonum eſt hęreſes
eſſe, & debemus uelle hęreſes eſſe: & bonum eſt
Solutio. mala eſſe, & mala fieri, & homines peccare. Solu
tio: in huiuſmodi loquutionibus duplex iudiciū
ſolet, & debet eſſe. Aliquando enim de loquutio-
ne iudicamus ſecundum qualitatem rei: aliquan-
do ſecundum conſequens, id eſt, ſecūdum oppor-
tunitatem, quam præſtat ad id, quod ſequitur. Cū
igitur dicit Apoſtolus, oportet hęreſes eſſe: bonū,
quod inde ſequitur, attendit, non qualitatem rei.
Eadem ratione dicit Auguſtinus. Bonum eſt ma-
la eſſe: & Deus eſt, cui mala noſtra bona ſunt. Nun
quam adeo claruiſſet doctrina beati Auguſtini, &
aliorum doctorum, niſi per impugnationem hæ-
O reticorum manifeſtaretur. ❡ Dominicam cœnam mā-
Quæſtio ducare &c. Legitur, ꝙ caro Chriſti pro ſalute cor
poris: & ſanguis pro ſalute animæ offertur. ſed nō
Rñſio. ne utrunque utriuſque ſalutem operatur? Solu-
tio: uerum eſt, ꝙ caro & ſanguis tam corporis q̃
P animæ ſalutem operatur: caro tamen ad corpus,
Corpus & ſanguis ad animam refertur. ❡ Corpus Chri-
Chriſt. ſti quod ſumitur in altari, ſignificat corpus eccle-
ſiæ. Sanguis uero ibidem ſumptus ſignificat chari
tatem, in qua tanquam in ſanguine uita eſt huius
corporis, id eſt, eccleſiæ. ❡ Conſtat omni fideli
quia ſubſtantia panis tranſit in corpus: & uinum
in ſanguinem. unde quæritur, an hæc loquutio ſit
Quæſtio uera, ſubſtantia panis erit corpus Chriſti: an ali
qua ſubſtantia, quæ non eſt nata de uirgine, erit
corpus Chriſti. [illegible] loquutio, ſed non om-
nimoda eſt: ali qua ſubſtantia, quæ non fuit ab ę-
Rñſio. terno, eſt Deus: quia ſubſtantia humana. Solutio:
ſubſtantia panis manens ſubſtantia panis nun-
quam erit corpus Chriſti: ſed mutata in illud pro
culdubio erit. Similiter ſubſtantia, quæ non fuit
ab æterno, non per naturam, ſed per unionem eſt
Q Deus: De accidentibus illis, quæ fuerunt in pane
Acciden ante conſecrationem, hoc tenendū eſt, ꝙ poſt con
tia. ſecrationem, ſine ſubiecto ſint: licet hoc ſit con-
tra naturam eorum. Non enim quærendus eſt or-
do naturæ, ubi ſupra naturam eſt totum quod agi
Diuiſio tur. Similiter corpus Chriſti cum iam ſit in ſe
indiuiſibile, in ſacramento diuiditur: nec dico, ſic
in ſacramento, quin in ueritate ipſum diuidatur,
manibus teneatur, oculis etiam carnis uideatur,
dentibus atteratur: ergo & indiuiſum manet, & di
uiditur: ſed ſecundum aliud & aliud. Sicut Deu

manens immortalis mortuus eſt, licet ſecundum
aliud & aliud. Vna partium, quæ extra calicem
remanet, caput noſtrum iam glorificatum ſignifi-
cat: altera, illa membra, quæ in gloria iam capiti
coniunguntur. Tertia, quæ iam ſanguini admi-
ſcetur, illos ſignificat, qui adhuc paſſionibus hu-
ius uitæ obnoxij detinentur. ❡ De calice illo bi- Calix.
bat. Calix in ſacra ſcriptura aliquando ſignifi-
cat ſanguinem Chriſti, ut, hic calix eſt nouum te-
ſtimentum. Alibi pœnam, & mortem non ſo-
lum Chriſti, & ſanctorum, ſed etiam malorum
ſignificat. ❡ Iudicium ſibi manducat. Non mi-
norem iniuriam facit Chriſto, qui eum in uaſe lo
cat immundo, quàm qui eum crucis afflixit pati-
bulo. Si quis in mortali peccato eſt, ſi accipit
corpus Chriſti, iudicium ſibi manducat, & bibit:
ſed ſi in mortali ſe non inuenit: quia non eſt ſiue
quotidianis, de ipſis pœniteat, & dicat: Domine
non ſum dignus, ut intres ſub tectum meum.
❡ Sed dicet aliquis. Non ne dignus eſt talis? alio- R
quin iudicium ſibi manducat, & bibit. Et ſi di- Quæſtio
gnus eſt, & dicit ſe indignum, mentitur. & ita fit
indignus. Solutio: Apoſtolus non eſt mentitus
ubi ait. Non ſum dignus uocari Apoſtolus: & ta Rñſio.
men dignus erat. Ex hoc ipſo enim, ꝙ dicit ſe in-
dignum, quod uerum eſt quantum ad propria me
rita, ſi excellentia tanti ſacramenti conſideretur:
Deus per gratiam ſuam, & miſericordiam ſuam
reputat eum dignum. S

MEmbra corporis cum ſint multa, unum ta- 1.Cor.ix
men corpus ſunt: ita & Chriſtus. Chri-
ſtum uocat caput cum membris propter ineſ-
fabilem unionem capitis, & membrorum. Tunc
Chriſtus erit perfectus uir cum omnia membra
ei coniungentur. ❡ Omnes in uno ſpiritu pota-
ti ſumus. Spiritus ſanctus potus dicitur, quia lætifi
cat mentem, & inebriat: & quod facit unum ma-
teriale Deo, facit ſpiritus mundo. T

CHaritas omnia ſperat. Auguſtinus. Non 1.Cor.13
impar charitas, ſed impar facultas multum Charitas
uel parum danti. hinc uolunt quidam, ꝙ in qui- ī affectu,
buſcunque eſt par charitas, etſi imparia ſunt ope & opere.
ra charitatis, pares ſunt in meritis. Sed ſecundū
hoc nihil uidentur conferre bona opera, cum ta-
men uerum ſit, ꝙ Deus reddet ſecundum opus.
Item in paſſione ſua Christus meruit, quod non
prius: ergo meritum creſcit, ubi non eſt charita-
tis augmentum. ❡ Non habent parem charita- V
tem: qui non pariter operantur, ſi parem habent
operandi facultatem, ut uolunt quidam: quod
tamen uidetur eſſe falſum, cum uir contemplati-
uus maiorem habeat charitatem quàm actiuus, &
tamen minus cooperetur. ❡ Charitas nunquā ex-
cidit, ſiue ſcientia deſtruetur: ex parte enim co-
gnoſcimus &c. Scientia illa, quam nunc de Deo
& illa, quam habemus de creaturis, imaginaria
eſt, & umbra eſt illius, quam circa Deum, & de
Deo habebimus. Illa ſiquidem erit in ueritate: iſta
eſt in imagine. Iſta in umbra: illa in lumine. Illa
ergo alia erit, quàm iſta. Iſta peribit, & deſinet illa
apparente: ſicut umbra perit luce accedente. Iſta
dicitur ex parte, quia non niſi creaturis mediant
bus

bus, nunc Deum cognoſcimus: hoc dico ſe[illegible]ndũ quoſdam. Charitas autem ſecundum eoſdem,
V ideo non dicitur eſſe ex parte, quia immediate
Spes duplex. Deum etiam in præſenti [illegible] gimus. ¶Nunc autem manent, fides, ſpes &c. Eſt ſpes præcedens charitatem, quæ de conſequenda eſt uenia. Et ſpes ſequẽs
X charitatem, quæ eſt de habenda corona

i.Cor.14 SI uenero ad uos linguis loquens, quid uobis prodero, niſi uobis loquar aut in reuelatione, aut in ſcientia, aut in propheriis? Tribus de cauſis prophetæ, Chriſtus, & Apoſtoli, parabol[illegible] & uelatis ſignificationibus [illegible]uti ſunt: ut qui digni ſunt & attendunt, magis attendant: ut qui indigni ſunt, non intelligant [illegible] reguntur etiam ne uileſcant. ¶In alijs linguis loquar populo huic & nec ſic exaudient me. Deberent nouitate miraculi credere, & magis attente: ſed nec [illegible]. ¶Itaque linguæ ſunt in ſignum, non fi[illegible], ſed infidelibus. Linguæ ſunt in ſignum infidelitatis, ne [illegible]etur ſanctum [illegible] anibus. Infideles uocat non omnes ſine
obiectio fide, ſed obſtinatos in fide. ¶Si quis ignorat, ignorabitur. Durum uidetur [illegible]quod ideo indiſereti re-
i.Cor.14 prob[illegible] a Deo, quia ignorant: quia mulieres non debent loqui in ec[illegible], & quod prophetiæ præponi debent linguis. S[illegible] ad hæc, & ſimi-
Solutio l[illegible]. Non omnibus eſt periculoſum, ſed prophetis,
Y [illegible] ſpiritual[illegible]us.

i.Cor.5 E[illegible]o enim ſum minimus Apoſtolorum: qui non ſum dignus uocari Apoſtolus &c. M[illegible]
Quæſtio g[illegible] quæſtio quomodo uerum dicat Apoſt[illegible] no[illegible]ndo ſe minimum Apoſtolorum [illegible] eſſe
Solutio. e maioribus. Solutio: dicunt quidam, quod [illegible]ties [illegible] nominibus humilitatis utuntur, [illegible] modo ſignificant ſe [illegible] eſſe [illegible] ſub ſeruire tenentur. Huius quæſtionis ſolutionem meliu[illegible] pertractatã in quæſtionibus noſtris ſuper e[illegible] Pauli inuenies. ¶Alia claritas ſolis, alia c[illegible] & alia claritas ſtellarum. Duplex eſt [illegible]: & ſecundum ex perie[illegible], & ſec[illegible]um. Dispar erit claritas ſecundum experientiam: par, & commune erit gaudium ſecundum affectum. Vel ideo par, q[illegible] de quocũque gaudebit unus, gaudebit & alius.
Ignorantia. ¶Ignorãtia alia ex contemptu, alia ex infirmitate, alia ex defectu rationis. ¶Per ſolem, centum, per lu-
Z nam, ſexaginta per ſtellas, t[illegible] numerum habentes ſignificantur. ¶Surget in gloria &c. Gloria corporum de beatitudine procedet animarum ma[illegible], minorue pro diuerſitate meritorum. Nec mirum: cor enim gaudens exhilarat faciem, ut ait
Prou.15 Salomo, & ſo[illegible] claritas illuminat corpus uitteũ. Quod autem in bono ſummo unus plus gaudebit & alius minus, non erit ex illo bono, quod totum non per partes erit in omnibus, ſed erit ex hoc, quod unus erit capacior ſummi boni, & alius minus capax. ¶Eſt corpus animale, eſt & ſpiritale. Prius quod a[illegible]ale, deinde quod ſpiritale. Corpus animale eſt, quod ſic habet uegetationem ab anima: ut etiam exterioribus alimentis egeat ad ſuſtentationem. quod prius fuit etiam in Chriſto ante reſurrectionem. Deinde ſpirituale. Errant ergo illi, qui dicunt corpus Chriſti ex quo fuit aſſumptum, fuiſ

ſe immortale & impa[illegible]. ¶Corpus ſpirituale eſt, quod ad ſuſten[illegible] cibis corporalibus non eget. ¶Boni [illegible] & immortales, & im[illegible]biles. Mali uer[illegible] mortales, ſed paſſibiles. ¶A[illegible]rpta eſt mors [illegible]. Mors corporis [illegible]ta eſt modo tantum [illegible] ſcilicet per reſu[illegible]ecti[illegible]em. Mors animæ [illegible] præſen[illegible] abſorbetur in nobis per Chriſti reſurre[illegible]em. In futuro abſorbebitur mors in nobis [illegible]. ¶[illegible]mulus mortis peccatum eſt &. St[illegible]us eſt aculeus, [illegible] ulſu aperit cutem: & ideo peccatum ſtimul[illegible] dicitur, quia per peccatum mors intrauit, [illegible]ditum inuenit: uel quia motus animalis [illegible], & ad [illegible]: ideo peccatu[illegible]

## IN EPISTOLAM DIVI *Pauli ad Corinthios Secundam Annotationes elucidatoriæ ut ſuperio[illegible] diſtinctæ.*

PAulus Ap[illegible] lu per [illegible] De[illegible], & e[illegible] [illegible] numa[illegible]. Eliguntur & [illegible] luntatem De[illegible] merito [illegible] & ſcie[illegible] men eccleſiæ ordinantur. His diebus uoluntas principis ſuper eligendis exp[illegible], non Dei. ¶Benedictus Deus, & pater Domini noſtri. Sicut homo aſſu[illegible] per gratiam eſt aſſumptus: & per gratiam [illegible] Dei naturalis non adoptiuus effectus eſt: ſi[illegible], quòd Deus pater per g[illegible] ſit pater hominis aſſump[illegible] prius, ſed pater naturalis. ¶[illegible] g[illegible]eratione: noſter miſeratione. ¶[illegible] quẽ [illegible] eran.[illegible] qui & adhuc eripiet. Sperare in aliq[illegible] eſt li-
quo[illegible] auxilium ab eo expect[illegible] quam ab homine [illegible]. Sperare in [illegible] tam ſpem ſalutis & a[illegible] in eum pone[illegible] in ſolum Deũ fas eſt. ¶Adiuuantibus uobis [illegible] pro nobis. Sunt tria, quæ petitionẽ im[illegible] ſ. quia pſona indigna eſt, [illegible] petit: ue[illegible] petit: uel res, quã petit. Item nunc per[illegible] digna petit, & exauditur, ut Satan: nunc [illegible] exauditur, ut Paulus: Nunc digna petit [illegible], & exauditur, ut Moyſes pro [illegible] Iſrael. ¶[illegible] noſtra hæc eſt, teſtimonium co[illegible]entiæ noſtræ. [illegible] reſt quæri quomodo glor[illegible] Apoſtolos [illegible] monio bonæ conſcientiæ [illegible] iuxta eu[illegible] ſolo Deo ſit gloriandum? S[illegible] non ſu[illegible] ſa gloriari in teſtimonio bonæ conſcientiæ, & in Deo: immo coniuncta ſunt. Bona enim conſcientia Deum imitatur, & ei adhæret: aliter non eſſet in ea gloriandum. ¶Quòd in ſimplicitate cordis, D
& ſinceritate Dei &c. Simplicitas eſt zelo iuſtitię,

*[illegible] & ſperare in aliquem*

*Tria, petitiones noſtras impedire ſolet*

& pro

& propter Deum tantum aliquid facere, cui ne er
ror admiſceatur, neceſſe eſt ut ſit ſincera, & diſcre
ta. ¶Cum ergo hoc noluiſſem, nunquid leuitate
uſus ſum? Scripturæ aliæ de locutionibus iudi-
cant ſecundum uocis ſignificationem: ſacra uerò
ſcriptura ſecundum proferentis intentionem:
unde illæ quemlibet mentiri dicunt, quem con-
ſtat falſum enunciare: ſacra ſcriptura illum tantũ
mentiri iudicat, qui loquitur contra conſcientiã
Mentiri ſuam. Quid enim eſt mentiri, niſi contra men
E tem ire? ¶Dicet aliquis: Apoſtolus non impleuit
obiectio quod promiſit: ergo uel decepit, uel deceptus eſt.
Rñſio. Solutio: Iacobus Apoſtolus docet, quòd in loqu-
utionibus, quæ ſunt de futuro contingenti, condi
tio eſt apponenda, uel ſubintelligenda: hæc ſcili-
cet, ſi deus uoluerit: quam Apoſtolus & ſi non uo
F ce expreſſit, eam tamen in mente habuit. ¶De Iu-
Quæſtio dæis quęritur, an mentiantur negantes Chriſtum
eſſe Deum, cum contra conſcientiam non loquan-
Solutio tur. Solutio: Excæcati ſunt, & ideo hæc negantes
Pignus. rei ſunt mendacij. ¶Et dedit pignus ſpiritus in cor
dibus noſtris. Pignus certum facit uendentem de
præcio habendo: ſic & charitas de æterna gloria
G certum facit, & ideo pignus uocatur.

2.Cor.2 VT magis donetis, & conſolemini: Tunc pœ-
nitenti facienda eſt condonatio, quando in-
firmitate grauatus pœnitentiam iniunctam face-
re non poteſt: uel ne deſperet propter nimiam aſ-
peritatem. ¶Vt non circunueniamur a Satana. Dia
*Notandũ pro prælatis rigidis,* bolus prælatum, quem per conſenſum peccati nõ
poteſt ſeducere, per nimiam aſperitatem ſub ſpe-
cie correctionis facit in ſubiectos ſæuire. Subdi-
tus uero circunuenitur, quando per deſperationẽ
in deterius cadit, uel frontem inobedientiæ op-
ponit. ¶Alijs quidem odor mortis &c. Mali odorẽ
uitæ odorem mortis ſibi faciunt. ¶Adulterantes
uerbum Dei. Adulteri uerbi Dei dicuntur, qui
non filios in fide generare, ſed temporalem dele-
H ctationem explere ſatagunt.

2.Cor.3 LItera occidit, quia ſine miſericordia punit:
ſpiritus uiuificat, parcendo, culpam remitten
do. ¶Reuelata facie gloriam Domini ſpeculantes.
Gloriam Domini duobus modis ſpeculamus: uel
in creaturis, eius potentiam, ſapientiam, bonitatẽ
attendendo; uel fide & ratione, ipſum in ipſo con
I templando. ¶In eandem imaginem transformia-
mur. Imago Dei in nobis per peccatum eſt defor-
mata: ſed in eandem, i. in eius integritatem refor-
mamur per gratiam: uel transformamur in eam
imaginem, ad quam facti ſumus, ut ei conſimiles
efficiamur. ¶Aquæ inferiores, i. affectus carnis con
gregandæ ſunt in unum locum, & ad imperium
rationis. Aquæ ſuperiores, i. deſideria ſpiritus non
ſunt congregandæ in unum locum: quia charitas
K non debet coerceri: ſed ad omnes extendi.

2.Cor.4 IN facie Chriſti Ieſu, i. coram Chriſto, qui eſt fa
cies patris: quia per eum habetur cognitio.
¶Aliud eſt neceſſitas coactionis: aliud exigentia
L debitæ obedientię.

2.Cor.5. INgemiſcimus habitationem noſtram, quæ de
cælo eſt, ſuperindui cupientes: quòd nolumus
ſpoliari, ſed ſuperueſtiri. Aliud eſt affectus ratio-
nis, aliud affectus carnis. Affectu carnis, cupiebat
Apoſtolus ſine morte trãſire ad immortalitatem:
affectu rationis cupiebat diſſolui, & eſſe cum Chri
ſto. Affectus carnis nõ eſt meritorius, i. nec bonus
nec malus, quia naturalis. Tali affectu amara quæ
que & carni contraria refugimus, & in diebus ab
ſtinentiæ ante horam cibum appetimus. ¶Si tamẽ M
ueſtiti, & non nudi inueniamur. Veſtiti, ſ. fide (ut obiectio.
dicit gloſſa) Ergo depoſito corpore erit fides. Nõ,
ſed fidem uocat, rem fidei. ¶Vt referat unuſquiſq; Solutio.
propria corporis &c. De pueris etiam hoc uerum
eſt, qui per alios crediderunt, uel nõ crediderunt.
Baptizati ergo referent prout geſſerunt in corpo-
re, id eſt, prout ab aliis geſtum eſt in eorum corpo N
re. Sed non baptizati quid referent, cum non ipſi Quęſtio.
aliquid in corpore egerint, nec ab alijs in eorum
corpore geſtum, pro quo ſint damnandi? Solutio: Solutio.
dicunt quidam, quòd etiam illi habuerunt motus
inordinatos, pro quibus ſunt damnandi. ¶Timo- O
rem Domini hominibus ſuademus. Quare potius Quæſtio
timorem quàm amorem? Solutio: hoc dicit de ti- Rñſio.
more filiali: qui tamen potius uidetur pertinere
ad præceptionem, quàm ad monitionem: ſed ſic
eſt de hoc timore ſicut de fide, quòd non poteſt
cogi, ſed admoneri. ¶Siue enim mẽte excedimus, P
Deo: ſiue ſobrij ſumus, uobis. Quicquid agimus,
uel eſt honor Dei, uel utilitas proximi. In quibuſ
dam tamen ſpecialiter apparet honor Dei, ut quã
do ſapientia inter perfectos prędicatur: in quibuſ
dam utilitas proximi, ut quando lac prębetur pa-
ruulis. ¶Exceſſus mentis, extaſis appellatur, ſ. quã-
do mens ſupra ſe rapitur: quod nunc fit tumo-
re ſuperbiæ: nunc magnitudine doloris uel timo
ris, ſiue etiam gaudij: quandoque contemplatio-
ne rationis, ſ. quando mens deſiderio rapitur ad
ſuperna, nullam habens inferiorum memoriam:
huic operam dant uiri ſancti. ¶Quoniam quidem
Deus erat in Chriſto mundum reconcilians. Deus
erat in Chriſto, Diuinitas in homine aſſumpto.

NE in uacuum gratiam Dei recipiatis. Dicit R 2.Cor.6
Auguſtinus: prodeſt uel per diem bonum
fuiſſe: cui contrarium uidetur. Melius eſt uiam iu 2. Pet. 2.
ſtitiæ non agnouiſſe, quàm poſt agnitam retro a- *Quæſtio.*
bijſſe: quia de ingratitudine, & contemptu dam- *Reſponſio.*
natur. Solutio: de diuerſis ſunt illæ authoritates:
prima de peccatoribus non infidelibus: ſecunda
de his, qui poſt fidem redeunt ad infidelitatem.
¶Os noſtrum patet ad uos o Corinthij. Quorun-
dam os claudit imperitia: quorundam timor uel
amor: quorundam uita peruerſa: quorundam ac
ceptio munerum. ¶Exite de medio eorum, & ſepa
ramini &c. Maius malum committimus in ſepara
tione bonorum, quàm quod contrahimus in
coniunctione malorum. hoc non eſt generaliter
dictum de omnibus, ſed de prælatis, & perfectis,
qui grauiter delinquũt, ſubditos, & imperfectos
relinquendo inter malos, quos præſentia ſua cõn S
firmare deberent. ¶Minores, & ſubditi, quoniam
timent, ne bonos mores corrũpant colloquia ma
la: non uidentur peccare, ſi etiam loco a malis ſe
pararentur, quàmuis inter eos ſint aliqui boni.
¶Qui uiuunt in ſeculo (ut dicit authoritas) non
habent,

habent merita ad uitam æternam ſufficientia: ſed per merita eorum, quos eleemoſynis ſuſtentant,
obiectio conſequuntur, quod per ſe non poſſunt. Sed quo modo? ſi charitatem non habent, per merita aliorum non uidentur poſſe ſaluari: Sine charitate. n.
Solutio. nemo dignus ſalute. Solutio: hoc dictum eſt de ijs, qui adhuc conſuetudinem peccandi euadere non poſſunt, per merita aliorum ſalutem cõſequẽtur. Prius quidem gratiam, per quam liberentur: poſt charitatem, qua digni ſint gloria.

T
1.Cor.8.
Quęſtio.
**S**I enim uoluntas prompta eſt, ſecundum id qđ habet, accepta eſt: non ſecundum id quod nõ habet. De duobus, qui impares ſunt facultate, poteſt quæri: an æqualiter mereantur, ſi pariter dent
Pro affirmatiua. & pari affectu? Quod uidetur: quia Deus non pẽſat cenſum, ſed affectum: non quantum des, ſed ex quanto. Hi autem pares ſunt in affectu: ergo ſecũ
Pro negatiua. dum communem omnium opinionem pares & in merito. Item ſic contra opponitur. Vnuſquiſq;
V tenetur facere ſecundum ſuam facultatem: ergo
Rñſio. qui plus habet, plus tenetur dare: ergo peccat, ſi non plus tribuit. Solutio: poteſt dici, quòd qui plus habet, tenetur debito perfectionis, non ſalutis, id eſt, hoc exigitur ab eo ad hoc ut ſit perfectus, non ad hoc ut ſit ſaluus, ut faciat ſecundum facultatem. Poteſt etiam contingere, quòd ille, qui plus habet, licet non plus det, tamẽ pariter mereatur: quia ſicut ex charitate dat, ſic ex charitate reti
X net, ut alijs magis indigentibus tribuat. Nullum etiam erit inconueniens, quòd licet pari affectu dent: non tamen pariter mereantur. Vt in contrario contingit: aliquos pari delectatione aliquod peccatum committere, & tamen alter plus altero reus tenetur: ut ſi laicus & monachus pari delectatione fornicentur. ¶ Prouidemus enim bona non ſolum coram Deo: ſed etiam coram hominibus. Prudentis eſt talia operari, ut in oculis Dei placeant, & in quibus homines nihil reprehenſibile inueniant. Cauere autem non poſſumus, quin homines bonis operibus noſtris detrahant: ſed hoc non eſt ex qualitate operum, ſed ex peruerſitate
obiectio hominum. ¶ Dicit Auguſtinus. Qui conſcientiæ fidens, famam negligit, crudelis eſt. Quid autem uocat famam, niſi laudem humanam? hanc non ſolũ
Solutio. negligere ſed etiam fugere debemus. Solutio: Ille famam negligit, qui id agit cum ſcandalo fratrũ, quod licite poſſet dimittere: hoc autem, quod dicitur laudem humanam debemus fugere, intelligendum eſt quantum ad nos.

Y
2.Cor.9.
Quæſtio
Rñſio.
**Q**Vi parce ſeminat, parce & metet. Quomodo parce metet, qui uitam æternam, & ipſum Deum accipiet in metendo? Solutio: hoc dicit, quia ſicut meritorum eſt diuerſitas, ſic & præmiorum erit differentia: ut minus accipiat, qui minus promeruit.

Z
2.Cor.10
**Q**Vi arbitrantur ſecundum carnem nos ambulare: Ambulat ſecundum carnem, qui carnis deſideria ſequitur, & ſecundum ſapientiam mundi agit, & agitur, qui legem adhuc ſecundum carnem obſeruandam putat. ¶ Et in promptu habentes ulciſcendi omnem inobedientiam. Promptitudo ulciſcendi omnem inobedientiam in tribus conſiſtit, ſcilicet in uita, in ſcientia, in poteſtate. Vita inobediens & criminoſus, quomodo poteſt alterius inobedientiam, & crimen iudicare? Scientia, ut pro perſona, pro loco, pro tempore, ſciat correptionem tẽperare, ne abſorbeatur. Poteſtate, ut iudex ex officio ſit ad hoc conſtitutus. Notandũ eſt, quòd perſona quandoque excedit poteſtatem. Vt quando aliquis exercet tyrannidem, ſumens occaſionem ex ipſa poteſtate: quandoque poteſtas excedit perſonã, ut cum indignus ad ordines ſacros initiatur.

*Et hæ ſunt annotationes elucidatoriȩ, & expoſitoria in utranque epiſtolam beati Pauli. ad Corinthios.*

---

## *QVAESTIONES, ET, Deciſiones in Epiſtolas diui Pauli argutiſſimæ: Quarum primæ ſunt in Epiſtolam ad Romanos per nos in capita nota diſtinctam.*

V

**P**AVLVS nomen appellatiuum eſt apud Hebræos, & Græcos, & Latinos: non tamen eadem terminatione: Apud Hebręos dicitur mirabilis, uel electus: apud Græcos quietus: apud Latinos modicus. Quod nomen propriè impoſitum eſt Paulo in notam geminæ uirtutis, uel triplicis: quas prædictæ interpretationes inſinuant: uel Paulus dictus eſt Apoſtolus, a Paulo Sergio proconſule: quem conuertit apud Cyprum: uel binominis erat. A Paulus Rom. 1. *Pulchra de interpretatione nominis Pauli.*

**Q**Væritur quomodo Paulus dicat ſe ſeruum: cum alibi dicat: Non enim accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore. Et alibi. Iã non eſt ſeruus: ſed filius. Et Dominus in euangelio. Iam non dicam uos ſeruos, ſed amicos. Numquid Paulus non erat amicus? ¶ Solutio: duo genera timoris duo faciunt genera ſeruorum: ſcilicet ſeruilis, & filialis Paulus itaque ſeruus timore filiali erat, & non ſeruili: quæ ſeruitus non tollit libertatem, uel amicitiam: ſed potius ponit. B Quæſt. 1 Roma. 8 Gala. 4. Ioan. 15.

**C**Vr Paulus dicat Chriſtum factum ex ſemine Dauid: cum nos confiteamur natum de uirgine ¶ Solutio: ut notaret Chriſtum non more aliorum hominum conceptum, ſed ſola operatione Spiritus ſancti de uirgine abſque uirili ſemine: unde alij homines alios generare poſſunt, ſed non facere. C Quæſt. 2

**Q**Vomodo ipſa incarnatio facta ſit? ¶ Solutio: ipſum Dei uerbum dico carnem factum. i. hominem: non tamen mutatum, uel conuerſum in hominem, uel carnem: ſed carne (ut mortalibus appareret) indutum: ſic enim illa unio facta eſt, quòd nec diuina natura mutata eſt in hu- D Quæſt. 3

manam

manam: nec humana in diuinam: nec noua natura, uel noua perſona facta eſt ex duabus naturis, ſed ineffabiliter unitæ duę naturæ ſunt ĩ Chriſto. Vt aſſumens totum, quod habuit per naturam, cõferret aſſumpto per gratiã: & totũ, quod erat aſſũpti per naturã, fieret aſſumẽtis per dignationẽ: unũ totũ dr̃ Deus, totũ homo, & uiciſſim homo Deus, & Deus homo, qđ in ſubſtantijs hoĩs nõ cõtingit.

E Quæſ. 4. QVomodo hic dicatur, totum Deus, & totũ homo: cum illæ duæ naturæ nõ ſint partes illius perſonæ ¶ Solutio: propter ſimilitudinem hoc dictum eſt, quia duæ naturę ſic sũt unitæ in Chriſto, ut partes in toto, ſed differẽter. Non enim ſicut totum habet eſſe ex coniunctione partium, ſic perſona Chriſti ex unione humanitatis & diuinitatis habet eſſe: nil enim nouum habet eſſe ex utraque natura. Quòd autem naturæ illæ non ſint partes perſonæ, inde conſtat, quòd altera illarum prædicatur de perſona, ut cum dicitur, Chriſtus eſt diuina natura. Item nomina naturarum de ſe prædicantur, ut cum dicitur, Deus eſt homo, & homo eſt Deus: quod non contingit in toto integrali & eius partibus.

F Quæſ. 5. QVomodo imago ad eſſentiam tantum referatur cum relatiue tantum de filio dicatur? ¶ Solutio: imago eſſentiam quãdoque ſignificat diuinam, & tunc cõmuniter de tribus perſonis prædicatur: ſignificat etiam relationem, & tunc de ſolo filio dicitur.

G Quæſ. 6. QVid non ſit in ſubſtantia hoĩs, quod in ſubſtantijs Chriſti? ¶ Solutio: quia nec caro eſt anima, nec anima eſt caro: nec homo eſt caro, uel aĩa, ſicut Deus eſt homo, & homo eſt Deus: & Chriſtus eſt utrunque. Quòd inde cõtingit, quia maior eſt unio inter Deum & hominẽ: q̃ inter carnẽ & animam. Non.n. aĩa unita carni totũ, quod habet per naturam, confert ei: cum ipſa non ſit capax multorum, quę ſunt animæ: ſicut Deus unitus homini totum ſe infundit ei.

H Quæſ. 7. QVid de quo dicatur, cum dicitur: homo eſt Deus, & Deus eſt homo, uel Chriſtus eſt Deus, Chriſtus eſt homo? ¶ Solutio; in reſpõſione huius quęſtionis moderni doctores inter ſe diſſentiũt. Alij.n. dicũt, quòd idem de ſe prędicatur. ſ. hæc perſona Chriſtus, qđ uerũ eſt, cũ aliud Deus, aliud homo ſignificet: & aliud filius hominis, aliud filius Dei, ut authoritas dicat. Quod etiã mihi uidetur falſum eſſe, quia hoc nomen Deus idem ſignificat, cum dicitur homo eſt Deus, & Chriſtus eſt Deus, & Pater eſt Deus. Si dicatur, nõ ſequitur, ꝙ non idẽ Deus, homo & Chriſtus, & Deus pater ſit. Itẽ homo, & Deus nomina appellatiua ſunt, quõ ergo ſignificãt hãc perſonã proprie, uel qñ, uel a quo facta eſt impoſitio talis? Itẽ Chriſtus eſt, homo, & † uirgo eſt homo, non ne idẽ p̃dicatur de utroq;? Si dicatur non: ergo non ſunt eiuſdẽ naturæ: cũ nomẽ naturæ nõ ſit utriq; cõe ſm̃ eandẽ ſignificationẽ. ¶ Alij dicunt, ꝙ cũ dr̃, homo eſt Deus, nõ prædicatur hoc, quod ſignificatur hoc nomine Deus, ſed eſſe unitũ Deo perſonaliter, & cũ dicitur, Deus eſt homo, prædicatur habere hominẽ unitũ in perſonã. Sed ſecũdum hoc

† uerbũ.

nec homo uere eſt Deus, nec Deus uere eſt homo. ¶ Alij dicũt, ꝙ cũ dicitur, homo ẽ Deus: p̃dicatur pſona diuinæ naturæ de pſona humanę naturę: & cùm dicitur, Deus eſt homo, pſona humanæ naturæ p̃dicatur de perſona diuinæ naturæ: eadẽ tamen eſt perſona diuinæ & humanę naturæ. ſ. Chriſtus: aliud tamen intelligitur cum dicitur, homo: & cũ dicitur, Deus. Hi cõcedunt plane, ꝙ Chriſtus eſt duæ res, quarum una eſt ſimplex, & altera cõpoſita: una æterna, & altera tẽporalis: & quòd Chriſtus ſit compoſitum quoddam ſecundum humanitatem ex carne & anima, & quiddã ſimplex ſit ſecundum diuinitatem, & quod diuinitas non ſit pars huius perſonæ, ſed ſit ipſa perſona: caro autem & anima tantum ſint partes. I

AN Chriſtus ſit bis genitus? Rñſio. Bis natus, & bis genitus eſt: ſemel ab æterno ex ſubſtantia patris, iterum in tempore de uirgine. Hẽt itaque duas natiuitates, duas generationes, duas filiationes, æternam & temporalem, non tamẽ duo filij eſt, uel duo nati, ſed unus & idem filius Dei, & filius hominis, non tamen eadem filiatione. Quæſ. 8. K

AN perſona ſumpſerit perſonam, an natura perſonam, an natura naturam. ¶ Solutio; Perſona non eſt aſſumpta, ergo nec perſona perſonam, nec natura perſonam aſſumpſit. Quod autẽ perſona naturã aſſumpſerit, omnes concedunt: an natura naturam, Dubitatur a quibuſdam: ſed proculdubio, natura diuina aſſumpſit humanam, non in unitatem naturæ, ſed perſonę, id eſt, ſic facta eſt unio, ꝙ aſſumens & aſſumptũ eſſent una pſona, nõ una natura, quod licet authoritas manifeſte ſæpe hoc dicat, multi negant dicentes, ſi id, qđ eſt aſſumptum, eſt perſona, quomodo perſona nõ eſt aſſumpta. ¶ Nos autem dicimus, licet aſſumptum ſit perſona, non tamen Deus aſſumpſit perſonam hominis, ſed naturam, quia non eſt factus alterius perſonæ quàm prius fuerat, ſicut factus ẽ alterius naturæ quã fuit, ſuam retinens: aſſumendo enim humanitatem, non amiſit diuinitatem. Ideo conceditur, quòd natura: non perſona eſt aſſumpta, non ſolum a perſona, ſed a natura. Ille authoritates, quæ dicunt, uerbum tantum incarnatũ: alias perſonas tm̃ excludũt, nõ naturã diuinã. Quæſ. 9.

QVid ſit prædeſtinatio? Reſpõſio: gratiæ præparatio. Quandoque etiam dicitur prædeſtinatio ipſius gratiæ appoſitio. L Quæſ. 10

ITẽ q̃ritur, de quo facta ſit p̃deſtinatio: an de pſona, an đ natura? ¶ Solutio: de pſona, nõ ſm̃ diuinã naturam, ſed ſm̃ humanam. Põt ẽt dici ꝙ natura prædeſtinata eſt uel homo aſſumptus, ut ita ſublimaretur, ut quo altius attolleretur, nõ hẽret. Quæſ. 11

AN ſimpliciter debeat cõcedi Chriſtum eſſe creaturam, uel factũ. ¶ Solutio, non eſt cõcedẽdũ ſine determinatione tali, ſm̃ carnem: ne uideamur cõſentire hęreticis dicentibus, Chriſtũ eſſe factũ ſcđm utrãq; naturã, & propter ẽt implicitã negationẽ huius nominis, creatura: quia id dicitur creatura, qđ cœpit eſſe, & nõ ſemper fuit. Non enim ſequitur, ſi ſm̃ humanitatem Chriſtus non ſemper fuit: ergo nõ ſemper fuit; ſicut bene ſequitur, ſi ſm̃ diuinitatem ſemper fuit, ergo ſemp fuit. M Quæſ. 12

N Qõ. 13. AN Chriſtus ſecundum humanitatem ſit filius Dei? uel Deus? quod ſic uolunt probare. ſecundum quod eſt homo, eſt prædeſtinatus, ut ſit filius Dei: ſed illud eſt, quod ut ſit, prædeſtinatus eſt ſecundum quòd homo, ergo ſecundum quòd homo eſt, filius eſt Dei. ¶Solutio: non eſt uerum ſi ſm hominem eſt prædeſtinatus, ut ſit filius Dei: ergo ſecundum hominem eſt filius Dei, niſi ſecundum ſit perſonæ expreſſiuum. Si autem notat cauſam, uel conditionem, non eſt uerum, ut in hoc apparet ſimili. Iſte ſecundum quantitatem peccati pœnitet ut ſi ſaluus: ergo ſecundum quantitatem peccati ſit ſaluus.

O Qõ. 14. AN ſecundum quòd homo ſit perſona. ¶Solutio: dicunt quidam: ſi, ſecundum, ſignificet cauſam, uel conditionem: ſecũdum quod eſt homo, non eſt perſona: dicentes, ſi ſecundum ꝙ eſt homo, eſt perſona, ergo tertia in Trinitate, uel alia: ſed non eſt alia, ergo tertia in Trinitate. & ſic ſm quod eſt homo eſt Deus. Rurſus, ſm quod eſt homo, nõ eſt perſonali proprietate diſcretus a Patre, uel Spiritu ſancto, ſed ſola filiatione, quam habuit ab æterno. Alii dicunt, quòd in quantum eſt homo, eſt perſona. Vnde bene ſequitur, ſi eſt homo, eſt perſona, & illam conſequentiam: ſi eſt perſona, eſt perſona tertia in Trinitate uel alia, dicunt falſam. Non enim totum poſitum ponit partem, ſicut remotum remouet, ſed pars poſita ponit totum. Pars autem remota nec ponit, nec remouet totum. Quòd autem id, quod eſt aſſumptũ, ſit perſona, conſtat, cum Auguſtinus dicat, quòd id, quod ſuſcepit, & quod eſt aſſumptum, eſt una perſona.

P Qõ. 15. AN anima Chriſti ſit Deus? ¶ Solutio: non eſt concedendum ſimpliciter: ne uideamur conſentire illis, qui dicebant uerbum tantum carnem aſſumpſiſſe: & uerbum ipſum loco animæ carnem negetare. Ideo etiam non dicitur anima, Deus, quia magis redundat nomen animæ in naturam quàm in perſonam.

Q Qõ. 16. AN concedendum ſit, homo ille fuit ab æterno? ¶Solutio: ſi per pronomen, ille, demonſtretur perſona, uerum eſt hominem illũ ab æterno fuiſſe: ſi autem natura humana, nõ eſt uerum, homo ille fuit ab æterno.

R Qõ. 17. AN anima Chriſti ſit perſona? dicunt quidã, quòd non, dum eſt coniuncta carni: ſed ſeparata eſt perſona. Alij dicunt, quòd Chriſti anima eſt perſona eadem cum uerbo.

S Qõ. 18. AN ſit uniuerſale quod ſignificatur hoc nomine Chriſtus? Q d uſ: quia prædicatur de pluribus, cũ dſ, homo eſt Chriſ⁹: & Deus ẽ Chriſtus. ¶Solutio: nõ oportet, ut iõ cõcedatur cũ utrobique prædicatio non ſit conformis, licet etiam ſint duo, quæ prædicantur de pluribus ſecundum quoſdam, non tamen eſt id, quod prædicatur de pluribus. Itẽ uolũt probare, quòd eſt id, quod prædicatur de pluribus, quia perſona, quæ dicitur de aſſumente, dicitur etiam de aſſumpto. ¶Solutio; perſona eſt quaſi nomen comprehenſiuum. duo enim, uel plura una ſunt perſona. Sũt tamen quidam, qui concedunt, quòd ſignificatum huius nominis, Chriſtus, eſt commune pluribus: & ſignificat quantum hic terminus, perſona diuinæ & humanæ naturæ, non tamen Chriſtus eſt uniuerſale, ſed duo ſingularia ſecundum iſtos.

AN homo aſſumptus ſit Deus. ¶Solutio, multi dicunt, quòd non, quibus authoritas plane contradicit. Dicit enim Apoſtolus, quòd in ipſo habitat plenitudo diuinitatis. Et Ambroſius, quicquid habet filius Dei per naturam, & filius hominis per gratiam. Item Dominus de ſe loquens, data eſt mihi omnis poteſtas in cælo &c. ſi habet omnipotentiam, eſt omnipotẽs: ſi eſt omnipotens, eſt Deus: Item Ioannes Apoſtolus dicit de eo, quòd accepit ſpiritum non ad menſuram, ſecundum eos, qui negant hominem aſſumptum eſſe Deum, datus eſt ei ſpiritus ad menſuram, cum nõ hẽat quicquid uerbũ, cui perſonaliter unitur. T Qõ. 19. Coloſ. 1 Ioan. 3.

VTrum homo ille poſsit dimittere peccata cum ſit omnipotens? ¶ Solutio, homo ille poteſt dimittere peccata, nõ quia homo, ſed quia Deus, ſicut põt mũdũ redigere in nihilũ ſi uellet. V Qõ. 20.

AN creatura æquetur creatori, cum anima Chriſti, uel homo aſſumptus totum habeat per gratiam, quod Deus per naturam? ¶ Solutio, non eſt æqualis creatura Deo, quia aliud eſt eſſe ſapientem, aliud ſapere per ſapientiam, aliud habere aliquid per naturam, aliud per gratiam. Item ſic obiicitur, dictum eſt, quòd quicquid habet uerbum per naturam, hẽt homo per gratiam: ſed uerbum habet æternitatem per naturam, ergo homo eandem per gratiam: & ſi hoc eſt, homo ipſe eſt æternus. ¶Solutio, hic terminus, æternus, notat negationem. Illud enim proprie dicitur æternũ, quod ſemper fuit, & non cœpit eſſe. unde quia æternum non ſimpliciter prædicat perſonam diuinę naturæ, ſed etiam talem deſignat negationẽ, nõ eſt homo dicẽdus æternus. Vel põt ſic dici, homo ille eſt æternus Deus, non eſt æternus homo. X Qõ. 21. obiectio Solutio Y

AN homo aſſumptus ſit adoptiuus filius, an filius naturalis. Volunt quidam probare, ꝙ ſit adoptiuus, ſic: per ſolã gratiã prædeſtinatus eſt, ut ſit filius Dei, ergo filius eſt gratiæ, & ſic adoptionis, ergo adoptiuus. ¶Solutio, per ſolam gratiã eſſe filius hẽt nõ gratiæ ſed naturæ: i. non filius adoptiuus, ſed filius naturalis eſt homo aſſumptus, non per naturam ſed per gratiam, per quam habet quicquid poſsidet. Qõ. 22.

QVomodo Apoſtolus oſtendat erga Romanos affectũ, ut dicit expoſitor, agẽdo Deo gr̃as, cũ ꝓ oibus bonis, quæ dat Deus tã bonis q̃ malis agẽdæ ſint gr̃ę Deo? ¶Solutio, non ſolũ agit gratias reſpectu donorũ, ſed potius reſpectu Romanorũ, ſcilicet, quia dona collata ſunt eis. Cum autem aliquis agit gratias pro donis malis collatis, hoc facit tm̃ reſpectu donorũ, nõ eorum, quibus cõferũtur. Z Qõ. 23.

DIcit expoſitor, ꝙ Apoſtolus in Romanis nõ laudat fidem, ſed facilitatem fidei, quæ uidetur non eſſe laudanda, quia qui facile credit, facile decredit. ¶Solutio, duplex eſt facilitas, altera, quæ prouenit ex leuitate animi: & hæc indigna laude: altera, quæ prouenit ex uigore animi, & multo intuitu rationis, & hæc laude digna, A Qõ. 24.

Dominus

B Queſ.25 Matt.5.

DOminus prohibet in euahgelio iurare per cælum, uel per terram: Apoſtolus non per creaturam, ſed per creatorem, quod plus eſt, iurat cum dicit: teſtis eſt mihi Deus: unde uidetur tranſgreſſor eſſe præcepti, & ſic ad mortem peccare. ¶ Solutio: prohibet Dominus, quod eſt malum, ſcilicet iurare falſum, uel uerum ſine neceſſitate: ſuaſit uerum loqui: indulſit iuramentum cum ſit neceſſarium, in quo tria debent eſſe. Iudicium, quantum ad diſcretionis utilitatem, Iuſtitia, quantum an ſit faciendum. Veritas, quantum ad cognitionem. Si unum horum defuerit, reatus periurij incurritur.

C Queſ.26

QVid ſit iurare per Deum. ¶ Solutio: ſenſus eſt, ſic mihi proſit Deus, uel non, uel ſicut ē ueritas in Deo, ſic in iſto: quam ſi euacuat quantum in ipſo eſt, ueritatem Dei annihilat, illis Deum fideiuſſorem conſtituens: ſi autem non eſt uerum, Deum quodammodo incarcerat.

D Queſ.27

ITem quid ſit per creaturam iurare? ¶ Solutio: per Deum, qui fecit eã. Vnde dicit Auguſtinus, quod qui falſum iurat per lapidem, periurus eſt.

E Queſ.28

VTrum iuramentum ſit bonum, an malum, an indifferens? ſi enim bonum eſt, non eſt prohibendum ſi malum, nullomodo faciẽdum: ſi indifferens eſt, quomodo ſemper a malo? ¶ Solutio: ipſum non eſt malum, ſed tamen occaſio mali; unde conſulit ipſum Dominus uitare, ne eius aſſiduitate periurium incurramus.

F Queſ.29

QVomodo Apoſtolus oſtendat affectum ſuum erga Romanos dicẽdo: deſidero uidere uos ut aliquem fructum habeam in uobis, cum magis uideatur ſuam utilitatem, quàm illorum attendere? ¶ Solutio: non quærit propriam utilitatem, quantum illorum, dum eos deſiderat fructificare in bonis operibus, ut & ipſe ex profectu eorũ aliquid utilitatis conſequatur.

G Queſ.30

SI uerum eſt ſicut multi ſentiunt, quòd non plus ualet uoluntas cum opere, quàm uoluntas ſine opere. Quomodo dicit Apoſtolus. Deſidero uidere uos, ut aliquem fructum habeam in uobis: cum plus meriti non haberet ex opere, quàm habuit ex ſola uoluntate? Solutio: Nobis autem uidetur maius bonum eſſe opus cum uoluntate, quàm ſolam uoluntatem ſine opere. Sed dicunt illi; ideo deſiderabat uenire, ut cum opere creſceret uoluntas, & maius fieret meritum. Quid dicent de paſſione Chriſti, nunquid nõ amplius patiendo meruit: quàm prius ſolo deſiderio? Non eum poſſunt dicere eius uoluntatem in paſſione augmentatam eſſe, ut ſic creſceret meritum.

H Quæſ.31

QVomodo dicat ſe Apoſtolus debitorem eſſe Græcis, & Barbaris: non ne gratis prædicauit illis? ergo non ex debito. ¶ Solutio: non dicit, quòd aliquid debeat illis ex merito illorũ, ſed ex iniuncto officio debet euangelizare illis: & ex ſola gratia quantum ad illos prædicauit: hoc igitur debitum nõ tollit gratiam, ut alibi dicit. Neceſſitas mihi incumbit euangelizare. (1.Cor.9.) Quæ neceſſitas non tollit uoluntatem, ſicut iſtud debitum nõ aufert gratiam. ¶ Item uidetur, quòd in eis erat, unde hoc eis debuit ex lege naturæ, qua debuit illis, quod (obiectio) uellet ſibi fieri. ¶ Solutio: concedimus, naturali lege tenebatur, ut illos luce ueritatis illuminaret, non tamen ſimpliciter concedendum eſt, quòd hoc eis deberet. (Solutio.)

I Queſ.32

ITem quando dicitur: Iuſtus ex fide uiuit. Quæritur cur efficacia iuſtitiæ fidei, & non charitati attribuitur: cum fides ſit alicubi ubi nulla iuſtitia: charitas nuſquàm ſine iuſtitia. Ad hoc reſpondent aliqui dicentes, charitas & iuſtitia idẽ ſunt, & ideo neutrum cauſa alterius. Vel aliter: licet charitas cauſa ſit iuſtitiæ, tamen conuenienter fides, quæ eſt charitatis cauſa, dicitur eſſe cauſa iuſtitiæ: quia quicquid eſt cauſa cauſæ, cauſa eſt & effectus. ¶ Et eſt ſciendũ, quòd aliud eſt credere Deum eſſe, quæ eſt fides cognitionis: aliud eſt credere Deo, quæ dicitur fides conſenſus: aliud credere in Deo, quæ dicitur fides fiduciæ: aliud credere in Deum, quod eſt per fidem, & dilectionem in Deũ tendere. (Credere Deum, Deo, in Deo, & in Deũ.) Item aliud eſt, quod creditur: aliud, quo creditur: utrunq; nomine fidei ſæpe deſignatur. Item illud, quo creditur quandoque charitate informatur, & tunc tantum ſecundum quoſdam dicitur uirtus: quando autem ſine charitate eſt, informis eſt qualitas: nec eſt uirtus, nec iuſtificat. ¶ Aliis uidetur, quod ubicunque eſt fides, etiam cognitionis, quantum in ſe eſt, ſemper iuſtificat: eius tamen effectus quandoq; ex abundantia mali impeditur. Fides eſt uirtus, qua creduntur quæ non uidentur: uel certitudo rerum inuiſibilium ad religionem pertinentium ſupra opinionem, & infra ſcientiam. (Fidei diffinitum.)

Charitas iuſtificat, & fides, & gratia, & Deus: ergo quatuor iuſtificant. (obiectio) Solutio: non ideo uerum eſt, quòd quatuor, quia hoc eſſet ſeorſum: in fide.n. & per fidem charitas iuſtificat, & in charitate, gratia, & per gratiam Deus. (Solutio.)

K Queſ.33

QVomodo pluraliter dicat, inuiſibilia Dei, cũ Deus ſit ſimplex, & unus, nec aliquid ſit in Deo, quod non ſit Deus, nec aliquid dicatur hic inuiſibile Dei, quod non ſit Deus? ¶ Solutio: quod unum eſt & ſimplex in natura, non ut unum & ſimplex uenit in noſtram notitiam, ſed ut multa: & hoc raro deprehenditur, cur ſcilicet ita ueniat, quia oculus interior nondum ualet ad illam ſimplicitatem, & ineffabilem unitatem attingere, quæ eſt Deus, ut eum ſicut eſt intelligat. Vnde cum intelligit Deum bonum, ſapientẽ, omnipotentem, & huiuſmodi, quaſi plura uenit in mẽtem, quod unum eſt in natura. ¶ Ex quo altior oritur quæſtio, utrum ea, quæ ſic ut plura a ratione hominis intelliguntur, in ſeipſis, ſiue in Deo aliqua diſcernantur differentia. (Dubiũ.) Non ſubſtantialiter, uel perſonaliter inter ſe differunt: uelut rationes rerum æternæ, quæ in mente Dei fuerunt, conſtat quod aliquo modo differunt, quo tamen modo non eſt certum.

L Queſ.34

ITẽ quia dr. Sempiterna quoq; uirtus eius, & diuinitas, poteſt quæri; hæc duo, uirtus Dei, & diuinitas cum ſint inuiſibilia, quomodo diſcernantur ab inuiſibilibus. Non enim congrue dici poteſt, aĩalia uiuũt, & hoĩes, & equi, cũ hoĩes, & equi ſint animalia. ¶ Solutio: nomina, quæ de Deo dicun-

tur, quædam ſignificant quid oon ſit Deus, ut immortalis & immenſus, æternus & infinitus. Quædam notãt qnid ſit in Deo, ut ſapiens, bonus: quædam inſinuant ſua prædicatione quid ſit Deus, ut bonitas, & ſapientia. Ne quis ergo exiſtimaret illa tantum a creatnra Dei intellectu conſpici: quæ indicant quid non ſit Deus, ut immenſus: ſubiunxit ſempiterna quoque uirtus &c. Aliter ſecundum alios: per inuiſibilia intelligitur pater: per uirtutem filius: per diuinitatem Spiritus ſanctus. Secundum hoc uidetur, quòd philoſophi ſummæ Trinitatis per ea, quæ facta ſunt, habuernnt uotitiam. Sed Auguſtinus ſuper Exodum dicit, quod philoſophi ad ootitiam tertiæ perſonæ non peruenerũt, ſed tantũ περὶ τοῦ ἀγαθοῦ i. patre & περὶ νόου, id eſt, de filio philoſophati ſunt. Ad hoc dicunt quidam, quod illam diſtinctionem, quam fides catholica confitetur ſummæ Trinitatis, nõ habuerunt, nec habere potuerunt niſi per reuelationẽ.

Modi cognoſcendi Deũ. Quatuor enim modis cognoſcitur Deus, duobus modus interius, ſcilicet per naturalem rationẽ: quam notat Apoſtolus ſecundum quoſdam dicens: quod notum eſt Dei, manifeſtum eſt in illis, & per diuinam inſpirationem, quam ibi notat Apoſtolus. Deus enim illis manifeſtauit. Duobus modis exterius per facturam quemadmodum inſinuat Apoſtolus dicens: inuiſibilia Dei, & per ſcripturam, qui modus ſatis patet. Voluit itaq; Deus in quibuſdam latere, ut fides haberet meritum, & in quibuſdam apparere, ut infidelitas oon haberet exculationem.

Trinitatis ueſtigium. ❡ Nota, io magnitudine uniuerſitatis notatur diuina potentia, in pulchritudine ſapientia, in utilitate bonitas, unde cõſtat, quòd non ſolum in uniuerſis, ſed in ſingulis relucet quædam imago, & ueſtigium Trinitatis. Nihilominus caute inſpiciendum eſt, quando ſimilitudines inducuntur, uel ad identitatem eſſentiæ demonſtrãdam, uel perſonalem diſtinctionem inſinuandam, uel ut oſtendatur, quòd incarnatio ad ſolum filium pertinet, quàmuis ipſa ſit opus Trinitatis.

M Quæſ. 35 CVr Pater per inuiſibilia intelligatur potius, quàm filius, uel Spiritus ſanctus, cum & ipſi ſint inuiſibiles? ❡ Solutio: quia pater nuſquàm legitur ſpecie uiſibili apparuiſſe, ſicut filius in homine aſſumpto, & Spiritus ſanctus in ſpecie colũbæ, & in linguis igneis.

N Quæſ. 36 CVr filius per uirtutem? ❡ Solutio: quia ipſe eſt uirtus patris operatiua, per quam facta omnia ſunt.

O Quæſ. 37 CVr Spiritus ſanctus per diuinitatem ſignificatur? ❡ Solutio: Vt oſtendatur communiter a patre, & filio procedere, commune nomen obtinet quaſi proprium. Vel per inuiſibilia intelligitur Spiritus ſanctus, unde pluraliter dicitur inuiſibilia propter diuerſitatem donorum. Per uirtutẽ pater, ad cuius proprietatem ſolet referri potentia. Per diuinitatem, ſeu deitatem intelligitur filius, ſic enim diuerſi diuerſa ſentiunt.

P Quæſ. 38 QVæritur de eo, quod dicit Apoſtolus de philoſophis, quòd eſſent inexcuſabiles: quia cũ cognouiſſent Deũ, nõ ſicut Deũ glorificauerunt. Nam uidentur excuſationem habuiſſe, non enim tanta collata eſt eis gratia, ex qua Deum glorificare potuerunt. Nunquid enim Deum glorificare potuerunt ſine charitate? Nunquid poteſt quis charitatem habere ſine fide? Nunquid ex illo gradu cognitionis, quem habuerunt, diligere potuerunt? ❡ Solutio, ideo inexcuſabiles fuerunt, quia non fecerunt quantum potuerunt.

ITem quæritur, ſi feciſſent quãtum potuiſſent, an digni eſſent ſalute, ſi exiſſent ab hac uita in tali ſtatu. Nam quis dignus ſalute ſine fide, uel quis cum charitate perire poteſt? M. P. Abelardus ait, quòd erant digni ſalute, id eſt, ut daretur eis unde ſaluarentur, quia ſi feciſſent quantum poſſent, nunquam permitteret eos Deus tranſire ſine fide. Alij dicunt, quod ideo inexcuſabiles, quia ex illo gradu cognitionis potuerunt diligere, & ſtatim ex hoc ſtatu fides daretur eis. Sed ſecundum hoc fides ex charitate, non charitas ex fide. Tertij uero ſentiunt, quòd nullo gradu cognitionis diligere potuerunt: ſi tamen feciſſent quod poſſent, ſtatim daretur eis fides, ex qua Deum diligerent, & ſic glorificarent. Quibus obiicitur. Nunquid fidem mereri potuerunt? Forſitan, dicent: quòd tam etſi fidem non poſſent mereri, tamen ex eo, quod habebant, idonei & apti ad fidem ſuſcipiendam potuerunt fieri. Sed quomodo ſciunt, quòd ex hoc idonei fierent, uel ſi idonei, quomodo ſciunt, quod fides daretur eis? Nonne Tyrij, & Sidones idonei fuerunt? non tamen facta eſt eis prædicatio. ❡ Solutio: nos autem credimus, quòd Deum glorificare potuerunt ex parte, & ſi nondum perfecte. ſi enim Deo attribuerent, quod acceperant; & eius gloriam, & non ſuam quærerent, Deum ſecundum aliquid glorificarent: in quo Deum diligere, & ſi non perfecte poſſent. — Q Quæſ. 39 — R obiectio — Solutio.

S obiectio. Obiicitur. Ex illa cognitione, quam habebant, poterant ſaltem ex parte Deum diligere: ergo ex charitate hoc poterant, quam habebant, uel quam non habebant; ſed non ex ea quam non habebant: ergo ex ea, quam habebant, & ſic habebant dilectionem Dei, & ſic digni ſalute.

Solutio. ❡ Solutio: Concedendum eſt, quòd Deum diligere poterant ex charitate, quam habebant, non tamen ſimpliciter dicendum eſt, quòd Dei habuerunt dilectionem, ſicut iſte infirmus & debilis portat lapidem ex fortitudine, quam habet: nec tamen dicendum eſt ſimpliciter hunc eſſe fortem, uel habere fortitudinem. Noo enim concedimus, quòd illi, qui in mortali peccato ſunt, nullum bonum opus poſſunt facere, ut quidam ſentiunt, ſed multa faciunt bona licet ad ſalutem inſufficientia propter maius malum, quod habent.

T Quæſ. 40 AN ratio naturalis aliquid poſſit per ſe ſine adiutorio gratiæ? ❡ Solutio, dicunt quidã, quòd ratio naturalis multa poteſt per ſe, ut apparet in philoſophis, qui ſoli ſoni innixi multa non ſolum in cõprehenſione ueritatis circa creaturas, ſed etiam circa creatorem cognouerunt. ſcilicet Deus eſt

& unus

& unus eſt,& quòd trinus eſt.Sed ad hanc cogni-
tionem non uidentur perueniſſe ſine gratiæ adiu
torio.Vnde Apoſtolus quod notum eſt Dei,mani
feſtum in illis eſt:ſtatimq; ſubiungit. Deus enim
manifeſtauit illis.

V QVomodo ergo ſine gratia ſi Deus manifeſta
Qõ. 41. uit illis: non ne hoc gratia? ¶ Ad hoc re-
ſpondent quidam ſic:Deus dicitur manifeſtaſſe,
quia tales fecit creaturas,ut ex illis poſſet ipſe crea
tor cognoſci: unde ſubiungit. Inuiſibilia
enim Dei &c.

X ITem ſi ratio naturalis tantum ualet, ut ad hũc
Qõ. 42. gradum cognitionis ſufficiat, quæritur ĩ quo
fuit efficacior ante peccatũ quàm modo:uel quo-
modo nunc infirmior quàm tunc?Sicut enim tũc
cognouit,quòd Deus eſt,& unus eſt,& trinus: ita
& nunc. Et ſicut modo incarnationis myſterium
non poteſt comprehendere ſine adiutorio gratiæ:
ita nec tunc quod myſterium abſconditum eſt in
Deo: qui fecit omnia,ut dicit Apoſtolus:quaſi nil
inſeruit creaturis, ex quo hoc cognoſci poſſet.
¶ Solutio: Ratio ante peccatum facilius & perfe-
ctius comprehendit,quod modo cum magna dif
ficultate,& minus perfecte,& a longe ſpeculator:
Y multa etiam nouiſſet tunc,quæ modo non cogno
obiectio ſcit.Obiicitur ijs,qui dicũt ꝙ rõ naturalis aliquid
poſſit per ſe:Non ne oculus exterior nil uidere po
teſt ſine illuſtratione lucis ſuperuenientis ſibi,uel
radij ſolis, uel alterius?Ita oculus interior nil põt
per ſe ſine illuſtratione lucis: quæ illuminat om-
nem hominem in hunc mũdum uenientem. Rõ
ergo naturalis ſine gratia quid poteſt: Cum talis
Solutio. lux ſit ex gratia? ¶Ad quod reſpondent qoidã ſic:
In prima creatione eſt expoſita,& propoſita inte
riori oculo illuſtratio ſummæ lucis: quoadusque
& ad quem finem per ſe ex tali expoſitione,& ꝓ-
poſitione ſine aliqua gratia ſuperueniente perue-
nire ualeret:quæ illuſtratio non fuit de ſubſtantia
rationis,nec de eius naturaſed de dono eius gra
tuito.Tamen poteſt dici,quòd naturaliter uidet:
quia cum natura data eſt aptitudo & idoneitas ui
dendi expoſita illa luce: de qua ſermo præceſſit.
Itaque ſine omnimoda gratia nil poteſt uidere
oculus mentis: poteſt tamen bene ſine gratia ſu-
perueniente alia ab illa:quæ collata eſt cum natu-
ræque ſuperueniens gratia maxime ſolet dici gfa.

Z TRadidit illos Deus in deſideria cordis ſui, &
Qõ. 43. in paſſiones ignominiæ,& in ſenſum repro
Matt.13 bum.Ex his authoritatibus, & multis alijs, ut eſt
Huius.9 illud.Dedit illis ſpiritum compunctionis,ut uidẽ
Exod. 7. tes non uideant,& audientes non audiant. Et il-
lud.Induratum eſt cor Pharaonis. Et illud.Quem
uult indurat:cuius uult miſeretur. Ex his, & alijs
quàm pluribus quædam mala uidentur fieri Dei
operatione. Auguſtinus etiam multa coaceruat in
unum ad huiuſmodi rei probationem.Poſtmodũ
infert. Ex quibus manifeſtum eſt, Deum operari
in cordibus hominum. In bonis inclinando ad
bona pro miſericordia: uel in malis inclinando
ad mala indicio ſuo quandoque occulto:quando
que manifeſto, ſemper autem iuſto. Item non ne
Apo.22. iuſtum eſt,ut qui in ſordibus eſt,ſordeſcat adhuc?
A quo eſt hoc iuſtum? nonne a Deo, a quo omne
iuſtum? Itaque Deus uidetur operari hoc. Item
peccatum illud,quod eſt pœna præcedentis pecca
ti: a quo eſt? omne iuſtum eſt a Deo,& illud pec-
catum eſt pœna iuſta:Itaque uidetur originem ha
bere a Deo. ¶ Solutio: Ad hoc quidam reſpon- Solutio
dent dicentes.omne peccatum eſſe à Deo,non ſo quorun-
lum quod eſt pœna alterius,ſed etiam quod eſt tã dam.
tum culpa,concedentes furtum latrocinium,adul
terium eſſe a Deo:iuxta illud prophetæ. Non eſt Amos.3.
malum in ciuitate,quod non faciat Deus. Qui ẽt
ratione tali conantur idem probare. Omnis eſſen
tia eſt a Deo,ſed uoluntas mala,& actio mala pec-
catum ſunt,& eſſentiam habent: unde colligitur,
quòd peccatum ſit a Deo ſecundum horum opi-
nionem. Quibus ſic obijcitur. Facere peccatum obiectio
quid eſt,niſi peccare? Quid eſt facere adulterium,
niſi adulterari? facere furtum,niſi furari?Vnde ſi
conceditur, quod faciat peccatũ, ſequitur quòd
Deus peccet, furetur, adulteretur,occidat: quod
non ſolum nefas eſt dicere,ſed etiam cogitare. Il-
lud quod obijcitur de uoluntate mala, & actione
non bona,quod aliquid ſunt,& ſic a Deo.Sic ſol- A
uitur.Peccatorum aliud eſt ſecundum ſe,aliud ſe- Solutio
cundum aliud. Peccatum ſecundum ſe,eſt quædã authoris
inordinatio.ut priuatio iuſtitiæ, & ipſa nihil eſt,
niſi abſentia iuſtitiæ,unde non eſt a Deo, cum ni- *Peccatorũ*
hil ſit. Non enim Deus eſt author eius,quod ni- *aliud ſecũ*
hil eſt.Voluntas mala, & actio non bona peccatũ *dũ ſe, &*
eſt ſecundum aliud, ſcilicet ſecundum inordina- *aliud ſecũ*
tionem,& hæc aliquid ſunt,& peccata dicũtur nõ *dũ aliud.*
ex eo,quod habent,ſed ex eo,quod non habent:
ideo enim peccata ſunt,quia non habent ordinẽ,
uel modum. Illud Prophetæ,ſcilicet quod dicit,
non eſt malum in ciuitate,quod non faciat Deus,
de malo aduerſitatis,nõ de malo peruerſitatis ĩtelli
tur: Vel forſitan nec etiam cogimur de malo ad-
uerſitatis hoc intelligere:ſi diligentius inſpexeri-
mus huius ſcripturæ circunſtantiam. Sic,n. hẽ
in prophetia, non eſt malum in ciuitate,quod nõ B
notum faciat Dominus ſeruis ſuis prophetis. Itẽ Obie-
obiiciunt de poteſtate peccandi,quia a Deo eſt:& ctio.
ipſa peccatum eſt,& ſic peccatum eſt a Deo ut ui-
detur. ¶ Solutio:nihil eſt hoc, quia poteſtas peccã
di nec peccatum eſt, nec ſufficiens cauſa peccan
di ſine uoluntate.

RVrius ſic quæritur. An omnis uoluntas ſit C
a Deo? cum nil ſit, quod non habeat eſſe a Qõ.43.
Deo.¶ Solutio: non eſt concedendum, quòd om-
nis uoluntas ſit a Deo, cum nil ſit, quod non ha-
beat eſſe a Deo, hoc enim eſſet tam bona quàm
mala. Idem de actione intelligitur. Cum enim
dicitur actio mala uel uoluntas, magis redundat
locutio in qualitatem, quàm in eſſentiam. Qua-
re etſi habeat id, unde eſſe dicitur a Deo, cum
tamen eius qualitas non ſit ex eo, non eſt di-
cendum malam actionem uel uoluntatem eſſe
ex Deo. ¶ Nota: quod inordinatio dicitur eſſe D
qualitas malę actionis, propter modum re-
ſponſionis ſimilem: uel qualitas large accipi-
tur pro eo, quod aſſignatur quale aliquid ſit,
uel quale non ſit. Item hæc propoſitio, eſ-

ſentia huius actionis eſt à Deo, dupliciter intelligitur: uel quòd ipſa ſit a Deo, uel id, unde habet eſſe, ſit a Deo. Alij uero dicunt: non omne peccatum eſſe a Deo: ſed ſecundum illum ſolum, quod eſt pœna alterius, fit operatione Dei: dicentes ſi ad ſolam permiſſionem referatur, quod dicitur, tradidit illos Deus in reprobum ſenſum: generaliter de omni poſſet hoc dici peccato: quòd Deus operatur illud: ſed nunquàm dicitur Deus tradere aliquem in aliquod peccatum, niſi illud, quod eſt pœna peccati. Item ſi ad gratiæ ſubtractionem referatur, ex hoc patet, quòd Deus illud operetur, cum gratiam ſubtrahat. Item cum neceſſario illud ſequatur ex gratiæ ſubtractione: quis eſt cauſa illius niſi ſubtractor? ut ſi domus haberet aliquod fulcimentum: ſine quo ſtare non poſſet: ſi quis fulcimẽtum auferret, quis fieret cauſa ruinæ, niſi ille, qui ſuſtulit fulcimentum? Vel ſi aliqui eſſent in nauicula in mari, ſi quis eam ſubmergeret, cum ſine ea homines uiuere non poſſent: quis eſt cauſa mortis niſi ſubmerſor? His itaque ſimili-

E tudinibus conantur aſſerere, quòd Deus operatur quædam peccata, & ſi non omnia. Sed non uidetur eſſe ſimile inter domum, quæ nil poteſt mereri & hominem, cuius culpa aufertur id, ſine quo ſtare nequit. Sed ſimilitudo conuenientior eſſet: ubi ſi domus caſura eſſet: & ſi quis manum ſupponeret: & eam, ne caderet, ſuſtineret: ſi poſtmodum ratione exigente manum retraheret, non quidem eſſet cauſa, quare domus rueret, ſed quare non prius cecidit, cauſa fuit. Sicut ſi quis nudus eſſet, & alter ei ueſtes daret: & ille ueſtitus deinde offenderet eum, cuius ueſtibus eſt indutus: ita ut ueſtes rationabiliter tolleret, & ſic nudus moreretur: quis cauſa mortis? non ne ipſe, qui nudus moritur. Et ſi quis cauſa exigente alicui doctrinã ſubtrahat, cui prius exhibuit: hoc facit nõ aliquid operando, ſed potius non operando, quod operabatur. Sic quoque dicimus: quòd Deus ſubtrahendo gratiam culpa noſtra exigente: nec ipſe cauſa eſt, quare ſubtrahatur gratia ſecundum nos: nec

F hoc fecit aliquid operando, ſed non operando, quod prius operabatur. Sic itaque nulla ratione concedendum eſt: quòd operatione Dei fiat peccatum, ſiue ſit pœna peccati, ſiue non: hoc ergo, quod dicit Auguſtinus, Deum operari in cordibus hominum, uel inclinando ad bonum, uel ad malum: operari dicitur, uel ſimilitudine dictionis huius uerbi, ſubtrahere, quod conſtruitur cũ accuſatiuo, quaſi ſignificaret, aliquid agere: uel

Infra ca.7. quod melius eſt, operari accipitur pro operari, uel non operari ut ibi. Quod enim operor non intelligo. Aliter enim ſi ſic non acciperetur facere malum, & non facere bonum, non eſſent partes

Inf.ca.2 operari. Et illud. Reddet unicuique ſecundum opera ſua, ſcilicet pro eis, quæ fecit: & pro eis, quæ

Apo.22. non fecit: cum ea facere debuerit. Illud autem quod dicitur. Qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc: ſic intelligitur. Iuſtitia non eſt ex qualitate ſordidationis, ſed ex iudicio Dei, quo illud fit. Vnde ſi dicatur iuſtum non iuſtitia, quæ in ipſo eſt: ſed in regula Dei: non quòd ipſum ſordeſcere ſit a Deo: uel quòd Deus faciat illud. Similiter de quolibet peccato, quod eſt pœna peccati præcedentis. Quòd enim talis pœna dicitur iuſta, hoc non eſt ex qualitate ſui, ſed iudicio Dei. G

Quæſtio 45. VTrum pœna ipſa, quæ etiam culpa eſt, ſit a Deo? Quod uidetur: quia omne iuſtum eſt a Deo: & omnis pœna talis eſt iuſta. Itaque uidetur, quòd talis pœna ſit a Deo. ¶ Solutio: non oportet hoc dicere: cum ex qualitate ſui non habeat ut ſit iuſta: ſed ex lege Dei: ut iam dictum eſt. Scriptum enim eſt: Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione uiuentium. Sap.1. Vel etiam ſi concedatur, quòd pœna ſit a Deo, non tamen culpa: licet idem ſit pœna & culpa. Non enim a Deo habet, quòd culpa eſt, etſi aliquo modo habeat a Deo, quòd ſit pœna. Cum enim pœna aliquid ſit in ſe: propter tria dicitur eſſe a Deo, ſcilicet propter materiam eius, quam Deus facit, ut materiam ignis: & propter naturam: ſcilicet quòd res talis nõ poteſt eſſe in ſe tali, quin patiatur: quæ natura eſt a Deo, & propter iudicium Dei, quo talis pœna tali culpæ infligitur. Non tamen Deum eſſe cauſam illius pœnæ dicimus: hoc enim eſſet dicere, quòd Deus feciſſet culpam illius pœnæ: quia non eſt cauſa corruptionis; quæ ſi non eſſet, non pateretur quicquàm qui punitur. Itaque huiuſmodi pœna, quæ H aliquid eſt, propter tria dicitur a Deo eſſe. Propter materiam, & naturam, & iudicium. Secundum uerò duo, ſcilicet culpam & corruptionem, non eſt I a Deo. Illa autem pœna, quæ peccatum eſt, propter duo dici poteſt, quòd ſit a Deo, ſcilicet propter iudicium Dei, & propter naturam; quæ eſt, quòd nemo poteſt ſic peccare, quin ipſo puniatur. Culpa uero, & corruptio nullo modo eſt a Deo. Non eſt ergo dicendum, quòd operatione Dei uel impulſu aliquis in peccatum præcipitetur: nec in illud etiam, quod eſt pœna; ſed ſcripturæ, quæ uidentur hoc ſentire, uel ad permiſſionem, uel ad gratiæ ſubtractionem referendæ ſunt. Quidam etiam referunt eas ad uiæ apertionem, quia nequitia intus concepta nequit exire, niſi ei uia aperiatur, ut Nabuchodonoſor, prius malitiam intus conceperat, & Deus exponendo ei gentem Iudaicam, uiam ei aperuit, & ſic ille malitiam exercuit, quam prius intus clauſam habuit. Alij uero referunt ad uiæ clauſionem; quia Deus omnes alias uias, quà exire liceat, clauſit: ut non habeat aliam, per quã exeat. Hinc dicitur aliquem præcipitare in peccatum: quia non claudit hanc uiam, per quam exit: ſicut cæteras, per quas non egreditur. Vnde conſtat, quòd Deus non eſt cauſa, quare per hanc prodeat, ſed ipſe qui exit: ſed cur nõ per aliã egrediatur Deus, cauſa eſt. & cur ẽt potius per iſtã, quàm per aliã, ex utroque eſt: cur deterius non peccet, Deus author eſt: cur uero tantũ, & non minus, ex ipſo eſt. Veluti ſi quis eſſet in turre, uolens ſeipſũ per feneſtrã præcipitare: & aliquis alius oẽs feneſtras clauderet præter unã: & ille per illã præcipitaret ſe. Ecce, quòd non per aliã: ille, qui claudit cæteras, cauſa eſt, quòd per iſtã, nõ ille, qui claudit: ſed ipſe, qui præcipitauit ſe. Quòd aũt potius per iſtã, quàm per aliã, ex utroque eſt. K Sunt ẽt qui ad occaſionẽ eas referunt, ueluti Do-

mino

mino intrante Hieruſalem tota ciuitas commota
eſt,& malitia prius concepta, accepta occaſioné
excitata eſt ad inuidiam:& ſic ad perſequendum.
Itaq; uel ad permiſſioné,uel ad ſubtractioné gra-
tię,uel ad uiæ apertionem,uel uiæ nó clauſioné re
fertur,ſecundum quoſdam quod dicitur. Tradi-
dit illos in deſideria cordis, & in paſſiones igno-
miniæ &c. Nos autem magis dicimus uniuerſa: q̃
ad unũ aliquod ſingulorum,& ſi nó omnia ubiq;
concurrant: ſemper tamen tria,ſcilicet permiſſio,
& gratiæ ſubtractio, & uiæ non clauſio concur-
runt: uię uerò apertio, & occaſio non in omni-
L bus reperiuntur.

Quęſ.46 QVomodo dicatur Deus tradere eos in paſſio
nes ignominiæ: cum non ſolum ibi nil pa-
tiantur,ſed & delectetur. ¶Solutio: Propter
effectũ: quia.n.pœna æterna ſequitur: peccati hu
iuſmodi paſſiones uocantur. Vel etiam in præſéti
uita patiuntur. Non .n. poſſunt ſic peccare,quin
patiantur,quin natura lædatur, corrumpatur,&
aliquo bono priuetur,& fœdetur: & ſic uerũ eſt,
M iam eos in præſenti pati.

Quęſ.47 QVæritur iterum,quid mali inferat reprobis,
tradi in reprobum ſenſum: cum non ſint
pęnituri: qui.n. excæcantur,ut ponát lucé in
tenebras, & tenebras in lucem, uidentur minus
peccare per talem excæcationem: cũ nihil faciút
contra conſcientiam: unde quod maius eſt pecca
tum in ſe,minus eſt ei,a quo fit: cum minus fiat cõ
tra conſcientiam. Itaq; cum iſti minus contra con
ſcientiam peccent propter ſenſum reprobum,ui-
detur eis prodeſſe ſic excæcari. ¶Solutio: talis ne
ceſſitas ignorantiæ non habet excuſationem,quia
N prouenit ex peruerſa uoluntate.

Quęſ.48 QVomodo Deus nó peccet operando in cor-
dibus eorũ,ut inclinentur ad malum. ¶Solú
tio: Si prędicta ad memoriá reuocétur,patet
O reſponſio: hoc .n. faciendo non immittit malitiá.

Quęſ.49 QVomodo defendi poſſit, quin Deus crudeli-
ter agat damnando iſtum,qui omni ſibi ſub
tracta gratia relictus ſibi,nó pót nó peccare:
ſi.n. non uitat,quod uitare non poteſt,quæ culpa
eſt illi: uel ſi ideo damnatur, uidetur quod iniuſte
agatur cum illo. ¶Solutio. Iſta impoſſibilitas eſt
inexcuſabilis, quæ ex culpa & uitio propriæ uolú
tatis proceſſit: quia prius ſe præcipitauit,licet mo
do nolens peccet: Deus tamen ipſum iuſte pro
peccatis damnat. Iuſtum eſt enim ut qui in ſordi-
Apo.22. bus eſt, ſordeſcat adhuc.

P QVomodo Deus nó conſentiat peccantibus,
Quęſ.50 cum malum ſciat,& prohibere poſſit,& ex-
poſitor dicit. Conſentire eſt nó corrigeré cũ
poſſis. ¶Solutio. Deus multis modis corrigit,& ár
guit peccantes: tum naturali ratione, tum lege
ſcripta, tum per miniſtros ſuos,tum per propria,
uel aliena flagella: unde nullo modo dicendus eſt
Q conſentire peccantibus.

Quæſ.51. VTrum æqualiter peccent facientes & con-
ſentientes. ¶Solutio: in huiuſmodi, quæ ua-
riari poſſunt ſecundum diuerſas cauſas: generale
iudicium dari non poteſt: ſecundum enim inten
tionem iudicandum eſt de talibus.

SEcundum duritiam,& impœnitens &c. Quæ- R
ritur quid ſit pœnitere. ¶Solutio: Pœnitentiá In ca.3.
eſt compunctio mentis de præteritis, & propoſi- Quęſ.52
tum de futuro, uel dolor: quia fecit propoſitum,
quòd amplius non eſt facturus. Quid eſt enim
aliud pœnitere uere, quàm commiſſa deflere, &
amplius deflenda ex propoſito non committere?
Dicitur etiam pęnitentia ſatiſfactio pro peccatis.
Vnde ſacerdos dicitur pœnitentiam iniungere.
Item penitentia alia ſera, alia infructuoſa. Infru-
ctuoſa, quę non prodeſt: ut illa Iudæ,& inſenſato-
rum dicentium. Nos inſenſati &c. Sera, quæ tarde Sap.5
fieri ſolet cum tempus non ſit. Dicitur itaque ue-
re pœnitens eſt,qui corde conteritur, & ore con-
fitetur,& condignam exhibet ſatiſfactionem.

CVm dicitur in die iræ &c. Quæritur de die Quęſ.53
iudicij, quare dies iræ dicatur potius quàm
miſericordiæ: ſicut enim mali audituri ſunt. Ite in Mat.25.
ignem æternum. Ita boni audituri ſunt. Venite
benedicti patris mei &c. Solutio: In eo, quòd dies
iræ dicitur, conſulitur nobis, ut diem illum ſem-
per timeamus, & timendo ęternum incendium
caueamus. Nota, quòd dies dicitur non tempore, S
ſed pro manifeſtatione. Item notandum,ꝙ omnes
ad iudicium uenient tam boni quàm mali. Bono-
rum,alij ut iudicent. Quidã boni:alij ut iudicen-
tur ut minus boni. Item malorum,alij iam iudi-
cati ſunt,quorum damnatio tam certa eſt: alij ad
huc iudicandi, quorum damnatio incerta eſt. T

QVomodo intelligendum ſit de ſanctis,quòd Quęſ.54
iudicabunt malos? Ad quod quidam reſpon
dent:ꝙ hoc nihil aliud eſt, niſi quòd excellé
tia gloriæ eorum apparebit quanta pœna ſint di-
gni,qui eos ſunt perſequuti,uel non imitati. Vel
ideo dicti iudices ſunt: quia in ipſo iudicio mani-
feſtabuntur eis rationes æternæ: ſecundum quas,
fiet iudicium, & ſingulorum merita, de quibus
fiet iudicium. Iuxta illud Danielis. Sedit iudicium Dañ.7.
& aperti ſunt libri, ſ. rationum & meritorum: illi
ergo quorum pœna,uel gloria non adeo patet,iu
dicandi ſunt in die iudicij. V

QVæritur iterum circa illud ſecundum cor Quęſ.55
impœnitens de peccato in Spiritum ſanctũ,
qd ſit,& quare dicatur irremiſſibile. An qa
non poteſt dimitti: an ideo quia nunquàm dimit
tetur,cum tamen poſſit: an quia uix, & raro,& dif
ficile dimittatur. ¶Solutio: dicunt quidam: quòd
peccatum in Spiritum ſanctum eſt ex inuidia di-
uinæ derogare bonitati: cuius peccati tanta eſt la-
bes,quòd qui ſic peccant, nunquàm poſſint pœni
tentiæ humilitatem ſubire. Alij dicunt: quòd deſ-
peratio, uel impœnitentia dicitur peccatum in
Spiritum ſanctũ. Alij: quòd facibus inuidiæ ſemi
nare diſcordias inter fratres. Illis autem,qui dicút
hoc peccatum poſſe dimitti: ſic obijcitur. Si hoc
eſt poſſibile,quòd talis culpa dimittatur: hoc pro
poſito nullum ſequitur impoſſibile: ſed ueritas Matt.12.
dicit, quòd hoc peccatum non dimittitur neque
in hoc ſeculo neque in futuro: ſed ſi dimitteretur,
falſum eſſet, ipſum non dimitti: quod eſt impoſ-
ſibile: quia ueritas mentiri non poteſt. De hoc pec
cato nullus certus eſt: hoc tamen ſcitur, quòd ſi
quis

X quis ſic peccauerit nonquàm conſequetur ueniã.
Quęſ.56 QVomodo unicuique ſecundum opera ſua
reddat, cum huius opera ſint bona, & mala
intentio: & illius mala opera, & bona intentio:
cum ex affectu imponatur nomen operi: nunquid
pro bonis operibus damnatur, quia mala eſt, in-
tentio: uel pro malis ſaluabitur, quia bona eſt in
tentio? Solutio: Non ſufficit intentio in omnibus
ad hoc ut bona dicantur opera: ſed ſemper exigi-
tur, ut bona ſint ei a quo fiunt: ſi enim bona ſunt
opera in ſe, & mala intentio: punitur pro mala in
tentione, non pro bonis operibus: nec remunera-
bitur pro eis: qui inutilia ei facta ſunt per malam
intentionem. Ad hoc uero, ut mala ſint ei opera,
non exigitur, nec non exigitur mala intentio: po-
teſt enim bona & mala eſſe intentio, operibus ma
lis exiſtentibus: qualiſcunque fuerit intentio ex
quo mala ſunt opera, nocet ei, qui fecit ea: in his
autem, quæ ſunt indifferentia. i. quantum in ſe nec
Y bona nec mala: iudicium debet referri ſecundum
Quęſ.57 intentionem.
QVomodo ſecũdum opera propria reddatur
unicuique: cum iſte bona per totam uitam
operatur, & in fine cadit: & alter mala per totam
uitam operatur, & in fine ſurgit, per pœnitentiã:
non ne qui bona operatus eſt, damnabitur: & qui
mala, ſaluabitur: quomodo ergo ſecundum ope-
ra? ¶ Solutio: Opera cuiuſlibet dicuntur, cum qui-
bus exit ab hac uita: quibus ſolis retribuet Deus:
ea uero bona, quæ egit qui in fine cecidit, morti
ficantur: & fiunt non ſua per ſuperueniens malũ.
Ita illius, qui male uixit, & in fine per pœnitentiã
ſurrexit: per bona ſuperuenientia: mala, quæ fecit
fiunt non ſua: uel etiam iudicium fit reſpectu ope
rum, ut puniatur minus, quia bona fecit, uel mino
Z rem habebit gloriam, quia pecauit.
Quęſ.58 QVæritur item quomodo ſecundum opera,
cum iſte habeat uoluntatem male operãdi,
nec facultatem perficiendi: alter uoluntatem be-
ne operandi, nec facultatem implendi. ¶ Solutio:
Opera eorum dicuntur ex quo ſunt in eorum uo-
Matth.5 luntatibus: nec in eis remanet quin fiant. ¶ Vnde
Dominus in euangelio. Qui uiderit mulierem ad
concupiſcẽdum eam, iam mœchatus eſt in corde
ſuo. Nec tamen dicimus, quòd tantum puniatur
modo, quantum puniretur pro operibus ipſis im
pletis: ſed ſicut pro operibus, & ſi non tantum
A pro ſola uoluntate puniretur.
Quęſ.59 QVæritur de pueru non baptizato quõ fiat
ei retribuendo ſecũdum opera ſua, cum ſtatim
moriatur antequàm aliquid agat? ¶ Solutio: Ope
ra parentum eius in eius conceptione, & natiuita-
te ipſius fiunt: & pro eis damnabitur tanquàm ea
actualiter egerit. Itẽ de puero baptizato dicimus,
quòd ꝑ gratia baptiſmatis ſaluatur ſine proprijs
B meritis.
Quęſ.60 QVæritur de eo, qui patitur pro Chriſto, & nõ
operatur, quomodo ei ſecundum opus tri-
buatur? ¶ Solutio: Opera & pro paſſionibus, & o-
peribus accipiuntur? ut factum pro facto & non
facto accipitur: cũ fit, qđ nõ debet fieri, peccatum
dicitur: qñ uero non fit, qđ debet fieri, delictũ eſt.

CVm culpa ſit temporalis, & pœna æterna, C
quomodo reddet ſecundum opera. ¶ Solu- Quęſ.61.
tio: Culpa malorum quantum in ipſis eſt, æterna
eſt: in uoluntate enim eorum fuit ſemper in malo
manere: unde iuſto Dei iudicio in æternum pu-
niuntur. Vel etiam mala uoluntas, & reatus culpæ,
& impœnitentia cordis in ipſo æterna erũt. Vnde
Dominus dicturus eſt ad eos. Diſcedite a me om- Luc.13
nes, qui operamini iniquitatem. Non dicet qui
operati eſtis, ſed qui operamini. Non pœnitere
enim peccatum eſt, & ipſi non poſſunt pœnitere.
Itaque in æternum peccabunt, & ſic pro culpa
æterna erit pœna ſempiterna. D
ITem cum boni pluſ quàm meruerint ſint ac- Quęſ.62.
cepturi: & mali minus quàm poſſint ſecundũ
iuſtitiam, puniantur: quomodo ſecundum opera?
¶ Solutio: Non eſt comparatio inter meritum &
præmium: ſed eſt ſenſus qui plus meruit, plus ac-
cipiet, & qui minus, accipiet minus ſecundum
qualitatem & quantitatem: meritum enim unius
& præmium modo eſt æquale, & diſſimile: modo
eſt ſimile & inæquale, cum merito & præmio alte
rius: ut duo martyres, uel duo confeſſores, qui eiuſ
dem & æqualis meriti & premij ſunt, æquales &
ſimiles ſunt in iuſtitia & gloria: ſi autẽ unus mar-
tyr & unus confeſſor æquales ſunt, diſſimiles ta-
men ſunt ſecundum qualitatem: quia iſte martyr,
& ille confeſſor &c. E
QVæritur circa id, quod dicitur. Tribulatio & Quęſ.63
anguſtia in omnem animam &c. Nunquid
in anima ſola punietur homo, & non etiam in cor
pore? Quare ergo dicit in omnem animam, & nõ
in corpus, cum in utroq; peccauit. ¶ Solutio: quæ
dam ſunt peccata animæ, pro quibus ipſa punie-
tur tãtum, ut ira, inuidia, infidelitas: de qua ſpecia
liter agit Apoſtolus in hoc loco: ideoque mentio
nem facit de pœna animæ, non pœna corporis.
Sunt etiam quædã peccata corporis, pro quibus
ipſum punietur: ut gula, luxuria, homicidia, con-
tentiones, quæ corporis miniſterio exercentur:
unde conſtat, quòd in utroque punientur. Iuxta Hier.17.
illud, Duplici contritione contere eos. F
QVæritur de glorificatione corporis, quid ho- Queſtio
mini uel animæ cõferat, cum ſola beatitudo 64.
hominis ſit uiſio Dei cuius ſola anima capax eſt,
unde uidetur nil conferre gloria, quæ erit in cor-
pore. ¶ Solutio: glorificatio corporis ad augmen-
tum gloriæ & gaudij ipſi animæ erit. Nam ualde
gloriabitur, cum uiderit corpus prius adeo infir-
mum & imbecille ſic ſolidatum: ut nullam am- G
plius læſionem ſuſtinere ualeat. Queſtio
QVæritur cum animæ gloria ſit Deum contem 65.
plari, & ipſius uiſione frui, & in ipſo omnia
cognoſcere: erit enim Deus omnia in omnibus
exiſtens ſpeculum omnis creaturæ: ſicut omnis
creatura modo ſpeculum eſt Dei. Cũ hoc ità
ſit, quomodo glorificatio corporis ei conuenire
dicetur, ut eius augeatur beatitudo. ¶ Solutio:
hanc glorificationem iam in ipſo Deo cognoſcet,
& contemplatio erit pars beatitudinis eius. H
CVm dicit Apoſtolus. Non eſt acceptor perſo- Quæſtio
narum Deus: Quæritur quid ſit perſonas ac- 66.
cipere.

cipere. Non ne dicit Apoſtolus. Cui honorem, ho
norem: cui timorem, timorem. Non ne maiorem
reuerentiam debemus exhibere uni quàm alteri?
¶Solutio: ille perſonas accipit, qui pro aliquo, qđ
hominis eſt, hominē ueneratur, & alijs pfert: qđ
nō facit Deus. Cū.n. timorē uel honorē ijs, qui ī di
gnitate ſūt cōſtituti, exhibem⁹: nō facimus hoc, ni
I ſi pp Deū, cuius gerūt pſonā, uel cui⁹ ſūt miniſtri.

Quęſ.67 FActores legis iuſtificabuntur. Quæritur, an im
Luc.10 pletio legis iuſtificet? quòd ſic uidetur ex ijs,
cum legiſperitus quæreret a Domino: quid faciēs,
uitam æternam poſſidebo? & Dominus reſpōdit.
Quid ſcriptum eſt? quomodo legis? Et ille. Diliges
Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex
tota anima tua, & ex tota mente tua; & proximū
ſicut teipſum. Et Dominus ait illi. Hoc fac, & ui-
ues. Ecce mandatum legis obſeruatum confert ui
Rom̄.2. tam æternam. Vnde legitur quòd iuſtificat lex im
pleta. Idem in alio loco, cum adoleſcens ait ad eū.
Quid faciens uitam æternam poſſidebo? Et Domi
nus ad eum. Honora patrem & matrem: non oc-
cides: non furtum facies: non mœchaberis: non
falſum teſtimonium dices: non concupiſces uxo
Mat.19. rem proximi tui, nec rem. Et ait, adoleſcens. Hæc
oīa ab adoleſcentia mea cuſtodiui. Et Dominus in
tuitus eſt eum, & dilexit: quod non feciſſet, niſi
iuſtus eſſet ex obſeruatione mandatorum Dei.
Quod autem ſubditur. Si uis perfectus eſſe &c. ad
Rom̄.7. perfectionem pertinet iuſtitiæ. Item Paulus: man
datum legis, quod erat ad uitam, inuentum eſt mi
hi ad mortem. Item Beda. Lex ſuo tempore cuſto
dita non ſolum bona temporalia, ſed etiam æter-
na conferebat; unde manifeſtum eſt, quòd lex im
pleta iuſtificat. Sed Apoſtolus aſſerit, quòd lex ne-
minem ad perfectum perduxit, dicens ex operi-
Gala.2. bus legis non iuſtificatur omnis caro, & ſi ex lege
iuſtitia, tunc Chriſtus gratis mortuus eſt, & multa
Solutio. alia in hunc modum. ¶Ideoque quidam dicunt ꝙ
quorun- pręcepta illa, quorum impletio confert iuſtitiam,
dam. ſunt præcepta euangelij, & ſi in lege ſunt ſcripta.
Qui enim facit ea, homo euangelicus ſtatim ef-
ficitur: nec eſt homo legis. Hi etiam dicunt, quod
præcepta illa ſecundum quòd in lege intelligun-
tur impleta, non iuſtificant immediate, ſed ſolum
modo faciunt idoneum, ad fidem Chriſti ſuſci-
piendam: per quam ſolam habetur ſalus: dicunt
enim, quòd qui oſtendit exterius ſe Deum dilige-
re, & proximū, & ſi interius nō diligat corde: quā
K tum in lege eſt, legem cuſtodit: ipſa manum qui-
Obie- dem, & non animum reprimit. Cui ſolutioni ſic
ctio. obijcitur. Si per obſeruationem illorum præcep-
torum tantum exterius factam, fiant idonei & di-
gni, ut fidem Chriſti recipiant: fides non ex gra-
tia, ſed ex meritis datur, he ſi idonei, quo ſciunt ꝙ
recipient; unde non uidentur cōuenientēr ſoluere
quæſtionem ſuperiorē. Quæ eſt enim maior perfe
ctio quàm diligere Deum toto corde, & proximū
ſicut ſemetipſum. Ideoque dicimus, quòd imple-
Rñſio. tio prædictorum præceptorum iuſtificat imme-
authoris diate non. tamen lex quæ non ſufficit, ſed infir-
ma eſt ſine gratia, ad ſui ipſius impletionem: nec
dat gratiam, nec Chriſti fidem aperte demōſtrat:
tui.

ſine qua præcepta legis non implentur: demo-
ſtrat quidem patriam, ſed non oſtendit uiam: qua
eūdum eſt, nec quo. Vnde Apoſtolus. Ex operibus
legis non iuſtificatur omnis caro. ¶Sed dicet ali- Obie-
quis. Hæc authoritas manifeſte contradicit tuæ ctio.
ſolutioni. Non ne contraria ſunt, iuſtitiam eſſe ex
impletione præceptorum legalium, ut ſuperius Solutio.
aſſeruiſti, & neminē ex operibus iuſtificari? ¶Solu
tio; opera legis uocat Apoſtolus, quæ fiunt ſolo ti L
more: quem immittit lex, ex quibus non eſt iuſti- Lex.
tia. ¶Notandum eſt, quòd lex pluribus modis dici
tur: quandoque enim lex uocatur liber Moyſi;
quandoque cerimoniæ & legales obſeruantiæ.
quandoque decem præcepta in duabus tabulis
conſcripta; quandoque liber pſalmorum; quando
que etiam lex dicitur quæcunque obſeruatio, ut
cum dicitur: hæc eſt lex huius, uel illius rei. Natu-
ralis etiam ratio lex uocatur. In nouo etiam teſta-
mente plurib⁹ modis accipitur lex; unde lex fidei,
lex ſpiritus, lex gratię, lex carnis, lex mēbrorum,
lex peccati, lex mortis. M

QVæritur de circunciſione, cui præcepta ſit, Quęſ.68
& quare, & quare in partibus genitalibus, &
non in alijs, & quare maribus, & non fœmi-
nis, & quā efficaciā habuit, & quare ei baptiſmus Circun-
ſucceſſit. ¶Eſt autem circuncaſio amputatio illius ciſio.
pelliculæ quæ præeſt in uirilibus; unde & illa pel
licula præputium appellatur; ex quo gentes præ-
putiatę dicuntur, eo quòd ſint abſque putatione,
id eſt, cæſione. ¶Pręcepta autem primum eſt Abra
hæ; unde ipſe & tota eius familia circunciſa eſt.
¶Nec eſt facta hęc pręceptio communiter omni-
bus uel generaliter, ſed tantum Iudæis. Vnde di- Gene.17
ctum eſt. Anima, quæ circunciſa non fuerit, peri-
bit de populo ſuo. Populus Dei populus Iudæorū
eſt Præcepta autem hac eſt ratione, uoluit enim
Deus populum ſuum ab alijs ſecerni, & eorum
corda & a uitijs, & a concupiſcentiis circuncidi;
& ut hoc in exterioribus oſtenderet, præcepit eos
in carne circuncidi. ¶Et in partibus genitalibus
potius quàm in alijs. Nam cum duo ſint, per quę
maxime conſortium contrahitur inter aliquos. ſ.
connubium & uictus, in utroque uoluit Deus po
pulum ſecerni, unde uictum prohibuit gentibus
communem: uidelicet carnem porcinam. ¶Circū
cidi quoque in genitalibus iuſſit, ne partes illas
ſanctificatas, cum immundia mulieribus com-
mixtione aliqua polluerent, & ut carnes tāquàm
portam natiuitatis noſtræ corruptas a uitijs rele-
uarent. Et fœminæ Gentiles uidentes cunctos
mares præciſos eorum matrimonia euitarent.
¶Solis maribus ideo præcepta eſt, quod nullus,
qui ſine peccato eſſet, ex uirili ſemine naſciturus
erat: ex fœmina uero erat. N

QVæritur item, cuius fuerit efficaciæ? Et dicūt Quęſ.69
quidam; quòd eiuſdem fuit, cuius & nunc
baptiſmus, niſi ꝙ non mittebat ad regnum.
Sed ſi hoc eſt, ergo in circunciſione erat peccato-
rum remiſſio, ergo iuſtitia, & ſic ex lege, quod ne
gat Apoſtolus. ¶Solutio, dicimus, quòd in circun-
ciſione non erat omnium peccatorum remiſſio,
ſed tantum originalis; ſed in baptiſmo fit omniū
remiſ-

gratiam percipiendā cum quibus miſericordius
actum eſt, quàm cum alijs, qui ſub minore pecca-
Rom. 5. to fuerunt. Vbi autem abundauit delictum, ſuper-
abundauit & gratia, & ſi gratia horum non eſſet
maior quàm illorum in ſemetipſa: tamen ſupera-
bundauit gratia, ſecundum quantitatem homi
num. Non eſt in hoc loco diſcutiendum utrum
A Iudæi maiori peccato ſubiecti eſſent quàm Gẽtes.

Queſ.80 NOn uidetur eſſe uerum, quod dicitur: Non
eſt intelligens, aut requirens Deum. Nam
multi in populo illo Dei intelligentiam habue-
runt: ſcilicet quòd unus, quòd creator, & omnipo
tens: ſi enim ideo dicitur non intelligens, quia
perfecte nõ intellexit: ſic & homines gratiæ, quia
nondum perfecte intelligunt niſi per fidem: non
intelligentes dici poſſunt. ¶Solutio: nõ intelligẽs
quis dici poteſt, qui & ſi cognoſcat Deum in ma-
ieſtate, non tamen cognoſcit eum in humilitate &
pietate. Vel non intelligens Deum perfecte quis
dicitur: qui et ſi aliquam notitiam habeat, non ta-
men per charitatis experientiam. Vel non intelli-
gens Deum perfecte.ſ. quia ipſe ſolus creator om-
nium, inſuper & author totius iuſtitiæ eſt: quod
Iudæi non intelligunt ſuam iuſtitiam conſtituen
tes, iuſtitiæ Dei nõ ſunt ſubiecti: immo quodāmõ
ſe faciunt Deum, cum dicāt ſe propria uirtute ſine
gratia Dei iuſtificari, ſe authores iuſtitiæ aſſeren-
Roma.3. tes: quod ſolus Deus poteſt facere. Vnde Apoſto-
lus dicit, quòd in euangelio reuelatur iuſtitia Dei,
non hominis. Et alibi. Nunc autem ſine lege iuſti-
Roma.3 tia Dei manifeſtata eſt. Et ſi quandoque legatur iu
ſtitia hominis, ut Dauid ſæpe dicit iuſtitia mea: ſic
intelligatur oportet, quæ eſt hominis accipientis,
B & eadem Dei dantis eſt.

Queſ.81 QVæritur de eo, quod dicitur. Quæcunque lex
loquitur, ijs, qui in lege ſunt, loquitur &c.
Nunquid etſi ad Iudæos loquitur, ideo om-
nia ad Iudæos pertinent: quia ad Iudæos dicta ſũt:
¶Solutio: ſic intelligendum eſt: ita loquitur eis,
Obie ꝙ ea, quæ loquitur, ad eos pertinent. Quod iterũ
ctio. uidetur eſſe falſum: multa enim dicuntur de Gen
tibus in lege. Vnde oportet intelligere quæcunq;
loquitur ſine determinatione & diſtinctione, ex
qua ſit certum, an ad Gentes fiat ſermo: ita quòd
de Gentibus his inquam, loquitur, quæ ſunt ex le-
ge, ita quòd ad eos pertinet quod dicitur. Cui ſen
Replica. tentiæ ſic obijcitur. Non ne Dauid, & alij multi
iuſti erant, & tamen erant in lege, & ſi hoc eſt, quo
modo ad eos pertinet: quod dicitur, non eſt intel
ligens. ¶Solutio: eſſe in lege duo notat.ſ. quærere
iuſtitiā ex lege, & ex toto ei inniti: ut illi, qui ex ti-
more eam exterius obſeruant, & ſecundum hoc
Dauid, & cæteri iuſti non erant in lege. Non enim
ex ipſa lege iuſtificari quærebant, ſed ex fide Chri
ſti adhuc futuri: & ſic erant homines euangelij, nõ
legis. Dicuntur etiam eſſe in lege illi, quibus lex da
ta eſt, & qui opera legis faciunt: & ſecundum hoc
Dauid, & illi conſimiles in lege erant, quia eis da-
ta eſt lex, & eam cuſtodiebant propter eos, quibus
lex erat neceſſaria, ne exemplo eorum legem con
C temnerent. Notādũ eſt tria genera hominũ eſſe.ſ.
homines legis naturalis, legis ſcriptæ, & gratiæ.
Homines legis naturalis dicuntur, qui ſolam legẽ
naturalem habent, nec aliquid ſuperadditur. Ho-
mines legis ſcriptæ ſunt illi, quibus lex ſcripta eſt
data, nec habent aliquid ſuperadditum. Homines
gratiæ ſunt, quibus data eſt ipſa gratia. Vel aliter:
homines legis naturalis dicuntur, qui ex ſuis uiri
bus quærunt iuſtificari. Homines legis ſcriptæ di-
cuntur, qui legi innituntur, exiſtimando, quòd lex
iuſtificet: homines gratiæ dicuntur, qui non aliun
de, niſi ſola gratia quærunt iuſtitiam & ſalutem. D

CVm dicitur. Quoniam ex operibus legis non Queſ.82
iuſtificatur omnis caro: quæritur de Moyſe,
& Dauid, & alijs iuſtis, qui fuerunt tempore legis,
an ſunt ex operibus legis iuſti: quod uidetur, quia
ex charitate ea fecerunt. ¶Solutio: ſola fide futuri,
ita quòd non ex operibus legis iuſti erant illi anti
qui. Nota, quòd opera legis ſecundum quoſdam
dicuntur, quæ cum lege ſunt inſtituta, & cum lege
terminata.ſ. cerimonialia, quæ non fuerunt inſti-
tuta ad iuſtificationem, ſed ad futurorum ſigni-
ficationem: ſecundum autem alios opera legis di-
cuntur, quæ fiunt ſolo timore, & non amore: de
quibus conſtat, quòd non iuſtificant: unde dicitur
lex manum cohibere, & non animum. E

QVare opera legis cum charitate facta non iu Queſ.83
ſtificant ſicut opera euangelij: non ne mora
lia præcepta impleta iuſtificant? Ex his uide
tur, quòd opera legis iuſtificant. ¶Solutio: non
quicquid præcepto legis tenemur facere, dicitur
opus legis; ſed illud, quod cum lege eſt inſtitutũ,
& cum lege terminatum. Vel quod melius eſt: O-
pera legis ſunt, ad quorum impletionem ſufficit
lex, quæ fiunt ſolo timore temporalis pœnę, quæ
neminem iuſtificant. F

QVæritur: quæ ſit differentia inter opera legis Queſ.84
& euangelij: quia ſi opera euangelij ſolo
temporalis pœnæ timore fiant, non iuſtitiā
alicui conferunt, ſicut nec opera legis. ¶Solutio:
ad opera legis non pertinent niſi exteriora tantũ:
unde lex manum prohibet: Ad opera euangelij
etiam interiora, ut affectus & motus interiores, in
in quibus conſiſtit iuſtitia. G

QVæritur de eo, quod dicitur: Per legem cogni Queſ.85
tio peccati &c. cuius peccati cognitio facta
ſit per legem? Pluribus enim modis dicitur pecca-
tum: quandoque culpa, quandoque pœna pecca-
ti. Vnde dicitur Deus peccata noſtra portare, id
eſt, pœnam pro peccato: quandoque hoſtia pro
peccato: unde Chriſtus factus eſt pro nobis pecca
tum.i. hoſtia pro peccato. Dicitur etiam quando-
que ſatiſfactio pro peccato, uel pœnitentia pro
peccato iniuncta: quælibet etiam inordinatio cu
iuſlibet rei dicitur peccatum. Vnde dicitur Citha
rœdus peccaſſe, ſi ſemper oberrat eadem chorda.
Item peccatum opus peccati, & reatus peccati di-
citur: qui ſecundum quoſdam alius eſt a culpa:
ſecundum alios idem quod culpa. Quæritur igi-
tur, cuius peccati cognitio facta ſit per legem? ¶So
lutio: dicunt quidam, quòd illius, quod eſt in uo-
luntate, peccati cognitio facta ſit per legem, quia
ante legẽ peccatũ, qđ ẽ ĩ opere, tm̃ credebatur eſſe
peccatũ, & cõcupiſcẽtia ignorabatur eẽ peccatũ.

Quæ-

H Quæſtio 86. QVęritur iterum, quare lex non iuſtificet, cum
ita peccatum manifeſtet. Quid enim aliud
facit euangeliũ, niſi qđ manifeſtat peccatũ, docẽs
quid ſequendũ, quid uitãdũ: qđ & lex facit? Itẽ q̀
lex ad perfectum ducat uolunt quidam probare
uerbis Domini, qui de pręcepto legis reſpondit
adoleſcenti. Hoc fac, & uiues. Item. Diliges Domi
nũ Deũ tuũ. &c. Hoc eſt præceptum legis, ſed hoc
obſeruatum iuſtificat, ergo lex ad perfectum du-
cit. Item dicit Beda. Lex obſeruata ſuo tempore,
Luc. 10 non ſolum conferebat temporalia, ſed etiam æter
Matt. 19 na. ¶Solutio, ut omnibus huiuſmodi quæſtioni-
bus fiat reſponſio dicimus, quòd lex dicitur man
datum ſine gratia, quod nunquàm confert ſalutẽ:
euangelium autem mandatum dicitur cum gra-
I tia, quod iuſtificat, & ad uitam perducit æternã.

Quęſ. 87 NVnc autem ſine lege iuſtitia eſt &c. Quęri-
tur quomodo utrunque uerum ſit, iuſtitiã
Dei ſine lege manifeſtari, & prophetis teſtificari?
¶Solutio. Apoſtolus dicit iuſtitiam Dei eſſe ſine le
K ge, non manifeſtari ſine lege.

Quęſtio 88. ITem cum dicitur. Iuſtitia Dei per fidem Ieſu
Chriſt Quęritur de fidei hac uirtute, utrum
ęque poſſit haberi a bonis & a malis? ¶Solutio, in
reſponſione huius quęſtionis moderni diſſentire
uidentur. Alij enim dicunt, quòd hęc uirtus fidei
tantum a bonis habetur, & nullo modo a malis:
ipſa enim eſt quę per dilectionem operatur. Ideo
que iniquiunt, ubi non eſt dilectio, nec fides.
Alijs autem uidetur, quòd a bonis & a malis ha-
betur ęqualiter. Quid enim aliud eſt fidem habe-
re, niſi credere ea, quę credenda ſunt? Sed omnia
quę credit iſte bonus, credit & iſte malus, quomo
do ergo non habet eandem fidem, maxime cum
Auguſtinus dicat, quòd fides poteſt haberi ſine
1. Cor. 13 charitate. & Apoſtolus. Si, inquit, habuero omnẽ
fidem, ita ut montes transferam, charitatem autẽ
non habeam, nihil ſum, quomodo hoc diceret, ſi
L fides ſine charitate haberi non poſſit.

Quęſtio 89. IVſtificati gratis per gratiam Chriſti. Quomo-
do dicat gratis per gratiam? non ne ſufficeret
gratis uel per gratiam? Videtur quòd alterum ſu
perfluat. ¶Solutio, gratis dicit. i. ſine omni merito
noſtro, per gratiam. i. per gratuita dona ſua. Sępe
etenim multa nobis cõfert per gratiam quidem:
non tamen ſine omni merito noſtro: quod tamen
M non fit ſine gratia ipſius.

Quęſtio 90. PEr redemptionem, quæ eſt in Chriſto Ieſu &c.
Quæritur cum Deus per mortem ſuam homi
nem redemerit, quem ſolo uerbo liberare potuit?
¶Solutio. quamuis alius modus eſſet poſſibilis
Deo: nullus tamen erat conuenientior noſtræ mi
ſeriæ: quia & in eodem nobis contulit remediũ,
& humilitatis & dilectionis præbuit exemplum.
Remedium in hoc conſideratur, quia diabolus
miſit manum in eum, qui immunis erat a pecca-
to: in quo quicquàm quod ſuum erat nõ inuenit.
Ideo merito eos, quos quodam iure tenere uide-
batur, amiſit, credentes in eum, qui per mortem
ſuam omnibus obtemperantibus ſibi factus eſt
cauſa ſalutis: non. enim pro ſe, ſed pro nobis paſſus
eſt: nobis concedens merita ſua, ut pro eis nobis
fieret, quod ſibi fieret, ſi indigeret. Ad humilitatẽ
autem prouocauit nos in hoc, quòd de ſecreto ſi-
nu paternæ maieſtatis deſcẽdens ſic ſe exinaniuit,
ut formam ſerui acciperet. Ad charitatem in hoc
nos inuitauit: quia cum ſit Dominus gloriæ, talis,
& tantus, & taliter pro impijs & peccatoribus
mortuus eſt. ¶Nota quòd ſi ſolo uerbo hominem N
redimeret, nulla iniuria diabolo fieret. Vel ſi Deus
per angelum genus humanum reformaret, non
ideo angelo ſalus hominis aſcribenda eſſet. Multa
enim Deus per angelos operatur, quæ tamen non
angelis ſunt, ſed Deo tribuenda: ideo autem per ſe
non per alium nos redemit, quia nullius alius tã-
ta poſſent eſſe merita, ut ſufficerent ad totius mũ- O
di redemptionem.

QVæritur, an deus potuit facere conuenientio- Quęſ. 91
rem modum redẽptionis? Si dicat, quòd nõ
potuit, uidetur quòd potentia Dei terminum ha-
beat, & non ſit immenſa: ſi dicatur, quòd potuit,
quomodo iſte conuenientiſſimus eſt? ¶Solutio, li-
cet in hoc terminum habeat, non tamen ſimplici
ter concedendum, quòd terminum habeat. Vel li-
cet iſte modus noſtræ miſeriæ ſit conuenientiſ-
ſimus, non tamen eſt neceſſe, quòd ſit conuenien
tiſſimus abſolute.

QVæritur, cui precium noſtrum ſit datum an P Quęſ. 92
diabolo, an Deo? ¶Solutio, Deo datum, nõ
diabolo eſt: quia nulla iniuria facta eſt diabolo,
qui non erat niſi tanquàm carcerarius, nec etiam
uellet illud recipere, ut hominem perderet: nolen
ti autem dandum non erat, ne ei iniuria fieret.

QVæritur, a quo ſit homo redemptus? Solutio, Q Quęſ. 93
a diabolo, a peccato, a tormento. Inſuper eſt
reconciliatus Deo, & hæc eſt gemina efficacia ſan-
guinis Chriſti. R

QVæritur, in quo poteſtas diaboli per mortẽ Quęſ. 94
Chriſti diminuta eſt. Sicut enim ante pote-
ſtatem habuit tentãdi bonos & malos: ſic &
modo. ¶Solutio, non ſecundum eſſentiam, ſed ſe- *Notabilis*
cundum efficaciam diminuta eſt: quia non poteſt *ſolutio de*
præualere quantum ante, maxime quia uires reſi- *pŏtate Dia*
ſtendi datæ ſunt homini, & quanto homo eſt for- *boli per*
tior ad reſiſtendum, tanto hoſtis ad impugnan- *Chriſtum*
dum debilior. *imminuta*

QVæritur cum dicitur ad oſtenſionem iuſti
&c. de antiquis iuſtis, qui in inferno te- S
nebantur, an peccata eis eſſent dimiſſa Quęſ. 95
per fidem & pœnitentiam: & ſi dimiſſa erant, qua
re in inferno tenebantur: ſine enim peccatorum
remiſſione non erant iuſti. ¶Solutio, omnia dimiſ
ſa peccata erant eis per fidem & dilectionem, ſed
non omnimodum effectũ remiſſionis conſequu-
ti ſunt. Duplex eſt remiſſionis effectus. ſ. carere
pœna, & frui gloria, alterum tantum ante mortẽ
Chriſti habebant: quia pœnam actualem non ſen
tiebant, alterum nondum acceperant, quia non
uidebant Deum. ¶Item opponitur. Non ne iuſti
erant & ſic digni gloria: quare ergo non dabatur Obiectio.
eis id, quo erant digni? ¶Solutio, iuſtitia eorum
non erat tanta, quæ ſufficeret ad uitam obtinen-
dam ſine morte Chriſti, nec etiam eorum peccata
dimiſſa ſimpliciter, niſi ſub quadam expectatione

Hebr.9. & ſponſione futuri, qui pro eis ſatisfaceret. Vnde
Apoſtolus dicit Chriſtũ mortuũ non ſolum pp remiſſionem præſentium, ſed ēt præcedētiũ delicto
rũ; q̄a ipſe eſt agnus, qui occiſus ē ab origine mũdi.

T Quæſtio 96.
VTrũ Deus poſſet eos dãnare æterna pœna, cũ
eſſent iuſti, & iuſtos iuſte punire non poſſet:
qđ.n. iniuſtũ eſt, Deus facere nõ põt: & ſi eos puni-
re nõ potuit, in quo eos ſuſtinuit? ¶Solutio: neceſſa
riũ erat, ut ꝓ originali peccato ſatiſfieret, & cũ ipſi
ſatiſfacere nõ poſſent, niſi alius ꝓ eis ſatiſfaceret,
Deus iuſte eos punire poſſet. Nõ tamen oportet cõ
cedere, ꝙ iuſtos puniret. Hoc.n. eſſet poſt mortem
Chriſti: nõ.n. ſimpliciter niſi in cõparatione mor-
tis Chriſti iuſti dicẽdi ſũt: nõ.n. habebãt tãtã actua-
lẽ iuſtitiã, ex qua poſſent iuſte exigere uitã æternã,
ſicut nec nos ſine morte Chriſti: iuſtos tñ eos uo-
cat ſcriptura, quia tantũ habebãt quãtũ Deus exige
bat: quia quod eis deerat, Chriſtus erat ſuppleturus.

V Quæſtio 97.
CVm dr̃. Per quã legẽ? Factorum? &c. quæritur
cur lex Moſaica, lex ſcripta dicatur lex facto-
rũ, & nõ euãgeliũ: ſed lex euãgelij lex gratiæ, & lex
iuſtitiæ: ſicut.n. illa hẽt opera, ſic & iſta. ¶Solutio:
lex Moſaica dr̃ factorũ, q̄a ea, q̄ faciẽda ſunt, tm̃ iu-
bet, & nõ cõfert gratiam, per quã impleãtur quę iu
bẽtur: ideoq; litera occidẽs mãdatũ ſine gratia ap-
pellatur. Euãgeliũ uero iubet quidẽ quæ facienda
ſunt: ſed inſuper cõfert gratiã, per quã q̄ iuſſa ſunt,
impleãtur. Vel iõ: lex ſcripta lex factorũ appellatur:
quia hoĩes legis totam iuſtitiã ſuã in operibus legis
cõſtituebãt. Lex aũt fidei, uel gratię ſic dr̃: q̄a hoĩes
gratię totã ſummã & efficaciam ſalutis ſuę in ſola
gratia cõſtituũt: ſciẽtes, ꝙ ſicut nemo ſaluatur ex iu
ſtitia operũ: ſic nemo iuſtificatur ex operibus iuſti
tiæ. Nõ.n. ex bonis operibus iuſtitia; ſed ex iuſtitia
bona opera.

X Quæſtio 98.
NOn ne & Gentium &c. Probat Apoſtolus ꝙ
Deus eſt Gẽtium, quia earum eſt creator. Sed
ſic uidetur, ꝙ ſit Deus lapidũ. ¶Solutio: eſt quidem
Deus creator lapidũ, ſed aliter eſt creator Gẽtium,
quas creauit ad imaginẽ & ſimilitudinẽ ſuã: unde
merito Gentiũ dicitur tãquã ab eis uere colendus.

Y Quæſtio 99.
VTrũ opera, quę præcedũt fidẽ, ſint penitus in
utilia, an ad aliquid proſint. uidetur.n. quòd
nil proſint, quia tota uita infideliũ eſt peccatũ. ¶So
lutio: bona opera, quæ fiunt ante fidem & ſi nõ ꝓ-
ſint ad uitã promerendã, ualẽt tamen ad ſuſcipien-
dam, ut quibuſdã uidetur, ut apparet in Cornelio.

Z Quæſtio 100. Gala.2.
LEgẽ ergo deſtruimus per fidẽ? Abſit: ſed legẽ ſta
tuimus. Quæritur, qũo hoc ſit uerũ cũ alibi di
cat. Si ea, quæ deſtruxi, iterũ reædifico, præuaricato
rẽ me cõſtituo: & legi per legẽ mortuus ſum. Ibi di
cit ſe legẽ deſtruxiſſe: hic dicit, ꝙ eã non deſtruit,
ſed ſtatuit. ¶Solutio: deſtruere legem duobus mo-
dis accipitur. Vnde hic Apoſtolus dicit, ꝙ legẽ non
deſtruit. i. non oſtendit legem inutilem eſſe in ſuo
tempore, & nil ualere, nec ſpiritualiter implendã eſ
ſe. Alibi dixit, ꝙ eã deſtruxit. i. poſt ueritatis imple-
tionem debere ceſſare ſecũdum carnalia pdicauit.

A In cap.4 Quæſtio 101.
CRedidit Abrahã Deo, & reputatũ eſt illi ad iu
ſtitiã. Quæritur: cur dicat reputatũ eſt, quaſi
nõ eſſet uera iuſtitia quã habuit per fidẽ: ſed aliq̄d
qđ reputatũ eſt ad iuſtitiã: ſi.n. deberes mihi equũ,
nõ cõueniẽret dicerẽ: da mihi equũ, & reputabo il
lũ ꝓ equo: ſed cõgrue dicere ualerẽ, da mihi aſinũ,
& reputabo eũ ꝓ equo. ¶Solutio: ſi homo non pec
caſſet, hẽret oĩmodã iuſtitiã, q̄ cõſiſtit in oĩmoda p̄-
ceptorũ Dei impletione, ut nil oĩno cõcupiſceret
cõtra rõnẽ, & ut Deum ex toto corde diligeret, ſed
poſt peccatũ, & pp peccatũ homo non potuit hãc
perfectam iuſtitiam habere: cui merito debetur
æterna beatitudo: ſed Deus per gratiam ſuam dãt
homini fidem, quã item per eãdem gratiã reputat
ꝓ illa perfectione: ac ſi iuſtitiæ pfectionẽ haberet.

EI aũt, qui operatur, merces non imputatur &c. B Quæſtio 102.
Quæritur de q̄bus operibus hic agat: utrũ de
interioribus, an de exterioribus. Exteriora ſunt ut
ueſtire pauperes, & cætera hmõi, quæ multi nõ ope
rãtur, licet habeãt tp̃s operãdi, ut uiri contemplati
ui, uñ uidentur indigni ſalute, ſi de hmõi operibus
hic fiat ſermo. Opera ĩteriora ſunt, ut credere, ama
re, orare, quæ oĩbus cõia ſũt fidelibus, quia ſine ijs
non eſt ſalus, de quibus ſi hic agitur, qũo fides ſine
operibus reputatur ad iuſtitiam ei, qui non hẽt tẽ-
pus operandi? ¶Solutio, de operibus exterioribus
agit, quæ exiguntur ab ijs, qui habent facultatem
ea faciendi, & illis, qui non habent facultatem ea
faciendi, uoluntas reputatur pro facto.

SEcundũ ꝓpoſitũ gratiæ Dei &c. Hic ſolet quæri C Quæſtio 103.
de gratia, & merito: Videtur.n. ſic totũ ex gra-
tia, ꝙ meritũ nil conferat, uel ſi aliquid ex merito,
ꝙ nõ totũ ex gratia. Quòd aũt totũ ſit ex gratia, ſcri
pturę teſtantur, unde Apoſtolus, quid hẽs qđ nõ ac
cepiſti? Gratia Dei ſum id quod ſum. Et illud. Gratiã
pro gratia. Quid ergo dicendum? Dicere, ꝙ meritũ 1.Cor.4.
nihil ſit, error eſt Manichæorum, ſicut aſſerere to- 1.Cor.15
tũ eſſe ex libero arbitrio, error eſt Pelagianorũ. ¶So Ioan.1.
lutio, cũ dicitur totum ex gratia eſſe; meritum non
excluditur, cum meritum ſit ex gratia. Ideoq; uidẽ D
dum eſt, quid gratia Dei operetur in nobis ſine no
bis, & quid operetur in nobis non ſine nobis. Gra-
tia itaq; præueniens, quę dicitur etiã operãs, ſanat
liberum arbitrium liberando illud a iugo peccati:
& hoc facit in nobis ſine nobis: deinde uoluntas
ſanata non eſt ocioſa, nec in uacuum Dei gratiam
accipit, qđ operatur non per ſe, ſed cum gratia, im
mo gratia Dei cooperatur libero arbitrio: unde
cooperans dicitur, & idem opus uel meritum dici
tur eſſe ex gratia, & uoluntate: non.n. ſeorſum ope
ratur, ſed ſimul. Vnde licet totum ſit ex gratia, non
eſt conſequens, ꝙ nihil ſit ex merito, uel ex libero
arbitrio, ueluti ſi quis inueniret paruulum in luto
iacentem, & impotentẽ ſurgere, & erigeret eum, de
inde manum eius teneret, ut ambularet, ipſa ambu
latio eſſet ex utroque, ſicut ipſa erectio eius tãtum
ab ĩuẽtore, & nõ ex paruulo, ſic ex gratia pręuemẽ-
te eſt tm̃, ꝙ bonũ uolum⁹, ſicut ex gratia ſubſequen
te, non dico tm̃, ſed etiã ex libero arbitrio per gra-
tiam ſanato & deliberato, quòd bonum operamur.

BEati, quorum remiſſæ ſunt iniquitates. Quæri- E Quæſtio 104.
tur de peccato originali quid ſit, de quo do-
ctores ſuboſcure diſſerunt. Alij.n. dicunt, ꝙ peccatũ
originale eſt reatus æternę pœnę. i. debitum & ob
noxietas, qua addicti ſumus pœnæ: ſed ſm hoc ori
ginale peccatum non eſt culpa, ſed pœna. Sed ꝙ ſit

culpa:authoritates teſtantur,qđ cōcedere oportet. *Quotnominibus peccatū originale uocetur.* Alij aūt dicūt, quòd originale peccatum ſit ſomes peccati:cōcupiſcentia,uel cōcupiſcibilitas: lex mēbrorū,lex carnis,languor naturæ,tyrannus qui habitat in membris noſtris: uitiū innatū, qđ paruulū ſacit habilē cōcupiſcere:adultū cōcupiſcentem: his,& alijs nominibus pc̄tm̄ originale nūcupatur.

F Quæſtio 105. QVare originale uocetur, quæri ſolet. ❡Solutio:quia ex uitioſa noſtræ originis conditione trahitur.

G Quæſtio 106. ITem quæritur:quare poſteris imputetur?Reſpōſio:quia parentum concubitus non fit ſine libidine: nec filiorum conceptus ſine peccato.

H Quæſtio 107. QVomodo in baptiſmo deleatur? ❡Solutio: ex toto ſm̄ reatū mitigatur: & debilitatur ſm̄ actum,uel affectum. Alij uero dicunt, ꝙ originale peccatū eſt priuatio cuiuſdā originalis iuſtitiæ: q̄ haberet homo,ſi nō peccaſſet, ideoq; quia priuatur iuſtitia,priuatur & gloria, nec aliā pœnā ſuſtinebunt,qui pro ſolo originali peccato puniētur:niſi ꝙ uiſione Dei ſemper carebūt. Itē cùm aīa nō ſit ex traduce, ſed ſola caro: quæritur,quomodo hoc peccatum per carnem trahatur: nō.n. ipſa ſine aīa pōt hr̄e culpā:quę nō eſt, nec eſſe pōt niſi in rōnali creatura:qđ.n.non eſt capax iuſtitiæ, nec peccati.

I Quæſtio 108. QVomodo ergo in propagatione prolis a parentibus trāſit per carnem:qđ nō pōt eſſe in in ſola carne ſine aīa? ❡Solutio: pc̄tm̄ dr̄ tranſire,quia eius cā trāſit: quæ eſt pollutio & immunditia q̄dā: quā inuenit aīa in carne cum ei infunditur, & ex qua polluitur: unde cum ſola anima concupiſcat, non tamen anima dicitur concupiſcere, quia anima ex carne concupiſcit.

K Quæſtio 109. VTrū unq̄ aīa ſit talis,qualis a Deo eſt creata:ſi enim munda creata eſt a Deo:& ex quo fuit carni cōiuncta & copulata fuit immunda:ſequitur ꝙ nunq̄ talis eſt,qualis a Deo creata eſt. ❡Solutio: pōt cōcedi, ꝙ nunquā fuit omnino talis, qualis a Deo creata eſt,ueluti ſi dediſſem tibi pomum mundum, & tu exciperes manibus immundis: illud uerum eſſet,nunq̄ te tale pomum hr̄e:quale tibi dedi.

L Quæſtio 110. QVæri ſolet:quare aīæ mundæ a Deo creatæ reatus originalis peccati imputetur. Dicunt doctores hāc q̄ōnem inſolubilem eſſe:poteſt tñ dici, *Inſolubilis Q̄ō ſecūdū Doctores.* non eſſe iniuſtum,ꝙ animæ non habenti iuſtitiam non detur gloria:hoc.n.eſt reatui originalis peccati ſubiacere,qđ eſt originali iuſtitia priuari. Quid ergo mirum ſi talis culpa tali puniatur pœna?

M Quæſtio 111. ET ſignum accepit circunciſionis, & ſignaculū iuſtitiæ.&c. De circunciſione ſuperius dictum eſt. Quæri autem hic pōt utrum Abrahā aliquid utilitatis cōſequutus ſit ex circunciſione. ❡Solutio: dicunt doctores, ꝙ per eam tm̄ oſtenſus eſt eſſe iuſtus,non effectus. Nunquid ergo in poſteris maiorem habuit efficaciā,q̄ in ipſo Abrahā? Qđ ur̄,cum ipſis ſit data i remedium ſaltem originalis peccati: ipſi aūt Abrahę nō eſt data, niſi i oſtēſionē iuſtitię.

N Quæſtio 112. ITem quæritur:utrum ex circunciſione dabatur remiſſio originalis peccati illis paruulis, q̨ nullo alio tenebantur,quomodo per illam non iuſtificabantur,& ſic ex lege: ❡Solutio huius quæſtionis patet ex prędictis.

QVæritur de paruulis, q̄ ante octauum diem, quo fiebat circunciſio,obierunt, utrū dānabātur,an ſaluabātur. ❡Solut. idem iudicium eſt de illis non circunciſis: quod eſt de non baptizatis.ſ.ꝙ damnantur ſolo originalis peccati reatu. Si autem quæratur de illis paruulis, qui moriebātur ſtatim ut nati fuerunt ante circunciſionem: forſitam fide parentum ſubuentum eſt illis. O Quæſtio 113.

NOn.n.per legē promiſſio &c. *Quæritur*: q̄uo dicat Apoſtolus: Chriſto non eſt facta promiſsio per legem,ſed per iuſtitiam fidei:non ne in lege & per legē facta eſt promiſsio.ſ. in Dauid ipſi Chriſto. Itē: quid eſt promiſsionem fieri Chriſto per iuſtitiā fidei? ❡Solutio:non ſic dicit Apoſtolus,ꝙ promiſsio non ſit facta per legem, ſed per iuſtitiā fidei:ſed ſic, quòd promiſsio non eſt facta,ut eſſet hæres mundi per legē:ſed per iuſtitiam fidei. P Quęſtio 114.

ITem quęritur: quomodo Abrahę ſit facta promiſsio per iuſtitiā:nunquid merito fidei ipſius? ſed ſi merito fidei ipſius Abrahæ facta eſt promiſsio: eodem merito & ipſius promiſsionis impletio;q̄uo ergo ſola gratia? ❡Solutio:non ſic conſtrui debet litera:promiſsio facta eſt per iuſtitiam fidei: ſed ſic. Promiſsio facta eſt Abrahæ, ut eſſet hæres mundi per iuſtitiā fidei:per quam & ipſe pater credentium factus eſt:& credentes filij Abrahæ,id eſt, iuſti & hæredes efficiuntur. Expoſitor aliter dicit hic quàm nos. Q Quæſtio 115.

QVia dr̄. Lex irā Dei operatur. *Quæritur*,q̄uo hoc ſit intelligēdū?nō ne lex bona,& ira mala? *Q̄uo* qđ bonū eſt operatur,qđ malū eſt? Non ne cuius effectus malus eſt,ipſū quoq; malū? q̄uo ergo talis cā talē hēt effectū. Solutio: lex non immediate,& ex qualitate ſui,& tāquā cā efficiens iram operatur,ſed quaſi per occaſionē, quia ſi lex non eſſet data: ira non eſſet tanta, quæ aucta ē per legis p̄uaricationē. Multa.n.dicuntur aliqua efficere:non quia ea efficiāt,ſed quia ſine eis non fierēt. unde & Chriſtus dictus eſt poſitus:nō ſolum in reſurrectionem per cauſam, ſed etiam in ruinam per occaſionem. Et Apoſtolus dictus eſt,non ſolū odor uitæ,ſed etiam odor mortis. Iuxta eādem rationem euigilare circa ſimilia oportet. R Quæſtio 116. Luc.2. 2.Cor.2

QVomodo ꝓbet Apoſtolus legē irā operari dicens. Vbi.n.nō eſt lex, nec præuaricatio? *Quia* nec hoc uidetur uerum eſſe. Nō ne ubi non eſt lex,pōt eſſe legis naturalis,uel euangeli prę uaricatio? *Q̄uo* ergo uerum ubi nō eſt lex,nec præuaricatio? Si aūt ſic exponatur,ubi non eſt lex, nec legis præuaricatio,eodem argumēto probatur, ꝙ ubi non eſt euangelium, nec eſt euangelij præuaricatio. ❡Solutio, nomine legis ſæpe Apoſtolus deſignat mandatum ſine gratia:nomine aūt euangelij ſemper intelligitur mandatum cum gratia: unde conſtat uerum,ubi non eſt lex,id eſt mādatum ſine gratia,nec p̄uaricatio. Itē ubi eſt mandatum cum gratia,non eſt pręuaricatio,ſed mandati impletio. S Quæſtio 117.

ITem quum dicitur, *Qui contra ſpem in ſpe credidit*. *Quæritur* de fide Abrahæ, quā hic laudat Apoſtolus: quæ reputata illi ad iuſtitiam: quæ, uel cuius rei fuerit? Si enim diligenter uerba Apoſtoli,& Geneſeos conſiderentur:uidetur, quòd fi- T Quæſtio 118.

des

des illa, qua credidit Deo prolem promitti ſibi, reputata ſit illi ad iuſtitiam: ſi aũt hoc eſt, & aliqua fides prçter fidẽ Chriſti, eſt fides iuſtificans. Si autem dicatur, quòd tunc habuit fidem Chriſti: quæritur, an duæ fides iuſtificẽt, uel quare potius iuſtitia dicatur eſſe ex illa, quàm ex iſta? ¶Solutio: Apoſtolus commendat fidem Abrahæ, qua credidit oĩa, quæ credenda erãt: quę fide iter cætera credidit Deũ eſſe ueracẽ ĩ promiſſione prolis.

V Quæſtio 119. QVomodo generatio Iſaac dicatur eſſe cõtra naturá? Quid eſt natura: nonne uis quædã creaturarum a creatore inſita, per quã ſimilia ex ſimilibus procreantur, atq; propagantur? Nõ ne ibi natura operata eſt? nõ ne quædam contemperies fuit in operibus parẽtũ in actu, & ex cõmixtione carnis, qũo contra naturá: ¶Solutio: cum author naturæ operatur in natura præter ſolitum curſum naturæ: id eſt, non ſecundum cauſas inferiores, ſed ſecundum ſuperiores: tunc dicitur aliquid fieri contra naturam, ſed magis proprie diceretur ſupra naturam.

X Quæſtio 120. PLeniſſime ſciens, quòd quæcunque promiſit Deus, potens eſt & facere. Dicit expoſitor, ꝙ multo diuinę uirtutis intuitu ſciebat Deum omnipotentẽ eſſe, & Apoſtolus pleniſſime ſciẽs &c. quod uidetur obeſſe fidei; quia fides nõ hẽt meritum, cui ratio humana præbet experimentum. Item ſi ſciebat eum eſſe Deum: quid magnum, ſi credidit ipſum eſſe omnipotentem, uel ſi neſciuit eſſe Deũ, quomodo ei credidit? ¶Solutio: ille ĩtuitus diuinæ uirtutis: quem Abrahã habuit: nõ erat e rõne humana: ſed de fidei cõſtãtia: ꝑ quẽ adeo certus fuit: ac ſi pleniſſime ſcire, uel uideret.

Y Quæſtio 121. QVod autẽ quçritur, quid magnũ fuerit, ꝙ credidit Deum eſſe omnipotentẽ: cum illud non ſolum boni, ſed etiam mali credant? Dicimus, quòd tunc illud credere magnum erat; qñ pene uniuerſus orbis in cultura dæmonũ errabat, nec adhuc fides unius Dei prædicata, uel ſcripturis manifeſte declarata fuerat ſicut mõ.

Z Quæſtio 122. NOn ſolum autem ſcriptũ &c. Quæritur qũo dicat Apoſtolus, hoc eſſe ſcriptũ ꝑꝑ Abrahá, ꝙ fides reputata eſt ad iuſtitiã? nunquid ex eo ꝙ in ſcripturis laudatur, uel a nobis imitatur, aliquã conſequitur utilitatem? ¶ Solutio: non hoc dicit Apoſtolus forſitan quòd hoc ei proſit, ſed ſic intelligendum eſt. Non ſolũ autem &c. id eſt, hoc ſcriptum eſt non ſolum ut oſtendatur, unde ipſe Abraham fuit iuſtus, ſed ut demonſtretur nobis etiam in quo ſolo poſſumus iuſtificari, ſcilicet in gratia fidei, & non alibi.

A Quæſtio 123. TRaditus eſt propter delicta noſtra &c. Dicit authoritas. Quæritur, a quo traditus eſt? Et certũ eſt, ꝙ a Deo patre, & a Iuda, & a Iudçis, & a Pilato. Sed quçritur, utrũ illud, qđ factũ eſt a Deo, & a Iudæis fuerit bonum, an malum? Si dicatur bonũ, ergo Iudçi fecerunt bonum. Si aũt dicatur malũ, ergo Deus fecit malũ. Itẽ non ne Iudæi tm̃ malũ fecerũt, & Deus tm̃ bonũ? qũo ergo idẽ fecerũt Deus & Iudæi? ¶ Solutio, opus uel factum Iudæorũ æquiuoce accipitur, pro actu, & pro paſſione, actus Iudçorum malus tm̃: paſſio Chriſti, q̃ ſequuta eſt ex actu illorũ, bona fuit. Iõ doctores qñq; Deũ, & Iudæos uniũt, & eodẽ facto uel opere, ꝑꝑ paſſionẽ Chriſti, q̃ euenit tã ex Iudæorum actione q̃ Dei, qñque diſtinguũt ꝑꝑ actuũ diuerſitatem. Si autem quæratur, an Iudæorum opus fuerit bonum? diſtingue ſic: actus illorum malus, paſſio, quam intulerunt, bona fuit.

ITẽ q̃ritur, cur Apoſtolus ſic diſtinguat dicens, Chriſtũ traditũ ꝑꝑ delicta nr̃a, & reſurrexiſſe ꝑꝑ iuſtificationẽ noſtrã, cũ utrũq; & paſſio, & reſurrectio & a peccatis liberet, & iuſtificet? ¶ Solutio, & ſi utrũque illorũ ſit cã, non tamen figura. B Quæſtio 124.

NOn ſolũ aũt, ſed & gloriamur in tribulationibus &c. Qũo Apoſtolus glorietur in tribulationibus, quæ ſunt amaræ, nec ꝑꝑ ſe expetẽdę. ¶Solutio. Nõ ꝑꝑ tribulationes ipſas, ſed ꝑꝑ earũ effectũ gloriãdũ eſt in illis. Sed obijcitur, ꝙ eadẽ rõne gloriãdũ ſit ĩ peccatis nõ ꝑꝑ ſe, ſed ꝑꝑ bonũ, qđ ſæpe, ut humilitatẽ efficiunt, unde ꝓpheta Priuſquã humiliarer, ego deliqui. ¶Solu. Tribulationes ex qualitate ſui cooperãtur interiori gr̃æ ad patiẽtiã cõſequendã: pctã uero nõ, ſed Deus ſua pietate đ malis noſtris facit aliqđ bonũ ꝓuenire. C Cap. 5. Quæſtio 125. D Quæſtio 126.

CVm ait Apoſtolus. Spes autem nõ cõfundit. Quæritur de ſpe quid ſit. Et an habeatur ſine charitate? ¶Solu. Spes eſt certa expectatio futurorũ bonorum q̃ in hoc differt a fide, ꝙ fides eſt de præteritis ꝓſẽtibus & futuris, tã bonis q̃ malis: ſpes autẽ tm̃ de futuris & bonis. Vr̃ autẽ, ꝙ nõ habeatur ſine charitate, ſine.n. bonis operibus, & bona uita, q̃ nõ eſt ſine charitate, ſperare futura bona nõ eſt ſpes, ſed potius ꝓſumptio, ut dicit Augu. Itẽ ur̃ idẽ aſſerere Auguſtin⁹, ꝙ ſpes ꝓcedat charitatẽ. ¶Solu. Alia eſt ſpes ueniæ, alia ſpes ẽ gloriæ. prima hr̃ ẽt a malis, ſcđa forſitã non niſi a bonis.

CHaritas Dei diffuſa eſt &c. Quæritur, an eadẽ ſit charitas, qua nos Deus diligit, & qua nos Deum diligimus? ¶Solu. Sunt qui dicunt, ꝙ eadẽ eſt, q̃bus obuiat Auguſtinus hũc locum exponẽs, & dicens, ꝙ hic agitur de charitate, qua nos diligimus Deũ, ueluti ibi, Deus charitas eſt, agitur de charitate, qua nos diligit Deus, qđ nõ diceret, ſi eadẽ eſſet. Itẽ alibi dicit. Charitatẽ noco motũ mentis ad diligendum Deum, propter ſe, & ꝓximum ꝑꝑ Deum: Deus nõ eſt motus, ergo eſt charitas, q̃ nõ eſt Deus. Itẽ charitas põt augeri & minui, De⁹ autem nõ põt. ergo eſt charitas, quę nõ eſt Deus. Eſt itaq; firmiter tenendum, ꝙ nomen charitatis, æquiuoce dr̃ de Deo, cum dr̃, Deus charitas eſt, & de quadã uirtute, cum dr̃ quędã uirtus eſt charitas, uel charitas Dei diffuſa eſt in cordibus nr̃is. Apoſtolus Paulus fere ubique hoc nomine deſignat uirtutem, quę Deus non eſt, ſed ex Deo. Ioannes eodem nomine ſignificat ipſum Deum. Hoc autem qđ Aug. dicit ꝙ charitas fraterna, qua diligimus inuicem, eſt Deus. Concedimus dicentes, ꝙ Deus charitas facit nos ẽt diligere inuicem: ſed charitate mediante: ſicut facit nos credere fide mediante: a quo.n. eſt fides, ab eodẽ eſt charitas, ut dicit Aug. ¶Sed obijcitur. Deus charitas eſt in nobis, & ẽt charitas, q̃ eſt uirtus, ergo duæ charitates ſunt in nobis: uel duabus charitatibus diligimus E Quæſtio 127.

Deũ. ¶ Solutio. Nõ iõ duæ ſunt. Sicut ſol nos illuminat & radius ſolis, ergo duo nos illuminãt, nõ ſequitur, quia hoc eſſet ſeorſum, & ſeparatim: ſol enim per radium, & Deus per charitatem uirtutẽ nos illuminat ſiue illuſtrat.

G Quæſtio 128. ITẽ quæritur: an ſemel habita charitas poſſit amitti? Et dicũt qdã, q̃ nõ põt: qa ſcriptũ eſt: charitas nũquã excidit. ¶ Solutio: hoc dictũ eſt de perfecta charitate: uel iõ dictũ eſt, q̃ charitas nunquã excidit, quia habetur in præſẽti & in futuro.

H Quæſtio 129. CHaritas eſt fons ille, de quo dictum eſt, fons aquæ tuæ ſit tibi proprius, & nõ communicet tibi alienus. Quæritur, q̃ ſũt alieni, niſi reprobi, & qui ſũt audituri. Ite maledicti in ignẽ æternũ &c. Sed multi de numero taliũ diligunt ad tẽpus, & ſic alieni de fonte hoc cõicant. ¶ Solutio. Alieni dicũtur ſm̃ pſciẽtiã, de qbus mõ nõ loquitur, ſed ſecundum pſentẽ iniuſtitiã, oẽs. ſ. q nõ diligunt modo ſiue ſunt electi, ſiue non, & hi ui ſic non communicant fonti dilectionis.

I Quæſtio 130. QVomodo hoc ſit uerũ, qđ dr̃: Chriſtus mortuus eſt ꝓ impijs. Nõ ne pro illis tm̃ mortuus eſt Chriſtus, qbus ſua mors ꝓdeſt? ſed nõ ꝓdeſt niſi pijs, ergo pro pijs tm̃ mortuus eſt. Vr̃ itaque, q̃ nõ ꝓ impijs mortuus ſit. ¶ Solu. Mortuus eſt ꝓ ipijs. i. ꝓ dilectione eorũ q̃ prius erãt ĩpij: & p fidẽ facti ſunt pij: & ita uerũ eſt, q̃ mors Chriſti facta pro impijs eſt, & q̃ non prodeſt niſi pijs.

K Quæſtio 131. REcõciliati ſumus Deo p mortẽ filij ei⁹. Quæritur, qũo hoc uerbũ ſit intelligẽdũ. Nũqd ante mortem nobis tanq̃ peccatorib⁹ erat iratus: iuxta illud. Odiſti oẽs, q operãtur iniquitatẽ: & p mortẽ filij ſit nobis placatus, & cœpit tũc primũ amare. Sed ſi hoc eſt, qũo elegit nos ante mũdi cõſtitutionẽ? nũquid non diligẽs elegit? uel qũo nõ placatus pro nobis tradidit filiũ? ¶ Solu. Ira Dei dr̃ non animi paſſio, ſed uindicta iuſta, & cũ talis ira finitur, qđ factũ eſt per mortẽ Chriſti, Deus dr̃ nobis placati, & nos ei recõciliari. nec tñ, quia recõciliauit, amauit: ſed quia amauit, reconciliauit.

L De iuſtitia, qua Chriſtus uicit diabolum. DE iuſtitia illa, qua Chriſtus uicit, ſuperius dictũ eſt, & de mõ redẽptionis. Nec oportet acta agere: tm̃ uerba Auguſtini breuiter ponãtur: quibus eã plane exprimit. Ait itaq;: hæc eſt iuſtitia, qua Chriſtus uicit diabolũ. Diabolus amator potẽtiæ, & deſertor iuſtitiæ, Chriſtum, in quo nihil dignũ morte inuenit, occidit. Vnde iuſtũ eſt, ut illi quos tenebat, liberi dimitterẽtur, credentes i eũ, qui ſine ullo merito malo occiſus eſt. Noluit itaq; cõtra amatorẽ potẽtiæ uti potẽtia, ſed cõtra deſertorẽ iuſtitiæ uoluit uti iuſtitia: ut nos informaret qualiter cõtra eundem hoſtem nobis ſit pugnandum: uidelicet non potentia, ſed potius iuſtitia, & ſic uictores erimus.

M Quæſtio 132. PRopterea ſicut per unũ &c. Quæritur: quare potius dicat: p unum uirũ, q̃ per unã mulierẽ intraſſe peccatũ in mũdũ, cũ peccati initiũ fuerit potius in muliere, q in uiro? Sol. Cõſuetudinis tenuit ordinẽ, ut Auguſtinus dicit, quia poſteritas nõ a muliere, ſed a uiro ſolet nominari. Vel iõ, qa uir & mulier una caro ſunt. Ideoq; quicquid factũ eſt ab illo uel illa, ad primũ hominẽ dr̃ pertinere. Vel aliter, ſi uir nõ peccaſſet, forſitam aliã ſociã ei prouidiſſet Deus, de qua innocentes, & ſibi cõformes genuiſſet, uel merito ipſius peccata uxoris dimiſiſſet: ſed quia peccauit, per ipſum non immerito peccatum intraſſe in mundum dicitur.

N Quæſtio 133. Sap. 2. ITẽ quæritur: cur per hoiem, & nõ per diabolũ dicat intraſſe pctm̃ cũ prius fuerit in illo, & p illũ intrauerit ẽt in primũ hoiem, unde ſcriptũ ẽ: Inuidia diaboli mors intrauit in mũdũ. ¶ Solutio. Aliter per diabolũ, aliter per hoiem pctm̃ intrauit. Sola. n. imitatione, & nõ propagatione p diabolũ. Nõ ſola imitatione: ſed ẽt propagatione intrauit per hoiem. ¶ Sciẽdũ eſt Pelagianos dixiſſe, originale peccatum ſola imitatione, & nõ propagatione intraſſe per Adã, qđ ſi uerũ eſſet, nõ hominẽ, ſed diabolũ peccati authorẽ dixiſſet: unde etiã dicebãt, q̃ in baptiſmo originale peccatũ paruulis nõ dimittitur, quia ſm̃ eos in naſcentibus nullũ contrahitur. ſed fides catholica hoc non tenet, ſed hoc prędicat, hoc ſcripturæ teſtantur, q̃ ſicut Chriſtus præter imitationis exẽplũ, illuminationẽ & iuſtificationẽ intrinſecus occulte operatur, ex qua ſola gratia paruulos regeneratos, qui eum nequeunt imitari, ſuo inſerit corpori: ſic Adã pręter imitationis exemplũ, tabe ſuæ concupiſcentię corrupit oẽs ex ſe per concupiſcentiã naſcituros. Pelagiani.

O Iuliani Quæſtio 134. QVærit Iulianus ſic. Nõ peccat qui creat, non peccat qui generat, nõ peccat qui generatur: per quas ergo rimas inter tot præſidia innocẽtiæ huius originale peccatũ ingreſſum. Cui Auguſtinus ſic reſpõdet: Apoſtolus dicit per unũ hoiem intrauit peccatũ in hũc mundũ, quid quęrit apertius? quid quærit inculcatius? quid q̃rit planius? qd q̃rit rimã, ubi hẽt apertiſſimã ianuã?

P Quæſtio eiuſdem 135. ITẽ quæritur, utrũ pctm̃ originale ſit ex uoluntate, an ex natura: ſi ex uoluntate, mala eſt uoluntas; ſi ex natura, mala eſt natura. Cui rñdet Auguſtinus. Oẽ malũ opus proceſſit de mala uoluntate tanq̃ de radice, ipsã aũt malã uoluntatẽ nullũ malum præceſſit, ſed nata eſt prius in angelo, poſt in homine, quorum uterque bonum opus Dei erãt, & ſic in bono ortum eſt malum, quod nõ habuit cauſam efficientem, ſed cauſam deficientem.

Q Quæſtio 136. ITẽ quærit utrũ peccatum originale ſit ex uolũtate. ¶ Solutio: eſt quidẽ ex uoluntate primorũ parentum, unde & ipſum põt dici uolũtariũ.

R Quæſtio 137. IN quo oẽs peccauerũt &c. Nõdũ eramus, qũo ergo q nõdũ eramus, potuimus peccare? ¶ Sol. In ipſo oẽs peccauimus. i. in ipſo factũ ẽ, uñ oẽs peccaremus. Vel ſic, ab ipſo cãm peccati traxim⁹. Vel ſic, oẽs rei ſumus illius peccati, qđ ipſe commiſit.

S Quæſtio 138. QVæritur ẽt qũo nos oẽs in Adam unus homo fuimus? ¶ Solutio. Id eſt ex eo, q unus homo erat, p propagationẽ deſcendim⁹.

T Quęſtio 139. Matt. 15. QVęritur iterum, qũo ex illa parua maſſa, quæ fuit in Adam, tot & tanta deſcendere potuerunt, uel quomodo in tot partes tã parua particula diuidi potuit, ut cuiuslibet corpus inde materialiter conſtet. Quæ quæſtio ſolet fieri de illis ſeptem panibus, quibus tot millia hominũ Dominus ſatiauit ſine alicuius rei additione. ¶ Solutio: lege propagationis hoc factum fuit. Illa. n. particu

la

la,quę fuit in lumbis Adę, ex quo ſeparata fuit in filij eius generatione, in ſeipſa eſt aucta & multiplicata in perfectam hominis ſtaturam: ex qua iterum ſeparata eſt parua particula in ſecunda generatione: quæ in ſeipſa eſt iterum aucta & multiplicata; de qua iterum ita multiplicata eſt ſeparata alia: & ſic deinceps lege propagationis creuit in tantam multitudinem ſine additamento extrinſeco, uel ciborum mutatione in ipſam. Conſtat quia Deus poteſt de una atomo facere quantumliber pondus.

V

Qō. 140 SI itaque una atomus ſic multiplicaretur in ſeipſa in aliquid magnum, in quo eſſent infinitæ atomi: quæritur, an illa eſſet omnes iſtæ, uel una de numero aliarum, uel utrum illę ſint illa una. ¶Solutio; non oportet cōcedere, quòd illa ſit omnes iſtæ, ſed quòd ſit multiplicata & aucta ī iſtas: nec ꝙ oēs iſtę ſint illa, ſed ex illa, uel fuerunt in illa: ſicut illud granum creuit in arborem, nec eſt arbor illud, ſed ex illo. Vel materialiter in illo. Diligenter notandæ ſunt huiuſmodi locutiones. ¶Notandum plura eſſe genera mutationum: quandoque mutatur eſſentia in eſſentiam ſine mutatione accidentium: ut in ſacramento altaris: quandoq; fit mutatio proprietatum ſine mutatione eſſentiæ, ut cum de aqua factum eſt uinum: quandoq; fit mutatio ſecūdum ſolam quantitatem in maius: ut in ſeptem panibus. Qualiter autem uirga Moyſi ſit mutata in ſerpentem: an ſecundum ſolas proprietates tam ſubſtantiales quàm accidentales: an ſecundum eſſentiam, non eſt mihi certum.

X — Mutationū genera notabilia.

Y

Quæſtio 141. Sap. 1. SCriptum eſt; Deus mortem non fecit. Itē Murs & uita a Deo eſt; quod uidetur eſſe contrariū: nil enim temporale eſt a Deo, quod ipſe non fecerit: quomodo ergo mortem fecit, & nō fecit? ¶Solutio: Deus mortem non fecit .i. cauſam mortis uidelicet peccatum: pœnam uero illam, quæ mors dicitur ſecundum quoſdam fecit Deus: & ipſa inter opera bona enumeratur, quia iuſta: & omne iuſtum a Deo.

Z

Quæſtio 142. SEd nō ſicut delictum, ita & donum. Quęritur, quomodo dicat Apoſtolus, donū Chriſti abundare in plures, quam delictum Adæ: non enim plures ſaluati ſunt per gratiam Chriſti, quàm ſint delicto Adæ dānati. ¶ Solutio. Iſta ſuperabundantia gratiæ non eſt attendenda in numero perſonarū; ſed ipſis, quibus prodeſt donum Chriſti, plus conferi in bono, quàm delictum Adæ obſit illis, quibus obeſt in malo: quia ex Adā nō oīs damnatio, ſed illa ſola, qua puniūtur illi, qui ſoli originali ſubiacent, præter quā puniūtur illi, qui delicta propria addiderunt: gratia uero Chriſti non ſolum liberat a peccato originali, ſed etiā a ſuperadditis: promouens in iuſtificationem, & tandem in uitam æternam.

A

Quæſtio 143. AN Actualia peccata ſint ex peccato Adæ? Qđ uidetur quibuſdam, qa ex fomite proni ſumus ad peccādū. ¶Solutio: Pronitas talis non eſt cauſa efficiens, & ſi ſit cā ſine qua non fieret, ut quibuſdam placet: ſed nec exigitur, cum nec in diabolo, nec in primo homine ante lapſum fuerit: & tamen fuit in eis peccatum ſine ipſa: non enim ipſa cauſa peccati, ſed peccatum cauſa ipſius fuit.

QVæritur, an alia peccata actualia Adæ poſteris imputentur? Solutio: Apoſtolus dicit in unius delicto, non ait delictis, multi ſunt cōſtituti peccatores: in quo innuit, quòd non plura, ſed unum ſolum imputatur. — B Quæſtio 144.

QVęritur: an etiam peccatum Euæ nobis imputetur? ¶ Solutio. Nota uerba Apoſtoli dicentis in unius delicto, non ait duorum; uel ſi imputatur propter rationes prædictas, dicit per unum hominem peccatum intraſſe in mundum, uel in unius delicto &c. — C Quæſtio 145.

QVæritur: an actualia peccata proximorum parentum poſteris imputētur? Quod uidetur, quia Dominus ait: Ego ſum Dominus Deus tuus zelotes: uiſitans iniquitatem patrum in filios in tertiam & quartam generationem &c. ¶ Solutio: Peccata parentum etiam proximorum non imputantur filiis: niſi ipſi peccata patrum per imitationem ſua faciant, nec tunc puniuntur, quia parentes, ſed quia ipſi peccauerūt. Iuxta aliā ſcripturam; Filius non portabit iniquitatem patris &c. repugnantiam autem, quæ uidetur inter has duas authoritates, doctores ſatis elucidant. — D Quæſtio 146. Exo. 20. Exo. 18.

SI autem quæratur: qua rōne peccatum primorum parentum, & non proximorum imputetur. ¶ Solutio. Quia illud nos ſpoliauit: cætera peccata aliorum nos tanquam nudos & ſpoliatos inuenientia non potuerunt nobis aliquid auferre: originale enim peccatum (ut iam dictum eſt) tantum priuat originali quadam iuſtitia. — E Quæſtio 147.

HOmo ex ſe, & per ſe ante peccatum peccare potuit: proficere uero ex ſe, & per ſe ſine adiutorio gratiæ non potuit, ergo pronior erat ad malum quàm ad bonum; ſed nondum erat niſi talis, qualem Deus eum fecerat: ergo Deus fecit eum proniorem ad malum quàm ad bonum. ¶So lutio. Ante caſum homo non erat pronus ad peccatum, nec Deus talem fecit hominem, ut eſſet pronus ad peccandum; ſed talis pronitas poſtea ex peccato infuit, nec etiam poteſtatem peccandi habuit ex Deo, ſed ex ſua nihilitate, non ex bono, quod acceperat, ſed ex eius termino: non quia tantum, ſed quia non plus, acceperat, ſicut iam ſuperius dictum de eodem eſt. — F Quæſtio 148.

SIcut per unius inobedientiam, &c. Quæritur, an homo prius de bono, quod habuit ante lapſum ſine additione aliorum, gratiæ potuerit obedire & pręceptum ſibi datum implere? Si dicatur, quòd potuit: ergo ex eo, quod tunc habuit, potuit proficere: quod negatur fere ab omnibus. Item ſi concedatur, quòd non potuit obedire ſine adiutorio gratię, quę ergo eius culpa fuit, ſi non fecit quod non potuit facere ſine gratia, & gratia non eſt collata, nec eius culpa fuit, quare non ſit collata. ¶Solutio, non peccauit, quia non fecit quod facere non potuit; ſed quia non ſtetit cū poſſet. — G Quæſtio 149.

ITem quęritur, an Chriſtus obediendo Deo Patri aliquid meruerit? Volunt quidam probare, quòd non meruerit aliquid, quia nec ſecundū humanitatem, nec ſecundum diuinitatem. Deus, inquiunt, non poteſt aliquid ab aliquo accipere; — H Quæſtio 150.

uel per aliquid, quod faciat,aliud non prius debi
tũ acquirere, ergo nõ pôt aliquid mereri.Similiter, ſm quod eſt homo, eſt bonus & diligit: ſed
non poteſt non eſſe bonus, uel non diligere,ergo
ex neceſſitate bonus eſt, uel diligit, quomodo ergo poteſt mereri? ❡Solutio, mereri geminam ha
bet ſignificationem, dicitur enim quis mereri cũ
per bonũ opus efficitur dignus aliquo,quo prius
non erat dignus,ſecũdũ quã ſignificationem uide
tur nobis,quòd nec ſm diuinitatẽ,nec ſm humanitatẽ Chriſt' aliquid meruit,ẽt in ipſa morte. Dr̃
ẽt aliquis mereri cũ aliqđ bonũ facit, qđ ſit dignũ
remuneratione, ſecundum quod Deus dicitur
etiam mereri: cum nobis beneficia præſtat: prò
quibus tenemur eum in æternũ laudare, & Chriſtus ſecundum humanitatem in ſua paſſione meruit nobis introitum æternæ uitæ. Prius quidem
nobis multa meruit: ſed ſola paſſio non ſolum
præcioſa,ſed præcium mundi fuit.

I Quæſtio 151.

LEx ſubintrauit,ut abundaret delictũ &c. Quæritur:an lex ſit cauſa mali,quod uidetur:quia
eſt cauſa abundantiæ delicti.❡Solutio,ut, quãdoque eſt cauſatiuum,ſicut eo ad forum,ut eman to
gas: quandoque operatiuum,ut poſuit hominem
in paradiſo,ut cuſtodiret &c. quandoque eſt con
ſecutiuum,ut exiuit foras ut moreretur. quandoque etiam notat occaſionem,ut lex ſubintrauit,ut
abundaret peccatum. Iudæi enim abundatiorem
peccati occaſionem acceperunt ex lege, quæ fuit
bona non cauſa mali:ſed uitium eorũ huius mali
cauſa fuit,ſicut ſi accipiam occaſionem inuidendi
de ſcientia illius: quæ non eſt cauſa doloris mei,
ſed uitium meum.

*Pulchra cõſideratio Circa diſtinctiũ. Vt.*

K Quæſtio 152.

VBi abundauit delictum, ſuperabundauit &
gratia.Non ne in Iudæis ſuperabundauit delictum;quia legis prẹuaricatio:nec tamen ſuperabundauit & gratia:quia excæcati ſunt:quomodo
ergo eſt uerum,ubi abundauit delictum, ſuperabundauit & gratia?❡Solutio.Non dicit,ubicunq;
abundauit delictum,ſuperabundauit & gratia:ſed
ubi indefinite: quod eſt intelligendum quantum
ad eos,qui crediderunt, in quibus priuſquàm cre
derent,abundauit delictum: quia præter cætera
peccata eis inerat legis præuaricatio:ſed gratia om
nia dimiſit:inſuper fidem,& charitatem contulit,
non quantum ad eos, qui in peccatis ſuis mortui
ſunt,in quibus abũdauit delictum,& non gratia.

L Roma.6 Quæſtio 153.

QVid ergo dicemus? Manebimus in peccato,
ut gratia abundet?Circa hæc quæritur,
quid ſit manere in peccato. ❡Solutio.
De peccato non pœnitere, uel quodam torpore
mentis perſeuerando in peccato gratiã expectare.

M Quæſtio 154.

QVicunque baptizati eſtis in Chriſto &c.Quę
ritur,quæ peccata dimittantur in baptiſmo?
❡Solutio. Dicit Auguſtinus, quòd non ſolum præterita,uel præſentia, ſed etiam futura.

N Quæſtio 155.

SEd quæritur,quomodo futura peccata,quæ nõ
dum ſunt,de quibus nullus pœnitet: nec pro
eis adhuc tenetur: quia nec pro eis adhuc aliquis
eſt reus:quomodo inquàm dimittuntur? ❡Solutio. Ideo dicuntur futura peccata in baptiſmo dimitti, quia per gratiam ibi datam cauentur, uel
ideo quia facilius poſtea ille,qui hoc ſacramentũ
percipit,conſequitur ueniam.

O Quæſtio 156.

AN ficte accedenti peccata dimittantur. ❡Solutio: Augu.dicit quòd ſoluitur heſterna
dies, & quicquid erat ſupra fraternum odium in
ipſa hora baptizandi: ſed redeunt ſtatim quia
non pœnitet.

P Quæſtio 157.

QVęritur,quomodo uerum ſit,quod dicit Au
guſtinus?Non ne ex quo non pœnitet mem
brum eſt diaboli: quomodo ergo eſt mem
brum chriſti?Et ſi hoc eſt,quomodo dimiſſa ſunt
ei peccata: non habet fidem, non habet ſpiritum
Chriſti,ergo non eſt membrum chriſti: nec ei di
miſſa ſunt peccata.❡Solutio. Dicunt quidã,ꝙ uer
ba Auguſtini prædicta ſic ſunt intelligenda.Solui
tur heſterna &c.id eſt, baptiſmus talem habet efficaciam etiam in eo,qui corde non contrito acce
dit: quòd niſi in ipſo fictio remaneret: omnium
offenſarum conſequeretur ueniam, & poſtea poterit cõſequi ſi de fictione ſua uoluerit pœnitere.

Q Quæſtio 158.

VEtus homo noſter crucifixus eſt&c.Quæritur,an idem ſit homo uetus, & homo exterior,& homo nouus,& homo interior?❡Solutio:
non idem,quia homo interior dicitur quod habe
mus commune cum animalibus: homo interior
quod comune poſſidemus cum angelis. Vetus autem homo pertinet ad utrunque:non enim ſolus
homo exterior, ſed etiam interior uetus eſt per
culpã: de quo uetere in præſenti capitulo agẽdũ.

R Quæſtio 159. Vetuſtas

QVęritur itaque quid ſit uetus homo?Dicunt
quòd ſomes peccati ſic uocatur: ſed uerius
eſt,quòd pars uetuſtatis dicatur ipſe ſomes.
Nobis autem uidetur, quòd uetuſtas intelligitur
ſecundum duo.ſ.culpam & pœnam. Pœna autẽ:
alia eſt æterna,alia temporalis:culpa uero,alia ori
ginalis,alia actualis. Item culpa originalis cõſiſtit
in ipſo fomite,& eius actu & reatu utriuſque.Rurſus culpa actualis:alia uenialis,alia mortalis. Venialis uero in tribus conſiſtit, ſcilicet conſenſu,
actu, & reatu utriuſque. Similiter mortalis tribus modis eiſdem intelligitur. Ecce undenarius
numerus tranſgreſſionis:in quo attenditur uetus
homo:binarius enim unus in pęna,ternarius unus
in culpa originali:alter in culpa ueniali:tertius in
culpa mortali, & ſic tres ternarij culparum cum
binario pœnarum undenarium conſtituunt. Videndum eſt ergo ſecundum quid uetus homo ſit
crucifixus. Secundum pœnam æternam ex toto
deletus eſt in ijs,qui ſunt Chriſti: ſecundum pœnam temporalem debilitatus eſt & mitigatus. Similiter ſecundum culpam mortalẽ nihilominus
deletus eſt penitus: ſecundum autem uenialem
mitigatus: non plenarie adhuc ablatus, porrò ſe
cundum reatum originalem ex toto non imputa
tus: ſecundum actum uero & fomitem originalẽ
ſic crucifixus,ut non dominetur.

Culpa.

Vndenarius.

*Pulchra ſpeculatio pro Concionatoribus. Circa Vndenarium numerum tranſgreſſionis.*

S Quæſtio 160.

QVęritur: an in Abraham fomes peccati fuerit crucifixus per mortem Chriſti? ❡Dicunt
quidam,quòd per fidem mortis Chriſti tũc
futuræ in ipſo etiam fuit debilitatus.

T Quæſtio 161.

ITem quæritur, an in ipſo Apoſtolo ſic fuerit
debilitatus & crucifixus,ut motibus eius nunꝗ̃
conſen-

cõſentiret? Quomodo enim motibus non conſenſit, quando uenialia commiſit. Item uenialia, quæ commiſit, non ne erant uoluntaria & ſic noluit ea, quomodo ergo fomes peccati non traxit Apoſtolum ad peccati conſenſum. Solutio: Apoſtolus licet uoluntarius commiſerit, non tamen peccatũ uoluit. Non enim dicitur peccatum uoluntariũ, eo quòd id aliquis uoluerit: ſed quia ex uoluntate aliqua proceſſit. Nec fomiti conſenſit. Nam conſentire eſt ex deliberatione, & induſtria quod motus ſuggeſſerunt facere: quod etiam uidetur eſſe mortale ſic conſentire.

V

Quæſtio 162. VT obediatis concupiſcentijs. Quæritur quid interſit inter obedire concupiſcentijs, & inter exhibere membra peccato? ¶Solutio: obedire concupiſcentijs eſt mente conſentire carnalibus delectationibus. Exhibere mebra peccato, ut ſint arma iniquitatis, hoc eſt, ipſam iniquitatem opere implere.

Quæſtio 163. VNde quæritur: cur poſt primum prohibeat ſm, prohibendo enim non obedire concupiſcentijs: probibet etiam exhibere membra peccato, qui enim non conſentit, non operatur. ¶Solutio: ideo poſt conſenſum prohibet & opus, ut ſi quandoque contingat mente conſentire: tamen talis conſenſus non procedat in actum: ſed potius amputetur. Quidam uero per obedire concupiſcentijs intelligunt, operationem: per exhibere mẽbra peccato, conſenſum, & ſic conuenienter poſt operationis prohibitionem, ſequitur conſenſus prohibitio.

X

Queſtio 164. PEccatum non dominabitur uobis, quia non eſtis ſub lege, ſed ſub gratia. Non ne multis, qui ſunt ſub gratia, dominatur peccatum, Quomodo ergo uerum eſt, Peccatum non dominabitur &c. ¶Solutio: uobis, qui gratię eſtis obediẽtes, iam data eſt poteſtas: qua poteſtis reſiſtere peccato: ne regnet. Vnde conſtat ſi quando reſumat uires ut dominetur, hoc fit uitio noſtro.

Y

Quæſtio 165. HVmanum dico propter infirmitatem. Quæritur. Quid uocet Apoſtolus humanum ſcilicet leue, & ad faciendum facile; quod ſit adultæ iuſtitiæ, & non perfectæ. ¶Solutio: ipſe oſtendit ſubiungens. Sicut exhibuiſtis membra ueſtra ſeruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibete membra ueſtra ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem. Quod eſt breuiter & aperte dicere, ex amore ſeruite iuſtitiæ, ſicut prius ſine coactione ſola delectatione ſeruiuiſtis immunditiæ. Qđ iđ dř humanũ, qa plus debetur iuſtitiæ q̃ peccato: nullus. n. unquam ſic dilexit peccatum, ut ꝓ eo non timeret mori. Sed cum ſimus proni ad malum, quod fit ſine labore & omni difficultate, inſuper cum magna ſuauitate & immoderata delectatione: ad bonum uero tardi & pigri: quod nõ fit niſi cum magno labore, & ingenti difficultate, & ſæpe modica uel nulla delectatione: quia iter uirtutum arduum & durum, arctum & anguſtũ.

Z

Quæſtio 166. SEd quæritur, quomodo dicat Apoſtolus eſſe humanum tanto amore, tantaque delectatione ſeruire iuſtitiæ, quanto prius ſeruiuimus iniquitati, cum hoc uideatur eſſe perfectum & conſummatum? ¶Solutio: eſt quidem uerum, ꝙ quando uidemus aliquem amore ſeruire iuſtitiæ, dicimus quòd perfectus eſt: maxime in hoc tempore quando defecit ſanctus: tamen quantum ad ipſam ueritatem, imperfectus eſt niſi etiam pro iuſtitia non ſolum cætera, ſed ipſam quoque mortem contemnat. †Adultæ ergo iuſtitiæ, & non perfectæ eſt amore facere præceptum cum propoſito moriendi pro Chriſto, etſi nondum tantam habeat charitatem, uel conſtantiam: ex qua poſſit ipſam mortem ſuſtinere, & iſte gradus ſufficit ad ſalutem, & exigitur: quia ſine eo nullus eſt dignus gloria. Perfectæ uero iuſtitiæ & conſummatæ eſt tantam uirtutem habere: quæ ſufficiat ad tolerandam mortem pro ueritate, & amore iuſtitiæ: Primum gradum habuiſſe uiſus eſt Petrus quando dicebat, & ſi oportuerit me mori tecum, non te negabo. Nõdum uero habuit ſecundum; quem conſecutus eſt per aduentum Spiritus ſancti. †Adulterinæ

Matt. 26

A

Roma. 7

Quæſtio 167. VIuente uiro mulier alligata eſt lege uiri, &c. Quæritur de Dauid, & cæteris iuſtis: an lege uiuente, i. ſtatum habente tenerẽtur legem ſeruare, & an dicendi ſunt adulteri: quia fuerunt cum alio, i. cum Chriſto, in quem credebant, & a quo iuſtificari quærebant? ¶Solutio: lex quidem iuſto poſita non eſt: quæ eſt quaſi pædagogus paruulorum: tamen Dauid cum cæteris iuſtis tenebantur legem cuſtodire propter illos, quibus lex erat neceſſaria: ne eorum exemplo eam tranſgrederentur. Nec quia cum Chriſto erant per fidem & dilectionem, dicendi ſunt adulteri: ſed ſi ſacramentis legalibus contemptis: iam ſacramenta noui teſtamenti introducere præſumerent: tunc adulteri ui derentur.

B

Quæſtio 168. CVm enim eſſemus in carne paſſiones peccatorum &c. Quæritur quid uocet paſſiones, an primos motus, an aliquid aliud. ¶Solutio: poteſt dici, quòd concupiſcentias innatas, quæ ſunt cauſa peccati, & in ijs, qui non ſunt in Chriſto, etiam mortale peccatum. Vel primos motus, qui non imputantur renatis: quos ideo uocat paſſiones: quia naturam lædunt, & aliquo bono priuãt.

C

Quæſtio 169. Quid dicemus? Lex peccatum eſt? Abſit. Quæritur: an ipſa lex faciat peccare, uel doceat, & ſic ſit malum. ¶Solutio: non eſt mala, ſed bona: nec eſt cauſa peccati, et ſi uideatur occaſio.

D

Quæſtio 170. NAm concupiſcentiam neſciebam &c. Quæritur de qua concupiſcentia hoc dicat Apoſtolus. Et dicunt doctores, quòd de qua prohibetur in decalogo. De qua iterum quæritur, quæ illa ſit. Nomine enim concupiſcentiæ quandoque ſignificatur uitium concupiſcentiæ. i. fomes peccati: quandoque primus motus, qui dicitur propaſſio: quandoque ſecundus motus, qui dicitur paſſio, uel delectatio: quandoque conſenſus: quandoque exterior conatus: quam ergo prohibet lex dicens non concupiſces? ¶Solutio: in reſponſione huius quæſtionis moderni doctores diſſentiunt. Alij. n. dicunt, quòd primos motus prohibet lex. Alij uero dicunt, quòd conſenſum. Alij ſic exponunt. Non concupiſces, id eſt, ſcito concupiſcentiam malam, & quantum potes deuita, & ita ſecundum

hoc

hoc nihil prohibetur. Sed quicquid continetur in decalogo, uel præceptum eſt, uel prohibitio: unde oportet, ut aliquid prohibeatur cum dicitur, non concupiſces. Illis, qui dicunt, quòd conſenſus prohibeatur, ſic obijcitur: Apoſtolus dicit, facio quod nolo: ſi autem hoc eſt: conſentio legi non faciendo, ſed nolendo.

E Quæſtio 171. QVæritur ergo quid illud ſit, quod lex prohibet, & Apoſtolus nolens faciebat? Sed iſti dicunt, quòd conſenſum lex prohibet, ſed conſtat, quòd Apoſtolus non conſentiebat: quia ſi conſentiret concupiſcentiæ, nullo modo legi conſentiret: ſed contra eam ageret. Auguſtinus autem oſtendit aperte quid ſit, quod Apoſtolus nolebat: & tamen faciebat. Motum ſcilicet concupiſcentiæ ſentiebat, ſed tamen non conſentiebat: immo non ſentire uolebat. Vnde liquet, quòd primos motus concupiſcentiæ lex prohibet.

F Quæſtio 172. SEd quæritur iterum, cur Deus prohibuit, quod nemo unquàm uitare potuit? Videtur enim lex non ſolum inutilis, ſed etiam irrationabilis: cum interdicat quod eſt impoſſibile uitare. Propter hanc rationem nolunt prædicti doctores, quod lex primos motus prohibeat. Quibus obijcitur ſic: Non ne lex præcepit diligere Deum ex toto corde? Sed hoc præceptum (ut dicit Auguſtinus) nemo in præſenti poteſt adimplere: ſi ergo aliquid præcipitur, quod non ualet hic a quoquam fieri, quid mirum ſi quid prohibetur, quod non poteſt uitari.

G Quæſtio 173. QVæritur ergo: quare Deus uel prohibuit quod non poteſt uitari: uel præcepit quod non ualet adimpleri? Videtur enim crudelis, uel non æquus. ❡ Solutio, ut ſuperbum humiliaret, & cæcum illuminaret, & ſic dignum ad gratiam ſuſcipiendam præpararet. In hoc quòd prohibuit quod nemo poteſt uitare: & præcepit quod nullus facere poteſt, oſtendit quæ ſit perfectio diuinæ iuſtitiæ, & quid iuſte Deus ab homine exigere poſſit. Inſuper qualis homo fuerit ante peccatum: ſcilicet talis, qui ſine omni difficultate gratia adiuuante nihil concupiſceret, & Deum ex toto corde diligeret: & qualis per culpam effectus: ſcilicet infirmus, carnalis impotés non concupiſcere, uel Deũ perfecte diligere. Quid ergo reſtat, niſi ut homo amplius de ſe non præſumens ad gratiam confugiat: & dicat; Domine reſponde pro me, ego enim infirmus ſum. Itaque non crudeliter, ſed magna diſpenſatione præcepit Deus quod non poteſt fieri: niſi a ſolo mediatore.

*Notabilis ſolutio Quæſiti. Cur Deus prohibuit qđ nõ poteſt uitari, & præcepit qđ non poteſt adimpleri?*

H Quæſtio 174. QVæritur: ubi lex ſic prohibeat generaliter concupiſcentiam? non enim inuenitur, ubi lex faciat prohibitionem; niſi de re uel uxore proximi. ❡ Solutio: in ſpeciali intelligitur generale.

I Quæſtio 175. QVæritur: unde contingat, ut nitamur in uetitũ, & id, quod prohibetur, amplius placeat: & dulcius fiat ex ipſa prohibitione? ❡ Solutio: natura humana ſic creata eſt, ut naturaliter appetat libertatem: quæ per prohibitionem uidetur minui, & in ſeruitutem redigi: unde quantum poteſt ſtatim facta prohibitione reſiſtit nitens contra.

QVæritur: in qua perſona loquatur Apoſtolus dum dicit: Ego autem carnalis ſum? In propria, an generali. Nam ſi in ſua perſona loquatur: quomodo dicit ſe eſſe carnalem: cum eſſet ſpiritualis? ſi autẽ in generali loquitur, ut omni iuſto, & iniuſto cuiuſlibet temporis conueniat quod dicit: quomodo iniuſto conuenit odire malum, & uelle bonum, & legi dei conſentire? ❡ Solutio: Auguſti. dicit, quòd in propria perſona loquitur; dicens ſe carnalem propter motus, quos ſentiebat; & idem erat ſpiritualis, non conſentiens illis motibus inordinatis. Non autem negari poteſt, quin dicat quædã, quæ propriæ perſonæ nõ conueniant, ut illud, uiuebam aliquando ſine lege. Sunt qui dicunt, quòd in generali perſona iuſti loquitur: ſed iuſto quomodo conuenit: ego autem mortuus ſum? Nos autem dicimus, quòd ſic loquitur Apoſtolus: quòd quædam conueniant homini legis naturalis, quædam homini legis ſcriptæ, quædam homini legis gratiæ: quid autem cui conueniat, diligenter notandum: noſtri autẽ propoſiti eſt quæſtiones proſequi, non literam exponere. K Quæſtio 176.

L Quæſtio 177. QVod enim operor, non intelligo, &c. Quæritur, quomodo dicit ſe non intelligere quod operatur, cum per legem peccatum cognouerit? ❡ Solutio, non intelligo, ponitur pro non approbo.

M Quæſtio 178. AT quando dicit; Non enim quod uolo, hoc ago: Quæritur, quomodo dicat ſe nolle quod agit: non ne quod facit eſt peccatum, & omne peccatum eſt uoluntarium, & ita uidetur uelle quod dicit ſe nolle? ❡ Solutio: triplex eſt uelle, ſ. naturæ, culpæ, & gratiæ; unde idem poteſt uelle ſecundum carnem, & nolle ſecundum mentem.

*Triplex velle.*

N Quæſtio 179. SI autẽ quod nolo, hoc ago &c. Quæritur, quidnam ſit illud, quod Apoſtolus dicit ſe nolle, & tamen facit lege prohibente? Solutio: concupiſcere. lex enim prohibet concupiſcere, & Apoſtolus uult ſecundum mentem non concupiſcere, & tamen ſecundum carnem concupiſcebat.

O Quæſtio 180. SEd quæritur, quomodo dicat ſe facere, & non operari: idem enim ſi facit aliquid, illud operatur, & ſi non operatur, nec facit: nunquid affirmatio & negatio ſimul uera de eodem? ❡ Solutio: facit ſecundum carnem, & non operatur ſecundum mentem.

P Quæſtio 181. QVæritur, an conſequens ſit ipſum non operari ſimpliciter, ſi nõ operatur ſecundum mentem: ſicut conſequens eſt, & ſi facit ſecundum carnem, & ſimpliciter facit. ❡ Solutio: eſt quidem uerum, quod ad affirmationem determinatã ſequitur ſimplex affirmatio fere ſemper: ſed negationem determinatam non ſolet ſequi ſimplex negatio; unde oportet uim facere in pronomine cum dicitur, ego non operor, quaſi ego interior, in quo ueritas hominis conſiſtit, quia imago Dei, & ſic negatio, quæ uidetur eẽ ſimplex, non eſt ſimplex: ſed potius determinata.

Q Quæſtio 182. SEd quod habitat in me peccatum. Quæritur: quomodo peccatum, quod nihil eſt, ſed tãtum

priua-

priuatio boni,dicatur habitare in aliquo. ¶Solutio: hoc nomine, peccatum, ſignificatur ſomes peccati:quæ lex carnis, uel lex membrorum dicitur, ſicut conſenſus uel operatio, lex mortis appellatur. R

Quæſtio 183. SCio, quòd non habitat in me.i.in carne mea bonum.Quæritur,utrum uniuerſaliter de omni bono:an indefinite de quodam bono dicat, ꝙ non habitat in carne?Sed de omni bono quomodo hoc poteſt dicere:cum caro etiam corrupta,& languori ſubiecta ſit opus Dei: nec omni bono priuata,maxime cum malum non ſit res per ſe exiſtens:nec poteſt eſſe niſi in re bona. Vnde conſequens eſt, ut ubi nullum bonum eſt, nec aliquod malum ſit: & ubi aliquod malum eſt, neceſſario ſit & aliquod bonum.¶Solutio: de ſanitate, ſiue naturæ integritate dicit,quòd non habitat in carne:unde congrue probat, quòd peccatum eſt ſomes peccati,quod priuatio ſanitatis,uel integritatis naturæ eſt, in carne habitat, ubi enim non eſt ſanitas,& debet eſſe,ibi eſt eiuſdem priuatio: quã Apoſtolus ſignificat dicens:non bonum habitat in carne. S

Quæſtio 184. VElle adiacet mihi &c.Quæritur de illa uolũtate,quã Apoſtolus dicit ſibi adiacere, quid ipſa dicẽda ſit?¶Solutio:nihil aliud,quàm affectus animæ naturalis:qui ex creatione eſt in anima,& quo anima naturaliter uult bonũ: ſed hic affectus ſemper caret effectu, niſi a gratia Dei adiuuetur. T

Quæſtio 185. VElle adiacet mihi,perficere autem non inuenio:quoniam malum adiacet mihi.His uerbis uidetur Apoſtolus inſinuare, quòd ſi malum non adiaceret,non ſolum uelle ſibi adiaceret: ſed etiam perficere inueniret: cum nil impediret ad bonum,uel impelleret ad malum.Sed in hoc ipſo inſinuat primum ſtatum primi hominis ante peccatum:cui adiacebat uelle bonum,ſed malum nõ adiacebat:unde non poterat dicere, uelle adiacet mihi,perficere autem non inuenio: quia malum adiacet mihi. Vtrum autem illud bonum, quod naturaliter uolebat, poſſet perficere ſine additamento maioris gratiæ:poſſet quæri.Nun ne illud uelle,quod habuit Adam ante peccatum:multo intenſius erat,quàm illud naturale uelle:quod habent Pagani nunc: ſed magna & multa bona faciunt (etſi non ſunt digna uita æterna: quia ſine fide facta)pagani ex naturali affectu,quem habẽt: quomodo ergo Adam ante peccatum ex maiore uoluntate non potuit, nec ad modicum proficere,ut omnes fere aſſerunt. Item ſi Deus maiorem gratiam non conferret,ſed in illo ſtatu, in quo eũ creauit, fineret, non ne poſſet exigere iuſte Deus ab homine, ut pro bono iam collato eum perfecte diligeret: ſed Deus non poſſet iuſte exigere, quod homo non poſſet reddere:& ſic uidetur, ꝙ homo ante peccatum ex bono iam percepto poſſet proficere,quod multi negant. V

Quæſtio 186. SEd dicet aliquis, non ne Deus modo iuſte põt exigere ab homine,quod homo nõ poteſt reddere,ut iam ſuperius dictum eſt? Niſi enim Deus iuſte poſſet exigere,ut nil concupiſceret cõtra rationem,& ut Deum ex toto corde diligeret, non præcepiſſet homini utrunque.Simili modo uidetur,quòd homo ante peccatum non poſſet totum reddere, quod Deus iuſte poterat exigere.¶Solu- X
tio:homo ante peccatum per nullam culpam infirmus uel impotens effectus eſt:ideo facile poterat reddere,quod Deus poterat exigere: poſt peccatum,& per peccatum talis effectus eſt, quòd nõ ualet ſoluere omne debitum, quod tamen Deus poteſt exigere,& ab iis exigit,qui de ſe præſumũt, & ad gratiam non confugiunt.¶Sciendum,quòd Y
litera hæc ab illo loco.Ego carnalis ſum, uſque ad illum, nihil ergo damnationis &c.& de homine legis, & de homine gratiæ ſolet legi, & qualiter de homine gratiæ debeat,uel poſſit exponi ſecundum Auguſtinum dictum eſt. Qualiter autem de homine legis legatur diligenter intuendum eſt. Homo autem legis dicitur, qui per legem inſtructus cognoſcit per peccatum, cui nolens reſiſtere,uincitur,& ſuccumbit,& ſomiti conſentit: qui dicitur carnalis non ſolum ſomitem ſentiens, ſed etiã ei cõſentiens. Cũ ergo conſenſus ſit rationis. Z

Quæſtio 187. QVæritur,quomodo homini legis cõueniat, uolo bonum, odi malum, iam non ego operor illud,& conſentio legi Dei.¶Solutio:licet conſenſus ſit rationis,tamen quia carnalitas eam ad conſenſum traxit,non rõni, ſed carni aſcribitur. A

Roma.8 Quæſtio 188. VT iuſtificatio legis impleretur in nobis.Quæritur:quid uocet iuſtificationem legis:cum ex lege non ſit iuſtitia. ¶Solutio:iuſtificationem legis uocat,non quam lex conferebat, ſed quam lex præcipiebat,& promittebat,quæ in nobis impletur per gratiam Chriſti,qui legem plene & perfecte impleuit,& nobis gratiam implendi dedit, & quod minus agimus: ipſe ſupplet,& pro nobis reſpondet. B

Quæſtio 189. AN idem ſit ambulare ſecundum carnem,& eſſe ſecundum carnem,& ſapere ea quę carnis ſunt.¶Solutio:non eſt idem.Nam ambulare ſecundum carnem,eſt opere implere ea, quæ caro concupiſcit. Eſſe ſecundum carnem,eſt conſentire concupiſcentiis,uel eſſe diſpoſitum in carnalibus.Sapere ea,quæ ſunt carnis,eſt delectari in talibus,quæ caro ſumma iudicat, uel non percipere ea,quæ ſunt Dei. Duobus .n. modis dicatur quis C
carnalis:ſ.uita & doctrina,uel qui carni indulget, uel qui diuinam potentiã naturis rerum alligat.i. qui credit,quòd Deus nil poſſit facere, niſi quod uidet in natura rerum.Similiter ambulare ſecundum ſpiritum,eſt ea, quæ ſunt ſpiritus, opere implere.Eſſe ſecundum ſpiritum,eſt conſentire ſpiritui,uel eſſe diſpoſitum ſecundum ſpiritualia.Sentire ea,quæ ſunt ſpiritus,eſt delectari in ſpiritualibus,ſecundum quæ tria dicitur quis uere ſpiritualis.Dicitur etiam ſpiritualis per intelligentiam aliquis,& eſt aliquis ſpiritualis uita, & non intelligentia:alius intelligentia,& non uita: alius utroque modo:alius neutro &c. D

*Differentia inter ambulare ſecundum carnem & eſſe ſecundum carnem, & ſapere quæ carnis ſũt.*

Quęſtio 190. VOs autem in carne non eſtis &c.Quæritur, quomodo Apoſtolus dicat, eos non eſſe in carne:cum pro ſuperba eorum altercatione reprimenda eis ſcripſerit. ¶Solutio:in ſpiritu, & non

in car-

in carne dicit eos, quia ſecundum carnem non ambulabant, uel quod melius eſt inter Romanos erāt quidam ſpirituales, & perſectę fidei: propter quod dicit, uos non eſtis in carne. Erant & alij inter ſe altercantes, & imperfectæ fidei, ad quos reſpiciens ſubiungit: ſi tamen ſpiritus Dei habitat in uobis, quos hortatur ad perfectionem.

E

Quæſtio 191. SI autem Chriſtus in uobis eſt. Quæritur, quid ſit Chriſtum eſſe in aliquo, uel ſpiritum Chriſti? Solutio: Auguſtinus dicit, Chriſtus in homine, fides eſt in corde. Sed ſecundum hoc in quocunque fides, & Chriſtus: ſed in malo eſt fides: ergo & Chriſtus, uel ſpiritus Chriſti eſt in malo. Idem enim eſt Chriſtum, uel ſpiritum Chriſti eſſe in aliquo, ſed ſpiritus Chriſti non eſt in aliquo, niſi in quo eſt dilectio. ¶Solutio: nō omnis, in quo eſt fides, habet fidem in corde: nam in corde non dicitur fides eſſe, niſi cum cordi ſedet, & placet. i. niſi ubi per dilectionem operatur, & ſecūdum hoc idem eſt, Chriſtum eſſe in aliquo, & fidem Chriſti in corde ipſius eſſe.

F

Quæſtio 192. COrpus quidem mortuum eſt propter peccatum. Quæritur: propter quod peccatum corpus ſit mortuum. i. neceſſitati moriendi ſubiectū. ¶Solutio: propter reatum originalis culpæ, ſed cum talis, immo omnis culpa in baptiſmo ſit dimiſſa, quæritur, cur talis pœna pro tali culpa inflicta nō tollitur? ¶Solutio, licet culpa, pro qua talis pœna infligitur, ſit dimiſſa, tamen talis infirmitas remanet, ne homines ad ſuſceptionem illius ſacramenti magis pro utilitate temporalis commodi properarent, quàm pro fide & amore futuræ uitę & ſic non prodeſſet animę in Chriſto renaſci. Vel corpus eſt mortuū propter peccatum uitandum. Talis enim ſpiritus eſt humanus, ut niſi infirmitatibus eſſet obnoxius: ſupra modum extolleretur, & ſic non ſaluaretur, quòd ſine humilitate nequit fieri. Nō igitur crudeliter, ſed miſericorditer, nec ex impotētia, ſed ex magna diſpenſatione non aufertur noſtra mortalitas cum cæteris pœnalitatibus in baptiſmo.

G

Quæſtio 193. NOn enim accepiſtis ſpiritum ſeruitutis &c. Quæritur, an idem ſit ſpiritus timoris, & ſpiritus adoptionis? ¶Solutio, idem ſpiritus propter uarios effectus diuerſis uocatur uocabulis. Nota, ꝙ munus & author muneris eodem dr̃ nomine.

H

Quæſtio 194. QVæritur, quomodo Romanis loquens dicat: non iterum accepiſtis ſpiritum ſeruitutis, iterum in timore &c. Non enim illis prius datus eſt ſpiritus ſeruitutis ſicut Iudæis. ¶Solutio, iterum. non notat iterationem in eiſdem perſonis

*Dictio iterum varie capitur.* factam, ſed in diuerſis, quaſi diceret, Iudæis quidē datus eſt in legis datione ſpiritus ſeruitutis in timore, & iterum uobis eſt datus ſpiritus non timoris, ſed adoptionis. Timor, alius eſt mundanus,

Timor multiplex. alius ſeruilis, alius initialis, alius filialis. Mūdanus eſt timor ſecundum quoſdam, quando bonum dimittimus, uel malum agimus, retenta tamen uoluntate bona propter pudorem aliorum, ne uiles habeamur, qui ſecundum eoſdem etiam humanus dicitur. Secundum uero Caſſiodorum, mundanus timor eſt, quādo timemus pericula carnis, uel perdere bona mundi, propter quod delinquimus, & iſte timor malus eſt, & in primo gradu cum mundo deſeritur: quem Dominus prohibet dicens. Nolite timere eos, qui occidunt corpus. Se- Matth.10.
ruilis ſecundum priores eſt, qui prohibet manum a malo opere: retenta mala uoluntate.

I

DE quo poteſt quæri, an ſit donum ſpiritus ſancti, quod ſi eſt, bonus eſt, ſed uidetur malus, cum propter pœnam faciat ſeruire. ¶Solutio: iſte bonus eſt bonum habens effectum. ſ. cohibere a malo opere: hoc autem, quod mala uoluntas remanet: nō eſt ex ipſo, ſed ex hominis uitio. Secundum alios uero timor ſeruilis eſt, quo timetur gehenna: quo fit bonum, ſed non bene: qui dicitur initialis ſecundum priores & ſecundum etiam ſecundos eſt initium ſapientiæ: qui pręparat locum ſapientiæ, & ducit ad charitatem. Dicitur etiam alio modo timor initialis, cum quod durum erat, incipit amari, & iſte eſt quaſi medius inter ſeruilem & filialem aliquid habens de utroque. Secundum utranque ſententiam filialis timor eſt, non quo timetur pœna: ſed ne offendatur ſponſus, uel diſcedat, ne offendamus, ne Deo careamus: qui comes eſt perfectionis. Quæſtio 195.

K

QVis autem horum fuerit in Chriſto, ſolet quæri? Quòd autem mundanus: cum ſit malus non fuerit, conſtat: ſimiliter nec ſeruilis, uel initialis: cum neuter poſſet eſſe in charitate perfecta: ergo uel filialis, uel nullus uidetur fuiſſe in illo, ſed filialis eſt, quo timemus offendere: ſed nunquid Chriſtus offendere, uel ſeparari timuit? ¶Solutio: filialis timor fuit in Chriſto non ſecundum effectū, quem hēt in præſenti in nobis, ſed ſecundum illum, quem habet in angelis, uel habebit in futuro in ſanctis: ſed ſecundum reuerentiā: quæ eſt mixta cum ſubiectione dilectio, unde Apoſtolus, & exauditus eſt pro ſua reuerentia. Heb.5.
Item non ne Chriſtus timuit pœnam. ſ. mortem, unde cœpit Ieſus pauere: quo ergo timore, nunquid filiali? cum nullus alius fuerit ī eo. ¶Solutio: timore naturali cœpit pauere, qui non eſt contentus in prædicta diuiſione: quia æque in bonis & malis eſt: qui dicitur naturalis, non quia cum natura ſit cōcretus, ſed ex corruptione inoleuit quodam modo in natura: quem cum cæteris pœnalitatibus Chriſtus ſuſcepit. Quæſtio 196.

L

TImor ſeruilis datus eſt in lege: ſed timor ſeruilis ſecundum Auguſtinum eſt, quo timetur gehenna, ergo timor gehennalis datus eſt in lege: ſed non ne gehennalis cohibet nō ſolum manum, ſed etiam animum: lex autem manum tantum, & non animum. Item dicit Auguſtinus, quòd timor ſeruilis nunquàm eſt cum charitate, ſed non ne omnis, qui timet pœnam ęternam habet timorem gehennæ? ſed aliquis qui habet charitatem inchoatam, adhuc timet pœnam, & ſic uidetur, ꝙ ſeruilis timor ſit in charitate. has quæſtiones moueo, nō ut ſoluam, ſed ut lectorem ad quærendum mecum excitem. Quæſtio 197.

M

QVæritur adhuc de timore ſeruili, utrum faciat ſeruum Chriſti, an diaboli. ¶Solutio: nec Dei, nec diaboli; ſed pœnæ ſeruum facit, Quæſtio 198.

cit quia quodammodo libertatem tollit,& opus,
N quod uult,propter pœnam facere non ſinit.

Quæſtio 199. COhæredes autem Chriſti &c. Quæritur, an
Chriſtus ſit hæres,& ſi eſt, ſecundum quam
naturā, uidetur enim, ꝙ ſecundum diuinitatem
non ſit dicendus hæres :cum hæreditas ſit aliquo
decedente firma ſucceſſoris poſſeſſio : ſed nec pa-
ter decedit, nec filius ei ſuccedit, quia uterque ab
æterno:quomodo ergo hæres? ¶Solutio : ſic qui-
dem inter nos hæreditas habet eſſe per ſucceſſio-
Ioan. 1. nem:ſed non ſic in Deo:filius enim,quia habet eſ
ſe a patre,& omnia,quæ habet,a patre habet:non
autem e diuerſo:ideo filius hæres patris eſt:ſecun-
dum humanitatem uero accepit hæreditatem,ſe-
O cundū plenitudinem,de qua nos oēs accepimus.

Quæſtio 200. QVæritur, quid ſit eſſe cohæredes Chriſti. ¶So
lutio;eiuſdem hæreditatis participes.Sed ſe
cundum hoc uidetur falſum nos eſſe cohæ-
redes: quia poſſeſſio gentium , Chriſti eſt hæredi-
Pſal. 2. tas.Vnde,Poſtula a me, & dabo tibi gentes hære-
ditatem tuam:cuius hæreditatis non ſumus parti
cipes,& ſic non ſumus cohæredes.¶Solutio: hære
ditas Chriſti,ſecundum quam nos ſumus cohære
P des:eſt uita æterna:non gentium poſſeſſio.

Quæſtio 201. SI tamen compatimur . Quæritur quomodo
Chriſto iam non patienti ſit compatiendum.
¶Solutio : duobus modis Chriſto compatimur,
uel eius dolores, quos pro nobis ſuſtinuit ad me-
moriam reuocando,& ſic ei compatiendo condo
lere,uel ad ſimilitudinem ipſius cum ipſo,& pro
pter ipſum tribulationes ſuſtinendo. Compaſſio
quandoque nomen eſt naturalis affectus:quando
Q que conſenſus ipſius,qui eſt uirtus.

Quæſtio 202. NOn ſunt condignæ paſſiones huius tempo-
ris &c.Quæritur, an merita ſanctorum ſuf-
ficiant ad futurā uitam cōſequendam: ſi enim ue
ram habent iuſtitiam digni ſunt corona:ſed quòd
uere iuſti ſint patres noui teſtamenti,ipſe Apoſto-
Tim. 2. lus inſinuat dicens. De reliquo repoſita eſt mihi
corona iuſtitiæ, quam reddet mihi iuſtus iudex:
non ſolum autem mihi,ſed & omnibus , qui dili
gunt aduentum eius.Hic autem uidetur dicere, ꝙ
tribulationes,quas ſuſtinent ſancti,non ſufficiunt
ad futuram gloriam , quæ eſt reuelanda , prome-
rendam : hoc eſt enim paſſiones non eſſe condi-
gnas ad futuram gloriam.¶Solutio:non negat A-
poſtolus , quin merita ſanctorum ad conſequen-
dam gloriam ſufficiant : ſed ad tam excellentem
gloriam promerendam non ſunt condigna: quia
Deus ex ſua gratia ſuperaddet plus, quàm merue-
runt merita noſtra, quod eſt breuiter dicere, no-
ſtra merita minima ſunt reſpectu præmiorum.

R Vanitati enim creatura ſubiecta eſt. Nota tripli-
*Triplex varietas.* cem eſſe uanitatem,prima eſt mutabilitatis,ſecun
da eſt mortalitatis:tertia eſt iniquitatis, & homo
S eſt omnis uanitas.i.omni uanitati ſubiectus.

Quæſtio 203. NOn uolens,ſed propter eum, qui ſubiecit eā
in ſpe. Quæritur quid creatura ſubiecta ua
nitati non uelit:ſi malum non uult, uoluntas bo-
na eſt:ſed tunc nihil eſt, quod ſequitur. Sed pro-
pter eum &c. ſi autem bonum non uult, peccat
Roma. 7 cum debeat uelle bonum.¶Solutio , uoluntas plu
ribus modis dicitur, quandoque enim dicitur na *Voluntas Pluribus Dicitur modis.*
turalis affectus,ut ibi,non quod uolo,ago: quādo
que conſenſus illius, ſecundum quod dicitur uo-
luntas damnanda, uel remuneranda:quandoque Mat. 26.
horror carnis,ut ibi: non ſicut ego uolo,ſed ſicut
tu,& hoc modo hic accipitur,& eſt ſenſus, licet a-
mara ſit pœna, quam ſuſtineo,tamen delector eá
ſuſtinere propter Chriſtum. T

OMnis creatura ingemiſcit &c.Quæritur,quo Quæſtio 204.
modo hoc uerum ſit,cum lapis ſit creatura,
nec tamen ingemiſcat? ¶Solutio:omnis , hic non
colligit ſingula generum,ſed genera ſingulorum,
& eſt ſenſus , omnis creatura.i. homo , in quo eſt
omne genus creaturarum.Tres enim ſunt ſpecies
creaturæ,ſcilicet corporalis, & animalis , & ſpiri-
tualis:quæ omnes ſunt in homine, & ſic omnis
creatura ingemiſcit in homine. V

NOn ſolum autem illa,ſed & nos,&c.Non ne Quæſtio 205.
nomine creaturæ intelliguntur boni; quo-
modo ergo diſtinguit Apoſtolus inter Apoſtolos
primitias ſpiritus habentes, & inter creaturam
quaſi ipſi boni non eſſent.¶Solutio : qua ratione
inter creaturam & filios Dei, licet filij Dei ſint
creatura,diſtinguit inter creaturam & Apoſtolos,
quàmuis ipſi ſint creaturæ,diſtinctionem faciens
quæ attenditur non in diuerſitate alterius qualita
tis:ſicut gloſſæ diligenter inſpectæ declarant. X

SPes, quæ uidetur, non eſt ſpes &c.Quæritur: Quæſtio 206.
quid ſit, quod nomine ſpei ſignificatur, cum
dicitur:ſpes quæ uidetur,& a quo remouetur, cū
dicitur,non eſt ſpes.Et,quod non eſt ſpes quomo
do nomen ſpei conuenit,uel aptatur? ¶Solutio:ſi
cut æquiuoce dicitur fides id , quo creditur,&
id,quod creditur: ſic æquiuoce ſpes:id,quo ſpera-
tur,& id quod ſperatur, appellatur. Et ſic ſpes,
quæ uidetur .i. res ſperata,non eſt ſpes, qua ſpera-
mus,ſcilicet uirtus illa.Vel aliter ſpes,quæ uidetur
.i.illa , quæ eſt de re uiſibili, non eſt ſpes noſtra.ſ.
cuius iam merito ſalui facti ſumus. Y

IPſe ſpiritus poſtulat pro nobis gemitibus ine- Quæſtio 207.
narrabilibus.Quæritur, cum ſpiritus nullo in-
digeat, nec aliquas anguſtias patiatur, quomodo
dicatur poſtulare,uel gemere.¶Solutio:quod ipſo
authore faciunt ſancti,ſpiritui attribuitur:poſtu-
lat ergo, uel gemit : quia facit nos poſtulare, uel
gemere. Z

AN ſpiritus aliquid poſtulet, & nō obtineat? Quæſtio 208.
Non ne quoties aliquid petimus ex charita
te: ipſe ſpiritus poſtulat in nobis:ſed ſępe petimus
pro illo,qui iacet in crimine, nec exaudimur, &
ſic uidetur, quòd ſpiritus , quo docente oramus,
non exaudiatur . ¶Solutio : duæ ſunt ſpecies iuſtæ
orationis, uel cum petimus quod eſt petendum,
uel cum petimus ubi eſt petendum : quandoque
autem petimus ubi eſt petendum : nec tamen qđ
eſt petendum , & ſpiritus tunc docet qualiter ſit
petendum : ſed non docet quid eſt petendum, &
ideo non obtinemus. Quotieſcunque autem peti
mus quod eſt petendum, & ubi eſt petendum ,
obtinemus. A

SCimus quoniam diligentibus Deum omnia Quæſtio 209.
cooperantur in bonum. Non ne quidam ad

tempus

tempus diligunt,& poſteą cadunt,& ſic damnan-
tur?His antem non omnia cooperantur in bonũ,
& ita uidetur,quòd diligentibus Deum non om-
nia cooperentur in bouum. ¶Solutio:non dicit
ſimpliciter,quòd diligentibus Denm omnia coo-
perantnr in bonum:ſed diligentibns, & uocatis
ſanctis ſecundnm propoſitum: quidam enim dili
gunt, nec tñ uocati ſunt ſancti ſ'm propoſitum, ſi-
cut quidam ſunt præordinati ad uitam, nondum
tamen diligunt,& neutris omnia cooperantur in
bonnm:ſed diligentibus,& uocatis ſanctis ſecun-
dum propoſitum.

B ITem Quæritur,quomodo propria peccata ta-
Quæſtio lium cooperentur eis in bonum?¶Solutio:hu-
210. miliores,& doctiores reſurgunt.

C SEd non ne: ſi non cecidiſſent: ſed tũc bonum
Queſtio feciſſent,meliores eſſent quàm modo ſiut? ut
211. hæc corrupta ſi haberet cum iis bonis, quæ nunc
habet,etiam uirginitatem non ne altioris gradus
& maioris meriti eſſet?¶Solutio:eſt quidem uerũ,
ſi Maria Magdalene cum tanta deuotioue habe-
ret etiam uirginitatem, maioris meriti eſſet, ſed
ad perſectionem quandam caſus ipſius coopera-
tus eſt, & forſitan ſi non tam turpiter cecidiſſet:
nunquàm modicum cæleſtẽ tantum dilexiſſet: nõ
tamen peccatum eſt,ut gratia abundet.

D ITem quæritur, quomodo malorum peccata
Quæſtio cooperentur bonis in bonum.¶Solutio: nihil
212. fit in mundo,quod aliquid ntilitatis non conſerat
bono uniuerſitatis, & ſic omnia bona, nel mala
propria,uel aliena cooperantur bonis in bonum.

E AN omnia damnandis cooperentur in ma-
Queſtio lum?Quòd mala ipſorum,eis noceant,con
213. ſtat:ſed utrum bona,quæ quandoque faciunt,coo
perentur eis in malum, poteſt quæri: quod uide-
tur:qnia ſcriptum eſt,melius eſt uiam ueritatis nõ
2. Pet. 2. agnoſcere:quàm poſt agnitá,retroire. ¶Solutio:
damnandis non omnia cooperantur in malum:
quia pro bonis, quæ quandoque faciunt, minus
puniuntur. Quod autem dicitur: melius eſt &c.
nõ de ijs damnandis, qui aliquãdo iuſti fuerunt,
dictum eſt,ſed de hæreticis.

F QVos præſciuit, & prædeſtinauit. Queritur,
Quæſtio an præſcientia ſit cauſa prædeſtinationis?
214. ſicut prædeſtinatio cauſa eſt uocationis, uo-
catio cauſa iuſtificationis, & iuſtificatio magni-
ficationis: quod uidetur ſecundum ſuppoſitum
ordinem:ſed cum utrunque ſit ęternum,quomo-
do unum poteſt eſſe cauſa alterius? ¶Solntio: Li-
cet utrunque ſit ęternum:tamen unum poteſt eſ-
ſe cauſa alterius:ſicut filius & Spiritus ſanctus cũ
uterque ſit æternus: tamen filius cauſa eſt Spiri-
tus ſancti: ſic ſecundum quoſdam præſcientia per
tinet ad ſcientiam, & ſic ad filium: prædeſtinatio
ad electionem:electio ad uoluntatem, quæ perti-
net ad proprietatem Spiritus ſãcti: ideoque ſicut
filius eſt cauſa Spiritus ſancti:ſic & pręſciẽtia cau
ſa eſt prædeſtinationis,quam naturaliter,non tem
pore præcurrit.

G AN idem ſit in Deo præſcientia, & præde-
Queſtio ſtinatio? Ad cuius quæſtionis ſolutionem
215. ſciendum eſt:quòd Diuina uſia cum ſit una & ſim-
plex:tamen propter uarios effectus diuerſa ſorti-
tur uocabula:dicitur enim ſapientia,ſcientia,præ
uidentia,prouidentia, diſpoſitio, prædeſtinatio,
Sed ſapientia,& ſcĩa de omnibus eſt præteritis,&
præſentibus,& futuris bonis,& malis, & præui-
dentia de eiſdem: prouidentia de gubernandis,
quæ quandoque accipitur pro præuidentia diſ-
poſitio de faciendis:prædeſtinatio de ſaluandis,&
ſic in Deo quantum ad eſſentiã idem eſt præſcien-
tia,& prædeſtinatio.

AN præſcientia eſſet in Deo ſi nulla eſſent fu H
turæ?Quòd non,ſic uolunt probare.Si nul Queſtio
la eſſent futura,Deus non præſciret aliqua futura, 216.
& ſi hoc eſſet,pręſcientia non eſſet in Deo:ſed pręſcientia eſt diuina ſcientia, & ipſa eſt Dei eſſentia,
& ſic uidetur, ſi nulla eſſent futura,quòd Deus nõ
eſſet:quod abſit.¶Solutio: præſcientia nou ſimpli
citer ſignificat diuinam eſſentiam, ſed circa eam
deſignat relationem reſpectu futurorum: unde
iſta locutio,ſi nulla eſſent futura,pręſcientia non
eſſet in Deo: duobus modis intelligitur: Si enim
dicatur:ſi nulla eſſent futura,præſcientia nou eſ-
ſet in Deo.i.ſi nulla eſſent futura: ſubiecta diuinæ
ſcientię nulla eſſent,unde ipſa diceretur præſcien
tia,uerus eſt intellectus.Si autem ſic intelligatur.i.
ſi nulla eſſent futura:præſcientia nõ eſſet in Deo.i.
ſcientia, qua præſcit futura,falſa eſt intelligentia.

AN præſcientia Dei ſit cauſa futurorum: an I
futura pręſcientię?Nulla eſſent futura, niſi Queſtio
Deus præuidiſſet,& ſic uidetur,quòd præſcientia 217.
ſit cauſa futurorum. Vnde Auguſtinns uniuerſas
creaturas,non quia ſunt, ideo nouit Deus: ſed iõ
ſunt,quia nouit. Sed cum æquè ſciat bona & ma-
la:uidetur, quòd præſcientia cauſa tam malorum
quàm bonorum ſit.Sed dicit Origenes: non pro-
pterea aliquid erit, quia id Deus ſcit futurum,ſed
quia futurum eſt illud,præſcit Deus: hoc uidetur
eſſe contrarium illi ſuperiori ſententiæ Auguſti-
ni. ¶Solutio: quandoque accipitur notitia pro
beneplacito,& tuuc eſt cauſa futurorum:ſed tan-
tum bonorum:ſic quòd Augnſtinus ſuperius acce
pit:quandoque uero ſolam notitiam, uel cogni-
tionem ſignificat,& tunc nou eſt cauſa futurorũ:
ſed æque ſe habet ad bona & ad mala;& ſic Orige
nes accepit, & ſic nec pręſcientia cauſa eſt futuro-
rum,ſed nec futura pręſcientiæ, niſi dicatur cauſa
ſine qua non ſit.

AN præſcientia neceſſitatem eueniendi in-
ferat rebus futuris? Qnod uidetur, qnia ſi K
Deus præſciuit aliquid futurum:illud non poteſt Quæſtio
non euenire, & ſi hoc eſt,neceſſario eueniet quic 218.
quid præſciuit. Item uidetur,quòd Dei præuiden
tia poſſet falli:quia ſi illud,quod eſt præuiſum,po
teſt aliter euenire quàm euenit: poteſt aliter quã
ſit pręuiſum euenire, ut ſi Deus aliquem hodie le
cturum præuidit:conceditur ab omnibns, quòd
talis aliquis,qui hodie eſt lecturus,poteſt non le-
gere:& ſic aliter quã ſit pręſcitum poteſt contin-
gere.¶Solutio:communis hæc eſt:hæc, & ſimilia
poſſunt per cõiunctionem, & diſiunctionem ex-
poni:ſenſus coniunctionis hic eſt: ſi Deus præui-
dit,neceſſe eſt euenire,id eſt,non poteſt ſimul eſſe

utrun-

utrunque, ut Deus præuideat & non eueniat, & ſic eſt uerum. Diſiunctionis ſenſus hic eſt, hoc futurum non poteſt aliter euenire, quàm eo modo quo euenit, & quàm ſit præuiſum, & hoc eſt falſum. Item ſi aliter eueniret quàm eſt præſcitũ, non falleretur diuina prouidentia: quia tunc hoc non eſſet prǣuiſum, ſed aliud quod tunc eueniret.

L obiectio ¶ Prǣdictæ ſolutioni ſic obijcitur. Si Deus aliquid præuidit, illud eueniet: hæc hypothetica eſt neceſſaria: unde ſi antecedens eſt neceſſarium, & conſequens: ſed antecedens eſt neceſſarium, quia quod eſt præſcitum, non poteſt non prǣſcitum eſſe, & ſic uidetur, quòd quicquid futurum eſt, quadam neceſſitate ſit futurum. Quod etiam uidetur aliter poſſe probari: Deus ab æterno uerbo æterno ſuo dixit de quolibet futuro, quia erit: ſed impoſſibile eſt Deum mentiri: ſed ſi illud, quod dixit futurum, non eueniret, conſequeretur, quòd Deus eſſet mendax, & ita neceſſario eueniet, quod futurum eſt: unde Auguſtinus. Sicut neceſſarium eſt fuiſſe, quod fuit, ſic neceſſarium eſt fore, q̄d futurum eſt. Et alibi de Deo loquens. Cuius inquit uoluntas neceſſitas eſt, quia ſi uoluerit, neceſſario erit. ¶ Solutio, ſunt nonnulli, qui concedunt, quòd Deus poteſt non prǣuidiſſe, quod ab ǣterno prǣuidit: & ideo dicũt, ꝙ antecedens præcedentis hypotheticæ non eſt neceſſarium, & ideo nec conſequens. Sed qualiter uerum ſit, quod dicunt, nõ uideo. Item ſecundæ obiectioni reſpondeant, quomodo Deus non ſit mendax, ſi illud, quod futurũ prædixit, non eueniat: uel quomodo uolũtas Dei ſit neceſſitas: uel quomodo uerum ſit, quod dicit Auguſtinus. Neceſſarium eſt fore, quod futurum eſt. Nos autem Auguſtinum ſequentes dicimus, geminam neceſſitatem eſſe: unam, quæ attenditur ſecundum cauſas inferiores, quǣ quandoque impeditur a ſuperioribus: & alteram, quæ intelligitur ſecundum cauſas ſuperiores, quam impoſſibile eſt nõ impleri. Eorum autem, quæ futura ſunt, quædã ǣque eueniunt, & ſecundum cauſas ſuperiores, & ſecundum cauſas inferiores: quædã tm̃ ſecundũ cauſas ſuperiores: quicquid autem futurum eſt quo ad neceſſitatem, quæ intelligitur ſecũdũ uniuerſitatem cauſarum, non poteſt impediri, quin eueniat. Vſus autem loquendi formatus eſt ſecundum cauſas inferiores, quia magis nobis notǣ ſunt. Vnde ſǣpe dicimus, quòd aliquid poteſt eſſe, & idem poteſt non eſſe, quia cauſæ iſtæ utrunque permittunt: ſecundum cauſas uero ſuperiores unum tantum poteſt eſſe, ſcilicet quod Deus uult, quod diſponit, quod ab ǣterno præſciuit, & uerbo ſuo futurum prædixit, & nullo modo poteſt impediri, quin eueniat: ad has cauſas Auguſtinus reſpiciens dixit neceſſario fore quod eſt futurum.

M Quæſtio 219. ITem quǣritur. An ſcientia Dei poſſit augeri, uel minui? Quod poſſit, uolunt probare ſic, Deus ſcit hunc lecturum, ſed poteſt non legere, ergo Deus poteſt neſcire hunc lecturũ. Vel ſic. Iſte non eſt lecturus, ſed poteſt legere, ergo Deus põt ſcire iſtum lecturum, qui non eſt lecturus: ſed poteſt fieri, ut legat, ergo poteſt a Deo ſciri, quod nõ ſit. ¶ Solutio, ſcientia Dei immutabilis eſt, nec poteſt augeri, uel minui: tamen concedunt nonnulli, ꝙ Deus poteſt ſcire quod neſcit, & neſcire quod ſcit, & plura ſcire q̄ ſciat, neſcientes reſpondere prædictis obiectionibus. Nos autem dicimus, ꝙ Deus non poteſt ſcire quod neſcit, nec neſcire q̄d ſcit, nec plura ſcire quàm ſcit, quia ſi aliqua, quæ nunq̄ fient, inciperent fieri, non tamen inciperẽt a Deo ſciri, qui ab æterno omnia perfecte nouit, non ſolum, quæ quandoque fiunt, ſed quæcunq; poſſunt fieri. ſcit enim & quibus cauſis poſſunt fieri, & qualia eſſent, ſi fierent. Non enim modo pleniorem habet ſcientiam de mundo, quàm habuit ab ǣterno: nec modo minorem ſcientiam de ijs, quǣ nunquam fient, cum poſſent fieri, q̄ haberet ſi fieret. Tamen magna quæſtio eſt, utrum aliquid tale ſit in ſola poſſibilitate, quod nunquàm ſit actu: quod enim non habet in Dei cauſam, quomodo poteſt prodire in actum? Sed de hoc alibi dicendum eſt, quod modo ex accidẽti tetigimus. Prǣdictis autem obiectionibus reſpondentes, dicimus, quòd hæc, Deus ſcit hunc lecturum, ponit, ꝙ iſte ſit lecturus, & quòd hoc ſciat Deus: & ideo ex quo non eſt lecturus, non eſt concedendum, quod Deus ſciat hunc lecturum, non quia Deus aliquid neſciat: ſiue enim legat, ſiue non legat, non ideo plus uel minus ſcit, uel non ſcit Deus. Idem iudicium de ſimilibus. Notandum etiam, quòd cum dicitur, quod ille, qui eſt lecturus, poteſt non legere, uel qui non eſt lecturus, poteſt legere, hoc dictum eſt ſecundum cauſas inferiores. ſi autem ad cauſas ſuperiores reſpiciamus, quod futurum eſt determinate erit, & non alterum, nec poterit non euenire: tamen quia uſus formatus eſt ſecundum cauſas inferiores, quæ neutrum cogunt, ſed utrunque permittunt, dicimus, quòd utrunque poteſt eſſe, & non eſſe, cum tamen in ueritate uerum ſit, futurum unum, & non alterum.

AN numerus prædeſtinatorum poſſit augeri, uel minui? Idem quǣritur de numero N Quǣſtio 220.
reproborum. Quod ſic, uolunt probare. Deus poteſt non apponere gratiam, cui apponit: quod ſi faceret, prædeſtinatus damnaretur: & poteſt apponere, cui non apponit: quod ſi faceret, reprobus ſaluaretur: & ſic qui prǣdeſtinatus eſt, poteſt damnari, & qui reprobus eſt, poteſt ſaluari: & aliquis põt trãſire de numero prædeſtinatorũ ad numerum reproborum, & econuerſo. ¶ Solutio, hoc ad ſimilitudinem prædictorum ſoluunt ſecũdum coniunctionem & diſiunctionem. Nos autem dicimus, quod eſt poſſibile ſecundum cauſas inferiores, forſitam impoſſibile eſt ſecundum cauſas ſuperiores. Item non uidetur eſſe conſequens, Deus poteſt hunc ſaluare, uel damnare, ergo hic poteſt ſaluari, uel damnari. Non enim O
poſſe Dei ſequitur poſſe noſtrum, ut ſi Deus potuit aliter redimere genus humanum, quòd ideo genus humanum poſſet aliter redimi, quam per mortem filij Dei: & ſi hoc Deus habuit in ſua poteſtate, quòd homo ideo habeat in ſua poteſtate aliter ſaluari: Non ne Deus poteſt, ſi uellet, ſaluare Iudam? nunquid ideo Iu-

Cauſæ i- das poteſt ſaluari? Notandum eſt, quòd cauſæ in-
feriores. feriores dicuntur, quas Deus in prima rerum con
ditione creaturis indidit, ſecundum quas ſimilia
ex ſimilibus naſcuntur, ut ex tali grano talis ar-
Cauſæ bor, uel fructus procedat. Cauſæ uero ſuperiores
ſuperio- dicuntur diuina potentia, uoluntas, diſpoſitio, &
res. prędeſtinatio: quæ quandoque cum inferioribus,
quandoque ſine ipſis operantur: quæ ſemper ha
bent effectum, inferiores uero non ſemper, immo
quandoque a ſuperioribus impediuntur.

P CONformes fieri imaginis filij ſui &c. Quæri-
Quæſtio tur: cur filius dicatur imago patris. ¶ So-
221. lutio: quia ſimillimus eius, & quia eſt eiuſdem
eſſentiæ.

Q SEd cum Spiritus ſanctus ſit æque ſimilis patri,
Quæſtio cum ſit eiuſdem ſubſtantię: quare filius, & nõ
222. Spiritus ſanctus dicitur imago patris? ¶ Solutio:
quia imago magis pertinet ad proprietatem gene
rationis quàm proceſſionis: ea enim, quæ gene-
rantur, ſolent eſſe ſimilia magis, quàm ea, quæ
procedunt.

R AN filius ſit duæ imagines, quia eſt imago in
Quæſtio creata ſecũdum quòd Deus, & imago crea-
223. ta ſecundum quòd eſt homo. ¶ Solutio: non ideo
duę imagines, quia in Chriſto imago increata, &
imago creata non ſunt duæ imagines, ſed una: ſi-
cut eſt filius Dei, & filius hominis: nõ tamen duo
filij, ſed unus filius Dei, & filius hominis.

S QVos uocauit, hos & iuſtificauit. &c. Quæri-
Quæſtio tur: quomodo diſtinguit Apoſtolus inter
224. uocare, & iuſtificare: cum uocando iuſtifi
cet. ¶ Solutio: per uocationem intelligit charitatis
infuſionem: per iuſtificationem gratiã ſubſequen
tem & conſeruantem.

T QVos prædeſtinauit, & uocauit &c. Quæritur:
Quæſtio an omnes uocati ſũt prædeſtinati, quod uſ:
225. quia uocatio eſt effectus prædeſtinationis:
Sed aliqui ſunt uocati, qui non ſunt electi: quia
Matt. 22 ſcriptum eſt. Multi ſunt uocati, pauci electi: ſed ſo
li electi ſunt prædeſtinati: ergo non omnes uocati
ſunt prædeſtinati. ¶ Solutio: uocatio alia eſt com-
munis, quæ fit prædicatione exterius: & etiam qñ
que interius per inſpirationem: alia eſt ſpecialis,
quæ fit ſecundum propoſitum: ſecundum quam
nullus uocatur, niſi electus & prædeſtinatus. Secũ
dum autem communem uocationem dictum eſt.
Multi ſunt uocati, pauci uero electi.

V QVis accuſabit aduerſus electos? Nullus: quia
*Quæſtio* quod Deus non uult alius non poteſt. Sed
226. quæritur: quid ſit Deum aliquem accuſa-
re? ¶ Solutio: Deum accuſare, eſt permittere ho-
minem in peccatum cadere. Diabolum uero accu
ſare, eſt per tentationem in peccatum deijcere, &
deijciendo accuſabilem facere.

X QVæritur: quomodo Chriſtus interpellet ꝓ
Quęſtio nobis: an uoce, an tantum mente &
227. deſiderio: an alio modo. ¶ Solutio: Chri
ſtũ pro nobis interpellare, eſt ꝑ merita ſuæ obediẽ
tiæ in ſua humanitate exhibitæ Deo patri, nos ei
Y per fidem, & dilectionem reconciliare adhærẽtes.
Quæſtio QVæritur etiã: an ſancti, quorum patrocinia
228. poſtulamus pro nobis interpellent: &
quomodo? ¶ Solutio: ſanctos pro nobis interpella
re non eſt aliud: quã Deum pro meritis eorum bo
nos affectus, quos habemus in eos propter Deum,
remunerare, & ideo nihil intereſt, ſiue nos audiãt,
ſiue non audiant.

QVis ſeparabit nos a charitate Dei &c. Quæri Z
tur: an Apoſtolus erat tantę perfectionis, Quęſtio
ut non poſſet peccare mortaliter? ſi enim 229.
nõ potuit ſeparari a Deo: nec potuit peccare mor
taliter: hoc enim ſeparari. Sed cum alibi dicat: ne
magnitudo reuelationum extollat me: datus eſt
mihi ſtimulus carnis meæ: innuit, quòd ſi potuit
extolli, potuit peccare etiam mortaliter: & ſic ſe-
parari. ¶ Solutio: nullus alius ab eo poterat ſepa-
rare Apoſtolum: ipſe tamen poterat ſeipſum ſepa
rare, quia in hoc meruit, quòd potuit trãſgredi, &
non eſt trangreſſus. Cum enim Chriſtum ante Ne
ronem confeſſus eſt, tunc potuit eum negare ſi
uellet: quod ergo nec uita, nec mors potuit: ip-
ſe potuit. Z

QVæritur: quomodo cauſa faciat martyrem, & Quęſtio
non pœna: cum nullus ſit martyr ſine pœna: 230.
ſicut nec ſine cauſa. Sicut enim pœna ſine cauſa
non ſufficit ad coronam martyrij: ſic nec cauſa ſi-
ne pœna. ¶ Solutio: quòd dr̃, cã facit martyrem &
non pęna, ſ. tm̃ intelligendum eſt. Sed dicet aliqs,
ꝙ eadẽ rõne põt dici, pœna facit martyrẽ non cau
ſa, ut intelligeretur tãtum. Reſpõſio: cã ſine pœna
prodeſt: pœna ſine cauſa non ſolum non prodeſt,
ſed obeſt, & hoc quòd pœna prodeſt, quando pro
deſt: hoc habet ex cauſa, ideo potius hoc dicitur
quàm illud. A

TRiſtitia mihi magna eſt, & continuus dolor Rom. 9
cordi meo. Quæritur: quare Apoſtolus dicat Quæſtio
ſe dolere: ꝙ prius cum errantibus errãs perſeque- 231.
batur eccleſiam: cum enim magnum commodũ
prouenerit ex illa perſecutione, non eſt ei dolen-
dum, ſed gaudendum de ipſa? ¶ Solutio: non dole-
bat Apoſtolus de bono, quod eſt conſequutum de
malo ſuo, ſed de peccato, quod ipſe commiſit,
pro quo dolore ſemper bonum eſt.

OPtabã ipſe anathema eſſe a Chriſto pro fratri B
bus. Quæritur; quõ Apoſtolus optauerit ſe Quęſtio
parari a Chriſto, an ſm̃ gloriam, an ſm̃ iuſtitiã. Si 232.
ſm̃ gloriã, uſ plus dilexiſſe fratres q̃ Deum, quod
nullo mõ faciẽdũ eſt: ſi ſm̃ iuſtitiã optauit ſepara-
ri, hoc nõ potuit ſine peccato & ſine offenſa Dei,
quod rationabiliter ab aliquo non poteſt optari.
¶ Solutio: non optauit ſeparari a Chriſto ſic uel
ſic, ſed his uerbis oſtendit mirabilem affectũ ſuũ,
quem habuit erga Iudæos, quo genere locutionis
uſus eſt Moyſes dicens. Aut dele me de libro uitæ,
aut dimitte eis hanc noxam. Vel poteſt dici, quòd Exo. 32.
uterque tam Moyſes quàm Apoſtolus præpoſuit
in deſiderio ſuo & optatione ſalutem tantæ mul-
titudinis propriæ ſaluti, nec in hoc dilectionem
Dei poſtpoſuerunt, immo Dei gloriam, & ho-
norem propriæ ſaluti præferentes, mallentes Dei
gloriam magnificari in tot ſaluatis, quàm di-
minui in uno ſaluato, & hæc perfectio excedit
omnem perfectionem, quia maior non poteſt
excogitari.

Quid

C Quaſtio 233. QVid ergo dicemus ? Nunqnid iniquitas apud Deum? Quæritur, an Deus ſi iniqnos reprobando,& indurando, & tandem dam nando iſtũ, qui non põt bene operari ſine gratia p̄deſtinationis : maxime cũ ipſam prædeſtinationẽ non poſſit promereri ? ¶ Solutio : nulla nimirum eſt apud Deum iniquitas. Vt autem pateat nullam iniquitatem eſſe apud Deum, uidendum eſt, qđ ſit prædeſtinatio, & qđ eius effectus, & qđ

Prædeſtinatio. reprobatio, & eius effectus. Prædeſtinatio eſt gratiæ præparatio: nomine gratiæ hic ſignificantur, bona gratuita, quibus in pręſenti iuſtificamur, uel in futuro coronamur : ſed qđ p̄paratio ſignificat uidendum eſt. Dictum eſt ſuperius, q̄ diuina uſia cum ſit una & ſimplex, propter uatios effectus rerũ diuerſa ſortitur nocabula: de quibus unũ eſt p̄deſtinatio.

Præparatio. Præparatio itaq; non eſt aliud, q̄ ipſe Deus præparans, & diſcernens, & ſtatuens, & proponẽs, uel eligens in ſemetipſo, nt hęc, nel illa his, uel illis in tpe conferat dona, & hoc propoſitum uel hæc præparatio cauſa eſt futurorũ bonorũ, q-bus adoptamur in filios Dei. Ecce dictum eſt quid ſit p̄deſtinatio, & quid eius effectus, ſcilicet nocatio, iuſtificatio, & magnificatio. ¶ Sed nunquid reprobatio eſt aliqnid, qđ ab æterno fuerit in Deo, uel ipſe Deus: qđ ſit cauſa futurorũ malorũ : ſicut prędeſtinatio bonorũ? Qđ ſi conceditur ſequitur, q̄ Deus ſic cauſa eſt, & author malorũ. Vnde ſciendũ eſt, q̄ reprobatio noo aliquid pooit : quia uon eſt aliud Deum aliquẽ reprobare: niſi nõ eligere, & non prædeſtinare, bona gratuita non p̄parare. Cuius effectus eſt iodurare: qđ oon eſt aliud, niſi gratiã nõ apponere: qualis cauſa talis eſt effectus. Nulla autem eſt iniquitas uel iniuſtitia, ſi Deus nõ det aliquid illi, cui nil debet. Nou itaq; Deus iniquus in eo, q̄ aliquem reprobat, uel indurat.

D Quæſtio 234. QVæritur aũt cur Deus non oẽs reprobauit, uel cur non oẽs prædeſtinauit: ſed quoſdã prædeſtinauit, & quoſdã reptobauit? ¶ Solutio: ſi oẽs p̄deſtinaret, lateret diuina iuſtitia: q̄a neſciretur, qđ iuſte deberetur culpæ: ſi oẽs reprobaret, non appareret bonitas Dei. Iudicauit autem melius eſſe Dei ſapientia bonũ & malũ eſſe: q̄ tantum bonum: q̄uis ipſa non fecerit niſi bonum.

E Quæſtio 235. QVæritur aũt : quare potius elegerit Iacob q̄ Eſau: ſimiliter de quolibet electo, & reprobo idẽ põt quæri. Nõ.n. põt dici, q̄ propter futura merita bona uel mala alter ſit electus, & alter ſit reprobatus: ſic.n. qđ eſt tẽporale, cauſa eſſet eins, qđ eſt æternum. Item ſi dicatur, q̄ Iacob ſola gratia ſit electus : Eſau propter originale peccatũ ſit reprobatus: quæritur, quare propter idem peccatum Iacob non ſit reprobatus, uel quare Eſau ex eadem gratia non ſit electus? ¶ Solutio: ſi tamen ſolutio debeat dici oſtendere aliquid eſſe inſolubile. Dicunt, ſic factum eſſe: quia Deus uoluit fieri: ſi autẽ quæratur, quare ſic uoluit: ſtulta eſt quæſtio: quia Diuinæ uoluntatis quæritur cauſa, cuius nulla eſt: immo ipſa omnium eſt cauſa prima & principalis. Sed beatus Hierouymus dicit, q̄ Deus nihil fecit, quia uult, ſed quia ratio ẽ ſic fieri. Ideoq; non incongrue põt ſic quæri: cur hoc uoluerit, & reſpouderi: qnia iudicia Dei abyſſus multa. Poſſumns tamen dicere ſalua ſecretorum reuerentia, & abſq; ſnpercilio aſſertionis: q̄ ideo potius elegit Iacob q̄ Eſau: quia præſciuit maiorem utilitatẽ prouenire bono uniuerſitatis ex electione Iacob q̄ Eſau.

F obiectio ¶ Sed dicet aliqnis, ergo id, quod eſt temporale, cauſa eſt eius, qnod eſt æternũ. ſ. bonum, qđ præuidit tunc futurum, cauſa eſt prædeſtinationis: Ad quod dicimus, q̄ hoc non eſt uerum: ad illud tamen reſpicit cauſa. ſ. æterna ratio, ut.n. illud eligeret, ex quo maior utilitas bono uniuerſitatis proueniret: ratio erat & hæc æterna, quę reſpicit ad illud bonũ tẽporale ex electione Iacob futurũ.

G Quæſtio 236. SEd iterũ quæritur, cur maior utilitas prouenit ex electiõe Iacob q̄ Eſau? ¶ Solutio : quia magis commendatur gratia ex electione Iacob q̄ Eſau. Item quæritur quare magis commendatur ex electiooe Iacob q̄ Eſau. ¶ Solutio: quia minor erat natu. Si.n. maior natu eligeretur, uideretur quòd priuilegio natiuitatis hoc fieret.

H Quæſtio 237. QVæritur, quare Iacob oon fuerit prior natu, & Eſau poſterior, ut ſic ſaltem Eſau eligeretur? Solutio: hoc eſt quærere, cur Iacob non ſit Eſau, & ecõuerſo: & ideo eſt q̄ſtio ſine ratione.

I Quæſtio 238. EX his, quę in tpe fiunt, oritur eadẽ difficultas: quare.n. huic magis, q̄ illi Deus conferat gratiã, ſolet quæri, cum ſint indifferentes: & neuter poſſit gratiã promereri: ſine qua non põt ſaluari. Videtur.n. non eſſe mihi imputandum, ſi non facio qđ ſine gratia nou poſſum facere, cum gratia non ſit collata mihi: ſed magis illi, qui non cõfert mihi neceſſariam gratiam: cum non poſſit ſine detrimento ſuo. ¶ Solutio : de gratia diuerſi diuerſa ſentiunt: quidam dicebant Deum non poſſe facere, niſi qđ facit: qđ non eſſe uerum conſtat. Alij dicunt, q̄ quoddam ſeminarium uirtutis (qđ radicẽ charitatis uocant) in iſto eſt ex quo aptus eſt, ut gratia ſibi collata uitam æternam promereatur : qđ quia in illo non eſt: nec charitatẽ, nec uitã æternã promereri põt: Sed quia hoc cõtra eccleſiã eſt, omnino prætermittatur. Alij dicũt, q̄ Deus ſuã gratiã omnibus cõiter propouit, quá qui apprehendit, ſaluabitur : qui non apprehendit, damnabitur : uelut ſi quis tibi in turre bonũ cibũ pręparauerit, & dicat, aſcende ut cibũ capias: ſed quia tu ſine ſcala, uel aliquo hmõi auxilio aſcendere non potes : idcirco dicunt, alia gratia opus eſſe, ut ad illã ſuperiorẽ aſcendas. Item ad illã apprehendẽdã alia, & ad illã alia, & ſic uſq; ad infinitũ. Sed hi totũ gratiæ attribuunt: & nihil merito relinquunt. Sunt alij, qui dicunt gratiã propoſitã ẽt porrigendo homini, ut ipſe eã apprehendat, ſine qua apprehenſa erigi uoo põt: ueluti ſi cui exiſtenti in puteo funis demittatur: ſine quo nõ põt a puteo exire: ſi uero manum ad funem porrigat, & apprehendat: extrahitur, & aliquid ex homine eſt, licet meritũ abſq; gratia eſſe non poſſit. Sed quia hęc ſententia diuidit inter meritũ & gratiã: q̄ aliquid boni ſit ibi ex homine, ſaltẽ q̄ manũ erigit, & funẽ apprehẽdit quod quia ſine gratia fieri nequit hæc quoq; ſententia cũ prædicta eſt cauenda. Põt aũt dici, q̄ gratia Dei æque booo & malo. i. p̄deſtinato & reprobo

proponitur, quam tamen unuſquiſq; nõ apprehẽdit uel trahentem ſequitur: immo ille, cui gratiæ radius infunditur, oculos claudit: & ſic radiũ, quo tãgitur, repellit, unde & ipſi merito gratia ſubtrahitur: quia ipſe ſe ſubtrahit. Eſt. n. in gratia quemadmodũ in ſulis radio, qui ſe oculo ingerit: quo oculus tactus uiſum exercet. Eſt. n. oculus talis naturæ, ut per illũ uiſus exerceatur, ſi ſolis radio percutiatur: ſine quo uiſio non eſt in oculo: niſi iũ talis naturæ eſſet, etiã tactus radio nõ uideret, ut paries uel lapis non uidet, & ſi radio ſolis perfundatur: ſic aĩa hẽt potẽtiã promerẽdi naturaliter: quã tñ nõ põt exercere niſi ſplendore gratię perfundatur. Cum uero tãgitur, mouetur, & meretur: unde totũ eſt ex gratia, ſic tamen, ut non excludatur meritum: ueluti ſi puer, qui nondum gradi poteſt, ab aliquo ducatur, & graditur quidem: quod tamen per ſe non poſſet, nec ẽt alio ducente, niſi hẽret naturalẽ potẽtiã gradiendi: tñ totũ ex ducente dicitur eſſe, ꝙ graditur: ſic ad hoc, ut aĩa ꝓmereatur, duo exiguntur & gratia, & naturalis potẽtia: tota tamen authoritas promerendi ſolius eſt gratiæ: quia naturalis potentia nil ponit ſine gratia.

K Quæſtio 239. QVoniam in hoc ipſum excitaui te, ut oſtẽdã in te uirtutem meã &c. Quęritur: an Deus mentem hominis inclinet ad hoc, ut homo deterior efficiatur? ¶Solutio: Pharao in illa excæcatione non eſt deterior effectus, quàm prius eſſet: ſed per ſigna foris propoſita, malitia, q̃ prius in mẽte concepta erat, excitata eſt, & in opus erupit: ſicut inuidia Iudæorum Domino cum tanta gloria intrante in Hieruſalem erupit, & ſcelus iam conceptum maturauit. Vel excitare Dei nihil eſt aliud, niſi iuſto iudicio præcipitari permittere: de hac quæſtione in præmiſſis dictũ eſt diligẽtius.

L Quæſtio 240. CVi uult miſeretur, & quẽ uult indurat. Quęritur: an uoluntas Dei ſicut eſt cauſa miſerationis, ſic ſit cauſa indurationis: quod uidetur, cũ Apoſtolus dicat, cui uult &c. ¶ Solutio: uoluntas Dei non eſt cauſa, niſi eius, quod eſt aliquid: induratio non ponit aliquid, ſed potius remouet: tamen ut Apoſtolus oſtendat, quòd Deus iuſte põt dare cui uult, & non dare cui uult non dare: nõ. n. neceſſitate facit Deus, ſed ſola uoluntate. Quòd aũt cã boni ſit, conſtat, uñ Apoſtolus ſuperius. Nõ eſt uolentis nec currentis, ſed miſerentis Dei.

M Quæſtio 241. SEd poteſt quæri: quomodo uelle non ſit uolentis: cum nemo hoc poſſit ſine uoluntate? ¶Solutio. uoluntas bona & hominis eſt, ſed tanquam accipientis: & Dei, ſed tanquã dantis & authoris.

N Quæſtio 242. AN non habet figulus poteſtatẽ luti &c. Quæritur: ad quid inducatur hæc ſimilitudo: nunquid Deus format, aliud uas in honorẽ, aliud in contumeliã? Vel nunquid ex Deo hẽt eſſe contumelioſum? ¶Solutio: quòd uas aliud eſt in honorem ex Deo eſt: quòd uero contumelioſum eſt, ex ipſo uaſe eſt. Tamen bona eſt ſimilitudo, quia ſicut uas aliud in honorem, aliud in contumeliam facit figulus: ſic dicitur Deus formare aliud uas in honorem, aliud in cõtumeliam: uel quod melius eſt, ideo dicitur Deus formare aliud in honorem, & aliud in contumeliam: quia Deo authore habet eſſe etiam illa quæ ſunt uaſa iræ uel contumeliæ, non tamen ex Deo eſſe habent uaſa contumeliæ, ſed proprio uitio.

O Quæſtio 243. QVæritur: quid ſit ſcribi in libro uitæ ſecundum præſcientiam? ¶Solutio: eſſe præſcitũ, & præordinatum ad uitam. Sicut ſcribi ſecundum iuſtitiam eſt eſſe in ſtatu, in quo ſi exiret ab hac uita, ſaluaretur. Sunt itaq; quidam ſcripti ſecundum præſcientiam, & non ſecundum iuſtitiã, ut illi, qui nondum uirtutem habent, tamen ſunt præordinati ad uitam. Quidam uero ſcripti ſunt ſecundum iuſtitiam, & non ſecundum præſcientiam, ut qui charitatem habent, præuiſi tamẽ ad mortem. Quidam uero ſcripti ſunt ſecundum præſcientiam, & ſecundum iuſtitiã, ut illi, qui charitatẽ habẽt, & ſunt prædeſtinati ad uitã. Quidam uero nec ſecundum pręſcientiã, nec ſm iuſtitiã, ut illi, qui nunq̃ boni fuerũt, nec prędeſtinati ſunt. Ea uero, quę ſunt ibi ſcripta ſecundum iuſtitiã, & nõ ſm præſcientiã, dicuntur inde deleri: quæ uero ſm p̃ſciẽtiã ibi ſcripta ſunt, nunq̃ inde delẽtur.

P Quæſtio 244. QVæritur: an illi, qui ſcripti ſunt in libro uitæ ſm meritum, & non ſm pręſcientiã, ſcripti ſint per diſpoſitionẽ? ¶Solutio: poteſt dici, quòd ſcripti ſunt per diſpoſitionẽ propter meritum: non tamen ſimpliciter ſm diſpoſitionẽ: quia ſi hoc eſſet, non poſſent inde deleri: cum tali determinatione poteſt dici per diſpoſitionem propter meritum, quod Deus diſpoſuit ſicut omne bonũ.

Q Quæſtio 245. QVæritur: qualiter ſit intelligendum, quod dicitur de hac authoritate: maior ſeruiet minori, hoc eſt de præſcientia. ¶Solutio: ſenſus eſt, hac ſcriptura oſtenditur, quòd Deus erat præſcius futurorum.

R Quæſtio 246. IVſtitiã aũt, quę ex fide eſt &c. Quæritur, quid ſit iuſtitiam eſſe ex fide. ¶Solutio, hoc eſt iuſtitiã eſſe per gratiam, quia non ſolum ex gratia uenitur ad fidem, ſed etiam poſt fidem gratia neceſſaria ẽ, ut fides bonis operibus adimpleatur, quorum adimpletio iuſtitia dicitur.

S Quæſtio 247. SImiliter quæritur, quõ ſit illud intelligẽdum, quod de hac dicitur authoritate, Iacob dilexi, Eſau odio habui, hoc eſt de iudicio. ¶Solutio: hac prophetia oſtenditur impletum eſſe, quod fuerat in Dei præſcientia. Nota, quòd hæc authoritas Iacob dilexi, Eſau odio habui, poteſt exponi de æterna prædeſtinatione unius, & de reprobatione alterius, uel de temporali gratiæ appoſitione, uel eiuſdem ſubſtractione: unde gloſſa illa, in Iacob nihil inuenit diligendum, niſi miſericordiæ ſuæ donum, ſic intelligitur. i. ex ſola gratia Deus diſpoſuit conferre Iacob gratiam in tempore, unde ſaluaretur. Et illa gloſ. In Eſau nil odiendum niſi originale peccatum, ideſt præſciuit propter originale peccatum non eſſe conferendam Eſau gratiam, per quam ſaluaretur in tempore.

T Quæſtio 248. DIcit aliquis, quare propter originale peccatum gratia non eſt collata Eſau: cum ſit collata Iacob, licet peccatum originale habuerit? ¶Solutio: quia gratia eadem utriq; eſt propoſita, ſed Eſau ſe gr̃æ ſubtraxit, & oculũ ſuũ clauſit, & Iacob gratia peccatum deleuit, quia gratię ceſſit: eam trahentem

hentem

hentem ſecutus eſt Deo omnia operante, & diſpo
nente pro arbitrio iuſtiſſimę uoluntatis ſuę.

V Quæſtio 149. VT oſtenderet diuitias glorię &c. Quęritur,
an tormenta malorum proſint bonis in fu
tura uita. ¶Solutio, dicunt, quòd proſunt, quia nũ
quàm ſineret Deus mala eſſe: niſi aliquam utilita
tem bono uniuerſitatis conferrent.

X Quæſtio 150. QVæritur, quæ utilitas proueniat ex eo bonis,
quòd uident malos puniri. Nunquid ideo Deũ
amplius diligunt, uel laudant: uel nunquid
in pœna malorũ delectantur? ¶Solutio: non in pę
na malorũ, ſed in iuſtitia Dei delectantur, & pro-
pria gratia magis eluceſcit ex comparatione malo
rum, maxime cum uident ſe ab eiſdem pœna ſola
miſericordia liberatos. Sed dicet aliquis, licet ma-
obiectio prima. li non punirentur, non ne boni ſcirent ſe ab eiſdẽ
pœnis liberari ſicut modo? Solutio: forſitan non
ita efficaciter, & in hoc ipſo minus diligerent.
Secũda. ¶Item ſi nullus damnandus eſſet, nõ ne Deus red
deret bonis pro meritis ſuis? & ſic uidetur, quàm
uis omnes ſalui eſſent, non minus bonum eſſet, q̃
modo ſit, immo amplius bonum eſſet: quia boni
magis gauderent de ſalute eorum tunc, q̃ modo
faciant de eorum damnatione. ¶Item boni in futu
Tertia. ro aut cõpatientur malis, aut non compatientur,
ſi compatientur, quomodo beati? ſi non compa-
tientur, crudeles. ¶Solutio: Auguſtinus hanc quæ
ſtionem ſic ſoluit: magis bonum erat eſſe bona,
& mala, quàm tantum bona, ut Deus laudaretur
ex diuerſitate ipſa mirabilius.

Y Quæſtio 151. SEctando legem iuſtitiæ &c. Cum lex non iuſti
ficet, Quæritur, quomodo dicatur lex iuſtitiæ.
¶Solutio: quia quędam præparatio eſt ad iuſtitiã,
ideo lex iuſtitiæ dicitur.

Z Quæſtio 152. Matt. 21 OFfenderunt in lapidem offenſionis: de quo
quia Dominus in euangelio: Qui ceciderit
ſuper lapidem iſtum, confringetur: ſuper quẽ uero
ceciderit, conteret eum: Quæritur, quid ſit cadere
ſuper lapidẽ. ¶Solutio. Deum offendere impru-
denter, ſicut cõteri a lapide, a Chriſto æternaliter
puniri: unde petra ſcandali, & lapis offenſionis di
ctus eſt Chriſtus: quia humilis, ideo habilis in
quem offenderent ſuperbi.

A Rom. 10 Quæſtio 153. TEſtimonium perhibeo, quia zelum, ſeu æmu
lationem Dei habẽt &c. Quæritur: an zelus
iſte bonus ſit, & quid ſit, & quis eius effectus: quòd
autem bonus ſit, inde conſtat, quia Apoſtolus ad
commendationem Iudæorum hoc dicit, & expoſi
tores dicunt etiam, quòd eſt dilectio Dei, ſed ſi
hoc eſſet, uiderentur habere aliquid, quod eſſet
dignum uita æterna: ſed non ne digni erant mor
te, qui Chriſtum occiderũt? quõo ergo zelũ Dei .i.
dilectionẽ habebãt. Itẽ ſi bonus erat, bonum habe
bat effectũ, ſed non ne eius effectus erat, quod ex
illo zelo fecerũt. Sed pctm̃ mortale hoc erat. ſ. per
ſecutio martyrũ, & Chriſti occiſio: quõo ergo bo-
num malũ efficiebat? ¶Solutio: zelus ille bonus
fuit affectus in Deum, quo parati erant facere, qđ
cõſciẽtia eorũ dictabat eſſe faciẽdũ pp Deum: nõ
tñ erat tãtus, ut eos faceret dignos uita æterna: nec
charitas, nec dilectio Dei ſimpliciter dẽt dici: ſi tñ
qñq; dilectio Dei uocetur, hoc iõ fit: quia in Deũ
eum habebant: eius autem [illegible] non perſe
cutio martyrum, uel mors Chriſti, [illegible] con
temptus Dei: ſic enim in arcto erant poſiti, quòd ſiue
Chriſtum occiderent, ſiue non: mortaliter pecca-
rent: non tamen ſi Chriſtum non occiderent, in
hoc ipſo peccarent: ſed quia non occidendo Deũ
contemnerent: ſæpe enim per unum peccatum
uitatur aliud.

ITem Chriſtum occidendo non faciebant con-
tra conſcientiam: immo illud, quod credebant B
eſſe faciendũ propter Deum: quomodo ergo pec Quæſtio
cabant? ¶Solutio: Licet contra conſcientiam non 254.
facerent, tamen mortaliter peccabant: quia excæ
cati erant: fecerunt, quòd conſcientia eorum debe
ret eis dictare non eſſe faciendum.

SVam iuſtitiam uolentes conſtituere: &c. Quæri C
tur, quomodo iuſtitia legis dicatur Iudęorum. Quæſtio
¶Solutio: quia in hoc, quòd credebant eam [illegible] 255.
bus adimplere: ſuam iuſtitiam fecerunt, ſed non
ſm [illegible] .non ſm bonum affectum illum exe-
rcebant, ut iudicio rationis erat exercendus, & in
hoc errabant.

FInis legis Chriſtus. Quæritur, quomodo Chri- D
ſtus ſit finis legis, & conſummatio: cum legis Quæſtio
iuſtitia ſine gratia adiuuante, nec habebãt apud 256.
Deum [illegible] ¶Solutio: Chriſtus non dr̃ finis,
uel conſummatio legis ſm hoc, qđ a Iudæis ſerua
batur, ſed qa ſpiritualiter eã ille, & in ſuis adiplet.

QVæ aũt ex fide ẽ iuſtitia, ſic dicit. Ne dixeris E
&c. In corde tuo quis aſcẽdet in cælum &c. Quæſtio
Quæritur, quomodo Apoſtolus hanc autho 257.
ritatem induxerit. [illegible] Deuteronomio ſumpta
eſt, ubi Moyſes in alio ſenſu ea utitur. prohibebat
enim Iudæis, ne dicerent, quis aſcendit in cælum,
ut nobis legem afferret, uel quis mare trãſiuit, ut
legẽ tranſportaret: uel quis deſcendit in infernũ,
ut eã nobis educeret, [illegible] uerbũ prope eſt in cor
de tuo. [illegible] legem [illegible] habere. ¶S[illegible] con-
ne[illegible] enter eſt inducta, [illegible] Apoſtolus [illegible] ſẽ
ſum Moyſi hic per eam non exprimit [illegible] n.
fie[illegible] ut ſicut Iudæis ad litteram illud [illegible],
ita in eo ſigulariter nobis ſit præceptum, ne nos quæ
ramus. Quis aſcendit &c. unde Apoſtolus ſub tali
ſenſu uerba Moſi inducit, competenter etiam in-
ducit de ea Moyſen loquentem.

SEd dicet aliquis, ſi Moyſes loquitur de iuſtitia F
fidei in lege, uidetur, quòd in lege fuerit iuſtitia Quæſtio
fidei, & ſic lex uere iuſtificabat. ¶Solutio, non ſe- 258.
quitur, ſi in lege ſit ſermo de iuſtitia fidei, quòd ideo
ipſa fuerit in lege, nec ẽt recipiendum eſt, quòd Moy
ſes loquatur de iuſtitia fidei, niſi loqui pro ſigni
ficare accipiatur. Nam hoc dicẽdo figurat iuſtitiã
fidei prope .i. non longe a natura animorum, quia
ut dicit gloſſa rationi conſentaneum eſt cre dere.

PRope eſt uerbum in ore tuo, & in corde tuo. G
Quæritur, quomodo hoc ſit uerum. Non ne Quæſtio
multa credimus, quæ ratio nõ capit, unde ſcriptũ 259.
eſt. Fides nõ habet meritũ, cui ratio humana p̃bet
experimẽtũ. ¶Solutio, ſi qs cõſideret quõ omnia
de Chriſto prius in lege, & ꝓphetis p̃dicta ſint, &
quõo impleta ſignis, & ꝓdigijs approbata ſint, q uę-
rus, q̃ ſãctꝰ, & pius, & q potẽs ĩ opere, & ſermone

ipſe in propria perſona fuerit:quid reſtat, niſi ut
Pſal. 92. proclamet. Teſtimonia tua credibilia facta ſunt nimis, & nullo modo ratio permittitur nec ad modicum dubitare:Vel ideo rationi conſentaneū dicitur:quia loqui,& credere de eo,quod ad ſalutem animæ attinet,ipſi rationi placet: immo hoc præ omnibus appetit.

H Quæſtio 260. CORde creditur ad iuſtitiam. Dicit gloſſa, ꝙ cætera poteſt homo nolens: credere autem non poteſt niſi uolens. Sed hoc quomodo uerum eſt?non ne ſperare,& diligere nemo poteſt niſi uolens?quomodo ergo dicit,cætera poteſt etiam nolens,cum hæc ſint alia,quàm credere? ¶Solutio: per cætera,intelligit exteriora. Sed iterum uidetur falſum qui exteriora faciat aliquis nolens: ſi enim nullo modo uellet:quomodo faceret? Solutio:uelle,ponitur pro approbare:ſæpe enim multa facimus,quæ non approbamus.

I Quæſtio 261. OMnis enim quicunque inuocauerit. Quæritur,quomodo hoc ſit uerum, cum multi inuocant,nec tamen ſaluantur. unde Dominus ait.
Mat.7. Non omnis,qui dicit,Domine,Domine, intrabit in regnum cælorum:non ne hoc dicere,eſt nomē Domini inuocare:¶Solutio:inuocare eſt intus uocare.i.ad honorem Dei,& propter Deum,uel deſiderare notitiam,quod non fit ſine fide,ſpe,& charitate.

K Quæſtio 262. NOn poſſunt credere,quia prædixerat Eſaias &c.Quæritur de hac prophetia,an Propheta uoluerit impleri quæ dixit:quod ſi uoluit,uidetur uoluiſſe, ut excæcatio Iudæorum fieret: nam in excæcatione Iudeorum adimpleta eſt prophetia.¶Solutio:non eſt concedendum, quod uellet Iudæos excæcari: quàmuis uoluit ſuam prophetiam adimpleri, ſicut Chriſtus uoluit eſſe uerum,
Matt.26 quod ait Petro:antequàm gallus cantet,ter me negabis:non tamen uoluit Petrum negare:multa.n. ſic coniuncta ſunt,ut unum non poſſit fieri ſine altero:tamen poſſumus uelle unum ſine altero.

L Quæſtio 263. DOmine quis credit auditui noſtro &c. Legitur in euangelio de Iudæis,qui non credidērūt,ut ſermo Eſaiæ impleretur:unde ſic obijcitur. Quæ culpa Iudęorum,quòd non crediderunt,cū neceſſe eſſet prophetiam impleri, & ſic neceſſe fuit eos non credere. ¶Solutio: Deus prædixit per Prophetam peccata Iudæorum,ſed non fecit:non enim præſcientia eorum infert eis neceſſitatem: ſecundum illud,ut cum dicitur,non crediderunt, ut ſermo &c. tantum notat, quòd illa prophetia impleta eſt *in cæcitate* Iudæorum,& quòd ipſa eſt prædicta antequàm impleta.

M Quæſtio 264. QVæritur, quomodo Iudæi non credendo In Chriſtum peccauerunt, cum ſcriptum ſit: propterea non poterant credere:quia dixit Eſaias,Deus excæcauit oculos eorum, & indurauit cor, uel ſi peccauerunt non credendo in Chriſtum,ergo poterant credere, & non crediderunt, & ſi hoc eſt,quomodo hoc uerum eſt, propterea non poterant credere: quia Deus excæcauit &c. Quomodo ſimul uerum,poterant credere & non poterant credere?Item uidetur penes Deum cauſam incredulitatis eorum conſtituere,dicens, propterea non poterant,quia dixit Eſaias,Deus excæcauit oculos &c.¶Solutio: uerum eſt,quod non poterant credere ſicut dicit Euangelium,& tamē non credendo peccauerunt: quia ad illam impoſſibilitatem ex uitio propriæ uoluntatis peruenerunt,& ideo talis impoſſibilitas non habet excuſationem.Verum eſt ergo utrunque, quòd non poterant recedere,& quòd poterant credere:ſed nō ſecundum idem:poterant natura, & non poterāt culpa:tales enim facti ſunt, ut haberent poſſibilitatem non ſolum credendi:ſed etiam Deum faciē ad faciem uidendi,& ideo dr,ꝙ poterant natura credere:ſed quia per culpam tales effecti ſunt ꝙ iuſtum erat apud Deum non miſereri eis:ideo dictum eſt,ꝙ culpa non poterant credere.Conſimilis locutio habetur de angelis bonis: ꝙ mutabiles natura,immutabiles gratia ſunt:hoc autem,quod dr,Deus excæcauit &c.ſic intelligendum eſt,id eſt permiſit excæcari non impertiendo malitiā, qua fierent deteriores: ſed non conferendo gratiam
qua fierent meliores.¶Notandum eſt, qd dr,credere non poterant: quia nolebant:hæc expoſitio uidetur eſſe nimis communis:nam idem de omnibus,qui in peccatis ad mortē ſunt,poteſt dici, unde ſecundum hanc expoſitionem nihil ſpeciale de exæcatis dr. ¶Solutio:poteſt dici, ꝙ excæcati merentur,ut non uelint credere,& ut Deus non miſereatur eis:qd non faciunt omnes mortaliter peccantes.Similiter qd ſubditur,dum ſuperbi &c. nimis communiter,& ſimpliciter dici uidetur:nā & hoc de omnibus generaliter dici poteſt.¶Solutio,quia,& dum,cauſale accipiendum eſt:nam per ſuperbiam,& cætera uitia merentur ut iniuſtum ſit,Deum eorum miſereri. N

O QVæritur,quomodo hæc prophetia ſit inducta,non ne illis,qui de præſenti ſtatu erant loquebatur, & tamen adhuc prophetia non erat adimpleta,& ſi hoc eſt,quomodo hac authoritate arguit eos, qui tunc erant,de eo,quod adhuc futurum erat,quomodo ad præſentes tunc pertinuit. Nam hæc uis uidetur eſſe probationis,quòd omnes audierunt uerbum Chriſti, qui in mundo erant,& ideo argnendi ſunt,quaſi audientes,& nō credentes. Item ſi prophetia nondum erat adimpleta, quomodo uerbo temporis præteriti poteſt uti in ſenſu præſentis temporis:ſi enim in ſenſu futuri temporis accipitur, ridicula eſſe uidetur probatio Apoſtoli. ¶Solutio: præſentibus loquebatur:ſed non propter præſentes tantum:immo etiam propter omnes futuri ſtatus hanc prophetiam induxit,& beneillius temporis præſentes arguit:quia licet eorum tempore non erat prophetia adimpleta,erat tamen in eis inchoatum, quod prædixerat prophetia futurum. ¶Nota quòd quædam ſcripturæ uidentur uelle,quòd Iſrael non cognouit:aliæ uidentur uelle, quòd cognouit Chriſtum , quæ uidentur eſſe contrariæ,ſed non ſunt, quia diuerſe intelliguntur.In illo enim populo erant quidam cognoſcentes, alij non cognoſcentes. P Q

R SI autem gratia, iā non ex operibus &c. Quæritur,ſi totū ex gratia,qd ex meritis,uel ſi qd ex meritis Quæſtio 26

meritis, quomodo totum ex gratia? ¶ Solutio: totũ eſt ex gratia, licet aliquid ſit ex meritis, quia ipſa
obiectio merita ſunt ex gratia. Videtur tamen quod ex meritis præcedentibus ſit iuſtitia, ut in Cornelio cuius oratio obtinuit hoc, ut prædicatione Petri conuerteretur, ut fidem ſuſciperet: quę fides eſt ex gratia, quare ex operibus eſt conſecuta gratia. ¶ Solutio: non eſt dicendum, quòd gratia, uel iuſtitia ſit ex operibus: quia hoc eſſet, quòd ex operibus ſine gratia iuſtificaretur quis, quod eſſe nõ poteſt. Quod autem Cornelius orauit, ut fidem ſuſciperet, hoc ex gratia præcedente fuit: pro qua etiam gratia maior, ut pote gratia iuſtificans, eſt collata. Non enim ſine omni gratia fuit, quando in unũ Deum credidit, & ut dicunt doctores, fidem incarnationis habuit, ſed nondum ſciebat uerbum Dei incarnatum: quod poſtea Petri præ-
R dicatione cognouit. ¶ Nota, quod compunctio
Cõpunctio triplex. alia eſt inuidię, qua quis compungitur, & dolet, & alienis bonis tabeſcit. Alia culpæ, qua quis torquetur in propria cõſcientia, ut Iudas, qui laqueo ſe ſuſpendit pro ſcelere ſuo. Alia eſt compunctio gratiæ, quæ uel inchoantium eſt, qui de malis pœnitent, ut abſtineant, uel perfectorum, qui Deum ex dilectione uerentur.

S HOc, quod quærebat, Iſrael, non eſt conſecutus. Quæritur: quomodo hoc ſit uerum: nõ
Quęſtio 267. ne exteriorem iuſtitiam quæſiuit, ſed illam obtinuit: ergo quod quærebat, hoc conſecutus eſt. ¶ Solutio: hoc ideo dicitur, quia fine, quo faciebant, caruerunt: uolebant enim apud Deum reputari iuſti, quod eis non accidit.

T VT non audiant uſque ĩd hodiernum diem.
Quęſtio 268. Quod Iudęi huius temporis excæcati ſint, hoc plane habemus, & ſancti in multis locis id ipſum dicunt, perſecutionem Chriſti excęcationis cauſam conſtituentes, & magis quòd Iacobum iuſtum occiderunt. Sed non uidetur rationi conſẽtaneum, quòd ideo præſentes Iudæi puniantur, cum ſcelera multis diſpliceant, quæ patres eorum commiſerunt. ¶ Solutio: non immerito etiam moderni Iudæi excęcantur, quia ſi daretur facultas eis: quod patres eorum fecerunt Chriſto, idem & Chriſti membris facerent: etiam ſi fieri poſſet ipſi capiti.

V MInisterium meum honorificabo &c. Quęritur: quid ſit officium honorificare. ¶ Solu-
Quęſtio 269. tio: ille miniſterium ſuum honorificat, qui ſupra quàm ex officio ſuo debeat, impẽdit aliquid, ut Paulus, qui ex officio tantum Gentibus prædicare debebat, plus fecit, etiam Iudæis prædicando. ¶ Sed cum Paulus crederet aliquos ex Iudæis
obiectio ſua prædicatione conuerti poſſe ad fidem: & ſciret hoc pro Deo eſſe faciendum: ſi non faceret, peccaret: quapropter hoc facere debebat, quomodo ergo dicit ſe ſuum officium honorificare: cum & id debebat, quod ſuperadditur. ¶ Solutio: aliud eſt officij debitum: aliud occaſionis: ſupra debitum officij Paulus Iudæis prædicabat, & ſic miniſterium honorificabat: tamen debebat eis prædicare quantum ad debitum occaſionis: cũ ſciret pro Deo eſſe faciendum.

SI enim amiſſio eorum, reconciliatio eſt mundi &c. Quæritur: quomodo infidelitas Iudæo X Quęſtio. 270.
rum, & excęcatio fuerit cauſa ſalutis Gentium, nunquid Gentes non ſaluarentur, niſi Iudæi excęcarentur. Nunne Deus poſſet aliter Gentes ſaluare? ¶ Solutio: infidelitas eorum non erat cauſa efficiens, quare Gentes ſaluarentur, tamen ex eo quòd illi excæcati uerbum prædicationis repulerũt, Apoſtoli occaſionem acceperunt prædicandi Gentibus: & ſic ſecuta eſt ſalus Gentium Deo, ſuam diſpoſitionem implente per mala, de quibus elicit bonum effectum.

SI delibatio ſancta, & maſſa: & ſi radix ſancta, & rami &c. Quęritur de hac conſequentia, an Y Quęſtio. 271.
ſit uera: non ne antecedens poteſt eſſe uerum ſine conſequente, quomodo ergo conſequentia uera? ¶ Solutio: conſequens utriuſque hypotheticæ & ſi ſimpliciter proferatur, non tamen ſimpliciter eſt intelligendum, ſed cum tali determinatione naturaliter: & ſi enim rami ſint fracti, tamen naturaliter boni ſunt: & illi pauci, qui conuerſi ſunt ad fidem, ſi ita conſtantes fuerunt: patet quòd illi qui in fine conuertentur, erunt conſtantes.

SEd cum gens Iudæorum in ſcripturis dicatur ſæpe duriſſima, quomodo hic dicitur natura Z
liter ſancta, quaſi habens habilitatem ſanctitatis? Quæſtio. 272.
¶ Solutio: De ſanctitate, qua intelligitur in conſtantia fidei agit Apoſtolus: nõ de habilitate, quá haberent ad ſanctitatem. Quæri poteſt: quid eſt Quęſtio. 273.
delibatio? Reſpõdetur: guſtus particulæ alicuius rei ad experimentum totius maſſæ. Maſſa autem Delibatio.
eſt multitudo conuertendorum poſt mortem antichriſti. Iudęi naturales rami dicti ſunt: quia de Maſſa.
Patriarchis nati, in quibus origo fidei fuit: & de quibus Chriſtus natus eſt ſecundum carnem.
¶ Nota, quòd natura dicitur conſuetus curſus naturæ, contra quem Deus ſæpe operatur. Dicitur Natura.
etiam quandoque natura diuina diſpoſitio, contra quam nihil facit Deus: ſed omnia iuxta eam agit.

SIne enim pœnitentia. i. ſine mutatione ſunt dona, & uocatio Dei. Mutat quandoque Deus A
ſententiam, ſed non conſilium. Quid eſt mutare Quęſtio 274.
ſententiam? aliquid agere, quod non uidebatur acturus, uel non agere, quod uidebatur acturus.

DIcit expoſitor, quòd mali dum faciunt contra uoluntatem Dei, ab eis impletur uolun B Quæſtio 275.
tas Dei: ſed ſi ab eis impletur uoluntas Dei, non ne implent ipſi uoluntatem Dei? & ſi hoc eſt, quomodo contra uoluntatem Dei faciunt? ¶ Solutio: uoluntas dicitur duobus modis, præceptio Dei: & ipſius diſpoſitio. Dum ergo faciunt cõtra præceptum Dei: faciunt quod diſpoſuit Deus fieri: ſæpe enim bona per malos fiunt: ſemper autem ex malis, quę mali faciunt, Deus aliquid boni elicit.

QVi audit patrem, uenit ad filium. Nemo. n. uenit ad filium, niſi pater traxerit eũ. Quæ C
ritur ergo, quid ſit patrem trahere ad filiũ? Quęſtio 276.
¶ Solutio: ex diſpoſitione, quæ eſt ex patre ad filij cognitionem, uenire, ut ab eo ſaluetur: Pater tra- Ioan. 6.
hit ad filium, cum pater reuelat filium eſſe ęqualem ſibi.

Omnia

D Omnia concluſit Deus ſub peccato ut omniũ
Quæſtio 277. miſereatur. Quæritur, quomodo hoc ſit intelligendum: non ne concludi ſub peccato malũ eſt: quomodo Deus hoc facit, uel quomodo hoc cauſa eſt boni? ¶ Solutio: Deus concluſit omnia peccato. i. permiſit concludi, & hæc eſt occaſio boni, non cauſa efficiens.

E Quæritur: an hoc modo potius quam alio
Quæſtio 278. Deus ſit operatus ſalutem noſtram ſcilicet concludendo omnia ſub peccato? Solutio: ſi placuit Deo, ut uidentes ſe non poſſe iuſtificari humiliarentur, & gratiam quærerent, & ſic totum Deo aſcriberent.

O Altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ
Cauſa multiplex. Dei &c. Solet hic diſtingui triplex genus cauſarum. Aliæ ſunt formales, aliæ ſunt iudiciales, aliæ finales, aliæ ſecundum quas, aliæ per quas, aliç propter quas res fiunt. Per iudicia, cauſæ iudiciales: per cõſilia, cauſæ finales. Per quas formales. Vel per ſapientiam, & ſcientiam formales.

F De ſuperiore exclamatione ſolet quæri. Vide
Quæſtio 279. tur enim minus conſulte Apoſtolus exclamare de excæcatione Iudæorum, & introitu Gentium dicens. O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei, cum ipſe ſuper hoc ſciret reddere cauſam, unde dicit. Nolo uos ignorare myſteriũ &c. & poſtea ſubdit, concluſit Deus omnia ſub peccato ut omnium miſereatur. Quòd ſi ideo exclamat, quia ſub hoc perfecte humana intelligentia rationem reddere non ſufficit, ſimili ratione de aliis multis exclamandum erat. ¶ Solutio, potius de illo, quàm de alio exclamat, quia citius ibi in reddendis rationibus erratur, & peccatur ad mortem.

G Quoniam ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſũt
Quæſtio 280. omnia. Quæritur an peccata in quantum ſunt ſint a Deo? ſi enim omnia, ergo peccata, uel peccata non ſunt de numero omnium. ¶ Solutio, nonnulli dicunt, quòd peccata inquantum ſunt, habent eſſe a Deo. Sed Auguſtinus de natura boni dicit, tantum ea, quę ſunt naturaliter, debere intelligi, cum dicitur, omnia eſſe ex Deo, non peccata, quæ naturam corrumpunt, non ergo peccata ſunt ex Deo aliquo modo.

H Quæritur an oĩa, quæ habent eſſe ex Deo, de-
Quæſtio 281. beant dici eſſe de Deo. ¶ Solutio, ſola ea, quæ habent eſſe de ſubſtantia Dei, debent dici de Deo ut filius, & Spiritus ſanctus ſic ſunt ex Deo patre, quòd de ipſo, quia de eſſentia eius ſunt ei conſubſtantiales. Creaturæ uero ſunt ex Deo, non de ſubſtantia Dei, ſed de nihilo. ¶ Nota, quòd per tri-
I plicem præpoſitionem. ſ. ex, per, in, hic inſinuatur trinitas perſonarum. per idem pronomen identitas naturæ ſignificatur, quæ tota eſt in ſingulis perſonis: dicens enim, ex quo, intelligit Patrem, per quem, Filium, in quo, Spiritum ſanctum.

K Quæritur autem, quomodo per hoc, quod
Quæſtio 282. dicit, ex quo omnia, intelligit patrem: cum ſicut omnia ſunt ex Patre, ſic ex Filio, & Spiritu ſancto? ¶ Solutio, propter authoritatem principii, quia ſic omnia habent ex patre eſſe, quod ipſe non habet ex alio: Filius autem, & Spiritus ſanctus [illegible] unum principium omnium creaturarum, habent tamen principium, ſiue authorem ipſum patrem, a quo habent eſſe: & hoc ipſum quod ſunt principium omniũ, a patre habent, ſicut omnia alia, quæ poſſident. ¶ Dicit expoſitor, in Trinitate eſſe ſummam omnium originem, perfectiſſimam pulchritudinem, beatiſſimam delectationem, originem ad Patrẽ, pulchritudinem ad Filium, delectationem ad Spiritum L
ſanctum referens: & ſic hæc tria, origo, pulchritudo, & delectatio ſunt determinata, quia determinate ſingula ad ſingulas perſonas, ut iam dictum eſt, referuntur. Sed quia rurſus tota Trinitas omnium rerũ ſumma origo, perfectiſſima pulchritudo, beatiſſima delectatio eſt, eadem [illegible] dicuntur infinita. Et hoc eſt, ut arbitror, quod dicitur, quod prædicta tria & a ſe inuicem ſunt determinata, & in ſe ſunt infinita.

Item dicitur in Patre unitas, in Filio æqualitas, M
Q. 28[illegible] in Spiritu ſancto unitatis, & æqualitatis cõcordia: ſed cum eadem unitas, & æqualitas, & cõcordia ſit trium, quæritur, quare dicatur unitas in Patre, & æqualitas in Filio, & in Spiritu ſancto cõcordia? ¶ Solutio, ſalua ſecretorum reuerentia dicimus, quòd in Patre ideo dicitur unitas, quia ſicut unitas eſt principium numerorum, ſed ipſa non habet eſſe ab alio numero, ſic & Pater, cum ſit omnium cauſa, non habet cauſam. Æqualitas uero dicitur eſſe in Filio, quia in eo eſt prima diſtinctio, & diſcretio, & prima pluralitas, & ſecunda perſonalis unitas, quæ ut oſtendatur indifferẽs, & indiſpar ab ipſo patre, nomine æqualitatis non incõuenienter ſignatur, in quo declaratur q ſic Filius habet eſſe a ſolo Patre, quod nec Pater eſt, nec diuerſus ab eo in natura, ſed in omnibus æqualis, & conſubſtantialis illi. Spiritus ſanctus uero ſo unitatis & æqualitatis concordia uocatur, ut inſinuetur ſic Spiritus ſanctus eſſe ab utroq;, quòd utrique eſt æqualis, hoc dico [illegible] fide catholica, quorum uerborum occultam intelligentiam mallem ab alio audire, quàm aliquid de tenuitate mea per hus dicere.

Item legitur. Omnia unum propter Patrem, N
Q. [illegible] omnia æqualia propter Filium, omnia connexa propter Spiritum ſanctum. Quæritur ergo, quomodo hæc uerba ſint intelligenda. Non ne eadem unitate unum ſunt tres perſonæ, uel æqualitate æquales, uel concordia concordes? ¶ Solutio, omnia ſunt unum propter Patrem. i. tres perſonæ unum ſunt, naturalem unitatem eandem habentes, quæ ſolet referri ad Patrem, licet ſit communis tribus perſonis: ſimili modo intelligendu eſt de æqualitate, & concordia. Æquales enim sũt tres perſonæ propter ineffabilem, & naturalem æqualitatem, quam habent ſic connexi. ¶ In O
Trinitatis ueſtigium. creaturis prælucet ueſtigium Trinitatis, quia oſtendit ſe unitatem, & ſpeciem, & ordinem tenere, quia unumquodque & unum aliquid eſt, & aliqua ſpecie formatur, & aliquem ordinem tenet, unde dictum eſt omnia fecit in numero, & pondere, & Sap. 11.
menſura. Numerus enim ad unitatem, pondus ad ordinem, menſura ad ſpeciem pertinet. De quolibet

bet enim nerum eſt, quòd ex quo incipit eſſe, ſtatim cadit ſub numerū, quia uel unū eſt, uel plura. Pondus ad ordinem, ideo dicitur pertinere: quia ſingula ordinem tenent ſecundum naturam ponderis. Duo enim ſunt genera ponderum: unū, qđ tendit deorſum, ut natura plumbi: alterum, quod tendit ſurſum, ut oleum. Item ordo conſideratur ſecundum locum, & tempus: unde & angeli ſecundum affectiones, & † delectationes maiores uel minores, ordines ſuos ſortiuntur, ſpecies uero terum, quòd quidam modus eſt earum, & menſura.

† dilectiones.

P Quæſtio 285. Quæritur item: an Spiritus ſanctus a ſe procedat, uel mittatur ſicut a Patre, & filio. ¶Solutio: duplex eſt proceſſio, uel miſſio Spiritus ſancti: æterna, & temporalis: ſecundum æternam proceſſionem tâtum a patre, & filio, non a ſe procedit: temporaliter etiam a ſeipſo procedit, quia temporalis eius proceſſio Trinitatis eſt operatio. Eodem modo intelligendum eſt de temporali filij proceſſione, uel miſſione. Sicut enim ſemetipſum pro nobis ſanctificauit, & non tradidit: ſic & ſemetipſum miſit, idest ſuam miſſionem, uel incarnationem (quod idem eſt operatus eſt) Æterna autem proceſſio filij a patre, non miſſio, ſed generatio deber dici.

Q Quæſtio 286. Quæritur præterea: quo Spiritus ſanctus ſit amor, quo pater diligit filium, & filius patrem? Non ne idem eſt patri diligere, & eſſe, & eo quo habet eſſe, & diligere? Si ergo pater diligit Spiritu ſācto, quo non habet eſſe a Spiritu ſancto? ¶Solutio: non dicitur, quòd Pater diligat Spiritu ſancto, ſed quòd Spiritus ſanctus ſit amor, quo pater diligit filium: quia Spiritus ſanctus eſt natura diuina, & Pater diligit diuina natura: ſi autem hoc termino, amor, quo pater diligit filium, ſignificetur perſonale idioma, non eſt uerum, quòd Spiritus ſanctus ſit amor, quo pater diligit, ſicut Spiritus ſanctus non eſt pater.

R Quæſtio 287. Dicit Hilarius: ſicut impium eſt duos Deos prædicare patrem, & filium: ita Deum ſingularem prædicare, ſacrilegum eſt. Item dicit expoſitor: ſecundum ſubſtantiam ſingulariter uni, de Trinitate loquens, quod uidenur eſſe contrarium. ¶Solutio: ſingularitas aliquando excludit pluralitatem perſonarum, & ſecundum hoc ſacrilegum eſt patrem, & filium Deum ſingularem prædicare. Quandoque ſingularitas ponitur pro unitate, & ſic accipitur cum dicitur ſecundum ſubſtantiā ſingulariter uni.

S Quæſtio 288. Rom. 12. Non plus ſapere, quàm oportet ſapere &c. Quæritur: quis plus ſapit quàm oportet? Nemo enim tantam in hac uita habet cognitionem, quin maiorem habere poſſit, & quin etiam plus deſiderare debeat: quomodo ergo præcipit Apoſtolus, non plus ſapere quàm oportet ſapere, quaſi quis poſſit inueſtigando de Deo plus comprehendere quàm ſit neceſſe. ¶Solutio: inueſtigationem ueritatis non prohibet Apoſtolus, ſed ne quis per inueſtigationem nimiam incidat in dubitationē eorum, quæ firmiter, & indubitanter credi oportet. Vel ne quis ſibi, quod ſapit, ſuperbia præſumptione aſcribat, quod eſt ex ſcientia ſuperbire: hoc enim non eſt ſapere, ſed deſipere.

T Quæſtio 289. Qui miſeretur in hilaritate &c. Quæritur ergo an Deus aliquem puniat ſine miſericordia: hoc eſt, tantū puniat quos punit, quantum puniri meruerunt? Quod uidetur: quia Iacob. 2. iudicium ſine miſericordia ei, qui non faciat miſericordiam. Pſal. 24. Sed iterum eſt ſcriptum, Vniuerſæ Pſal. 77. uiæ Domini miſericordia, & ueritas. Vnde uidetur, quòd nec etiam malos puniat ſine miſericordia. Iuxta illud. Nec accendit omnem iram ſuam. i. non puniuit eos, quantum meruerunt: quia plus poſſet iuſte ſi uellet. ¶ Solutio: neminem punit Deus ſine miſericordia, quia nullum punit quantum promeruit, & tamen iudicium ſine miſericordia ei, qui non miſeretur: quia non amplius corrigitur ad hoc ut uitam æternam cōſequatur. Eſt itaque uerum, quòd ſicut bonis plus boni ex gratia conferte Deus in futuro quàm meruerunt: ſic malis minus mali quàm meruerunt, & in utroque iuſtus & miſericors eſt Deus.

V Quæſtio 290. Quæritur, cur potius, Iudicium ſine miſericordia &c. dicat de hoc, quā de alio: cū de quolibet criminali hoc dici poſſet? ¶Solutio: ideo de iſto dictum intellige, quia ſunt multi in hunc errorem lapſi: quod credunt ſibi ſufficere ad conſequendam uitam æternam, aliis non nocere, & a malo declinare, quàmuis ſua pauperibus non largiantur, uel opera miſericordiæ non exhibeant: quem errorem hic patenter reprimit Apoſtolus.

X Quæſtio 291. Gaudete cum gaudētibus &c. Quæritur: utrū gaudendum ſit de temporali proſperitate, ut de abundantia diuitiarum alicuius? ¶Solutio: cum dentur bonis & malis, & ſæpius malis quàm bonis, non uidetur eſſe gaudendum ſi dentur alicui: nec dolendum, ſi auferantur: Deus autem ſemper in donis ſuis laudandus eſt.

Y Quæſtio 292. Flete cum flentibus &c. Quæritur de fletu, quem præcepit Apoſtolus, an rationabilis eſt, cum de aduerſis, quæ bonis uel malis contingūt, potius gaudendum ſit quàm dolendum? Sunt. n. aduerſa uel ad maiorem coronā bonis, uel ad correctionem malis. Legitur etiam, quòd imprudenter flebant de morte martyrum: cum potius eſſet gaudendum quàm flendum: ſi rationem uis doloris admitteret. ¶Solutio: alius fletus eſt pietatis, alius compaſſionis: ille, qui pietatis eſt, quaſi naturæ eſt, & ſecundum quoſdam non meretur: ille uero, qui compaſſionis eſt, meretur. *Duplex fletus.* Compati enim debemus infirmitatibus fratrū, ut illos lucremur, quorum ſalutem deſiderare debemus, & operam dare ut ſaluentur.

Z Quæſtio 293. Nulli malum pro malo reddentes, & diligite inimicos. Quæritur: quomodo ſancti non reddant malum pro malo, cum ſcriptum ſit. Clamant ſancti, Vindica Domine ſanguinem noſtrū. Apo. 6. Et illud. Lætabitur iuſtus cum uiderit uindictam. Pſal. 57. ergo cū æque boni & mali uolunt ſe uindicari a Domino: in quo Diſcernuntur? ¶Solutio: boni nō lætantur de pœna ſicut mali, ſed de iudicio Dei.

A Quæſtio 294. Quæritur: utrum Chriſtus obſeruet qđ Apoſtolus omnibus ſupra præcepit, ut nullis malum

malum pro malo reddat. Volunt ſic probare, ꝙ Chriſtus non obſeruet. Malus meruit malum pro malo reddi ſibi: niſi ergo reddat illi malum Deus: non reddet ei, quod promeretur. Item aliquid reddit ei Deus pro malo: ergo bonum uel malũ: ſi non malum ergo bonum, & ſic malum meruit bonum. Item non ne Deus reddit pœnam pro culpa, & ſic malum pro malo? ¶ Solutio: nec bonus, iudex, nec Deus malum reddit pro malo: q̃a hoc eſſet, quòd mala intentione uindictam exerceret: unde diligenter cauendum eſt, ne hoc in prædictis omnibus inferatur.

B Quæſtio 295. QVæritur: an ex dictis iuſtitia, qua aliquis ſuſpenditur pro furto, & huiuſmodi ſit euãgelij? Quod uidetur, cum eccleſia tradat eũ principi, & omnis iuſtitia eccleſiæ eſſe debeat: q̃d ibi docetur, ecce duo gladij hic. Quòd ſi eccleſiæ eſt, ut uidetur, quomodo negari poteſt, quin iuſtitia euangelij grauior ſit iuſtitia legis: cum lege p̃ceptum ſit dentem pro dente, oculum pro oculo, hic autem caput hominis pro capra detur. ¶ Solutio: hæc nullo modo iuſtitia euangelij eſt, ut homo pro equo uel boue occidatur, nec in toto euãgelio hoc præceptum inuenitur, nec id facit, ſed tantum permittit eccleſia.

C Quæſtio 296. PRouidẽtes bona non tantum coram Deo, ſed etiam coram hominibus &c. Quæritur quid ſit prouidere bona coram Deo. ¶ Solutio: in cordis ſecreto .i. facere ea, quæ conſcientia dictat facienda eſſe pro Deo.

D Quæſtio 297. SEd cum Deus requirat a nobis, ut etiam bona coram hominibus prouideamus, quomodo diuidit inter hoc & illud. ¶ Solutio, ſenſus eſt, præcipit Apoſtolus, ut etiam bona faciamus, ita circunſpecte, ut infirmi non ſcandalizentur, ſed bonum exemplum proficiendi accipiant, & in hoc ipſo reprimit quorundam ſuperbam præſumptionem, qui non curant de ſcandalis infirmorum, cõſiderantes tantum quid liceat, non quid expediat.

E Quæſtio 298. SI eſurierit inimicus tuus, ciba illum &c. In lege ſcriptum eſt, diliges amicum, & odio habebis inimicum. Quod uidetur eſſe, illi præcepto contrarium. Diligite inimicos ueſtros, & huic. Si eſurierit inimicus, ciba illũ. ¶ Solutio, non eſt præceptum in lege habere inimicos odio, ſed permiſſio, & eſt ſecundum quoſdam conſilium, non præceptum diligere inimicos in euangelio, & ſic nulla

Pſal. 7. eſt contrarietas. Quod intelligens Dauid ait, Si reddidi retribuẽtibus mihi mala, decidam merito ab inimicis meis inanis.

F Quæſtio 299. Rom. 13 NOn eſt poteſtas niſi a Deo &c. De poteſtate bonorum conſtat, quòd ſit a Deo, de poteſtate malorũ quæritur, an ſit Deo. Si eſt a Deo, bona eſt, quia Deus author tantum bonorum ſed malorum poteſtas quomodo bona, cum per ea fiant mala, quæ etiã dicitur iniqua, & iniuſta ſæpe in ſcriptura. Contra, quòd malorum poteſtas ſit a Deo ſcriptura teſtatur quomodo ergo mala? Solutio, malorum poteſtas bona eſt, & a Deo, ſed tamen dicitur mala pro malitia abutentium ea, ſicut lex quidem bona, ſed tamen occaſio mali, & lux ſolis, & multa ſimilia.

G Quæſtio 300. Poteſtas quid ſit. QVæritur, quid uocet poteſtatem? ¶ Solutio: dicunt quidam, ꝙ Dei ordinationem, ex qua quidam alijs præeſſe habẽt. Alij dicũt, quòd ipſas perſonas in ſublimitate conſtitutas ut reges, & principes, quibus obediendum eſt in omnibus, quæ ad poteſtatem pertinent. Si autem aliquid præcipiunt, quod ſit contra Deum, non ſunt audiendi.

H Quæſtio 301. QVæritur, an poteſtas peccandi ſit a Deo? Quod ſic probatur. Poteſtas Pilati, qua potuit crucifigere Saluatorem erat a Deo, ſicut habetur in euangelio, ergo poteſtas peccandi eſt a Deo. Item

Ioan. 19 contra Deus ex eo quòd eſt omnipotens non põt peccare: ergo poſſe peccare non eſt poſſe, nec potentia peccandi eſt potentia, ſed impotentia. ¶ Solutio: potentia peccandi dicitur quædam uis faciendi aliquid, quod non poteſt fieri ſine peccato, uel quædam dignitas, ex qua licite aliquis poteſt facere id, quod non fit ſine peccato: ut poteſtas Pilati bona quidem fuit, ſcilicet ex Deo: ex qua habuit poteſtatem crucifigere Chriſtum: ſicut ex regia poteſtate poteſt aliquis exercere tyrannidem, & ſub ſpecie poteſtatis ordinatæ in ſubditos ſæuire: non tamen Chriſtum crucifigere, uel tyrannidem exercere potentia eſt, ſed potius impotentia, quæ ſæpe potentia peccandi uocatur, quæ ineſt ex defectu, uel termino boni: quæ etiam ĩ primo homine ante peccatum fuit.

I Quæſtio 302. QVi diligit proximum, legem impleuit &c. Quæritur: an dilectio proximi, & dilectio Dei ſint eadem. Si non ſunt eadem, quomodo dilectio proximi eſt plenitudo legis? quomodo tota lex reſtauratur in dilectione proximi? Quomodo tria præcepta primæ tabulæ ad Deum pertinentia implentur in dilectione proximi? Itẽ ſi eadem eſt hęc & illa, cur diuiſim aliud præceptum datum eſt de dilectione Dei, & aliud de dilectione proximi? ¶ Solutio: dilectio nomen eſt uirtutis, & ſic poteſt dici, quòd eadem eſt dilectio, qua diligimus Deum, & proximum, & eſt nomen motus mentis, & ſic alia eſt dilectio Dei, alia proximi, & maior eſt dilectio Dei, & minor dilectio proximi: cum dilectio Dei in dilectione proximi contineatur: qui .n. Deum diligit cõſequens eſt, ut ꝓximũ diligat, & e diuerſo: ideoq; alterũ ꝓ utroq; mandato ponitur. Eſt enim dilectio proximi motus mẽtis in proximum propter Deum: ergo quomodo poteſt eſſe dilectio proximi ſine dilectione Dei? Eſt enim dilectio proximi materia quædã in qua exercetur dilectio Dei, quę amplius latet, cuius effectus in dilectione proximi apparet. Dilectio Dei eſt motus mentis in Deum propter ipsũ.

K Quæſtio 303. SEd cum dilectio Dei ſit dignior, quàm dilectio proximi, quare Apoſtolus potius commemorauit dilectionem proximi, quàm dilectionem Dei: dicens ipſam eſſe legis impletionem? ¶ Solutio: quia dilectio proximi in uita quottidiana, & moribus magis apparet.

L Quæſtio 304. QVæritur, an dilectio proximi poſſit eſſe ſine dilectione Dei? Quod uidetur, quia aliquis poteſt diligere proximũ non propter Deũ, ſed propter aliquid aliud. ¶ Solutio: non eſt con

ceden-

cedendum, quòd aliquis diligat proximum, niſi diligat eum propter Deum, aliter enim diligere non eſt diligere, ſed potius odire: quia qui diligit iniquitatem, odit animam ſuam, & ſic nec alium diligit qui ſe odit.

M Quæſtio 305. QVæritur item, an debeamus diligere mutuo propter uitam æternam: quod ſi conceditor, quòd faciamus propter commodum noſtrum, & ſic ſumus mercenarij. Dicit enim Ambroſius, qui ſpe, & deſiderio cœleſtis patriç ſeruit, mercenarius eſt. ¶Solutio: propter uitam æternã diligendus eſt proximus, nec ideo aliquid præfertur Deo, quia ipſe eſt uita æterna: & in ipſo non eſt aliquid extra ipſum præter ipſum, ideoq; uerba prædicta Ambroſij a ſuo loco extendere non conuenit: quia contra uſum eccleſiæ ſonare uidentur: uidetur tamen hoc inſinuare, quòd ſi quis cogitans, uitam æternam aliquid ſeorſum præter Deũ eſſe, bona faceret, ſuum attendens commodum tantum: non quia Deus hoc uellet fieri, mercenarius dicendus eſſet.

N Quæſtio 306. QVæritur, an omnes æqualiter diligẽdi ſint? ¶Solutio: dicunt quidam, quòd ſecundũ affectum æqualiter omnes diligendi ſunt, ſed non ſecundum effectum, immo alij plus, alij minus, iuxta hoc, q̃d ſcriptum eſt. Ordinauit Can. 2. in me charitatem. Alijs uidetur, quòd etiam ſecundum affectum alij alijs præferendi ſunt: ut meliores minus bonis: & parentes alienis. Ordinatur itaque charitas ſecundum affectum & effectum: quod pluribus modis fieri poteſt, quia quandoq; debet eſſe impar affectus, quãdoque par affectus, & impar effectus, & econuerſo.

O Quæſtio 307. QVæritur, ubi ſit datum præceptum, uel doctrina qualiter homo ſe ipſum debeat diligere. ¶Solutio: quando homo docetur qualiter Deus ſit diligendus: in hoc ipſo docetur qualiter homo ſe ipſum debeat diligere. Quid eſt. n. ſe diligere, niſi bonum ſuum amare? ſed quod eſt bonum hominis niſi Deus? qui ergo diligit Deũ, in hoc ipſo diligit ſeipſum & inquantum diligit Deum, in tantum diligit ſeipſum.

P Quæſtio 308. QVæritur: an homo debeat tantum diligere proximum, quantum ſeipſum. Quia ſcriptum eſt: Diliges proximum tuum ſicut teipſum. ¶Solutio: ſicut, ſimilitudinem notat, nõ Matt. 22 quantitatem, ſecundum quoſdam: cum dicitur: Dilige proximum tuum ſicut teipſum .i. ad quod teipſum. i. ad hoc, ut habeat Deum, quátum potes operam da, ut illa faciat, per quæ ſaluetur. Quæ autem in ſuperioribus de charitate iã dicta ſunt, non oportet repetere. Non enim omnia ubique uel poſſunt, uel debent dici.

INfirmum autem fide &c. Quæritur, quomodo infirmum accipiat. ¶Solutio: non ſecundum conſtantiam, ſed ſecundum cognitionem fidei hic intelligit infirmum.

Q Quæſtio 309. QVi infirmus eſt, olus manducet. Vnuſquiſque autem in ſuo ſenſu abundet. Quæritur, quomodo Apoſtolus ſuadeat illum, qui cibos diſcernit ſibi eſſe derelinquendum, cum malum ſit cibos diſcernere, & hunc mundum, & hũc immundum putare, cum potius a tali errore eſſet retrahendum, hoc enim ei concedere uidetur, cũ hoc ſit eum in errore fouere. ¶Solutio: permittit minus malum fieri ut maius malum deuitetur: maius enim malum eſſet contra conſcientiam edere, quàm cibis quibuſdam abſtinere, cum ab eis abſtinendum eſſe putet: quiſquis enim contra conſcientiam facit, peccat.

S Quæſtio 311. QVæritur, utrum ille, qui ſic cibos diſcernit, peccet? Non ne uiuit ſecundum doctrinam Apoſtoli: ſi & hoc eſt, quomodo peccat. ¶Solutio: non hic docet Apoſtolus, quod tãquàm bonum ſit agendum, ſed quod minus malum ſit, oſtẽdit: minus enim malum eſt bono zelo errare, q̃ contra conſcientiam manifeſte peccare: quare ne maius peccatum incurrat, ferendus eſt potius, q̃ irritandus. Sunt autem quædam, quæ etiam in nouo teſtamento probibentur, ut ne quis ſanguine animalium ueſcatur, uel ſuffocatis utatur. A quibuſdam etiam abſtinemus, quia non eſt neceſſe eis uti: ut a carne equina, non quia æque bona eſſet ad ueſcendum ut bouina: ſed quia opus non eſt. A quibuſdam abſtinemus, quia noxia ſunt ut ſerpens, bufo, & huiuſmodi, quæ quidem ueneноſa ſunt, ideo neſcentes interimentia.

T Quæſtio 312. QVęritur, quomodo cibos diſcernebant. numquid aliquam immunditiam in his magis, quàm in illis conſtituebant, propter quam eis ueſci recuſarent? Si hoc eſt: culpam mediante creatura in Deum refundebant, & ſic peccabant ad mortem. Quod ſi ad mortem peccabant, qualiter iubet Apoſtolus eos in morte tolerari? ¶Solutio, errabant, & peccabant, ſed uenialiter, non ad mortem, non enim ideo a cibis quibuſdam abſtinebant, quòd crederent aliquam immunditiam illis ineſſe, ſed quia ſub lege poſiti abſtinere ab eis cõſueuerãt, graue erat illis cõſuetudinẽ deponere.

V Quæſtio 313. QVæritur, ad quos ſpectet quod hic dicit Apoſtolus? ¶Solutio, ad prælatos uidetur pertinere quod dicit, infirmum autem †ſuſcipite. Item quædam uidetur dicere in hoc capitulo, quę ad infirmos pertinere uidentur, ut illud, qui non manducat, manducantem nõ ſpernat, & qui manducat, non manducantem non iudicet: his enim uerbis infirmos inſtruere uidetur. † aſſumite.

X Quæſtio 314. SVo Domino ſtat, aut cadit. Videtur Apoſtolus cum id dicit, omne iudicium de bono nobis auferre, nam cum ex intentione, & ſola charitate homo ſit bonus, quæ hominis iudicio non ſubiacent, quõ poſſumus aliquem bonum iudicare? ¶Solutio, eccleſia de manifeſtis tantum iudicat, & non de occultis: non enim iudicat quòd charitas in aliquo ſit, quia tunc iudicaret eſſe, quod neſciret eſſe, ſed quòd ſigna charitatis, quę in eo ſint, oſtendunt in eo eſſe charitatem. Similiter cum iudicat, uel condemnat aliquem, non iudicat, quòd criminis, de quo accuſatur, reus ſit, ſed quòd ei ſigna in accuſatione eius cõcurrunt, propter quę in eum iuſtam dat ſententiam. Y Obiectio. Si obijciatur, quòd teſtes falſi ſint, quibus conuincitur, & accuſatio falſa, quia de crimine ſibi impoſito, non tenetur. Solutio. Dicimus, quòd accuſatio uera, & teſtes ueri ſunt,

& ſi

& ſi criminis illius reus non ſit:qoia oera dicitur accuſatio.i.irrepræhenſibilis,cum fiat ordine iudiciario. Similiter dicimus, quòd eccleſia damnat reum,licet crimen in eo noo ſit, ſuper quo accuſatur,quia reum ibi conuictum iudiciario ordine accipimus.

Z
Quæſtio 315. DVbia in meliorem partem uertenda ſunt, ut dicit expoſitor .Quæritur ergo , quomodo ambigua debemus in meliorem partem uertere; nam cum ęqoe ambigo de bono,an ipſum ſit bonum, ſicut de malo, an ſit malom , non minus indiſcrete agere oideor iudicãdo illud eſſe bonum, quàm iudicando eſſe malum : ſed cum neutrum ſit mihi definitum & certum , neutrum debeo definire:quomodo ergo intelligere debemus quod dicitur, ambigua in meliorem partem oertere? ¶Solutio,credere,iudicare, uel uertere , accipitur hic pro optare , hoc enim cooſulit Apoſtolos ut cum ambigua fieri uidemus , ea bona intentione, & non mala fieri optemus : nam qua intentione fiant , cum id a nobis ſciri non poſſit , non debemus indicare quod ſcire non poſſumus.

A
Quæſtio 316. ITem expoſitor dicit,qui malum putat malum, fallitur:ſed qui malum putat bonum , non fallitur:non ne malum,eſſe malum eſt uerum?& malum eſſe bonum,eſt falsũ?Quomodo ergo quĩ putat id quod uerum eſt,fallitur : & qui putat id qđ falſum eſt,non fallitur?¶Solutio , ſine præiudicio melioris ſententię dicimus,hoc eſſe ſic intelligendum : qui malum putat eſſe malum,fallitur,a curſu ſuo tardatur , quia eum contemnit , & ſpernit, uel ſaltem eum minus diligit.Qui autem malum putat bonum , non fallitur.i.in uia morum non offenditur , nec tardatur , qnia io eo quòd credit eum bonum,amplius eum diligit,& ſic qnodam-
B modo errando proficit . ¶Notandum , quòd ſunt quędam manifeſte bona, quędá manifeſte mala, de quibus iudicare licet , & ſi neſciamus quo ánimo fiant.Sunt autem & media,quæ bona,& mala eſſe poſſunt,de quibus iudicare periculoſum eſt, & a Domino prohibitum : & hęc in meliorem partem debemus uertere, ut dicit beatus Hieronymus:ſi uides ſacerdotem ſuper mulierem manom leuantem dic, quòd ad benedicendum hoc facit. Quæ authoritas iuxta ſuperiorem expoſitionem
C intelligenda eſt.¶De bonis tamen manifeſtis raro iudicare poſſumus, cum pene oulla iuſtus facere poſſit,quæ non faciat malus,ut miracula,ſigna,& huiuſmodi.Ieiunat,orat,& cætera huiuſmodi,q̃ ſigna ſunt boni. Vnuſquiſque in ſenſu ſuo abundet, id eſt, permittatur in conſcientia ſua,ſi non eſt ad mortem,ne grauius peccet ab ea reuocatus .

D
Quæſtio 317. OMnes ſtabimus ante tribunal Chriſti &c. Quæritur: quomodo Apoſtolus dicat: Stabimus omnes,cum alibi ſcriptum legatur. Sedebi
Matt.19 tis ſuper ſedes duodecim , iudicantes duodecim tribus Iſrael.Si ſancti in hora iudicij ſedebont, quomodo ſtabunt? uel ſi ſtabunt,quomodo ſedebunt? ¶Solutio: ſtare dicuntur pro reuerentia ſum-
E mi iudicis,ſedere dicũtur quaſi & ipſi iudicatori.

Quæſtio 318. NIhil commune niſi ei,qui exiſtimat qoid commune eſſe. Videtur Apoſtolus innuere quantitatem,& qualitatem reatus aſſignandam eſſe ſecundum quantitatem,& qualitatem conſcientię: ot ſi quis ueniale peccatum credat mortale , contra conſcientiam committens,ad mortem peccet: etiam ſtramen leuando de terra ſi leuauerit conſcientia dictante,id eſſe peccatum ad mortem: Et ſic uidetur hinc poſſe baberi omne peccatum, qđ contra conſcientiam eſt,eſſe ad mortem. Nã quicunque contra conſcientiam ſuam agit,etiam ueniale committendo, uidetur Deum contemnere: quia ſe præponit Deo.¶Solorio: in ueniali peccato,qood fit contra conſcientiam , alij peccant ad mortem,alij uenialiter : nam ſi quis contra conſcientiam committat ſic ueniale: quòd credat ſe æternaliter puniendum , ſi illud commiſerit , ad mortem peccat,& Deum contemnit. Si autem ex infirmitate aliqua dictante ſibi conſcientia,quòd pro eo non eſt damnandus:quàmuis cum illo exierit , oenialiter peccat : nec ſe Deo præponit, oec F
Deum contemnit. ¶Si quis obijciat, quòd contra Obiectio.
conſcientiam peccat,& ſic placet peccatum commiſſum,& ſic ad mortem peccat : quia ad mortẽ peccat teſtante authoritate,omnis,cui placet peccatum &c.¶Solutio:placere , pro in uſum ducere accipitur:& quicunque aliquod ueniale in uſum ducit,reus eſt mortis,ut dicit Auguſtinus.

BOnom eſt homini non manducare carnem, G
& non bibere,uinum &c. Hieronymus con Quæſtio
tra Iouinianum hoc argumento utitur : bonum 319.
eſt non bibere uinum , ergo malum eſt bibere : q̃ ſi malum eſt bibere uinum,peccat omnis , qoi bibit uinũ,& falſa uidetur Apoſtoli ſententia.Scio, & confido in Domino Ieſu , quia oihil eſt commune per ipſum . ¶Solutio : bibere uinum ſecundum Hieronymum dicitur malum per occaſionem,quia ex uini potatione facile oaſcitur luxuria:& eſt ſenſus argumẽtationis:ſi ex abſtinẽtia uini malum uitatur , ex potatione uini facile occaſio mali ſumitur.Dicit ergo Apoſtolus, bonum eſt homini non manducare &c.i.per abſtinentiã carnium,uel uini,uel cuiuſlibet alterius cibi uitare,ne proximus offendatur,bonum eſt . Item potuiſſet dixiſſe Apoſtolus de faba, & piſis , & ſimilibus. H

OMne,quod ex fide nõ eſt, peccatom eſt.Quę Quæſtio
ritor,quomodo fides hic accipiatur , an pro 320.
iudicio conſcientiæ,an pro fide catholica . Ideo conſiderandæ ſunt quęſtiones ſecundum utráq; ſentẽtiam.Omne igitur, quod fit contra fidem.i. iudicium conſcientiæ,peccatum eſt. Iudicium cõſcientię eſt,quo credimus aliquid faciendum propter Deum,cootra quod non eſt faciendum, ut ſi quis etiam credat hominem interficiendum ſi poſſit: & ſi non fecerit,peccat etiam ad mortem, ut dicunt quidam . Alijs autem uidetur oon eſſe ad mortem,oiſi ipſe,qui hoc credit propter Deũ faciendum eſſe. mortaliter ſe peccare putat, & non faciat.

QVæritur igitur , cum iſte hac iotentione I
hominem iuſtum occidat,cum hoc facere Quæſtio
debeat , an hoc agendo mereatur?Quiſquis 321.
enim pro Deo agit, qood pro Deo agendũ putat,

meretur:

meretur:ſed iſte ꝓ Deo agit,qđ ꝓ Deo agēdū credit,
ergo ex hoc meretur. Quòd aūt hoc agere debeat, i-
de cōſtat,qa ſi dimittit,moraliter peccat. ¶Solut.ali
q̃ ueriſimiliter dicūt,ꝙ hic ſe in arctū miſit,& ita ſi-
ue ꝓcedat,ſiue recedat,labitur:ut ſi qs ante ſe ignē
uideat,retro p̄cipitiū aquæ sētiat,ut ubiq; piculum
incurrat. Alijs aūt uidetur,ꝙ ibi duo ſūt,error, & ze
lus:qđ aūt erroris eſt, malū eſt:qđ uero zeli,bonū ē,
& meritū hēt. Eſt.n.uolūtas bona:id uero, in quo e-
xercetur,malū: in hoc itaq; peccat, in illo meretur.

K OMnis uita infidelium pctm̄, ut dicit expoſitor.
Quæſtio Sed nō ne ēt infideles agūt q̃dā bona ut agros
322. ſeminare,domos ædificare,parentes paſcere:quæ et
ſi non ſunt digna uita æterna, tamē laudabilia ſunt,
& nullo modo peccata: quomodo ergo omnis uita
infidelium peccatum? ¶Solutio; infideles uocat cō-
tra fidem agentes,non fidem non habentes.

L NVnc aūt aliā partē q̄onis proſequamur ſcđm
Quæſtio ꝙ fides pro fide catholica accipitur. Dicēs ita
323 q; Apoſtolus. Oē,qđ ex fide nō eſt,peccatū eſt:uide-
tur ſentire,ꝙ nullus nō habēs fidē aliquid faciat,qđ
Actu.10 ſibi proſit:qđ uidetur nō eſſe uerū,cū Cornelius nō
dū habens fidē orans exauditus ſit,& alibi ſcriptum
ſit. Qui fideliter rē Babylonis adminiſtrāt, merebū-
tur q̄ñq; a Babylone liberari. ¶Solutio: Apoſtolus id
intendit dicere,ꝙ nulli fidē nō habenti ꝓſit aliquid
ad uitā æternā conſequendā,niſi ad fidem accedat:
immo ſecundum quoſdam omnia tali ēt bona ob-
ſunt:quia malis admixta bona nocere ſolent,& tan
to magis offendit quis,quanto magis abutitur uirtu
tibus. Vnde Auguſtinus. Meliora minima bona ſūt,
quàm maxima:cum admiſcentur malis.

M QVęritur hic:cū oē,qđ ex fide nō eſt, peccatum
Quæſtio ſit:an Iudæus peccet Chriſtū eſſe Deū dicen-
324 do,cū coactus hoc dicat:hoc.n.dicendo uide
tur mentiri,cū cōtra cōſcientiā loquatur: unde ad
mortem peccare uſ id dicendo. ¶Solutio: non bene
ſonare uſ auribus fideliū, ꝙ Iudæus dicēdo Chriſtū
eſſe Deū ad mortem peccet: nec nos hoc dicimus,li
cet id quidā aſſerere uideantur: quia mentiri eſt fa-
ri qđ conſcientiæ iudiciū dictare dēt nō eſſe dicen-
dū. Vel mentiri eſt ꝓprie dicere falſum cū intentio
ne fallendi: unde ubi nō eſt falſum, nec mendaciū:
N pōt tñ aliquis eſſe reus mendacij ēt uerum dicendo.
¶ Nulla uirtus uera eſt,niſi quę formatur agnitione
æternæ ueritatis:nec etiam in optimis moribus, ut
in philoſophis apparet,qui optimis moribus uigue
runt,& tamen falſa uirtute nituerunt, quia æternę
ueritatis caruerunt cognitione.

O ETenim Chriſtus nō ſibi placuit. Quæritur:quo
modo hoc ſit intelligendum? Non ne una eſt
Quæſtio uoluntas patris,& ipſius filij: quomodo ergo po-
325. tuit placere patri,& non ſibi? Quòd autem patri in
Rom.15 omnibus placuit,nemo eſt qui ambigat. ¶Solutio:
non ſibi placuit ſecundum carnis infirmitatē: cuius
afflictionem non reſpuit. Iuxta quod alibi dicit. Nō
Ioan.6. ueni facere uoluntatem meam,id eſt, non uenit im
plere affectum illum, quem habuit ex natura car-
nis: ſed illum ſubijciebat imperio rationis, quæ ra-
P tio in omnibus diuinæ uoluntati obediebat.

Quęſtio GEntes aūt ſuper mia &c. Deus quodammodo
326. ſe promiſſione Iudæis alligauit:ad Gentes ue
ro ſola miſericordia trāſiuit:utrūq; tñ ex gratia fe
cit,& ꝙ ſe illis promiſit, & quòd ad iſtos tranſiuit.
Dr̃ tñ propter promiſſa Iudæis ueritas:Gētibus ue-
ro miſericordia:quia ſola gratia, & non promiſſio
ne Dei facta ad illas uenit,& eas aſſumpſit.

SEd nō ne promiſſio facta eſt Gētibus,cū Dñs di- Q
cat in Oſee. Vocabo plebē meā non plebē meā. Quæſtio
Itē Eſaias. Lætamini Gentes cum plebe eius. Itē. Le- 327.
tare ſterilis,quę non paris &c. ¶Solutio; promiſſio Oſee. 2.
nō eſt facta Gētibus,ita ꝙ ad illas ſit directa promiſ Rom.15
ſio: non.n. aliqua ſcripta eis data ſunt de ipſa pro- Gala.4.
miſſione. Vel non eſt eis facta promiſſio, ꝙ Chriſt⁹
ad eas ueniret,& in propria perſona prædicaret:ſo
lum enim ad Iudæos uenit,& eis prædicauit. Vnde
Apoſtolus dicit eum miniſtrū fuiſſe circūciſionis.

ERit radix Ieſſe, & qui exurget regere Gētes &c. R
Quæritur:quare radix Ieſſe dicatur? ¶Solutio; Quęſtio
quia Dauid ab eo proceſſit,qui rex cōſtitutus eſt, & 328.
poteſtate ſua multos protexit, ſicut arbor radici-
bus ſuis,uel ramis,& frondibus protegere ſolet.

QVæritur ēt;qualis iſta prophetia fuit,cū Eſaias
poſt mortē Ieſſe eſſe inceperit? Nūquid.n. ꝓ Quæſtio
phetia futuro pro præterito utitur, ſicut ecōuerſo 329.
ſępe? ¶Solutio; hæc prophetia eſt de futuro,& eſt sē
ſus. Erit radix Ieſſe &c. id eſt, Ieſſe dicetur radix, &
ex ea radice erit,qui exurget,ſcilicet Chriſtus.

PRoficiſcar per uos in Hiſpaniā &c. Quæritur: T
an mētiebatur Apoſtolus,cū diceret per Romā Quæſtio
ſe iturū in Hiſpaniā,cū cōſtet,ꝙ tūc cū hoc diceret, 330.
illud nō fecerit? Neq;.n. tūc Romā uenit. ¶In Hiſpa
niā forſitā (ut putat Hieronymus) nauibus trāsue-
ctus eſt: unde dicitur,mare deprædabitur: qđ pro
ſolo Paulo dictū fuiſſe Hieronymus cōmemorat:
nā Hiſpanos mari circūdatos diabolo deprędatus ē, V
ad Chriſtū cōuertēdo. ¶Solutio; mētiri eſt (ut dicit
Gregorius) falſum dicere ītētione fallendi; qđ quia
Paulus nō fecit,nec eū mētitū fuiſſe dicimus. Hoc.n.
dixit, q̄a ſe ꝓficiſci poſſe ſperabat:uerba tñ q̃ dice-
bat,falſū ſignificabāt: nō tñ ſm ītētionē mētitus ē:
ſic.n. facere diſpoſuerat: q̄a ita in re fore credebat.

SEcundū reuelationem myſterij tpibus æternis X
taciti &c. Quæritur q̄uo uocet tpa ęterna dicēs, Rom.16
tēporibus ęternis? ¶Solutio: tēpora æterna uocat oē Quæſtio
id,qđ præceſſit creationē mūdi a creatione angelo 331.
rū,ut uolūt quidā. In quibus tēporibus erat ſucceſ-
ſio,non tñ deceſſio. Idō miro modo erat quædā im-
mutabilitas ibi,& ſic quædam æternitas: & quædā
mutabilitas,& ſic quędā tpalitas. Oēs tñ fere dicūt
angelos nō creatos ante mūdi creationē. Idō forſitā
tempora æterna uocat ac diceret: quod myſterium
fuit tacitum,& abſconditum ab origine mundi.

SOli ſapienti Deo &c. Quæritur: an per hoc no-
men Deus hic intelligatur? Trinitas, an perſo- Y
na Patris. ¶Solutio; Auguſtinus dicit, ꝙ hoc no- Quæſtio
men Trinitatis eſt:ſecundum quoſdam nomen eſt 332.
patris: ſed ſecūdum hoc uidetur, quòd ſolus pater
ſit ſapiens, quod eſt contra fidem. Itaque ſciendū;
quòd ſolus quandoque excluſiuum eſt perſonæ,
quandoque naturæ tantum.

CVm autem dicitur, Deus Trinitas, ſapientia ſa- Z
piēs. Quæritur: qua ſapiētia, an ingenita, quæ Quæſtio
eſt pater: an genita,quæ eſt filius:an ſapientia a pa- 333.

tre,& filio procedente,quæ eſt Spiritus ſanctus: an ſapientia, quæ nec ingenita,nec genita, nec procedens. ¶Solutio;hoc nomen Trinitas tantum ſignificat,quantum tres perſonę,uel pater,filius, & Spiritus ſanctus:& pater quidem ſapiens eſt ſapientia ingenita: filius ſapientia genita: Spiritus ſanctus ſapientia procedens a patre,& filio.Et ſapientia ingenita, & ſapientia genita, & procedens,non tres ſapientiæ,ſed una naturaliter ſapientia.

---

## INCIPIVNT EIVSDEM *quæſtiones ſuper Epiſtolam primam ad Corinthios.*

A

1.Cor.1 Quæſt.1 quare epiſtola ad Romanos his præmiſſa.

PAulus uocatus Apoſtolus. &c.Hæc Epiſtola,quæ deſtinatur Corinthijs non ſicut in corpore epiſtolarum ſecũdo loco diſponitur,ſic ſecundo loco ab Apoſtolo ſcripta eſt.Vtraq; enim epiſtola Corinthijs miſſa ante ſcripta eſt, q̃ illa, quę eſt ad Romanos.Quod inde patet,quia in epiſtola ad Romanos dicit, ſe Romã profecturũ poſtquã collectam ab Achaicis factam pauperibus, qui ſunt Hieroſolymis, aſſignauerit. De qua collecta facienda in iſtis mentionem facit. Sed hoc non eſt factum ſine rationali cauſa, quòd illa ad Romanos in corpore epiſtolarum alijs præ-

B

Corinthiorum errata:

ponitur,ſed propter dignitatem Romanorum. Vel potius quia in illa primum uitium tollitur, & deſtruitur,quod eſt ſuperbia. Corinthii uero ab Apoſtolo ad fidem conuerſi: ſed poſtea multiſariam a pſeudo apoſtolis ſuberſi,& ſeducti,errabant in uirtutibus ſacramentorum, & maxime in uirtute baptiſmatis:putantes ipſum a malo collatum,nullam habere uirtutem:maiorem a meliori, minorem a minus bono.Minus etiam de Apoſtolo ſentiebat, & contemptui habebant:qui in uerbis humanæ ſapientiæ ad eos non uenerat,ſed in ſimplicitate fidei propter paruulorũ informationem. De reſurrectione etiam non bene ſentiebant:dicentes eam iam factam eſſe: aliqui etiam inter eos omnino negabãt. Quidã etiam legẽ cũ euãgelio quaſi ad ſalutẽ neceſſariam tenere uolebant.In coniugio ẽt peccabãt:ſicut in multis alijs,& ſchiſmata faciebãt: in quibus eos Apoſtolus corrigere intendit. Poſtquã.n.in nobis ſuperbia ſucciſa eſt, reſtat ut ẽt alia ultra ſuccidamus. ¶ Ex his itaque apparet quæ ſit huius epiſtolæ materia,quæ intentio,quis modus,& ordo agendi.

C

Eſt aũt ſpecialis huius epiſtolæ materia, ſtatus Corinthiorũ,in quo tũc erãt, cũ eis ſcripſit Apoſtolus ab Epheſo .Intentio uero eſt, eos a cõtẽtionibus ad unitatem fidei reuocare. Modus uero talis,quia inſtruit,corripit,cõfirmat,laudat ſm perſonarũ qualitates. Ordo talis:ſalutationem more ſcribentium epiſtolas præmittit: ne in exordio eos increpaſſe uideatur.Deinde de bonis præponit, ut eis alii cõformentur, & ſic ad contentionẽ arguẽdam uenit. Inchoat itaque a ſalutatione dicens.Paulus, nomine humilitatis utens contra ſuperbiam: Apoſtolus nomen eſt dignitatis,& officij.

PEr uoluntatem Dei &c.Quæritur:quid hic uocet uoluntatẽ Dei? Dicitur.n. aliquando uoluntas Dei ipſius conſilium, aliquãdo præceptũ,aliquãdo D
diſpoſitio, aliquãdo approbatio, aliqñ permiſſio. Quæſt.2
¶Solutio: uoluntatẽ Dei uocat ipſius beneplacitũ.

GRatia uobis, & pax a Deo. Quęritur: quid ſit gratia Dei? ¶Solutio: gr̃a Dei dr̃ Deus gratis
data,& gratia.i.inſpiratio diuina, ſ. operatio Dei, E
ex qua mouetur animus ad diligendum Deum, & Quæſt.3
proximum.

EXpectantibus reuelationẽ &c. Quæritur; utrũ oĩ iuſto reueletur ſtatim poſt mortẽ eius de eius F
ſalute. Vr̃. n.q nõ nã cũ iſta reuelatio ſit plena co- Quæſt.4
gnitio,quæ eſt æterna beatitudo: ut ſi hoc concedatur,q nullus ſit in pęnis purgatorijs: ſimul.n.in pęna,& gloria quis eſſe põt. ¶Solutio;perfecti ſtatim ad cognitionẽ ſũmi boni trãſeunt, in quo ẽ æterna beatitudo. Minus aũt perfecti anteq̃ ad æternã beatitudinem perueniant per pœnas purgatorias tranſeũt,certi tñ de ſua tãdẽ requie.Quòd aũt pęnæ pur- G
gatoriæ ſint,manifeſtat Auguſtinus dicens. Mitiſſima pœna purgatoria grauior eſt qualibet pœna temporali, quæ apud nos eſt: non poſſunt itaque ſimul eſſe pœna,& gloria in ignẽ tali.

QVæritur quõ ſit intelligendũ, quod legitur: H
Tremebũt angeli in die iudicij:ſi.n.tũc tre- Quæſt.5
mor erit in eis,quõ beati? ¶Solutio;tremor iſte notat uenerationẽ ſuperioris potentiæ,nõ q pęna timoris poſſit ibi eſſe, ubi æterna beatitudo.
¶Notãdũ,q nõ omne pc̃m mortale dr̃ crimen, ſed I
illud ſolũ,qđ eſt dignũ accuſatione, & dãnatione.

IN diẽ aduẽtus Dñi &c, Quæritur: an Dñs ſit uen- K
turus in die ad iudiciũ:qa ſæpe tp̃s aduent⁹ eius Quæſt.6
dies uocatur. ¶Solutio; tp̃s aduentus Dñi,dies nũcupatur,nõ pro aeris illuminatione, ſed pro occultorũ reuelatione:oĩa.n.quæ mõ latent,tunc patebunt. Neſcitur uero,an die,an nocte uenturus ſit. Nõ. n. tm̃ noĩe diei ut ſupra, ſed ẽt nomine noctis deſigna-
tur tempus iudicij,ut in Euangelio ſcriptũ eſt.Me- Matt.25
dia nocte clamor factus eſt,ecce ſponſus uenit: ſed nox dr̃ pp nimiam ſui occultationem: dies iudicij dr̃ propter diſcretionem bonorum, & malorum.

HOc autem dico,q unuſquiſq; ueſtrũ dicit,ego L
ſũ Pauli &c.Quæritur:an uerũ dicat Apoſto- Quæſt.7
lus dicens,hoc aũt &c.Cũ nullus eorũ hoc diceret. Nõ.n.ĩ ueris Apoſtolis gloriabãtur, ſed in pſeudo. Vñ in ſequenti dicturus eſt.Hæc aũt fratres trãſfiguraui in me,& in Apollo. ¶Solutio;uerum dicit Apoſtolus,& ẽ ſenſus uerborũ:hoc aũt dico, qđ unuſquiſque &c.i.hoc,qđ dico,ſimile eſt illi,qđ unuſquiſq; ueſtrũ dicit.Noluit aũt illos,ĩ qbus gloriabãtur ,ꝓprijs deſignare uocabulis:ne uideretur illis inuidere:& ut in maioribus oſtendat,in minoribus, non eſſe gloriandũ.

DIcit Auguſtinus, quòd poteſtatem baptizandi
Chriſtus ſibi retinuit, quam, ſi uellet, ſeruis M
ſuis dare potuit. Quæritur igitur: quæ ſit illa pote- Quæſt.8
ſtas,quã Chriſtus ſibi retinuit,& ſeruis potuit dare, & tñ nõ dedit? An ſit poteſtas exterius corpora tingendi:ſed hãc dedit Apoſtolis,quibus miniſterium

bapti-

baptizandi contulit: ſi autem ptãtem baptizãdi nocat interius aĩas abluẽdi: ptãtem hanc ſolus Deus habere poteſt: cuius ſolius eſt ſe aĩabus infundere, & maculas peccatorũ abſtergere: quõ ergo hanc ſeruis ſuis dare potuit? ¶Solutio; in reſponſione huius qõnis multi laborant, neſcientes quid nomine poteſtatis Auguſtinus ſignificauerit. Nos autem dicimus, quòd poteſtatem uocat dignitatem: qua inuocatione nominis Chriſti, uel totius Trinitatis datur baptiſmus: quam dignitatẽ potuit dare ſeruis ſuis præcipuis, ut eorum nomine deſignaretur baptiſmus, & diceretur baptiſmus Pauli, baptiſmus Petri, & tãtã uim hẽet baptiſmus noĩb⁹ eorũ deſignatus, quãtã habet nomine ipſius Chriſti deſignatus: hanc tamẽ eis dare noluit, ne quis ſpẽ poneret in homine.

N Quæſt. 9 AVt in noĩe Pauli baptizati eſtis &c. Quid in noĩe Pauli ſit baptizari, ſolet quæri. ¶Solutio; in noĩe Pauli non ſunt baptizati fideles: quia illi, q̃ baptizantur, non iubentur credere in Paulũ, ſed in Chriſtum: nec nomen Pauli inuocatur ſuper eos, uel ſuper elementum, ut fiat ſacramentum, ſed nomen Chriſti, qui ſolus baptizat in ſpiritu.

O Quæſtio 10. NE in ſapientia uerbi euacuaretur crux Chriſti. Quæritur: quõ per ſapientiã uerbi euacuaretur crux Chriſti? ¶Solutio: ſapientia mundi, quæ dr̃ ſapiẽtia uerbi, quia nulla uirtute, ſed ſola uerborũ cõpoſitione commendatur, opinatur naturale ingeniũ ad cognoſcẽdum, & liberum arbitrium ſufficere ad recte uiuendum: quod ſi eſſet, crux Chriſti euacuaretur, id eſt Chriſtus gratis mortuus eſſet.

P Quæſtio 11. PErdam ſapientiã &c. Non ne omnis ſapientia a Deo? quõ ergo dicitur, Perdam ſapientiã ſapiẽtum? Nunquid Deus id, qđ ab ipſo eſt, perdit? ¶Solutio; ſapiẽtia ipſorũ in ipſis non eſt ſapientia Dei: qm̃ eam ſibi aſcribunt, & ea abutuntur: unde dum ſumma comprehendere putant, euaneſcunt in cogitationibus ſuis, & ſic ex eorũ ſapientia dãnationem ſibi incurrũt. Falſa itaq; opinio eorũ, qua credebãt Deũ non poſſe aliquid facere cõtra ſolitum curſum naturæ, & qua opinati ſunt liberum arbitrium ſufficere ad ſalutẽ, ſapiẽtia ſapiẽtiũ uocatur a propheta, quã Deus deſtruit, faciendo contra eã, ſm̃ rõnes ſuperiores, operando ſalutem noſtrã in medio terræ.

Q Quæſtio 12. Rom. 1. MVnd⁹ p ſapiẽtiã nõ cognouit Deũ. Quæritur: quõ hoc ſit uerũ, qđ hic dicit: cum alibi ſcriptũ ſit de ſapiẽtibus mundi. Cũ cognouiſſent Deũ, nõ ſicut Deũ glorificauerũt: quõ utrũq; eſt uerum: mũdus non cognouit: & cũ cognouiſſent Deũ &c. ¶Solutio, illud, cum cognouiſſent Deũ &c. intelligitur de poſſibilitate cognoſcendi. Hoc autem, mundus non cognouit Deum, de actu cognitionis accipitur. Vel potius illud, cũ cognouiſſent Deũ, de paucis ſapientibus, & excellẽtioribus intelligitur. Hoc aũt, mũdus non cognouit, de oĩbus, uel maiori parte exponitur. Vnde hic dicit, mundus: quo nomine uniuerſitas, uel maior pars intelligi ſolet. Vel mundus. i. ſapientes mundi & ſi Deum cognouiſſent ſm̃ opera cõditionis: non tñ ſecundum opera reſtaurationis: in potentia, nõ in pietate: in maieſtate, nõ in humilitate.

R ¶Notandum eſſe theophanias in creaturis. i. diuinas apparitiones, ut ĩ mundo, cuius magnitudo ſummã Dei potentiã demõſtrat: plenitudo uero uel pulchritudo mundi, Dei ſapiẽtiã demõſtrat: utilitas autem mundi, benignitatem Dei inſinuat. In potentia Pater, in ſapientia Filius, in benignitate Spiritus ſanctus intelligitur.

QVi gloriatur, in Dño glorietur &c. Quæritur: qđ ſit in ſe, uel ex ſe gloriari. ¶Solutio: in ſe, uel ex ſe gloriatur, qui eſſe putat ex ſe, qđ ex Deo eſt, & iõ laudẽ ſibi attribuit: qui quãtũ ĩ ſe eſt, Deo aufert qđ ſuum eſt: ſolus. n. Deus author bonorũ eſt. Vnde cõſequẽs eſt, ꝙ quicunq; dicit aliquid boni eſſe ex ſe: quodãmodo ſe facit Deũ. In ſe et gloriatur, qui licet ſciat eſſe a Deo qđ hẽt: tñ finem illius, quẽ deberet ad Deum referre, ad ſe retorquet. S Quæſtio 13.

QVæritur etiam: quid ſit Dño gloriari? ¶Solutio: in Domino gloriatur, qui ſola gratia Dei ſe dignum gloria arbitratur. T Quæſtio 14.

ET ego nõ ueni ad uos in ſublimitate ſermonis, aut ſapientiæ &c. Quæritur: quõ Apoſtolus dicat, ſe nõ ueniſſe ad Corinthios in ſapiẽtia, ſed prædicaſſe eis Chriſtũ, & hunc crucifixũ: tãquã minus difficile ſit ad ĩtelligendum ꝙ Deus in carne aſſumpta mortuus ſit, q̃ Deũ eſſe in eſſentia unum, & trinum in perſonis? ¶Solutio: in Chriſto duæ ſunt naturæ, humana, & diuina: quæ uero ſunt ſm̃ naturã humanã, magis nobis affinia ſunt quã illa, quæ ſm̃ naturã diuinã ſunt: quare a nobis facilius creduntur, & intelliguntur. Ea uero, quæ ſm̃ diuina naturã, ut de tribus pſonis, & eadem eſſentia, & hmõi: remotiora ſunt, & ideo ad intelligendum difficiliora. Vnde bene dixit ſe non ueniſſe ad eos in ſapientia cum de morte Chriſti eis diſſereret: quia illa minora, & non illa ſublimiora prædicauit. V 1. Cor. 2. Quæſtio 15.

NOn ne ad hoc, ut aliquis ſit perfectus, exigitur, ut Deum unum & trinum credat? & ſic uidetur Apoſtolus imperfectã doctrinã illis tradidiſſe: non prædicãs illa ſublimiora, & ſic decepiſſe. ¶Solutio: fides duobus modis dr̃, uel qñ ſimpliciter ꝓponitur quid credendum ſit: uel qñ diſcretio eorum, quæ creduntur, diſtincte oſtenditur, quid credendum ſit, & qualiter, & quare. Sic autem Apoſtolus gñaliter ſine diſcretione ſingulorum articulorum, ꝓpoſuit eis quid credere deberent. Sic. n. oportet ĩ primis credentes initiare: poſtea ꝓficientes pficere. X Quæſtio 16.

SApientiã loquimur inter perfectos. Quæritur: quos uocet pfectos hic Apoſtolus? Sunt. n. alij pfecti in fide, & cognitione: alij perfecti in cognitione, & minus in fide: alij perfecti in fide, & minus in cognitione. In fide, & cognitione perfecti ſunt, ut Apoſtoli. In cognitione perfecti, & minus in fide, ut quidã clerici, qui minus conſtantes ſunt in fide, quã ruſtici: In fide, & nõ cognitione, ut cõplures ruſtici, q parũ de cognitione attigerũt, & tñ perfectẽ credũt. ¶Solutio: uĩ nobis, ꝙ ſapientiã loquebatur Apoſtolus inter perfectos cognitione, quia illi, qui ſola fide ſunt perfecti, uidentur incapaces aliorum: tñ merito fidei talibus ſæpe multa reuelãtur: & iõ ſecundum quoſdam perfectis fide loquitur. Y Quæſtio 17.

NEq; principum hui⁹ ſeculi † q̃ deſtruitur. Quæritur: quõ ſapiẽtia philoſophorũ deſtruatur, cũ ipſa uideatur eſſe cõprehenſio ueritatis. ¶Solut. deſtruitur, cum falſa uel nulla eſſe demonſtratur: putabant enim, ut iam dictum eſt, quòd Deus nil Z Quæſtio 18. † qui deſtruũtur

contra naturam facere poſſet. Itaque inter magna, & multa, quæ uere comprehenderunt, multa falſa aſſerebant, & illam ueritatem, quam ex Deo habuerunt, non Deo, ſed ſibi attribuerũt, unde ſapientia eorum uerſa eſt in tenebras.

A Quæſtio 19. QVam nemo principum huius ſeculi: Quæritur primo, quos uocet principes ſecuñ: ¶Solutio, uel ſapientes mundi, uel dæmones, uel etiam legiſperitos.

B Quæſtio 20. Matt. 8. Mar. 1. QVæritur ergo ſecundo, quomodo uerum ſit, quòd nullus dæmonũ eũ cognouerit, cum ſcriptum ſit de illis, qui dicebant, Ieſu fili Dauid, quid ueniſti ante tempus torquere nos? Et iterum. Et erãt multa dæmonia exeuntia, & clamantia, quoniam hic eſt filius Dei, & non ſinebat ea loqui: quoniam ſciebant eum filium eſſe Dei. ¶Solutio: dicunt dæmones ſciuiſſe propter ſuam ex illuſionem, quia potius exiſtimabant Deum eſſe Chriſtum, quã uera citer ſcirent: ſic enim Deus diabolum ſemper dubium reliquit, ut ſemper poſt humilia aliqua alta faceret, & poſt ſublimia ad humilia rediret: unde poſt illud inſigne miraculum de Lazaro, cum diabolus prorſus putaret Deum eſſe, permiſit ſe capi, ligari, flagellari: unde iterum diabolus putum hominem eum eſſe arbitrabatur: ſed ipſo iam ducto ad Pilatum, & ipſis Iudæis in malo confirmatis aliquo modo ei reuelatum eſt, quòd per eum ius ſuum perderet, & perſuadere uoluit Pilato per uxorem, ut eum dimitteret.

C Quæſtio 21. Mar. 12. Mat. 27. ITem quæritur tertio de Iudæis, quõ uerum ſit, quòd eũ nõ cognouerũt. cum de eis ſcriptũ ſit in parabola euangelica. Ecce hæres. Venite occidamus eum. Et alibi. Quia per inuidiam tradiderunt eum: ſed ſi cognouerunt, & tamen occiderunt: incredibilis crudelitas in eis fuit. Item ſi ſciebant eum eſſe Deũ, ſciebant eum immortalem, & ſic non poſſe mori: quõ ergo eius mortem quærebant, ſi ipſum non poſſe mori ſciebãt? ¶Solutio: dicunt quidã, Iudæos cognouiſſe Chriſtum, quod negare nõ potuerunt. Vel in ueritate aliqui eorum cognouerunt ipſum eſſe illum: qui in lege, & prophetis promiſſus erat. Non autem ipſum eſſe Deum credebant, quòd tamen eum, quem ſciebant eſſe iuſtum, occiderunt, inuidia erat. Cuius eſt talis natura ut contra ſua bona quærat aliena incommoda: diuini ergo conſilij diſpenſationem penitus ignorauerunt.

D Quæſtio 22. VT ſciamus quæ donata ſunt nobis. Quæritur: quid ſit ſcire ea, quæ data ſunt nobis? ¶Solutio: ſcire a quo ſũt data, & nõ eſſe ingratũ datori: illæ. n. dñr nete habere q ſcit unde hẽt: ille nõ habere, q neſcit unde habeat, & ingratus eſt ei, a quo habet, nemo. n. donis Dei eſt beatus, qui dãti eſt ingratus.

E Quæſtio 23. SPiritalibus ſpiritalia cõparãtes. Quæritur: quos uocet ſpiritales: alij. n. uita, & nõ intelligẽtia ſũt perfecti: alij intelligẽtia, & nõ uita. ¶Solutio: quos ſuperius perfectos nuncupauit, hic dicit ſpiritales.

F Quæſtio 24. QVæritur: quẽ dicat animalẽ. Eſt. n. animalis ſm uitã, & ſm intelligẽtiã. ¶Solutio: terrenæ ſapientiæ intentum uocat animalem, qui terrena conſiderans, quæ Dei ſunt ſtulta reputat.

G Quæſtio 25. SPiritalis uero oĩa diſcernit, quæ ad ſalutẽ ſũt neceſſaria, & ipſe a nemine iudicatur. Nequit. n. animalis intelligere, qd faciat, uel quare. Opponitur. Petrus a Paulo eſt reprehẽſus, ergo ſpiritalis a ſpiritali iudicatur. ¶Solutio: ſpiritalis a nemine iudicatur. i. dãnabilis, & dãnatione dignus a nullo oſtẽditur: licet. n. aliquo peccet, nõ tñ hoc dãnabile ẽ i. . .

H NOn potui uobis loqui quaſi ſpiritalibus &c. Nõ ne Apoſtolus ſpiritalis erat iã uita, & ſcientia, & ſic potuit loqui ſpiritualia, quod & faciebat. Vnde ſuperius. Sapiẽtiã īter pfectos loquimur: quõ ergo dicit, nõ potui uobis loqui tanq̃ ſpiritalibus? ¶Solutio: non hoc dicit, quin facultatẽ docẽdi maiora interius hẽret, ſed qa ipſi congrui auditores nõ erãt, ſæpe tamen permixtis perfectis, & imperfectis eadẽ dicũtur, & ſi nõ eodem mõ intelligantur. 1. Cor. 3. Quæſtio 26.

I EGo plãtaui, Apollo rigauit, ſed Deus nũc incremẽtũ dedit. Quæritur: quõ Apoſtolus diuidat inter ſe, & Deũ, & Apollo: cũ Paulus, uel Apollo nil faciat, niſi ex Deo, & per Deum, & ſic quicquid uel Paulus, uel Apollo operatur, & Deus operetur. ¶Solutio: diuidit Apoſtolus, ut oſtendat quid Deus per ipſũ Paulũ, & per Apollo, & p ſe operatur: Apoſtolus enim prædicando ad fidem Chriſti operabatur, quod & Deus fecit per Paulũ. Fruſtra enim Apoſtolus extra loqueretur, niſi Spiritus ſanctus intus eſſet operando, & mentem moueret. Quæſtio 27.

K QVi rigat, & qui plantat, unũ ſũt. Quæritur: quõ unũ, cũ ſint tam in ſubſtantia, q̃ in accidentibus diuiſi? ¶Solutio: unũ ſunt. i. indifferentes. Neq;. n. Paulus plus confert ex eo qd Pauli eſt, q̃ Apollo ex eo qd Apollo eſt. In collatione. n. donorũ nõ plus facit iſte q̃ ille: ſolus. n. Deus dona cõfert, plus tamẽ laborat Paulus q̃ Apollo, & maius donũ conferetur per officiũ Pauli q̃ Apollo, q p fidẽ, q̃ ex pdicatione eſt, uenit ad baptiſmum. Vel per ſacramenta ipſa nõ plus cõfertur ex iſto q̃ ex illo, uel p hũc q̃ p il lũ. Quæſtio 28.

L DEi. n. ſumus adiutores &c. Nunquid Deus indiget aliquo? Quõ ergo Apoſtoli erant adiutores Dei. ¶Solutio, iõ dicti ſunt adiutores Dei, quia per illos operatur Deus, licet illud idem per ſe operari poſſet. Quæſtio 29.

M VT ſapiẽs architectus fundamentum poſui &c. Quæritur, quid dicat fundamẽtũ. ¶Solutio, fidẽ Chriſti, quæ p dilectionẽ operatur, q̃ conſecuti ſunt ex prædicatione ipſius Pauli, hoc fundamentum manente, nemo perire põt, licet aliquæ maculæ adhæreãt, quæ per ignẽ purgantur. Quamuis. n. hic aliqua mũdana deſiderio poſſederunt, hæc Deo tamẽ nõ prætulerũt, ſed Deũ oĩbus. Deũ aũt præferre oĩbus eſt, ſi darentur optio ut electio moriendi, uel Chriſtũ negãdi: malle mori, quã Chriſtũ negare. Super hoc fundamentum alius id, alius illud ædificat. Quæſtio 30.

N QVæritur, quid per lignũ, fœnum, & ſtipulam intelligatur? ¶Solutio, dicunt quidã, quòd p hæc tria intelligitur peccatũ ueniale: ſed hæc quõ ſuper hoc fundamẽtũ ædificãt, cũ potius quod libet peccatum pertineat ad deſtructionẽ, quã ad ædificationem. Itẽ quõ hęc ædificãs ſaluus erit, quã ſi p ignẽ, cum fides ſine operibus mortua ſit. Itẽ ſi quis habuerit oẽm fidẽ, ita ut mõtes trãsferat, charitatẽ nõ habuerit, nihil prodeſt, ergo ſi non eſt ſalus ſine charitate, quõ poteſt aliquis ſaluari, ſola hæc tria, ſuper hoc fundamentum ædificans. Quæſtio 31.

Aliter

O Quæſtio 32. ALiter alij dicunt,quòd per lignum,fœnũ, ſtipulam intelliguntur bona opera,ſed imperfecta. Scdm quam ſententiam quæritur quomodo bonum opus ſit ardſurum,uel quõ detrimentum patiatur? ¶Solutio, non opus bonum,quia bonũ, ſed q́ą imperfectũ à ſua imperfectione purgabitur, & pcipue à quibuſdã affectionibus carnalibus,quas hñt talium ædificatores,quæ uidẽtur pctã uenialia eſſe.

P Quæſtio 33. OMnia ueſtra ſunt:uos autem Chriſti:Chriſtus aũt Dei &c.Quæritur ſm quam naturam nos ſumus Chriſti,hoc eſt, an ipſius ſumus ſm humanã naturam,an ſm diuinam? ¶Solutio: poteſt dici,ꝙ ipſius ſumus nõ ſolũ ſm naturã diuinã,ſm quam noſter eſt creator,ſed ẽt ipſius ſumus ſm humanã naturã,ſm quã eſt noſter redẽptor:ipſe aũt ſcdm utrãque naturã Dei patris eſt, a quo hẽt quicquid hẽt: ſed aliter & aliter: ſm.n.quòd Deus eſt,hẽt per naturã oĩa, quæ patris ſunt: & omnia eadẽ hẽt ſecundũ ꝙ eſt homo,ſed p gratiã:hæc eſt norma rectæ fidei.

Q Quæſtio 34. 1.Cor.4 1.Ioan.3 2.Cor.1 NIhil mihi conſcius ſum &c. Quæritur quõ dicat Apoſtolus ſe ſibi in nullo conſciũ eſſe, & tamen in hoc non iuſtificatum eſſe: & Ioannes in epiſtola ſua dicat: Si non reprehẽderit nos conſciẽtia noſtra,iam fiduciam habemus ad Deum.Et ipſe Paulus alibi.Gloria noſtra hæc eſt,teſtimonium conſcientiæ noſtræ:quare nos iuſtos eſſe debemus putare, & inde gloriam nos habere, ſi nos non reprehendat conſcientia noſtra. Quæ eſt enim maior perfectio iuſtitiæ, quàm tam puram conſcientiam habere? ¶Solutio:põt aliquid ſemper nos latere: iõq; ad hoc,ꝙ ueram iuſtitiam habeamus,nõ ſufficit, ꝙ conſcientia noſtra nos non remordeat:ſi gloriari inde poſſumus,ꝙ nr̃a coſciẽtia munda eſt,& pura.

R Quæſtio 35. 1.Ioan.1 Iob. 25. Rom. 7. ITem quæritur,quomodo Apoſtolus non eſſet ſibi conſcius,cum ſciret ſe non eſſe ſine peccato. Vnde Ioannes.Si dixerimus,quia peccatum non habemus,mendaces ſumus,& ueritas in nobis nõ eſt. Et puer,cuius uita eſt unius diei ſuper terram, non ſit ſine peccato.Vnde ipſe ait. Et facio, quod nolo. ¶Solutio:Apoſtolus tantæ perfectionis erat, quòd quicquid conſcientia ſua ſibi dictabat eſſe faciendum, hoc faciebat. Vnde ſi quandoque ut homo, uel per ignorantiam,uel ſubreptionem,uel fragilitatem peccaſſet,totum ſicut ſtipulam uis diuinæ dilectionis conſumpſit.

S Quæſtio 36. Matt. 7. Ibidem. NOlite ante tempus iudicare &c. Aliud eſt iudicare de ambiguis,quod eſt prohibitum , quia damnabile:aliud eſt ſuſpicari, quod eſt humanę infirmitatis, quã nemo forſitan caret: ſed cum Apoſtolus prohibeat iudicare, & ipſe Dominus idem in Euangelio prohibeat. Quid eſt,quod alibi Dominus dicit. Attendite a falſis prophetis, qui ueniunt ad uos in ueſtimentis ouium. Qualiter etiam diſcerni poſſunt,ipſe ſubdit dicens. A fructibus eorum cognoſcetis eos. Hinc uidetur innuere, quòd de talibus debeamus iudicare. ¶Solutio: aliud eſt malos diſcernere , ut caueantur:aliud iudicare dãnatione dignos:quos neſcim⁹ definite,an ſint boni an mali.

T Quæſtio 37. ITẽ quõ falſi prophetæ poſſint ex operibus diſcerni,quæritur,cũ oĩa eadẽ faciãt,quæ & boni: p fructus.u. opera intelligũtur.¶Solutio: uirtute p ſeuerantiæ probãtur, & diſcernũtur falſi a ueris;

V Quæſtio 38. QVæritur,an uerũ ſit,quod dicit Apoſtolus. Iã ſaturati eſtis,cum ironice loquatur:quod nõ uidetur,cum contrarium ſit uerum. ¶Solutio,quoties tale genus locutionis aduenerit, quantum ad ſuperficiem uocis,& primam ſignificationẽ locutionis,falſum eſt,quod dicitur:ipſe tamen, qui loquitur,non mentitur ſed ponus uerum dicit, qđ contingit ex natura tropi.

X Quæſt o 39. NOn ut confundã uos.Non ne bonum eſt facere uerbo,ut peccator confundatur,& erubeſcat de culpa ſua, & ſic corrigatur? quõ ergo dicit Apoſtolus,Non hoc dico,ut cõfundam uos? ¶Solutio:confuſio eſt duplex. Eſt confuſio quæ ad mortem eſt,ex qua peiores efficiuntur aliqui: & eſt confuſio, quę eſt correctionis,cum erubeſcit ex correctione de peccatis, ut amplius abſtineat homo.

Y Q æſtio 40. VEniam ad uos in uirga, an in charitate. Quæritur, quõ Apoſtolus diuidat dicens, an in uirga,an in charitate. ¶Solutio,nomen, charitas, hic ex adiuncto reſtringitur circa ſuauia, & delectabilia, quæ ex charitate fiunt:q̃nq; autẽ charitas omnia ſignificat aſpera,& ſuauia,quæ ad ſalutẽ ptinẽt.

Z Quæſtio 41. DIcit expoſitor, quòd illis, qui puniuntur per pœnam illatam , minuitur peccatum : ſed quæritur, quomodo hoc ſit uerum, cum inuiti pœnam illatam ſuſtineant, & in hoc ſint contrarij iuſtitiæ,& ſic magis peccent,& ſic peccatũ eorũ augetur in hoc,ꝙ puniuntur? ¶Solutio,põt de talibus dici,ꝙ ſaltẽ peccata,in quæ caderẽt, ſi amplius uiuerẽt,per pœnã, quã patiũtur,uitant:ſi.n.uoluntarie pœnam ſuſtinerent , etiam peccatum iam commiſſum dimitteretur.

A 1.Cor.5 IVdicaui tradere hmõi hoiem ſatanę &c. Ex hoc loco Apoſtoli accipit eccleſia ſententiam anathematis.i.ſeparationis: fit autem ſeparatio nũc de notis perſonis,& manifeſtis,nunc de ignotis:ſed ſi ue de his,ſiue de illis,prius pronũcĩdi corã eccleſia ſunt.Quidã ẽt diutius expectãdi , & ſæpius admonẽdi ſecũdum perſonarũ,& peccatorũ diuerſitatẽ, & qualitatẽ, ut ſi rex,per cuius irã ſtrages imminet eccleſiæ. Poſtq̃ uero ſeparati fuerint, ſi noti ſũt nullo modo cõicandũ eſt eis: ſi ignoti,ſi cõicet quis ignorãter,nõ peccat:ſi uero ſuſpicetur, ſi ſine ſcãdalo uitare poſſit,uitet: ſi non põt, cõicet. Hæc aũt uindicta debet fieri cauſa cõis utilitatis, & eius, & aliorum.

B Quæſtio 42. QVæritur ergo,an excõicare aliquẽ,bonum ſit, qđ nr̃,quia iuſtũ. ¶Solutio, bonũ.i.expediẽs eſt,non tamẽ in ſe, & ex qualitate ſui bonum eſt:cũ aũt tale quid dr̃ iuſtũ,ſic intelligitur .i. p merito retributũ,nõ ꝙ ſit qualitate iuſtitię informatũ,

C Quæſtio 43. SImiliter an eſſe excõicatũ ſit bonũ, quęritur. ¶Solutio, iuxta rationem prędictã uidetur eſſe bonũ,q́ą nõ ſolũ cæteris,ſed ẽt illi,excõicatio uſ expedire:ſi.n. reſiſteret ammonitioni eccleſiæ,peccaret.

D Quæſtio 44. QVæritur aũt,ſi cõtingat illũ excõicari , qui nõ meruit, ſed odio uel inidia plari pcutitur q̃s ſnia excõicationis, utrum dẽat reſiſtere,an cedere? ¶Solutio, ſi ſine ſcandalo reſiſtere poteſt, reſiſtat, & rumorem ſui prælati bono zelo reprimat:ſi ſine ſcandalo non poteſt, cedat, & pro Deo patienter ſuſtineat: unde ſententia prælati ſemper timenda,nõ ſemper tenẽda. ¶Cũ aliquis excõmunicatur

catur, in poteſtatem traditur Satanæ, ut eius carnē uexet, ut ſic tandem reſipiſcat: non tamen ſemper Satanas uexat. Callidus enim hoſtis uni parcit, ut multos acquirat, uel ut ipſum ſibi conſeruet.

E Quæſtio 45. EXpurgate uetus fermentum &c. Quæritur: qd uocet uetus fermentum? ¶ Solutio: inanem gloriationem, uel uitæ uetuſtatem, quæ per nouitatem uitæ eſt purganda.

F Quæſtio 46. NOn poſſunt tales Chriſto lucrari &c. de gloſſa hoc eſt. Quæritur: cum humana mens ſit prona ad malum magis quàm ad bonum, & maxime cum ſuadetur ei ad conſueta redire: quare Apoſtolus conuerſis nuper ad fidem conceſſit mēſam, & colloquium cum Gentibus habere commune, cum facilius Chriſtiani ad idolatriam ſuaſione Gētilium accederent, quàm Gentiles Chriſtianorum admonitione ad fidem? ¶ Solutio: in primitiua eccleſia conuerſi ad fidem charitate feruentes nō facile poterant a fundamento auelli: quod Apoſtolus cognoſcens, eis conſortium tm̄ conceſſit Gentiliū.

G Quæſtio 47. SI is, qui frater nominatur inter uos, eſt fornicator &c. Cum tanta multitudo ſit modo in eccleſia, quæritur: an contra præceptum Apoſtoli faciamus, cum cibum ſumimus cum talibus: an omnes tales ab eccleſia ſint eijciendi, & falce anathematis pręcidendi. ¶ Solutio: ita quidem eſſet faciendum, ſi poſſet fieri ſine ſcandalo: ſed tamen quia tanti, & tot potius ſchiſma facerent, quia correctionem, & emendationem, tolerantur, & ideo nil

H aliud reſtat, niſi ut Rachel ploret filios ſuos. Notandum, quòd fornicationum alia eſt corporalis, alia ſpiritualis: corporalis eſt oīs uſus illorum mēbrorum præter legitimum: ſpiritualis eſt, quæ a Deo animam ſeparat, & tanquàm ſponſam ſpōſo aufert.

I Quæſtio 48. 1. Cor. 6. AN neſcitis quoniam ſancti de hoc mundo iudicabunt? Hic oſtendit Apoſtolus, quòd licet ſanctis de rebus ſecularibus iudicare: ſed ſi hoc eſt, quomodo poſtea ſubiungit. Iam omnino delictum in uobis, quòd iudicia habetis inter uos: ſi licet iudicare, quomodo hoc delictum eſt? ¶ Solutio: Licet ſanctis cauſas habere ſub diſciplina, ſed nō licet inter ſe contendere.

K Quæſtio 49. Luc. 6. QVæritur: quomodo hoc uerū ſit, quòd liceat ſua repetere, cum Dominus dicat: Si quis abſtulerit tibi tua, noli repetere? ¶ Solutio: ſua repetere & ſi non ſit malum, tamen eſt occaſio: & ideo Dominus conſulit non repetere ſuā propter contentiones uitandas. Hoc eſt, quod Apoſtolus ait, Omnia mihi licet, ſed non omnia expediunt.

L Quæſtio 50. QVæritur: qualiter ſancti in futuro ſint iudicaturi? Et dicitur non ſolum melioris uitæ comparatione, ſed etiam authoritate, & poteſtate. Vnde non immerito quæritur: quæ ſit illa poteſtas: quia ſcriptum eſt. Pater non iudicat quemquàm, ſed omne iudicium dedit filio. ¶ Solutio: ſicut dicit Daniel: Sedit iudicium, & aperti ſunt libri, ſ. æternarum rationum, ſecundum quas fiet iudicium, & libri conſcientiarum, de quibus fiet iudicium. Hi libri æternarum rationum, & conſcientiarum erunt aperti, & manifeſti ijs, qui cum Domino ſunt iudicaturi. Et hæc occultorum reuelatio ſecundum quoſdam eſt eorum poteſtas, & authoritas: ſecundum alios ideo dicti ſunt ſancti cum Domino iudicaturi: quia eorum comparatione mali damnabiles apparebunt. Vnde quòd iudicabunt ſancti nationes, legitur.

QVæritur: an ſit præceptum, an conſilium, an permiſſio hoc, quod dicit de iudicijs. Eſt autem conſilium de ſummis, ut illud. De uirginibus præceptum nō habeo: conſilium autem do. Præceptum de medijs, ut. Non occides, non adulterabis &c. permiſſio de infimis, ut de cibo ſumendo. Videtur autem, quòd ſit præceptum: ſi enim mea non repeto, illum in errore foueo, qui abſtulerit: quare cauſa utilitatis communis debeo repetere: quare ex pręcepto repeto: quia omne malum ex pcepto fugiendum eſt. ¶ Solutio: permiſſio eſt repetere: conſilium autem non repetere. Apoſtolus ergo oſtendit quid licet infirmis: Dominus autē oſtēdit quid conueniat perfectis, ſcilicet non repetere: contendere autem, & lites exercere ante iudicem præcipue infidelem, omnino delictum eſt. M Queſtio 51.

QVi adhæret meretrici, unum corpus efficitur. Quæritur de hac unitate, quæ ſit, & ſecundum quid ſit intelligenda. ¶ Solutio: notat, quòd tales non ſolum unum corporali ſunt coniunctione, ſed in libidinis ardore, & hoc turpiſſimum eſt, ſic unum corpus effici cum meretrice, qui unus ſpiritus deberet eſſe adhærens Deo. N Queſtio 52.

ERūt enim, inquit, duo in carne una. Quæritur: quomodo hâc authoritatē, quę eſt de illa cōiugali copula, quæ ſancta eſt, inducat Apoſtolus ad hanc turpem copulam oſtendendam, quæ eſt inter fornicantem, & meretricem, cum nullo modo illa, quæ ibi eſt copula, hoc eſſe poſſit. ¶ Solutio: ſenſus eſt ſi in illa copula coniugali unum corpus efficitur amborum, multo magis hæc una caro efficitur propter maiorem uitij delectationem. O Queſtio 53.

POrtate Deum &c. Quid eſt Deum portare? ¶ Solutio, ſobrie, & iuſte, & pie uiuere. Deum ergo portant, qui in ipſo bene uiuunt: hoc enim eſt eius imaginem & formam iuſtitiæ induere, ſicut Deum conculcant, qui male uiuendo eum negant: depoſuit uero Deum, qui in charitate tepeſcunt, & laxiores, ac remiſſiores efficiuntur. P Queſtio 54.

DIcit gloſ. Grauius eſt in Deum peccare, quàm in proximum: ſed non ne qui in proximum peccant, Deum offendunt? quomodo ergo diſtinguitur & hoc, & illud. ¶ Solutio, in Deum peccare, eſt per contemptum in his rebus, quæ ad ipſum ſpecialiter pertinent, ut in ſacramentis, & fide, & ſimilibus Deum offendere. In proximum peccare, eſt ipſum aliqua iniuria lędere, quod eſt minus graue q̄ primum. Vel in Deum peccare, eſt interius mentē uiolare. In proximum, exterius hominem uel bo uel exemplo lędere: nō ergo omnis, qui eum offendit, in Deum peccare dicitur. Q Queſtio 55.

DE quibus autem ſcripſiſtis mihi &c. De coniugio tripliciter agit, ſecūdum pręceptum, ſecundum permiſſionem, ſecundum conſilium, q̄ ſingula diligens lector in ſuis locis diſtinguat. Quid ſit coniugium uidendū eſt, quæ cauſa efficiens, quæ cauſa propter quam cōtrahitur, quæ ſint legitimæ perſonę, & quæ ſint bona coniugij. Eſt itaque coniugium R 1. Cor. 7. Queſtio 56.

Cõiugiũ quid ſit. iugium uel matrimonium maritalis coniunctio maris, & fœminæ, inter legitimas perſonas indiuidualem uitæ conſuetudinem retinens. Hæc diffinitio tantum coniugio conuenit fidelium. Secundũ alios: Coniugium eſt poteſtas legitime commiſcendi, & ex legitimo conſenſu contracta.

Cauſa efficiens. Cauſa efficiẽs eſt conſenſus maritalis per uerba de præſenti expreſſus. Conſenſus, qui in anima eſt, coram eccleſia debet demonſtrari, ſine quo non eſt coniugium. unde legitur: Matrimonium nõ facit copula corporum: ſed uoluntas animorum. Cauſa propter quam contrahitur, eſt procreatio prolis, & uitatio fornicationis.

Perſonæ legitimę. Legitimæ perſonæ ſunt: quas non impedit uel uotum continentiæ, uel ſanguis, uel ordo, uel diſpar cultus, uel conditio, uel frigiditas naturæ.

Bona cõiugij. Tria ſunt bona coniugij, fides, proles, ſacramentum. ſ. inſeparabilitas, quæ duplex eſt, ſacramenti, & ipſius matrimonij: hoc enim bonum tertium. ſ. ſacramentum non ipſum eſt coniugium: licet ipſum ſit ſacramentum, ſicut & illud: ſed utrum eiuſdem rei utrũque ſit, poteſt quæri: qđ hic ſoluere poſtponimus

Nota. cauſa breuitatis, cuius ueſtigia ſequimur: in ſacramentis enim, & ſententiis maiorum, hæc diligentius proſequimur.

S Quæſtio 57. HÆc autem dico ſecundum indulgentiam. Quæritur, quid ſit, uel uocetur indulgentia. ¶Solutio, indulgentia eſt conceſſio laxioris uitæ: q̃ licitum ſit: quod eſſet illicitum, & peccatum, ubi nulla conceſſio eſſet. Commixtio enim carnalis uiri, & fœminæ peccatum eſſet, niſi ſtatum coniugatorum ſuſcepiſſet, & ſic per conceſſionem illicitũ fit licitum, q̃ ſolet fieri cã grauioris peccati uitãdi.

T Quæſtio 58. VOlo autem omnes uos eſſe ſicut meipſum. Quæritur, quomodo Apoſtolus dicat ſe uelle omnes caſtos eſſe: cum ſciret, quòd Deus non uult: ſi enim hoc eſſet, quomodo generis humani fieret propagatio? ¶Solutio: conditio eſt implicita quaſi dicat uolo, & bonũ eſt, uel mihi placeret omnes tales eſſe: forſitan ſi omnes boni eſſent, qui modo ſunt, de illis impleretur numerus prædeſtinatorũ.

V Quæſtio 59. VIr non dimittat &c. Quæritur, an uir uxorem dimittere poſſit, ſi conuicta de adulterio fuerit. ¶Solutio: poteſt eam dimittere. Item, an ille, uel illa altero uiuente alij copulari poſſit, quæritur: Dicunt quidam, quòd non poteſt.

X Quæſtio 60. QVæritur, an cõiugium maneat adhuc. ſ. poſt diuortium: ſi manet, tunc uir habet poteſtatem corporis ſuæ uxoris, & econuerſo. ¶Solutio: manet, & poteſtatem habet: ſed non poteſt uti hac poteſtate, niſi reconciliatio facta fuerit.

Y Quæſtio 61. QVæritur, an inter infideles, uel inter fidelem, & infidelem ſit matrimonium; quod non uidetur: cum ſcriptum ſit: quòd nullum coniugium, quod in Deo factum non fuerit, ratum ſit. ¶Solutio: dicunt, quòd coniugium eſt inter infideles, ut inter Priamum, & Hecubam, & inter Philippum, & Herodiadem. Vnde Ioãnes arguebat Herodem de adulterio: quia non licet ei habere uxorem fratris ſui: quòd ſi ibi fuit adulterium, & coniugiũ, ut dicit Chryſoſtomus.

Z Quæſtio 62. QVod ſi infidelis diſcedit, diſcedat. Quæritur ſi inter fidelem, & infidelem eſt coniugium: quomodo Apoſtolus dicat, ſi uoluerit diſcedere, diſcedat infidelis, & fidelis alteri copuletur: cum ſuperius dicat, quòd dimiſſa innupta maneat: ſi enim uerum coniugium, quomodo ſolui poteſt: ſi non eſt coniugium, quomodo perſuadet ſimul manere, cum omnis copula præter legitimam ſit fornicaria? ¶Solutio: fidelis poteſtatem habet in corpore infidelis: ſed non econuerſo: quia ſicut legitur iniuria creatoris ſoluit ius matrimonij: fidelis ergo poteſt manere, & diſcedere: quia etiam debitum illud, quod debuit, ante ſolutũ eſt: ſed poteſtatem, quam habuit, non amiſit. Infidelis uero diſcedens, ſi alij ſe coniunxerit, adulterium committit.

DE coniugijs antiquorum ſolet quæri, an uera eſſent coniugia: quomodo unus plures uxores habẽs ad ſingulas lege maritali ſe habebat. Quomodo erat legitimus ibi conſenſus, indiuidualem uitæ conſuetudinem retinens. ¶Solutio: dicunt quidam, quòd non erant coniugia, ſed uicem coniugij obtinebant. Alij uero dicunt, uera coniugia fuiſſe inter aliquos, & eſſe inter Iudæos, & infideles: qui enim dicit, quòd talium coniugium non eſt ratum, non negat eſſe coniugium: ſed nõ eſſe ratũ aſſerit. A Quæſtio 63.

QVæritur, an maius bonum ſit coniugium, q̃ uirginitas: Et uidetur quòd ſic: quia maiores anguſtiæ, & dolores, & labores ſunt in coniugio quã in uirginitate, & merces unicuique ſecũdũ ſuum laborem reddetur. ¶Solutio: non eſt conſequens, ſi maior labor hic quàm ibi: ꝙ ideo maior gloria. Eſt .n. uirginitas maius bonum in ſe quàm coniugium: Quidam tamen coniugati non ſunt minoris meriti quàm quædam uirgines. B Quæſtio 64.

NOlite fieri ſerui hominum. Superius dixit, ſeruus uocatus es: non ſit tibi curæ: quomodo ergo hic prohibet ne ſimus ſerui hominum? ¶Solutio: monet, ne hominibus propter homines ſeruiatur: quod fit, quando ſpes ſalutis in ipſis ponitur, ut illi, qui dicebant, ego ſum Pauli, ego autem Apollo. C Quæſtio 65.

QVi autem fornicatur, in corpus ſuum peccat &c. Ex his uerbis uidetur fornicatio grauior cæteris peccatis: ubi enim maior delectatio, & maior contemptus, ſic & maior offenſa. ¶Solutio: quædam delectatio ex pœna inflicta pro originali peccato ineſt membris noſtris: quæ licet ſit maior in delectatione cæteris peccatis: non tamen omnibus alijs peccatis maior in reatu, uel culpa eſſe uidetur. Item uolunt probare authoritate Hieronymi, quòd fornicatio grauior ſit cæteris peccatis. Dicit enim, quanta præceſſit in opere delectatio, tanta debet ſequi in ſatiſſactione mentis amaritudo, & ſic uidetur, quòd ubi maior delectatio, ibi ſit maior culpa. ¶Solutio: hoc, ut arbitror, non dicitur in comparatione omnium aliorum: ſed in quolibet genere iuxta quantitatem delectationis intelligitur quantitas criminis. D Quæſtio 66.

VNuſquiſque proprium donũ habet &c. Quæritur, quomodo hoc ſit uerum, cum multi ſint, quibus nihil collatum eſt: unde ſaluari poſſint? ¶Solutio: non loquitur, niſi de fidelibus, quorum ſunt diuerſi gradus, ut continentia, coniugium, uirginitas; in quibus poſſunt ſaluari, quaſi dice- E Quæſtio 67.

diceret:qui continere noluerit,deſcēdat ad coniugium ſibi a Deo conceſſum, ut tn eo ſaluetur.

F Quæſtio 68. Eccl.1. PRæterit enim figura.Quæritur,quomodo hoc uerum ſit:cum ſcriptum ſit.Terra in æternum ſtat.¶Solutio:non dicit præterit mundus:ſed figura mundi.i.forma & ſpecies, quam modo habet, mutabit in formam meliorem: ſi tamen alicubi legatur, quòd mundus tranſeat, hoc intelligendum eſt ſecundum formam , non ſecundum ſubſtantiā, quæ ſemper erit.

G Quæſtio. 69. QVi non iungit,melius facit.Propter maiorem promerendi habilitatem.Sed quæritur,qualiter maior habilitas promerendi ſit in uirginitate, quàm in coniugio : quum maior pugna ſit hic,quàm ibi?Si enim maior difficultas merendi in coniugio,uidetur eſſe maius præmium.¶Solutio:in uirginitate cum minore labore maior profectus, & ideo maior prometendi habilitas. In coniugio magnus labor, & paruus profectus: in quo gradu magnum eſt ſaltem ſtare.

H Quæſtio 70. PVto autem, quòd & ego ſpiritum Dei habeam. Quæritur: quem ſpiritum Dei dicat ſe Apoſtolus habuiſſe, ut acquieſcerent Corinthij ſuo conſilio?Si enim dicimus charitatem,non ſufficit. Charitatem enim habere poterat, & non ſcientiam ſicut plurimi:ſi de ſcientia,non ſufficit: multi enim ſcientiam habent,ſed uita eorum non reſpondet uerbis. Vnde conſilium talium merito poteſt improbari. ¶Solutio: per ſpiritum Dei utrunq; intelligit ſcientiam & charitatem:quia in utroque excellebat Apo-

I ſtolus.Vnde & conſilio eius acquieſcendum erat.

1.Cor.8. Quæſtio 71. Qūo ſciētia,& nō charitas inflet. SCientia inflat &c. Per ſe ſine charitate, non ex qualitate ſui:ſed per occaſionem, ſicut lex iram operatur.Sed de charitate uidetur idem poſſe dici. Multi enim in profectu charitatis, & aliarum uirtutum permanentes quādoq; ſuperbiunt, & ſic corruunt. Sicut ergo occaſio delinquendi ex ſcientia ſumitur: ſic ex charitate ſumi uidetur: quod nō eſt concedendum. Ex charitate enim nullus occaſionē mali ſumit.Non enim agit perperam: non inflatur.

1.Co.13 ¶Solutio: ſcientia res talis eſt,quòd inflat, & tamen a Deo eſt: ſicut diuitiæ occaſionem mali præbent, & tamen a Deo ſunt:ſicut etiam ligna habilia ſunt ad comburendum : non tamen comburuntur, niſi ignis apponatur:Sic etiam ſcientia nunquàm inflat niſi cor hominis accedatur: Charitas uero nūquàm ſic accendi poteſt:charitatem enim habere, & ſuperbire nullus poteſt ; ſed ſcientiam habere, & ſu-

K perbire quiſque poteſt.

Quæſtio 72. IDolum nihil eſt.Quęritur,quomodo hoc ſit uerum:cum quodlibet artificiale ſit aliquid. Auguſtinus dicit,materia eſt a Deo, ſed ſtultitia hominū formam dedit.Sed iterum cum ſcriptum ſit:omnis ſubſtantia, omnis forma, omnis coniunctio, & omnis compago ſit a Deo : quomodo forma idoli non ſit a Deo,cum ſit aliquid?¶Origenes dicit,idolum nihil eſt,id eſt, nullius rei,quæ ſit, habet ſimilitudinem. Vel idolum nihil eſt .i. quod putant eſſe idolum,id eſt,perſonam ex ſimulacro & ſpiritu pręſidente:Vel(quod melius eſt)idolū nihil eſt in mundo.i.in rebus mundi nullam habet poteſtatem, ut eas mutet in melius,uel deterius. Vnde idolothita quantum in ipſis eſt,licet comedere:ſed non coram infirmo,ne ille hoc faceret cum ueneratione idoli.

NVllus eſt Deus niſi unus. Non ne Pater Deus, & Filius Deus eſt,& Spiritus ſanctus eſt Deus, & pater non eſt filius, uel ſpiritus ſanctus : quomodo ergo niſi unus eſt Deus? Item pater eſt Deus ingenitus,& filius eſt Deus genitus,quomodo ergo unus eſt Deus?¶Solutio: unus eſt Deus in natura, nō in perſona; quis autem ſit ſenſus horum uerborū, Deus unus in natura, non in perſona, magna quæſtio inter modernos.Vt autem loquar,quod ſentio, uidentur mihi plures ſapere hæreſim Sabellianam, ignorantes multiplicem ſignificationem huius uocabuli,unus,uel unum,uel etiam ſingulus, uel ſubſtantia. Hæc tria enim uocabula aliter in theologia, aliter in communi uſu loquendi accipiuntur, de quibus per ſe agendum eſt. L Quæſtio. 73. M

QVæritur,an pater noſter dicendus ſit filius: uel Spiritus ſanctus? Solutio: nō ſimpliciter, ne intelligatur perſona ingenita : poteſt autē cum determinatione tali, ſcilicet ſecundum gratiā regenerationis : tota enim Trinitas communiter per gratiā ſuam nos regenerat in filios adoptionis. N Quæſtio 74.

ITem quęritur , an Deus Trinitas ſit pater ille qui æternaliter pater eſt,an alius? ¶Solutio:non ille,nec alius,ſed unus,& idem cum eodem. O Quæſtio 75.

QVæritur,an angeli dicendi ſint dij:ſicut ſancti homines dij dicuntur:ſicut illud, ego dixi dij eſtis,& filij excelſi omnes.¶Solutio, non ſunt dicendi dij angeli, ne uideantur eſſe colendi ea ſeruitute,quæ latria dicitur. Tribus modis dicitur Deus, ſubſtantiue , ut Trinitas, per adoptionem,ut ſancti:nuncupatiuè,ut dij Gentium. P Quæſtio 76. Pſal.81.

NAm cōſcientia eorum,cum ſit infirma,polluitur.Quæritur : quomodo dicat conſcientiam eorum eſſe pollutam: nam ſi hoc pro Deo ſe facere credebant.ſ. cum ueneratione idolothita comedere,non ne,ſi hoc dimitterent,peccarent,cum omne,quod ex fide non eſt,peccatum ſit? Vnde etiam Paulus,ſi non perſequeretur eccleſiam , tunc quando eā pro Deo perſequendam eſſe credebat,peccaret.¶Solutio:quia hoc faciebant creaturæ ut creatori,propter ignorantiam excuſationem non habebant: adeo enim peruerſa mens eorum erat & excæcata,ut imaginem ligneam uel lapideam Deum eſſe putarent. unde conuenienter dicit Apoſtolus : conſcientia eorum, cum ſit infirma, polluitur:non quòd propter Deum polluitur. Nota, quòd licet prædicatori a ſubiectis neceſſaria ſumere: tamen ſine ſcandalo hoc faciat. Q Quæſtio 77.

NVnquid cura eſt Deo de bobus ? Non ne cura eſt Deo de omnibus ? & ſi de omnibus, quomodo non eſt ei cura de bobus? ¶ Solutio, alia eſt prouidentiæ cura,quæ generaliter habetur de omnibus,alia eſt cura præceptionis , quam non habet Deus de bobus. Non enim dat præcepta hominibus,ut eos,qualiter boues nutrire debeant,doceat, hanc enim curam de ſolis hominibus habet. R 1.Cor.9. Quæſtio 78.

FActus ſum Iudæis tanquàm Iudeus . Quæritur, quomodo tanquàm Iudæus?an uere Iudeus? ¶Solutio, Vere uſus eſt ritibus Iudæorum ut dicit Auguſtinus nō diſpenſatorie ut dicit Hieronymus . S Quæſtio 79.

Diſ-

Diſpenſatorie autem fieret, ſi malum eſſet, & tamē fieret ad tempus cauſa maioris boni. ſ. ut per illud ſimulatitium ad ueram Chriſti fidem conuerterentur. Diuerſi autem fuerunt in hoc duæ illæ colūnæ eccleſiæ: non tamen dicimus alterutrum mentitum fuiſſe: cum credere hoc uel illud non ſit periculum fidei: de qua controuerſia dī in ſequentibus.

T
1. Cor. 10 Quæſtio 80 OMnes eandem eſcam ſpiritalem manducauerunt. Quæritur, quomodo eandem? Solutio: idem ſignificantem, uel idem efficientem. Eiuſdē enim efficaciæ erunt ille cibus cuius iſte, ut uolunt: quędam tamen ſacramenta ueteris teſtamenti ex ſacramentis noui teſtamenti ſuam uirtutem, & efficaciam habent: ſicut ex corpore Chriſti, quod eſt ſacramentum: manna fidelibus ſumptum habuit ſuam uirtutem.

V
Quæſtio 81. NEque tentemus Chriſtum ſicut quidam eorū. Tentat Deus, ut probet: tentat diabolus, ut deijciat: tentat homo, ut exploret & ſciat. Eſt itaque triplex tentatio. Prima eſt probationis, quę bona eſt, ut illa Iob. Secunda eſt deceptionis, quę eſt experientia mentis ad decipiendum. Tertia eſt diffidentiæ & deſperationis, ut illa Iudæorum dicentium. Pſal. 77. Nunquid poterit Deus parare menſam in deſerto? Quæritur igitur, quomodo Iudæi dicantur tentaſſe Chriſtum: cum ſolum Deum patrem, & Deum Trinitatem coluiſſe uideantur. ¶Solutio: ideo dicti ſūt Iudæi tentaſſe Chriſtum: quia præcedentia omnia Chriſtum figurabant: hinc eſt, quod hæc tentatio potius dicta eſt eſſe Chriſti, quàm patris: licet non ſit magis filij, quàm patris: licet dicatur.

X
Quæſtio 82. ET perierunt ab exterminatore. i. ab angelo percutiente eos extra terminos promiſſæ patriæ. ¶Si autem quęratur, an angelus ille fuerit bonus, an malus. Reſpondemus, quòd mali quandoque puniuntur a bonis: quandoque a malis; boni uero non puniuntur niſi a malis.

Y
Quæſtio 83. IN quos fines ſeculorum deuenerunt. Nunquid autem in aduentu Chriſti ſecula ſini finita? ſi autem non ſunt finita, quomodo finis eſt ſeculorum? ¶Solutio, ſunt in nobis finita, quia cum diuerſi ſtatus præceſſerunt uitæ, in quibus omnibus uariatio, & quædam expectatio aduentus Chriſti fuit, nos uero alium uitæ ſtatum non expectamus, quia inter hanc uitam, & futuram nihil eſt medium, his autē, qui adhuc Meſſiam expectant, nondum finis ſeculorum aduenit, ut miſeris Iudæis.

Z
Quæſtio 84. FIdelis Deus, qui non patietur &c. Quæritur, quomodo dicat Deum non permittere aliquē tentari ſupra id, quod poteſt, cum multi ex tentatione cadant, & a Deo ſeparentur, & ſic a diabolo ſuperentur, & ita pluſquam poſſunt ſuſtinere, tententur. ¶Solutio, quantum cum Deo ſunt non patitur eos tentari ſupra id, quod poſſunt. Quòd autem aliqui cedunt ex illis, eſt, quia nolunt reſiſtere tentationi cū poſſint, unde iuſtum eſt, ut adeo tententur, culpa eorū exigēte. Permittit aūt Deus aliquādo aliquem tentari cauſa probationis, & ad conſeruationē uirtutū: quæ tētatio ꝓuidētiæ ē, ut Paulū, cui datus eſt ſtimulus carnis ad humilitatis cōſeruationē.

A
Quæſtio 85. CAlix benedictionis, cui benedicimus, nonne communicatio ſanguinis Chriſti eſt? Quæritur de huius ſacramentis nomine, quare dicatur eucharistia. ¶Solutio, ſacramentum corporis, & ſanguinis Chriſti dicitur propter ſui excellentem uirtutem euchariſtia. i. bona gratia, in quo ſacramento non ſolum augmentum uirtutis, & gratiæ, ſed ipſe ſumitur, qui eſt fons, & origo totius uirtutis, & gratiæ. In quo ſacramento ſunt tria: ſcilicet uiſibilis ſpecies panis, & uini, & corpus, & ſanguis Chriſti & gratia ſpiritualis. Primum eſt ſacramentum ſecūdi: ſecundum eſt res primi, & ſacramentum tertij. Tertium eſt uirtus primi, & res ſecundi. Primum itaq; eſt tantum ſacramentum. Secundum eſt & ſacramētum, & res. Tertium uero tantum res. Habet ergo ſacramentum primum res duas, unam ſignatam & cōtentam, ſcilicet uerum corpus, & ſanguinem Chriſti alteram ſignatam, & non contentam, ſcilicet unitatem eccleſiæ. Pul chra. Conſideratio circa ſacramētum corporis Christi.

B
Quæſtio 86. QVæritur item, quare poſt ſacramentum typici [illegible] Dominus dederit diſcipulis [illegible], ſacramē[illegible] corporis, & ſanguinis ſui? Solutio: ut oſtenderet ſacramenta [illegible] inter quæ præcipuū erat ſacramentum agni paſchalis debere ceſſare, & ſacramentum nouæ legis ſubſtitui: inter quæ primū locum tenet euchariſtia: ideo etiā ut hoc ſacramentum arctius imprimeret, atque tenacius memoriæ di[illegible]rum commendaret.

C
Quæſtio 87. D[illegible]de quæritur [illegible] alia ſpecie & non ſub propria, hoc ſacramentum dederit? ¶Solutio, ut fideles haberet meritum: quæ eſt de inuiſibilibus: quia fides non habet meritum, cum ratio humana præbet experimentum. Et ne oculus horreret oculus, quod tenet manus, & ne ab incredulis nobis inſultaretur.

D
Quæſtio 88. ITem quęritur, cur ſub hac ſpecie potius, quam ſub alia. ¶Solutio, quia res huius ſpeciei expreſſam habet ſimilitudinem cum utraque re huius ſacramenti: quia ſicut panis ex multis granis, & uinū ex multis uuis: ſic corpus Chriſti materiale ex multis membris, & ſpirituale ex multis fidelibus conſtat. Et ſicut in pane, & uino plena & principalis refectio corporum eſt: ita in hoc ſacramento plena & principalis eſt refectio [illegible] Quia per edulium carnis uenitur ad guſtum diuinitatis.

E
Quæſtio 89. ITem quæritur: cum totus Chriſtus ſumatur ſub utraque ſpecie, quare non ſub una tātum, ſed ſub duplici ſumatur? ¶Solutio, ideo ſub duabus ſpeciebus, ut oſtendatur: quod totum hominem aſſumpſerit, ut totum hominem ſanaret: corpus enim propter corpus, animam propter animam aſſumpſit, & panis in carnem, & uinum in ſanguinem mutatur. Ideo uriq; ſub duabus ſpeciebus ſumitur, ut animæ, & corporis in Chriſto ſuſceptio, & utriuſque liberatio in nobis ſignificetur.

F
Quæſtio 90. ITem cum caro, & ſanguis ſit ſub utraque ſpecie, quæritur, an ſubſtantia utriuſque ſpeciei mutetur in carnē, & ſanguinem Chriſti? Solutio: Licet utrunque ſit ſub utraque ſpecie, tamen ſola ſubſtantia panis in ſolam carnem, & ſola ſubſtantia uini in ſolam ſubſtantiam ſanguinis mutatur. Nec debent dici duo ſacramenta: ſed unum. Neque ideo dicitur iterari ſacramentum: quia benedictio nō repetitur ſuper eandem ſpeciem. Neque aliæ ſubſtātię in ſacrificium ueritatis debent offerri, quia de alijs non po

teſt

teſt conſecrari corpus,& ſanguis Chriſti, quàm de grano frumenti in panem redacto,& de uino.

G Quæſtio 91. QVæritur: cur aqua cum uino ponatur in calice Domini.¶Solutio:aqua populū ſignificat: unde nec uinum, quo ſignificatur Chriſtus, debet offerri ſine aqua,quia Chriſtus non eſt paſſus niſi pro populo,nec aqua ſine uino ullo modo: quia populus non eſt redemptus niſi per Chriſtum.

H Quæſtio. 92. QVæritur autem: an irritum fiat ſacrificium, ſi aqua prætermittatur?¶Solutio: ſi quis non intendens hæreſim introducere: obliuione, uel ignorantia aquam prætermiſerit, non uidetur eſſe irritum: unde nec eccleſiæ Græcorum aquam apponunt. Aqua uero ſola nullatenus poteſt offerri in ſacrificium,nec panis niſi de frumento.i. tritico, nec granum niſi redactum in panem.

I Quæſtio. 93. SOlet autem quæri: an aqua cum uino mutetur in ſanguinem. ¶Solutio: dicunt quidam, quòd mutatur: nobis autem uidetur,quòd non mutatur: quod a Magiſtro Acardo accepimus.

K Quæſtio. 94. QVæritur: an Iudas corpus Domini acceperit intincta buccella?¶Solutio:nō tunc,ſed prius cum cæteris.

L Quæſtio. 95. QVæritur de accidentibus, quæ remanent ſpecie,ſapore,& pondere,& forma,in quo ſubiecto ſint? ¶Solutio: multi doctores in hoc conſentiunt,quòd ſunt ſine ſubiecto: ſicut ſubſtantiæ carnis,& ſanguinis ſunt ibi ſine huiuſmodi accidētib'.

M Quæſtio. 96. SOlet etiam quæri de fractione & partitione, quæ eſt ibi,in qua re fiat: quia non eſt alia ſubſtantia quàm ſubſtātia carnis,& ſanguinis, quę integra manet?¶Solutio:corpus Chriſti integrum manet in ſemetipſo,& tamē frāgitur & diuiditur in ſacramēto.

N Quæſtio. 97. QVæritur:an malus uerum corpus Domini,& uerum ſanguinem ſumat.¶Solutio:utrunque uere ſumit,ſed malo ſuo:quia indigne: indignus eſt enim qui aliter ſumit, quàm Chriſtus inſtituit,uel qui eſt in mortali peccato.

O Quæſtio. 98. ITem quæritur: utrum Chriſtus quotidie immoletur.¶Solutio: qui ſemel occiſus eſt in ara crucis:immolatur quotidie in memoriam ipſius paſſionis in ſacramento:nec repetitur ex ſua infirmitate: ſed noſtra,qui quotidie peccamus,& uenialium remiſſionem conſequimur,& augmentum uirtutum

obiectio ſi digne participamus. ¶Opponitur de hoc quod Auguſtinus dicit,quòd bonus ſacramentum, & rē ſacramenti accipit: malus uero tantum ſacramentum,& non rem ſacramenti, & iam ſuperius dictū eſt,quòd malus accipit uerum corpus,& uerum ſanguinem:ergo non ſolum ſacramentum:ſed etiam rem ſacramenti malus accipit, quod indubitanter credendum eſt.¶Solutio:in prędictis uerbis Auguſtinus ſacramentum,uerum corpus,& uerum ſanguinem Chriſti uocat:rem,gratiam ſpiritualem, quam ſolus bonus,& non malus accipit.

P Quæſtio. 99. QVęritur: quale corpus Chriſtus dederit diſcipulis ſuis: mortale,an immortale. ſi mortale, quomodo potuit ſine lęſione dentibus teri uel frangi: ſi immortale,ergo dedit tale, quale nondum erat.¶Solutio: ſane dicimus,quòd tale dedit, quale uoluit,cui nihil erat impoſſibile. Aſſerunt quidam tamen,quòd mortale dedit,quod nos,ſicut nō aſſerimus,ita non negamus.

QVęritur: quæ ſit huius ſacramenti uirtus? ¶Solutio: uenialium peccatorum remiſſio,perfectio uirtutum,& eſt inſtitutum in augmentum uirtutum,& in medicinam quotidianę infirmitatis. Q Quæſtio 100.

QVæritur:an quotidie ſit communicandum? ¶Solutio: Auguſtinus, inquit,quotidie eucharistiam accipere nec laudo, nec uitupero: ſi quis tamen eſt in affectu peccandi, magis grauatur ex perceptione,quàm purificatur:& ſi quis peccato mortali mordeatur, lachrymis ſatisfaciat:& ſi de cętero nō peccādi uolūtatem habeat,ſecurus accedat. R Quæſtio 101.

QVæri ſolet: an praui ſacerdotes hoc ſacrificium conficere queant?¶Solutio:licet aliqui ſint uita praui,ſi intus ſint nomine, & ſacramento, creduntur quòd uere conſecrant:qui autem excommunicati ſunt,& de hæreſi manifeſte notati, non uidentur hoc poſſe. In hoc ſacramento tria oportet ſeruari, ſcilicet formam, ordinem, & intentionem,formam a Domino inſtitutam, ordinem,ut ſit ſacerdos,intentionem,ut intendat hoc facere. S Quæſtio 102.

QVæritur:an corpus Domini a brutis animalibus tangatur,uel ſumatur?¶Solutio:nullo modo uel a mure,uel ab alia beſtiola ſumitur. T Quæſtio 103.

QVid ergo ſumit mus,qui manducat? ¶Solutio: Deus nouit,forſitā niſi accidētia, quæ ibi ſunt. V Quæſtio. 104.

NOlite manducare propter illum, qui indicauit, & propter conſcientiam.ſ. infirmi & X Quæritur: quomodo dicat. Nolite manducare propter infidelem,uel infirmum fidelem, nō ne melius eſſet propter utrumque manducare, quàm abſtinere:nam ſi abſtinet,offenditur infidelis.Infirmus uero ſibi potius rel[illegible]uendus eſt,ut iam ſuperius dictum. Qui infirmus eſt,olus manducet. In hac.n. exiſtimatione,qui putat te idolum uenerari,ſi idolo conſecrata comedis,ipſe ſibi eſt relinquendus:licet enim te peccare manducando exiſtimet,tamen non cum ueneratione idoli comedis,nec ipſe hoc putando a fide auer[illegible]ur,immo zelo fidei credit te errare in hoc quòd comedis,& ideo indignatur.¶Solutio, melius eſt ipſum, qui manducauit abſtinendo inſtruere, quam comedendo in errore fouere. Item ſi comederes coram infirmo fratre,ipſe ſcandalizaretur,& ex ſcandalo periret. Ideo abſtinendum eſt potius,quàm edendum. Quæſtio. 105

SIue manducatis,ſiue bibitis &c. Quæritur: quomodo poſſit impleri, ut omnia ad gloriam Dei faciamus,cum multa naturaliter faciamus, quæ nō ideo facimus,ut Deo placeamus? ¶Solutio,ſic omnia opera noſtra circunſpecte fiant, ut nihil contra Deum fiat. Y Quæſtio 106

SIcut & ego omnibus per omnia placeo. Alibi dicit.Si adhuc hominibus placerem, Chriſti ſeru' non eſſem. Nunquid omnibus per omnia placens ſeruus Chriſti non erat? Solutio,quod dicit. Si adhuc hominibus placerent,ſic intelligitur,ſi hominibus placerem quantum in me eſt, ut cauſam, & finem ponerem in homine,ſeruus Chriſti nō eſſem. Qui autem placet propter ueritatem, non ipſe, ſed magis ipſa ueritas placet. Z Quæſtio 107

SI quis uidetur contentioſus eſſe, nos talem conſuetudinem non habemus, neque Eccleſia Dei. Hic habemus authoritatem,quòd conſuetudines ſanctę eccleſiæ tenendæ ſunt, & ſi rationem ignoremus, A Quęſtio. 108.

mus, quare ab illa ſic conſtitutæ ſunt: Deus enim ſuam eccleſiam in his, quę ad ipſum pertinent, non permittit errare. Nota: eccleſia dicitur conuocatio fidelium, & domus, in qua conuenitur ad euchariſtiam percipiendam: non ſolum ad mortis Chriſti commemorationem: ſed etiam ut Chriſto moribus, & uita conformemur. (Eccleſia.)

B Quæſtio 109 Gen. 1.

VIr imago, & gloria eſt Dei, mulier uero imago, & gloria eſt uiri &c. Quæritur: quomodo uir ſit imago Dei, & non mulier, cum in Geneſi ſcriptum ſit de utroque, quòd facti ſunt ad imaginem Dei. ¶Solutio: alia eſt imago communis uiro, & mulieri, de qua agitur in Geneſi, alia eſt illa, quæ ſoli uiro, & non mulieri conuenit. Prima conſiſtit in potētia naturali cognoſcendi Deum. Secunda in hoc intelligitur, quòd ſicut ex Deo omnia, ſic ex uno homine omnes homines. Vel moraliter accipiendum: ut per uirum, intelligatur ratio; per mulierem, ſenſualitas, & ſecundum hoc uir, & non mulier, eſt imago Dei.

C Quæſtio 110.

OPortet hæreſes eſſe &c. De authoritate eccleſiæ. Quæritur: quis dicendus ſit hæreticus? ¶Solutio: hæreticus proprie eſt, qui alicuius temporalis commodi, & maxime gloriæ, uel principatus ſui cauſa, falſas, & nouas, & prauas ſectas, & a ueritate alienas inuenit, uel ab aliis inuentas tenet: ſequitur, & defendit.

D Quæſtio 111.

PRobet autem ſeipſum homo &c. Si quis in mortali peccato eſt, non accedat, ſed dicat, Domine non ſum dignus, ut intres ſub tectum meum. *Quid* eſt ergo aliquem ſeipſum probare, niſi uidere, an cōſcientia ſua mordeat ſe dę mortali, & ſi eſt in propoſito manendi adhuc in peccato. Sacerdos autem eum, qui eſt in peccato mortali, non tamen manifeſto, debet monere, ne accedat, non tamen ipſi communionem ſubtrahere poteſt. Si autem publica fama, uel crimen accuſet, nullo modo accedat: nec ei ſacerdos det. Si enim uel gratia ſui, uel pecunia cōuictus dederit tali: quantum in ſe eſt Chriſtum occidit: quod eſt ualde timendum.

E 1. Cor. 12 Quæſtio 112

DIuiſiones autem gratiarum: idem autem ſpiritus &c. Cum opera Trinitatis ſint indiuiſa. Quæritur: cur gratias Spiritui ſancto, miniſtrationes filio, operationes patri attribuat? ¶ Solutio: in gratia maxime apparet benignitas, quæ ad proprietatem Spiritus ſancti pertinet: ideo gratias Spiritui ſancto attribuit. In miniſtrationibus uero ſapientia lucet: quæ ad filium ſolet referri. In operationibus potentia: quæ ſpecialiter patris eſt: ideo operationes ad patris authoritatem refert.

F Quæſtio 113. Sapiētia, & ſcientia Dei quō diuerſæ accipiātur.

ALij datur ſermo ſapientię &c. Notandum, quòd accipitur aliter ſapientia, & ſcientia hic, quā ibi, o altitudo diuitiarum ſcientiæ, & ſapientię Dei. Cum enim dicit, O altitudo diuitiarum ſcientię, & ſapientiæ Dei, ſapientiam, & ſcientiam, uocat diuinam eſſentiam. Cum autem dicit, alij datur ſermo ſapientię: alij ſermo ſcientiæ, ſapientiam, uocat cognitionem de ęternis, ſcientiam uero, cognitionem de humanis.

G Queſtio 114.

HÆc operatur omnia unus atq; idem ſpiritus. Quæritur, quare pater non dicatur donum, ſicut filius, uel Spiritus ſanctus, cum det ſeipſum, ſicut & aliæ perſonæ, nemini enim datur filius, uel Spiritus ſanctus ſine patre. ¶Solutio: propter authoritatem principii, ne intelligatur eſſe ab alio, qui eſt a nullo.

H Queſtio. 115.

SIcut enim unum corpus &c. Quæritur, an ſoli boni iſtis donis participent? an etiā mali? Quòd autem etiam mali hæc habeant dona ſpiritus, inde liquet, quòd in euangelio legitur, quia dicēt ad Dominum in die iudicij. Domine non ne in nomine tuo prophetauimus, & dæmonia eiecimus: quibus dicet Dominus, Amē dico uobis, neſcio uos &c. Itē Ioannes euangeliſta cum uideret quendam, qui nō ſequebatur Dominum, eijcere dæmonia in nomine Chriſti: uoluit prohibere, cui Dominus ait. Noli prohibere, qui non eſt mecum contra me eſt. (Marc. 9.) Ex quibus patet, quòd & mali his donis ſæpe utuntur, & ſic uidetur, quòd ſint de corpore Chriſti, & ſint eius mēbra: ſed ijdem, cum ſint mali, ſunt membra diaboli. ¶Solutio: non dicit Apoſtolus, quòd omnes habentes dona Spiritus ſancti in unitate corporis cōſiſtāt. Vel eccleſia large accipitur, ſcilicet multitudo omnium ſacramentis eccleſię participantium. In quib[us] ſunt quędam putrida membra, & grana multa cum paleis, quæ dicuntur eſſe in corpore, ſed non de corpore. Vnde Ioannes, a nobis exierunt, ſed non de nobis erant. (1. Ioan. 2) ¶Nota, quòd Apoſtolus dicit omnia membra corporis, cum ſint multa, unum corpus ſunt. Hoc dico propter quoſdam nolentes concedere, quòd partes omnes alicuius totius ſimul iunctæ recipiant nomen totius, cum etiam dicatur in ſymbolo Athanaſij, anima, & caro ſunt unus homo.

K Quæſtio 116. 1. Co. 13.

SI habuero omnem fidem, charitatem autem &c. Hic Apoſtolus manifeſte oſtendit, quòd fides, & cætera dona poſſunt haberi ſine charitate. Quæritur ergo imprimis, de qua fide hic agatur, an de fide catholica, an de alia? ſed non de alia, quia per aliam non poſſunt montes transferri de loco ad locum, ſicut per hanc, de qua hic agit: ergo de fide catholica hic agit: unde conſtat, quòd ipſa poteſt haberi ſine charitate, & ſic a malis poteſt haberi, quod multi negant. Eſt autem, ſecundum hos, fides catholica, fides operans per dilectionem. (Fides catholica.) A quibus quæri poteſt, an unum uocent: an duo fidem per dilectionē operantem, hoc autem totum unum eſſe nō poteſt. Qui enim fidem ſic habet, nō ſolum credit, ſed etiā diligit. Hæc autem duo in malis eſſe non poſſunt, ſed quantum in fide eſt ſimpliciter hoc totū, in malo etiam in diabolo eſſe poteſt. Quid enim credit iſte bonus, quod non credit iſte malus? Non ne iſte malus, uel etiā diabolus, credit, quòd Chriſtus mortuus eſt, & a morte reſuſcitatus, & cætera, quæ credenda ſunt, quę ad fidem ſunt neceſſaria. ¶Sed obijcitur ſecundum hoc, quòd diabolus habet fidem catholicam, & ſic ſit catholicus. (obiectio) ¶Solutio: catholicus duobus modis dicitur, & qui catholice uiuit, uitam Chriſti imitando: & catholicus dicitur, qui omnia credit credenda, ſiue habeat charitatem, ſiue nō. (Catholicus.) Cōcedunt quidam, quòd etiam diabolus ſecundum aliam acceptionem poſſit dici catholicus; quod nobis auribus grauiter ſonat, maxime cū illa cognitio, quā ille habet de Chriſto, magis ſit ex naturæ ſubtilitate, quàm ex chriſtianæ fidei inſpiratione.

Cha-

L Quæſtio 117.

CHaritas eſt fons proprius bonorum &c. Quæritur, an charitas poſſit haberi ab ijs, qui ſunt damnandi. Non ne ipſi ſunt alieni, qui non communicant fonte proprio bonorum? ¶Solutio, ideo charitas dicitur fons proprius bonorum, quia nemo poteſt ſimul charitatem habere, & malus eſſe.

M Quæſtio 118.

CHaritas nunquàm excidit &c. Quæritur, an charitas ſemel habita nunquàm amittatur. Nã ſi nunquàm excidit, & nunquàm amittitur, ergo ij, qui damnandi ſunt, aliquando charitatem habere non poſſunt. ¶Solutio, ideo charitas dicitur nunq̃ excidere, quia habetur hic, & in futuro, in præſenti uero habita amittitur, & amiſſa iterũ recuperatur.

N Quæſtio 119.

SCiẽtia deſtruetur &c. Quęritur: quomodo dicat ſcientiam deſtrui in futuro: nunquid non habebimus cognitionem in futuro earum rerum, quarũ nunc habemus? Habebimus quidem, & multo maiorem quàm habeamus in pręſenti: quomodo ergo ſcientia deſtruetur? ¶Solutio: dicunt quidam, quòd ſcientia deſtruetur a ſua partialitate & imperfectione, ut non ſit partialis & imperfecta. Sed hoc eſt eã augeri & perfici, & non deſtrui: quia eodem modo poteſt dici de charitate, quòd ipſa ſit deſtruenda. Sicut enim imperfecte cognoſcimus: ita imperfecte diligimus, & cum uenerit quod perfectum eſt, euacuabitur quod ex parte eſt.

¶Solutio: dicunt quidam, quòd non ſcientia: ſed modus eius ænigmaticus & umbratilis deſtruendus eſt. Sed iterum eadem ratione & charitas uidetur eſſe deſtruenda: cuius modus ſcilicet imperfectionis in futuro eſt euacuãdus. Ad hoc reſpondetur, quòd uerum eſt, quòd modus imperfectionis tolletur a charitate: ſed non omnis modus. In futuro enim diligetur Deus propter ſe, & propter Deũ proximus: ſicut in præſenti diligitur. Alij etiam dicunt, quòd actus ſcientiæ in futuro deſtruetur. Charitas uero, quæ nunc eſt, nec eius actus, nec quidam modus in futuro deſtruetur: fides autẽ, & ſpes ex toto euacuabuntur: ſcientia uero ex parte deſtruetur: cuius actus, & modus non erit.

O Quæſtio 120.

SEd eſt alia quæſtio, quæ nos magis urget: uerum eſt, & negari non poteſt, quin charitas in præſenti ſit comparatione futuri imperfecta, ſed Apoſtolus probat tali argumento, quòd prophetiæ euacuabũtur, & quòd ſcientia deſtruetur: ex parte ſcimus, & ex parte prophetamus: cum autem uenerit, quod perfectum eſt, euacuabitur quod ex parte eſt: cum ergo charitas ex parte eſt, conſimili argumento ipſa euacabitur, cum uenerit quod perfectum eſt. ¶Solutio: nos autem dicimus, quòd alia ratione dicitur ſcientia, uel prophetia ex parte, alia ratione charitas imperfecta. Ex eo enim, quòd quidam cognoſcunt, quidam non cognoſcunt, prophetia uel doctrina habet locum in hoc præſenti, ubi alius alium docet & inſtruit. In futuro uero ubi omnes erunt docibiles Dei: quando omnes a maximo uſque ad minimum cognoſcent Deum plene & perfecte: tunc doctrina hominum non habebit locum: quando nemo dicet fratri ſuo, cognoſce Deum. Ideoq; ſcientia, i. doctrina euacuabitur. Charitas autem non ſic dicitur ex parte eſſe. Nõ enim ideo habet eſſe, quia quidam diligunt, & quidam non diligunt: immo multo uerius erit: quando omnes diligent perfecte.

¶Nota, ænigma eſt obcura ſimilitudo, & ſicut in præſenti omnis creatura eſt quaſi quoddam ſpeculum, in quo uidetur Deus: ſic in futuro ipſe Deus, erit ſpeculum omnis creaturæ, in quo omnia uidebuntur uerius, quàm in ſemetipſis. Hinc eſt ſecundum quoſdam, quare ſcientia ſit deſtruenda: quia umbratilis iſte modus cognoſcendi: quem nunc habemus, plena cognitione accedente non erit.
Ænigma.

P Quæſtio 121. Verũ fides haberi poſſit ſine charitate.

CHaritati non poſſunt fides, & ſpes deeſſe: fides uero, & ſpes ſine charitate eſſe poſſunt. Dicũt tñ quidam (ut ſupra dictum eſt) quòd fides ſine charitate eſſe non poteſt: quorum error hic deſtruitur, cum enim dicit: ſi habuero omnem fidem, ita ut montes transferam: charitatem autem non habeã, nihil ſum: innuit manifeſte, quòd fides etiam perfecta poteſt haberi ſine charitate. Et expoſitor in prædictis uerbis manifeſte eos arguit dicens, ꝙ fides, & ſpes ſine charitate eſſe poſſunt.

Q Quæſtio 122. de ſpe.

DE ſpe uero quæri poteſt, quomodo ipſa ſine charitate eſſe poſſit. Non ne ſpes eſt fiducia futurorum bonorum ex præcedentibus meritis ueniens? Hæc autem non poteſt eſſe ſine charitate. Itaq; uidetur, quòd ſine charitate ſpes eſſe non poſſit. Item ſi ſpes eſt (ut alijs uidetur) expectatio futuri cõmodi; Iam pręſumptio erit potius, quàm ſpes, ſi certus ſum, qđ remunerabit: licet ſint nulla merita. Ad hoc reſponderi poteſt, quòd duplex eſt ſpes: remunerationis, & promerendi: ſpes uero promerendi ſine charitate eſſe poteſt, ſpes autem remunerationis non poteſt haberi ſine charitate.

R 1. Cor. 14. Quæſtio 123.

QVi loquitur lingua, non hominibus loquitur, ſed Deo. Quæritur, quid ſit loqui lingua: ¶Solutio, alij dicunt, quòd loqui lingua eſt loqui parabolice: Alij lingua incognita. Auguſtinus dicit, quòd prolatio ſignorum, quæ ſpiritus in ſpiritu hominis informat: dicitur eſſe loqui lingua. Vnde Apoſtolus ait, Spiritus loquitur myſteria. Idem enim dicit loqui lingua, & loqui ſpiritu. 1. Cor. 14
Spiritus ſanctus in primitiua eccleſia formabat ad conuerſionem fidelium ſigna cæleſtium ſecretorum in mentibus fidelium, & prolationẽ talium uocat loqui linguis Apoſtolus. ¶Notãdum uero, quòd illi qui linguis loquebantur: quandoque intelligebant, quandoque nõ intelligebant. ¶Sed dicet quis, ſi ille, qui loquitur lingua, intelligit quod dicit: Iam hoc eſt non loqui lingua, ſed propheſare. ¶Solutio: Licet ipſe intelligat, niſi ipſe alijs exponat, non prophetat: ſed tantum loquitur lingua. ¶Nota quædam fieri in eccleſia ad ſolum decorem, non adeo ad neceſſitatem: inter quæ continetur loqui linguis.
obiectio
S

T Quęſtio 124. Quid loqui linguis.

ERitis loquentes in aera &c. Ex his uerbis arbitrantur quidam, quòd loqui linguis ſit loqui diuerſis generibus linguarum, ſed non eſt hoc uerum: immo ad hoc inducit Apoſtolus iſtud, ut oſtendat, loqui linguis ſine interpretatione paruam habere utilitatem, ſicut loqui omnibus generibus linguarum: potius confuſionem quàm ædificationem faceret his, qui nullã eorum intelligerent.

V Quæſtio 125.

SI neſciero uirtutem uocis. Quęritur, quid uocet uirtutem uocis. ¶Solutio: uocis ſignificationẽ, uocat uocis uirtutem.

Quæri-

X Quæſtio 126. QVæritur etiam: quare huiuſmodi locutio lingua fieri dicatur. ¶Solutio; ideo hoc fit, quia quod in lingua eſt: in uoce, & in prolatione eſt: qđ uero in corde eſt, in intellectu eſt: quia in corde intelligentia eſt: unde quia hæc locutio tantum in ꝓlatione eſt, & non in intelligentia: ideo lingua fieri dicitur: ſpiritu etiam, & non mente. Eſt enim ſpiritus uis animæ inferior mente, in qua imagines rerum confuſe comprehenduntur. Eſt enim uiſibiliũ imaginaria & confuſa comprehenſio, ſine diſcretione proprietatum eorum, quæ comprehenduntur: qualis fuit illa Pharaonis de uaccis, & ſpicis uiſio: ipſe enim tantum imagines uidebat. Gen. 41. Ioſeph uero in intellectu de his habuit Dei reuelationem.

Y Quæſtio 127. QVæritur: quid uerba ſic prolata ſignificent: quando quis ſic lingua loquitur, ut hoc exẽplum ponamus, Exit qui ſeminat ſeminare ſemen ſuum. Nam ſi hæc eſt uocis ſignificatio, ipſa uera fuit: quęritur ergo, ſi id ea dicitur, quod ea ꝓprie ſignificatur: ſi dicatur ita eſſe, infertur ergo, quoddam falſum ea ſignificatur. ¶Ad hoc reſpondent quidã dicentes, non eſt uocis ſignificatio quærenda in huiuſmodi: ſed rerum tantum, quod pertinet ad allegoriam. Alij dicunt, ut licentius loquantur, quia proprie quidem falſum ſignificat: non tamen ea falſum dicitur: quia non ibi dictum terminatur: non enim eſt finis locutionis illa prima uocis ſignificatio: ſed ſecunda, quæ allegorica dicitur. ¶Poteſt autem dici, quòd locutio ipſa neque uerũ
Z neque falſum ſignificat: res enim ibi tantum ſignificant uerum: quod ibi myſtice intelligitur. Nec nego, quin ibi ſit uocis ſignificatio, ſed tantum incomplexe: quia hæc uox, homo, ſignificat hominem, & ſic de cæteris: ſed non ſignificant complexe: non enim coniuncte ſignificant, ut uerum, uel falſum ſignificetur, ſed ut res ſignificent illas: quibus uerum ſignificatur. Vel poteſt dici, quòd propoſitio ipſa ex rerum proprietate, quę ſignificantur: ad illud ſignificandum, quod myſtice intelligitur, aſſumitur, ut hæc uox ſemen, uerbum Dei ſignificat: ex proprietate rei, quam ſignificat.

A 1. Cor. 15 Quæſtio 128. CHriſtus mortuus eſt pro peccatis noſtris &c. Quęritur: an Chriſtus ſecundum carnem moriendi habuit neceſſitatem? Quòd autem habuit moriendi neceſſitatem, uidetur uelle authoritas ſuper locum illum. Quemadmodum ſtatutum eſt hominibus ſemel mori: poſt hoc autem iudicium: ſic Hebr. 9. Chriſtus ſemel oblatus eſt: ſic.i. eadem neceſſitate, Eſa. 53. & iure naturæ: quo cæteri moriuntur. Item dicit authoritas, quia uoluit oblatus eſt, igitur ſola uoluntate, quomodo ergo neceſſitate? ¶Solutio; conſtat, quòd in Chriſto nulla erat cauſa moriendi, quia nullum peccatum: tamen ut uolunt quidam inter cęteras pœnalitates: etiam neceſſitatem moriendi uoluntarie ſuſcepit, & ſic hæc neceſsitas non impedit uoluntatem; quam, ſicut quãdo uoluit, accepit: ſic eam, quando uoluit, depoſuit: ſi enim inquiunt aliquod maius beneficium non eſſet collatum carni aſſumptæ, neceſſario ſubiaceret legi naturæ: quam etiam neceſsitatem quidam intelligunt per mortalitatem.

EGo ſum minimus Apoſtolorum &c. Quæritur, B quomodo Apoſtolus ſe dicat minimum Apoſtolorum, Quæſtio cum maioris meriti ſit meritis aliorum: 129. plus enim omnibus laborauit. ¶Solutio; hoc dicit ſecundum priorem ſtatum, non ſecundum præſentem, in quo non minimus Apoſtolorum fuit, ſed maximus. Sed obiicitur. Non enim dicit, ego fui minimus, ſed ego ſum minimus Apoſtolorum: igitur cum non ſit inter minimos, ſed potius inter primos, uidetur quod mentiatur, & ſic ad mortem peccare: quia os, quod mentitur, occidit animam. Sap. 1. ¶Solutio: ſenſus eſt, ego ſum minimus Apoſtolorum.i. me aliis non præfero, ſed potius alios mihi: nimirum, omnia enim peccata ſua: præterita, uel præſentia, occulta, uel manifeſta, habebat ante oculos ſuos: aliorum uero ſimplicitatem & innocentiã conſiderauit, & ſic ſecundum hanc conſideratioñe humiliora de ſe ſentiebat: ſicut enim ſuperbus ſi qua bona habet, illa ſemper attendit, & aliorum infirmitates, unde ſe ſolum magnũ arbitratur, alios uilipendens: ſic humilis ſuas infirmitates ſine intermiſſione uidet, bona uero aliorum perpẽdit: hinc eſt, quòd ſancti, cum ſint maiores, ſe humiliores ſentiunt, nec eſt fallens opinio, quia bona, quę habent, non ſua, ſed Dei munera eſſe iudicant, mala uero, quibus ſubiacent, ſua eſſe ſciunt.

GRatia Dei ſum id quod ſum &c. Quæritur, de C qua gratia loquatur. Siquidem de gratia Dei Quæſtio operante, & cooperante, ſiue gratia præueniente, 130. & gratia ſubſequente, iam in ſuperioribus dictum eſt: gratia.n. præueniens, uel operans eadẽ eſt: quæ operatur in nobis ſine nobis. ſ. præparando, & ſanando liberum arbitrium, ut bonum uelit, quam notat Apoſtolus dicens. Gratia Dei ſum id quod sũ: gratia uero ſubſequens, uel cooperans una & eadẽ eſt, quæ operatur in nobis, non ſine nobis, ſubſequẽdo, & adiuuando, ne fruſtra uelimus, quam notat Apoſtolus dicens: Et gratia eius in me uacua non fuit, quia omnibus plus laboraui, non autem ego, ſed gratia Dei mecum. Ex hoc itaque, quod dicit. Ego ſum id quod ſum gratia Dei, deſtruitur error Pelagianorum, qui dicebant liberum arbitrium ad ſalutem promerendam ſufficere. Item ex eo, quod ſupponit, & gratia eius in me uacua non fuit, hominem oſtendit ex libero arbitrio aliquid poſſe, quod quidam hæretici negant dicentes, quòd homo nil promereri poteſt. Apoſtolus uero demonſtrat hominem ex ſe quidem nihil poſſe, ſed tantum ex gratia superueniente: oportet enim hominem gratia præueniri: deinde liberum arbitrium, iam a gratia præuentum ipſi gratiæ cooperari debet: cuius natura talis eſt, ut relucere, & cooperari poſsit, ſicut radio ſolis oculus tactus uidere poteſt. Quòd ergo homo operatur, ex gratia eſt: cui cooperatur. Quædã enim gratia (ut iam dictum eſt) operatur ſine adiutorio hominis, quia compũgit mentem, & excitat, homo uero ſine gratia: nec cõſentire poteſt gratiæ, nec aliud quicquam efficere, ſed gratiæ trahenti & ducenti innititur, & ſic gratia adiutus promeretur. Ex quo patet, quòd non tantum gratia eſt, quando homo aliquid boni facit, ſed etiã ex libero arbitrio, licet totum ſit opus gratiæ, uel per ſe, uel cũ

homine operantis. Sunt itaque quædam ex ſola gratia, quædam ex gratia, & homine.

D Quæſtio 131. SI reſurrectio mortuorum non eſt, nec Chriſtus reſurrexit. Quæritur de hypothetica, an ſit uera: & quomodo ſit intelligenda. ¶Solutio; uera eſt, & ſic intelligitur: ſi impoſſibile eſſet mortuos reſurgere, ut quidam hæretici dicebant: nec Chriſtũ ſurrexiſſe eſt poſſibile: uel ſi ſancti non eſſent reſurrecturi, nec uerum eſſet quòd Chriſtus reſurrexit; quia totum, quod fecit in carne, moriendo, patiendo, reſurgendo: pro nobis fecit.

E Quęſtio 132. SI Chriſtus non reſurrexit, inanis eſt fides noſtra. Quæritur, quomodo dicat Apoſtolus inanem eſſe fidem noſtram? & miſerabiliores ſumus omnibus hominibus, ſi non erit reſurrectio mortuorũ, uel corporum. Nam cum anima immortalis, & ipſa ſola capax ſit uiſionis Dei, & ſic ſola habere beatitudinem poſſit: non ne beati eſſe poſſumus ſine corporum reſurrectione? Et ad idem.

F Quæſtio 133. QVæritur: ad quid erit corporum reſurrectio? cum eis ibi opus non erit: ubi Chriſtus erit omnia in omnibus, nec ipſa beatitudinem ſuſcipere poſsint, quæ erit ſolius animæ. ¶Solutio: uidendum eſt diligenter quid dicatur, & ſecundum quid. Quòd enim ait, miſerabiliores ſumus omnibus hominibus: non ſecundum animam, ſed ſecundum corpus dicit. Hic enim maiorem miſeriam alijs paſſus eſt Apoſtolus. Eſt autem corporum reſurrectio, ut & ſecunda gloriemur ſtola: claritas enim illa, quæ in corpore erit: ad augmentũ beatitudinis ipſius erit, ut quod prius habuit ad miſeriam etiam habeat ad gloriam & decorem. Probat Apoſtolus reſurrectionem mortuorum: per reſurrectionem Chriſti: quæ ideo tantum facta eſt, ut reſurrectio corporum crederetur, & fieret. Cũ tradiderit regnum Deo & patri, id eſt cum eccleſiá, in qua modo regnat per fidem, per cognitionem, quam habuit de filio, ad patris cognitionem & uiſionem perducet.

G Quæſtio 134. DOnec ponat omnes inimicos ſub pedibus eius. Quęritur quõ dicat, quod oportet Chriſtũ regnare: donec ponat &c. Non ne in æternum regnabit; & præcipue inimicis ſubditis? ¶Solutio: in locis ſimilibus, donec, ponitur pro in æternum: ſi .n. tunc, qñ hẽt aduerſarios, regnat: conſtat, ꝙ regnabit õibus ſibi ſubiectis, & ſic in æternũ regnabit.

H Quæſtio 135. TVnc, & ipſe filius ſubiectus erit illi, qui ſubiecit ſibi omnia. Quæritur, ſecundum quam naturam filium ſubiectum patri dicat. Nam ſi ſecũdum diuinam, eo minor erit: quod falſum eſt, quia ſecundum diuinitatem æqualis eſt patri. Item ſi ſecũdum humanam hoc ſit dictum, tunc ſecundum eá omnia ſunt ſubiecta ei: & ſecundum humanam eſt Dominus omnium: quare & creator, & ſic ſecundum eandem uidetur eſſe ęqualis patri, ſecundum quam minor eo eſt: unde legitur. Æqualis patri ſecundum diuinitatem: minor patre ſecundum humanitatem. ¶Solutio; poteſt hoc ſane intelligi ſecundum utranque naturam, ſ. diuinam, & humaná: ſecundum humanam omnia ſunt ſubiecta ei: ſecundum quam ad æqualitatem patris ſublimatus eſt, dum uerbo conſubſtantiali patri, in unam perſonam, humana natura unita eſt, ſecundum quam plenitudinem donorum & ipſe accepit; de qua plenitudine nos omnes accepimus, & ſic ei ſubiecti. Itẽ ſecundum diuinam naturam quidam ſic intelligunt, quòd ſubiectus eſt filius patri, quia ab eo habet eſſe, a quo habet quicquid habet. Iuxta illud, doctrina mea, non eſt mea. Item: pater maior me eſt. Quod nonnulli ſecundum diuinam naturam intelligi uolunt. In huiuſmodi uerbo notatur diſtinctio, quia filius a patre, non pater a filio eſt, unde pater principium Deitatis dicitur, quia a nullo eſt, & ab ipſo tam filius, quàm Spiritus ſanctus eſt. Eſt enim Pater principium, non de principio; Spiritus ſanctus ab utroque procedens, ſed huiuſmodi non niſi conuenienti & loco tempore dicenda ſunt, ne infirmi ſcandalum incurrunt. Ioan. 1. Ioan. 7. Ioan. 14.

I Quæſtio 136. IN diſpari claritate erit par gaudium. Quæritur, ſi diſpar claritas, quomodo gaudium par poſsit eſſe? Non ne iuxta quantitatem claritatis, erit quantitas gaudij? Non ne ipſa claritas erit ipſum gaudium? Item ſi unus altero beatior, alter altero maius gaudium habebit, quomodo ergo par gaudium erit? Item gaudium omnium non ne erit ſingulorum? quomodo ergo in diſpari claritate erit par gaudium? ¶Si idem nummus omnibus dabitur, quomodo diſpar claritas? ſi par gaudium erit: ergo gaudium Petri erit gaudium Martini. Solutio; aliud eſt gaudium experientiæ: aliud uoluntatis, ut gaudium Petri remunerationis eſt, & experientiæ. Martino uero non experientiæ, ſed affectus eſt. Tantum enim placet illi bonum Petri, quantum ipſi Petro, non tamen in ſe ſentit, & experitur tam beatitudinem, quantam Petrus ſentit. Eſt itaque differens beatitudo ſecundum quantitatem, licet ſit eadem ſecundum qualitatem. Veluti ego de ſanitate alicuius conualeſcentis ex infirmitate, tantum gaudeo, quantum ipſe, affectu, & ſi non experientia, quia ſanitatem in me non ſentio, quam ipſe experitur. Sicut duo eodem lecto conteguntur, alter tamen plus calet: ſic in una uiſione Dei, unus intenſius gaudebit, quàm alter. Sed nullus inferior nulli maiori inuidebit, nec maius gaudium ſuperioris ſibi deſiderabit, quia unuſquiſque tantum habebit, quantum uolet, alioquin non eſſet beatus. Ibi uita ſine morte, notitia ſine errore, amor ſine offenſione. Ibi uidebitur finis deſideriorum noſtrorum. ſ. Deus ſine fine, amabitur ſine faſtidio, laudabitur ſine fatigatione.

K Quæſtio 137. SEminatur corpus animale &c. Quæritur, an corpus ab anima, an anima a corpore habeat animalitatem, id eſt ſenſualitatem? ¶Solutio; nec corpus animalitatem, niſi ab anima habere poteſt: nec animalis, id eſt ſenſualitatem habens, eſſet anima non corpori coniuncta. Videtur itaque animalitas noſci ex utriuſque coniunctione, anima tamẽ ſola ſentit per corpus, corpus uero ea ſuſcipit, non etiam ſentit. Primus enim homo ſic creatus eſt, ut ex creatione paſsibilis eſſet, nunquàm tamen pateretur, niſi peccaſſet. Vnde & dictus eſt immortalis fuiſſe ante peccatum, quia poterat non mori, poterat enim non peccare, qui ſi non peccaſſet, non moreretur.

L Quæſtio 138. SOlet item quæri, cum dictus ſit mortalis, & quodammodo immortalis homo ante peccatum, an utrunque habuit ex natura, an neutrum, an alterum tantum? ¶Solutio; ſalua reuerentia ſecretorum, ſine præiudicio melioris ſniē dicimus, quod naturaliter fuit homo ante peccatum mortalis & paſſibilis: beneficio uero ligni uitæ fieret immortalis: unde doctores non dicunt ſimpliciter illum tunc fuiſſe immortalem: ſed addūt quodam modo, & determinant quo modo: mortalem uero ſimpliciter eum pronunciant fuiſſe: iuxta hoc dictum eſt: primus homo factus eſt in animam uiuentem, ideſt in animam, quæ corpus negeraret, & uiuificaret: non ſic ut cibis non indigeret.

M Quęſtio 139. HÆc autem dico fratres, quòd caro, & ſanguis regnum Dei poſſidere non poſſunt: neque corruptio incorruptelam. Quæritur igitur: quæ corpora habituri ſumus. ¶Solutio: eadem corpora, quæ nunc habemus: poſt reſurrectionem habebimus: ſed immutata non ſecundum ſubſtantiam, ſed ſecundum qualitatem: hęc diſſolubilia, illa uero indiſſolubilia: ſed bonorum impaſſibilia, malorum uero paſſibilia: unde ipſa tanquàm in morte ꝑpetua erunt. Quòd autem indiſſolubilia erunt, docet Apoſtolus, dicens. Caro, & ſanguis regnum Dei non poſsidebunt. Quòd autem impaſsibilia corpora habituri ſunt: inſinuat Apoſtolus dicens: ſed omnes immutabimur.

N Quęſtio 140. CAnet enim tuba &c. Quæritur: quid nomine tubæ ſignificetur? ¶Solutio; dicunt doctores, quòd aliquod euidens, & præclarum ſignum: ſic uocat Apoſtolus: quo myſterium futuræ reſurrectionis implebitur. quę tuba alibi uocatur clamor, alibi uox archangeli uel uox Chriſti.

O Quæſtio 141. QVæritur etiam de uoce tubæ: an futura ſit materialis? ¶Solutio: patet, quòd uox materialis erit miniſterio angeli facta: quia ſicut per tubam conuocabatur populus Iudæorum ad feſtum, uel ad bellum: ſic tunc ad iudicium uocabuntur, uel aliquod euidens ſignum, quo idem fiat, quod uoce fieri ſolet.

P Quæſtio 142. ABſorpta eſt mors in uictoria. Quæritur: quæ mors, & in qua uictoria ſit abſorpta: mortis enim nomine quandoque diabolus, qui eſt author mortis, quandoque peccatum, quod ſeparat a Deo: quandoque diſſolutio animæ, & corporis ſignificatur. ¶Solutio: poteſt ſane intelligi & de diabolo, & de peccato, & diſſolutione animæ, & corporis. Conſtat, quòd in uictoria dominicæ reſurrectionis ſit abſorptus diabolus: ne dominetur, ſicut ante, quando timore mortis compellebantur homines ad quodlibet ſcelus: nunc autem ſapēti mortem contemnunt: maxime autem in futura generali omniū reſurrectione omnis mors abſorbebitur, quando hoc mortale induet incorruptelam.

Q Queſtio 143. VIrtus uero peccati lex. Qualiter hoc ſit intelligendum ex his, quæ dicta ſunt, ſuper epiſtolam ad Romanos, facile poteſt perpendi. lege enim data, & carnalis concupiſcentia inualuit, & præuaricatio acceſsit. Lex enim probibendo auget concupiſcentiam, niſi Spiritus ſanctus infundat charitatem.

ITaque fratres ſtabiles eſtote, & immobiles. Quæritur, in quo hæc duo differunt? ¶Solutio; ſtabiles in fide: ne per ſe moueantur pede ſuperbiæ: immobiles in tentationibus: ne manu peccatorum impellente fidem deſerant. ¶Tria ſunt genera tentationum: unum uiolentum; aliud fraudulentum, tertium uiolentum, & fraudulentum. Primum fit per apertas perſecutiones, ſecundum per falſos fratres, & hæréticos: Tertium fiet per Antichriſtum. Omne genus autem tentationum immittit diabolus: unde & leo dictus eſt aperte ſæuiendo, draco occulte & latenter ſeducendo. unde ſcriptū eſt: Snb lingua eius labor, & dolor. R Quæſtio 144.

DE Apollo notum facio uobis, quòd multum rogaui eum, ut ueniret ad nos, ſed nō fuit uoluntas eius, ut nunc ueniret. *Quæritur*, uter irrationabiliter egerit, an Paulus rogando, ut iret: an Apollo non acquieſcendo, quia uidetur aut hic non rogaſſe quod decuit: aut ille omiſiſſe qood facere debuit. ¶Solutio; uerum eſt, quòd uterque rationabiliter egit, quia Apoſtolus rogauit, ut hoc faceret, unde Apollo, quia ſic petebatur, uidebatur magis dimittendā Apoſtoli petitionem, quare non acquieuit. S 1.Cor.16 145.

SAlutate inuicem in oſculo ſancto. Quæritur, quare adiecit ſancto? ¶Solutio; eſt oſculum laſciuiæ, eſt oſculum proditionis, ut Iudæ, eſt oſculum ſanctitatis & concordiæ, ut quod interius appareat, ſcilicet uinculum charitatis &c. De hoc ergo dicit, ut cætera excludat. T Quæſtio 146.

---

## *INCIPIVNT QVAESTIONES eiuſdem M. Hugonis ſuper Epiſtolam ſecundam. Ad Corinthios.*

PAulus Apoſtolus &c. Hæc eſt ſecunda epiſtola, quæ Corinthijs deſtinatur. Scribit autem aliquando duas, aliquando unam epiſtolam tantum Apoſtolus: ſed nec, cum unam, aliquid diminutum & imperfectū, nec cū duas aliquid ſuperfluum dicit, ut hic uideri poteſt. Nam hæc epiſtola, quæ ſequitur, conſummatio, & confirmatio eſt præcedentis. In hac enim ſecunda, monet eos corrigi, qui nondum per pręcedentem epiſtolam erant correcti. Notat eos, quòd in eleemoſynis erant parci. Correctum fornicatorem præcipit recipi. Vnde patet quæ huius materia epiſtolæ ſit: quæ etiam intentio. Eſt autem materia ſpecialis ſtatus Corinthiorum, in quo tunc erant. Intentio uero ad unitatem & integritatem fidei reuocare. In hoc autem ſtatu ſpeciali generalem eccleſiæ ſtatum ſignat, & informat, & omnes ad unitatem fidei inuitat. ¶Præmittit more ſuo, & aliorum ſcribentium epiſtolas, ſalutationes eorum, quibus ſcribit, captando beniuolentiam: unde & dicit Paulus Apoſtolus, coniungendo nomen humilitatis,

V 2.Cor.1. X Argu. ſecūdæ epiſtolæ. Y Paulus Apoſto.

tis, & nomen dignitatis, ut dignitatis excellen-
tiam humilitas comes ſeperet, ſine qua omnis uir-
tus caſſa & inanis. Item Ieſu Chriſti, Ieſus eſt no-
Ieſu Chriſti. men perſonæ. Fuerunt autem plures hoc nomi-
ne dicti: ut Ieſus Naue: Ieſus magnus ſacerdos, ſed
& omnes nuncupatiue. Chriſtus uero ſolus ſubſtan
tiue, quia & nomen, & rem habuit: qui Saluator
mundi uere fuit. Interpretatur enim Ieſus Salua-
tor. Chriſtus uero nomen perſonæ, quod utranque
complectitur naturam. Eſt enim nomen officij, ut
ſacerdos, miles, & interpretatur unctus. In ueteri te
ſtamento duæ ungebantur perſonæ, regalis, & ſacer
dotalis: Chriſtus uero unctus eſt unctione regali, quia
ſecundum diuinam naturam ſuos regere potuit: ſe
cundum uero naturam humanam offerendi pote-
Z ſtatem accepit, qui ſemetipſum obtulit Deo patri:
Per uolũtatẽ Dei. unde ex officio regali, & ſacerdotali Chriſtus dici-
tur. Voluntas Dei multis modis accipitur, ut iam ſu
perius dictum eſt, & iterum dicere non erit ſuper-
Pſal. 134 fluum, Dicitur enim uoluntas Dei ipſa diſpoſitio,
1. Tim. 2 & beneplacitum. Vnde: omnia quæcunque uoluit,
fecit. Dicitur etiam uoluntas Dei, conſilium, uel
præceptum, unde dicitur: Deus uult omnes ſaluos
fieri. i. conſulit, & præcipit ea facere: per quæ ſaluẽ-
tur, ut ſunt prohibitio, uel permiſſio, & ſi qua hu-
iuſmodi.

A Quęſt. 1. CVm ergo uoluiſſem hoc: nũquid leuitate uſus
ſum? Quæritur ergo: utrum Apoſtolus men
titus fuerit, promittendo ſe uenturum, cum non ue
nerit: ipſe enim dixit, ueniã, & non uenit: ergo apud
ipſum erat eſt, & non. i. affirmatio, & negatio de eo-
dem, & ſic mendacium, & ſic reus mendacij. ¶Solu
tio; mendacium eſt falſa uocis ſignificatio cum in-
tentione fallendi: unde qui dicit falſum, quod pu-
tat uerum: nõ eſt iudicandus mendax: cum potius
fallatur, quàm fallat. Quicunque uero cum inten-
tione fallendi uerum dicit uel falſum, reus eſt men-
dacij: unde colligitur, quòd aliquis dicens uerum,
reus eſt mendacij, ſiue mentitur: & quòd aliquis di
cit falſum, non tamen mentitur: uel reus eſt
mendacij.

B Quęſt. 2 QVæritur autem de ijs, qui pie mentiuntur. an
an mendacij rei ſint, ut obſtetrices illæ Ægy
ptiæ? Nam ex intentione fallendi falſum ꝓ-
nunciabant. ¶Solutio; qui ſic mentiuntur peccant,
& dum uitæ aliorum prouident, contra conſcien-
tiam ſuam agentes, ueritatem offendunt, & animæ
propriæ periculum incurrunt.

C Quęſt. 3 ITem de iis quæritur; qui ioco falſum dicunt.
¶Solutio, aliquando ſic iocari malum eſt, aliquã
non: ſi uero ex conſuetudine, ſic peccatum eſt.

D 2. Cor. 2. Quęſt. 4. ALijs quidem odor mortis in mortẽ &c. Quę-
ritur, an odor mortis ſit bonus, an malus, cũ
Apoſtolus dicat ſe eſſe odorem, aliis in mortem.
alijs in uitam: ſi enim bonus quomodo in mortẽ.
Item ſi malus, quomodo bonus Deo. ¶Solutio; Apo
ſtolus non erat niſi odor bonus, & tamen hoc odo
re bono alij moriebantur. i. occaſionem per inui-
diam ſumebant. ſicut lex bona, & tamen ocaſio ma
E li quia præuaricationis.

2. Cor. 3 Quęſt. 5 NOn ꝙ ſufficientes ſimus &c. Hic quęritur, quo-
modo dicat Apoſtolus, ꝙ ſufficientes non ſumus ali
quid a nobis cogitare, cum mala ex nobis & cogi-
tare, & facere poſſimus. Item cum quædam natura
liter poſſimus facere, quę neque ad præmium, neq;
ad pœnam ſunt: hæc autem ſunt illa, q̃ a prima crea-
tione data ſunt nobis, ut dignum erigere, curuare,
deponere, & huiuſmodi. ¶Solutio: Apoſtolus hic a-
git de bonis illis, quæ meritum habent apud Deum,
quæ nullo modo poſſunt ſine gratia ſuperueniente
& iuuante fieri. Vnde Miſericordia eius præueniet Pſal. 58.
me, & miſericordia eius ſubſequetur. Gratia. n. præ- Pſal. 22.
uenit uoluntatem, ut uelit, & ſubſequitur, ne fruſtra
uelit. Vnde Apoſtolus hic deſtruit errorem illorum,
qui dicebant initium boni naturaliter non poſſe eſ
ſe ſine gratia; ſed boni conſummationem eſſe ex no
bis: in hoc quod dicit, ſed ſufficientia noſtra ex Deo
eſt. Ex libero enim arbitrio facultatem bene operan
di habemus, non tamen hac facultate uti poſſumus
niſi gratia adiuuante. Eſt enim liberum arbitrium ꝑ
culpam ita depreſſum, ut potentia ſua uti non poſ-
ſit, niſi erigatur a gratia, & adiuuetur, ſicut cum po-
teſtatem equitandi habeam, non tamen huius poten
tię exercitium habere poſſum abſque equo.

LItera occidit, ſpiritus autem uiuificat &c. Quæri F
tur; quomodo litera dicatur occidere; nunquid Quæſtio
talia præcipit, quæ obſeruata occidant? quomodo 6.
ergo ſtabit, quod alibi dicit Apoſtolus, quòd lex ſan
cta eſt, & mandatum ſanctum, bonum, & iuſtum, ſi
præcepta occidant? Item ſi dicatur, quòd litera ſine
ſpiritu. i. ſine gratia occidat, idem de euangelio dici
poſſe uidetur. Item ſi dicatur litera ideo occidere,
quia non poſſunt omnia ad literam ibi obſeruari:
non pereat, qui ea obſeruauerit: eodẽ modo dici po
teſt de euangelio. Nam ſi hoc, niſi manducaueritis Ioan. 6
carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem
&c. ad literam obſeruatur. i. ut litera ſonat, ut ſic
manducare, & bibere intelligamus hic, ſicut alibi:
ſtultum & damnabile eſt. ¶ Solutio; litera ſine ſpi-
ritu occidit. i. ſine gratia, quia occaſio mortis eſt, ſi-
cut ſcientia abſque charitate inflat. Litera uero euã
gelij non abſque ſpiritu eſt. Vel ut alibi iam dictum
eſt: per literam, ſiue legem, intelligitur mandatum
ſine gratia: quod ſemper occidit: quia concupiſcen-
tiam augens ſuperaddit præuaricationem. Per euan
gelium, mãdatum cum ſpiritu. i. gratia intelligitur:
unde Apoſtolus uocat legem, miniſtrationem mor-
tis: euangelium, miniſtrationem iuſtitiæ.

ET non ſicut Moyſi ponebant uelamen &c. Quæ G
ritur de uelamine: an excæcet. ¶Solutio: aliud Quęſtio
eſt uelamen figuratum, quod eſt lectio Moyſi: quod 7.
figuratum eſt per uelamen, quòd Moyſes loquens fi
liis Iſrael poſuit ſuper faciem ſuam: Aliud eſt uela-
men cæcitatis, quod eſt poſitum ſuper cor Iudęo-
rum: utrunque uelamen aufertur per Chriſtum. In
cuius rei figura uelum templi ſciſſum eſt in paſſio-
ne Chriſti.

NOs autẽ omnes reuelata facie gloriam Dei ſpe- H
culãtes, in eandem imaginem transformamur Quæſtio
&c. Quæritur, quid gloriam, & quid imaginem uo- 9.
cet? Solutio: gloriam Dei, quam ſpeculamur, & ima
ginem, in quam transformamur, idem uocat, ſcili-
cet Chriſtum, qui eſt gloria, & imago Dei increata,
ſicut uir eſt gloria, & imago Dei creata.

Qui

I Qui eſt imago Dei inuiſibilis. Quæritur: cur fi-
2.Cor.4. lius dicatur imago patris. ¶Solutio: ut oſten-
Quæſtio datur ſic eſſe ex patre, ut per omnia ei ſimilis
9. & æqualis oſtendatur.

K Iam autem quæratur: cur Spiritus ſanctus, cum ſit
Quæſtio ex patre, & ſimilis, & æqualis per omnia, non di
10. catur imago patris ſicut filius. Reſpondetur: quia imago, æqualitas, & ſimilitudo magis pertinent ad proprietatem filij, quàm ad proprietatem Spiritus ſancti. Ea.n. quæ naſcuntur, non quę procedunt, ſolent eſſe ſimilia. ¶Notandum, quòd ad imaginem, & æqualitatem ſequitur ſimilitudo: quia ubicunque imago, uel æqualitas eſt, ibi eſt ſimilitudo, ſed non conuertitur. Item nec imago infert ęqualitatē. nec infertur ab ea, quia & imago ſine æqualitate, & æqualitas ſine imagine eſſe poteſt.

L Habentes eundem ſpiritum fidei. Dicit expoſi-
Quæſtio tor ſuper hunc locum, quòd tempora uariata
11. ſunt, non fides, quia quicquid nos credimus, & illi
Obiect. antiqui crediderūt, & è uerſo. Vnde ſic obiicitur, Abraham credidit Chriſtum naſciturum, & nos credimus natum: ſed aliud eſt eſſe naſciturum, aliud natum: ergo aliud credidit ille, & aliud nos. ¶Solutio: quicquid credimus nos, & antiqui &c. id eſt, res eædem ſubiectæ ſunt noſtræ fidei, & illorum: non tamen ſequitur, quòd idem, quod eſt modo præteritum, eſſet in tempore eorum præteritum; nel quod
Obiec. 2 tunc futurum, modo ſit futurum. ¶ Item ſi opponitur. Abraham credidit Chriſtum naſciturū, ſed modo falſum eſt Chriſtum naſciturum: ergo Abraham credidit falſum. ¶Solutio, ut nobis uidetur, quid interpretatur quale. Cū.n. dicitur Abraham credidit Chriſtū naſciturū, ſenſus eſt, fidem habuit de Chriſti natiuitate: quæ tunc futura erat, ſed in aſſumptione, cum dicitur, modo falſum eſt Chriſtum naſciturum, ſenſus eſt: natiuitas Chriſti non eſt futura: unde ex illis duabus nullo modo ſequitur Abraham falſum crediſiſſe.

M Sed licet is, qui foris eſt, noſter homo. Quęritur:
Quæſtio an duo homines ſint homo exterior, & homo
12. interior, & an idem ſit homo exterior, & homo uetus, & homo interior, & homo nouus. ¶Solutio: ſicut homo uetus, & homo nouus, non ſunt duo homines, ſed unus, licet ſecundum aliud uetus, ſecundum aliud nouus dicatur, ſic homo exterior, & homo interior non duo homines, ſed unus & idem ſecundum diuerſa ſic dictus eſt. Nec idem eſt homo uetus, & homo exterior, nec idem eſt homo nouus, & homo interior. Vetus enim homo conſiſtit in culpa, & pœna, quæ duo non ſolum inueniuntur in homine exteriore: ſed etiam in homine interiore. Homo uero nouus intelligitur ſecundum iuſtitiam, & gloriam: quæ duo etiam ad hominem interiorē pertinent. Homo uero exterior dicitur, quicquid habemus commune cum brutis: homo interior, quod nobis commune eſt cum angelis.

N Qui dedit nobis pignus ſpiritus &c. Quæritur:
2.Cor.5. quomodo Spiritus ſanctus dicatur pignus, &
Quæſtio cuius rei ſit arrha. ¶Solutio: Spiritus ſanctus
13. amor eſt, & ex amore, quem habemus erga Deum, certi ſumus de promiſſione ipſius: & quia hanc certitudinem habemus ex Spiritu ſancto, ideo Spiritus ſanctus quaſi arrha, & pignus nobis datus eſt a Deo. Eſt autem pignus certitudo rei creditæ, uel promiſſæ, uel credendæ. ¶ Scientes ergo timorem Do- O
mini hominibus ſuademus. Timor in quinque ſpecies diuiditur, ut iam in epiſtola ad Romanos dictū eſt, nec opus eſt repetere.

Siue enim mente excedimus &c. Quæritur: qui P
ſint mentis exceſſus. Solutio: duo ſunt exceſſus, Quæſtio.
uel pauor, uel intentio ad ſuperna: ita ut quodā mo 14.
do memoria labantur inferiora. In hoc mentis exceſſu fuerunt omnes ſancti: quibus arcana Dei mundum excedentia reuelata ſunt.

Pro omnibus mortuus eſt Chriſtus. Quæritur: Q
quomodo pro omnibus mortuus ſit Chriſtus: Quæſtio
cum eius mors non omnibus proſit. Damnandis.n. 15.
non proſeſt: ſed tantum electis. ¶Solutio: ſecundū Hieronymum ſic intelligitur, pro omnibus ſaluandis. Vniuerſitas.n. quandoque reſtringitur, & hoc modo pluribus. Quandoque enim colligit ſignum uniuerſale ſingula generum, quandoque genera ſingulorum, quandoque neutrum, ſed partem maiorem, uel digniorem ipſius uniuerſitatis. Vel ſecundum Auguſtinum, mortuus eſt pro omnibus Chriſtus, quia hoc eius mors promeruit, ut p ipſum omnes ſaluarentur, niſi in ipſis remaneret: ſufficiens.n. erat ad omnium ſalutem.

Deus erat in Chriſto mundum reconcilians ſi- R
bi. Quæritur: quomodo pater in filio, uel fili⁹ Quęſtio
in patre dicatur eſſe: uel quomodo illud ſit intelli- 16
gendum. Qui uidet me, uidet & patrem. ¶ Solutio: Ioan. 14
ideo alter in altero eſſe, uel uideri dicitur, quia una eſt ſubſtantia eorum naturaliter. Quod addo, ut hæreſim Sabellianam excludam. Ibi eſt unitas, ubi nulla diuerſitas, ſed omnimoda indifferentia, & æqualitas, & identitas: unde Hilarius ait. Pater uidetur in filio propter unitam naturæ ſimilitudinem: ſic.n. deteſtamur peſtem Arrianorum, quòd nihilominus execramur inſaniam Sabellianorum, ſic Deum trinum confitemur, quòd unum, & ſic unum, quòd trinum. Multi enim in diebus noſtris ſunt Sabelliani, quantum ad intellectum, qui confitentur tres perſonas: ſed cum dicitur, quòd tres perſonæ ſunt una ſubſtantia, non aliud intelligunt, quàm Sabelli⁹ intellexit, quòd inde contingit, quia nō animaduertunt multiplicem huius nominis ſubſtantia, ſignificationem. Dicit enim Hilarius, quòd cum dicitur pater, & filius ſunt una ſubſtantia: Talis loquutio habet & fidei conſcientiam, & fraudem paratam. Deinde aperit utrunque dicens: ſi ſingularem Deū patrem, & filium ſignificas, fraus eſt intelligentia: ſi autem dicas ideo patrem, & filium unam ſubſtantiam, uel unum ſimpliciter, ut intelligas unum, parem & indifferens, & per omnia æquale, ex nulla parte diſſimile, uera eſt intelligentia. Quibus uerbis manifeſtiſſime diſtinguit, inter unitatem perſonalem, & unitatem naturalem: pater enim, & filius unum ſūt in natura, non in perſona.

Ecce nunc dies ſalutis &c. Quęritur, cur tempus S
gratiæ dies ſalutis dicitur, cum etiam in tempore Quæſtio
legis naturalis, & ſcriptæ multi ſaluarentur. ¶Solutio, ideo dies ſalutis hoc tempus gratiæ dicitur, 3.Cor.6
quia in hoc tempore hoſtia oblata eſt, per quam ſo-

lam introitus pater in regnũ, per quam etiam illi, qui præceſſerunt,ſalutem meruerunt.Vnde ẽt tẽpus gratiæ dicitur,propter maiores uires nobis datas, per fidei, & dilectionis manifeſtationem; unde & uires diaboli ſunt imminutæ, & quia nunc omnia gratis,non cauſa alicuius terreni commodi fiunt,et quia illa,quæ in aliis tẽporibus ſunt promiſſa, hoc tempore ſunt adimpleta.

T Quæſtio 18 CHaritate non ficta &c. Quæritur: quæ charitas dicatur ficta. ¶Solutio:quę non perſeuerat,uel quæ non eſt ſufficiens ad ſalutem,uel ſimulata,ſcilicet aliquod ſignum dilectionis exterius oſtenſum: cum intus non ſit in corde, & hæc charitas non eſt charitas.

V Quæſtio 19. QVaſi morientes,& ecce uiuimus. Quæritur iuxta hęc:quomodo iugum Domini ſit ſuaue, & onus leue? cum [illegible] tot,& tanta dura,& difficilia patiantur,& quomodo laborantes,& onerati,ad ſe uenientes requiem inueniant, cum non a labore ad requiem,ſed potius a requie ad laborem uideantur tranſire. ¶Solutio ſanctis grauia & aſpera ſuſtinentibus adeſt Spiritus ſanctus, qui in exterioris hominis corruptione, interiorem hominem reuocat,de die in diem,& guſtata requie ſpirituali, ſpe futurę beatitudinis omnia aſpera releuat, & ſic in tot duris leuius eſt onus Chriſti. Omnia enim ſęua & immania,facilia & prope nulla facit amor Dei, & Domini noſtri Ieſu Chriſti.

X Quęſtio 20 2.Co.8 VT fiat æqualitas, ſicut ſcriptum eſt: Qui multum non abundauit &c. Quæritur: an minores,qui(quaſi prouinciales) miniſtrant ſtipendia mi litibus Chriſti,ſint illis in meritis æquales: quod uidetur Apoſtolus uelle dicens,ut fiat æqualitas. Solutio:iſta ęqualitas non eſt pietatis, ſed quia utrique ſuſtentant,& ſuſtentantur abinuicem. Minores.n. maiores in carnalibus ſuſtentant,& ſuſtentantur in ſpiritualibus. Et maiores minores, id eſt, ſpiritales carnales ſuſtentant in ſpiritalibus, & ſuſtentantur in carnalibus ab eiſdem.

Y Quęſtio 21. PRouidemus enim bona non ſolum coram Deo &c. Quæritur: quomodo diuidat Apoſtolus.ſ. corã Deo,& corã hominibus, cũ non poſſit fieri corã Deo,niſi ẽt fiat coram hominibus? Nec tñ ſemp exigitur opus exterius,uidelicet cum deeſt ſacultas. Semper autem exigitur,ut munda ſit conſcientia. ¶Solutio:ut Apoſtolus oſtendat conſcientiam non poſſe eſſe mundam, niſi etiam bona prouideat [illegible] [illegible] hominibus. ideo diſtinguit inter hæc duo.

Z Quæſtio 22 QVæritur: quid eſt prouidere bona coram Deo? ¶Solutio:ſic mentem aptare, ut nihil fiat corã Deum,quod fieri [illegible], niſi [illegible] ut [illegible] tum exterius,uel ideo [illegible] ter præ dicta,ut oſtendat quæ [illegible] ad Deũ pertinẽt,quia in ſe bo[illegible] quis aliter uideatur hominibus,ideoq; [illegible] llunt præ [illegible]. ¶Quod ergo expedit & decet [illegible] ud fiat quod expedit nobis ad meritum,quod decet [illegible] exemplum cęteris. Ergo propter cõſcientiã bona prouidere debemus [illegible] Deo.Propter famam prouidemus [illegible] bona coram hominibus: qui enim [illegible] conſcientiæ fi[illegible] famam negligit,crudelis eſt,quod facit, qui nõ curat, an quod facit,placeat,an diſpliceat, & propter ſcan

dalum [illegible] dimittit.

A 2.Cor. QVi parce ſeminat,parce & metet. Quæritur de pauperibus,qui parce ſeminant, uel nihil [illegible] an ideo parce & ipſi metent: ¶Solutio:non parce ſeminat ille,qui parũ largitur,[illegible] nimus prõptus ſit dare,ſi plus haberet.Parce ergo ſeminare dicendus eſt,qui paruũ habet dilectionẽ,ſiue plus,ſiue minus det:& hic parce metet [illegible]. paruam percipiet retributionem in uitam æternam.

B 1.Co[illegible] Q[illegible] 24 NOn.n. audemus nos inſerere &c. Id eſt,non uſurpamus nobis poteſtatem [illegible] ſed poteſtate nobis a Deo [illegible] utimur.Quæritur [illegible] quid ſit uſurpare poteſtatem? ¶Solut. ille uſurpat [illegible] poteſtatem, qui nõ electus,uel nõ uocatus ſumit ſibi honorẽ. [illegible] ingerit ſe,& non accepta poteſtate uult dominari.

C Q[illegible] 25 NOs aũt nõ in immẽſum gloriamur. Quæritur quid eſt in immenſum gloriari? Solutio: [illegible] quam debet,& in eo,quod nõ debet [illegible] gloriari: quod facit ille,qui extendit [illegible] no het.Abuti aũt poteſtate eſt [illegible] & [illegible] peccantium palpare.Vti poteſtate eſt peccantes arguere, & cætera,quæ ad ædificationem pertinent,facere.

D [illegible] 26 QVi gloriatur,in Dño glorietur. Quæritur: [illegible] d [illegible] Dño gloriari,cum [illegible]. Ab[illegible] mihi gloriari,niſi in cruce D[illegible] Ieſu Chriſti.Et illud.Non ſolũ gloriamur in ſpe [illegible] Dei ſed etiam in tribulationibus noſtris. N[illegible] eſt in Dño,& in cruce Dñi,& in tribulationibus [illegible]? Quid eſt gloriari? Solutio: gloriari eſt [illegible] laude, [illegible] iudicare. In Dño [illegible] eſt totã fiduciã no[illegible] Dño tan[illegible] re,& in Chriſto exultare gaudio ſpirituali. In cruce Dñi [illegible] dis põt intelligi. Ille.n. recte [illegible] gloriari dicitur,qui cum g[illegible] & ſpe futuræ [illegible] tur Dñi paſſionem, & [illegible] eſt gloriari in tribulationibus.D[illegible] ri in cruce Dñi q[illegible] iud cat ſe d[illegible] paſſionis Dñicæ mer tũ, dicens cu Ap[illegible] Petr[illegible] quia no eſt aliud nomẽ ſub cælo [illegible] tet [illegible] ſaluos fieri.hæc [illegible] m [illegible]

E [illegible] 27 2.[illegible] AEmulor enim uos Dei æ[illegible] quid eſt ęmulatio? S[illegible] men[illegible] in bonum, uel in malum [illegible] ſtatum. Quando eſt in bonum,tunc eſt an[illegible] do eſt in malum,tunc eſt liuoris.

F [illegible] 10. QVæritur: quid eſt ęmul[illegible] Dei [illegible]? ¶Solutio:diligere ad[illegible] mulari [illegible],quam D[illegible].

G [illegible] 29 DEſpondi.n. uos uni uiro uirginem [illegible] exhibere Chriſto. Quæritur de [illegible] deſponſatione Apoſtoli [illegible],qui ſunt in ec[illegible] es, ut [illegible] o e[illegible] pit co,qui [illegible]: ex [illegible] unã [illegible],una, [illegible] pe [illegible] ¶[illegible] plex eſt uirginitas [illegible],& mẽ[illegible].C[illegible] n eſt corp[illegible],mentis uirginitas [illegible] integri[illegible] o mnis [illegible] in corrupta.Hęc aut [illegible] fi dele[illegible] quæ [illegible] carn[illegible] eſt. [illegible] ia oẽs d[illegible] te [illegible] in ce æ dile[illegible].C[illegible],n[illegible]

[illegible] SAtanas trãſfigurat ſe in angelum [illegible] tur:an pe[illegible] oſũ [illegible] lucis,cũ ea dicit,uel facit,q̃ [illegible] ruũt bona. ¶[illegible]

tunc

tūc qñ dicit,uel facit ea,que cōueniunt: nō eſt error periculoſus,cū aūt ſuas fallacias incipit ducere,ne qs poſt eū eat,opus eſt uigilantia:qd non fit ſine Deo.

I Quæſtio 31. Matth.6 IN fame, & ſiti &c. Quæritur:ubi eſt pronuſtio Dei dicentis: Primum quærite regnum Dei, & hæc oīa adijcientur uobis? Videtur enim promiſſio titubaſſe,cum Apoſtolus dicat ſe laboraſſe in fame, & ſiti,frigore & nuditate. ¶Solutio: nouit ille medicus,cui ſemel nos totos commiſimus, & a quo promiſſionem præſentis uitæ,& futuræ habemus,quando hęc adiutoria apponat,uel ſubtrahat ſicut nobis expedire iudicat.

K Quæſtio 32. PEr feneſtram in porta a fratribus. Quæritur:an hoc factum ſit laudabile, an dignum reprehenſione: quod uidetur quibuſdam: quia Dei auxilio non eſt liberatus. ¶Solutio:ante non eſt neceſſariū ſuffragium Dei,quam deſecerit humanum auxiliū: nec debet aliquis expectare Dei auxilium, dum habet quod faciat,ne uideatur tentare Deum.

L Quæſtio 33. ET ſic effugi manus eius. Quæritur: an Apoſtolus fecerit fugiendo, ut bonus paſtor, an ut mercenarius.Non ne lupo ueniente oues deſeruit, & fugit? & ſic uidetur quòd non bonus paſtor, ſed mercenarius fuerit. ¶Solutio.Quādo aliquis paſtor ſpecialiter a perſequentibus quæritur, licet ei cedere, & rabiē perſequutorum declinare, & fugiendo utilitati totius gregis ſe cuſtodire,& interim cæteri,qui ita non requiruntur [illegible] conſeruis ſuis c[illegible]ha[illegible]ia præbeant. Cum autem omnium commune inſtat periculum,ij, qui aliis indigent,non deſerantur ab ijs,quibus indigent.

M 2. Cor. 12. Quæſtio 34. Exod.33 SIue in corpore, ſiue extra corpus, neſcio,Deus ſcit &c. Quæritur,quomodo Apoſtolus dubitauerit,an in corpore, an extra corpus ſit raptus: cū nemo in hac uita exiſtens Deum ſicuti eſt uidere poſſit: unde dicit Moyſi.Non uidebit me homo, & uiuet.Item ſi extra corpus ſit raptus. ita [illegible] quod anima ſeparata a corpore fuerit, nunquid corpus eius interim fuit mortuum? Item ſi intellectuali uiſione Deum uidit,tunc eum uidit uere, & illam cognitionem habuit,in qua ſumma eſt beatitudo, & ſic in beatitudine fuit. ſed beatitudo ſemel habita,nunquàm amittitur:aut ſi iam ſuſceptam Deus ei abſtulit,uidetur,quòd iniuſte Deus egerit. ¶Solutio;utrunque contingere potuit uel quod anima a corpore ſeparata Deum in ſe uiderit:uel anima libera a ſenſibus corporis,in ipſo corpore ſi[illegible] Deus cōtemplaretur,& quoniam alterum iſtorum recte cōtingere potuiſſet, dubitādo dicit Apoſtolus ſiue in corpore,ſiue extra corpus. Vnde quo[illegible] que horum fuerit: [illegible] authoritas illa: Non uidebit

N me homo,& uiuet,quia utroque modo exuiſſe hominem potuit.Si autem extra corpus fuit, tunc corpus mortuum fuit,& ab anima ſeparatum , & iterū anima redeunte uiuificatum . Cum autem plenam Dei cognitionem habuit, & ſic in beatitudine fuerit:ſi iterum eidem eadem gloria ſubtracta fuit, nō eſt mirum,nec incredibile. quia ſic Deus ſeruo ſuo dilectiſſimo beatitudinem & gaudium futurum, qd accepturus erat,præoſtendere potuit: ut firmius in eius dilectione,& ſeruitio perduraret:& tempus ipſum recipiendi uehementius deſideraret:quemadmodum in monte transfiguratus gloriam humanitatis tribus diſcipuli ſuis oſtendit.

O Quæſtio 35. Quid per tertiū cęlū intelligendū. P 4.Reg.2. Gen.41. Pulchra expoſitio tres cælos [illegible] bus. PEr tertium uero cælum,& paradiſum,in quem raptus eſt,idē intelligitur,uidelicet plenam diuinitatis intelligentiam , uel cognitionem . N[illegible] a de tribus cælis quadripertitam ſententiam.Scdm primam ſniam primum cælū eſt aereū: unde aues cœli . Secundū eſt firmamentum: unde & uo[illegible] firmamentum cęlū. Tertiū eſt empyreum , qd ſt[illegible] ex quo factum,angelis eſt repletum: ubi angeli , & aīæ ſanctæ fruūtur cōtēplatione Dei.¶Scdm ſecundā ſniam primū cælū eſt corporalis uiſio, qua cæli, & terra,& oīa oculis conſpicua cernūtur . Eadem uiſione [illegible] que Dei munere uidentur quædā , ut [illegible] ſeus currus ignitos , & Balthaſar manuum ſcribentē,in pariete,mane,thechel [illegible] . Secūdū cælum eſt uiſio imaginaria, uel ſpiritualis, qua uidentur non corpora , ſed imagines eorum : ut ſolent in ſomnis,uel in extaſi:ut Pharao ſpicas, & Petrus diſcum . Tertium uiſio intellectualis, qua nun[illegible] corpora, [illegible] imagines corporum uidentur, [illegible] corporalia, & immaterialia inſtinctu mētis conſpiciuntur [illegible] ſubſtantia , Deitas , & oīs aīæ affectio. ¶Te[illegible] tres cælos [illegible] angelorū hierarchiā ſm Dionyſiū uo[illegible].Pri[illegible] aſcēſu eſt,quæ continet angelos,& ar-

Q chāgelos & uirtutes.Scda poteſtates,principatus,& dominationes. Te[illegible]nos,& Cherubin,& Seraphin. [illegible] itaq; tertiam hierarchiam in aſ[illegible], & primum in deſcēſu, uocat Apoſtolus tertiū cælū , [illegible] paradiſum..d quod cum dicit ſe raptū, oſtendit ꝙ Deum [illegible] immediate facie ad faciem. ¶[illegible] sē-

R tenti[illegible],q[illegible] primū cælū dr cognitio[illegible] corporū:ſm cæleſtiū ſpirituū: tertium cognitio Deitatis.

S Quæſtio 36. SCio hmō &c.Quæritur. quo homo ē raptū dicat ſiue i corpore,ſiue extra. Cū homo i corpore, & aīa ſubſiſtat. quō ergo dicit hoīem poſſe extra corpus rapi ¶Solutio:ueritas hoīs ibi c[illegible] ē imago,& ſimilitudo Dei.Vnde eſt [illegible].Me[illegible] quiſque, ipſe eſt qui[illegible]ue.Nomine itaque hominis, uocat hominem interiorem.

T Quæſtio 37. DAtus eſt mihi ſtimulus carnis meæ angelus &c.Quæritur:a quo ſit ei datus ſtimulus iſte: an a Deo,an a diabolo[illegible] a Deo quū angelus ſatanæ dr,quaſi ab eo miſſus: Item ſi a diabolo [illegible]: quō uerū eſt quod ſequitur. Ne magnitudo reuelationū extollat &c. Nuquid iō Satanas per angelum miſit a ſe, Apoſtolū colaphizaret, ne in ſuperbiā extolleretur ¶Solutio;& a Deo,& a [illegible] ſus eſt ille, [illegible] Apoſtolus uexaretur, ſed [illegible] a Deo,& pp aliud a diabolo . A Deo iō [illegible], ne magnitudo reuelationū extolleret eum . A diabolo ideo,ut eū ad defectum traheret. A Deo etiam ideo miſſus eſt,ut uirtus in infirmitate perficeretur.

V [illegible] Quæſtio 38. PRopter qd ter Dñm rogaui &c. Diabulus expetiuit Iob tentandū,& exauditus eſt: Apoſtolus petiuit ,ut angelus ſatanæ recederet ab eo, & non eſt exauditus.Vbi eſt ergo diuina iuſtitia? nunquid iuſtum fuit diabolum exaudiri , & non Apoſtolum? ¶Solutio;Deus eos,quos ſanare diſpoſuit, non ſemper exaudit ad uoluntatem,ſed ad ſanitatem. Quoſdam uero iratus quandoque exaudit ad uoluntatem,ut diabolum.

Item

X Qſtæſtio 39. ITem cum ſciret Apoſtolus hanc i[illegible] fi[illegible]itatem ſibi datam ad profectum, & ad humil[illegible]tis conſeruationem, quæritur : an ratio[illegible]abiliter peterit, ut ab e[illegible] talis tentatio recederet. ¶Solutio; licet hoc ſcire t[illegible] ré humane caſum ex afflictione timebat, & ſic ex timore humiliabatur: humilitas uero expel leb[illegible]t morbum ſuperbæ elationis, & hac diſpenſatione diuinæ prouidentiæ, da[illegible] é ei ſtimulus ille.

Y Quæſtio 40. ET non egerunt pœnitentiam &c. Quæritur: an pœnitentia ſit neceſſaria emendāti mores in melius. Et quibus modis [illegible] pœnitentia. ¶Solutio; non ſufficit mores melius mutare, & a malis recedere, niſi per pœnitentiæ dolorem, & humi[illegible]tatis gemitum, & cordis contriti ſacrifici[illegible] ſatisfiat de culpa. Item notandum eſt, quòd tribus modis agitur pœnitentia: ante baptiſmu, & poſt baptiſmu, pro grauioribus, & quotidie pro leuioribus, & crebris. Iuxta illud, Vitaſti grandia: unde ne opprimaris arena.

Z 2. Cor. 13. Quæſtio 41. ORamus Deum, ut nihil mali faciatis. Hic innuit Apoſtolus, quòd ſola gratia Dei declinatur a malo, dicendo oramus &c. Nil enim ualet exterior plantatio, & irrigatio ſine interiori incremento: quod dat Deus ſola gratia. Quæritur ergo: cur in ſacris ſcripturis ſæpe præcipitur nobis, & declinare a malo, & facere bonum: cum ad neutrum iſtorum ſufficiat liberum arbitrium, cum ſolius gratiæ opus ſit proprium tam hoc quàm illud. ¶Solutio: uoluntas nonnihil facit, ſed ſola non facit. Ideo cum præcipitur, ut fiat hoc, uel illud, liberum arbitrium debemus agnoſcere: cum autem oratur, gratiæ beneficium poſtulatur. De gratia, & libero arbitrio iam in ſuperioribus dictum eſt: & ſimiliter quid per ſe gratia ſine uoluntate operetur, & quid ſiue illa nō operetur: nec opus eſt, ut eadem iterum repetātur.

## *INCIPIVNT QVAESTIONES eiuſdem ſuper Epiſtolam ad Galatas.*

A Galat. 1. Galatæ. PAulus Apoſtolus &c. Hanc epiſtolam Apoſtolus mittit Galatis: qui de Gallia uenēres, in quandam Græciæ prouinciam Græcis ſe miſcuerunt. Vnde prouincia illa prius Gallogræcia dicta eſt, deinde Galatia. Vnde cum

B Græci acuti ingenij ſint, hi ſtulti, & ad intelligendū tardiores, ut indociles Galli habentur. Hi prius ab Apoſtolo in fide, & in doctrina euangelica ſunt inſtructi, poſtea a pſeudoapoſtolis multis modis ſunt ſubuerſi: ut crederēt gratiam Chriſti ſine lege Moy

Materia epiſtolę. ſi non ſufficere ad ſalutem. Vnde patet quæ ſit materia ſpecialis, ſ. ſtatus Galatarum, in quo tunc erāt: generalis autem materia, communis ſtatus eccleſiæ. Intentio uero Apoſtoli in hac epiſtola eſt Galatas uerſutijs pſeudo circunuentos, ad ueritatem fidei catholicę, & doctrinæ euangelicæ reuocare. Modus talis: ſalutem præmittit, ubi contra detractores, & de operibus legis glorianteſ, de ſua digni

tate, & Ch[illegible] ſti gra[illegible] breuiter [illegible] commendans perſonam [illegible]nam, qu[illegible] do [illegible] ndo [illegible] ebāt. Poſt ſaluta[illegible] onem de ſeuit[illegible] te eo[illegible] poſt per o nam [illegible] c[illegible] mmend[illegible]. Deinde [illegible] egen M[illegible] ſi in[illegible] doce[illegible] eam [illegible] n eſſe tenendam poſt Chriſt[illegible], [illegible] non ſolum non proficit ad ſ[illegible], & iuſtitiam, ſed e[illegible] m obſcit : l[illegible] oſt com[illegible] end[illegible] t eua gelium, & fidem Chriſti: quæ ſufficit ad [illegible] em.

QVi dedit ſemetipſum pro peccat[illegible] noſtr[illegible], ut eriperet nos de præſenti ſeculo &c. Cu[illegible] mundus, ſiue ſeculum ſit opus Dei, qui bono[illegible] um tū author eſt: quęritur hic quomodo totus in m[illegible] gno poſitus ſit mundus, uel quo[illegible] odo ſeculum [illegible] catur nequam. ¶Solutio: non ſol[illegible] loca, ſed e[illegible] tempora, & inſtrumēta malorum t[illegible] hunt infamiā eorum, quæ in eis fiunt: unde dies peſſimi, & tempora periculoſa dicuntur. Saltus quoque pleni latronibus, mali dicuntur: & gladius, quo ſanguis effunditur, & calix, quo uenenum pr[illegible]pinatur: & ſic mundus, uel ſeculum malitiæ nomen ſortitur propter ea, quæ in eo fiunt. C

SEd licet nos, uel angelus euangelizet uobis præter id &c. Non ne multa erant, quæ non dum ei euangelizauit, quæ ſunt credenda & tenenda, paruulis, qui lacte ſimplicis doctrinæ ſunt nutriendi? ¶Solutio; non ait pluſquàm accepiſtis, ſed præter id (inquit) per quod intelligit contrarium. Vnde promittebat ſe uenire ad quoſdam: ut impleret ea, quæ ei deerant. D

SI adhuc hominibus placerem &c. Quæſtio, quæ ſolet hic fieri, in prima epiſtola ad C[illegible]rint[illegible] ſoluta eſt. Sed dicet aliquis: quicquid alibi d[illegible]m ſit: uellem audirem, quomodo utrunque ue[illegible] Si adhuc hominibus placerem, Chriſti [illegible]eruu[illegible] ſem: & illud, Placere omnibus per [illegible]. I[illegible] uult placere hominibus, ut ſi[illegible] ſeruus Chr[illegible]. N[illegible] autem præcipit, ut omnibus hominibus place[illegible] Nunquid non uult nos non eſſe ſeru[illegible] Chr[illegible] utrunque non poſſimus, & illis [illegible]lacere, & C[illegible] ſerui eſſe? Vnde ſcriptum eſt. Diſſipau[illegible] oſſa eo[illegible] qui hominibus placent. Eadem quæſtio [illegible] ex uerbis Domini diuerſis. Alibi e[illegible] n d[illegible] L[illegible] lux ueſtra coram hominibus, & al bi. N[illegible] tiam ueſtrā coram hominibus facere. [illegible] hil aliud monemur, ſiue ex uerbis Dom[illegible] ue ex uerbis Apoſtoli, niſi ne finem bonorum [illegible] in laude hominum ponamus, & [illegible] eandem quaſi pro mercede bonorum operum opt[illegible]. E Quæ[illegible]

PErſequebar eccleſi[illegible] Dei &c. Quæritur: an Apoſtolus perſequendo eccleſiam Dei pec[illegible] uerit, cum zelum legis habuit, idq; faciendo crederet pp Deum eſſe faciendum. Nam quiſque tenetur, ut illud faciat, quod conſcientia dictat eſſe faciendum propter Deum: & ita ſi non faceret, uidetur Deum offendere per contemptum. Item, eccleſiam perſequi, malueſſe quis dubitet? ¶Solutio; d[illegible] qu[illegible] da, ue hoc, ſiue illud faceret, peccaret. Alij uero dicu[illegible], quòd zelus ille, quē habuit Apoſtolus, erat bonus, ſed opus illud malum fuit, & erroris, ſcilicet perſequutio eccleſię. F Quæ[illegible] 4

NEminem autem aliorum Apoſtolorum uidi, niſi Iacobum fratrem Domini. Quare Iacobus G Quæſt.

bus minor filius Alphæi frater Domini dicatur, ſolet quæri. ¶Solutio: dicunt nonnulli, quòd ideo frater Domini dictus eſt, quia fuit filius Ioſeph de alia uxore, qui pater Domini putabatur: ſed hoc nõ eſt ratum, cum Ioſeph uirgo eſſe credebatur. alia ergo querenda eſt ſolutio. Sciendum itaque, quòd Maria mater Domini Ioachim, & Annæ filia fuit, quæ nupſit Ioſeph, & ita fuit Ioſeph putatiuus pater Domini. Mortuo aũt Ioachim Cleophas frater Ioſeph eãdẽ Annã accepit uxorẽ, & genuit ex ea filiam, quã uocauit Mariam, quæ nupſit Alphæo, qui genuit filios. ſ. Iacobum, Ioſeph, Simonem, & Iudam. Mortuo autem Cleopha, quidam Salomas eandem Annam duxit, & ex ea filiam genuit nomine Mariam, quæ nupſit Zebedæo: & habuit ex eo filios Iacobum, qui dictus eſt maior, & Ioannem Euangeliſtã. Tres igitur uiros Anna habuit, & tres filias. Nunc uidendum eſt: quare Iacobus Alphæi & minor, dictus eſt frater Domini. Minor dictus eſt ad comparationem alterius, qui prius adhæſit domino, & ideo maior uocatus eſt, non ſecundum tempus na-

Cur Iacobus minor dictus ſit frater Dñi.

tiuitatis, ſed conuerſionis. Frater autem Domini dictus eſt ſecundum quoſdam, quia filius materteræ eius erat, uel propter ſimilitudinẽ ſanctitatis eius, uel potius, quia nepos fuit patrui Chriſti. i. Cleophæ. Hebræi enim germana conſanguinitate ex pa-

H tre patrum coniunctos fratres uocãt. Notandum,

Fratres. quòd quatuor modis ĩ ſcripturis fratres dicuntur. Natura, ut Eſau, & Iacob. Gente, ut omnes Iudæi fratres inter ſe dicuntur. Cognatione, ut omnes illi, qui ſunt de eadem familia, cum ex una radice turba diffunditur, ut Abraham, & Loth, & Iacob, & Laban ſcriptura uocat fratres. Affectu fratres om-

I nes chriſtiani, eiuſdem gratie participes, eundem pa-

Gala. 2. trem cæleſtem habentes.

Quæſt. 6 COgis Gentes iudaizare &c. De hac reprehenſione quæri ſolet, an fuerit uera, an diſpẽſatoria, & an peccauerit Petrus, & uere reprehẽſibilis fuerit. ¶Solutio. in reſponſione huius quæſtionis illa duo præclara lumina Hieronymus, & Auguſtinus uidentur diſſentire. Hieronymus dicit, quòd reprehenſio illa diſpenſatoria, & non uera fuit, & quòd Petrus non peccauit, nec reprehenſibilis fuit. Auguſtinus uero aſſerit, quòd uera fuit reprehenſio: nec ſimulatoria, & ꝙ Petrus uere reprehenſibilis fuit: nec ſecundum ueritatem euangelij ambulauit: non in hoc, quòd infirmus factus eſt infirmis: ſed quia ſuo exemplo cogebat Gentes iudaizare: alioqui con-

K ſequens erit falſum ſcripſiſſe Paulum: quod nullatenus credendum eſt. ¶Item de abolitione legalium poſt Chriſtum: nihilominus idem magiſtri duo nõ idem ſentiunt. Hieronymus enim dicit, quòd poſt Chriſtum mortiferæ ſunt illæ legales obſeruantiæ. Auguſtinus dicit, quòd licuit Iudæis tunc in primitiua eccleſia eas obſeruare: tantum non ponerent ſpẽ in eis. Ante enim Chriſti aduentum uidentur fuiſſe neceſſariæ: in ipſo confinio legis, & gratiæ indif-

Diſpenſatio. ferentes, ſi in eis non poneretur ſpes: nunc autem ſunt mortiferæ. Nota, quòd diſpenſatio eſt inferio-

L ris ſtatus conceſſio cauſa uitandi ſcandali, in qua minus ſit malum, ut maius uitetur. ¶Salua reuerentia ſecretorum, beati Auguſtini ſententiam præferimus ſententiæ beati Hieronymi ſuper prædicta repræhenſione, & legis abolitione. Vnde obiectionibus beati Hieronymi ſic reſpondemus. Prima eſt. Chriſtus eſt finis legis, i. conſummatio, & plenitudo legem implens, & conſummans in ſe, & in ſuis. Nõ tamen ita, quòd lex poſt Chriſti aduentum per nullum temporis curriculum licite a quoquàm fieret. Item, lex & prophetę uſque ad Ioannem. Veneranda ſenex Hieronyme, reſponde mihi ſenſu puero, qualiter eſt hoc intelligendum, lex & prophetæ uſque ad Ioannem? Nunquid ſic, quòd poſt Ioannẽ non licuit legem ſeruare? Quod uidetur ſecundum tuam diſputationem. Sed non ne Chriſtus etiam poſt Ioannem legem ſeruauit, uetus paſcha celebrãdo? Nunquid Chriſtus fecit, quod non decuit? Eſt itaque intelligendum ſic: lex & prophetæ uſque ad Ioannem. i. a Ioanne gratia noui teſtamenti incepit & prædicari, & exhiberi: & ex tunc uetus teſtamentum cœpit ceſſare. Item tunc temporis non erat hęreſis legales obſeruare cerimonias: licet modo eſſet: maxime ſi quis crederet gratiam non ſufficere ad ſalutem ſine lege. Item ſi ſunt obſeruandę, ſalutem afferunt. Non ne quędam obſeruamus, quę ſalutem non conferunt, ſed pro noſtro arbitrio eis M

poſſumus uti, & non uti? Quæſt. 7

EX operibus legis non iuſtificabitur homo, niſi per fidem Chriſti. Quæritur: quomodo fides iuſtificet, & non opera, cum Deus reddat unicuique ſecundum opera ſua. Non ne ex quo habet eſſe meritum, & præmium, corona, & iuſtitia? Si ergo corona eſt ex operibus: uidetur ꝙ iuſtitia ſit ex eiſdẽ. ¶Solutio: in epiſtola ad Romanos diſputatum eſt pro modulo noſtro de hac quęſtione: hic modo ſufficiat dicere: fides ideo dicitur iuſtificare: quia ex certitudine inuiſibilium æterna bona diliguntur: dilectio autem iuſtificat. Ex fide ergo dicit nos iuſtificari, quia ipſa prima eſt, ex qua impetrantur cætera. Nec cum dicit nos ex fide iuſtificari, opera bona fruſtrantur: ſed ideo hoc dicit, quia ipſa opera ſunt ex gratia fidei. N

SI ea, quæ deſtruxi, iterum reædifico, præuaricatorem me cõſtituo. Sed dicet aliquis: non ne fidem quam impugnabat, deſtruxit, & iterum eam reędificat prædicando: & ſic uidetur eſſe præuaricator? ¶Solutio: qui rem falſam, quæ deſtrui poteſt, deſtruit: ſi eam iterum reędificat, pręuaricator eſt. Fides autem non poteſt deſtrui, licet poſſit impugnari. Licet itaque Paulus prius conaretur noſtram fidem deſtruere, & iterum reędificare: non tamen pręuaricator fuit. Quæ

ITem opponitur de eodem ſic. Si ea, quæ deſtruxi, iterum reædifico. Ecce manifeſte dicit ſe deſtruxiſſe legalia: alibi uero dicit, Legem ergo deſtruimus? Abſit: ſed legem ſtatuimus. Quomodo ergo uerum eſt utrunque? ¶Solutio: duobus modis dicitur quis legem deſtruere. Ille legem deſtruit, qui eam in ſtatu ſuo, ante uerbi incarnationem dicit inutilem, nec a Deo datam aſſerit, & hoc modo legem Paulus non deſtruebat. Ille etiam dicitur legem deſtruere, qui eã oſtendit poſt Chriſti aduentum ſecundum carnalia non eſſe tenendam, & hoc modo Paulus legem deſtruebat dicens, Si circum O Quæſt. 9

cidi-

cidimini, Chriſtus nihil uobis prodeſt.

P NVnquid Chriſtus peccati miniſter? cum lex
Quæſtio bona ſit, & mandatum bonum, iuſtum, &
10. ſanctum: quomodo Chriſtus ſi legem miniſtrat, &
peccatum? Nunquid Deus, quando legem dedit,
peccatum miniſtrauit? ¶Solutio: Lex quidem bona,
tamen occaſio peccati: iuxta quam rationem mini
Q ſter legis dicitur miniſter peccati.

Quæſtio PEr legem enim legi mortuus ſum, &c. i. per aut-
11. horitatem legis eam dimiſi: ſed per quam aut-
Deut. 18 horitatem, quæritur? ¶Solutio: Moyſes dicit. Suſcita
bo uobis prophetam de fratribus ueſtris, quem ſi-
cut me audietis. Et Hieremias. Conſummabo teſta-
Pſal. 39. mentum nouum domui Iſrael. Et Dauid. Et holo-
cauſtum pro peccato non poſtulaſti: tunc dixi, ecce
Matt. 5. uenio. Ex hoc etiã quod in lege ſcriptum eſt, Odio,
habebis inimicum tuum: cum nullus cum odio ini
mici poſſit ſaluari, conſtat quòd lex neminem iuſti-
ficat. Ideoque ab ea ad gratiam, quæ iuſtificat fugiẽ
dum eſt. Et quia lex tantum manum, & non animũ
cohibebat de exterioribus agendo, & omnes culto-
res ſuos ſub maledictione cõſtituebat, liquet quòd
per ipſam ipſi moriendum eſt, ut in Deo uiuatur.

R QVi dilexit me, & tradidit ſeipſum pro me &c.
Quæſtio Reuoca quæſtionem illam ad memoriam,
12. quomodo pater, filius, & Iudas conueniant
in traditione filij, ſuper epiſtolam ad Romanos, ſe-
S cundum poſſe noſtrum pertractatam. ¶Si enim per
legem iuſtitia, ergo Chriſtus gratis mortuus eſt, ſed
Chriſtus nõ eſt gratis. i. ſine cauſa, ſiue utilitate mor
tuus: ergo ex lege non eſt iuſtitia. Lector authorita-
tem reuoca ad memoriam quotiens opus fuerit ti-
bi probare, quòd, ex lege non eſt iuſtitia: hoc dico,
quia ſunt authoritates, quibus uidetur, quòd poſſit
oſtendi, quòd ex lege ſit iuſtitia: ſicut in ſuperiori-
bus oſtenſum eſt.

T QVis uos faſcinauit nõ credere ueritati &c. *Quæ*
Quæſtio ritur: quid ſit faſcinatio? ¶Solutio: magica lu-
13. dificatio, qua oculis hominum oſtenduntur
Gala. 3. aliter quædam quàm ſint: faſcinus, uel faſcinatio uo
catur: uel uulgo faſcinatio, quod nocet infantibus.
Oculi enim quorundam dicũtur uiſu urere, & hic
actus faſcinatio exiſtimatur. Sic inuidia non ſolum
inuido nocet aliena felicitate tabeſcenti, ſed ijs etiã
in quibus aliqua bona incipiunt eſſe. Vnde ſcriptũ
eſt: faſcinatio nugacitatis obſcurat bona.

V QVi ex fide ſunt, benedicentur: qui ex operi-
Quæſtio bus legis ſunt, ſub maledicto ſunt. Quæritur:
14. quid ſit eſſe ex fide: quid ſit eſſe ex operibus
legis. ¶Solutio: illi ſunt ex fide, quorum eſſe pendet
ex fide. i. qui per fidem tendunt ad uerum eſſe, &
qui per fidei gratiam quærunt iuſtificari. Et ſoli hi
a Deo æternæ uitæ benedictionem conſequentur.
Ex operibus autem legis eſſe dicuntur, qui ex eis
quærunt iuſtificari, ideoque ſub maledicto ſunt, tã-
quàm legis tranſgreſſores.

X MAledictus omnis, qui permanſerit in oĩbus,
Quæſtio quæ ſcripta ſunt in libro legis, ut faciat ea.
15. *Quæritur*: an Deus in lege præcepit aliquid, quod
non poſſit adimpleri? Si dicatur nihil: quomodo
omnes, qui ſunt ex operibus legis, ſub maledicto
ſunt? Item, ſi Deus præcepit aliquid homini, quod
ipſe non uellet facere: uidetur Deus iniuſtus & cru
delis. ¶Solutio: Dicunt quidam, quòd nihil præcep-
tum eſt in lege, quod homo non poſsit adimplere.
Contra quos dicit expoſitor, quòd multa præcepit
Deus: quæ omnia nullus potuit adimplere. Vnde Actu. 15
Apoſtolus Petrus. Cur tẽtatis Deum, nobis impone
re iugum, quod neque nos, neque patres noſtri
portare potuimus? Y

MAledictus omnis, qui pendet in ligno. Quæ- Quæſtio
ritur: an Chriſtus ſit ſub hac uniuerſitate ma 16.
ledictionis contentus? Sed ille eſt, qui ſuper omnia
eſt Deus benedictus in ſecula: per quem tollitur
omnis maledictio, & qui benedixit nos omni bene
dictione in cæleſtibus. Ipſe enim ſemen Abrahæ ꝓ-
miſſum: in quo ſit omnium gentium benedictio.
quomodo ergo iſte poteſt eſſe maledictus? ¶Solu-
tio: alia eſt maledictio culpæ, quæ longe eſt a Chri-
ſto: alia eſt pœnæ, quam Chriſtus uoluntarie ſuſce-
pit, factus pro nobis maledictum, ſiue peccatum. i.
hoſtia pro peccato: ut omnium maledictionum tã
culpæ quàm pœnæ, de medio tolleret. Poteſt etiam
dici, quòd maledictus fuit Chriſtus maledictione
culpæ: non uere, ſed ſecundum opinionem homi-
num: unde tanq̃ peccator cum iniquis reputatus ẽ.

SI enim ex lege hæreditas, non ex promiſſione. Z
De hac conſequentia quæritur, an uera ſit. Ad ſui Quæſtio
ueritatem requiritur, ut ſint oppoſita hæreditatem eſ 17.
ſe ex lege, & ex promiſſione: alioquin non ſequere-
tur, ſi ex lege, non ex promiſſione. Quid eſt ergo,
hæreditatem eſſe ex lege: quid eſt eſſe ex promiſſio
ne? quid etiam uocat hæreditatem? ¶Solutio: here-
ditatem, uocat æternam uitam: eſſe ex lege, eſt eſſe
ex operibus legis, ad quorum impletionem homo
uidetur ſibi ſufficere, nec gratia Dei indigere, quod
eſt ex meritis eſſe hæreditatem. Ex promiſſione ue-
ro eſſe hæreditatem, hoc eſt, eſſe ex gratia. Vide er-
go, quòd eſſe ex lege, & promiſſione ſunt oppoſita.
Vnde alibi dicit Apoſtolus. Si ex operibus, iam non Roma. 11
ex gratia. i. ſi ex debito, non ex gratia.

QVid ergo lex? Cum priores ſancti, qui ante le- A
gem fuerunt, fuerint per gratiam fidei iu Quæſtio
ſti, & promiſſionem ſint conſecuti: quæ 18.
ritur, quare lex ſit data? & quid utilitatis contule-
rit? ¶Solutionem huius quæſtionis Apoſtolus po-
nit dicens: propter tranſgreſſionem lex poſita eſt.
quod duobus modis poteſt intelligi. ſ. propter tranſ
greſſionem cohibendam, ut ſaltem timore ceſſarẽt
homines tranſgredi, ut quandoque idem facerent
uoluntarie, uel propter tranſgreſſionem lex poſita
eſt. i. ut facerer homines tranſgredi, & ſic humiliarẽ
tur, & medicum quærerent, & gratiæ auxilium im-
plorarent. Data eſt ergo, ut ſuperbos humiliaret, &
infirmitatẽ proderet, & duris in flagellum & in ſi- B
gnum futurorum. Quæſtio

QVæritur: cur ſtatim poſt hominis caſum lex 1[illegible]
non ſit data? uel quare ipſe filius illico non ue
nerit? uel quare tot homines perire permiſe-
rit? ¶Solutio: magno conſilio hoc factum eſt, ut
poſt hominis caſum non illico lex daretur, uel
filius mitteretur. Niſi enim ſuperbia hominis prius
uires experiretur ſui arbitrij, libertati ſufficientiam
arrogaret, & legem ſuperflue datam, & filium fru-

ſtra

ſtra ueniſſe indicaret. Nec omnes, qui tunc fuerunt, perierunt: ſicut nec omnes, qui modo ſunt, fiunt ſalui. Itaque hoc factum eſt: ut homo morbum infirmitatis ſuæ agnoſceret, & gratiam ſibi neceſſariam imploraret. In lege enim naturali relictus eſt ſibi, ut ſic uires naturæ experiretur, & conuictus eſt de ignorantia, & confeſſus eſt, quia defecit lumen oculorum ſuorum: adhuc tamen credebat ſe habere
A uirtutem, qua poſſit implere quicquid neceſſarium ad ſalutem erat. Vnde & dicebat: non deeſt qui impleat, ſed deeſt qui iubeat. quaſi diceret cognitione, non uirtute indigeo. Data eſt itaque lex, quæ ignorantiam illuminaret, ſed infirmitatem non adiuuaret: quæ peccatum detexit, ſed non conſumpſit, qua data inualuit morbus, & aucta eſt concupiſcentia, non legis, ſed naturæ uitio, & inſtantia diaboli, ut ita cognita utriuſque legis inſufficientia, & ſua infirmitate, clamaret ad medicum, & quæreret gratiæ auxilium: & ſic multiplicatis infirmitatibus accelerauerunt ad medicum, qui ueniens in forma

*De Chriſto Medico plura.*

C ſerui ſanauit uulnera languidi. Hic eſt enim Samaritanus ille, qui ad uulneratum, qui incidit in latrones, appropinquauit, & uulnera eius alligauit: quē ſacerdos, & leuita i. lex, & ſacerdotium pertranſierunt; quia lex ad perfectum neminem perduxit. Hic eſt Eliſeus, qui poſt miſſum baculum non effectiuū ſalutis, uenit ad ſuſcitandum mortuum filium Sunamitis. Hic eſt angelus magni conſilij, qui deſcendit in piſcinam, & mota aqua ſanabatur unus. Hic eſt omnipotens ſermo, qui a regalibus ſedibus uenit,
D dum medium ſilentium omnia tenerent. ¶Nota tria eſſe ſilentia. Primum ſilentium eſt ignorantia languoris, quod fuit ſub lege naturali. Secundum ſilentium eſt deſperatio ſalutis, quod fuit ſub ſcripta lege, & hoc ſilentium eſt medium. Tertium ſilentium eſt adeptio ſanitatis: quod erit in gloria æternæ beatitudinis. Dum itaque omnia medium ſilentium tenerēt, i. de ſalute deſperarent: ſummi regis filius de lumine cæli ad tenebras mundi, uel inferni deſcendit. Et ueniens locutus eſt pacem: dedit gratiam, propoſuit miſericordiam, promiſit ueniā. Et ſic rupto medio ſilentio cœperunt ægroti pura fide, & uera confeſſione, quaſi magnis clamoribus flagitare remedium, & accelerare ad medicum, per quem ægroti ſanarentur, & uulnera curarentur.

Luc. 10. Heb. 7. 4. Reg. 4. Ioan. 5. Sap. 18

*Nota Commentator hunc locū de tribus ſilentijs & legibus conuenientur applicandū.*

E Lex poſita eſt in manu mediatoris. Quæritur, cur Chriſtus dicatur mediator? ¶Solutio: quia mediat nos, i. reconciliat Deo.

Quæſtio 20.

F Sed cum non ſolum filius nos ſibi reconciliet, ſed etiam Deus pater: ſicut dicit Apoſtolus. Deus erat in Chriſto, mundum reconcilians ſibi. Quæritur: cur ſolus filius dicatur mediator Dei, & hominum. ¶Solutio: tota Trinitas uirtutis uſu nos ſibi reconciliat: ſed ſolus filius impletione obedientiæ, & ſacramentorum ſuſceptione nos iuſtificat, & reconciliat. Vnde non immerito ſolus mediator dicitur.

Quæſtio 21. 2. Cori. 5

G Cum Chriſtus Deus, & homo, Dei & hominū mediator ſit, quæritur ſecundum quam naturam, an ſecundum diuinam, an ſecundum humanā, an ſecundum utramque ſit mediator. ¶Solutio, authores dicūt, quòd non eſt mediator ſecundum qđ eſt Deus, ſed tantum ſecundum quòd homo, per mortalitatē nobis appropinquans, Deo per iuſtitiā.

Quæſtio 22

Sed concluſit ſcriptura omnia ſub peccato. ¶Quæritur, quid uocet ſcripturam. ¶Solutio: Legem, quam alibi uocat literam, hic appellat Apoſtolus ſcripturam: quia tantum iubet: non adiuuat: ægrotum, qui ſibi ſanus uidebatur, de morbo conuincit, & ſic oſtendendo peccata, & non auferendo concludit omnia ſub peccato. Data eſt ergo lex, ut gratia quæreretur: & gratia collata eſt, ut per eam lex impleretur: huic conſonat, quod alibi dicit. Concluſit Deus oīa in incredulitate, ut omnium miſereretur. Rom. 11

H Quæſtio. 23

Qvicunque in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtū induiſtis. Quæritur de illo, qui fictè accedit ad baptiſmum, an ſit in Chriſto baptizatus, & Chriſtum indutus. Quòd ſi dicatur ſic, cōſequitur, quòd Chriſto ſit conformis: ſi autem non eſt baptizatus, ſi pœnituerit de ſua fictione, poterit baptizari ſed hoc ei non conceditur: conſtat ergo, quòd ſit baptizatus. ¶Solutio: in Chriſto baptizari, & Chriſtum induere duobus modis intelligitur, uel ſacramenti perceptione, quod commune eſt bonis, & malis: uel ſanctificatione interiori, & uitæ conformitate, quod ſolis bonis conuenit.

I Quæſtio. 24

Qværitur, quomodo Chriſtus ſit indumentum ſanctorum, & an ne ſancti, ſint indumentum Chriſti? ¶Solutio: Chriſtus dicitur indumentum ſanctorum, & ſancti etiam indumentum Chriſti. Sed aliter & aliter. Chriſtus enim dicitur indumentū ſanctorum per obumbrationē Spiritus ſancti: ab æſtu uitiorum eos protegens. Sancti uero indumentum Chriſti: quaſi ipſum intra ſe habentes, & circundantes. Etiam ipſum ſua ſancta conuerſatione honorāt: ſicut mali male uiuēdo, blaſphemāt.

K Quæſtio. 25

Si uos Chriſti ergo Abrahæ &c. Chriſtus dicitur ſemen Abrahę, & fideles dicuntur ſemen Abrahæ. Vnde quæritur: an ſecundum eandem ſignificationem, & Chriſtus & fideles dicantur ſemen Abrahæ? ¶Solutio: Chriſtus ſemen Abrahæ eſt corporaliter, quia de eius ſtirpe natus: fideles ſemen Abrahę ſpiritualiter ſunt, i. iuſti per fidem: ſicut ille fuit.

L Quæſtio 26.

Svb elementis mundi eramus ſeruientes. Si ergo Iudæi etiam ſub elementis ſeruiebant: in quo à paganis diſtabant? ¶Solutio: Iudæi ſub elementis Deo: non ipſis elementis ſeruiebant. Pagani uero nō Deo, ſed ipſis elementis cultū diuinū exhibebát.

M Quęſtio 27 Gala. 4.

Vbi uenit plenitudo &c. Quęritur: cur aduentus Saluatoris dicatur plenitudo temporis? ¶Solutio: ideo quia hoc tempore adimplentur, quę præcedentibus temporibus erant prænunciata, & magis proprie uideretur dictum tempus plenitudinis, quàm plenitudo temporis, & finis ſeculi idē dr.

N Quęſtio 28

Miſit filium ſuum &c. Quæritur: unde & quo miſſus eſt filius? Audi a patre exiui, & ueni in mundum.

O Quæſtio 29.

Sed dicet aliquis, non ne in mundo erat, & mundus per eum factus eſt. ¶Nunquid miſſus eſt illuc, ubi prius erat. ¶Solutio: prius erat in mundo per potentiam, & eſſentiam: ſed cœpit aliter eſſe in mundo uiſibilis factus, per ſeruilis formę ſuſceptionem. Sicut ergo quando a patre exiuit, patrem non deſeruit: ſic in mundum uenit, in quo prius erat. Quare autem miſſio filij,

P Quæſtio 30

uel

uel Spiritus ſancti, cum ſit opus Trinitatis, patri attribuatur, iam in præcedentibus dictum eſt.

Q Quæſtio 31. FActum ex muliere. Cum ſit natus de uirgine Dominus: quæritur, cur Apoſtolus factum de muliere aſſerat? ¶Solutio; uſus eſt hebraicæ locutionis modo ponentis mulierem pro fœmina, ut Eua in

R Geneſi nondum paſſa cōcubitum mulier uocatur.

An fact' Chriſtus ¶Nota, quòd expoſitor dicit, quòd creator, qui ſemper erat, factus eſt, ut creatura eſſet: quia factus eſt homo, ut fieret quod non erat: non ut periret quod erat: hoc dico propter quoſdam: qui negant eū aliquid factum eſſe.

S Quæſtio 32. FActum ſub lege, ut eos, qui ſub lege erant, redimeret &c. Non ne per mortem ſuam redemit tam eos, qui ſub lege erant, quàm eos, qui ſine lege erant? Quomodo ergo dicit Apoſtolus Chriſtum ſub lege factum, ut eos, qui ſub lege erant, redimeret, quaſi per legis obſeruationem eos redemerit? ¶Solutio; factus eſt ſub lege, ut eam impleret, & impletam ceſſare faceret: & ſic etiam Iudæos a legis præuaricatione redimeret. Niſi enim legē obſeruaret, in qua facta eſt promiſſio, quis crederet, quòd ipſe eſſet ſemen Abrahæ promiſſum Abrahæ, in quo non ſolum Iudæi: ſed etiam omnes gentes benedicerentur?

T Quæſtio 33. VT adoptionem filiorum reciperemus. Quid uocat adoptionem: an bona gratuita ad præſentem iuſtitiam, an ad futuram gloriam pertinentia, per quæ efficimur filij? ¶Solutio? Quidam diſtinguendum putant inter filios adoptionis & filios gratiæ, ego autem arbitror eoſdem eſſe.

V Quæſtio 34. A quo ſit miſſio tēporalis filij, & Spiritus ſancti: MIſit Deus ſpiritum filij ſui &c. Nota Trinitatem hic manifeſte ſignificari. Sunt quidam, qui dicunt, quòd ſicut æterna uerbi generatio a ſolo patre eſt, ſic & temporalis ipſius miſſio: quia ſecundum hos patrem filium mittere, eſt ipſum a patre eſſe, & nobis in carne aſſumpta apparere. Similiter aſſerunt de Spiritu ſancto, quòd ſicut æterna ipſius proceſſio a patre, & filio, & non a ſemetipſo eſt, ſic & temporalis, ſed Auguſtinus manifeſte dicit: quòd tam filij, quàm Spiritus ſancti temporalis miſſio opus eſt Trinitatis: unde ipſe filius dicit ſe miſſum a Spiritu ſancto.

X Quęſtio 35. CLamantem abba pater. Quæritur, cur Apoſtolus duo uocabula idem ſignificātia poſuerit: uidetur enim alterum ſuperflue poni. ¶Solutio; ideo hoc facit, ut duos populos una fide cōiunctos innueret. Hebraicum enim nomen Iudæos: græcū uocabulum Gentilem populum ſignificat: eadem utriuſque uocabuli ſignificatio unitatem fidei, &

Y ſpiritus figurat.

Quęſtio 36. HIs, qui natura dij non ſunt. Hic innuit, quòd una natura eſt patris, & filij, & Spiritus ſancti. Si enim filius non eſt natura Deus: ergo nec colendus, nec adorandus. Sed opponitur ſic nobis: non ne humanitas Chriſti colitur, & adoratur? nec tamen natura eſt Deus. ¶Solutio: quod eſt aſſumptum adoratur non propter ſe: ſed propter aſſumentem: non ergo ſolam & nudam, ſed Deitati uni-

Z tam adoramus Saluatoris humanitatem.

Quæſtio 37. IMmo cogniti ſitis a Deo. Non ne Deus omnia ab æterno nouit? Quomodo ergo dicitur Deus tunc quaſi primum nos cognoſcere: quando incipimus in ipſum in ipſum credere? ¶Solutio; tropica locutione quod Deo authore agimus, ipſi attribuitur. unde dicitur. Poſtulat pro ſanctis quia facit eos poſtularet: ſic cognoſcere nos, quia pręſtat nobis ſui cognitionem, & quieſcere, quia facit nos in ſeipſo conquieſcere.

QVomodo conuertimini iterum ad infirma, & egena? Galatæ prius legem non tenebant: quomodo ergo dicit, iterum conuertimini ad egena &c. ¶Solutio, ut oſtendat legalem obſeruationem poſt Chriſti aduentum diſtare parum, uel nihil ab idololatria. Vel ideo hoc dicit, quia nō ſolum legem ſeruare uolebant, ſed ad priſtinos etiam errores conuertebantur: ſic duplici errore a pſeudo circumuenti erant. A Quæ. 38

ET ſeptimæ decadis ſeptimum, qui iubileus dicitur. Quid eſt hoc, quod dicit expoſitor? non ne quinquageſimus annus iubileus dicebatur in lege? quomodo ergo ſeptimæ decadis ſeptimus annus iubileus dictus eſt? nam ſeptimus ſeptimæ decadis eſt ſexageſimus ſeptimus. ¶ Solutio; filij Iſrael aliquando captiuitate preſſi non potuerunt ſeruare annum iubileum ſuo ordine. Sexageſimo ſexto aūt annò data eſt licentia redeundi a Cyro, & Dario, & ex parte redierunt, & ſexageſimum ſeptimum annū coluerunt pro iubileo. Sed dicet aliquis, quòd antequam ſeptuaginta anni eſſent impleti: non ſunt reuerſi de captiuitate. ¶Solutio; non quidem generaliter & ex toto ſunt reuerſi ante annum ſeptuageſimum: tamen in anno ſexageſimo ſexto, ut prædiximus, quibuſdam indulta eſt licētia redeundi: quod ſignificatur per alleluia, quod canitur in ſabbato poſt paraſceuen, qui ſexageſimus ſextus dies eſt ſeptuageſimę. Sed quoniam adhuc quidam detinebantur in captiuitate, ſequitur tractus, qui eſt ſignū laboris: ſicut alleluia eſt ſignum lætitiæ. Sequenti autem ſabbato canitur etiam ſecundum cum primo alleluia præfigurans generalē reuerſionem Iudæorum, quæ eſt completis annis ſeptuaginta. B Quæ. 39

SI potuiſſet fieri eruiſſetis &c. Non ne illud fieri potuit, quod ait Apoſtolus? ¶Solutio: ſacra ſcriptura illud dicit non poſſe fieri, quod iuſte non fit, unde Iob ait: Vtinam poſſem me occidere. Et Dominus ad Loht: Non poſſum quicquam facere, donec illo introeas. Non poſſe ſe dixit, quod ſine dubio poterat per potentiam, ſed non per iuſtitiam. C Quæ. 40 Iob. 10. Gen. 19.

ABraham habuit duos filios. Non ne de Cetura poſt mortem Saræ plures filios habuit. Quō ergo dicit Apoſtolus eum duos habuiſſe, quaſi non plures q̃ duos? ¶Solutio: ſi plures quàm duos, ergo duos: non enim dicit tantum duos, ſed tamen potius de his quàm đ aliis dicit, quia ſcriptura de iſtis ſingula proſequitur, innuens aliquid egregium præfigurari. D Quæ. 41

HÆc autem ſunt duo teſtamenta. De hac, & cōſimilibus locutionibus quæritur, quomodo ueræ ſint. Nō ne aliud eſt figura, aliud ueritas: aliud ſignificans, aliud ſignificatum? quomodo ergo nomen ueritatis prædicatur de nomine figuræ, cum dicitur: hæc ſunt duo teſtamēta, & petra erat Chriſtus? ¶Solutio: hoc uerbum, eſſe, in huiuſmodi locis, E Quæ. 42

cis, ponitur pro ſignificare.

F Qux.43 Item cur ſacra ſcriptura in tali loco utatur uerbo ſubſtantiuo, poteſt quæri. Non ne planius eſſet, ſi diceretur: hæc autem ſignificant duo teſtamenta: & petra figurabat Chriſtum? ¶Solutio: uocum eſt ſignificare, rerum eſt eſſe proprie. In theologia uero non ſolum uoces habent ſignificationem: ſed etiã res in aliarum rerum ponuntur ſignificationem. i. quædam res alijs rebus ſignificantur. Quoties ergo ſcriptura ſacta uult oſtendere, quæ res quam rem habeat ſignificare, non dicit hoc ſignificat illud: ſed hoc eſt illud, ut petra erat Chriſtus; ſi enim diceretur petra ſignificat Chriſtum; uideretur quòd huius nominis petra, & non huius rei petræ demonſtraretur ſignificatio.

G Quæ.44 Nota, quòd ſuperius dicit, quòd Hiſmael natus eſt ſecundum carnem; Iſaac non ſecundum carnem: ſed per repromiſſionem; ſed non ne Iſaac ſicut Hiſmael natus eſt cõmixtione utriuſq; ſexus? quomodo ergo non eſt natus ſm naturam, uel ſm carnem? ¶Solutio: Hiſmael natus eſt uſitata lege naturæ. ſ. ex naturalium cauſarum concurſu generatio uero Iſaac non naturæ, ſed diuinæ uirtutis, & gratiæ fuit operatio. Tali. n. commixtioni: quæ in tali ætate eſſe potuit inter Abrham ſenem, & Saram uetulam & ſterilem natura non concedit filios: ſed quod natura negauit, gratia contulit.

H Quæ.45 Sed quomodo tunc qui ſm carnem natus eſt, perſequebatur eum, qui ſm ſpiritum, uel repromiſſionem natus eſt: ſic & nunc. Quæritur: ubi hoc inueniatur, ꝙ Hiſmael perſequeretur Iſaac. In Geneſi

Gen. 21. enim legitur, ꝙ maior cum minore ludebat. Quid ergo mali fecit? quid peccauit? quomodo ludendo tantum eum perſequebatur? ¶Solutio: luſum maioris cum minore intellexit Sara eſſe deluſionẽ. Vnde & indignata ait. Eijce ancillã, & filium eius. Et Apoſtolus talẽ deluſionẽ uocat perſecutionẽ. Ita & nos magis perſequũtur deluſores, q̃ apti perſecutores.

I Quæ.46 Si circuncidimini, Chriſtus uobis nihil prodeſt. Non ne circuncidit Apoſtolus Timotheũ? Ergo

Gal. 5. decepit eum, & fecit, ut Chriſtus nihil prodeſſet? ¶Solutio: hoc dicit de ijs, qui quærebant iuſtificari ex circunciſione: & ideo ſe circuncidebant, & ſic a gratia exciderunt, quam credebant inſufficientem eſſe. Illis autem, qui eam ex quadam reuerentia ſuſceperunt, non tamen ponentes ſpem in ea, non erat pernicioſa ſm Auguſt. ſm uero Hieronymũ oĩbus ſuſcepta nocuit, niſi fieret diſpenſatio. De qua controuerſia ſuperius plenius dictum eſt.

K Quæ. 47 Teſtificor oĩ circũcidẽti ſe, qm̃ debitor eſt uniuerſæ legis faciẽdæ. Nũquid ſi uniuerſã legem impleat, ẽt ſic poterit iuſtitiã conſequi? Quod uidetur ex his uerbis: ſed alibi manifeſte habetur, ꝙ ex lege non eſt iuſtitia. Itẽ, non ne oĩs homo tenetur, ut legẽ impleat, ſaltẽ ſm ſpiritum? Quid eſt ergo, ꝙ oĩs circũcidens ſe hoc dẽt nõ alius? Itẽ nõ ne oĩs tenetur, ut diligat proximũ ſicut ſeipsũ: ſed qui diligit proximũ, totã legẽ adimplet. Nõ ne ex his uidetur, ꝙ oĩs tenetur uniuerſã legẽ adimplere? Quid eſt ergo, qđ dicit, teſtificor omni homini circuncidenti ſe &c. ¶Solutio: qui ex circũciſione, uel ex lege quærit iuſtificari; tenetur ad hoc, ut iuſtitiam habeat, uel dignus ſit uita: ut impleat quicquid præcipitur in lege. ſ. ut nihil concupiſcat: & Deum ex toto corde diligat: in quibus duobus conſiſtit perfecta iuſtitia: quam ſi quis haberet, nõ indigeret gratia fidei: ſicut nec angeli Dei: quæ nulli conceſſa eſt in præſenti: niſi ſoli mediatori Dei, & hominum: unde neceſſe eſt, ut ſi quis uult iuſtificari, uel beatificari, ad ſolam gratiã confugiat: ſi. n. in lege quærit iuſtificari, hoc exigitur ab eo, qđ non põt ab homine ſolui.

In Chriſto Ieſu neque ualet circunciſio, neque præputium. Dicit expoſitor, ꝙ ijs, qui ſunt in Chriſto Ieſu, ſunt uitia fugienda, uirtutes appetendæ: media uero nec fugienda, nec appetenda: in quibus ponit circunciſionem. Vnde uidetur, ꝙ ipſa nun prodeſt, neque obeſt: ſed ſuperius dictum eſt, ꝙ circunciſio non ſolum non prodeſt, ſed etiam obeſt. Et Apoſtolus dicit: ſi circuncidimini; Chriſtus uobis nõ prodeſt. Si ergo aufert nobis Chriſtum; multũ obeſt. ¶ Solut. Circunciſio ſimpliciter ſuſcepta, ꝙ in ea non ponatur cauſa ſalutis, uidetur eſſe indifferẽs. & ſic non prodeſt, nec obeſt: ſi aũt hac intentione, & hoc aĩo, ut ex ea quæratur ſalus: obeſt percepta. L Queſ.48

Omnis lex in uno ſermone impletur. Diliges proximum tuum ſicut teipſum Cum duo ſint præcepta dilectionis, Dei. ſ. & proximi; quæritur, quomodo in dilectione proximi, omnis lex impleatur? ¶Sol. in dilectione proximi cõtinetur dilectio Dei: quis enim poteſt diligere proximum propter Deum: niſi diligat Deum: Item nemo poteſt diligere proximum ſicut ſeipſum, niſi diligat ſe: nullus autem ſe diligit, niſi Deum diligat: quid eſt enim ſe diligere, niſi bonum ſuum amare? bonum autem uerum, & ſummum eſt Chriſtus. Alioquin qui diligit iniquitatem, odit animam ſuam. M Quæ.49

Quæritur: quis ſit proximus. ¶Solu. Omnis homo. Tenemur ergo ex præcepto omnem hominem diligere, & exhibere officia pietatis omni indigenti. N Queſ. 50

Sicut temetipſum &c. Quæritur: an debemus proximum quantum noſmetipſos diligere? Quod uidetur, cum dicatur, ſicut temetipſum. ¶Solu. ſicut, non eſt quantitatis, ſed qualitatis; hoc quidẽ tenemur alijs facere, qđ uolumus ſecundum rõnem ab alijs nobis exhiberi. ¶Nota, cum utrunq; præceptũ de dilectione in utroq; contineatur; ſæpe ponitur unũ potiꝰ q̃ duo. ſi. n. utrũq; ſimul poneretur, uideretur, ꝙ alterum ſine altero ſeruetur, uel poſſet haberi. O Queſ.51

Caro cõcupiſcit aduerſ9 ſpiritũ. Quæritur; quõ dicatur, caro concupiſcere, cũ ſola aĩa cõcupiſcat. ¶Sol. ꝙ aĩa facit ex carne, hoc carni attribuitur: ſicut auris dicitur audire, oculus uidere, cũ anima hæc per huiuſmodi inſtrumenta agat. P Quæ.52

Cum ergo ſecundum ſubſtantiam idem ſit aĩa & ſpiritus, quõ aĩa concupiſcit aduerſus ſpm̃? Nunquid aduerſus ſemetipsã? ¶Sol. Carnẽ concupiſcentẽ uocat delectationẽ carnalẽ, q̃ aĩa hẽt ex carne. Nomine aũt ſpũs, ſignificat delectationẽ ſpiritualẽ. Et pp has duas delectationes homo interior diuiſus eſt, & diuerſa ſortitur uocabula. Secundũ. n. inferiorem delectationem, nunc caro, nunc homo, nunc aĩa, uel aĩalis, uel carnalis dicitur: ſm uero ſuperiorẽ dicitur ſpũs, uel ſpiritalis, uel nouus homo. Q De eodẽ. Quæ. 53

R Si ſpiritu ducimini non eſtis ſub lege. Quæritur,
Quæ. 54 quid eſt eſſe ſub lege? ¶Solutio: timore pœnæ, nō
amore iuſtitiæ abſtinere ab omni malo opere, hoc
eſt eſſe ſub lege. Vt ille dicitur eſſe ſub lege, qui ex
ea quærit iuſtificari: qui debitor eſt uniuerſę legis
implendæ.

S Manifeſta autem ſunt opera carnis, quæ ſunt
Quæ. 55 fornicatio &c. Quęritur: quō Apoſtolus in-
ter opera carnis ènumeret quædā, quæ non ſunt ui
tia carnis, ſed potius animæ: ut ira, inuidia &c. ¶So-
lutio: nomine carnis totū ſignificat hominem, qui
ſecundum ſe uiuendo in hæc cecidit. Credere. n.
omnia uitia ex carne eſſe, error eſt: ne diabolus, qui
carnem non habet, ab his uideatur immunis.

T Fructus aut ſpiritus ſunt charitas. Dicit expoſi-
Quæ. 56 tor, quòd Apoſtolus opera ſpiritus uocat fru-
ctus, quia propter ſe petenda ſunt. Sed Auguſtinus
dicit, quòd uirtutes propter ſolā beatitudinē peten
dæ ſunt: propter ſe aūt nihil amandū, niſi ſummū
bonum: cuius fruitio nos beatos efficit. Quid ergo
dicendum? quid tenendū? ¶Solutio: uirtutes petē-
dæ ſunt propter ſe: quia poſſeſſores ſuos ſincera de
lectatione delectant, ſed non tantū propter ſe, ſed
etiam propter beatitudinē, quæ eſt finis ſupremus.

V Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto
Gala. 6. &c. Quæritur: quid ſit præoccupari, & quid uo
Quæ. 57 cet delictum. ¶Solut. præoccupatur, qui ideo cadit
in aliquod delictū, ſiue pctm̄, uel quia ignorat qd
agendū ſit, uel dimittēdum: uel cum cognoſcit: ſed
tn̄ infirmitas ad peccādum impellit. ¶Delictum eſt
boni deſertio, ſicut peccatum mali perpetratio, uel
delictum eſt, quod ignoranter fit: peccatum, qđ a
ſciente? indifferenter tn̄ unum pro altero ponitur.

X Vnuſquiſque onus ſuum portabit &c. Quæri-
Quæ. 58 tur: quomodo utrunq; ſit uerū. Alter alterius
onera portate. &c. & hoc, quod hic dicit: unuſquiſq;
onus ſuū portabit? ¶Solutio alia ſunt onera partici-
pandæ infirmitatis, de quibus ſuperius egit: alia ſūt
reddendæ Deo rōnis de actibus nrīs: de quibus hic
agit. Verum eſt itaque, quòd in præſenti debemus
ſubuenire inuicem: & qui fortiores ſunt aliorum
infirmitates ſuſtinere: & tamen in futuro unuſquiſ-
que onus ſuum portabit, id eſt, pro peccato ſuo, &
non pro peccato alterius punietur.

Y Operemur bonum ad omnes &c. Quæritur: an
Quæ. 59 pręcepto teneamur officia pietatis impende-
re ēt inimicis? Quod uī cū Apoſtolus dicat. Opere-
Luc. 6. mur bonū ad oēs: & Dn̄s in euāgelio. Diligite inimi
cos ueſtros: benefacite ijs, qui oderunt uos. Sed Au-
guſtinus ait: Diligere inimicos non eſt tantæ multi
tudinis, quantā credo exaudiri in dominica oratio-
ne, ubi dr̄: Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos
dimit. de. no. & Greg. ait. Sufficit non odiſſe inimi-
cos. i. ſalutem eorum uelle: & ſi opera miſericordiæ
nō eis impendantur. ¶Solutio: præcepto tenemur
omniū ſalutem uelle: ſed impendere ēt officia pie-
tatis inimicis quantum ad infirmos, & minus perfe
ctos, conſilium eſt: quantum ad perfectos præce-
ptum. ¶Diligenter ergo notandum eſt, quid ſecun-
dum conſilium, quid ſecundū præceptum dicatur.

Z Item qm̄ cōſtat, quòd bonū ſit benefacere malis,
Quæ. 60 & peccatoribus, & impijs, quid eſt, quod dicit
ſcriptura: Da miſericordiam: & ne ſuſcipias pecca- Eccl. 12.
torem: & impijs, & peccatoribus redde uindictā,
& benefac humili, & ne dederis impio. ¶Solutio:
ſenſus prædictarum authoritatum eſt, ut nulli pec-
catori ideo benefacias, quia peccator eſt, ſed q̄a ho
mo. i. nullius culpam debemus fouere ſed naturam.
In unoquoq; diligamus, quod Deus diligit, & odia
mus, quod ipſe odit: ſi autem non poſſumus omni-
bus tam bonis quā malis ſubuenire: famulis Dei bo
na, quæ poſſumus, debemus impendere. unde Apo- Gala. 6.
ſtolus: maxime autem ad domeſticos fidei.

---

## *INCIPIVNT QVÆSTIONES eiuſdem ſuper epiſtolam ad Epheſios.*

PAulus Apoſtolus, &c. Hanc
epiſtolam ſcribit Epheſijs: A
quos in fide Paulus nō fun- Ephe. 1.
dauit, ſed ab Ioanne Apo-
ſtolo fundatos cōfirmauit:
qui firmiter in fide, & bō-
nis operibus præſtiterunt:
quos hortatur, ut in bonis
proficiant, ſcribens eis a Roma de carcere. Eſt itaq;
materia Apoſtoli in hac epiſtola, ſtatus Epheſiorū, B
in quo tunc erant. Intentio uero, eos in bonis habi- Materia
tis confirmare, ad ulteriora prouocare, necnon ad epiſtolę.
humilitatem, actionēque gratiarum informare. Mo
dus agendi talis eſt, more ſuo ſalutationem pręmit
tit: deinde agit gratias expoōēs multiplicia Dei be-
neficia: tum generi humano, tum ipſis Apoſtolis, tū
ipſis Epheſijs per ſolā gratiā collata. Deinde Chri-
ſti dignitatē, & p̄ſationē oſtēdit. Poſtea ad patientiā,
& charitatē eos inuitat, unitatem fidei, & eccleſiæ
cōmendans, & dona gratię enumerans: tandem ad
certamen exhortans: contra principes tenebrarum
militiæ chriſtianę armaturam deſcribit.

Benedictus Deus, qui benedixit nos &c. Cum C
benedici dicatur de Deo, & de homine: quæri- Quæſt. 1
tur: an eodem modo dicatur, & ſecundum eandem
ſignificationem. ¶Solutio: aliter, & aliter de utroq;.
Nam Deus ab homine benedicitur, cum dignis lau
dibus extollitur: homo uero a Deo benedicitur, cū
Deus ei munera gratiæ ſuę impertitur.

Dicit expoſitor, quòd Apoſtolus hic ponit duas D
p̄ordinationes: unā de pręſenti iuſtitia, alterā Quęſt. 2
de futura corona. Sed cū una ſit Dei prædeſtinatio,
q̄ eſt ipſe Deus: q̄ritur, quō duæ dicantur? ¶Solutio,
non iō duæ dicuntur, quin una ſit: ſed quia duos ha
bet effectus. ſ. per p̄ſentē iuſtitiam, & futurā gloriā.
¶Cui ſolutioni ſic obijcitur. Si numerus prædeſti- E
nationum aſſignandus eſt ſecundum numerum ef- obiectio
fectuū, iam erunt infinitæ prædeſtinationes: cum
ſint infiniti prædeſtinationis effectus. ¶Solutio, oēs
iuſtitiæ, quia numero, & nō ſpecie differūt, unus ef
fectus dicūtur eſſe, ſic & oēs coronæ, quia nō ſpecie,
ſed ſolo numero diſcernūtur, unus effectus præde-
ſtinationis dicuntur. Qm̄ uero præſens iuſtitia, &
futura gloria non ſolum numero, ſed ēt ſpecie diffe
runt, non incongrue duo effectus prædeſtinationis
dicuntur. ¶Notandū, quòd multa ſunt hmōi, quæ F
cum

cum ſint plura numero, & unum ſpecie, ſimpliciter non plura ſed unum ſecundum uſum loquendi dicuntur: ut fides mea, & fides illius cum duæ ſint numero, non tamen duæ ſimpliciter, ſed una dicũtur: quia una ſunt ſpecie; ſic de herba, de uoce, de intellectu, uiſu, & multis alijs, litera, figura, elemento, uocali, diſſerendum eſt.

G Quæſt. 3, Quare ſancti electi. SIcut elegit nos, ut eſſemus ſancti &c. Dicit Pelagianus, quòd eos, quos Deus ab æterno elegit, ideo eos elegit: quia præſciebat eos futuros bonos, & per liberæ uoluntatis arbitrium, non quia eos erat ſanctificaturus. Sed hãc eius hæreſim deſtruit Apoſtolus cum dicit, Elegit nos, ut eſſemus ſancti, & immaculati: nõ dicit, quia futuri eramus ſancti: ſed ut eſſemus. Si enim hoc eſſet, quod dicit Pelagianus: iuſtificatio noſtra cauſa eſſet diuinæ electionis, non diuina electio cauſa noſtræ iuſtificationis, & ſic quod eſt temporale cauſa eſſet eius, quod eſt æternum, non econuerſo: quod non poteſt eſſe.

H Quæſt. 4 IN quo habemus redemptionem &c. Quæritur: an idem uocet redemptionem, & remiſſionem peccatorum? ſi idem, uidetur, quòd alterum ſuperflue poſitum ſit. ¶ Solutio; redemptionem, precium illud, per quod redempti ſumus, uocat, per quod datur facultas nobis redeundi: remiſſio uero peccatorum, quæ nobis confertur in baptiſmo, effectus eſt ipſius redemptionis.

I Quæſt. 5 INſtaurare omnia, quæ in cælis ſunt &c. Cum Chriſtus pro angelis non ſit mortuus, quæritur: quomodo ea, quæ ſunt in cælis, per Chriſtum ſint reſtaurata? ¶ Solutio: ideo hoc dicitur, quia qui per gratiam ſaluantur, ſupplent numerum angelorum diminutum: uel per ea, quæ in cælis ſunt, intelligit animas, quæ iam ſunt in cœlo: per ea, quæ in terris ſunt, ſanctos adhuc in hac uita degentes.

K Quæſt. 6 SIgnati eſtis Spiritu ſancto, qui eſt pignus hæreditatis. Quæritur: quomodo Spiritus ſanctus dicatur pignus hæreditatis noſtræ: non ne pignus eſt illud, quod ad tempus pro aliquo precio datur, & iterum cum precium ſoluitur, illud aufertur? nũquid ergo Spiritus a nobis aufertur, cum ipſa hæreditas nobis datur? ¶ Solutio; pignus hic ponitur pro arrha, quæ eſt de ipſo precio, nec aufertur cum precium ſoluitur: unde quidam codices habent arrhã non pignus.

L Quæſt. 7 COnſtituens ad dexteram ſuam &c. Deus ſpiritus eſt, nec corporis forma finitur, uel cõcluditur: quomodo ergo dicitur, filius ſedere ad dexterã patris, cum pater non habeat latus dextrum uel ſiniſtrum, quia non habet corpus? ¶ Solutio; per dexteram Dei in ſacra ſcriptura quandoque ſignificatur æterna beatitudo, quandoque æqualitas diuinæ naturæ, quandoque iudiciaria ptãs. Eſt.n. Chriſtus ad dexteram patris, quia in patris maieſtate manet æqualis, & quia pater non iudicat quẽquã, ſed omne iudicium dedit filio. Per dexteram ergo Dei uel per manum, uel brachium, uel digitum, uel oculum, uel aurem, & ſimilia: nihil corporale debet intelligi, ſed totum ſpiritualiter.

M Quæſt. 8 SVpra oẽ nomen, qd nominatur nõ ſolũ in hoc ſeculo &c. Non ne nouem ſunt ordines angelorum? Angeli, archangeli, uirtutes, poteſtates, principatus, donationes, throni, cherubin, ſeraphim, & nõ ſunt plures ijs, qui in præſenti omnes nominantur. Quõ ergo dicit, conſtitutũ ſuper oẽ, qd nominatur nõ ſolũ in hoc ſeculo, ſed ẽt in futuro: quaſi aliqui ſint in futuro nominãdi, qui in præſenti nõ nominãtur? ¶ Solutio; quorundã angelorum denominationes datæ ſunt eis ſecundum officia, quæ nobis exhibent in præſenti, ut angeli, archãgeli, uirtutes, poteſtates, principatus, dominationes: ideo dicuntur in præſenti, quia hoc modo eorum denominatio ſpectat ad præſens. Vnde in futuro euacuabuntur, quando chriſtus tradet regnum Deo & Patri: quando Deus erit omnia in omnibus. Quorundam uero angelorum denominationes ad futurum ſtatũ ſpectant: ut throni, cherubin, & Seraphin: unde nec in futuro euacuabuntur, ſed ſuper omnes hos ordines ſupercœleſtium ſpirituum ſublimata eſt humanitas Saluatoris.

ET ipſum dedit caput ſuper omnem eccleſiam. N Quæritur, ſecundum quam naturam, diuinã, Quæſt. 9. an humanam, Chriſtus ſit caput eccleſiæ. ¶ Solutio; põt dici, ꝓ ſecudũ diuinam, ſecundum quã caput, principiũ, & author eſt omnium fidelium. Cui ſolutioni ſic obijcitur. Eadem ratione poteſt dici, quòd ſit caput mundi, & omnis creaturæ, quorum eſt author: & nihil diceretur de eccleſia. Ideo dicimus, quòd Chriſtus proprie ſecundum humanitatem eſt caput eccleſiæ.

QVare Chriſtus dicitur caput eccleſiæ. Quare O dicatur caput eſſe: non inconuenienter põt Quæſ. 10 quæri. ¶ Solutio; ideo Chriſtus caput eccleſiæ dictus eſt, quia ſicut in capite hominis plene ſunt omnes ſenſus carnales. ſ. uiſus, auditus, odoratus uel olfactus, guſtus, & tactus: ſic in Chriſto eſt plenitudo oim ſenſuum ſpiritualiũ. ſ. plenitudo gratiæ, de cuius plenitudine nos omnes accepimus. unde & membra dicimur, quaſi aliquem ſenſum nõ omnes habentes: ſicut cætera membra corporis unũ Ioan. 1. ſolũ ſenſum habent, nullũ hẽt omnes præter caput.

ERamus natura filij iræ &c. Deus eſt author na- P turæ: ſi ergo natura ſumus filij iræ, uidetur ꝙ Ephe. 2. Deo authore hoc ſumus. ¶ Solutio; natura tribus Quæſ. 11 modis accipitur in ſacra ſcriptura. ſ. pro illo inte- *Natura tribus capitur modis.* gro & incorrupto bono, in quo cõditus eſt homo, ſecundum quam acceptionem dicitur, ꝙ oĩs creatura Dei bona eſt. Dicitur etiam natura corruptio peccati, in qua concipitur, & cum qua naſcitur omnis homo, & ſic accipitur hic cum dicitur: Eramus natura filij iræ. Vinum.n. inoleuit pro natura, quia ergo pro culpa originalis peccati, cum quo naſcimur, digni ſumus gehẽna; ideo dicimur natura filij iræ. Accipitur etiam natura pro reliquijs illius boni naturalis, quæ remanſerunt in nobis poſt peccatum, & ſic accipitur, ubi legitur, quòd Gentes naturaliter faciunt ea, quæ legis ſunt. Rom. 2.

MIhi oim ſanctorum minimo data eſt gratia, Q Cũ Apoſtolus nõ eſſet minimus in numero Ephe. 3. omnium ſanctorum, immo inter Apoſtolos unus Quæſ. 12 de primis eſſet, quomodo uerum dicat ſe minimũ omnium nominando. ¶ Solutionem huius quæſtionis quære ſuper locum illum: Ego ſum minimus Apoſtolorum, in prima epiſtola ad Corinthios.

R Queſtio 13. INueſtigabiles diuitias Chriſti &c. Quęritur quo modo Apoſtolus intellexit, uel euangelizauit, ſi inueſtigabiles ſunt diuitiæ. Inueſtigabiles enim res dicuntur, quæ non poſſunt cõprehẽdi. ¶ Solutio; quæ natura ſua inueſtigabiles, per gratiam, & reuelationem ſancti Spiritus ſactę ſunt ueſtigabiles non ſolum Apoſtolo, ſed etiam cæteris fidelibus: quos ipſa unctio docet de omnibus.

S Quæ. 14 SAcramenti abſconditi &c. Quæritur, quæ dicantur abſcondita. ¶ Solutio in mundo cauſæ abſcõditæ ſunt omnium, quæ naturaliter fiunt. In ſolo aũt Deo abſconditæ ſunt cauſæ omnium, quæ per gratiam fiunt. De his duobus generibus cauſarum iam in ſuperioribus aliquantum dictum eſt.

T Quæ. 15 VT innoteſcat principibus, & poteſtatibus in cæleſtibus per eccleſiam &c. Quæritur an myſterium incarnationis fuerit reuelatum ſupercœleſtibus eſſentijs ante ipſius impletionem. ¶ In ſolutione huius quæſtionis uidentur contrarij Hieronymus, & Auguſtinus. Dicit. n. beatus Hieronymus, angelicas dignitates ad purum non intellexiſſe ſupra memoratum ſacramentum: unde ſic quærunt. Quis eſt iſte, qui uenit de Edom? Et alibi. Quis

Eſa. 63.

Pſal. 33.

eſt iſte rex gloriæ? Beatus uero Auguſtinus dicit, ꝙ non latuit angelos myſterium regni cælorum: unde litera diuerſis exponitur modis, ut innoteſcat &c. Hęc autem contrarietas, quę uidetur eſſe inter prędictos doctores ſic poteſt ſolui: nullis, qui maioris dignitatis ſunt, reuelatum eſt prædictum ſacramentum: alijs uero non ad purum, ut dicit beatus

V Hieronymus. ¶ Quòd autem angeli creſcant quotidie in cognitione, ex ijs quę in mundo fiunt: multi conſona uoce aſſerunt doctores. Vnde nos quaſi ꝓ certo hoc habemus, cum canonica ſcriptura hoc uideatur manifeſte innuere.

X Quæ. 16 EX quo oĩs paternitas in cœlis, & in terra nominatur. Ex hoc loco habemus, quòd non ſolum Deus pater noſter eſt, ſed & angeli, & hoĩes patres noſtri dicuntur. Sed alibi dicit Dñs. Vnus pater eſt ueſter, qui eſt in cœlis. Si ergo unus eſt, quõ plures?

Mat. 23. uel ſi plures, quõ unus? ¶ Solutio: ſicut Deus, qui ſolus uere eſt & ſolus uere bonus eſt, eſſentię, & bonitatis ſuę nomen cęteris impertit, ut ipſa quoque & eſſe, & bona dicantur. ita & ipſe, qui ſolus uere pater eſt oĩm creatione, & fidelium regeneratione, pa

Y ternitatis nomen cęteris conceſſit. ¶ Sciendum eſt ita, quòd Deus Trinitas omnium pater eſt creatione, & fideliũ regeneratione. Deꝰ uero ingenitus ſolus pater eſt unigeniti ꝑ naturã. Angel. uero patres noſtri dicũtur authoritate exẽpli, rõne beneficij, cura, & ꝓudẽtia. Hoĩes uero patres & natura, & authoritate exẽpli, & rõne beneficij, & cura, & ꝓuidẽtia.

Z Quæ. 17 QVę ſit latitudo, & longitudo, & ſublimitas. Quę ſit latitudo dilectionis: quę longitudo æternitatis: quę ſublimitas potẽtiæ: quod profundum ſcientiæ, ſecundum hoc, quòd de Deo exponitur, talis poteſt eſſe intelligentia.

A Quæ. 18 SCire etiam ſupereminentem ſcientiæ charitatẽ Chriſti. Si charitas Chriſti ſupereminet ſciẽtiæ: quõ põt ſciri? ſi nõ pot ſciri, quõ orat Apoſtolus ut eam ſciant diſcipuli? ¶ Solutio; quæ ſcientia humana non poteſt comprehendi, per gratiam ea parte cognoſcitur, quod ut fiat, Apoſtolus orat.

VT impleamini ĩ oẽm plenitudinẽ Dei &c. Nõ ne minus habebimus ꝙ̃ ipſe Deus? quõ ergo B Quæ. 19 poſſumus impleri in oẽm plenitudinẽ Dei? quõ põt aliquis hr̃e plenitudinem Dei, & nõ eſſe plenus Deꝰ & æqualis Deo? ¶ Solut. ſenſus eſt ut ſitis pleni Deo, non plenus Deus. Hoc eſt in plenitudinem omnem impleri: in præſenti hr̃e plenitudinem uirtutum, & in futuro plenitudinem gloriæ: non. n. optat Paulus alicui plenitudinem diuinæ naturæ conferri, ſed ut ſimus pleni Deo in præſenti, & in futuro.

VNus Dñs, una fides, unũ baptiſma: Quõ intelligantur. ¶ Solut. unus Dñs pater, & filius, & ſpiritus in natura, nõ in perſona. Vna fides nõ in numero, ſed genere, quia ſimilis in oĩbus: ſicut oĩm idem uolentiũ dicitur eſſe eadem uoluntas. De fide iam dictũ eſt. Vnũ baptiſma dicitur, quia æquale eſt, & eiuſdem eſſentiæ a quocunq; detur, & ideo etiam, quia non poteſt reiterari. C Ephe. 4. Quæ. 20

DEdit dona hominibus. Dauid dicit: accepiſti dona in hoĩbus: ſi dedit, quõ accepit? uel ſi accepit, quõ dedit? ¶ Solutio, tanꝙ̃ Deus dedit: accepit nõ ſolum in ſemetipſo ſm ꝙ eſt homo, ſed ẽt in membris ſuis, in quibus eſt, de qua acceptione agit propheta: unde dicit, accepiſti dona in hominibus. D Quæ. 21 Pſal. 67.

QVæ dona dedit aſcendens. Quæritur, q̃ dona dederit aſcendens. ¶ Solu. Spiritũ ſanctum, & dona etiã, q̃ nõ ſũt Spiritus ſanctus: quæ cũ dat etiã in ipſis dat Spiritũ ſãctũ, nõ ſeorsũ dat Spiritũ ſãctũ, & dona eius, quæ non ſunt ipſe, ſed dãdo Spiritum ſanctum dat dona, & dãdo dona Spiritus ſancti donat ipſum. Hoc dico ꝑꝑ eos, q nolũt cõcedere Spiritũ ſãctũ dari, cum ſit immutabilis, ſed dona eius tm̃. Tũc. n. dr̃ Spiritus ſanctus nobis dari a patre, & filio, & ẽt a ſemetipſo, cũ cordibus noſtris charitatẽ hãc uirtutem infundit ad hoc, ut diligamus Deum, & proximum. E Quæ. 22

CVm Chriſtus ſit Deus, & homo: quæritur, ſm quã naturã dedit dona? ¶ Solu. ſm eã dedit, ut dicit expoſitor ſm quã aſcendit, & deſcendit, & ſic ſm ꝙ eſt homo dedit; quia diuinitas, quæ eſt ubiq; nec deſcendit, nec aſcendit. Sed hoc ur̃ eſſe contrarium prædictis, ubi aſſerui, quòd tãquã Deus dedit, nõ tãquã homo. Cũ ergo legitur, ꝙ tãquã homo, uel ſecundum humanitatẽ dedit, ſic intelligi debet, qui eſt homo, non quia eſt homo, ſed quia eſt Deus. F Quæ. 23

AN Deitas deſcendit, & quõ. Itẽ dicit alia expoſitio, ꝙ Chriſtus ſm Deitatem deſcendit, & ſm humanitatẽ aſcẽdit, qđ ur̃ cõtrariũ ſuperioribꝰ. Dictũ. n. eſt, q̃a diuinitas q̃ ubiq; ẽ, nec deſcẽdit, nec aſcẽdit, hic aũt dr̃, ꝙ Deitas dſcẽdit, qđ ergo tenẽdũ eſt? ¶ Sol. cũ dr̃ ꝙ Deus deſcẽdit: hoc ĩtelligitur de deſcẽſione incarnationis, qua Deus factus ẽ homo. Cũ dr̃, quòd homo deſcẽdit, hoc dẽt intelligi de deſcẽſione ad ĩferos, q̃ fuit tm̃ ſm aĩam, nõ ſm corpꝰ, qđ iacuit ĩ ſepulchro, nec ſm Deitatẽ, quæ ubique erat. G Quæ. 24

IN uirũ pfectũ &c. Quæritur qua pfectione. Solu. nec pfectio põt intelligi uel de toto Chriſto. i. corpore & capite, uel de ſingulis mẽbris. Chriſtꝰ. n. ĩ ſe cõſumatus, ĩ alijs creſcit, & ꝓficit, ſed in futuro tãdẽ pficietur, ut nec uiribus, nec numero aliquid ſuperaddatur. Vnuſquiſque ẽt tunc erit uir perfe- H Quæ. 25

ctus

ctus: tam uirtutum conſummatione, quàm corporis ſtatura. Vnde ſequitur. In menſuram ætatis plenitudinis Chriſti. Vnuſquiſque enim in ea perfectione reſurget, in qua erat, uel ad quam peruenturus erat, cum eſſet triginta annorum: non enim omnes erunt eiuſdem magnitudinis, uel illius, cuius Chriſtus erat de hac uita exiens.

I Quæſtio 26. IRaſcimini, & nolite peccare &c. Permittit Apoſtolus iraſci, quod non poteſt uitari, ſed Dominus prohibet iraſci dicens. quicunque iraſcitur fratri ſuo, reus eſt iudicio. Vnde uidetur, quòd illud quod Dominus prohibet, Apoſtolus permittat. Itẽ dictum eſt ſuperius, quòd nihil prohibetur in nouo teſtamento, quod non poſſit uitari, ſicut nec aliquid præcipitur, quod non poſſit impleri: quod nõ uidetur eſſe uerum, ſi Dominus prohibet iraſci, & nullus poſſit uitare iraſci. ¶ Solutio: primus motus iræ, qui non eſt in poteſtate noſtra, permittitur ab Apoſtolo: Dominus autem non prohibet primum motum, qui dicitur propaſſio, ſed uoluntatem, & propoſitum nocendi alteri. Aliud itaque permittitur ab Apoſtolo, & aliud prohibetur à Domino; qđ poteſt uitari gratia adiuuante.

K Quæſtio 27. QVæ ſint portæ mortis, & uitæ. ¶ Nota, quòd concupiſcentia, & timor mũdi duæ ſunt portæ mortis, per quas intrat diabolus: ſicut timor, & amor Dei duæ ſunt portę uitæ, per quas intrat Chriſtus. Vterque ſtat ad oſtium: & Chriſtus pulſat, & diabolus, ſed hoſtis expellatur, Chriſtus introducatur.

L Quæſtio 28. NOlite contriſtare Spiritum ſanctum &c. Quæritur: quomodo quis poſſit Spiritum ſanctũ contriſtare cum impaſſibilis ſit, nec triſtitiæ paſſionem poſſit in ſe ſuſcipere. ¶ Solutio: quodam tropo uſus eſt in theologia ſatis uſitato: quo ea, quæ Deo authore in nobis fiunt, ipſi attribuuntur: quia illi ergo, quos implet charitate, ſicut gaudent de profectibus aliorum, ſic contriſtantur de lapſibus cadentium: dicit Apoſtolus, nolite contriſtare Spiritum ſanctum. i. eos, in quibus habitat Spiritus ſanctus p charitatem.

M Quæſtio. 29 DOnate inuicem, &c. Dicit ſcriptura: niſi dimittamus conſeruis noſtris, quòd Deus repetit dimiſſa: ſed quæritur, quomodo Deus repetit? Nunquid iterum puniet Deus pro peccatis, pro quibus iam ſatisfactum eſt per cordis contritionem, & oris confeſſionem, & per dignos fructus pęnitentiæ. Nunquid bis puniet in idipſum? ¶ Solutio: ad hoc, ut aliquis faciat dignos fructus pœnitentiæ, exigitur, ut de cętero non peccet mortaliter: unde quicunque poſt pœnitentiam peccat, inutilẽ ſibi priorem ſatisfactionem reddit.

N Quæſtio 30 QVid bis punire in idipſum? Bis autem punire in idipſum, eſt pro peccato per pœnitentiam deleto, nec repetito, in alia uita iterum punire: quod Deus non facit. Si aliquis autem pœnitens affligitur pro aliquo peccato, & iterum idem repetat: ſi in hac uita, uel in alia pro illo iterum puniatur, hoc non eſt bis punire in idipſum.

O Ephe. 5 Quęſtio 31 IN odorẽ ſuauitatis &c. Si mors Chriſti fuit Deo ſuauis odor, ergo mortem eius libenter accepit: ergo non peccàuerunt Iudæi, qui illum crucifixerunt: quia id fecerunt, quod bonũ erat, & Deo placuit. ¶ Solutio: actio Iudæorum mala erat, nec Deo placebat id, quod fiebat ab eis: ſed paſſio Chriſti bonum fuit, & ſalutis noſtræ cauſa.

DIes mali ſunt &c. Non ne dies habent eſſe ex Deo authore: ſicut ſcriptum eſt: tuus eſt dies, & tua eſt nox: quomodo ergo dicuntur mali? Solutio: pro malitia, & miſeria hominum dicuntur dies mali: alioquin quantum ad horarum ſpatia ordinati ſunt, & boni. P Queſtio. 32

NEmo carnem ſuam odio habuit &c. Non ne uiri ſancti carnem oderunt, perſequuntur, crucifigunt, & mortificant, non nutriunt, nec fouent? quomodo ergo uerum eſt: nemo carnem ſuam odio habuit? ¶ Solutio: ſancti non carnem, ſed carnis uitium oderunt, & perſequuntur. Q Queſtio. 33

PRopter hoc relinquet homo patrem. Quæritur: quomodo hoc ad filium Dei pertineat: qui nunquam patrem deſeruit, ſed ſemper cum eo inſeparabiliter permanſit? ¶ Solutio: quia filius in forma, qua patri æqualis eſt, nobis non apparuit, dictus eſt patrem deſeruiſſe, uel reliquiſſe: nunquam tamen ab eo receſſit: in mundũ uenit, & patrẽ nõ deſeruit. R Quæſtio 34

QVi uxorem ſuam diligit. Quæritur de qua dilectione hic agat: ſi enim de dilectione, qua diligimus nos mutuo propter Deum: ſenſus eſt, qui diligit uxorem ſuam, ſeipſum diligit. i. facit, quod ſibi utile eſt: ſed ſecundum hoc ita poſſet dicere de quolibet proximo. ¶ Solutio: hoc ideo dicit Apoſtolus, quia magis inſtat uiro prouidere uxori, quàm alii: unde ſi propter Deum acquirit ei neceſſaria, & regit, & ſe diligit. i. facit, quod ſibi utile eſt: quia inde meretur apud Deum. S Quæſtio 35

SErui obedite Dominis ueſtris. Hic quæritur: an liceat Chriſtiano ſeruum habere, cum hoc Apoſtolus permittat. Catholica quoque, & maximè Gallorum eccleſia hoc recipit. ¶ Solutio: melius eſſet huiuſmodi ſeruitutem nõ exigere, nec eccleſia quaſi bonum recipit, ſed quaſi malum tolerat. T Ephe. 6. Quæſtio 36

FIlii obedite parentibus ueſtris, & uos patres nolite ad iracundiam prouocare filios. Quæritur: quare Apoſtolus præcipiat parentibus, ut filios diligant; & filiis, ut parentes honorent, cum natura ad ſe mutuo diligendos compellat. ¶ Solutio: naturalis amor non habet meritum, niſi propter Deum fiat; ideo præcipit, ut ſe propter Deum diligãt, & ſic meritum habeant. V Quæſtio 37

NOn eſt nobis colluctatio contra carnem. Non ne ſancti pugnant cõtra carnem & ſãguinem, cõtra malos homines, uel contra uitia, quæ ex carne, & ſanguine oriuntur? quomodo ergo dicit, non eſt nobis colluctatio &c. ¶ Solutio: non eſt nobis colluctatio tantum contra carnem, & ſanguinem, ſed etiam contra dęmones. X Quæſtio 38

ADuerſus mundi rectores. Non ne Deus, qui mundum condidit, mundum gubernat, & regit, ut idem ſit conditor, & rector? quõ ergo dæmones uocat Apoſtolus mundi rectores. ¶ Solutio: hic nomine mundi ſignat mundi amatores. Hic eſt mundus, qui totus in maligno poſitus eſt: hic eſt mũdus, in quo non reperitur niſi cõcupiſcentia carnis, concupiſcentia oculorum, & ſuperbia ui Y Quæſtio 39 Z Mũdus malus.

tæ: hunc mundum uocat Apoſtolus tenebras, ſubiũ
Eph. 5. gens harum tenebrarum, & alibi dicens. Fuiſtis aliquando tenebræ: nunc autem lux in Domino.

## *INCIPIVNT QVESTIONES eiuſdem ſuper epiſtolam ad Philippenſes.*

A
Philip. 1. PAulus, & Timotheus &c. Hanc epiſtolam ſcribit Apoſtolus Philippenſibus, q ſunt Macedones. Sũt enim Philippi metropolis ciuitas in Macedonia, quæ eſt quædam prouincia in Græcia, quam ædificauit Philippus pater Alexandri uocans eam nomine ſuo. Hi autem accepto uerbo prædicationis ab Apoſtolo firmi in fide fuerunt: nec pſeudo receperunt. Hos ergo munit contra duplex bellum. ſ. tribulationũ, & pſeudoprędicatorum. Eſt itaque intentio Apoſto
Intentio Apoſtoli li in hac epiſtola cohortari Philippenſes ad patientiam contra tribulationes, & ad conſtantiam cõtra pſeudo apoſtolos. Modus talis: more ſolito ſalutem prę mittit. Deinde gratias agit pro eis, implorans eis maiora bona, ut uirtutibus creſcentes ad perfectionem perueniant. Deinde ad patientiam tribulationum monet exemplo ſuo, & Chriſti. Poſtea ut ſibi caueãt a uerſutiis pſeudoapoſtolorum. Tandem ad monitionem moralem interſerit, & prope finem de gratia, quam ſibi Romani per Epaphroditum miſerant, ſe gaudere dicit.

B
Quæſt. 1. QVid enim? dum omni modo ſiue per occaſionem, ſiue per ueritatem Chriſtus annuncietur. Quæritur, quomodo permittat Apoſtolus malis prædicare euangelicam doctrinam: cum
Pſal. 49. alibi ſcriptũ ſit. Peccatori dixit Deus: quare tu enarras iuſtitias meas &c. Item non eſt ſpecioſa laus in
Grego. ore peccatoris. Item cuius uita deſpicitur reſtat ut prædicatio eius negligatur. ¶Solutio: non huiuſmodi prædicator increpatur propter ſe, non propter alios. Non enim ſibi prodeſt, ſed aliis quod prædicat: unde laus Dei in ore peccatorum non eſt ſpecioſa, ideſt ei non eſt ſpecioſa. Tolerandi ergo ſunt mercenarii: unde Dominus: Super cathedrã
Matt. 23 Moyſi ſederunt Scribæ, & Phariſæi: quæ dicunt facite &c. Itaque prædicatores, qui pro ueritate prædicãt, diligẽdi ſunt: mercenarij, qui ex occaſione, & temporali commodo ueritatem annunciant, permittendi ſunt: fures, & latrones, ſiue lupi cauendi immo fugiendi ſunt.

C
Quæſt. 2. QVid eligam, ignoro &c. Quæritur: quomodo Apoſtolus dubitet utrum eligat: an manere in carne, an diſſolui, & eſſe cum Chriſto, cum ſciat, quòd quanto pugna fortior, tanto corona maior. Non ne ſciebat maioris meriti eſſe pugnare, quàm quieſcere? ¶Solutio: affectus ad utrunque trahebat: idcirco dicit ſe ignorare quid eligat. Dubitat ergo Apoſtolus ex affectu, non ex ignorantia. ¶Sed tunc quæritur: quomodo dicat, multo melius eſſe diſſolui, & eſſe cum Chriſto. ¶Solutio: melius, hic ponitur pro ſuauius, & ſecurius.

VObis donatum eſt non ſolum, ut in eum credatis, ſed etiam ut pro ipſo patiamini &c. Quæritur, an ipſum pati ſit bonum, & an ſit donum Dei. Quod ſi eſt, appetendum eſt. ¶Solutio: a quo eſt fides credentium, ab eo eſt tolerantia patientium. Pœna autem ipſa in ſe non eſt bona, nec propter ſe appetenda: nec inter dona Dei debet enumerari. Pati tamen pro Chriſto bonum eſt, & deſiderandum: quia magnum habet meritum. Nec Apoſtolus dicit ſimpliciter: Vobis donatum eſt pati: ſed ſic: Vobis donatum eſt pro Chriſto pati. D
Quæſt. 3.

QVi cum in forma Dei eſſet. Quæritur, quid hic notet forma. ¶Solutio: forma aliquando ponitur pro repræſentatione: aliquando pro ueritate rei, ut hic: qui cum in forma Dei eſſet. i. in ueritate diuinæ eſſentiæ, & in æqualitate ſubſtãtię. ſicut enim homo hominem, canis canem gignit, ſic Deus Deum genuit per omnia æqualem, non imparem: unde & filius dicitur eſſe hoc, quod pater eſt. & quoniam hoc poteſt ſecundum perſonam, & naturã intelligi, Auguſtinus oſtendit huius dicti intelligentiam dicens. Ideo filius dicitur id, quod pater eſt, quia ſicut pater eſt Deus, ſic & filius, & ſicut pater eſt omnipotens, ſic & filius, & ſicut pater eſt immutabilis, ſic & filius. Ideo enim unum, & ſumme unum ſunt pater, & filius, quorum nulla eſt diuerſitas naturæ, uel uoluntatis. Vtruoque ergo dicit ſcriptura, quòd filius eſt æqualis patri, & quòd pater maior eſt filio, ſed hoc ſecũdum formam ſerui, illud autem ſecundum formam Dei. E
Philip. 2.
Quæſt. 4.

ET habitu inuentus eſt ut homo &c. Quot modis aliquid habetur? Solutio, quattuor modis aliquid alicui accedit ut habeatur, uel ſic ut mutet, & non mutetur, ut ſapientia: uel ſic ut mutet, & mutetur, ut cibus: uel ſic ut nec mutet nec mutetur, ut annulus: uel ſic ut non mutet ſed mutetur: non a ſua natura, ſed a quadam priori forma, ut ueſtis, quãdo induitur, non mutat hominem, ſed mutatur non a natura ſua, ſed accipit ſpeciem, & formam, quam deiecta non habuit. ſecundum quam comparationem, & ſimilitudinem intelligitur incarnatio: ſic enim forma ſerui acceſſit ad formam Dei, ut eam non mutauit, uel conuertit, ſed ipſa forma ſerui eſt mutata, non a natura ſua, ſed in excellentiorem & digniorem ſtatum, quàm prius fuerat. hoc ergo totũ, quod Auguſtinus dicit de habitu, ideo adducit, ut oſtendat, quod quando uerbum caro factum eſt, non eſt mutatum, uel conuerſum in hominem: ſicut nec homo mutatur in ueſtem, quando ea induitur. Hoc autem, quod quidam addunt de ſuo, quòd ſicut homo quando induitur ueſte ſua, non fit aliquid, ſic nec Deus, quando formam ſerui accepit, factus eſt aliquid. Hoc, inquam, non habent ex uerbis Auguſtini, nec alterius ſancti, cũ ſit falſum, ſi. n. in omnibus uolunt tenere ſimilitudinẽ adductã de ueſte, oportet eos cõcedere ꝙ ſicut homo nõ fit ueſtis, qñ ea induitur, ita nec Deus homo, qñ ſe forma ſerui induit, factus ſit. S. n. Chriſtus non eſt niſi id, quod fuit ab æterno, nullum eſſe habuit commune cum F
Quæſt. 5.
*Notabile pro Concionatoribus.*

cum matre: ergo non conſubſtantialis matris quia nullum ſubſtantiale dicitur de utroque. Cum enim dicimus: Chriſtus eſt homo, & uirgo mater Domini eſt homo: non idem ſignificatur hoc nomine, homo, ſecundum hos nouos hæreticos. De his plenius dictum ſuper epiſtolam ad Romanos.

G Quæſt. 6 QVi humiliauit ſemetipſum factus obediens &c. Quæritur: an Chriſtus aliquid meruit. ¶ Solutio: nobis, non ſibi meruit. Nos enim per eius meritum facti ſumus digni uita æterna: ipſe uero per mortem ſuam ſibi non acquiſiuit aliquid, quo prius dignus non erat. Dici tamen poteſt: uere per humilitatem paſſionis meruit claritatem reſurrectionis, impaſſibilitatem, & immortalitatem. Non dico, quòd Chriſtus niſi moreretur, immortalis & impaſſibilis non fieret: ſed dico, quòd tale meritum tali præmio erat dignum.

H Quæſt. 7 QVæritur: quomodo ſimul in eadem anima potuerit eſſe ſumma beatitudo, & triſtitia: ante enim paſſionē hæc duo fuerunt in Chriſto. Quòd enim ibi fuerit beatitudo ſecundum mentē ex quo fuit homo, credendum eſt: alioquin, quomodo eſſet uerus Deus, non uideo. Item quòd ibi fuerit triſtitia conſtat, cum ipſe dicat: triſtis eſt anima mea uſque ad mortem. ¶ Solutio: ſicut in Paulo fuit uis inferior, & uis ſuperior: ſic in Chriſto fuit uis inferior animæ, ſ. motus, uel affectus quidam, qui mortem horrebat: ratio tamen ſuperior in ſua beatitudine libera uigebat. Non enim affectus carnis in ipſo, ſicut in cæteris, rationem impediebat in aliquo, ut minus diuinitatem contemplaretur.

I Quæſt. 8 ITem quæritur: quomodo maiorem beatitudinē non habuit poſt reſurrectionem: quando īmortalitatem, & impaſſibilitatem induit. ¶ Solutio: nō tunc habuit plus quantum ad mentem, ſed quod prius habuit, tunc quietius poſſedit, ſicut rex quietius, & ſecurius regnum ſuum poſſidet ceſſantibus infeſtare inimicis.

K Quæſt. 9 PRopter quod donauit &c. Non ne prius habuit nomen, quod eſt ſuper omne nomen? Quomodo ergo dicit, propter quod donauit: non ſolum. n. ſecūdū quòd Deus eſt, datum eſt ei hoc nomen ab æterno ſecundum naturam, ſed etiam ſecundum quòd eſt homo a ſui conceptione datum eſt illud homini aſſumpto ſecundum gratiam. ¶ Solutio: tunc res dicitur fieri, quando innoteſcit: quod enim prius habuit, tunc primum poſt reſurrectionem hominibus & dæmonibus innotuit.

L Quæſt. 10 ITem quæritur: cui datū ſit hoc nomen: an Deo, an homini. ¶ Solutio; Auguſtinus dicit, quòd homini, & non Deo datum eſt nomen, quod eſt ſuper omne nomen. I. ut ſit Deus & filius Dei per gratiam non participationis, ſed unionis, & totum habeat homo aſſumptus per gratiā, quod habet Deus genitus per naturam. Per gratiam itaque homo habet, ut ſit filius, non filius gratiæ, ſed filius naturæ. Aliter dicit Ambroſius, quòd Deo, non homini datum eſt nomen, quod eſt ſuper omne nomen.

M Quæſt. 11 SEd nūquid Auguſtinus, & Ambroſius, ſuper hoc contraria ſentiunt? ¶ Solutio: alia eſt donatio gratuita, de qua Auguſt. alia naturalis, de qua loquitur beatus Ambroſius. Datum eſt homini, ut ſit Deus per perſonalem unionem ſtatim in ſui conceptione: quando enim Deus factus eſt homo per dignationem, & homo factus eſt Deus per gratiam, non Deus adoptiuus, ſed Deus naturalis, Deus æternus, Deus omnipotens. Deo aut genito datum eſt ab æterno eſſe Deum per naturam. Itaque nulla eſt in intelligentia contrarietas inter doctores ueritatis.

QVi ſpiritui ſeruimus Deo &c. Quæritur: qua ſeruitute. Nota, quòd ſeruitus, quæ ſoli Deo debetur, dicitur latria: unde & idololatra, qui Dei culturam exhibet idolis: & abominatio, dicitur idololatria, & domus idolium, & ſacrificium idolothytum. Sed ſeruitus, qua per charitatē iubemur ſeruire inuicem, græce dulia dicitur: utraque uero, ſeruitus ſermone latino nuncupatur. N Philip. 3. Quæſt. 12

HEbræus ex Hebræis, ſecundum legem Phariſæus. Quæritur: unde dicti ſint Hebræi. ¶ Solutio: Hebræi dicuntur ab Heber, nō ab Abraham, ut uiſum eſt beato Auguſtino aliquando, quod poſtea retractauit: quod inde patet, quia ipſe Abraham eſt Hebræus in quodam loco dictus: quod non eſſet, ſi hoc nomen ab ipſo deriuatum eſſet. Item Abrahā interpretatur pater multarum gētium, Hebræi tranſeuntes. Conſtat ergo uerum eſſe, quòd Hebræi nō ab Abraham dicti ſunt, ſed ab Heber: qui ſolus in diuiſione linguarum hebraicam retinuit linguam. O Quæſt. 13

SEcundum iuſtitiam, quę in lege eſt. Quæritur, quomodo dicat ſe conuerſatum ſecundum iuſtitiam, quæ in lege eſt, ſine querela: cum alibi dicat, ſe cum aliis in deſiderijs carnis, dum eſſet in lege, ambulaſſe, unde & filium iræ ſe nominat? ¶ Solutio; utrunque uerum eſt, & quòd ſecundum deſideria carnis ambulauit, & tamen ſecundum iuſtitiam, quæ in lege erat: quæ timore pœnæ, non amore ſeruire facit: quæ manum, non animum comprimit: conuerſatus ſit ſine querela: talis erat iuſtitia in lege. P Quæſt. 14

NOn habens iuſtitiam meam &c. Non ne Deus legem dedit, & ei obedire præcepit? quō ergo iuſtitiam, quæ eſt ex lege, dicit ſuam? ¶ Solutio huius quæſtionis in ſuperioribus continetur. Dum enim erat in lege quærens ex operibus legis iuſtificari: in hoc quòd credebat proprijs uiribus poſſe adimplere ipſam legem: iuſtitiam legis ſuam faciebat. Q Quæſt. 15

IN fide ad cognoſcendum &c. Hoc de fide non habente tempus operandi intelligitur, ſed diligere non ne eſt opus fidei? Sed fides ſine dilectione, poſtquàm aliquis eſt adultus, nunquàm ualet. Quomodo ergo dicit expoſitor, quòd hoc debet intelligi de fide nō habente tempus operandi, quòd ipſa ualeat ad Deum cognoſcendum, & ad alia? ¶ Solutio; hoc ideo dicitur, ne quis putet ſufficere hoc ad ſalutem, ſcilicet credere; & habere fidem ſine operibus, cum habeat bene operandi facultatem. R Quæſt. 16

QVorum nomina ſunt ſcripta &c. Quæritur: quid ſit liber uitæ. ¶ Solutio; liber uitæ eſt prædeſtinatio Dei; in qua omnes ſaluandi ſcripti ſunt, uel ſaltem per ſolam prædeſtinationem, uel etiam per iuſtitiam, & prædeſtinationem. S Quæſt. 17

T Philip.4. Quæſ.18 GAudete in Domino ſemper &c. Dicit expoſitor, quòd gaudium in ſeculo, & gaudium in Deo cōtraria ſunt, nec in eodem ſimul eſſe poſſunt. Sed non ne aliquis eſt, qui diuiſus eſt, & partim gaudet in ſeculo, & partim in Domino: ſicut partim diligit mundum, & partim diligit Deum? ¶Solutio: illo gaudio dicitur quilibet gaudere, quod in illo cognoſcitur præponderare, & illam partem hominis interioris, quam occupat gaudium mundi, non tenet gaudium, quod eſt in Domino: quia non poſſunt eſſe in eodem circa idem.

V Quæſ.19 PEtitiones ueſtræ innoteſcant apud Deum &c. Non ne Deus omnia plene & perfecte nouit antequam eueniant? quomodo ergo dicit Apoſtolus, ut petitiones innoteſcant apud Deum? ¶Solutio: ſenſus eſt, petitiones ueſtræ adeo ſint uehementes, & non tepidæ: ut dignæ ſint exaudiri, & impleri. Cum enim adimplentur, nobis innoteſcunt, quòd ad Deū perueniunt.

X Quæſ.20 DIcit expoſitor, quòd angeli offerunt orationes noſtras Deo: ideo quæritur: qualiter hæc oblatio ſit intelligenda. ¶Solutio: ſalua reuerentia ſecretorum dicimus, quòd ab angelis noſtras orationes Deo offerri, nihil aliud eſt, quàm per eos dignas fieri, ut a Deo exaudiantur. Item angeli medii ſunt inter nos, & Deum: ſicut enim diuina ſecreta nobis annunciant; ſic ea, quæ apud nos hic aguntur, Deo nunciare dicuntur.

Y Quæſ.21 SEd cum Deo ſua perfectio ad omnia cognoſcentia ſufficiat, quæritur: ad quid angeli ei aliquid nunciant? ¶Solutio; non ut eum doceant, ſed ut æternam, & incōmutabilem ueritatem eius conſulant: & ut ſciant, quid ſibi ſit faciendum, quid, & quib⁹, & quando ſit annunciandum.

Z Quæſ.22 NOn quæro datum, ſed fructum &c. Quæritur quid diſtet inter datum, & fructum. ¶Solutio; datum uocat id, quod datur: ut cibus, nummus, ueſtis. Fructus uero intentio datoris: quæ ideo dicitur fructus, quia ſecundum eam opus iudicatur utile, & fructiferum. Vel fructum uocat mercedem ipſam. Vnde opus bonum dicitur flos, ex quo fructus æternæ uitæ naſcitur. ¶Nota, quòd per coruum, qui pauit Eliam, intelligitur donum, ubi opus bonum fuit ſine intentione bona. Per uiduam, quæ eundē prophetam pauit, intelligitur fructus: ubi fuit bonum opus cum intentione bona.

## *INCIPIVNT QVAESTIONES eiuſdem ſuper epiſtolam ad Coloſſenſes.*

A Coloſſ.1 PAulus Apoſtolus, &c. Hanc epiſtolam ſcribit Apoſtolus ad Coloſſenſes, qui ſunt Aſiani: quibus non ipſe Apoſtolus prædicauit, ſed eius diſcipuli, ſcilicet Archippus & Epaphras. Sed Archippus miniſterium in eos acceperat: Epaphras uero ex eis oriundus fuit, & ab Apoſtolo inſtructus doctrinam Archippi confirmauit. Poſtea uero pſeudo apoſtolis ſuperuenientibus, & carnales obſeruantias prædicantibus: in dubium illis uenerat quibus eſſet credendum. Vnde Apoſtolus, cuius authoritas celebris erat, quaſi medius iudicat quæ pars potius ſit tenenda, ſcribens eis ab Epheſo. Intentio itaque Apoſtoli eſt in hac epiſtola confirmare Coloſſenſes in ea fide, & doctrina, quam a diſcipulis eius acceperunt, & non in aliquo præter Chriſtum ſpem ponendam eſſe docet. Modus tractandi talis eſt: more ſolito ſalutem præmittit: deinde gratias agit de bonis eorum, fidē, & dilectionem eorum commendans. Orat, ut perficiantur in Chriſto: cuius beneficia, & ſecundum utrāque naturam primatum commendat, & poſt miniſterii ſui dignitatem commemorat, & monet ne per philoſophiā, uel legis cerimonias ſeducti, a Chriſto recedant. Tādem omnes ſimul, & ſeparatim. ſ. ſexus, & ætates, & conditiones moraliter inſtituit. In fine monet Archippum ſolicitum eſſe miniſterii ſui. Materia epiſtolæ &c.

GRatias agentes &c. Dicit expoſitor, quòd hic incipit Apoſtolus oſtēdere, ꝙ lex nō prodeſt, ſed nocet. Non ne lex bona, & a Deo data, & non ſolum non nocuit, ſed profuit in ſtatu ſuo? quomodo ergo uerum eſt, ꝙ non prodeſt, ſed nocet? ¶Solutio; uerum eſt, ꝙ lex ante gratiam profuit: ſed poſt gratiam inutilis fuit. ¶Cui ſolutioni ſic obiicitur. Non ne lex modo perhibet teſtimonium ueritati, & per illam illuminamur in cognitione Deitatis? ergo etiā nunc tempore gratiæ nobis prodeſt lex: quo ergo uerum eſt: lex non prodeſt, ſed nocet? ¶Solutio; lex lecta, & ſpiritualiter intellecta prodeſt, & non nocet: ſecundum uero literam obſeruata non prodeſt, ſed nocet. B Quæſt.1 obiectio

QVi dignos non fecit in partem ſortis ſanctorū. Quæritur: quid uocet ſortē, cuius participes facti ſumus. ¶Solutio; futuram hæreditatem quæ ſorte. i. diuina gratia, & uoluntate ſine meritis datur, hic uocat Apoſtolus ſortem. C Quæſt.2

ITem quæritur: quomodo ſine meritis futura hæreditas detur ſanctis, cum per fidem, & dilectionem, & bona opera eam mereantur. ¶Solutio; ſine meritis præcedentibus fidem intelligendum eſt: nō ſine ſubſequentibus: quæ ſunt ex gratia, & ideo nō excluduntur, cum dicitur, quòd ſola gratia datur futura gloria. De his iam diximus ſuperius. D Quæſt.3

TRanſtulit nos in regnum filii. Quæritur: quid dicat regnum filii Dei. ¶Solutio; regnum cælorum, uel filii, pluribus modis accipitur. ſ. pro futura gloria, ut ibi. Adueniat regnum tuum. Vel pro præſenti eccleſia, ut ibi. Cum tradet regnum Deo & Patri. Vel pro fide Chriſti, ut ibi. Regnum Dei intra uos eſt. Vel pro ſacra ſcriptura: ut ibi. Auferetur a uobis regnum cælorum, & dabitur genti facienti fructum. E Quæſt.4 *Regnum filij multipliciter accipitur.* Matt.6. 1.Co.15 Matt.12. Matt.21

FIlij dilectionis ſuæ. Non ne Spiritus ſanctus eſt dilectio, qua pater diligit filium, & filius patrē, & Chriſtus eſt filius dilectionis? Videtur ergo, quòd ſit filius Spiritus ſancti: quod fides non recipit. ¶Solutio: dilectio communiter accipitur pro diuina natura, ſiue ſubſtantia, ſiue eſſentia, cum dilectionis filius eſſe prædicatur. Eſt enim filius naturæ, ſubſtantiæ, F Quæſt.5

tiæ,& eſſentiæ patri conſubſtantialis, & coeſſentialis. Quid autem dilectio ſignificet, cum dicitur, Spiritus ſanctus eſt dilectio, qua pater diligit filium, & e diuerſo, alibi expoſitum eſt. De redemptione uẽ, & imagine, & de eo ꝙ Chriſtus dicitur caput eccleſię, iam dictum: nec oportet, ut acta agamus.

G Queſt. 6. QVæritur autem: an Chriſtus ſecundum humanitatem fuerit caput ſanctorum incarnationem præcedentiũ. Videtur, ꝙ ſic: ſed qui nondum ſecundum humanitatem erat, quomodo potuit eſſe caput eorum? Vel ipſi quomodo potuerũt habere, quod nondũ caput erat? ¶Solutio: Chriſtus etiam ſecundum humanitatem poteſt dici caput eorum, qui fuerunt, ab Abel, qui per fidem futuri omnes ſaluati quotquot ſaluati ſunt. ¶Nota, quòd Chriſtus eiuſdem naturæ eſſe cum patre prædicatur, ubi filius dilectionis eſſe oſtenditur. Vbi uero imago, non ſolum eiuſdem ſubſtantiæ identitas, ſed etiam perſonalis proprietas inſinuatur. Vbi primogenitus omnis creaturæ eſſe dicitur, ibi patri coæternus aſſeritur. Vbi quòd omnia per ipſum cõdita ſunt legitur, omnipotentia ipſius declaratur. Vbi dicitur quod omnia in ipſo conſtant, immenſitas eius manifeſtatur, cuius æternitas in Ioanne inſinuatur, ubi ſcriptum eſt. In principio erat uerbũ: & perſonalis proprietas cum ſubiungitur: & uerbũ erat apud Deum: & ſubſtantiæ identitas, cum dicitur, & Deus erat uerbum. Eſt itaque filius patri coæternus, conſubſtantialis, coomnipotens: alius in perſona, idem cum patre omnium creaturarum principium.

*Diſcurſus ſanè ꝓ Connotatoriis eleḡãs.*

Ioan. 1.

H Queſt. 7 ET ipſe (Chriſtus. ſ.) eſt caput eccleſiæ. Dicitur, ꝙ eccleſia cœpit primo ab Abel, qui primus fuit iuſtus. ſed nonne Adam fuit iuſtus? Creditur enim, quòd poſt lapſum per pœnitentiã, & fidem ſit iuſtificatus: quare ergo non dicitur eccleſia incepiſſe ab Adam? ¶Solutio; ab Adam maculam originalis peccati contraxit eccleſia, ab Abel nullam, & ideo ab Abel melius incepiſſe dicitur quam ab Adam: quia ſcriptura de peccato Adam, & non de iuſtitia facit mentionem, & de iuſtitia Abel, & non de peccato. Chriſtus ergo ſemper caput omnium, qui fuerunt ab initio, ſicut eorum, qui ſecuti ſunt eum: per quẽ ſolum acceſſum habemus ad patrem.

I Coloſſ. 2 Queſt. 8. VIdete, ne quis uos decipiat per philoſophiam, & inanem fallaciam &c. Nonne cognitio rerum naturalium, quam tradiderunt philoſophi, utilis fuit ad Dei inuiſibilia cognoſcenda? Per uiſibiles enim rerum uiſibilium formas, quarum doctrina docetur in mathematica, uenitur ad inuiſibiles rerum uiſibilium cauſas, quas docet phiſica: per quas uenitur ad cognoſcendas inuiſibiles ſubſtantias, & inuiſibilium ſubſtantiarũ inuiſibiles naturas. Qũo ergo Apoſtolus talem cognitionem uocat inanem fallaciam? ¶Solutio: Apoſtolus non reprehendit philoſophos de hoc, ꝙ naturas rerum inquirebãt: ſed de hoc, ꝙ potentiam Dei, cum ſit infinita, ſub cauſis naturalibus coarctare conabantur: dicentes Deum nil poſſe facere cõtra naturam. Vnde Deum creaturam fieri, uirginem parere, mortuum reuiuere, dicebant eſſe impoſſibile. Hunc ergo errorem eorum iure reprehendit Apoſtolus: non ueram, quã habebant, de naturis cognitionem.

K Quæſt. 9 IN quo habitat omnis plenitudo diuinitatis. Cũ una & ſimplex plenitudo diuinitatis ſit: quõ dicat, omnis plenitudo diuinitatis: cum omnis ſoleat colligere multitudinem? ¶Solutio: omnis plenitudo diuinitatis dicitur, ut notetur, quòd omni modo inhabitandi ibi eſt, etiam perſonaliter. Vel aliter omnis plenitudo dicitur, ut inſinuetur, quòd in ipſo eſt plenitudo non ſolum ſcientiæ, ſed etiam potentiæ, & bonitatis. In quo deſtruitur error eorũ qui dicunt, quòd homo aſſumptus habet omnem ſcientiam per gratiam, quam habet uerbum per naturam: ſed non omnem potentiam.

L Queſ. 10 PLenitudo diuinitatis corporaliter. Cũ diuinitas ſit incorporea: q̃ritur: quõ poſſit habitare corporaliter in Chriſto. ¶Solut. corporaliter dicit. i. cõpletiue, ſolide, & ueraciter: reſpiciẽs ad legales figuras, q̃ fuerũt umbra futurorũ, quarũ corpus. i. impletio, & ueritas eſt Chriſtus. Vel aliter Corporaliter non ſignificat naturam rei exiſtentis, ſed potius modum exiſtendi. Sicut enim corpus ſic habet eſſe naturaliter in uno loco, quòd ſimul non poteſt eſſe in alio: ſic plenitudo diuinitatis habet eſſe in homine aſſumpto: quo modo in nulla alia eſt creatura. In omni creatura eſt per eſſentiam, in iuſtis per gratiam, in ſolo Chriſto ſecundum perſonalem proprietatem. Hoc eſt ergo Deitatem habitare in Chriſto corporaliter. i. perſonaliter. Sicut corpus eſt in pluribus locis ſimul, non corporaliter, ſed ſpiritualiter. ¶Hoc dicens non nego ueritatem, & eſſentiã corporis dominici eſſe ſimul in pluribus altaribus, M
ſed per hoc inſinuo, quòd modum illum exiſtendi non habet communem corporibus alijs, uel ex natura corporis, ſed potius communem cum ſpiritu, non creato, ſed increato. Vtrunque mirum, & uerum: quod ſpiritus creatus alicubi eſt corporaliter, & corpus Chriſti ſacramentale in pluribus locis ſpiritualiter.

N Queſ. 11 DElens chirographum decreti, quod erat contrarium nobis &c. Quæritur, quid uocet decretum, quid chirographum. ¶Solutio: decretum nominat uel ipſam legem Moyſi, uel Dei præceptũ, quod primo homini dedit in paradiſo, dicens, de ligno ſcientiæ boni, & mali ne comedas. Chirographum utriuſque decreti uiolati memoriam: omniũ autem culparum chirographa deletã ſunt fuſo ſanguine ſine culpa.

O Queſ. 12 QVæ ſunt umbra futurorum, Corpus autem Chriſti. Quęritur: quomodo diſtinguatur umbra, corpus, ſpiritus. ¶Solutio: aliud eſt umbra, aliud corpus, aliud ſpiritus: quæ tria alijs nominibus dicuntur figura, res, ueritas, ut idẽ ſit umbra, & figura: idẽ corpus, & res: idẽ ſpũs, & ueritas. Legales cerimoniæ umbra, & figura futurorũ dicebãtur. Sacramenta gratiæ corpus ſiue res illarum umbrarum uel figurarum ſunt: ſpiritus uel ueritas dicitur gratia ſpiritalis. ſ. quam conferunt ſacramenta noui teſtamenti, & ſignificant. Sacramenta uero ueteris teſtamenti tantum gratiam ſpiritualem ſignificãt, & nõ conferunt: & hæc differentia inter hæc, & illa ſacramenta. ¶Item ſciendum eſt, ꝙ illa, quæ tempore legis fuerunt præcepta, nunc tempore gratiæ

*Differẽtia inter Vmbram, Corpus, & Spiritum.*

non

non ſunt præcepta:ſed iſtarum ueritatis teſtimonia. unde tunc peccatum erat non obſeruare ea: Nunc autem non eſt peccatum ea non cuſtodire: immo qui cuſtodit, offendit.

P
Coloſ.3.
Quæſ.13
MOrtificate membra ueſtra &c. Quæritur, quid, uel quæ uocet membra, quæ ſunt mortificanda. Nunquid oculos, manus, pes, ſunt mortificandi? ¶ Solutio: membra hic uocat Apoſtolus cōcupiſcentiam membrorum: ſicut ipſe ſubiungit, & exponit fornicationem &c.

Q
Quæſ.14
AVaritiam, quæ eſt idolorum ſeruitus &c. Nonne aliud eſt auaritia, aliud idololatria: quomodo ergo auaritiam uocat idolorum ſeruitutem? ¶ Solutio: ideo auaritiam comparat idololatriæ, quia non eſt diſpar malitia. Sicut enim idololatra colit truncum, ſic auarus nummum. Et ſicut idololatra nititur auferre Deo honorem ſuum, ſic auarus res, quas Deus communiter pro omnibus creauit, ſibi uſurpat ſoli.

R
Quæſ.15
EXpoliantes ueterem hominem &c. Quæritur, quid hic uocet ueterem hominem. ¶ Solutio: dicitur quandoque uetus homo Adam primus homo, qui peccado ... & totam poſteritatem ſuam ... tunica uetuſtatis. Dicitur quandoque uetus homo, quilibet homo, qui portat imaginem terreni: quandoque uero dicitur uetus homo ipſa uetuſtas, quæ conſiſtit in culpa, & in pœna: quandoque uetus homo habitus uitiorum nuncupatur, ut hic ſecundum expoſitorem.

S
Quæſ.16
*Nouus homo multipliciter appellatur.*
ET induite nouum hominem. Quæritur ſimiliter, quid hic uocet nouum hominem. Nam nouus homo quādoque dicitur Chriſtus, a quo eſt omnis nouitas: quandoque nouus homo dicitur quilibet in Chriſto renouatus: quandoque etiam habitus uirtutum: quandoque ſpecialiter mens rationis. Sed ſuperius, ubi ... nominatur, ... dictum eſt hic ... mens interior dicitur nouus homo: quod uidetur eſſe contrarium, cum aliud ſit nouus homo, aliud interior, ut iam oſtenſum eſt. ¶ Solutio: dicit expoſitor, quòd nouum hominem uocat rationalem mentem: nec eſt contrarium ad id, quod ſuperius dictum eſt, quod ... interior homo dicitur: idem enim propter diuerſas proprietates diuerſa ſortitur uocabula.

T
Quæſtio 17.
QVi renouatur in agnitionem Dei ſecundum imaginem eius &c. Item quæritur quō mēs dicatur renouari ſecundum imaginem Dei, cum ipſa ſit imago Dei. nunquid renouari poteſt ſecundum ſeipſam? ¶ Solutio. eadem eſt imago, quæ renouatur: & ... ſecundum quam renouatur: ſicut dicimus aliquem mortuum eſſe ſecundū corpus ... ſpiritum. Mens itaque ... ſemetipſa ... in ſemetipſa renouatur. In epiſtola tamen ad Epheſios dicitur, quòd ipſa renouatio fit ſecundum Deum: ideo ſecundum Deum, ne ſecundum creaturam eſſe dicatur. Per talem enim renouationem Deo conſimilis, & cōformis efficitur: ideo ſecundum ipſum eſſe dicitur. ¶ Nota, quòd hæc imago, quæ in agnitione Dei renouatur, & in ... & in fœmina inuenitur: quæ alia eſt ab illa, de qua ſuperius dictum eſt. Vir eſt imago Dei, & mulier uiri &c.

DOnantes uobiſmetipſis, ſiquis aduerſus aliquē V
habet querelam. Hoc enim præcepit Dominus dicens: Debitoribus ueſtris dimittite: ſed quid Quæſtio 18.
eſt, quod nobis dimitti poſſit? quod eſt debitum, Matt.6.
quod a nobis poſſit exigi ab illo, qui nobis iniuriam intulit? ¶ Solutio: hoc eſt dimittere iniuriam illi, ... pro nobis nullo modo ſatiſfactionem propter ... iniuriam poſtulare: quædam alia ſuper hoc alibi a nobis ... ſunt.

DIcit expoſitor, quòd qui ab illicitis abſtinet X
laudem habet, qui uero a licitis temperat, laudem, & præmium: quaſi diceret, ille uitat pœnam, Quæſtio 19.
hic etiam meretur coronam. Sed non ne etiam ille, qui abſtinet ab illicitis, non ſolum laudem, ſed etiam mercedem habet? Solutio: qui abſtinet ab illicitis, ſemper uitat pœnam, ſed non ſemper meretur coronam, niſi tunc tantum, quando tentatur, & ... r.

OMnia in nomine Domini facite. Per omnia, Y
non intelligit niſi bona, quę ſunt a nobis faciēda. Vnde quæritur: an omnia facienda præcipiat Quæſtio 20.
propter Deum fieri. Nunquid ex præceptis cōſtringor dare pallium meum pauperi, quem indigere uideo, & ... iam hoc Deo placere? Nam ſi dimittio, uideor contemnere, quod ſcio illum uelle fieri. ¶ Solutio: ſic debet intelligi: omnia facite in nomine Domini ... ta Deum faciatis, & in bonis non gloriam ueſtram, ſed Dei quæratis. Non tamē in omnibus, quę agimus, meremur: quia quædam ſunt indifferentia, ut ſedere, ſtare, ſpiritum ducere, manū claudere, oculos aperire, & huiuſmodi. Quædam uero talia ſunt, quæ ſic habent meritū, ſi fiant: & non ſint peccatum, ſi non fiant: ut pallium dare pauperi, & omnia uendere, & dare pauperibus. qđ perfectorum eſt, qui nudi Chriſtum ſequuntur.

DIcite Archippo. Vide miniſterium, quod accepiſti in Domino, ut illud impleas. Quæri- Z
tur an ſubditi prælatos monere poſſint. Solutio: ec- Coloſ.4.
ce authoritas, ut ſubditi prælatos moneant, ne pi- Quæſtio
gri ſint in præuidendis his, quæ ad ſalutē ſpectant. 21

---

## *INCIPIVNT QVAESTIONES eiuſdem ſuper epiſtolam primam ad Theſſalonicenſes.*

A
1.Theſ.1
PAulus, & Syluanus &c. Hanc epiſtolam ſcribit Apoſtolus Theſſalonicēſibus. Theſſalonica metropolis eſt Macedoniæ, quæ eſt prouincia Græcorum. Theſſalonicenſes ergo ſunt Macedones, ſiue Græci, qui faciles ab Apoſtolo conuerſi, & nec per tribulationes, nec per pſeudoprædicatores potuerunt moueri a fidei ueritate. Hos collaudat Apoſtolus, quia tantæ fidei imbecilles non ... ut ſpe & futurorum a ciuibus ſuis non credentibus pericula deuo-

deuoto animo pro nomine Chriſti ſuſtinerent. Erant tamen aliqui inter eos ocioſi,& curioſi:aliqui etiam minus recte de reſurrectione ſentientes,& ideo nimis de amicorum morte tenere dolentes.

B Hos ergo corrigit Apoſtolus in hac epiſtola, & mo-
Materia net perfectos non cedere aduerſis, & pſeudoapoſtolis,& ut alios corrigant. Scripſit autem ab Athenis. Et eſt intentio Apoſtoli in hac epiſtola prauos, & incorrectos corrigere,& bonos ad perſeuerantiam, aliorumque correctionem cohortari. Modus talis, more ſuo ſalutem præmittit: qua præmiſſa de bonis eorum gratias agit commemorans non ſolum fidem,& opera,ſed etiam conuerſionis modum, & malorum ſuſtinentiam:& ut ad perſeuerandum ꝓuocet de ſuis quoque laboribus, & euangelii ueritate,& prudenti inter eos conuerſatione, & quanto affectu deſideret,eos uidere interſerit. Deinde prauos,ut a luxuria, & ocio, & curioſitate contineant, obſecrat,& mortuos reſurrecturos confirmat. Circa finem eſt moralis inſtructio. Dicit itaq; Paulus,& Syluanus,& Timotheus &c. Nota,quòd mos erat Apoſtoli eos in ſalutatione ſibi adiungere, qui ſecū apud illos uel fuerant,uel futuri erant.

C DEo uiuo & uero &c. Quęritur: quare dicat
Quæſt. 1 uero. ¶ Solutio: unus eſt naturaliter Deus: multi participatione:ad quorum differentiam dicitur uerus Deus; utpote ſi ex ſe non aliunde Deus eſt. Alii enim non ex eo quòd ſunt, dij ſunt, ſed ex eo quod acceperunt.

D PEruenit enim ira Dei ſuper illos. Quæritur: quo
1.Theſ.2 propter peccata ſua ira Dei, & pœna ſuper eos
Quæſ.2. peruenerit.i. ante mortem. Nunquid pœna æterna alleuatur per pœnam temporalem? ſi enim non alleuatur: uidetur Deus immiſericors, qui hic punit, & ibi. Item,ſi alleuatur æterna per temporalem, uidetur,quòd talis pœna non procedat ex ira Dei, ſed ex miſericordia,& ideo non ira,ſed miſericordia dicenda. ¶ Solutio: magna quidem Dei miſericordia eſt per pœnam temporalem uocare ad penitentiā: ſed ipſi nolentes pœnitere, Dei miſericordiam uertunt ſibi in iram,& pœna inflicta, quæ potuit eſſe ſalutis medium,fit illis æternæ pœnæ initium.

E FEſtinamus uidere faciem ueſtram cum multo
Quæſ.3. deſiderio &c. Dicit expoſitor: in quo mala eis fierent:ſed quæritur: quomodo ex præſentia doctoris fierent mala diſcipulis:cum potius bona quàm mala ex ea fieri uideantur:unde ipſe deſiderabat uidere eos propter utilitatem præſentiæ ſuæ.ſ. ut eos confirmaret,& ea quæ deerant,ſuperadderet. ¶ Solutio: maior corona, & laudabilior uictoria, ſi ſtarent immobiles abſente magiſtro: tamen Apoſtolus humane timuit,ne caderent,& ideo ad eos uenire deſiderabat.

F IN aduentu eius.ſ. Domini. Quæritur: in quo ad-
Quæſ.4. uentu. ¶ Solutio: triplex eſt aduentus Domini, unus in carnem, unus in ſpiritu, unus in carne. In carnem uenit factus homo. In ſpiritu uenit quando ſpiritum ſuum ſpiritui noſtro infudit, ipſum ſanans,& iuſtificans. In carne ueniet in iudicio. Occulte etiam uenit unicuique in morte, uel ut eos purget, uel ut ianuam regni aperiat: malis, ut eos puniat.

VT non contriſtemini ſicut cæteri, qui ſpem G
non habent. Quæritur: an contriſtari, & flere 1.The.4
pro morte amicorum ſit peccatum,cum Apoſtolus Quæſt. 5
dicat,ut non contriſtemini? ¶ Solutio; neceſſe eſt, ut cum mors occupat dilectum, ut contriſtet dilectionis affectum. non ergo culpa, ſi contriſtemur neceſſitate amittendi:ſi conſolamur ſpe recipiendi: unde Apoſtolus non dicit ſimpliciter, ut non contriſtemini: ſed ait,ut non contriſtemini ſicut cæteri, qui ſpem non habent: quaſi diceret, licet contriſtari, ſed cum ſpe.

QVæritur: quomodo Dominus flebat Lazarū H
mortuum cōtinuo eo iubente uicturum? ¶ So Quæſ. 6.
lutio: non mortuum, ſed mortem, quam nō meruit peccando, deflebat: ad quam Lazarus,& miſerias mundi iterum erat reuocandus: & inde Dominus eſt motus.

QVæritur, an orationes, eleemoſynæ, ſacrificia I
altaris,omnibus proſint, pro quibus fiunt. Quæſt.7
¶ Solutio: his ſolum proſunt prædicta poſt mortem: qui ita uixerunt ante mortem: ut digni ſint,ut hæc utilia ſint eis poſt mortem: his enim, q ſine fide per dilectionem operantem ab hac uita exierunt,non proſunt: quia hic uiuentes ſalutis pignore caruerunt.ſ. ad ſalutem.

CVm Chriſtus omnia poſſit: quæritur: cur fide
libus ſuis non donauerit ſtatim immortalita- K
tem,ut omnino mortem nunquam experirentur. Quæſt.8
¶ Solutio: ſi hoc fieret, carni quidem daretur quædam felicitas: ſed fidei minueretur fortitudo. Nemo tunc ad Chriſti gratiam propter futuram uitā feſtinaret: ſed tantum propter mortis moleſtiam fugiendam, & ſic quodammodo delicate crederetur in Chriſtum. Vbi igitur tunc eſſet glorioſus triumphus martyrum?

ET eos qui dormierunt. Quęritur: cum Chriſtū,
qui iam uiuit,dicat mortuum: cur fideles mor L
tuos non mortuos,ſed dormientes appellat? ¶ Solu- Quæſ. 9
tio: ideo dicit Chriſtum mortuum,& ſurrexiſſe, ut dum hoc audimus, idem ſperemus, ſcilicet nos reſurrecturos per uirtutē Deitatis. Electos uero ideo dicit dormientes: quia nemo tam facile poteſt excitari a ſomno: quàm facile eos omnes excitabit Deus a ſomno mortis.

IN uoce archangeli &c. De hac uoce quæritur: an
materialis erit. ¶ Solutio: dicunt quidam, quòd M
materialis erit miniſterio angelorum formata: ſicut Quæ.10.
illa materialis fuit,quæ audita eſt baptizato Domino: quæ ideo dicitur Dei: quia efficaciam ei dabit Deus,ut per illam mortui reſurgant. Alii dicunt, ꝙ aliquod euidens ſignum erit. De incerto ambigua ſolutio. Omnia.n. futura ī nouiſſimo, nobis incerta.

DEinde nos,qui uiuimus. Quęritur; quomodo N
dicat Apoſtolus, ꝙ illi primi reſurgent, qui Quæ.ſ.11.
iam dudum mortui fuerunt, & deinde illi, qui tūc uiui inuenti fuerint: cum ipſe alibi dicat, quòd reſurrectio erit in ictu oculi, & in momento: ubi nec prius, nec poſterius ſit aliquid, ſed omnia ſimul? ¶ Solutio; poteſt dici, ꝙ ideo ſimul fieri dicitur mortuorum reſurrectio: quia parua mora erit.

QVæri autem ſolet; utrum illi, quos uiuos inue- O
niet Chriſtus, ſint morituri, an ſine morte ad Quæ. 12.
immor-

immortalitatem tranſituri? ¶ Solutio; de hoc nihil certum habemus; uidetur tamen quibuſdam, quòd in ipſo raptu moriantur, & reuiuiſcant: cum
i.Cor.15 alibi dicat Apoſtolus; in Chriſto omnes uiuificabuntur, & alibi, quod ſeminas, non uiuificatur, ni-
Ibidem. ſi prius moriatur. Nec incredibile hoc uideri debet: cum in momento, & in ictu oculi, commuois & generalis reſurrectio futura eſſe credatur.

P **R**Apiemur obuiam Chriſto in aera. Quæritur; an id de omnibus dicatur? ¶ Solutio; boni qua-
Quæ.13. ſi leues Chriſto occurrent in aera. Mali uero quaſi ponderoſi non obuiam in aera Chriſto: ſed terræ,
Q quam ſemper amauerunt, adhærebunt. ¶ Nota quatuor eſſe genera eorum, qui ad iudicium uenient; quidam enim uenient, ut iudicent tantum, ut ualde boni; non ut iudicentur, de quorum ſalute conſtat. Alii ſunt minus perfecti, de quorum ſalute nondum conſtat; hi uenient ad iudicium, ut iudicentur. Sic malorum duo ſunt genera; Alij uenient ad iudicium, ut iudicentur, ut minus mali, de quorum damnatione non conſtat. Alij uero, non ut iudicentur; quia iam iudicati ſunt, quia de eorum damna-

*Quattuor ſunt genera eorum, qui ad iudicium ueniunt.*

Matt.25. tione iam certum eſt. Quare ergo uenient? nunquid ut iudicentur? abſit. Quare ergo? ut audiant cum diabolo. Ite maledicti in ignem æternum &c. De modo iudicii iam dictum eſt in prima epiſtola ad Corinthios; quomodo ſcilicet ſancti iudicaturi, an ſo-
R la comparatione, an etiam poteſtate.

1.The.5. **D**Ies Domini ſicut fur in nocte ita ueniet &c.
Quæ.14. Cum nemo ſciat, an die, an nocte Dominus uenturus ſit ad iudicium; Quæritur; quomodo Apoſtolus tempus aduentus Domini uocet diem. ¶ Solutio; dies in tali loco non ponitur pro illuminatione aeris ſicut alibi; ſed pro reuelatione. i. manifeſtatione; quia tunc omnia manifeſta erunt. Sciet enim unuſquiſque, quare ſe, uel alium Dominus ſaluet, uel damnet.

S **S**Ine intermiſſione orate. Quæritur; quomodo
Quæ.15 hoc præceptum Apoſtoli impleri poſſit. Quis enim poteſt ſemper orare? Non ne oportet quando que dormire? ¶ Solutio; ſic intelligitur. Sine inter miſſione certarum horarum. Vel per orationem intelligitur ſanctum deſiderium, & pius affectus, & ſic iuſtus nunquam deſinit orare, niſi deſinat iuſtus eſſe; qui. n. ſemper bene agit, ſemper bene orat.

## INCIPIVNT QVAESTIONES *eiuſdem ſuper epiſtolam ad eoſdem ſecundam.*

A
2.The.1 **P**Aulus, & Syluanus &c. Hanc item epiſtolam ſcribit Apoſtolus Theſſalonicenſibus. Orta. n. apud eos grauiori tribulatione monet eos ad patientiam, oſtendens iuſtũ Dei iudicium, ut boni gloriã cõſequantur, mali pœnã. Et quia in prima epiſtola q̃dã dixit de aduẽtu Dñi, & de reſurrectione mortuorum, unde putabatur dies Dñi inſtare; Nunc alteram ſcribit epiſtolam: in qua ſignificat, licet obſcure; (Nec enim aperte poteſt) de abolitione regni Romani, & de Antichriſti apparentia, & damnatione, & de quorundam fratrum inquietudine, Scribit etiam non inſtare diem Domini ſicut occaſione prioris epiſtolæ quibuſdam uidebatur. Eſt itaque intentio Apoſtoli in hac epi- B
ſtola, bonos & quietos ad patientiam mouere, & in Intentio quietos corrigere; & quæ obſcure dixerat in priori Apoſtoli
epiſtola, hic aliquatenus aperire. Modus talis; primo ſalutat, deinde gratias agit de bonis eorum: poſtea monet ad patientiam, & ad conſtantiam: inde aſſerit, quòd aduentum Chriſti præueniet Antichriſtus, & aliqua aduẽtus Antichriſti ſigna licet obſcure denunciat, agẽs de abolitione Romani regni, & de interfectione Antichriſti. Circa finem uero, ut curioſos atque ocioſos corripiant, obſecrat.

**I**N flamma ignis dantis uindictam ijs, qui nõ no- C
uerunt Deum. Quæritur: an Dominus igne cir- Quæſt.1
cundatus uenturus ſit ad iudicium? ¶ Solutio: in flamma ignis dicitur uenturus; quia terribilis impijs apparebit, ut eos exurat, atque cruciet. Ignis quidẽ eius aduentum præcedet, quo elementa ſoluentur, ut renouentur. D

**Q**Værit: quomodo uiui reſeruabuntur illi, Quæſt.2
quos uiuos inuenſet Dominus. ¶ Solutio: ſicut tres pueros in camino fornacis, ignis non læſit: ſic ille ignis præcedens aduentum iudicis bonos non lædet.

**Q**Væritur: quas pœnas animæ impiorum nunc E
patiuntur apud inferos: an materiales, an tan- Quæſt.3
tum conſcientiæ tortiones? ¶ Solutio: creditur, quòd pœnas materiales, ut ignem, & frigus patiantur. Vnde dicitur; tranſibunt de aquis niuium ad Iob.24.
calorem nimium.

**I**Tem quæritur, quomodo his pœnis torquentur, F
cum res ſpiritales a corporeis cõtingi nequeãt. Quæſt.4
¶ Solutio. fieri poteſt, ut per ea puniantur, a quibus non continguntur: uelut quis horrorem magnum ex aliquo uiſo, uel imaginato contrahit: & ſi ab illo non contingatur.

**I**Tem reſumptis corporibus, cum illa dein- G
ceps immortalia futura ſint, quomodo in il- Quæſt 5
lis punientur: cum diſſolui nequeant? ¶ Solutio: erunt quidem corpora malorum immortalia, ſed paſſibilia. i. talia, in quibus mali patiantur, ſine tamen læſione naturalis quantitatis, uel eſſentiæ ipſorum corporum.

**N**Iſi uenerit diſceſſio primum &c. Quæritur: H
quomodo quod dicit de diſceſſione fiet? 2.The.2
¶ Solutio, hoc quatuor modis poteſt intelligi, uel Quæſt.6
de terreno Romano imperio, uel de ſpirituali imperio Romanæ eccleſię, uel de fide, uel de Antichriſto. Cum alia translatio dicit Refuga. ¶ Nota, quòd I
legitur, quòd Antichriſtus naſcetur in Babylone de Antichriſtus.
tribu Dan. Iuxta quod Iacob ait. Fiat Dan coluber
in uia, & ceraſtes in ſemita. Qui cum primum ſe Gen.49.
manifeſtabit ueniet Hieroſolymam, & circuncidet ſe dicens. Ego ſum Chriſtus Iudæis promiſſus.

**Q**Vi extollitur ſuper omne, quod dicitur Deus, K
ut dij Gentium, uel ſãcti: Aut quod colitur, Quæſt.7.
ut Deus Trinitas. Sed quæritur: quomodo poterit

poterit ſe extollere ſuper Deum Trinitatem? Non ne hæc erit maxima eius ſuperbia & extollentia, quòd dicet ſe Chriſtum eſſe, & ita Deo æqualem, non enim maiorem ſe dicet: quomodo ergo extollitur ſuper omne, quod colitur Deus? ¶Solutio: ut mihi uidetur in hoc intelligitur hæc extollentia, quòd ille iniquus, homo peccati, filius perditionis, uenerationem, & culturam ſoli Deo Trinitati debitam, faciet ſibi exhiberi, & nõ Deo. ¶Legitur, quòd ſicut in Chriſto habitauit plenitudo diuinitatis, ita in antichriſto plenitudo malitiæ, & omnis iniquitatis, & (ut ita dicam) plenitudo diabolitatis erit.

antichriſti malitia.

L
Queſt.8. VNde poteſt quæri: an erit homo ſimpliciter, an diabolus perſonaliter eum aſſumet, ut Deus hominem. ¶Solutio: non poteſt diabolus ſic hominem aſſumere, ut ſibi perſonaliter unitus ſit; erit ergo purus homo: quem tamen diabolus ſic poſſidebit, ut omni uirtute nequitiæ ſuæ, & omni iniquitate impleat, ut prorſus deditus illi & deuotus nihil uelit, nihil poſſit niſi quod diabolus uult, & poteſt.

M
Queſt.9. MYſterium iam operatur iniquitatis. Dicit expoſitor, quòd in Nerone, & in alijs malis occulte operatur iam diabolus: qui in Antichriſto aperte ſæuiet. Vnde quæritur quomodo occulte operetur in Nerone. Non ne Nero Chriſtum negauit, & aperte eos, qui Chriſtum prædicabant, perſecutus eſt? ¶Solutio: ideo dicitur in Nerone operari occulte: quia hoc fecit Nero fraudulẽta quorundam ſuggeſtione. Vel, quod melius eſt, ideo dictus eſt diabolus operari occulte in Nerone, non quin manifeſta eſſet illa perſecutio: ſed quia illa eſt umbra, & figura, & imago quædam illius, quæ fiet per Antichriſtum: quę multo grauior erit omnibus quæ præceſſerunt.

N ¶Regnabit enim tribus annis, & dimidio: & ſedens in papilione in monte Oliueti interficietur uirtute Spiritus ſãcti per Michaelem, ut ipſum Dominũ, uel alium angelum, ut dicunt doctores.

O
Quę.10. QVem Dominus deſtruet illuſtratione aduentus ſui &c. Non ne Antichriſtus prius interficietur anteq̃ Dominus ueniat ad iudicium? Ex libro enim Danielis intelligitur, quòd concedẽtur electis quadraginta duo dies ad pœnitentiam poſt mortem Antichriſti. Quanto uero poſt uenturus ſit Dominus, penitus neſcitur non ſolum ab hominibus, ſed ẽt ab angelis. Quomodo ergo dicit Apoſtolus: illuſtratione aduentus ſui, (cum ante aduentum ſit interficiendus) deſtruet illũ Dominus? ¶Solutio; interficietur quidem (ut creditur) ante aduentum Domini Antichriſtus corporis, & animæ ſolutione: Dominus tamen deſtruet illum iam reſuſcitatum cum toto corpore, illuſtratione aduentus ſui damnando, & in ignem æterum mittendo, dicens illi, & alijs reprobis: Ite maledicti in ignem æternũ.

Matt.25

P
Quę.11 SEcundum operationem ſatanæ &c. Dicit expoſitor: non tamen ſine ſenſu ut phrenetici, qui culpam non habent de malis, quæ agunt. Vnde poteſt quæri: ſi totum faciet Antichriſtus diabolo inſtigante, & cooperante, & quodammodo compellente: quare ei imputetur potius quam phreneticis: uel ſi phrenetici hoc faciunt diabolo inſtigante, quare eis non imputatur. Et quomodo ſunt ſine culpa de malis, quæ agunt, potius quàm ille iniquus? ¶Solutio: phrenetici, qui ſunt ſine ſenſu magis dicendi ſunt aliquid pati, quàm aliquid agere: & mala fiunt potius per eos, quàm ab ipſis: quoniam ipſi non ſunt authores, cum uoluntatem ad hoc non applicent. Antichriſtus uero ſic diabolo inſtigante omnia faciet, quòd uoluntatem ſuam omnem, & ſenſum ad eundem applicabit: & ideo ei omnia imputabuntur ad pœnam æternam.

SIgnis, & prodigiis mendacibus &c. Quæritur de ſignis illis, quæ per diabolum faciet Antichriſtus, an ideo dicta ſint mendacia, quia non uera ut uidentur, ſed phantaſtica erunt: id eſt, quia mortales ſenſus per phantaſmata decepturus eſt, uel ideo dicta ſunt mendacia, quia Dei permiſſione ad mendacium trahent? ¶Solutio, uidetur nobis uerisſimile eſſe, quòd omnia ſigna illa, quæ diabolus poterit facere, & Antichriſtus faciet uere. Illa uero, quæ diabolus non habet in ſua poteſtate: nec ille iniquus faciet uere, ſed per ſolam magicam artem deludet oculos mortalium, ut uideatur facere, quæ uere non faciet. Vnde Apoſtolus dicit. Cuius aduentus erit in omni uirtute, quantum ad ea, quæ uere faciet, & in omni ſeductione, quantum ad ea, quæ non uere faciet. Omnia tamen ualent ad ſeductionem impiorum. Quæ autem ſunt illa, quæ diabolus poterit, & quæ non poteſtati eius ſubiacent, non eſt noſtræ paruitatis euoluere. Q Quæ.12

MIttet illis Deus operationem erroris, ut credant mendacio, ut iudicentur &c. Quæritur autem de illis, qui ſignis, & prodigiis illius iniqui permoti credent ipſum eſſe bonum, & Dei filium: an habeant aliquam excuſationem. Si enim ei non diuinum cultum exhibebunt, cum conſcientia eorum dictet eis, ipſum tanquàm Deũ adorandum, ad mortem peccabunt, & ita uidentur inexcuſabiles eſſe. R Quæſ.13

¶Solutio: apoſtolus dicit, quia non receperunt claritatem ueritatis, ut ſalui fierent id eſt Chriſtum prius manifeſte prædicatum: mittet illis Deus operationem erroris: ut credant mendacio, & iudicentur: ubi ſatis docet, quòd propter præcedentia peccata non habebunt excuſationem, etſi arbitrentur ſe obſequium præſtare Chriſto, id eſt, uero Deo, credendo in Antichriſtum.

DIcit Auguſtinus, quod poſſe habere fidem, uel charitatem, natura fidelium eſt: habere fidẽ, uel charitatem, gratia Dei. Vnde poteſt quæri: quomodo hoc debeat intelligi. Non ne quod naturale eſt, nobis in noſtra facultate eſt? ſed cùm habere fidem, uel charitatem ſine gratia non poſſumus, quomodo poſſe habere fidem, natura eſt fidelium? ¶Solutio: poſſe habere fidem, id eſt, potentia habendi, naturalis eſt, ſed huius potentiæ uſum habere, ſolius gratiæ eſt, & non naturæ. S Quæ.14

QVi non uult operari, nõ manducet. Quæritur T
de quo ope hic agatur. Si n. de exteriori, quõo 2.The.3
p̃cipit, ne mãducet q nõ uult opa͞ri? Multi.n. Quæ.15

digni ſunt manducare, licet non operentur ¶Solutio, Auguſtinus dicit, ꝙ Apoſtolus uult ſeruos Dei corporaliter operari, ut non compellantur egeſtate, neceſſaria petere, non tamen male agunt, qui opera exteriora pro ſpiritualibus poſtponunt cum habeant unde uiuant: quia Maria optimam partem elegit. Illi uero, qui curioſitati dediti operari nolunt, reprehenduntur: non qui minora bona pro maioribus deſerunt.

V Quæ. 16 SI quis non obedierit uerbo noſtro per epiſtolã, hunc notate, & non commiſceamini cum illo, ut confundatur. Dicit itaq; Apoſtolus, quòd ille, q admonitioni eccleſiæ reſiſtit, excommunicandus eſt. Vnde quæri poteſt qualiter id faciendum eſt. Et certum, quòd magna diſcretione faciendum eſt: ne eccleſia detrimentum incurrat: nec leui cauſa talis uindicta exercenda eſt.

---

## *JNCIPIVNT QVÆSTIONES eiuſdem ſuper epiſtolam ad Timotheum priorem.*

A 1 Tim. 1 PAulus Apoſtolus &c. Hanc epiſtolam ſcribit Apoſtolus Timotheo: qui fuit filius cuiuſdam mulieris fidelis patre Gẽtili procreatus: & cum non eſſet circunciſus, & ipſe eſſet Gentilis, & de eo darent bonũ teſtimonium fratres, qui erant in Liſtris & Iconio: hunc uoluit Paulus proficiſci ſecum: & ideo eum circuncidit propter Iudæos, qui in locis illis erãt. Eratque eruditus iam diuinis ſcripturis, quàm liberalibus artibus. Hunc Apoſtolus epiſcopum creauit: ideo eũ relictum in Aſia inſtruit in hac epiſtola de officio epiſcopali. ſ. quõ pſeudoapoſtolis reſiſtat, & qũ eccleſiã inſtruat, quales presbyteros, uel diaconos ordinet: quales uiduas honoret, & quomodo

B Intentio in eccleſia ſe habeat, uel qũo eam regat. Et eſt intentio Apoſtoli in hac epiſtola inſtruere Timotheum de epiſcopalis dignitatis officio. Modus talis: primo ſalutat eum: deinde monet, ut pſeudo reſiſtat: poſtea inſtruit de epiſcopali officio, docens quales debeat ordinare presbyteros, & diaconos: Deinde quales uiduas recipere debeat: poſtea de modo correptionis inſtruit eum: in fine autem monet, ut uitet prophanas nouitates.

C Quæſt. 1 DEi patris ſaluatoris noſtri &c. Cum filius frequenter dicatur in ſcriptura Saluator, qui ſolus pro ſalutę noſtra mortuus eſt, non pater, non Spiritus ſanctus: Quæritur cur Apoſtolus ſalutem noſtram ad Deum patrem referat, dicens hic, Dei patris ſaluatoris noſtri. ¶Solutio, Deus pater i hoc, quòd dignatus eſt nobis filium ſuũ mittere, & Spiritum ſanctum in ſacramentis noui teſtamenti tribuere, author eſt ſalutis noſtræ: & ideo ſaluator dicitur.

ET Ieſu Chriſti ſpei noſtræ. Item quæritur: quare ſpem ſpecialiter ad filium referat dicens, & Ieſu Chriſti ſpei noſtræ: cum in totam Trinitatem ſperemus, & credamus. ¶Solutio: ideo ſpem noſtrã ad Chriſtum, quia ipſe a mortuis reſurrexit, & ad cælos aſcendit, referimus: quia per eius reſurrectionem ſperamus ad gloriam reſurrectionis futuræ pertingere. D Quæſt. 2

GRatia, miſericordia, & pax &c. Quæritur: cur præter ſolitum Apoſtolus in hac ſalutatione tria ponat dicens, gratia, miſericordia, & pax. ¶Sol. nouẽ præcedentes epiſtolas ſcripſit cõiter ad eccleſias. Hãc aũt ſpecialiter Timotheo coepiſcopo: ĩõ tria ponit. Per miſericordiã idẽ itelligẽs, qđ in alijs per gratiã. ſ. remiſſionem peccatorum. Per pacem, tranquillitatem & prælibationem futuræ uitæ. Per gratiã uero intelligit donationem Spiritus ſancti: qua armantur miniſtri Chriſti. E Quæſt. 3

VT nõ intenderent fabulis &c. Quæritur, quid hic per fabulas intelligat Apoſtolus: nũquid legis uerba, & diuina eloquia ſic uocat in hoc loco: & alibi dicit: prophanas, & aniles fabulas deuita. ¶Solutio, fabulas hic dicit doctrinam illorum, qui legem cum gratia prædicant eſſe neceſſariam. Vel fabulas hic dicit traditiones, quas Iudæi non ſcriptas tenent, & alter in alterum transfundit loquendo: quas deuteroſin uocant: ubi dicunt, & credunt duas uxores Deum primo creaſſe, ex quibus hominum texunt genealogias infinitas parientes infructuoſas quæſtiones. De quibus traditionibus a ſacris ſcripturis alienis, Dominus dicit in euangelio: Quare irritum feciſtis mandatum Dei propter traditiones ueſtras? F Quæſt. 4 Matt. 15

FInis autem præcepti eſt charitas, de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta. Hic diffinit Apoſtolus charitatem, ut dicit expoſitor. Vnde poteſt quæri: quæ ſit diffinitio hic data: an hoc finis præcepti: an hoc, de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta? ¶Solutio, diffinitio charitatis eſt, eſſe de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta. G Quæſt. 5

ITem poteſt quæri: an hæc diffinitio conueniat omni charitati. Quod ſi concedatur, nullus eſt habens charitatem, qui non ſit perfectus, quia legẽ conſummans & perficiens: quia charitas finis eſt pcepti, id eſt, perfectio & conſummatio. Sic enim finis ponitur pro conſummatione in hoc loco. Alibi autem ponitur pro conſumptione, ut cum dicitur, panis finitur. Alibi pro termino, ut cum dicitur: hic finitur ager. Item quis poteſt habere cor purũ, & conſcientiam bonam ſine charitate: non ne cordis munditia, & bona conſcientia procedit ex charitate? quomodo ergo charitas procedit de corde puro? ¶Solutio, uidetur mihi, quòd hic diffinitio perfectę & conſummatæ charitatis aſſignatur, & ita non conuenit hæc diffinitio imperfectæ charitati. Primum datur dilectio, quę cor mundat, & ex qua bona opera fiunt, & ex quibus naſcitur bona conſcientia, tandem corde mundato, & bona conſcientia comparata perficitur charitas & conſummatur, quę eſt finis præcepti. Hæc dico ſine præiudicio melioris ſententiæ. H Quæſt. 6 Finis.

Bona

I BOua eſt lex, ſi quis ea legitime utatur. Quæritur,
Quæſt.7. quid ſit legitime uti? ¶Solutio, ut dicit expoſi-
tor; ille utitur legitime lege, qui eã ſpiritualiter in
telligens per eam cognoſcit morbum, & quærit me
dicum, & qui ſcit eam ad tempus datam, & deſerit
eam propter Chriſtum. ¶Notandum, quòd iniuſtus
legitime utitur lege, cum intelligit quare data ſit, &
eius timore fugit ad gratiam Chriſti, ut fiat iuſtus.
Iuſtus autem legitime utitur lege, cum eam terren-
do imponit iniuſtis.

K LEx non eſt poſita iuſto. Non ne Dauid, & alij iu-
Quæſt.8. ſti, qui ſub lege erant, tenebantur legẽ cuſtodi-
re, quomodo ergo lex nõ eſt iuſto poſita? ¶Solutio:
lex non imponitur iuſto, ut ei dominetur, & eum ti
more coerceat, & iuſtus non eſt ſub lege, ſed potius
cum ipſa, tanquàm legis amicus.

L QVia ignorans feci &c. Dicit expoſitor, quòd
Quæſ.9. iſtud, quia, poteſt cauſam notare, uel conſe
cutionem. Sed quæritur: quomodo igno-
rantia, quæ culpa eſt, poſſit eſſe cauſa diuinæ miſeri
cordiæ? ¶Solutio. eſt quædam ignorantia ex infirmi
tate: ex qua ſi quis zelo bono agat contra Deum, ex
M affectu, quẽ hẽt, meretur ab illa ignorantia liberari.

Quę.10. VEnit in hunc mundum peccatores ſaluos fa-
cere &c. Quæritur de paruulis, qui ſunt nati
ex parentibus baptizatis, an pertineant ad peccato
res, propter quos ſaluandos uenit Ieſus in mundũ.
Hi enim peccatum actuale non habent, & origina-
le quomodo contrahere poſſunt a parentibus, qđ
ipſi non habent: quia eſt eis dimiſſum? ¶Solutio:
ſciendum eſt, quòd originale peccatum ſic dimit-
titur in baptiſmo, non ut omnino non ſit: ſed ut cul
pa non ſit. Manet uero corruptionis uitium etiam
in baptizatis, qui generant, non ex eo quo ſunt rena
ti, ſed ex uetuſtate corruptionis, per quam tranſit
Marci.10 culpa originalis in paruulos: unde & ipſi indigent
remedio. Vnde & ipſe medicus ait: Paruulos ſinite
uenire ad me.

O QVorum ego primus ſum. Non ne Cain, & Saul
Quę.11. priores Paulo fuerunt? quomodo ergo Paulus
inter peccatores primus? ¶Solutio: Primus erat Pau
lus non ordine temporis, ſed magnitudine iniqui
P tatis. ¶ Cui ſolutioni ſic obijcitur. Non ne Paulus
obiectio peccauit per ignorantiam, & multi alij ſcienter? ſed
maius peccatum eſt peccare ſciẽter, quàm per igno
rantiam: non ergo Paulus primus erat inter pecca-
tores magnitudine iniquitatis: cum alij, maxime il-
li, qui peccauerunt in Spiritum ſanctum, multo pe-
iores ſint Paulo etiam ſecundum ſtatum primum,
in quo fuit blaſphemus, perſecutor, contumelio-
ſus. ¶Solutio, Paulus magnitudinem delictorum
ſuorum conſiderans omnibus peccatoribus iudica
uit ſe peiorem: licet in oculis Dei aliter fuit.

Q REgi autem ſeculorum immortali, inuiſibili, ſo
Quę.12. li Deo, honor, & gloria in ſecula ſeculorum.
amen. Dicit expoſitor, quòd homo aſſumptus a
uerbo ex eo tempore rex eſt ſeculorum, ex quo aſ-
ſumptus eſt a uerbo: ſed ſi homo aſſumptus non eſt
homo, nec Deus, nec perſona, ut quidam auſi ſunt
profiteri: quomodo homo aſſumptus ex quo eſt aſ
ſumptus, & non ante, rex eſt ſeculorum? Nos autem
dicimus, quòd homo aſſumptus a uerbo eſt homo,
& Deus: ipſum uerbum a quo aſſumptus eſt, & cœ-
pit in tempore eſſe rex ſeculorum: quando uideli-
cet cœpit aſſumi a uerbo. Quando enim cœpit eſſe
Deus homo, cœpit & homo eſſe Deus: ſicut multæ
autohritates proteſtantur.

QVi omnes homines uult ſaluos fieri. Cum R
Deus ſit omnipotens, & diuinę uoluntati nul 1.Tim.2
lus reſiſtere poſſit: quomodo non omnes ſa- Queſ.13
lui ſiunt: cum Deus omnes uelit ſaluos fieri? Vel
nunquid uoluntas eius eſt, ut reprobi ſaluentur?
Ambroſius ſic ſoluit. Deus uult omnes ſaluos fieri,
ſi ipſi uelint. Sed non ne multi uolunt ſalui fieri:
qui tamen non ſaluantur? quomodo ergo uerum
eſt. Deus uult omnes ſaluos fieri? Ideoque alij ſic ex
ponunt. Deus uult &c. placeret ipſi, ſi omnes ſalua-
rentur, uel omnes. i. de omni genere hominum ali-
qui. Vel ſic, Omnibus gratiam offert, per quam ſi
uolunt ſaluari poſſunt. Sed hæc ſolutio quomodo
uera? Non ne multi ſunt, & fuerunt, qui ne uerbum
quidem prædicationis audierunt? Vel omnes uult
ſaluos fieri. i. facit ſanctos uelle, ut omnes ſalui fiãt.
Vel ſic: uult omnes ſaluos fieri. i. nullus fit ſaluus, ni
ſi ipſe uelit. Simili modo intelligitur illud: Qui il- Ioan.1
luminat omnem hominem. i. nullus illuminatur,
niſi ab ipſo, & omnes in Chriſto uiuificantur, iuxta
eundem modum oportet intelligi. Sic de ambiguo
diuerſę ſententię dantur. S

VNus mediator Dei, & hominum homo Chri Quę.14.
ſtus Ieſus. De mediatore iam ſuperius ex par-
te dictum eſt. Hic autem illud ſufficiat intueri, qđ
dicit expoſitor, ꝙ inquantũ eſt homo, eſt medius,
non inquantum uerbũ. Sed non ne inter angelos,
& Deum patrem, & etiam inter Spiritum ſanctum
medius eſt inquantum eſt uerbum: licet aliter inter
angelos, & Deum patrem, & aliter in Spiritum ſan-
ctum medius ſit & patrem? ¶Solutio: Bene concedi
poteſt, quòd inquantum eſt uerbum, medius inter
rationales creaturas, & Deum patrem eſt: ſed non
eſt medius inter Deum Trinitatem, & homines in
quantum uerbum eſt, ſed inquantum eſt homo ſi-
milis Deo in iuſtitia, hominibus in mortalitate. Si
enim inquantum eſt uerbum, eſſet medius inter ho
mines, & Deum Trinitatem, iam aliquid eſſet me-
dium inter ſeipſum, & aliud, quia uerbum inter ſe,
& homines: quod non eſt concedendum. ¶Dicet T
aliquis. Iam Chriſtus non eſt mortalis: quomodo obiectio
ergo eſt medius inter homines mortales, & Deum
immortalem: cum ideo medius dictus ſit: quia ſimi
lis eſt hominibus per mortalitatem, & Deo per iu
ſtitiam? Solutio: adhuc nos Chriſtus Deo patri
tanquàm mediator optimus reconciliat per id
quod pro nobis fecit in diebus carnis ſuæ. i. morta-
litatis.

ADam non eſt ſeductus, ſed mulier. Quæri- V
tur: uter plus peccauerit, an Adam, an Eua? Quę.15.
¶Solutio: dicunt doctores, quòd mulier non ſo-
lum peccauit: ſed etiam uirum peccare fecit. Cui
ſolutioni ſic obijcitur. Adam eſt ſeductus: quia obiectio
non credidit uerum eſſe, quod hoſtis perſuaſit:
mulier uero eſt ſeducta credens uerum eſſe, quod
ſerpẽs dicebat: & ſic cõſequens eſt ꝙ ille ſciẽter, & il
la per ignorãtiã peccauit: ſed grauius ẽ ſciẽter pecca.

re, quàm per ignorantiam : unde conſequens eſt,
quòd plus peccauerit uir, quàm mulier. ¶Solutio,
ignorantia illa non habuit excuſationem, quia
Gen. 3. ex culpa proceſſit : dubitando enim reſpondit di-
cens. Ne forte moriamur. Vir autem cogitauit de
Dei miſericordia, & pœnitentia : & ideo minus
peccauit.

X QVæritur, quõ uerũ ſit, ꝙ uir non eſt ſeductus?
Quæ.16 Nõ ne credidit commiſſum eſſe ueniale, qđ
erat mortale? Ergo & ipſe aliquo mõ eſt dece-
ptus. ¶Solutio, non eſt ſeductus prior, & in eo, ĩ quo
obiectio mulier, ut dicit authoritas. ¶ Sed nunquid non eſt
ſeduct⁹, ſi prior nõ eſt ſeductus, & in eo, in quo mu
lier? Si enim quis non eſt uulneratus in capite, ergo
non eſt uulneratus? Nunquid ad negationem de-
Y terminatam ſequitur ſimplex negatio? ¶ Solutio,
doctores noui teſtamenti quandoque dicũt aliqđ
non fuiſſe, qđ ſcriptura ueteris teſtamenti nõ dicit
fuiſſe. Vnde quia ſcriptura geneſeos loquens de ſe-
ductione mulieris : nihil dicit de aliqua ſeductione
Hebr. 7. uiri : ideo Apoſtolus dicit, Adã nõ eſt ſeductus, ſed
mulier. Iuxta eundem modum loquendi : alibi idẽ
Apoſtolus, ꝙ Melchiſedech non habuit principiũ,
neq; finem, non patrem, non prolem aſſerit : cum ta
men in ueritate principium, & finem, & patrem, &
forſitam prolem habuerit. ſed quia ſcriptura ſic in-
ducit eum, ut nec de eius genealogia, nec natiuita-
te, nec morte aliquid dixerit : ideo Apoſtolus aſſerit
omnia prædicta non habuiſſe. Et Ambroſius dicit,
ꝙ uir cum prima muliere benedicitur, & non cum
ſecunda : quaſi diceret : in ſacra ſcriptura legimus be
nedictionem uiri cum prima muliere, ſed non legi
mus, ubi Deus benedicat uirum cum ſecunda.

Z SAluabitur autem mulier per filiorum generatio
Quæ.17 nem. Si generatio filiorũ ſaluet, quid faciet cõti-
nens, uel uirgo? nunquid non ſaluabitur, quia non
hẽt filios? quid eſt, quod alibi ait Apoſtolus. Beatior
aũt erit, ſiue uidua, ſiue uirgo, ſi ſic permãſerit? ¶So-
lutio, non ponit cauſam ſalutis in filiorum genera-
tione : ſed potius in fide, & dilectione : unde ſubiun
git. Si permanſerint in fide, & dilectione. Et eſt ſen-
ſus : & ſi mulier fuerit cauſa peccati, tamen ſaluabi-
tur non ſolum continens, uel uirgo, ſed etiam nu-
pta : & ſi nunquam a filiorum generatione ceſſans,
ſed per filiorum generationẽ incedẽs ab hoc mun-
do exierit : ſi tamen permanſerint in fide, & in dile-
ctione. Vel ad augmentũ ſalutis ualebit ei, ſi filij ei⁹
per doctrinam, & induſtriam ipſius permanſerint
in fide, & dilectione. Vel myſtice potius intelligi-
tur. Mulier typus eſt carnis, quæ alibi ſignatur per
turturem. Adam eſt figura rationis, quæ paſſerem ſi
guratur. Filij ſunt bona opera : quæ per pullos turtu
ris intelliguntur, qui in nido catholicæ fidei tantũ
uiuunt : extra non uigent, immo conculcantur : quia
bona opera non proſunt Paganis, Iudæis, hæreticis,
ſchiſmaticis. Vnde dicit hic. Si permanſerint in fi-
de, & dilectione, ſcilicet filij mulieris, pulli turtu-
ris, bona opera.

A SI quis deſiderat epiſcopatum, bonum opus deſi
1.Tim.3 derat &c. Sed iſte ambitioſus deſiderat epiſco-
Quæ. 18 patum, nunquid poteſt inferri, ergo deſiderat bo-
num opus? ¶Solutio, epiſcopatus eſt intentio ſuper
ſuam, & aliorum uitam, & ſic nomen eſt operis :
quod deſiderat bonus, qui intermiſſa, ſed non reli-
cta, Rachele decora facie, cum Iacob intrat ad Liam
oculis lippam, propter filiorum fœcunditatem : De
monte contemplationis cum Moyſe deſcendit ad
campos actionis. Non enim ſic debet quiſquam eſ-
ſe ocioſus, ut in eodem ocio non cogitet utilitatem
proximi : Nec ſic actuoſus, ut contemplationem
Dei non requirat. Epiſcopatus etiam nomen eſt di-
gnitatis : quã deſiderat ambitioſus, qui uult potius
præeſſe, quàm prodeſſe.

VNius uxoris uirum &c. Quæritur an mono- B
gamus debeat dici, & poſſit ordinari, q ante Quæ. 19
baptiſmum habuit uxorem : & ea dimiſſa renatus
eſt in Chriſto, & poſt fidelem duxit. ¶Solutio, dicit
Hieronymus, quòd talis non eſt bigamus, & quòd
poteſt ordinari : cui iam nouo nec ſtupra, nec alia
imputantur. Sed Aug. dicit, quòd monogamus non
eſt, nec debet ordinari : licet ei nõ obſit, quod prius
fecerat : propter myſterium, quod in ordinandis ſer
uari debet : quod in prædicto non poteſt ſeruari.

SEd nunquid Hiero. & Aug. in ſolutione pdictæ
qõnis cõtraria ſẽũt? ¶Solutio : Hieronymus di C
cit ꝙ talis monogamus eſt quantum ad meritũ, nec Quæ. 20
eſt peccatum ſi ordinetur. Auguſtinus uero dicit, ꝙ
monogamus nõ eſt quantũ ad uim ſacramenti, nec
põt ordinari, ubi ſacramentum monogamiæ ſerue-
tur : nec exigitur, ut in quolibet ordinãdo ſeruetur,
alioquin uirgo non poſſit ordinari, cum non ſit u-
nius uxoris uir. Eccleſia eſt conuocatio multorum
ad unius Dei cultum.

MAgnum pietatis ſacramentum &c. Quęritur D
quid hic dicatur ſacramentum. Quandoque Quę. 21.
n. ſacramentum dr̃ rei ſacrę ſignum, ut ſacramentũ
baptiſmi, & altaris : quandoq; dr̃ aliquid occultũ,
& ſecretum, ſiue myſterium. ¶Solutio : ſacramentũ
uocatur Chriſtus ſm̃ deitatem occultus, qui cauſa ẽ
totius religionis, & ueræ culturæ. Quis. n. unq̃ fuit
pius, & deuotus in fide, niſi ſacramenti huius prius
percepta cognitione?

QVod manifeſtatum eſt in carne. &c. Quæritur
de qua manifeſtatione hic agatur. ¶Solutio : E
de illa, quæ facta eſt prædicatione, uirtutibus, Quę. 22.
& ſignis in carne aſſumpta oſtenſis.

IVſtificatum in ſpiritu. Non ne ſermo præceſſit
de uerbo Dei? hoc autem non eſt iuſtificatum, F
ſed potius ab æterno iuſtum natum. ¶Solutio ; cum Quę. 23.
ſermo ſit de Chriſto, diligenter intuendum eſt qđ
dicatur, & ſm̃ quid : hoc ergo, iuſtificatum in ſpiri
tui, intelligitur Chriſtus ſecundum aſſumptum
hominem : ſecundum quem immunis eſt ab omni
peccato, omnimodam habens iuſtitiam.

APparuit angelis. Hic habemus authoritatem, G
quòd angeli proficiunt in ſcientia per ea, quę Quę. 24.
fiunt in eccleſia : quod iam ſuperius ſuper locum. Vtrũ an
Vt multiformis ſapientia innoteſcat &c. diligenter geli pfi-
proſecuti ſumus, & expoſitor idem teſtatur in ciant in
hoc loco. ſcientia.

NIhil reijciendum, quod cum gratiarum actio H
ne percipitur. Quæritur an hoc ſit contrariũ 1.Tim.4
legali doctrinæ, quæ diſcernit quoſdã cibos, dicens Quę 25.
alios mũdos, alios immundos? ¶Solutio : in lege qdã
anima-

animalium dicta ſunt immunda non natura, ſed ſignificatione, ut ſi de porco, & agno requiratur: utrũque mundum in natura: quia omnis creatura bona eſt: in ſignificatione tamen agnus mundus eſt, porcus immundus.

I Qu.æ.26 Pietas ad oĩa utilis eſt, promiſſionem habens uitæ, quę nunc eſt &c. Quęritur: quid uocet promiſſionẽ præſentis uitæ: na de promiſſione futuræ conſtat. ¶Solutio, temporalium ſufficientiã, & ſpũalium abundantiam. Vtrunq. n. Deus promittit cul-
Matt. 6. toribus ſuis. Sufficiẽtia temporalium promittitur, ubi dicitur. Primum quærite regnum Dei, & hæc
Matt. 19 oĩa adijcientur uobis. Abũdantia ſpũalium, ubi ſcriptum eſt. Quicunque hæc, uel illa reliquit propter me, centuplum accipiet. i. in præſenti ſpũaliũ bonorum iocunditas temporalium bonorum affluentiã tantũ excedit, quãtũ centenarius unitatem ſuperat.

K Quæ. 27 Quæ data eſt tibi per prophetiam &c. Quæritur, quid uocet ꝓphetiã? ¶Solutio, ꝓphetiã uocat electionem ſanctorum, qui elegerut eum in pontificem. Vel potius Spiritus ſancti inſpirationem, per quam cognouit Apoſtolus eũ ſum eſſe dignum epiſcopatu.

L Quæ. 28 Cum impoſitione manuum. Quid ea eſt? ¶Solutio, impoſitionem manuum uocat uerba myſtica, quibus cõfirmatur ad hoc opus electus, authoritatem accipiens conſcientia ſua teſte, ut audeat uice Domini ſacrificia offerre.

M 1. Tim. 5 Quæ. 29 Dignus eſt operarius mercede ſua &c. Quæritur: an id, quod a plebe datur prædicatori, ſit debita merces, & condigna. Nam peccet, ſi pro ea prædicat, & an, qui hoc facit, uendat euangelium. ¶Solutio: quis audeat dicere non eſſe mercedem, quod ipſa ueritas uocat mercedem? Non tñ ꝓ tali mercede debet prædicare, ſed ut æterna mercedem accipiat a Domino. Neceſſitatis itaque eſt accipere unde uiuitur: charitatis eſt præbere, immo debitũ, ut qui accipiunt ſpiritalia, miniſtrent carnalia. Prædicator debet accipere, ut prędicet: non, prędicare, ut accipiat.

N Quæ. 30 Matt. 18 Peccantes uero corã oĩbus argue. Huic uidetur eſſe contrariũ, quod Dominus dicit in euangelio. Si frater tuus peccauerit in te, corripe eũ inter te, & ipſum ſolum. Nunquid tam bonus diſcipulus diſcordat a tam bono magiſtro? ¶Solutio: utrumq; uerum eſt, & aliquãdo illud, quod Dñs ait proprio ore .i. qñ tu ſolus ſis, faciendum eſt. culpa n. occulta ſecreto debet argui: ut Ioſeph iuſtus fecit de Maria, ſolus ſuſpicans adulterium: alioquin, ſi aliter feceris: eris proditor, non corrector. Aliquando etiam faciendum eſt, quod Veritas dixit ore Pauli. ſ. quando palam peccatur. Publica enim offenſa publica indiget ſatisfactione.

O Quæ. 31 Modico uino utere. Quęritur: quõ id conſuluit. ¶Solutio, ſpeciale dat conſiliũ, ut ſemetipſum ſalubri regat doctrina: prudẽter. n. uult Deus ſeruiri ſibi, non ut nimia abſtinentia debiles fiãt, & poſt medicorum ſuffragia requirant ſui.

P 1. Tim. 6 Quæ. 32 Languens circa qõnes, & pugnas uerborum &c. Qõ erat an aliquis eſſet ſeruus, cum oẽs ex eiſdem patribus ſint orti, & oẽs Chriſtus redemerit. Itẽ pugnæ uerborum liberauerit, quia Dominus dicit: Si filius uos liberauit, uere liberi eſtis: quæ & ſimilia uidentur diſſentire a doctrina Apoſtolica, q̃ hortatur ſeruos ſubiectos eſſe dominis ſuis, & ſimiliter uerbis Domini dicentis: Reddite ergo q̃ ſunt Ioan. 8.
Cæſaris Cæſari &c. ¶Sic aũt ſoluenda eſt talis con- Luc. 20.
trouerſia uerborũ: hoc, ſi filius uos liberauerit, uere liberi eſtis, intelligendum eſt de ſpiritali libertate, non de carnali. Paulus autem loquitur de libertate, & ſeruitute carnali quam non tollit ſpiritalis.

Q Quæ. 33 Eccl. 10. Radix omnium malorum eſt cupiditas. Alibi dicit ſcriptura, Initiũ oĩs peccati eſt ſuperbia. hic aũt, ꝙ auaritia, uel cupiditas. Si enim auaritia, habetur ſpecies pro genere: quõ utrunq; uerũ eſt? ſi enim ſuperbia initium eſt oĩs peccati, ergo cupiditatis: & ſi cupiditas radix eſt omnium malorum, ergo ſuperbiæ: & ſic idem cauſa, & effectus eiuſdẽ. ¶Solutio: cum dicitur, quòd radix omnium malorũ eſt cupiditas, uel omnis peccati initiũ ſuperbia: ſi genera ſingula intelliguntur, falſum eſt. ſi aut genera ſingulorum, uerum eſt. Nullum enim genus peccati eſt, quod non qñque ex ſuperbia, quandoq; ex cupiditate naſcatur. Nam ſunt aliqui, qui diuitias cupiũt, ut p eas ad culmẽ honoris pertingere ualeãt: ſunt alij, qui iõ dignitatem appetunt, ut ditiores ſiãt.

R Quęſ. 34 Solus potens. Non ne angeli potentes ſunt: unde & uirtutes, & poteſtates uocantur? ¶Solutio: ſolus Deus potens per naturam ex eo, quod eſt: Angeli uero per gratiã ex eo, q̃d acceperunt, potẽtes sũt.

S Quęſ. 35 Qui ſolus habet immortalitatem. &c. Nõ ne animæ, & angeli etiam per naturam ſunt immortales: ¶Solutio, ſolus Deus habet immortalitatem, immutabilitatem, quia nec uult, nec poteſt, nec poterit peccare. Hanc immortalitatem nõ habent nec angeli, nec animæ ſanctorum; licet. n. ſint immortales per gratiam, tamen mutabiles per naturam uere eſſe creduntur.

T Quęſ. 36 Pſal. 33 Qui lucem habitat inacceſſibilem. Propheta dicit. Accedite ad eum, & illuminamini: non ne ipſe Deus eſt ipſa lux, quam dicitur inhabitare? quomodo nos poſſumus accedere ad hanc lucem, ſi ipſa eſt inacceſſibilis? ¶Solutio, nemo ex ſe accedit ad eam, ſed cui datur dono eius.

V Quęſ. 37 Quem nemo hominũ uidit, nec uidere poteſt. Non ne Abraham uidit Deum, & Moyſes, & cæteri patres? Quõ ergo uerũ, quòd nemo Deũ uidit unq̃? Itẽ, non ne & nos eius uiſionẽ ſperamus? Sed quõ, ſi nemo poteſt eũ uidere? ¶Solut. Deus in natura ſua eſt inuiſibilis oculo carnis: illæ uero uiſiones ſanctis patribus in creatura ſubiecta exhibitæ ſunt: unde Moyſes poſt figuras illas, in quibus Deus uidebatur, ait Domine, oſtende mihi faciem tuam. In futuro autem uidebitur Deus a mundo Exod. 33
corde, & nunc uidetur a ſanctis angelis.

X Quęſ. 38 Deuitans prophanas uocũ nouitates &c. Quæritur, an oẽs uocum nouitates ſint uitandæ. ¶Solu. nõ, quia nõ oẽs ſunt prophanæ, ut hoc ipſum nomẽ chriſtianũ, homouſion, mãdatũ nouũ & teſtamentum nouum, & canticũ nouũ: nouitates uocant non prophanas, ſed ſacras, & religioni cõgruẽtes. Hypoſtaſis autem tempore hæreticorum notabat prophanam nouitatem, quo nomine hæretici Hypoſtaſis.
utebantur, nunc in ſignificatione perſonæ;

nunc in ſignificatione ſubſtantiæ, ad deceptionem ſimplicium, ut ſi concederent Trinitatem eſſe hypoſtaſim unam, inferrent: ergo ſunt una perſona: ſin autem dicerent Patrem, Filium,& Spiritum ſanctum eſſe tres hypoſtaſes: concluderent, ergo ſunt tres ſubſtantiæ. Nunc autem hoc uocabulum non notat prophanam nouitatem, quia redactum eſt ad ſignificationem perſonæ. Vnde concedimus modo ſimpliciter Trinitatem eſſe tres hypoſtaſes, & non unam; quod non erat concedendum ſine determinatione olim, quando adhuc retinebat multiplicē ſignificationem.

Z Quæ. 39 ET oppoſitiones falſi nominis ſcientiæ &c. Quæritur: quid uocet Apoſtolus ſcientiam falſi nominis. Nunquid logicam? ſed ſi hoc eſt, quomodo Auguſtinus uocat dialecticam ſcientiam ſcientiarum: quæ non ſolum facit ſcientem, ſed etiam demonſtrat ſcientem: ¶Solutio, ut arbitror ſcientiam falſi nominis uocat artem ſophiſticam: cuius oppoſitiones deuitandæ ſunt a pijs,& maxime uerbi: quia nō ualent, niſi ad ſubuerſionem ſimplicium.

## INCIPIVNT QVÆSTIONES eiuſdem ſuper epiſtolam ad Timotheum ſecundam.

A 2.Tim.1 PAulus Apoſtolus &c. Iam a mundo tranſiturus hanc ſecundam epiſtolam ſcribit a Roma de carcere, Timotheo infirmitatibus, & aduerſitatibus fatigato, ut non ſtáter laboret in Dei gratia ſibi credita, exhortans eum ad martyrium multis modis, & ut perſeueret in officio rectę prædicationis, & ſancta operatione: & prædicens quid futurum ſit in nouiſſimis temporibus, & de ſuo obitu. Intentio &c. Et eſt intentio Apoſtoli in hac epiſtola exhortari Timotheum ad ſui officij diligentem executionem & ad palmam martyrij. & quædam adhuc addit de epiſcopali officio. Modus talis: primo ſalutat: deinde gratias agit de bono quod habet: ubi ſuum uidendi eum deſiderium oſtendit: poſtea monet ad prædicandum,& ad patientiā martyrij ſuo exēplo, & alijs modis: inde dicit quales futuri ſint in nouiſſimis diebus: tandem de tempore reſolutionis ſuæ inſtat.

B Quæſt.1 NOn dedit nobis Deus ſpiritū timoris. Quæritur, de quo timore hoc dicatur. ¶Solutio; de timore, quem expellit amor Dei.

C Quęſt.2 QVæ data eſt nobis ante tēpora ſecularia &c. quomodo aliquid nobis nondum exiſtentibus potuit dari? ¶Solutio; data eſt, id eſt, præuiſa dari: unde non dicit ſimpliciter data eſt, ſed addidit, in Chriſto Ieſu.

D Quęſt.3 ITē quæritur cur non dicat ſimpliciter ante tempora, ſed addit, ſecularia. Nonne oīa tēpora ſūt ſecularia? ad quorum ergo differentiā dicit ſecularia? ¶Solutio: dicūt quidā angelos creatos eſſe ante mundi creationē, & ſpatia illa, quæ erant a creatione angelorū, uſq; ad creationem mūdi, uocat Apoſtolus alibi tempora æterna, ad quorū differentiam dicit hic tempora ſecularia. obiectio ¶Sed dicet aliquis, non ne ipſum notat mutabilitatem, & æternitas immutabilitatem? Quō ergo poſſint aliqua tempora eſſe æterna, quō ſimul eſſe mutabilia, & immutabilia? ¶Solutio: ſic prædicti doctores hoc intelligunt. In illis ſpatijs, quæ dicuntur tpa æterna, erat ſucceſſio, & nulla deceſſio: & ſic quædam immutabilitas, & ſecundum hoc quædā eternitas. ¶Huic ſniæ nō Hieronimus conſonare. Fere autem omnes doctores dicunt creatos angelos non ante ſed cum mundo: ſed quid ſm illos per tempora æterna debeat itelligi, uideat, & inquirat qui eorum opinionem ſectatur. Mihi aūt priorum ſnia uī potior, ſalua reuerentia ſecretorum: hoc dico, nil temere aſſerendo.

E 2.Tim.2 Queſt.4. NEmo militans Deo implicat ſe negocijs ſecularibus &c. Non ne uiri actiui Deo militant, & tñ implicant ſe ſecularibus negocijs? quō ergo dicit Apoſtolus nemo militans Deo &c. ¶Solutio, negocia uocat ſecularia cum animus occupatur cura colligendę pecuniæ: quod nemo poteſt ſimul facere,& Deo militare. Viri aūt actiui non ad hoc exterioribus uacant ut pecuniam colligant: ſed ad hoc tantum, ut ſibi, & alijs neceſſaria prouideant.

F Quæſt.5 EX ſemine Dauid ſm euāgelium meū, in quo laboro uſq; ad uincula. Quæritur de qua tribu erant Chriſtus, & Maria. Sed ex hoc loco nota Chriſtū ex Dauid natū: ſicut in principio ait, ex ſemine Dauid ſm carnē. Et Gabriel archangelus de eodē. Lucæ.1. Dabit ei Dominus Deus ſedē Dauid patris ſui. Hæc dico propter eos, qui nolunt matrem Domini eſſe ex ſemine Dauid, qui de tribu Iuda erat: ſed de tribu Leui im fuiſſe,& pp Ioſeph uirū Mariæ, qui erat de familia Dauid, Chriſtū dicunt dictum ex ſemine Dauid. Sic & Origenes (ut dicitur) ſic ſenſit. Alij dicūt, quod & nobis uidetur, Mariam ēt de ſtirpe Dauid proceſſiſſe,& ita de ſtirpe Iuda, nō ſolū de ſtirpe Leui. Nā duæ tribus regalis, & ſacerdotalis permixtæ erant, & idō non eſt mirū uirginem traxiſſe originem de utraq; tanq̄ uerum regem, & ſacerdotem parituram.

G NOli uerbis contendere. Inter ſeruos Dei non debet eſſe cōtentio, ſed collatio, & modeſta inquiſitio.

H Quæſt.6 DIcentes iam reſurrectionem factam. Quæritur, de qua reſurrectione hoc dicat Apoſtolus: an de illa, quæ eſt mentiū: an de illa, quæ eſt corporū? Nam ſi de illa, quæ eſt mentiū, quæ fit in baptiſmate, hoc dicatur, quō illi, qui hanc dixerunt iam factā eſſe, ſubuerterunt quorundam fidē, cum hoc ſit uerū, & credendū? Item ſi de reſurrectione corporum hoc dicebant, quō per hoc aliquorum fidem ſubuertebāt, cū conſtet omnibus hoc falſum eſſe? ¶Solutio, poteſt hoc de utraq; reſurrectione intelligi: per hoc.n. quod dicebant iā reſurrectionē mentium factā eſſe, nec aliā corporū futurā eſſe, decipiebant. ſ. quia ſubdole reſurrectionē corporum negabāt. Vel etiam in hoc fidē ſubuertebāt, quod dicebant reſurrectionem corporum factā eſſe: inde ſumentes occaſionem erroris ſui, quod ſcriptum eſt in euangelio: Multa corpora ſanctorum ſurrexerunt,& apparuerunt in ſancta ciuitate, negantes generalem reſurrectionem, quam expectamus futuram. Matt.27

I IN magna domo ſunt non ſolum uaſa aurea, & argentea &c. Quæritur: quos intelligit per uaſa
Quæ.7. aurea, & argentea, & quos per uaſa lignea, & fictilia? Solutio: per uaſa aurea, & argentea intelligit prædeſtinatos: per uaſa lignea, & fictilia reprobos. Vel per uaſa au[...]ea [...] intelliguntur boni, ſiue ſint prædeſtinati, ſiue non: [...] per uaſa lignea, & fictilia mali, ſiue ſint ad uitam præſciti, ſiue reprob[...] ſecundum hanc ſententiam de utriſque quædam ſunt ad honorem, quædam ad contumeliam. Secundum uero priorem ad honorem tantum ſunt uaſa aurea, & argentea; ad contumeliam uero lignea, & fictilia.

K STultas quæſtiones, & ſine diſciplina deuita &c. Hic innuit non omnes quæſtio[...] [...]das eſſe: ſed illas tantum, in quibus nullus eſt fr[...].

L ¶ Habentes ſpeciem pietatis, uirtutem eius negantes. Tales multi ſunt in hoc tempore, quales hic deſcribit Apoſtolus: qui ſe, non Deum diligunt, ha bentes nomen, & habitum ſan[...] [...]um intus ſint pleni omnium immunditiarum. Vi[...] autem pietatis uocat charitatem, de qua ſcriptum eſt. Fortis
Cant.8 eſt ut mors dilectio: hanc neceſſa[...] p[...] ſuccede[...] mun
M di contemptus.

1.Tim.3 OMnes, qui uolunt pie uiuere in Chriſto, perſe
Quæſt.8 cutionem patiuntur. Non ne eccleſia habet tempus pacis, in quo mu[...] pie uiuunt, nec tamen perſecutionem pa[...]iuntur? ¶ Solutio: ſancti pluribus modis patiuntur, ut in [...]de, & corpore. Nunc a diabolo, nunc a malis hominibus: nunc a concupiſcentiis ſuis: quibus etiam eſt perſecutio infirmo tum conuerſatio. Hi enim dicunt cum Apoſtolo.
1.Cor.11. Quis infir[...]atur, & ego non infirmor; quis ſcandalizatur, & ego non uror? Non ſunt itaque ſine perſecutione pie uiuentes in Chriſto, etiam tempore pacis.

N CVrſum conſummaui &c. Non ne [...]d curſus cō
2.Tim.4 ſummationem adhuc reſtabat acrior, & cru-
Queſt.9. delior inimicus. ſ. Neronis gladius? Quomodo ergo uerum erat Paulum conſummaſſe curſum ante paſſionis triumphum? ¶ Solutio: hoc dicit non re plena, ſed ſpe certa. Qui enim ſe it eum uictorem in certamine, iam certum, & ſecuturo per reuelationem eum reddiderat de conſummatione.

---

## *INCIPIVNT QVÆSTIONES eiuſdem ſuper epiſtolam ad Titum.*

O

Tit.1 PAulus ſeruus Dei &c. Hanc epiſtolam ſcribit Tito relicto Cretæ epiſcopo, ex humilitate, & ſimplicitate nimis patienti a Nicopoli, de Epiſcopali officio imperioſe, & poteſtatiue tractādo, præſcripta ei ſua authoritate utili. Debet enim pontifex habere maternam pietatem, & paternam ſeueritatem; ut ſit fortis ſuperbis, & ſuauis modeſtis, nec habens timoris angulū, nec elationis ſupercilium. Vrat, & luceat: unde in ueſte legalis pontificis erat coccus bis tinctus, qui habet ſpeciem ignis. Ignis autem duo facit, urit, & lucet. Ita & pontifex gladio prædicationis ſcilicet igneo eloquio urere debet mordaci increpatione, & metuenti comminatione: & lucere blandis, fouēdo, & delectabilia promittendo. Ideoque de manna dicitur, quòd indurabatur ad ignem, & liqueſcebat ad ſolem. Et baculus pontificalis ab inferiori pungit, & in ſummo ad anteriora extenditur in ſe rediens: quia eccleſiaſticus doctor gladio uerbi pūgere debet: id eſt, aſpere arguere peccantes, quod eſt ex inferiori natur[...], & correctos in anteriora dirigere, ita tamen ut ad propriam conſcientiam ſui con[...]derationē redeat, ſi forte in ſe habeat, [...]d alijs impr[...]perando annunciat. Forma itaq; baculi hoc figurat, quòd pontifex rebelles pungere, & mites ad ſe trahere debeat, unde quidam ait: Curua trahit mites pars, pungit acuta rebelles. Eſt ergo intentio Apoſtoli in hac epiſtola inſtruere Titum de epiſcopali officio, atque monere, ut id imperioſe [...] ager, & hæreticos uitet. Modus talis. Primo ſalutat, deinde inſtruit eum de epiſcopali officio, docens eum quid agere debeat, & quales epiſcopos per ciuitates conſtituere. Deinde qualiter diuerſos uel ſexu, uel ætate, uel conditione inſtruere debeat. Poſtea monet eum de ui[...]ndis hæreticis.

P QV[...] promiſit ante tempora ſæcularia &c. Queſt.1
Quær[...]r, quomodo uitam æternam promiſit Deus ante omnia tēpora, cum nōdū eſſent homines, quibus promitteret? Solut[...] [...] fit, id eſt, in ſci[...]ſo æterno immutabiliter pr[...], ut in tpe ui[...]m æternam ijs, quo[...] prædeſtin[...]uit, daret. Q
SIne crimine &[...]. Non ait ſine peccato: quia, ut di Queſt.2.
cit authoritas, nullus quantuncunque pie uiuat, etſi dignus nomine iuſti ſit, eſt ſine peccato. Sed dicet aliquis: non ne in baptiſmate, & per ueram pœnitentiam fit plenaria omnium peccatorum remiſſio? Quod ſi eſt, immo qua ita eſt: con[...], quòd iſte baptizatus, & uere pœnitens eſt abſque peccato. quomodo ergo uerum eſt, nullus eſt ſine peccato? ¶ Solutio: cum dicitur, nullus eſt ſine peccato, ſic intelligitur: nullus quantuncunque ſit bonus, poteſt tranſigere hanc uitam ſine peccato: poteſt tamen uiuere ſine crimine. i. grauiori peccato, & querela. i. peccato tali, quod eſt dignum accuſatione, & damnatione, ut adulterium, homicidiū, furtū, & ſimilia.

CRetenſes ſemper mendaces &c. Quæritur: cur R
Apoſtolus doctrinæ ſuę, cui ineſt ſumma aut- Queſt.3.
ho[...]itas, interſeruit uerba Gentilis, & [...] fidelis authoris, & loquens Atheniēſibus ait, in ipſo uiuimus, mo[...]emur, & ſumus: & aliبi ait: Inueni aram, in qua ſcriptum eſt, Ignoto Deo, quę de ſcripturis e[...]nico rum ſumpta eſſe certum eſt. ¶ Solutio, Licet diuinæ authoritati, unde uoluerit, aſſumere teſtimonium ueritatis, quod neceſſarium eſſe iudicauit. Non. n. propterea omnia alia, quæ ibi ſunt approbat, & uera eſſe iudicat. In cuius rei figura Hæbræi ſpoliauerunt Ægyptios auro, & argēto, & alijs, quæ erant neceſſaria ad diuinum cultum. Et in lege præceptū eſt Iudæis, ut ſi mancipium gentile emerent, eius pili raderentur, & unguium incrementa abſcinderentur,

rentur, deinde ad uſus domeſticos aſſumeretur. Sic uanis, & ſuperfluis Gentilium ſuperſtitionibus abraſis, & deciſis: quod purum repertum fuerit aſſumendum eſt ad miniſterium domus Dei. Notandũ eſt, quod diuini authores huiuſmodi teſtimonia po

Ioan. 11. ſuunt in alia ſignificatione, quàm ſint poſita a ſuo

† & oon authore, ut illud. Expedit, ut unus homo moriatur pro populo, † quàm tota gens pereat. Aliter intellexit Caiphas, aliter euangeliſta. ille enim, cuius potentia & uirtute locuta uoce hominis eſt aſina uelut organo, uſus eſt Caipha in prædictorum uerborum prolatione.

S

Queſt. 4. Confitentur ſe noſſe Deum, factis autem negãt. Nota, quòd quidam cõfitentur Deum uerbis tantum, alij etiam factis; quidam Deum tantum factis negant, quidam & uerbis, & factis. qui Deum uerbis & factis confitentur, boni ſunt: qui autem negant & uerbis, & factis, infideles ſunt. Qui autẽ uerbis confitentur, & factis negant, an dicendi ſunt

Matth. 7 confitentes, an negantes ſimpliciter? ¶ Solutio, audi. A fructibus eorum cognoſcetis eos, non ſit a uerbis. Omnes itaque qui Deum factis negant, . . . es antichriſti ſunt, qui Chriſtum negant uita. Antichriſtus nondum uenit, & tamen iam multi antichriſti ſunt in mundo.

T

Tit. 3. Hæreticum hominem poſt unam, & ſecundã

Queſt. 5. correptionem deuita &c. Hæreticum uocat, qui per legem, legem impugnat. Sedquare talis eſt uitandus. Non ne melius eſſet, cum eo ſæpe conferre, & ab errore eum ad ueritatem reuocare? ¶ Solutio, ex quo incorrigibilis eſt, melius eſt eum deuitare, quia ſi ſæpius corriperetur, exercitatio eẽt ad malũ.

V

Queſt. 6. Cum ſit proprio iudicio condemnatus. Quæritur, quomodo iſte talis proprio iudicio ſit cõdemnatus, nam credit uerum eſſe, quod dicit, & ſic non iudicat ſe damnatum. ¶ Solutio, de eo, qui ſciẽter peccat, qui errorem agnoſcit, & ueritatem nouit, & tamen errorem laudat, & ueritatem uituperat, hic loqui uidetur Apoſtolus, & hic . . . teſt . . . ſcientia damnatus eſt ut liquet omnibus.

*INCIPIVNT QVÆSTIONES eiuſdem ſuper epiſtolam ad Philemonem.*

X

Paulus uinctus Chriſti Ieſu &c. Hanc epiſtolam ſcribit Philemoni Coloſſenſi, qui nulla eccleſiaſticæ miniſtrationis præditus erat dignitate, ſed uir laudabilis in plebe, cui familiares literas mittit pro Oneſimo ſeruo ſuo, qui cum damno eius fugerat, ſed ab Apoſtolo audito euangelio baptizatus: cui & ueniam precatur, & culpam deprecatur Apoſtolus ſcribens ei a Roma de carcere. Eſt intentio Apoſtoli implorare ueniam Oneſimo apud Philemonem. Modus talis eſt, prius ſalutat eum cum uxore, & filio: deinde agit gratias Deo de bonis eorum, commendans fidem, & charitatem eorum. poſtea Philemonem obſecrat, cum et imperare poſſet, ut Oneſimo parcat, & gratias Deo agat, quia talem illum recepit, ut non ſeruum exiſtimet, ſed dilectiſſimum fratrem. Deinde dicit, ut paret ſibi hoſpitium ſperãs a ſe . . . n uenire.

Philemoni, & Appię, & Archippo, &c. Quęritur, Y

cur . . . hac ſalutatione non ſeruet perſonarum dignitatem. ſ. cur Archippum, qui erat epiſcopus . . . ilis non præponat, ſed ſupponat, & Philemonem, qui nulla dignitate eccleſiaſtica erat prælatus, præponat: nunquid ideo quia iſte pater, & ille filius fuit? ¶ Solutio: ideo laicũ ordinato præponit, quia de re familiari agitur. Queſt. 1.

Ita te frater fruar in Domino &c. Quid eſt frui? Z

Nonne alicui inhærere propter ſe per amorem? Queſt. 2.

ſed ſic ſolo Deo fruendum eſt, quia ſolus Deus propter ſe diligendus eſt: quomodo ergo dicit Apoſtolus ad Philemonem, ita te frater fruar in Domino. ¶ Solutio: non dicit ſimpliciter, ego te frater fruar: ſed addit in Domino: per hoc innuens ſe finem dilectionis in Domino poſuiſſe. Vel frui dicitur cũ quadam delectatione, & ſic poteſt hic accipi.

*INCIPIVNT QVÆSTIONES eiuſdem ſuper epiſtolam ad Hebræos.*

Multifariam &c. Paulus doctor egregius, Gentiũ Apoſtolus, miniſterium ſuum uolens honorificare, iuxta quod in epiſtola ad Romanos ait: quandiu quidem Apoſtolus Gentium ſum, honorificabo miniſterium meum, tentans ſi quomodo ad æmulandum prouocem carnem meam. Eccleſiæ Hebræorum hanc epiſtolam ſcribit agens de eminentia Chriſti ſecundum utranque naturam, & legis Moſaicæ inutilitate: aſtruens multo magis ſidem in leu Chriſti abſque legalibus ſufficere ad iuſtitiam, & ſalutem. Legalia uero poſt Chriſti paſſionem non modo non proficere, ſed etiam officere: quorundam Hebræorũ exiſtimationem excludens, qui Chriſtum confitentes legales obſeruantias tenendas eſſe putabant: & in hunc errorem quoſdam etiam, qui de Gentilitate uenerant ad Chriſtum: ſua authoritate induxerant: ideo prouidens Apoſtolus Gentibus, ne deinceps in hunc errorem Hebræorum aothoritate trahantur: Iudæos quoque ad æmulandum prouocãs gratiam Dei commendat per Chriſtum uerum pontificem hoc tempore fidelibus factam, legem oſtendens reprobatam. ¶ Intentio itaque Apoſtoli in hac epiſtola eſt Chriſti eminentiam, & fidei ſufficientiam, nec non legis inſufficientiã, & inutilitatem oſtẽdere. Modus tractandi talis eſt. Primo proponit audiẽda eẽ uerba Chriſti ſicut ꝓphetarũ, & amplius conferendo eu propheris, & præferendo: quia in eo locutus eſt Deus ut in prophetis, & maior eſt eis. Deinde cõmendat eum alternatim ſecundũ utrãq; naturã, humanã. ſ. & diuinã: poſtea cõparat eum angelis,

Margin notes beside this column: A — Hebrę. 1. — Rom. 11. — B — Intentio &c.

lis,& præfert,multa interſerens de excellentia eius ſecundum utranque naturam. Deinde comparat eum Moyſi,præfert. Deinde multis rationibus, & authoritatibus gratiam fidei,umbrę legis perferen dam declarat : & ſacerdotium Chriſti ſacerdotio Leuitico,& teſtamentum nouum ueteri : eiuſque ſacrificium unum multis illius ſacrificijs præponendum oſtendit: quia ibi umbra,hic ueritas. Tandē ponit fidei deſcriptionem: eam multis teſtimonijs commendans. Circa finem uero moralem ſubdit inſtructionem.

C Quæſt. 1 IN primis quæritur: cur huic epiſtolæ ſicut cæteris non præpoſuit nomen ſuum , quod eſt Paulus:cur etiam nomen dignitatis tacuit,quod eſt Apoſtolus? Solutio;quia Hebręis odioſus erat, quibus legis deſtructor uidebatur: nomen ſuum eis odioſum tacuit:ne præſcripta nominis inuidia ſequētis excluderet utilitatem lectionis: ſciens quoque eorum ſuperbiam; ſuamque humilitatem demonſtrans: ſui ordinis dignitatem noluit anteferre nominando ſe Apoſtolum: ſed meritum ſui officii tacens,ſuperbis ipſe humilis non ſe Apoſtolum nominauit,ne ſuperbi indignarentur. Sed dicet aliquis : D obiectio non ne Apoſtolus ſcribit fidelibus, qui erant Hieroſolymis,quibus nomen Pauli non erat odioſum: nec eius tanquam ſuperbi dignitati inuidebant : quomodo ergo uerum eſt, quòd ideo nomen proprium,uel nomen dignitatis tacuit , quia Hebræis erat odioſum, cum his , quibus ſcripſit , non odioſus,ſed dilectus fuerit? ¶ Solutio: inter eos,quibus tanquam egregius gratiæ prædicator multum placuit: erant quidam legis æmulatores, qui legem cū gratia tenendam eſſe putabant, & prædicabant , & his Pauli nomen fuit odioſum. Neminem.n. ſuæ falſæ opinioni ita contrarium inuenerunt ſicut Paulum: unde perſequebantur eum,quantum poterāt.

E ¶ Notandum,quòd fuerunt quidam dicentes hanc epiſtolam fuiſſe minime Apoſtoli Pauli : quia eius nomen huic non præponitur ſicut in omnibus alijs,& ideo quòd ſplendidiore, atque facundiore ſtilo quàm aliæ reſplendeat: ſed aut Lucæ,aut Barnabæ,aut Clementis fuiſſe: quibus Hieronymus ſic reſpondet. Si ideo non eſt dicenda Pauli, quia eius nomine non eſt inſcripta , ergo nec alicuius illorum, immo nullius omnino:cum nullius nomen habeat in titulo: quod propter prædictam iam cauſam factum eſt. Quòd autem maiore refulget facondia quàm aliæ,non eſt mirandum,cùm naturale ſit unicuique in ſua lingua plus ualere,quàm aliena : cum ergo hanc ſolam lingua hebraica, alias uero græca ſcripſerit;quid mirum ſi maiore nitet facundia ?

F Quæſt. 2 2.Cn.6 DIebus iſtis,Quæritur: quos dies uocet.Solutio? tempus gratiæ uocat dies Apoſtolus propter eminentem fidei doctrinam,& ſalutis cognitionē : unde alibi. Ecce nunc dies ſalutis.

G Quæſt. 3 QVem conſtituit hæredem uniuerſorum &c. Quæritur:ſecundum quam naturam Chriſtus hic dicatur hæres uniuerſorum. ¶Solutio; bene dici poteſt, quòd ſecundum naturam diuinā hic dicatur hæres.i. poſſeſſor, & Dominus uniuerſorum,i.omnis naturæ. Vel ſecundum humanitatem dicitur hæres uniuerſorum,ſaluandorum,uel Iudæorum,& Gentium. Hic eſt enim hæres mundi,ſemen illud,in quo benedicuntur omnes gentes , ad quem loquitur pater dicens: Poſtula a me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam.

PEr quem fecit & ſecula. Non ne Deus pater fecit omnia per filium uiſibilia, & inuiſibilia,mutabilia,& immutabilia? Cur ergo Apoſtolus non dicit:per quem omnia fecit: ſed per quem fecit & ſecula? ¶Solutio: hæc uiſibilia, & mutabilia ſunt magis nobis nota:& ideo in his Dei potentiā amplius miramur quàm in iis, quæ ſunt ignota. & hęc eſt ratio,quare ſecula potius nominauit ſpecialiter. Pſal. 2 H Quæſt. 4

QVi cum ſit ſplendor gloriæ &c.Quæritur:quare hac utatur ſimilitudine;& alibi alia? ¶Solutio: Apoſtolus uolens oſtendere, quòd licet filius ſit ex Patre, tamē illi eſt coæternus: utitur proportionali rerum temporalium ſimilitudine dicens:qui cum ſit ſplendor gloriæ: quaſi diceret ; ſicut ſplendor ignis licet ſit ex igne , tamen igni eſt coæuus,& eſſet illi coæternus , ſi ille eſſet æternus ; nunquam enim ignis fuit ſine ſplendore: ſic filius licet ſit ex patre,tamen illi eſt coæternus, quia nunquam pater fuit ſine filio . Item uolens oſtendere identitatem naturę,quam habet filius cum patre, aliarum rerum utitur proportionali ſimilitudine uocans filium figuram ſubſtantiæ, quia utrunque in eiſdem rebus non potuit demonſtrare.In creaturis enim nil inuenitur,quod habeat eſſe ex alio, & ſit eiuſdem naturæ,uel ſubſtantiæ, & quod nō præcedatur ab eo. Filius autem ſic habet eſſe ex patre,q͏ illi eſt coæternus: ſicut ſplendor igni coæuus, & eſt eiuſdem eſſentiæ,ſiue naturæ cum patre. Sicut homo generans,& homo ex eo genitus: ſicut enim homo non poteſt gignere niſi id, quòd ipſe eſt.i. quia homo hominem generat:ſic Deus non aliud generat,niſi quod ipſe eſt.i. Deus Deum. Lector diligenter intuere hæc uerba Apoſtoli,& expoſitionem ſāctorum ſuper eadem,& animaduertes quomodo tā hæreſis Sabelliana,quam Arriana deſtruitur hic manifeſte . I Queſt. 5.

POrtanſque omnia uerbo uirtutis ſuę . Quæritur : quomodo dicatur omnia uerbo portare Deus, cum ad proprietatem uerbi non pertineat portare.Similiter,an omnibus ſubſit,& non potius præſit,& ſuperſit,ut ea portare dicatur.¶Solutio: ideo uerbo potius,quàm uirtute dicitur omnia portare;ut in portando.i. continendo,& gubernando, & conſeruando nullum laborem,uel difficultatem intelligatur ſuſtinere,qui omni re eſt interior,quia omnia ſunt in ipſo: & omni re eſt ſuperior,quia ipſe ſuper omnia: & omni re antiquior , quia ipſe eſt ante omnia: & omni re eſt nouior , quia ipſe poſt omnia,id eſt,poſt omnium initia. K Quæſt. 6

SEdet ad dexteram &c. Dicit expoſitor, quòd homo aſſumptus eſt ſublimatus uſque ad patris æqualitatē,quæ intelligitur per dexteram:ideo quæritur:an concedendum ſit, quòd homo aſſumptus ſit ęqualis patri: ſed cum filius dicat : pater maior me eſt:quod intelligendum eſt ſecundum id, quod eſt aſſumptum,quomodo idem eſt æquale patri,cū filius ſecundum id ſit minor patre? ¶Solutio:homo ille inquantum eſt homo: minor eſt patre, & non L Quæſt. 7

æqua-

æqualis: inquantũ uero homo aſſumptus eſt Deus,
filius Dei non eſt minor patre:ſed æqualis. Viden-
dum itaque eſt quid de quo dicatur, & ſecundum
quid, quoties ſermo occurrit de Chriſto. ſunt ta-
men multi, qui non concedunt, quòd homo aſ-
ſumptus ſit Deus, ut iam ſuperius dictum eſt.

M
Queſt.8. TAnto melior angelis effectus. Quæritur: ſecun
dum quam naturam hic loquatur de Chri-
ſto: quòd autem ſecundum diuinitatem melior ſit
angelis, nulla quæſtio eſt: ſed tamen melior non eſt
angelis effectus, ſed potius natus. Per hoc itaque ꝙ
dicit, effectus, cogimur hic intelligere de Chriſto ſe
cundum humanitatem. ſ. quòd melior ſit angelis
effectus. Sed huic uidetur eſſe contrarium, quòd in
uenitur in Pſal. Minuiſti eum ab angelis. Quo ſecũ
Pſal. 8. dum eandem naturam poteſt eſſe melior, & minor?
¶Solutio: minoratus eſt angelis carnis mortalitate,
& paſſione: & eiſdem maior, & melior eſt gratiæ
plenitudine, de qua & ipſi angeli accipiunt.

N
Queſt.9. EGo hodie genui te &c. Quæritur: de quo die lo
quatur. ¶Solutio: dicit Auguſtinus, quòd hoc
poteſt intelligi de die illo, quo Chriſtus natus eſt
ſecundum carnem. Diuinius tamen intelligi poteſt
de æterna ipſius generatione: unde dicit genui: ne
noua intelligatur: hodie enim de præterita: & ſic
innuitur eſſe æterna: in qua nil eſt pręteritum, qua
ſi eſſe deſierit, nec futurum, quaſi nondum ſit.

O
Quę.10. SEd iterum poteſt quæri: quomodo hoc de tem-
porali Chriſti generatione ualeat exponi: cum
Deus pater Chriſtum non genuerit ſecundum hu-
manam naturam? Sicut enim Chriſtus non habet
matrem ſecundam deitatem: ſic nec patrem ſecun
dum humanitatem. Cum ergo non ſit eius pater
ſecundum hanc naturam, quomodo poteſt dici, ꝙ
eum genuerit ſecũdum eam? ¶Solutio: gignere nõ
ſemper notat generationem naturalem: ſed quan-
Iacob.1. doque gratuitam: ut ibi, Volũtarie genuit nos uer-
bo ueritatis. Quia ergo Chriſti generatio tempora
lis, opus fuit totius Trinitatis; non inconuenienter
poteſt dici, quòd pater eum genuerit etiam ſecun-
obiectio dum humanitatẽ. Sed dicet aliquis: ergo Chriſtus
eſt filius gratiæ, & ſic adoptiuus? ¶Solutio: non eſt
uerum: per gratiam quidem homo ille factus eſt fi-
lius, non gratiæ, ſed naturę.

P
Quę. 11 ET rurſum dicit: ero illi in patrem, & ipſe erit
mihi in filium &c. Quæritur: de hac authorita
te, quomodo ad Chriſtum pertineat, cum nec præ-
cedentia, nec ſubſequentia illius loci, unde hæc au-
thoritas ſumpta eſt: hoc uideatur pati. In libro .ii.
Regum inducitur Deus pater ad Dauid loquẽs: Tu
non ædificabis mihi domum, quia uir ſanguinum
es: ſed filius tuus, qui poſt te regnabit: qui ſi inique
†uerberi egerit, corripiam eum in uirga uirorum, & in † pla-
bus. gis filiorum hominum, & ponam regnum eius in
ſeculum ſeculi, & ero illi in patrem, & ipſe erit mi
hi in filiũ &c. Hæc omnia nec Salomoni, nec Chri-
ſto adaptari poſſunt. ¶Solutio: in diuina ſcriptura
ſępe in eadem ſerie quædam ponuntur, quę ad ſo-
lam hiſtoriam referuntur; quædam ad ſolum my-
ſticum ſenſum: quædam etiam, quæ utroque mo-
do accipi poſſunt; ut in prædictis: quædam ad Salo
monem; quædam ad Chriſtum referuntur. Item cõ
ringit in multis aliis. Si quis enim hiſtoriã ſequens, Quę.12.
conſiderans præcedentia, & ſubſequentia, ubi ſcri-
ptum eſt. Ecce uirgo concipiet, & pariet filium: ma
gis uidebitur ei, quòd hæc authoritas ad iuuenculã
illam Eſaiæ, quàm ad uirginem referatur; cum ibi
quædam ſint, quæ nullo modo matri noſtri Ema-
nuelis poſſint conuenire, quę ad hiſtoriam ſolam
ſpectant; licet aliquis modus locutionis, & proprie
tas relationis ſatis indicet, quòd omnia ad eandem
perſonam referantur: filius, inquit, tuus, qui poſt te
regnabit &c. ¶Solutio; ſciendum eſt tria genera eſſe Q
relationum; alia eſt enim perſonalis, ut Saulus, qui
& Paulus; alia generalis & ſimplex, ut mulier, quæ
damnauit, ſaluauit; alia uocalis, ut manus meę, quæ
uos fecerunt, clauis confixæ ſunt.

ITem quæritur: ſecundum quam naturam pater R
dicat: Ero illi in patrem. Nam ſecundum huma- Quæ.13
nam non eſt pater; ſecundum diuinam ab æterno
fuit pater; quomodo ergo dicit, ero illi pater? ¶So-
lutio; tunc res dicitur fieri, cum incipit cognoſci,
quia ergo per reſurrectionem omnibus fidelibus
patuit, & in futuro etiam infidelibus patebit, quòd
ipſe ſit pater, & ille filius, ideo dicit, ero illi in pa-
trem. Vel ſic. Ero illi, id eſt, homini aſſumpto in pa-
trem, & ipſe homo erit mihi in filium, non tamen
ſecundum humanitatẽ, ſed ſecundum diuinitatem.

ET cum iterum introducit primogenitum &c. S
Quæritur: quomodo Apoſtolus, aduentũ, quẽ Quę.14.
ipſe Dominus exitum uocat dicens, ex patre exiui, Ioan.16
& ueni in mundum, uocet introitum dicens, & ite-
rum cum introducit. ¶Solutio; quantum ad patrẽ,
qui intus erat, aduentus Domini dicitur exitus. quã
tum uero ad nos, qui foris eramus, dicitur introi-
tus; uel econuerſo.

ET adorent eum omnes angeli Dei &c. De homi T
ne aſſumpto ſolet quęri; utrum illa adoratio- Quę.15.
ne, quæ dicitur latria, ſit adorandus: latria enim ſo-
li Deo, & non creaturæ exhibetur: ſed homo aſſum
ptus eſt creatura, & ſic uidetur, quòd latria non ſit
ei exhibenda. ¶Solutio: latria homini illi exhibe-
tur non quia homo, ſed quia Deus; de hoc iam ſu-
perius dictum eſt. Illa autem adoratio, quæ homini
bus, uel angelis exhibetur, dulia uocatur.

QVi facit angelos ſuos ſpiritus &c. Quæritur; V
quomodo hoc faciat? ¶Solutio; ſpiritus no- Quæ.16
men eſt naturæ ut homo, angelus nomen eſt
officii ut miles: ideo de ſpiritibus fiunt angeli, ſicut
de hominibus fiunt milites; non de angelis fiunt
ſpiritus, ſicut nec de militibus fiunt homines.

ET miniſtros ſuos flammam ignis &c. Quęritur X
quomodo flammam ignis. i. Seraphin, faciat Quæ.17
miniſtros ſuos: cum Seraphin ſemper aſſiſtant: quo
modo ergo miniſtrare dicitur ordo ille, ſi ſemper
aſſiſtat? Non enim miniſtrare dicuntur; niſi ex eo ꝙ
miniſtrant. ¶Solutio: poteſt dici, quòd Seraphin im
mediate a Deo accipit, quod inferiori reuelat, qui
ad nos mittitur; unde & inferior nomine ſuperio-
ris cenſetur, cuius gerit officium, uel potius a quo
accipit officium. Vnde Eſaias ait. Volauit ad me unꝰ Eſa.6
de Seraphin, & tetigit labia mea. Vel poteſt dici, ꝙ
cum aliqua magna facienda, uel nunciãda ſunt, tũc
illi ſuperiores mittuntur, quorum tamen officium
non

non eſt miniſtrare,ſed potius aſſiſtere. ¶Nota,ꝙ nihil fit,quod nõ fiat uel Deo iubẽte,uel Deo ꝑmittente. quibus urbis innuitur,ꝙ non oẽ qđ fit, opus ſit Dei: quod enim tantum permittit,non facit. Hõc dico propter eos,qui dicunt, ꝙ quicquid eſt, in eo ꝙ eſt,a Deo eſt. Si hoc eſt:nulla eſt prędicta diſtinctio , quòd alia fiunt Deo iubente, alia fiunt Deo permittente.

Z Quæ.18. PRopterea unxit te &c. Dicit expoſitor ad hoc unctum Chriſtum,ut diligeret iuſtitiã. Sed nõne ex quo fuit,iuſtitiã dilexit, nec prius unctus quã dilectione plenus fuit? quomodo ergo dicitur ad hoc unctus, ut diligeret iuſtitiam? ¶Solutio: per oleum unctionis intelligitur ipſa gratia , & uirtus: per diligere,ipſum actum de uirtute procedentem inſinuat.Cauſaliter ergo præcedit unctio actum diligendi,& non tempore. Vel aliam expoſitionem proſequere.

A Quæ.19. PRoptea unxit:id eſt,ideo, quia dilexiſti iuſtitiã, unxit te.Sed non ne ab ipſa ſua conceptione habuit plenitudinem unctionis? quam ergo unctionem quaſi in pręmium accepit,quia dilexit iuſtitiã? ¶Solutio: per oleum exultationis , quaſi unctus eſt merito dilectionis,ſecundum quoſdam intelligitur ſtola maturæ reſurrectionis,

B Quæ.20. VNxit te Deus, Deus tuus &c. alter.i. prior, eſt caſus uocatiuus : quaſi diceret : o fili Deus, Deus tuus unxit te. Sed quis Deus habet Deũ? quis Deus eſt unctus? ¶Solutio: Chriſtus Deus eſt,& Deũ habet,non inquantum eſt Deus,ſed inquantum eſt homo & ſecundum id eſt unctus.

C Quæ.21 IPſi peribunt &c. Quæritur: de quibus cœlis dicat,ꝙ ſint perituri. ¶Solutio : de cœlis aereis(ut dicit expoſitor)qui per diluuium perierũt, & igne perituri ſunt. Vnde quæritur : ſi iam per diluuium perierunt , quomodo iterum per ignem perituri ſunt? Non ne ſi iam perierunt,eſſe deſierunt, & ſi iã deſierunt,quomodo iterum igne peribunt? ¶Solutio:per diluuium perierunt.i. in deterius mutati ſunt,& iidem ipſi igne perituri ſunt.i.in meliorem

D 2.Pet.3 ſtatum mutandi ſunt.¶De terra autem,& cęlis ſuperioribus non eſt quæſtio,quin in melius ſunt mutãdæ:unde Petrus ait.Nouos cœlos,& nouam terram expectamus.De aqua,& aere dubitatur:an in meliorem ſtatum ſint mutanda,ſicut terra,& cœlũ , quia

Apoc.21 in Apocalypſi ſcriptum eſt.Et mare iam non erat. Et hic de cœlis aereis ſcriptũ eſt.Ipſi peribunt.Vnde quibuſdam uidetur,quòd aqua, & aer illas proprietates,ex quibus hæc nomina eis conueniunt , amittent,& cum ipſis etiam nomina perdent:non tamẽ ex toto adnihilabuntur, ſed nec aqua , nec aer amplius uocabuntur priuatis & adnihilatis his, unde, prius ſic dicebantur.

E Quæ.22. OMnes ſpiritus adminiſtratorii ſunt &c. Dictũ eſt ſuperius,quòd ſuperiorum non eſt officiũ miniſtrare:quomodo ergo omnes ſunt adminiſtratorii? ¶Solutio: Poteſt dici,quòd omnes ſpiritus nobis miniſtrant,uel immediate,ut inferiores:uel aliis mediantibus,ut ſuperiores,& medii. Vel per omnes,non colligit niſi eos, qui ſunt ultimi ordinis : qui ꝓprie dicũtur angeli, quorũ eſt ſpecialiter officiũ miniſtrare,& iõ ſoli ꝓprie ſũt adminiſtratorii.

QVis eſt homo , quòd memor es eius &c. Quęritur, quomodò hoc exponendum.¶Solutio: tribus modis exponitur.Primo ſic: ꝙ per hominem intelligitur homo uetus,per filium hominis homo nouus intelligitur. Secundo ſic, ut per hominem intelligatur quilibet bonus,per filium hominis Chriſtus.Tertio ſic, ut per hominẽ, & filium hominis idem intelligatur.ſ.Chriſtus. F Hebr.2 Quæ.23

MInuiſti eum paulominus ab angelis &c.Superius dixit, quòd melior effectus eſt angelis : hic dicit, quòd minoratus eſt eis : & nos , qualiter utrunque ſit uerum, diximus.hic autem quæritur , an ſimpliciter ſit concedendum, quòd Chriſtus minor ſit angelis . Quod ſic quidam uolunt probare. Chriſtus eſt omne , quod factus eſt, ſed factus minor,ergo minor eſt angelis.¶Solutio,non ẽſt dicendum ſimpliciter , quòd ſit minor angelis:hoc autẽ paulominus factus eſt minor,ſic intelligitur.i. ſecũdum aliquid minoratus eſt , ſcilicet ſecundum carnis infirmitatem,& paſſionem mortis , ut dicit authoritas:nec conſequens eſt,quòd ſi minor eſt ſecũdum aliquid,quòd ideo ſimpliciter ſit minor. G Quæ.24

OMnia ſubiecisti ſub pedibus eius. Omnia, aliquando uniuerſitatem colligit, ut omnes angeli cœli iuſti ſunt. Aliquando per determinationẽ in partem redigitur,ut omnia mea tua ſunt:hoc.n. dicit Deus pater ad ſeniorem filium, ideſt ad Iudaicum populũ : ideo per omnia hic intelligere oportet , non ea , quæ Deo ſecundum naturam conueniunt:ſed ea tantum,quæ ſunt neceſſaria ad ſalutẽ . Aliquando etiam omnia habet uim negationis , ut omnia , quæ audiui a patre meo , nota feci uobis.i. nulla niſi quę audiui . Vnde poteſt quęri:quomodo hic accipiatur cum dicitur , omnia ſubiecisti. H Pſal.8. Quæ.25

¶ Solutio, dicunt quidam, quòd in partem redigĩtur , & per omnia tantum angelos, & homines intelligunt . Sed ſi excellentiora ſubiecta ſunt Chriſto,quomodo non minora? Cum Ambroſius dicat, quòd ſicut a Dei opere nihil excipitur , ita nec a Chriſti poteſtate.Et Auguſtinus ait . Nulla creatura erit non ſubiecta,cui primates angeli ſubijciuntur. Et ipſe Apoſtolus oſtendit nil eſſe exceptum : cum ſubiungit.In eo enim,quòd omnia ei ſubiecit,nihil dimiſit non ſubiectum ei.

NVnc autem necdum uidemus omnia ſubiecta ei &c.Propheta ait , omnia ſubiecisti ei : quod exponens Apoſtolus ſubiunxit , nihil dimiſit non ſubiectum ei: quomodo ergo dicit hic: nec dũ uidemus omnia ſubiecta ei?¶Solutio: Dauid utitur pręterito pro futuro more ſuo ex certitudinẽ dicens:Omnia ſubiecisti ei . Apoſtolus intelligens ſuperius ait orbem futurum ſubiectum ei: & hic ait, necdum uidemus omnia ſubiecta ei:quaſi diceret , iam ex parte prophetia impleta eſt , ex parte adhuc implenda. I Quęſ.26 Pſal.8.

¶Sed dicet aliquis:non ne diuinæ diſpenſationi oĩa famulantur , cuius uoluntati nihil reſiſtere poteſt? & ſic tam uelint nolint ei ſubijciuntur uniuerſa. Quomodo ergo dicit Apoſtolus.Necdum uidemus omnia ſubiecta ei? ¶Solutio,ſubiectio alia eſt generalis,alia ſpecialis:Item alia occulta,alia neceſſaria, alia uoluntaria.Secundum generalem, & occultã, K obiectio

ac

ac neceſſariam iam omnia ſubiecta ſunt Deo: ſecundum uoluntariam nõdum omnia, quæ ſubijciẽtur, ſubiecta ſunt. Nondum omnis lingua cæleſtium, terreſtrium, & infernorum confitetur, quia Dominus Ieſus eſt in gloria patris. Nondum omnes inimici poſiti ſunt ſcabellũ pedum eius. Quod quidem totum fiet in futuro: ideo dicit Apoſtolus. Nondũ uidemus omnia ei. ſ. uoluntarie, uel palam. ¶Nota, quòd mente humana ſolus Deus maior eſt, non aliquis angelorum. Poſſunt quidem angeli maiores dici quàm homines quantum ad corpus & animum corporis corruptione aggrauatum: ſed non ad ipſam mentis puritatẽ, in qua aſſumpta eſt a uerbo.

M
Quæ. 27 VT gratia Dei pro omnibus guſtaret mortem &c. Mors Chriſti nõ omnibus profuit: quomodo ergo pro omnibus mortẽ guſtauit? ¶Solutio, uniuerſitas hic redigitur in partem. i. pro omnibus prædeſtinatis guſtauit mortem. Vel ideo dicitur pro omnibus guſtaſſe mortem, quia quantum in ipſo eſt omnibus ſufficit mors Chriſti.

N
Quæ. 28 DEcebat eum propter quem omnia, & per quẽ omnia &c. Quæritur, quomodo decuit Deũ patrem, authorem ſalutis fidelium per paſſionem mortis conſummare. In quo conſiſtit iſta decẽtia, cum potius uideatur indecens, quòd Dominus gloriæ moriatur? ¶Solutio, ſi Chriſtus non moreretur: homo periret: quod ſi eſſet, Deus ab uniuerſitate non glorificaretur: & hoc eſſet indecens, cum propter Deum glorificandum omnia ſint facta. Item ſi Chriſtus non moreretur, homo non ſaluaretur, & ſic diuina prædeſtinatio non impleretur, & hoc eſſet inconueniens, ut ipſa caſſaretur. Nec indecens erat, ut author ſalutis pro nobis moreretur, cum ſit proximus noſter, & frater, & deceat proximum prouidere utilitati proximorum quantum poteſt: unde ſequitur.

O
Quæ. 29 PRopter quam cauſam non confunditur fratres eos uocare &c. Quæritur, an ideo Chriſtus dicatur frater noſter, quia noſtræ naturæ factus eſt particeps, formam ſerui accipiendo. Sed cum natura ſuſcepta a Deo, communis ſit bonis, & malis, uidetur, quòd Chriſtus non ſolum ſit frater fidelium, ſed etiam infidelium. ¶Solutio, non ſolum ideo dicitur Chriſtus frater noſter, quia ipſe participat de natura noſtra, ſed etiam ideo, quia nos de plenitudine gratiæ eius accepimus. Ad hoc ergo, quòd aliquis dicatur frater Chriſti, oportet, quòd ei coniunctus ſit natura, & gratia.

P
Quæ. 30 ET ipſe. ſ. Chriſt° ſimiliter participauit eiſdem. ſ. pueris uel carne, & ſanguine. Sed quæritur, quomodo Chriſtus pueris participauerit? ¶Solutio, ideſt, factus eſt puer conſtans ex anima, & carne, ut expoſitor dicit. Vel participauit carne, & ſanguine, ideſt, factus eſt homo, & hoc ſimiliter ideſt paſſibilis, & mortalis.

Q
Quæ. 31 VT deſtrueret eum, qui mortis habebat imperium. Cum mors ſit pœna iuſte illata a Deo, & ita a Deo eſſe non inconuenienter dicatur: Quæritur: quomodo diabolus dicatur author mortis: Non. n. idem uidetur poſſe eſſe a Deo, & a diabolo. ¶Solutio, quia mors accidit ex peccato, quod diabolus perſuaſit; ideo imperium mortis habet, uel habere dicitur, quia cauſa mortis fuit, ideo author appellatus eſt: unde dicitur, quòd Deus mortem non facit. i. cauſa eius non habet eſſe ex Deo. ¶Nota, quòd hæc eſt iuſtitia, qua redempti ſumus, Quia enim fudit diabolus ſanguinem non debitoris, iuſſus eſt reddere debitores: & quia fudit ſanguinem innocentis, in quo nihil inuenit, eſt iuſſus recedere a nocentibus, quos quodam iure uidebatur poſſidere.

DIcit expoſitor, quòd niſi homo eſſet, qui diabolum uinceret, non iuſte, ſed uiolenter ho- R
mo ei tolleretur. Sed non ne diabolus iniuriã Deo fecerat, qui ſeruum prius fraudulenter decepit, & poſt uiolenter poſſedit? Quam ergo iniuſtitiam faceret Deus, ſi ſolo uerbo potentiæ ſuæ eriperet hominem de manu iniuſtiſſimi inuaſoris? ¶Solutio, omnia opera Dei iuſta, ſed in quibuſdam etiam eſt manifeſta potentia, & latet iuſtitia: in quibuſdam etiam occulta latet potentia, & manifeſta eſt iuſtitia. Si ergo Chriſtus in liberatione noſtra uteretur manifeſta potentia, & occulta iuſtitia, poſſet uideri alicui minus diſcreto, quòd homo non iuſte, ſed uiolenter diabolo tolleretur: ut autem omnis iniquitas oppilaret os ſuum, uſus eſt Dominus noſter in noſtri redemptione manifeſta iuſtitia, & occulta potentia. Quæ. 32

VT liberaret eos, qui timore mortis &c. Quæ- S
ritur: cuius ſeruituti ſubditi erãt, quos liberauit Dominus? ¶Solutio, diabolus ante aduentum Chriſti effectum nequitiæ ſuæ per mortem obtinuit: cuius timore deiiciebat, quos nullo alio mõ potuit deiicere. Nam pro uita ſua omnia dabant. Quæ. 33 Iob. 2.
Vnde in Iob legitur: Pellem pro pelle, omnia, quæ habet homo, dabit pro anima ſua. Itaque timore mortis uicti cedebant, & tentationi ſuccumbebãt, donec Chriſtus uenit, qui moriendo, & reſurgendo timorem mortis tulit de medio. Vnde ſancti mortem irrident, & cupiunt diſſolui, & eſſe cum Chriſto. Vel timore pœnæ poteſt intelligi, quo Iudæi ſub lege ſeruiebant, quos Chriſtus euacuata lege per gratiam a legis onere, & ſeruili timore liberauit.

NVſquàm enim angelos apprehendit &c. Quæ- T
ritur: an Deus poſſet aſſumpſiſſe angelicam naturam in unitatem perſonæ ſicut fecit humanã? Quæ. 34
¶Solutio, uidetur nobis, quòd potuit, ſed noluit: in quo dignitas generis noſtri intelligitur: homini. n. qui minus acceperat angelis in ſua creatione, plus collatum eſt in ſua glorificatione per gratiam. Non enim natura humana adorat ſupra ſe naturam angelicam, ſed potius econuerſo.

VNde debuit per omnia fratribus aſſimilari. V
Non ne per ſolam gratiam aſſimilatus eſt fratribus in hoc, quòd homo natus eſt, quòd educat°, Quæ. 35
paſſus, mortuus? quomodo ergo dicit Apoſtolus, quòd hoc debuit, cum hoc non ſit debitum, ſed donum Dei gratuitum? ¶Solutio, non dicit ſimpliciter debuit, ſed addidit, ut miſericors fieret: moriendo enim non poſſet nobis miſereri, niſi fieret prius paſſibilis, & mortalis. Vel ideo dicit, debuit. i. decens fuit fratribus aſſimilari. Per hoc enim, quòd noſtras infirmitates, & mortem pro nobis pertulit,

nos

nos ad humilitatem prouocauit, & charitatem in nobis accendit.

X Quę.36. IN eo.n.in quo paſſus eſt ipſe, & tentatus potens eſt &c.Non ne ante paſſionem, immo añ incarnationem potens erat tentatis auxiliari?non.n.eius potentia per paſſionem eſt augmẽtata,q̃d eſt ergo: in eo in quo paſſus:potens eſt eis,q tentantur,auxiliari?¶Sol.poſt paſſionẽ bñ nouit ẽt per experimentũ q̃ ſit illa tentatio, & tribulatio patientiũ: uñ cũ multa alacritate ꝓtendit manum ad cõpatiendum: iõ dr̃,potens hæc facere,& pfecte hæc noſſe.Scit.n. q̃ ſunt illi,q̃ ꝓ ipõ patiũtur:nouit qñ, & qũo qbus manũ debet porrigere.Vñ Propheta.Factus eſt Dñs refugiũ paupi in opportunitatibus in tribulatione.

Pſal.9. Y Heb.3. Quæ.37. QVanto ampliorem honorem babet domus q fabricauit illã &c.Non ne ſæpe ille,q diſpenſat in domo maiorem habet in ea gloriã, q̃ ille q fabricauit eã?qũo ergo dicit Apoſtolus,quãto ampliorem &c.¶So.hoc intelligendũ eſt de domo ſpirituali:quaſi diceret,Chriſtus tanquàm Dominus,& creator maior eſt Moyſe ſeruo, & miniſtro.

Z Quæ 38. SCd̃m diem tentationis &c.Quæritur,a quibus ñat tentatio.¶So.tentat hõ, ut ſciat qd̃ ignorat, ſm quã acceptionem tentatio eſt q̃dã ai blãda ꝑcurrens experientia,ad aliqd agnoſcẽdũ qd̃ prius ignorabatur.Tentat Deus, ut ꝓbet per afflictionem,& tribulationem,ut ꝓbatũ coronet.Tentat diabolus ut deijciat aliqnem in pc̃m̃:uñ dr̃,& ne nos inducas in tentationẽ.i.ne ſinas deijci in pc̃m̃. Tentat caro,cũ eius motus inordinatos ſentimus. Tentat mũdus,cũ nos p uanitatẽ ad amorem ſui ꝓuocat.

Matt.6.

A Quę.39 PRopter qd̃ offenſus ſui &c.Alia trãſlatio habet ꝓximus ſui.qũo ergo ſi offenſus,fuit ꝓximus: & ſi proximus,qño offenſus? & ſi utraq; lr̃a nõ põt ſtare,utra potius tenenda?Sol.ꝓximus fuit adhibẽdo correctionis flagella:qa proximi eſt ꝓximũ corrigere.Offenſus fuit, & iratus,qa per flagella ẽt noluerunt pęnitere.Vel bonis 40. annis ĩ hoc põt intelligi iratus:qa tãto tpe nõ eos introduxit in terrã ꝓmiſſionis:hãc tñ ſniam non ur̃ ſequens lr̃a approbare.Malis uero in hoc põt intelligi ꝓximus 40.annis,quia tãto tpe eos ſuſtinuit, nec ex toto deleuit.

B Quæ.40 SI introibunt in requiem meam.Quæritur, qua figura id ſit dictũ.¶Sol.figura eſt,q̃ dr̃ apoſiopeſis,& eſt ſenſus:ſi hoc erit,quodlibet impoſſibile erit,uel non amplius credatur mihi in aliquo.Nota quatuor eẽ ſabbata, ſiue requies. Prima requies eſt illa Dei,de qua ſcriptum eſt in Geneſi, Et requieuit Deus die ſeptimo. Secunda requies eſt terra ꝓmiſſionis.Tertia,quies mentis.Quarta eſt æterna. Prima,& quarta Dei:ſecunda,& tertia hominis.Prima figura eſt quartæ,ſecunda tertiæ.

*Quattuor Sabbata reperiuntur.*

C Quæ.41. SIcut iuraui in ira meã &c.Quæritur:qd hic uocetur ira Dei:conſtat.n.ꝙ talis paſſio non cadit in Deum.¶Sol.iram uocat Dei immobilem æternæ iuſtitiæ ſententiam,per figuram,quæ dr̃ anthropopathos: quæ fit quotiens ea, quæ de hoĩbus dicta paſſionẽ ſignificant,Deo figuratiue attribuuntur. Iurat ergo Deus in ira,qñ firmiter ſtatuit punire ꝓ peccati obſtinatione. ¶Nota quatuor eſſe genera ſymbolorum.i.ſignorum.i.eorum, quæ figuratiue dicuntur de Deo.Alia.n. ſymbola ſunt ſimilia, & ſunt a rebus corporalibus ſumpta,ut ignis,lux,ſol, & alia hmõi. Alia ſimilia & a rebus incorporeis ſũpta,ut ratio,intellectus,ſpiritus,& ſimilia. Alia ſunt diſſimilia & a rebus corporeis ſũpta, ut leo, urſus, uęrmis,& eiuſmodi.Alia ſũt diſſimilia,& a reb⁹ ĩcorporeis ſũpta ut ira,furor,dolor,pęnitẽtia,& ſimilia.

D Quæ.42 VT nõ obduretur quis ex uobis fallacia peccati &c.Quæritur: qd uocet fallaciã pc̃i, ¶Solu. fallacia pc̃i eſt cũ qs ꝑſumit de gr̃a Dei:& hac ſecurus fidutia iacet in pc̃is. Vel qñ ꝓmittit qs,ꝙ in futuro anno ſe corriget,ut in præſenti ſecuri⁹ peccet. qd̃ fit autbore diabolo. ¶Põt ẽt triplex fallacia hic notari:ut Prima ſit,qñ prano motui cõſẽtim⁹. Secũda, quando ad opus malũ prorumpimus. Tertia. quando in peccatis conſuetudine delectamur.

*Fallacia. Triplex.*

E Quæ.43 QVibus aũt infenſus eſt quadraginta annis &c. Quæritur quomodo id intelligatur.¶Soln. quadragenarius indicat integritatem annorũ: ideo infenſus dicitur illis quadraginta annis,quia iraſcitur peccantibus uſq; in finem uitæ ſuæ.

F Hebr. 4. Quæ.44 ET quidẽ operibus ab inſtitutione mundi &c. Quærimr: ubi fiat mentio de illa requie æterna,quæ ſignificatur per terrã promiſſionis:nã de requie ſabbati ibi agitur.Et requieuit De⁹ die ſeptimo ab oi opere,qd̃ patrarat. De requie nerò terræ Paleſtinæ ibi mentio uidetur fieri,ubi dr̃: Si introibũt in requiem meã.¶Sol.ubi agitur de requie ſabbati, uel de reqnie terræ Paleſtinæ ſm lr̃am, ibidẽ agitur d̃ uera requie anagogice,q̃ p illas duas ſignificatur.

Gen. 2.

G Quæ.45 REquieuit Deus die ſeptimo &c. Dicit ſcriptura,ꝙ ſex diebus Deus fecit oĩa opera ſua,ut nihil nouum poſtea faceret: ſed nõ ne quotidie creat nouas aĩas?qũo ergo nihil nouum facit? ¶Sol.nihil facit Deus niſi de materia in prima conditione facta,ut quælibet corporea: uel ad ſimilitudinẽ iam tunc factorum,ut ſpũs ĩcorporeos.ſ.humanas aĩas.

H Quæ:49 ITerum terminat diem quendam hodie &c.Quęritur,qũo per hoc,quod bic inducit Apoſtolus, cogat Iudæos ad intelligendã requiẽ aliã ab illa, q̃ erat terræ ꝓmiſſionis,dicẽdo, Hodie ſi uocem eius audieritis.&c.¶Sol.illi, quibus ſcribebat,fidem habebant,& Dauid prophetam eſſe credebant:ſm qd̃ neceſſe erat alium diem, & aliã requiem intelligere ab illa terræ promiſſionis reqe ex prophetę uerbis ibi poſitis: & ſic procedit probatio Apoſtoli.

Quęſ.47 VIuus eſt .n. ſermo &c. Dicit expoſitor, ꝙ filius Dei uidet,qũo ratio,& ſenſualitas in ſuis differentijs cõueniunt:ſed nõ ne ĩ differentiis differunt? qũo ergo in differẽtijs ſuis cõueniunt: Nunquid aliqua poſſunt in eodẽ conuenire, & differre:¶Solu. non dicit, quòd in differentijs, quibus ratio differt a ſenſualitate, uel ediuerſo, hæc duo conueniant: ſed quod ratio differentias habet, quibus ipſa a ſeipſa diſtinguitur, dum in Deum inhiat de diuina uſia cogitans, uel inferius cæleſtia conſiderans,inuiſibilium ſpirituum naturas contemplatur, uel in terra de mundanis recte ptractãdis agit. Similiter & ſenſualitas differentias hẽt, quibus a ſeipſa diuiditur, dũ plus dedita infimis rebus ĩferior eſt,uel ab illis reuocata dignior eſt.Videt itaque filius Dei qño ſuperior differentia ſenſualitatis cõſẽtiẽdo cõuenit cũ differẽtijs rõnis:uel ĩferior differẽtia rõnis ꝑlla, & captiua aliqñ cõſentit inferiori differentiæ ſenſualitatis.¶Nota,ꝙ aĩa ponitur uel pro ſenſualitate, Anima

taτe,uel pro carnalibus peccatis,uel pro carnalibus
Spiritus. cogitationibus:ſic & ſpũs ꝓ rõne, uel ꝓ ſpiritualibus peccatir, uel pro bonis cogitationibus ,Cũ dr,
ꝙ ſermo Dei pertingit uſq; ad diuiſionem aĩæ , &
ſpũs.unde triplicem expoſitionem inuenies in glo.
propter triplicem animæ,& ſpiritus acceptionem.

K T Entatũ per oĩa ꝓ ſimilitudine abſq; pc̃tõ . In
Quę.48. eo ꝙ tẽtatus eſt,ſcit cõpati.In eo ꝙ abſq; pc̃tõ
põt liberare.Dicit expoſitor, ꝙ impaſſibile eſt hoĩ
ſcire afflictorũ afflictiones,niſi eas expertus fuerit
Sed non ne multi ex ſolo uiſu ſciũt aliorũ afflictiones,quas nunq̃ paſſi ſunt:adeo ẽt ꝙ eis cõpatiuntur?
qũo ergo uerũ eſt,ĩpoſſibile eſt hoĩ &c.¶So.non expert⁹ nõ ſcit ita ꝑfecte ſicut ille, q ꝑ experimẽtũ nouit:quẽ modũ cognoſcẽdi notat Apoſtol⁹ dicẽs:Nõ
habemus põtificẽ q̃ nõ poſſit cõpati,id eſt,nouerit.

L N Ec quiſq̃ ſumit ſibi honorẽ &c.Non ne multi
Heb.5. maxime in hoc tampore ſeipſos ingerunt:&
Quę.49. non uocati etiam quandoq; per uiolentiã ſumunt
ſibi honorẽ?qũo ergo uerũ ẽ:nec q̃ſq̃ ſumit ſibi honorẽ.¶So.nemo pie,& religioſe agens ſeipsũ ĩgerit.

M N Eq; Chriſtus ſeipm̃ glorificauit &c.Cum hęc
Quę.50. glorificatio patris de filio facta ſit ſecundum
humanam naturam.

M Q Vęritur:qũo hęc authoritas,Ego hodie genui
Quę.50. te,quę ſm̃ Augu.exponitur de ęterna gñatione , in hoc loco ab Apoſtolo inducitur : qũo
pater dicens , Ego hodie genui te, teſtatur Chriſtũ
ſm̃ ꝙ hõ,filiũ ſuum eſſe, & mundi redemptorem?
¶So.Hieronymus dicit,ꝙ hæc authoritas de humana Chriſti gñatione ſic intelligitur : hodie.i.in tp̃e
grãę,& lucis:genui te.i.ĩcarnaui te:uel genui.i.oñdi
te eſſe genitũ:ſm̃ qđ bene ĩducitur hæc authoritas.

N S Ecundum ordinem Melchiſedech &c.Dicit ex-
Quę.51. poſitor,ꝙ tp̃alis non fuit Melchiſedech:ſed nõ
ne homo fuit tm̃,& ſic tp̃alis: quia oĩs homo eſt tẽ
poralis?¶Sol.ideo dictum eſt,ꝙ nõ eſt temporalis:
quia ſcriptura ſubticuit eiuſdem initium,& finem
uitæ,in figura Chriſti , qui caret initio , & fine. Vel
poteſt dici ſacerdos non temporalis propter eius
ſacerdotium,quod manet in Chriſto in æternum.

O E Xauditus eſt ꝓ ſua reuerentia &c. *Quæritur* :
Quę.52. quid ſit Chriſtum exauditum eſſe pro ſua reuerentia.Non ne Stephanus ſimiliter exauditus eſt ꝓ
ſua reuerentia,& cęteri ſancti?Quid ergo magnum
de Chriſto ſi ſit exauditus ꝓ ſua reuerentia?Sol.Nõ
eſt mirum ſi q̃dam dicantur de Chriſto cõia martyribus,cum q̃dam ẽt cõia legalibus ſacerdotibus hic
Ioan.1. ponantur.Põt tñ dici,ꝙ Stephanus exauditus eſt ꝓ
reuerentia Chriſti potius q̃ ꝓ ſua: Chriſtus.n. ꝑ ſe
intrauit,alij ꝑ ipsũ:unde & de plenitudine eius oẽs
accepim⁹ : & ſic aliqd ſpeciale dr de Chriſto cũ legitur,ꝙ exauditus eſt ꝓ reuerẽtia ſua:q̃ ĩ hoc notatur,

P ꝙ ſine pc̃tõ,& ſola charitate mortu⁹,& paſſus eſt.
Quę.53. D Idicit ex his,q̃ paſſus eſt obedientiã &c.Ea diſcimus,q̃ ignoramus:cum igitur Chriſtus oĩa
nouerat tanq̃ Deus,qũo didicit qđ non ignorauit?
¶Sol.hæc qõ iam ſatis ſuperius eſt agitata. Dictum
eſt.n.ꝙ duplex eſt cognitio,una cõprehenſionis,altera experientiæ:illã,q̃ eſt cõprehenſionis, ab æterno habuit,alteram uero didicit ex tempore.

Q Q Vę ſunt elementa exordij ſermonum Dei &c.
Quę.54. Quæritur : quæ ſit differentia inter hæc tria,
elemẽta,exordiũ,ſermonẽ Dei?Sol.ſermonẽ Dei uocat doctrinã euãgelicã;exordiũ ſymbolũ, & orationem dñicam:elemẽta ſunt materia,quam ſymbolũ
continet,ut natiuitas,paſſio,& alij fidei articuli.

O Mnis,qui lactis eſt particeps &c.Dicit expoſi- R
tor, qui non capit,uerbum caro factum eſt: Quę.55.
qũo capiet,in principio erat uerbum.Quæritur ergo:qũo ad intelligendum leuius ſit,uerbum caro factum eſt,q̃ iſtud,in principio erat uerbum:cũ iſtud
de incarnatione uerbi ſit cõtra rationem humanã:
illa uero altiora,& de perſonarũ Trinitate, & unitate eſſentiæ ratione inueſtigentur, ut ex prophetis apparet? Solu.illa de incarnatione ideo leuiora
dicta,quia uiſibiliter exhibita sũt: hæc uero difficiliora , quia paucorum ſolo intellectu cõprehenſa.

I Tem quæritur:qũo illi, quibus loquitur Apoſto S
lus hic,indigebant , ut docerentur quæ ſint ele- Quę.56.
menta exordij ſermonum Dei.Non ne fideles erãt?
qũo ignorabant natiuitatem,paſſionem,& alios articulos fidei : cum ſine his nemo fidelis eſt ? ¶Solutio:illi hæc ſciebant,ſed non plene.

Q Vapropter intermittentes ſermonem &c.Cũ T
illis neceſſarius eſſe uideatur ſermo inchoa- Heb.6.
tionis, qũo dicit intermittentes inchoatio- Quę.57.
nis ſermonem?¶So.Senſus eſt :non ſemper immorari debetis in his,quę ad inchoationem pertinent,
ſed ad perfectionem tendere.

N On rurſus iacientes fundamentum &c. Hoc V
uidetur contrarium prædictis.Si.n. elemen- Quę.58.
torum adhuc indigebant doctrina:fundamentum
erat illis neceſſarium,¶So.glo. huic quæſtioni ſufficiũt exponẽtes qualiter nõ rurſus debeat intelligi.

A B operibus mortuis &c.Mortua opera uocat X
pc̃tã mortalia,uel opa bona, quæ per malum Quę.59.
ſupueniens ſunt mortificata;quęritur ergo quõ uerum ſit,ꝙ nullum bonum ſit irremuneratum,ſicut
nullum malum impunitum.¶Solu.talia bona ideo
mortua dicuntur , quia non ꝓſunt ad uitam æternam:& tñ in hoc remunerabuntur , quia minus in
futuro puniẽtur,q illa fecerunt: Vel forſitan tp̃ale
commodũ pro eis datum eſt.Item talia bona mortua dicuntur, quia per pœnitẽtiam reuiuiſcere poſſunt ſm̃ quoſdam : non ideo ꝙ amplius pro eis remunerentur : ſed quia ex bonis ante factis facilius
gratiã conſequentur.Nobis aũt uidetur , ꝙ deleto
peccato per pœnitentiam,per quod erant mortificata , ſicut prius antequàm eſſent mortua , digna
ſunt uita æterna.

B Aptiſmatum &c.Quęritur quomodo hic dicat Y
pluraliter baptiſmatum,cum alibi dicat:Vnus Quę.60.
Dñs, una fides , unum baptiſma &c.ſi unum , qũo Ephe.4.
plura?¶So.ſicut dr una fides non numero , ſed gñe
ut tradit authoritas , ſic põt dici unum baptiſma
non numero,ſed gñe,quia una forma:nec poteſt
iterari:& quia eſt ibi una trium perſonarum operatio,plura quantum ad ſingulas ablutiones dicuntur.Vel ideo baptiſmatum in plurali dicit, quia eſt
baptiſma in aqua,in potentia,in ſanguine: nec hoc
ideo, quòd ſacramentum baptiſmatis celebretur
niſi in aqua: ſed quia uicem baptiſmi ſupplet,ſan- Obiectio.
guinis effuſio,fides,& pœnitentia:ibi duntaxat ubi
articulus neceſſitatis , nõ cõtemptus religionis ex- Ioan.3.
cludit ſacramentum baptiſmatis . Cui ſolutioni ſic

obijcitur. Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto, nõ intrabit in regnũ cœlorũ. Fm hanc authoritatem uidetur, ꝙ nullus dignus ſit ſalute ſine ſuſceptione huius ſacramenti. ¶ Sol. doctores ſic prędicta uerba Dñi exponunt: niſi quis renatus fuerit ex aqua &c. i. niſi quis renatus eo ſpũ, & regeneratione fuerit, qua renaſcũtur illi, q renaſcuntur ex aqua, & Spũ ſancto, non põt ſaluari. Hoc aũt ſpiritu diuerſis modis renaſcuntur hoĩes. Renaſcuntur alii p pniam; alij p effuſionẽ ſanguinis; alij p baptiſma. ¶ Nota, ꝙ fundamentum chriſtianæ religionis diuiditur in ſex, q hic ponitur ab Apoſtolo. ſ. pnia, fides, baptiſma, manuũ impoſitio, reſurrectio, futurũ iudicium: q ad inſtructionem neophytorum pertinent.

*Renaſci multipliciter contingit.*

Z Quæ.61 IMpoſſibile eſt eos, qui ſemel illuminati &c. Hic uidetur Apoſtolus grauiter prolapſis negare pœnitentiã, ſicut in ſequenti, ubi dicit: Voluntarie peccantibus iã nõ relinquitur hoſtia ꝓ pctõ. ¶ Sol. nobis uidetur, ꝙ ... obiq; ... Spm ſanctum, in cuius ... quicunq; ſemel inciderit, impoſſibile eſt, ... conſequatur ... ſalutem. ¶ Doctores uero dicunt, ꝙ hic impoſſibile &c. non negat omnem renouationem, ſed tantum baptiſmatis iterationem. Vel de futuro ſtatu poteſt intelligi: cui ſententiæ quædam gloſſæ deſeruiunt.

A Quæ.62 DIcit expoſitor, ꝙ baptiſma ualet & contra ſequentia pctã. Sed quæritur: quõ ... quæ nõ dum ſunt facta, iã ſint dimiſſa. ¶ Sol. ... quidã, ꝙ ideo baptiſma dicitur ualere contra ſequentia pcta, quia per gratiã in baptiſmate collatã futura peccata uitantur. Sed ſm hanc ſolutionem quid eſt hoc, ꝙ in eadem gloſſa ſequitur, ſi pnia de his agatur? Nobis ſic uidetur eſſe intelligendum, ꝙ baptiſma ualet contra ſequentia: quia ex uirtute baptiſmatis minore ſatiſfactione deleri poſſunt: ut ſi contingat fidelem, & infidelem idem peccatum committere: pœnitentia, quæ ſufficit renato ad ſalutem, eadem infideli, uel nondum renato non ſufficit. Hoc dico abſque præiudicio melioris ſententiæ.

B Quę.63 Matth.5 IVrauit Dñs per ſemetipſum &c. Cum Dñs in euãgelio dicat: Sit ſermo ueſter eſt eſt, non non: qd aũt amplius eſt, a malo eſt: q ... quõ iurauit Dñs tunc Abrahæ. Nunquid non crederet, uel tardius crederet Abraham Deo, ſi promitteret ſine iuramento? ¶ Sol. non propter Abraham iurauit Dñs, cum ſine iuramento ei firmiter crederet: ſed propter eos, qui poſt eum futuri erant, qui promiſſionẽ factæ Abrahæ aut omnino non crederent, aut tardius crederent niſi eſſet per iuramentum confirmata, & ſic iuramentum illud fuit non a malo Abrahæ, ſed illorum, qui futuri erant.

C Quæ.64 SI quæratur: quare iurauit Dñs per ſemetipſum. ¶ Sol. quia ſ... homines per maiorem ſui iurare, Deus autem non habuit maiorem: unde conſtat eos peccare, qui per aliquid inferius iurant. Nã illud, p qd iurant, quodãmõ ſuperius ſe cõſtituunt.

D Quæ.65 ET omnis controuerſiæ eorum finis iuramentum. Quid ergo dicemus de iudicio ignis, uel aquæ, uel aliorum huiuſmodi, quæ recipere uidetur eccleſia. Non ne in illis etiam finis controuerſiæ cõ ſi...? ¶ Sol. hæc iudicia eccleſiæ non ſunt: unde & rei multoties inde abſoluuntur, & nõ rei quandoq; iudicantur: quod nequaquam fieret, ſi mater eccleſia hæc liberet. Vnde in quibuſdã locis potius hæc tolerat, quam commendat. Sed ... idem iudiciũ debet fieri de iuramento. ... ſuccedimus. Non enim eccleſia inſtituit ..., nec prędicta.

E Heb.7. Quæ.66 SEcundum ordinem Melchiſedech. &c. Quæritur: quõ Sol. Chriſtus ſm ordinẽ Melchiſedech pontifex multis modis dr. Tum quia ille rex, & ſacerdos ſolus fuit, ita Chriſtus. Tum quia non oleo uiſibili, ut Moyſes inſtitutus fuit, ſed oleo exultationis, & puritate fidei unctus eſt: nec ... ſed in pane, & uino oblato ſacrificium Chriſti dedicauit: ſic & Chriſtus Spiritu ſancto unctus eſt a patre: qui ſemetipſum in ara crucis Deo patri obtulit: & quia uerum corpus & ſanguinem in cœna diſcipulis dedit, & quia eius ſacerdotium manet in æternum ſecundum ritum, & dignitatem.

F Quę.67. QVæritur, quid illa oblatio Melchiſedech in pane, & uino profuit ſumentibus: ¶ Sol. dicunt quidam, ꝙ ..., qui ſumebant cum fide, quantũ nunc corpus Chriſti prodeſt. Quod nobis nõ uidetur eſſe uerũ: ... ſacramenta legalia, uel legis ſcriptæ tantum profuerunt, uel prodeſſe potuerunt, quantum ſacramenta ... gratiæ.

G Quæ.68 QVod minus eſt, ſine ulla cõtradictione benedicitur. Non ne ſæpe uir ſanctus benedicitur ab eo, qui eſt minoris ſanctitatis: ut cum monachus bndicitur ab aliquo ſacerdote ſeculari. quõ ergo uerũ eſt: qd minus eſt, benedicitur a maiore? ¶ Sol. poteſt aliquis eſſe minor aliquo excellentia meritorum, & maior eodem dignitate: hic autem agitur de maioritate, & minoritate, quæ cõſiſtit ſecundum dignitatem. Quod ergo minus eſt dignitate, benedicitur ab eo, quod eſt maius ... excellentia. Nec agitur hic de qualibet benedictione, ſed de ... tantum, quæ conuenit conſecrati.

H Quæ.69 PEr Abrahã, & Leui, qui decimas accepit, decimatus eſt &c. Di... Auguſtinus, ꝙ ... Adam peccante, qui in lumbis eius erant, peccauerunt, ſic Abraham decimas dante, qui in lumbis eius erant, decimati ſunt. Sed nunquid Chriſtus in Adã peccante, peccauit: uel Abraham decimas dante, decimatus eſt, ... utrunq; ſm carnẽ? Cum ergo Leui, & Chriſtus in lumbis Abrahæ pariter fuerint: quõ Leui eſt decimatus, & non Chriſtus? Vel ſi Chriſtus eſt decimatus ſicut Leui: quõ pbat Apoſtolus ſacerdotium Chriſti ſacerdotio Leuitico maius eſſe per hoc, ꝙ ... Leuiticus in Leui, ... decimat in Abraham? ¶ Solutio: erant quidã, & forte adhuc ſunt dicentes carnẽ Chriſti ab Adã uſq; ad uirginẽ integram, & incorruptã ſeruatam eſſe, ... nõ ſunt audiẽdi. Leui ergo eſt decimatus, & non Chriſtus, quis uterq; ibi fuerit, quia Leui inde contraxit unde decimationi ſubiacuit, id eſt, culpã. Chriſtus aũt nihil inde cõtraxit, unde decimationi foret ſubiectus: cuius caro nõ uulnus, ſed uulneris medicamentũ inde contraxit.

I obiectio ¶ Cui ſolutioni ſic obijcitur. Tota caro, quæ fuit in Yſaac ex Abrahã deſcendit ſm ... per concupiſcentiã: ſed caro Chriſti fuit in Yſaac: ergo caro Chriſti per concupiſcentiã deſcendit ex Abrahã. ¶ Sol. non eſt ſimpliciter cõcedendũ, qd caro Chriſti p concupiſcẽtiã inde ſic deſcẽderit: hoc. n. eſſet, ꝙ p cõcupiſcẽtiã fieret caro Chriſti: põt tñ cõcedi p diuiſionẽ: qdã caro, q poſtea fuit Chri-

ſti ſecundũ cõem legẽ, inde deſcẽdit, quæ aque primo hoĩe uſq; ad Mariã ſub originali fuit peccato.

K Quæ.70. TRanslato ſacerdotio neceſſe eſt legis fieri trãſlationem. Quæri põt; qũo ad ſacerdotii tranſlationem neceſſario ſequatur legis translatio. ¶Solutio: quia.n. ſimul ab eodem ſub eadem ſponſione utraque data ſunt: quod de uno aſſeritur, & de altero neceſſario intelligitur. Vel ideo translato ſacerdotio neceſſario transfertur lex: quia ideo fit traslatio ſacerdotii, ꝙ eius miniſterio nemo iuſtificabatur & ſic pp ſuam inſufficientiam, & infirmitatem trãſlatum eſt: ſed lex æque inſufficiens, & infirma. Vnde

Heb.7 Apoſtolus: nihil ad perfectum adduxit lex. Eadẽ ergo neceſſitate transfertur ipſa. Quia neutrum ergo potuit conſummare, utriuſque fit translatio: quod figuratum in ſacerdote, & leuita, languidum, qui incidit in latrones, tranſeuntibus, & miſericordiam curationis non conferentibus.

Luc.10 L Quæ.71. MAnifeſtum eſt autem, ꝙ de Iuda ortus eſt Dñs noſter. Quæritur igitur: an ẽt mater eius? Solutio: quæſtionem illam, quam ſuperius poſuimus ſuper epiſtolam ad Timotheum, reuoca ad memoriam, quã faciunt uerba Origenis dicentis, ꝙ Maria tñ fuit de tribu Leui, & pp Ioſeph tantũ dictus eſt Dñs de tribu Iuda. Sed ſicut dixi, duæ tribus pmixtę erant regalis, & ſacerdotalis, & uirgo ex parte patris de tribu Iuda fuit, & ex parte matris de tribu Leui.

M Quæ.72. NIhil ad perfectum adduxit lex &c. Non ne quidam perfecti erant tpe legis, ut Dauid, & alii multi, & iuſtitiã illam, qua iuſti erant, ex obediẽtia diuinę legis habebãt? qũo ergo ex lege iuſti nõ erãt? ¶Sol. iuſti illius tpis nõ ex lege, ſed ex fide futuri iuſtitiã habebant: lex.n. delicta oſtendit, non abſtulit.

N Quæ.73. AD interpellãdum ꝑ nobis &c. Quæritur: qũo Chriſtus interpellet pro nobis. ¶Solutio: dicit expoſitor, ꝙ repræſentatione ſui: quod ſic intelligẽdum eſt, ꝙ meritum paſſionis ſuæ, quam in ſua humanitate exhibuit, nos credentes patri reconciliat.

O Quæ.74. QVi nõ hẽt quotidie neceſſitatẽ. Quæritur de ſacrificiis legis, quid utilitatis contulerunt: nũquid peccatorum remiſſionem? Sol. pro quibuſdã pctis peccantes ꝓhibebãtur, ab ingreſſu, & p ſacrificia ſic recõciliabãtur, ut liceret eis ingredi ĩ tẽplũ: nõ aũt p talẽ remiſſionẽ fiebãt digni uita ęterna.

P Heb.8 Quæ.75 SI ergo ſup terrã eſſet, nec eſſet ſacerdos &c. Quæritur: qũo hæc intelligẽda? ¶Sol. huius capituli litera minus cõtinẽs eſt, & deciſa, ideoq; caliginẽ ingerit. Vnde quinq; exponitur modis, ſicut hẽtur in gloſſis. ¶Nota: in oĩ ſacrificio quatuor cõſiderãtur.ſ. cui offeratur, & a quo offeratur, qd offeratur, & ꝓ quibus offeratur. Idẽ ipſe unꝰ utriuſq; mediator p ſacrificiũ pacis recõciliãs nos Deo, unũ cũ illo maneret, cui offerebat; unũ in ſe faceret, ꝓ quibus offerebat, unus ipſe eſſet, qui offerebat, & quod offerebat.

Q Quæ.76. QVi exẽplari, & umbrę deſeruiunt &c. Quæritur: qũo hic dicatur exẽplar. ¶Sol. ueritas in mõte Moyſi oſtenſa dr̃ figuratũ iuxta ſe factarũ exẽplar. Itẽ ipſæ figuræ dicũtur exẽplar ueritatis: q̃ poſtea ĩpleta eſt: & ſic ipſæ figuræ diuerſo reſpectu & exẽplũ, & exẽplar dici poſsũt. Exẽplar.n. ꝓprie dr̃ ad cuiꝰ ſimilitudinẽ aliqd fit: exẽplũ, qd ide trahitur.

R Quę.77 NAm ſi illud prius culpa uacaſſet &c. Non ne lex bona, ſãcta, & a Deo data? qũo ergo nõ uacat a culpa. ¶Solu. ea rõne dr̃ uetus teſtamentum a culpa nõ uacare, qa dr̃ lex operum.ſ. quia non iuſtificat, & quia p̃ ipſum qd nõ põt ſine gratia.

QVæritur, cur non eo ritu Deum, quo coluerunt eũ Hebræi: ¶Solu. quia aliud Deus pręcepit nobis, per patres noui teſtamenti: neq; hæc contra uetus teſtm̃ ſũt, quę nos obſeruamus: ſed in illo p̃dicta, & p̃nunciata. S Quę.78.

ITem cur authoritatẽ illius teſtamẽti teneamus. ¶Sol. ne prophetas extinguamus: & teſtimoniũ de medio offeramus ueritatis. Cum ergo aliquid legitur, qd a nobis non obſeruatur: quærendũ eſt tñ qd ſignificet, non repræhẽdendũ: quia eo ipſo, ꝙ iã non obſeruatur, nõ dãnatũ, ſed impletũ probatur. T Quę.79.

ITẽ quæritur, uñ illud uetus dicatur teſtamentũ, hoc nouũ, cũ lex impleatur per nouũ teſtm̃. ¶So. uetus teſtm̃, uetus uocatur ꝓ ueteri noxa, q̃ p literã iubentẽ, & minãtẽ nõ ſanatur. Hoc aũt nouũ dr̃ pp nouitatem ſpũs, quæ hoiem ſanat a uitio uetuſtatis. V Quę.80.

¶Nota diligenter q̃ ſit differentia inter duo teſtamenta: illud uetus, hoc nouũ. Ibi lr̃a, q̃ ſola occidit, hic ſpũs uiuificãs. Illud ſcriptũ eſt ĩ tabulis lapideis: hoc in mẽtibus & in cordibꝰ. Illud ꝓmittit terrena: hoc cæleſtia. Illud habet ſacra ſolũ ſignificantia, non conferentia: hoc habet ſacramenta ſignificantia & conferentia. Item nota, ꝙ teſtm̃ dr̃, & ipſa ꝓmiſſio temporalis, uel æterna, & ſcriptũ continens ipſã ꝓmiſſionem. Vetus ergo teſtm̃ continens ꝓmiſſionem ad ueterem hominem pertinentem. Nouum uero teſtamentum, quod continet promiſſionem ęternę hæreditatis, quæ ad nouum hominem ſpectat. X Teſtamtorum duorum diſcrimina.

SI.n. cinis uitulæ aſperſus inquinatos ſanctificat &c. Quæritur, quid uocet coinquinationem, a qua ſãctificat cinis uitulæ aſperſus. ¶Sol. Contactũ mortuorũ ſic uocat, uel leprã, a qua mundat cinis ille.i. a pœna, q̃ ſm legem tali ĩmũditiæ debebatur: quo tactu ſignificatur conſenſus peccati. Y Heb.9. Quę.81.

ET quemadmodũ ſtatutũ eſt hoĩbus ſemel mori &c. Dicit expoſitor, ꝙ eadẽ neceſſitate, & iure naturæ Chriſtus mortuus eſt: qua neceſſitate, & iure alij hoĩes moriuntur. Vñ quęritur an Chriſtus ſit neceſſitate mortuus, & an habuit neceſſitatẽ moriendi. Qd uidetur manifeſte ſm p̃dictã authoritatẽ. Sed ſi neceſſitate, qũo ſola uoluntate mortuus? ſicut ſcriptũ eſt: oblatus quia uoluit. ¶So. dicũt qdã ꝙ inter cæteras pœnalitates, quas Dñs ſuſcepit cũ natura noſtra ſine culpa, ẽt hãc pœnalitã ẽ.ſ. neceſſitatẽ moriendi ſuſcepit uoluntate: q̃ nõ excludit uoluntatẽ, nec excluditur ab ea. ¶Nec tñ intelligendũ eſt, quin Chriſtus potentia diuinitatis poſſet deponere hãc pœnã ſine aię, & corporis diſſolutione, & ſuperueſtire naturã aſſumptam ſtola immortalitatis, ſed ſi amplius non conferret, q̃ ei collatum eſt ante mortem, neceſſario moreretur. Z Quę.82. Eſa.53. A

EXpectãtibus ſe in ſalutẽ &c. Sup hũc locũ dicit expoſitor, ꝙ Chriſtus nõ neceſſitate, ſed uoluntate ꝓ pctõ expectãtiũ ſe in ſalutẽ mortuus eſt: ſed ſuperius dictũ eſt, ꝙ mortuus ẽ neceſſitate: qd uidetur eſſe contrarium. ¶Solutio: quod hic dicit, ſic intellige. Chriſtus mortuus eſt non neceſſitate.i. in eo non fuit peccatum, pro quo neceſſe fuit eũ mori. unde quaſi exponens, qd dixerat, ſubiungit: ſed ꝓ peccato eorũ mortuus.ſ. q eũ expectabãt in ſalutẽ. B Quę.83.

Alio-

C Heb.10. Quæſtio 84. ALioqui ceſſaſſent offerri &c. Hoſtiæ legales, ut dicit Apoſtolus, ſi perfectos facerent offerri ceſſarent: unde quæritur, cur hoſtia ſalutaris noui teſtamenti cum perficiat, & ſanctificatos conſummet, ſæpius offeratur, & offerri non ceſſet. ¶Solutio: ſemel quidem oblata per paſſionem mortis in ara crucis in forma humana eſt: nec iterũ ſic per mortẽ offeretur: ſed tñ in ſacramento ſæpius offertur, non cauſa ſuæ infirmitatis, ſed potius noſtræ, q quotidie peccamus: & præcipue propter recordationem mortis Chriſti, ut amor eius cordibus nr̃is altius īſigatur p hoc, ꝙ memores ſum⁹ tãti bñficij.

D Quæſtio 85. COrpus aũt aptaſti mihi &c. Quæritur: in quo aptauerit corpus Chriſti. ¶ Solu. hęc aptitudo in duobus cõſiſtit ſ.ĩ mũditia, & mortalitate: niſi.n. eſſet mundũ, per ipſũ immundi nõ poſſent redimi: niſi eſſet mortale non poſſet immolari: neceſſe eſt ergo, ut dñi corpus eſſet mundum per immunitatẽ peccati, & mortale.

E Quæſtio 86. Matt.10. NOn deſerentes collectionem ueſtram. Quæritur, an Apoſtolus damnet hic quod Dñs permittit dicens: Si uos perſecuti fuerint in una ciuitate fugire in aliam: cuius rei ẽt ipſe dedit exemplũ fugiendo in Ægyptum. Et Paulus ſimiliter multotiens inuenitur idem feciſſe: qd eſt ergo, ꝙ hic culpat eos, qui deſerunt collectionem? Solu: eos culpat Apoſtolus in hoc loco, qui quaſi cauſa ſanctitatis ſuæ inter alios infirmos, uel imperfectos habitare non poſſunt: & ideo deſerendo collectionem ſcindunt unitatem, & ſic peccant ad mortem. F ¶Cum aliqui ſpecialiter quæruntur a perſecutoribus, tunc licet rabiem perſecutorum declinare: ſi fieri poteſt ſine detrimento collectionis.

G Quę.87. VOluntarie peccantibus &c. Quæritur: qui ſũt uoluntarie peccantes, quibus nõ relinquitur hoſtia pro pc̃tõ. ¶Solu. dicit glo. ꝙ uoluntarie peccantes permanentes in pc̃tõ ex uoluntate peccandi uocat: quibus non prodeſt Chriſtus, qui eſt hoſtia pro peccato, qui pœnitentibus tantum prodeſt.

H Quę.88. SEd iterũ q̃ritur, cur dicat Apoſtolus, poſt acceptã notitiam ueritatis: cum nec ante notitiã ueritatis manentibus in uoluntate peccandi, proſit Chriſtus? Forſitan dicet quis, ꝙ talibus põt prodeſſe per gratiã baptiſmatis: ut nec aliqua ẽt pœna ſatisfactionis iniungatur: qũo poſt gratiã regñationis nõ I põt renouari ẽt per pœnitentiã. Hoc dicentes non excludimus pœnitentiã, ut quidã uoluit ex his uerbis Apoſtoli, uoluntarie peccantibus &c. occaſionem ſumentes. Quibuſdã aũt uidetur, ꝙ uolũtarie peccantes uocet, qui ſcienter ueritatẽ inuidia, uel odio, uel aliqua cauſa hmõi impugnãtes ĩ Spm̃ ſanctũ peccãt, & ideo irremiſſibiliter peccãt: quia hoc Matt.12 pc̃m̃ nec in p̃ſenti, nec in futuro hẽt remiſſionẽ, ut Dñs ait. Qđ ẽt uidetur inſinuari ſuperius: ubi dicit Apoſtolus, Impoſſibile eſt eos, qui ſemel illuminati &c. Et ſubſequenter in hoc loco ſupponit: Qui filiũ Dei conculcauerit, & ſanguinẽ teſtamenti pollutũ duxerit, & ſpiritui gratiæ contumeliã fecerit. Quibus uerbis manifeſte uidetur peccatum in Spiritum ſanctum ſignificari.

K Quę.89. QVæritur: cur baptiſmus nõ poſſit iterari: cuius iteratio negata eſt hic ab Apoſtolo ſm̃ quoſdã: ¶So. Quia baptiſmus ſimul & culpã, & pœnã auſert. Vñ ſi iteraretur, nõ ſolũ uileſceret, ſed ẽt ad pc̃m̃ inuitaret. ¶Sed dicet aliq̃s: eadẽ rõne nec pœ- L Obiectio. nitentia deberet iterari: ne uileſcat, uel ad peccãdũ prouocet. ¶Solu. aliud iudiciũ eſt de pœnitentia, q̃ per pœnæ irrogationẽ a peccato cohibet. q̃ de baptiſmo, quo & culpa, & pœna ex toto remittitur.

M Quę.90. ET ignis æmulatio quædã. Quæritur: quã pœnã hic per ignem ſignificet. ¶Solutio: æternæ pœnæ uehementiam hic ignis ſignificat: quia nullius elementi eſt tanta efficacia, quanta eſt ignis.

N Quę.91. QVæ conſũptura eſt aduerſarios. &c. Nunquid ignis in nihilum rediget Chriſti inimicos? ¶Solutio: Ideo dr̃ ignis æmulatio aduerſarios conſumptura: quia nulla pars corporis, uel animæ a pœna uacabit, quin ab igne crucietur.

O Quę.92. MIhi uindictã, & ego retribuã, dicit Dñs. Quæritur: an ſemper uindicta ſit reſeruãda Dño, nunquid non licet homini uindictam ſumere? nõne licite latrones ſuſpenduntur? ¶Solut. Non licet homini ſibi ſumere uindictã, nec eã affectare dẽt: ſed ſi ſumere neceſſe eſt, Deus tm̃ ſit in cauſa, & zelus iuſtitiæ. qui aũt aliter ſumit, mortaliter peccat. Iuxta illud, Qui gladium acceperit, gladio peribit. Matt.26

P Heb.11. Quę.93. FIdes ẽ ſperãdarũ ſubſtãtia rerũ argñi nõ apparẽtiũ. De hac fidei diffinitiõe quæritur, an oĩ fidei cõueniat, & an ſoli ẽt aptari poſſit. Videtur aũt, ꝙ hęc diffinitio tm̃ cõueniat fidei, q̃ ẽ de rebus futuris: ſed cũ fides ſit de pñ̃ibus, & p̃teritis, ut de natiuitate, & paſſione, qũo fides paſſionis eſt ſubſtãtia rerũ ſperãdarũ? ſię, nõ ne ſpes, & charitas eſt ſubſtãtia. i. res, & cauſa, q̃ res ſperãdas facit ſubſiſtere in nobis? qũo ergo ſola fides ẽ ſubſtãtia ſperãdarũ rerũ? ¶So. ſm̃ ꝙ glo. hãc diffinitionẽ exponit, uidetur, ꝙ nõ ſoli fidei conueniat. Cęterũ licet pars huius diffinitionis alijs uirtutibus aſſignari uideatur, nõ tota tñ: ſola. n. fides eſt argumẽtũ nõ apparẽtiũ: p quã ſolã certi ſumus de æternis, ꝙ ſũt: per ſpẽ uero, ꝙ ea nos ſumus habituri, cõfidimus. Et ideo ꝓprie fides ſubſtantia futurorum dicitur, quia per eam ſcimus, quòd ſunt. ¶Fides etiam de præſentibus, uel Q præteritis poteſt dici ſubſtantia rerum ſperandarũ. i. cã, quæ facit qñq; ea, q̃ ſperamus ſubſiſtere in nobis: q̃a p fidẽ paſſionis uenitur ad futura bona, & eſt argm̃ nõ apparẽtiũ, adeo ꝙ illi, q uiderũt eũ pati aliđ crediderũt. i. Chriſtũ eẽ Deũ, q ĩ cruce pẽdebat.

R Quę.94. VT ex inuiſibilib⁹ &c. Quæritur: qd uocet inuiſibilia. ¶Solu. uel informẽ & inuiſibilẽ materiã quatuor elemẽtorũ, q̃ græce chaos dr̃, uel ĩuiſibilẽ mũdũ, q archetypus dr̃, q in mẽte Dei erat, iuxta cui⁹ exẽplar factus ẽ iſte ſẽſibilis, & uiſibilis mũd⁹.

S Quę.95. ABel fide adhuc defunctus loquitur &c. Quęritur: quomodo ille, qui non uiuit, loquatur. ¶Solutio: loquitur. i. materia eſt loquendi: loquitur quia ſuo exemplo nos monet, ut ſimus iuſti.

T Quę.96. SIne fide impoſſibile eſt placere Deo &c. Quæritur: de qua fide hoc dicat: nunquid de fide incarnationis? ¶Solutio: dicitur, quòd ſine ea nullus ab initio placuit Deo.

V Quę.97. CRedere oportet accedentẽ ad Deũ q̃m̃ eſt &c. Quęritur, đ qua fide agat, an đ pfecta, an đ ĩpfecta. Si đ ipſecta, qũo p eã potuit aliq̃s Deo placere

ſi de perfecta, quomodo hoc poteſt ſufficere ad ſalutem, credere quia eſt, & quia inquirentibus ſe remunerator ſit? his enim non ſunt omnes articuli contenti, qui ſunt neceſſarij ad ſalutem. ¶Solutio: uidetur hic fidei habendæ ponere ordinem. i. oſtendere quid in primis credere oporteat: non fidei ſufficientiam aſſignare.

X VTrum uero aliquod tẽpus fuerit, in quo hoc
Quæſtio credere tantum. i. quia Deus eſt, & quia remu
68. nerator &c. ſuffecerit, quæri põt. Quod nõ uidetur.

FIde & de futuris benedixit Iſaac Iacob &c. Nunquid cum benediceret ei intellexit, quod ibi ſignificabatur per hoc, quòd minorem benedicebat? Si intelligebat, tunc ſciebat quod diceret Iacob: qd nequaquam hiſtoria patitur. Nam & manus contrectauit, ut probaret, an eſſet Eſau, & poſtea ueniente Eſau ait, Quis fuit, qui uenit fraudulenter: cui benedixi, & erit benedictus? ¶Solutio: Licet tunc non intellexit, tamen poſt intellexit: & eius rei fidem habuit, quòd maior populus ſeruiet minori.

ITem quæritur, unde Iſaac in benedicendo dece-
Z ptus eſt? ¶Solutio; non ſic deceptus, quin ſciret
Quæſtio quem effectum haberet benedictio in illo, quem
100. benedicebat: nondum tamen quòd Iacob eſſet ſciebat, quem benedicebat. Solet autem proprie deceptio in ijs, quæ non debent fieri, accipi. Nunquid decipi dicendus eſt, qui pro aurichalco emit aurum, uel pro ſtanno argentum? Si uero large deceptio accipiatur, pro omnibus quæ aliter fiant quàm exiſtimantur, & hic deceptio quædam fuit.

A ET adorauit faſtigium uirgæ eius, uel ut alia ha-
Quæſtio bet litera, ſuper faſtigium &c. Quæritur, quid
101. eſt quod Iacob adorauit ſuper cacumen uirgæ Ioſeph. ¶Solutio: ſorte tulerat a filio uirgam, quando idem filius iurabat, & dum eam tenet poſt uerba iurantis nondum illa reddita mox adorauit Deũ: ſic ſoluit Auguſtinus. Vel poteſt dici, quòd adorauit faſtigium uirgæ eius. i. regnum Chriſti futurum in Gentibus: quod per illud ſignificabatur, ut nomine ſigni ſignatum intelligatur.

B IEphte &c. De hoc quæritur, an rationale fecerit
Quæſtio uotum, & an peccauerit implendo illud, unicam
102. filiam offerendo Domino. Nunquid ſi canis occurriſſet ei, obtuliſſet eũ Deo? ¶Solutio: uidetur, quòd ſtulte egerit uouendo, ſtultius uotum implendo: tamen ſi occulto monitu ſancti ſpiritus hoc fecerit, excuſatur, ſicut Sanſon, qui ſecum Philiſtæos compreſſit: quia non licet ſibi manum inferre. Vnde & Ionas dixit: mittite me in mare.

C QVæritur, cur in recordatione mortis illius
Quæſtio puellę Hebteæ uirgines ſingulis annis plan-
103. ctus faciunt? ¶Solutio, exempli cauſa, ne quis iterũ ſic ſtulte aliquid noueat, uel faciat, unde talis dolor ſequi poſſit.

D QVæritur: an Abraham uoluntate peccaue
Quæſtio rit, uolendo immolare filiũ ſuũ, cum ſecũdũ
104. quoſdam, immo re uera Iephte peccauerit occidẽdo filiam, niſi hoc factum ſit inſtinctu diuino? ¶Solutio: Abraham non ſolum non culpatur crudelitatis crimine: uerumetiam laudatur pietatis nomine, quòd filium ſuum non ſcelerate, ſed obedienter uoluit occidere.

DEinde patres quidem carnis noſtrę eruditores E
habuimus, & reuerebamur eos: Non ne mul- Heb. 12.
to magis obtemperabimus patri ſpirituum, & uiue Quæſtio
mus? Si quæratur, utrum animæ humanæ ſint ex tra 105.
duce: nota diligenter hanc authoritatem, per quam manifeſte probatur, quòd animæ non ſunt ex traduce ſicut caro: ſi enim hoc eſſet, nequaquàm diſtĩgueret Apoſtolus inter patres carnis noſtræ, & patrem ſpirituum.

COntemplantes ne quis deſit gratiæ Dei &c.
Quæritur, quid ſit deeſſe gratiæ Dei. ¶Solu- F
tio: gratiæ oblatæ oculos mentis claudere, & gratiã Quæſtio
reſpuere, quemadmodum radio ſolis oculis meis 106.
apertis eos claudere, uel apertos tenere, pro libitu poſſum: quod eſt ex libero arbitrio, & ſic gratia nõ excludit liberum arbitrium, nec ipſum arbitrium excludit gratia.

VEndidit primogenita ſua &c. Quęritur, quid
Apoſtolus uocet primogenita Eſau. ¶Solutio: G
primogenita hic uocat honorem & dignitatem ſa- Quæſtio
cerdotij: quia ante ſacerdotium Aaron omnes pri- 107.
mogeniti ſacerdotes erant, ſicut fuit Sem. Et hæc erat magna dignitas, quia de ſubſtantia, & hæreditate paterna maiorem portionem ſumebat, ueſtiũque ornatu locupletiorum ſplendebat, eique benedictio dabatur.

QVæritur, an peccatum Eſau erat irremiſſibile, H
cum Apoſtolus dicat, quòd non inuenit pœni Quæſtio
tentiæ locum. Non ne pœnituit? immo lachry 108.
matus eſt: quomodo ergo uerum eſt, non inuenit locum penitentię? ¶ Solutio: non inuenit locum pœnitẽtiæ, i. ueniæ, & locum benedictionis per pœnitentiam: non quòd non pœnituerit: ſed quia nõ pœnituit uti debuit. Lachrymæ enim illæ potius fuerunt ex indignatione contra fratrem, & ex dolore amiſſi honoris: q̃ ex humilitate ueraque pnĩa.

TEſtamenti noui mediatorem Ieſum, & ſangui- I
nis aſperſionem melius loquentem quàm A-
bel. Quæritur, in quo ſanguis Chriſti melius loqua Quæſtio
tur, quàm ſanguis Abel. ¶Solutio: dicit gloſſa ideo 109.
melius, quia iſte. i. Chriſti petebat ueniam, ille uindictam: iſte ſalutem, ille damnationem. ¶Sed dicet
quis. Non ne effuſores ſanguinis Chriſti perierunt, obiectio
ſicut effuſores ſanguinis Abel. ergo ſanguis Chriſti uindictam loquitur, ſicut ſanguis Abel. Quomodo ergo melius loquitur ille, quàm ille. ¶ Solut.
ſanguis Chriſti non ſolum uindictam clamat K
contemnentibus, ſed etiam ueniam omnibus, etiã perſecutoribus, ſi ipſi uolunt pœnitere. Sanguis uero Abel tantum uindictam, & nulli ueniam loquitur. Vel melius loquitur ſanguis Chriſti, quàm Abel. i. melius nos loqui facit, ſcilicet, quòd Ieſus ſit filius Dei, a quo redempti ſumus: quàm ſanguis Abel, qui facit nos loqui Abel fuiſſe uirum iuſtum in figura Chriſti immolatũ. Nota, ꝙ Abel, qui primus iniuſte occiſus fuit, poſitus eſt pro omnibus alijs, quorum ſanguis nullam ueniã facere potuit.

PEr hãc quidem placuerunt Deo &c. Quæritur:
an Abraham, & Loth cognouerunt eos eſſe an- L
gelos. Si cognouerunt: quomodo officia humanita Quæſtio
tis præbuerunt, quæ non ſunt neceſſaria, niſi infir- 110.
mitati hominem? Item ſi non cognouerunt an-

gelos

gelos eſſe, ſed homines tantum arbitrati ſunt: quomodo pluſquàm homines uenerati ſunt eos? ¶Solutio, primo homines arbitrati ſunt diuinitus miſſos, & in quibus Deus eſſet: poſtea uero compererunt angelos eſſe.

M Quæſtio 111. QVærimi: quomodo angeli in ſumptis corporibus comedere potuerunt? Non enim ſic illa corpora unita habebant, ut animæ hominum habent ſibi unita corpora. unde nec animata erãt, nec sẽſibilia illa corpora: nec lędi poterãt in illis corporibus angeli. ¶Solutio: non comederunt angeli more animaliũ: ſed ſicut ignis quod ipſi apponitur, cõſumit, & in nihilũ redigit: ſic & cibus ille conſumptus eſt operatione illorum, uel ipſi inde fecerunt, quod uolebant.

N Quæſtio 112. ITem quęritur, quomodo cum angeli eſſent tres uiſi, unum eorum in fide Trinitatis, & unitatis adorare potuerit Abraham. ¶Solutio: diuina reuelatione cognouit in illis myſterium Trinitatis, & unitatis.

O Quæſtio 113. QVorum enim animalium &c. Dicit expoſitor, quòd per duplicem allegoriam ꝓbat, quòd corpus Chriſti non eſt comedendũ ab iis, qui tabernaculo deſeruiunt: ſed cum unus ſit sẽſus utriuſque hiſtorię, quõ per duplicem allegoriã probat hoc? Quid eſt allegoria? non ne ſpiritalis ſenſus? ergo ubi eſt unus ſenſus, quomodo duplex eſt allegoria? ¶Solutio: dicit per duplicem allegoriã. i. per allegoriam de duplici hiſtoria ſurgentem. Vel allegoria dicitur ſignificans & ſignificatum: hic autem pro ſignificante ponitur. Quid eſt autem per duplicem allegoriam, niſi per duplicem hiſtoriam, ſcilicet unam ueteris, & alteram noui teſtamenti?

---

## *IN EXPLANATIONEM cæleſtis Hierarchiæ magni Dionyſij Areopagitæ, ſecundum traductionem Joannis Scoti Prioris, libri decem: ad Regem Francorum Ludouicum, filium Ludouici Groſſi, qui ædem diui Victoris Pariſienſis ædificandam curauit. Libri autem primi hęc ſunt capita.*


*De differentia mundanæ theologiæ, atque diuinæ, & de demonſtrationibus earundem.* Cap. I.
*Quę ſit materia Hierarchiarum, & diſpoſitio earum.* Cap. II.
*De tribus Hierarchijs.* Cap. III.
*Quare theologiam aſſumpſit tractandam Dionyſius Areopagites poſtquàm ſuſceperat fidem catholicam.* Cap. IIII.
*Quid ſit Hierarchia: & diſpoſitio illius, & exordium.* Cap. V.


*De differentia igitur &c.* Cap. I.

IVdæi ſigna quęrunt: & Græci ſapientiam. Fuit enim quędam ſapientia, quæ ſapientia uidebatur iis, qui ueram ſapientiam non nouerant. Et inuenit mundus ſapientiam illam, & inflari cœpit, & tumuit: magnum ſe exiſtimans in ea: Et præſumpſit, & dixit, ut ultra pergeret ad ſapientiam ſummam, confidens in ſapientia ſua: quaſi uia eſſe potuiſſet ad illam. Et aſcendit, & eleuatus eſt, ut ad alta corde perueniret. Et fecit ſibi ſcalam, ſpeciem creaturæ: nitens ad inuiſibilia creatoris. Tunc quæ manifeſta erant Dei, ad illuminationem proceſſerunt: & nota facta ſunt, ut probarentur corde non puro. Nam illa, quæ uidebantur, nota erant, & erant alia, quæ nota non erãt, & per ea, quæ manifeſta ſunt, putauerunt ire in illa, quæ abſcondita fuerunt, & corruerunt mente ultra poſſibilem ueritatem in mendacia figmentorum ſuorum, ubi non eſt inuentum amplius, quod apprehenderent. Ideo ſtultam fecit Deus ſapientiam huius mundi, quia in illa non potuit inueniri ſapientia Dei: & monſtrauit ſapientiam aliam, quæ ſtultitia uidebatur, & non erat, ut uera ſapientia inueniretur per eam. Prædicatus eſt Chriſtus crucifixus: ut humilitate ueritas quęreretur. Sed mundus † medicum deſpexit: & non potuit uerum agnoſcere. Voluit enim contemplari opera Dei, quæ miranda fecerat, & quæ propoſuerat imitanda, noluit uenerari. Neque enim morbum ſuum attendit, ut pia deuotione medicinam quæreret: ſed de falſa ſanitate præſumens, dedit ſe ut uana curioſitate aliena inueſtigaret. Et uidebatur extra ſe proficere, ſed defecit in ſe, & eum, qui erat ſupra ſe, non inuenit. Et propoſuit exiſtimationes de illo, quas corde ſuperbo conceperat, ne uerum ignorare uideretur: & ſecutus eſt in uia erroris, alia & alia, contra uerum plurima, & nouiſſime indecora Deitati, & excellenti Maieſtati deformia, ut error fieret manifeſtus. Prius enim uerum erat, & magnum uidebatur, & nouiſſime ſucceſſit falſitas, cum ueritas conſummari debuiſſet. Et demõſtratum eſt quaſi lumen quoddam in parte una, ut ibi uideretur aliquid, & erant contra denſæ tenebræ, & caligo profunda ignorationis, ubi erroris laqueus ponebatur in captionẽ ſuperborum. Et uiderunt, ubi lumen erat, & ubi tenebræ erant, uidere non potuerunt: & ibi laqueo capti ſunt propter audaciam pręſumptionis ſuę, qua ſe præcipitauerunt ire in illud: manifeſta ſunt hæc. Quanto enim illi excellentis ingenii monumẽta reliquerunt: ubi tam multa inueſtigatione ſecreta naturę, & abdita rerum conditarum proſecuti ſunt: ut ipſam illorum efficaciam omni ſtudio pręferẽdam exiſtimemus. Legimus artes, & ſtudia, & diſciplinas, & rationum præcepta plurima: quæ illi ſenſu, & ingenio ſuo dato in hoc ipſũ ſcrutati ſunt, & inuenerunt; & ſcripſerũt inuenta, & legẽda poſteris tradiderũt, logicã, & ethicã, & mathematicã, et phyſicam, de forma ratiocinationum, &

1. Cor. 1 (margin)

† modicum. (margin)

uitę

uitæ,& morum pro iuſtituto naturæ decentium,de diſpoſitione,& ordine,& cauſis,& prouentibus rerum omnium.Et inualuerunt in parte hac, ut uerũ apprehenderent : quoniam & hæc ueritas per eos miniſtranda erat, quæ non erat ad uitam : qui filij uitæ non erant. Ideo datum eſt illis propter nos, quibus conſummatio ſeruabatur & inchoatio parabatur : ut inuenirent ueritatem illam, quam oportuit ſuſcipere filios uitæ ad obſequium ſummæ ueritatis. Cuius labor ipſis appoſitus eſt: iis fructus ſeruatus.Et in omnibus iis lumen intelligentiæ,& acumen ingenij, ſenſuſque uirtutẽ ad documenta præuia perceperunt: in quibus creaturarum uim, & modum naturę inferioris ſecundum formam rationis inſitę ſubtiliter diſcuſſerũt. Nouiſſime autem theologiam pro ratione diuinorum, & ſcrutatione inuiſibilium quaſi conſummaturi ſapientiam addixerunt(ut ipſi putauerunt) cõſummaturi: ſed uere amiſſuri:& ueram non inuenturi. Nam ibi corruere cœperunt in mendacia figmentorum:& aſſumpſerunt ſpecies uiſibiles ſimulacra diuinorum,ut inuiſibilia uiderent per ea,quę uidebantur: & erat ibi ſimile aliquid,ſed de longe oſtendens,quod quærebatur,neque lucem ingerẽs oculis caligantibus. Natura enim ad ſeruitutem cõdita creatorem ſuum demonſtrauit:ſed erat ſimilitudo peregrina ad excellentem,& dominantem maieſtatem. Neque potuit euidentem declarationem inuenire in ijs omnibus illa, quæ docenda fuerat natura : quoniam,& ipſa ſana non erat,ut multum clareſceret in contemplationem. Non enim habuit quæ per gratiam exemplaria formabantur ad ſanitatem uiſionis internę: neque arcam ſapientiæ nouerat, & conditorum theſaurorum, carnem uerbi æterni in Ieſu humanitate : ſed naturali ſolo documento utens lippienti acie lumen nubilum,& ambiguum adducens ſpeculanti in rerum creatarũ ſpecie contemplabatur. Propterea errauerunt, & euanuerunt cum tranſire uellent mente ea, quę ſola noſſe acceperant : & palpantes æſtimationibus ad ea,quę uidere non poterant, cæci inuenti ſunt, qui ſe uidere putauerunt. Hæc ſunt ſimulacra errorum,quæ theologia(ſic enim ipſi uocauerunt ſtudium,quo diuina ſcrutari crediderunt)uanitatis eorum,& deceptionis prædicat ueneranda:in quibus tam multa tam pręter uerum,& rectum, & naturæ bonæ conſentaneum mentiuntur, ut ipſi quoque erubeſcere compellantur in eis. Dignum quippe erat,ut confunderentur in ſummis, qui de infimorum cognitione ſuperbi erant : & qui humilitatem fidei in morte Saluatoris deſpiciunt, celſitudinem eius admirentur in agnitione creatoris.Duo enim ſimulacra erant propoſita homini, in quibus inuiſibilia uidere potuiſſet:unum naturæ, & unum gratiæ. Simulacrum naturæ erat ſpecies huius mundi. Simulacrum autem gratiæ erat humanitas uerbi. Et in utroque Deus monſtrabatur,ſed non in utroque intelligebatur:quoniam natura quidem ſpecie ſua artificem demonſtrauit:ſed contemplantis oculos illuminare non potuit. Humanitas uero Saluatoris & medicina fuit,ut cęci lumen reciperent: & doctrina pariter, ut uidentes agnoſcerent ueritatẽ.

Lutum fecit ex ſputo : & liniuit oculos cæci , & lauit & uidit.Et quid poſtea?Deinde uidenti, & non- Ioan. 9. dum cognoſcenti ait.Ego ſum:& qui loquitur tecũ, ipſe eſt filius Dei.Prius ergo illuminauit: poſtea demonſtrauit.Natura enim demonſtrare potuit:illuminare non potuit. Et mundus creatorem ſuum ſpecie prædicauit: ſed intelligentiam ueritatis cordibus hominum non infudit. Per ſimulacra igitur naturę, creator tantum ſignificabatur.In ſimulacris uerò gratię præſens Deus oſtendebatur : quia illa operatus eſt, ut intelligeretur eſſe: in iſtis uero operatus eſt,ut agnoſceretur præſens eſſe. Hæc eſt diſtantia theologiæ huius mundi ab illa,quæ diuina nominatur theologia.Impoſſibile.n.eſt inuiſibilia, niſi per uiſibilia demonſtrari: & propterea omnis theologia neceſſe habet uiſibilibus demonſtrationibus uti in inuiſibilium declarationẽ.Sed mundana (ut diximus) theologia opera conditionis aſſumpſit,& elementa huius mundi ſecundum ſpeciẽ creata : ut demonſtrationem ſuam faceret in illis. Theologia uero diuina opera reſtaurationis elegit ſecundum humanitatem Ieſu : & ſacramenta eius, quæ ab initio ſunt: naturalibus quoque pro modo ſubiunctis, ut in illis eruditionem conformaret. Maior autem(ut diximus) declaratio Diuinitatis in ſacramentis gratiæ, & carne uerbi, & myſtica operatione ipſius oſtenditur: quàm naturali rerum ſpecie prædicetur. Et idcirco mundana theologia parum euidenti demonſtratione utens, non ualuit incomprehenſibilem ueritatem ſine cõtagione erroris educere:quum diuina noſcitur theologia ſimplici,ac pura aſſertione prędicare. ¶Nunc dicendũ eſt quid ſit theologia, alius quidem incipienti ad euidentiam rerum dicendarum. Philoſophia omnis in tres principales partes ſecatur: Logicam,ethicam,theoricam. Quartam enim,quam in ſuo loco adiecimus: hic ex ſuperabundanti enumerare eſt. Philoſophia itaque tres continet partes. Primam, id eſt, logicam: quæ uim modumque ratiocinationum,ueri,ac falſi iudicium aſſumpſit. Secundam autem,id eſt,ethicam: quæ modum uiuendi rectum, & diſciplinæ formam ſecundum uirtutum inſtituta diſponit. Tertiam uero,id eſt,theoricam:quę ſola uerum in omni,quod eſt, & non eſt,ſcrutari elegit.Huius,id eſt,theoricæ tres partes ſunt. Prima, Mathematica.Secunda,Phyſica.Tertia, Theologia. in quibus contemplatio ueritatis, quaſi quibuſdã contemplationum gradibus ad ſummum conſcendit.Prima enim, id eſt,mathematica,ſpeculatur uiſibiles rerum uiſibilium formas. Secunda autem.i. phyſica ſcrutatur inuiſibiles rerũ uiſibiliũ cauſas. Tertia uero ſola,i.theologia,cõtẽplatur inuiſibiles ſubſtãtias,& inuiſibiliũ ſubſtãtiarũ inuiſibiles naturas.Et eſt in his quaſi progreſſio quædam,& profectus mentis ad cognoſcendum uerum conſcendentis.Per uiſibiles enim uiſibilium formas peruenitur ad inuiſibiles uiſibilium cauſas: & per inuiſibiles uiſibilium cauſas aſcenditur ad inuiſibiles ſubſtantias,& earum cognoſcendas naturas. Hic autem ſũma philoſophiæ eſt,& ueritatis perfectio:qua nihil altius eſſe poteſt animo contemplanti.In hac ſapiẽtes huius mundi propterea(ſicut iam diximus)ſtul-

ti

ti facti ſunt:quia ſolo naturali documento ſecundũ elementa,& ſpeciem mundi incedentes, exemplaria gratiæ nõ habuerunt:in quibus etſi ſpecies erat humilis, ſed manifeſtior præſtabatur demonſtratio uerit[illegible]tis. Hic ergo ſtultam fecit Deus ſapientiam huius mundi; q[illegible]m ueritatem agnoſcere non potui[illegible]:quonia[illegible] eruditioue formam humilitatis tenere contemp[illegible]t. Hęc nunc de theologia dixiſſe ſufficiat propter Hierarchiã Dionyſij: in quã explanationis gratia aliqua dicẽda ſuſcepimus. Omnis enim Hierarchia theologiæ ſupponitur: & neceſſe erat introducendis ad lectionem Hierarchiæ aliqua de theo[illegible]a præmittere, ad definiendum materiam e[illegible]s, [illegible] tota in [illegible]us conſiſtit ſubſtantijs,& earu[illegible] naturis [illegible] inuiſ[illegible]bus uiſibili documento utens ad demõſtrationem ſui.

## *Quæ ſit materia Hierarchiarum, & diſpoſitio earum. Cap. II.*

Dionyſius Areopagites ex philoſopho chriſtianus effectus theologus, & Hierar[illegible]hiarum deſcriptor, diuinæ di[illegible]poſitio[illegible] ordinem in rerum omnium g[illegible]be[illegible]a ione demonſtrat:quomodo rationalem creaturam par[illegible]pem fecit Deus poteſtatis ſuæ,conſtituens magiſtratus, & poteſtates, & principatus ſacros in cælo in angelis, & in terra in homin[illegible]bus,ut dominentur [illegible]reaturæ eius. Dignum ſiquidem fuerat, ut illa pars operis ſui particeps fieret poteſtatis eius in diſpoſitione ſua: quæ in ſui cõditione ſimilitudinis participationem acceperat: ut quæ ſola ad ſimilitudinem conditoris ſui facta fuerat,ſola in ſui ordinationem imaginem illius retineret. Ipſe igitur rerum omnium conditor Deus, cuius ineffabilis Maieſtas,& indeficiens uirtus, potens erat ſola gubernare,q̃d creauerat ſola,uoluit in rerum a ſe factarum gubernatione participes habere,& cooperatores: non ut illorum ipſe miniſterio iuuaretur: ſed ut ipſi poteſtatis eius conſortio ſublimes efficerentur. Dominus ergo ſolus, & princeps omnium,dominationes,& principatus ſub ſe,& ſecundum ſe eſſe inſt[illegible]tuit [illegible]n miniſterio perficiendo: quod uniuerſitatis ordo depoſcebat: ut opera eius complerentur per ordines, & diſpoſitiones a ſummo in uniuerſa præcepto decurrente. Maieſtas ergo,& imperium, quod in domino,& gubernatore omnium uniuerſaliter,& omnipotentiſſime, & ſuperexcellenter,& ineffabiliter adoratur:in eos, qui participes gratiæ, & gloriæ conſortes,& ſocij maieſtatis facti ſunt,per partes,& diuiſiones, & gradus, & ordines diſtributum eſt: ab eo deſcendens, & reſpiciens ad eum,& ſub eo ordinatum, qui ſons, & cauſa eſt omnium & principium primum: unũ opus, & artifex unus:unum imperium, & unus re-
Ephe. 3. ctor:unus princeps, & una reſpublica:unus Dominus,& Pater, a quo omnis paternitas in cælo, & in terra: unus in omnibus omnia: & omnia unum in uno. Summum nanque bonum participatione gratiarum,& donorum diſtributione,per cunctos participes largitionis unum in ſe manens diuiditur: & omnes uno participantes ad ipſius unitatis formã, ſimplicitatemque ueram colliguntur. Neque enim participes poteſtatis eſſe potuiſſent niſi prius per gratiam conſortes fierent uirtutis. Neque cum illo poſſent,quod ipſe poteſt: niſi prius ex illo eſſe mererentur,quod ipſe eſt. Omnipotens autem conditor non extranea uſurpatione, neque perfunctoria appellatione gubernator a ſe factorum omnium nominatur:ſed inſita ſibi uirtute, & bonitate inolita cuncta fouens, & nutriens, regens,& diſponens uniuerſæ eandem ſub ſe dominantibus bonitatem, & uirtutem ſecundum menſuram participationis, & miniſterij rationem per ordines, & gradus mul[illegible]riam diſpenſauit excellentioribus quidem, & ſupra poſitis imperio maiora, & ſuperexcellentia dona impertiens:inferioribus autem, & ſuppoſitis gradibus minora chariſmata, & libere ſimulantia ad ſubiecta quoque ſine oppreſſione prælata conceden[illegible]. Iſtæ ſunt diſtributiones luminum,deſcendentes in omnia, quibus ipſa participare datum eſt a patre luminum, & ſole iuſtitiæ: clara ſpeculamina effecta,ut luceant, & illuminent. Subiecta quidem in eo,quòd lucent: & in eo,quòd illuminant,prælata. Et una lux eſt, & bonum unum eſt: & plurima ſunt lucentia, & participantia bonum unum, & lucem unam:& in eo, quòd participant unum, ſun[illegible] in uno collecta, & reducta ad unum,& uni cõformata. Hæ ſunt Hierarchiæ, id eſt, ſacri principatus,quos ſumma Hierarchia ſecundum ſe formauit, & ſub ſe conſtituit dominari, & præeſſe in operibus ſuis, ſecundum ordines conſignatos ſub uno principio, & poteſtate una, a qua omnis poteſtas, & omnis uirtus, & omnis lux ſpiritualiter lucens, & illuminans ſpiritualiter lucentia omnia. Hæc eſt creaturæ rationalis celſitudo, & ſublimitas, & dignitas admiranda: quo dominari meruit in operibus factoris ſui, accepta uirtute ab ipſo, & tenens poteſtatem cum ipſo. Quæ uirtus, quoniam ſecundum menſuram largitionis, & participationis, uarie multipliciterque ad decorem,ac pulchritudinẽ eorum, quæ ſapientia ornauit operum,ab una uirtute,& poteſtate una diſtribuitur, multæ uirtutes, & poteſtates multæ efficiuntur. Sed ne rurſum multitudo ſchiſma generet, ac diuiſionem, & aduerſum ſe pugnet orbis, dominationis contraria: unum principium eſt, & moderator unus omniũ, a quo habent quod ſunt, & ſub quo moderantur quod poſſunt, & referunt ad ipſum omne quod efficiunt:ut unitas maneat in omnibus, & pax perſeueret in regno cuncta creantis, & regentis oĩa Dei.

## *De tribus Hierarchijs. Cap. III.*

TRes ſunt Hierarchiæ, in quarum deſcriptione theologus, & narrator Hierarchiarum, & poteſtatum ſacrarũ, quæ in cælo, & in terris ſunt, Dionyſius, opus conſummatum exp[illegible] cuit. Prima principalis omnium, & forma, & exemplar reliquarum ſumma, & ineffabilis poteſtas eſt Trinitatis: ſimplex,& una,& uniformis ſine gr[illegible], & differentia,& comparatione,ſumma,& æterna,& perfecta,& uera:in omnia opera ſua condenda, & regen

da

da propria uirtute omnipotens nihil externum ſuſcipiens nihil ſuum amittens. Secunda Hierarchia in angelica natura formata eſt, adoptione, & participatione, & dignatione, [illegible] ima, & ſub prima, & ad primam ſecunda, ſimilitudine [illegible] gradum habens, & differentiam ſuſcipiens, & comparationem admittens: poſt ſummam Trinitatem ſecūda æmulatione, & ina [illegible] tione diſtincta. Te[illegible], & ultima Hierarchia [illegible] humana natura or[illegible] eſt: ſecundam primo, & primam ſecundo [illegible] ans, & imaginem ſummam, & ſuperexcellentem ſimilitudinem per me[illegible] participata [illegible], & referens per [illegible] um, ut ab uno [illegible] & ad unum totum, & totum unum. Theologia autem angelicam Hierarchiam primam [illegible] exemplar humanæ Hierarchiæ, [illegible] in homine [illegible] eſt Hierarchia [illegible] & [illegible] mata, expl[illegible] & [illegible] eam, [illegible] ſimilitudinem [illegible] mam, & ineffabilem, & ſuperexcellentem [illegible] Hierarchiam aut ex præcedentium [illegible] humana [illegible] intelligibilis eſt, & obſcura, clarea [illegible]

*Quare theologiam aſſumpſit tractandam: Dionyſius Areopagites poſtquam ſuſceperat fidem catholicam. Cap. IIII.*

THeologus Dionyſius ſapientiam mundi contra humilitatem fidei chriſtianæ inflatam cernens, & crucē Chriſti, & quæ opera humanitatis uerbi in carne remedium facta fuit quaſi indigna Deo, & Maieſtati ſummæ inco[illegible], & impoſſibilia ueritati contem[illegible] ſtul[illegible] ex[illegible] prædicationis uerbum in redemptionem generis humani: et ex naturæ documento ſecundum [illegible] huius elementa incedentes [illegible] indicare [illegible] de [illegible] hominis perfecta ſunt in morte Redēptoris [illegible] gloriam eius euacuet, quæ eſt ſecundum ſenſum [illegible] ſeculi ſapientiæ. Et oſtendit ſapientiam [illegible] fidei [illegible] quidem Redēptoris hum[illegible] agni innocentis Creatori eſſe ſublimem, & [illegible] redemptionis, [illegible] ſecundum [illegible] faciem huius [illegible] tantum nouerit, æſtimat [illegible] eſſe, et uenerandā, et ſupra [illegible] et rationem, et doctrinam effi[illegible] ſummam [illegible] opterea theologiam [illegible] nam, quæ [illegible] uſa eſt in demonſtratione inuiſibilium, digna Deo, et conte[illegible] anea ueritati [illegible]: Theologiam ue[illegible] elementa conditio[illegible] eſt [illegible] ueritatem Dei apprehen[illegible] [illegible] dicatur [illegible] ſapientia [illegible] fu[illegible] Deus [illegible] contibus et de ſe præſumentibus conferre

non potuit ſapientia mundi. Propterea [illegible] ponimus theologiam noſtram, et excel[illegible], et ſublimium, et [illegible] cognitionem, [illegible], et argnentes fidem humilem [illegible] tentur ſi poſſint ipſi [illegible] ſi [illegible]. E [illegible] ſimul [illegible] ſapientia ſua, et ra[illegible] fidei [illegible] præferre [illegible] et quæ de Deo [illegible] incongrue [illegible] Deus [illegible] zelo [illegible] humana [illegible] entū humanitas Dei [illegible] carne [illegible] ſapientia [illegible] Dei quę [illegible] de pingitur. In [illegible], et maieſtate a[illegible] agnoſcitur, ab illis [illegible]

*Quid ſit Hierarchia: & diſpoſitionibus, & exordium. Cap. V.*

QVæ o[illegible] Dionyſij p[illegible] deſcriptione [illegible] ad intelligentiam [illegible] præmittere, [illegible] capitulo quantum pro tempore animo ſuggeſtum eſt, expleui. Nūc ſupereſt, ut quæ de [illegible] a theologo dicta ſūt, [illegible] mus. Et [illegible] ipſa lectionis ſuperficies magna uerborum pr[illegible] dicitate tecta eſt, et quodam [illegible] ſermonis ſuperferentis ſe, et extollentis, et inuolutis ſecundum magnitudinem, et excellentiam rerum ſecretiſſimarum ambiguo celata: neceſſe eſt, ut pri[illegible] deſiderata, et communi, facilique ad intelligentiam expl[illegible] referetur. Et hæc erit [illegible] introducendis ad [illegible] ſe exer[illegible] occupari. Quæ [illegible] ueneranda digna [illegible] tamen reuelata facie ad contemplat[illegible] eorum, [illegible] ſunt in libertate [illegible] lenda, ad [illegible] inden da myſteria. [illegible] us, et hoc ſatis [illegible] eſt in [illegible]. Nam [illegible], ſi qu[illegible] undanti [illegible] no. Hierar[illegible] dicitur principat[illegible] & ſunt Hier[illegible] eſt [illegible] ſacri, tres [illegible] memoraui mus [illegible] ma, & ſumma Hier[illegible] diuinitatis. Secund[illegible] ad [illegible] ma pot[illegible] Hierarchia eſt [illegible] humana, [illegible] fa[illegible] eam ſub prima, et ſumm[illegible] principatibus ſacris, totus regitur mundus: in [illegible] ſumitua poteſtas  *Hierarchia qd.*

ſtas eſt, quæ im perat tantum: et infima, cui tantũ im peratur: & media quæ imperat inferiori, & cui a ſuperiori imperatur. Summa ergo poteſtas, & prima ſecundam, & tertiam poteſtatem poſt ſe conſtituit in angelis, & hominibus: ut ei & conformes participatione uirtutis, & cooperatrices conſortio poteſtatis ſint. Et diuiſit dona urtutum, & ſecundum diuiſiones donorum diſtribuit officia poteſtatum: & dedit dona plurima, & multas poteſtates cõſtituit, & omnia dona de uno, & omnis poteſtas ſub uno: & unum in omnibus, & omnia ad unum, & in uno. Angelicam uero Hierarchiam primo demonſtrat theologus. Secundo tractat de humana. Tertio quaſi in fine, & conſummatione, de diuina, & ſumma. Ipſam autẽ angelicã in tres ſubdiuidit Hierarchias, & unamquãque trium per tres ordines diſtinguit, ut nouem angelicorum ordinnm numerus cõpleatur. Et omnem Hierarchiam unius poteſtatis, & unius officij, & unius dignitatis, & in unaquaque Hierarchia & primos conſtituit, & medios, & ultimos ordines. Et primos quidem illuminare: ultimos uero illuminari: medios autẽ & illuminari a primis, & ultimos illuminare. Poſt hæc de ultima Hierarchia ſimiliter diuiſiones donorum, & diſtributiones poteſtatum, & dignitatum, & officia, & ordines, & operationes ad ſimilitudinem angelicæ Hierarchiæ ordinata proſequitur. Nouiſſime ad diuinam, & ſimplicem, & ſuperexcellentem Hierarchiam (quantum poſſibile eſt in humanis contemplanti) conſcendens, & in ipſa conſummans. conſũmata hæc ſumma eſt. Exordium autem (quoniã ſummum bonum) cũ ſit unum mirifice multiplicatur, & uariatur ad decorem, & pulchritudinem diuiſionis, & ꝓfuſionis in omnes, qui eius participatione digni ſunt: ut in illo unum ſint omnes. Quoniam dona eius lumina ſunt: & lumina faciunt lucentia, & illuminata lucentia, & illuminantia ipſa: & fiunt lux lucentia, & illuminantia lumina. Lux ſunt, & una lux ubique, & unum lucentia in luce una: & multiplicatur in multis una: & multa in una uniuntur. Ex hoc ergo theologia incipit: quia lumina lucentia, & illuminantia ſpeculamina ſunt diuina: & uidetur in eis lux lucens, & illuminans, quæ incomprehenſibilis, & inacceſſibilis in ſe manet. Et propter hoc, ut uideri poſſit, exit in ipſa, & infundit ſe illis: ut apprehendant eam, & capiant, & uideant in ſeipſis lucentia ex ipſa. Non enim poſſunt uidere, uel apprehendere illam, quæ non lucent ex illa: qa ſine luce, neque ipſa uideri lux poteſt. Et ſunt quidẽ iſta ſpecioſa ſimulacra lucis ad inuiſibilem profuſionem: ut per uiſibilta inuiſibilia uideantur. Non enim bonum illud, & lux ipſa iſta lux eſt: & tamen ſecundum aliquid lux eſt, & uere lux dici poteſt: & cum dicitur lux, uerum dicitur, quia lux eſt: & lux illius imago eſt. Et quod in hac luce eſt, in illo bono eſt: quoniam ipſa lux ab illo bonum eſt, & totum in illo eſt: quia ab illo totum eſt: non enim cum ab illo eſſe cœpit, in illo eſſe deſinit. Sed proceſſit ab illo, & permanſit in illo. Propterea ſeruit imago, & monſtrat creatura opificem: quoniam ad hoc facta eſt, ut uideatur in illa. Propterea dona lumina ſunt illuminantia, & participãtia lumina illuminata, & ipſa illuminantia, & illuminanti lumini ſimilia. In eo, quòd illuminantur, fiunt gratiæ participes. In eo uero, quòd illuminãt, efficiuntur poteſtatis conſortes. Et conſtat his duobus omnis Hierarchia: & ꝑficitur gratia, & officio, uirtute, & miniſterio: quæ omnia ſimilitudinibus, & figuris, & ænigmatibus uarijs a uiſibilibus ſumptis theologice demonſtrantur.

## *SEQVVNTVR TITVLI XV. capitum cæleſtis, ſiue angelicæ Hierarchiæ diui Dionyſii Areopagitæ ad Timotheum: poſt quos ſingulorum capitum apponetur ſecundum Ioannem Scotum ſuperiorem litera: & poſt literam Hugonis noſtri expoſitio.*

*Quòd diuina illuminatio ſecundum bonitatem varie impræuiſa proueniens, manet ſimpla: & non hoc ſolum, ſed & unificat illuminata* Cap. I.
*Quàm pulchre diuina, & cæleſtia per diſſimilia ſymbola manifeſtantur.* Cap. II.
*Quid eſt Hierarchia, & quæ per Hierarchiam intelligentiam.* Cap. III.
*Quid ſignificat angelorum cognominatio.* Cap. IIII.
*Quare omnes cęleſtes eſſentiæ communiter angeli dicuntur.* Cap. V.
*Quæ prima cæleſtium eſſentiarum diſpoſitio; quæ media, quæ ultima.* Cap. VI.
*De Seraphin, & Cherubin, & de thronis: & de prima eorum Hierarchia.* Cap. VII.
*De dominationibus, & uirtutibus, & poteſtatibus: & de media eorum Hierarchia.* Cap. VIII
*De principibus, & archangelis, & angelis, & de ultima eorum Hierarchia* Cap. IX.
*Repetitio, & congregatio angelicę ordinationis.* Cap. X.
*Quare omnes cæleſtes eſſentię communiter uirtutes cæleſtes uocantur.* Cap. XI.
*Quare ſecundum homines ſummi ſacerdotes angeli uocantur.* Cap. XII.
*Quare a Seraphin dicitur purgatus fuiſſe propheta Eſaias.* Cap. XIII
*Quid ſignificat traditus angelicus numerus.* Cap. XIIII.
*Quæ formatiuæ angelicarum uirtutum imagines, & quæ deinde.* Cap. XV.

## LITERA Cap. I.

OMne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt deſcendens a patre luminum. Sed & omnis a patre moto, manifeſtationis luminum proceſſio in nos optime, ac large proueniens; iterum

iterum vt vnifica uirtus reſtituens, nos replet, ac conuertit ad congregantis patris unitatem, & deificam ſimplicitatem. Etenim ex ipſo omnia, & in ipſum, ut diuinum ait uerbum. Ergo Ieſum inuocantes paternum lumen, quod eſt quod uerum, quod illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum, per quem ad principale lumen patrem acceſſum habuimus: in ſanctiſſimorum eloquiorum patre traditas illuminationes (quantum poſſibile eſt) reſpiciemus. Et ab ipſis ſymbolice nobis, & anagogice manifeſtatas cæleſtium animorum Hierarchias, quantum potentes ſumus, conſiderabimus: Et principalem, & ſuper principalem diuini patris claritatem, quæ angelorum nobis in figuratis ſymbolis manifeſtat beatiſſimas Hierarchias immaterialibus, & non trementibus mentis oculis reſpicientes: iterum ex ipſa in ſimplum illius reſtituimur radium. Etenim neque ipſe uſquàm, neque unquam radius a propria ſingulari unitate deſeritur. Ad anagogicam uero, & unificam eorum, quæ prouiſa ſunt contemperantiam, óptime & pulchre multiplicatur, & prouenit: manetque intra ſe munitè in incommutabili ſimilitudine uniformiter fixus: & in ſe (quantum fas eſt) reſpicientes proportionaliter eis extendit: & unificas ſecundum ſimplicem ſui unitatem. Etenim neque poſſibile eſt aliter nobis lucere diuinum radium: niſi uarietate ſacrorum uelaminum anagogice circunuelatum, & ijs, quæ ſecundum nos ſunt, prouidentia paterna connaturaliter, & proprie præparatum. Propter quod & ſanctiſſimam noſtram hierarchiam perfectiſſima ſacrorum diſpoſitio cæleſtium hierarchiarum ſupermundana imitatione dignam iudicans, & dictas in materiales hierarchias materialibus figuris, & formalibus compoſitionibus uarificans tradidit: ut proportionaliter nobis ipſis a ſacratiſſimis formationibus in ſimplas, & non figuratas aſcendamus altitudines, & ſimilitudines. Quoniã neque poſſibile eſt noſtro animo ad non materialem illam aſcendere cæleſtium hierarchiarum, & imitationem, & contemplationem: niſi ea, quæ ſecundum ipſum eſt, materiali manuductione utatur. Viſibiles quidem formas inuiſibilis pulchritudinis imaginationes arbitrans, & ſenſibiles ſuauitates figuras inuiſibilis diſtributionis, & immaterialis luculentiæ imaginem materialia lumina: & ſecundum intellectum contemplatiuę plenitudinis diſcurſas ſacras diſciplinas, & adunati ad diuina, & ordinati habitus earum, quæ hic ſunt, diſpoſitionum, ordines, & Ieſu participationis ipſam diuiniſſimæ euchariſtiæ aſſumptionem, & quæcunque alia cæleſtibus quidem eſſentijs ſupermundane, nobis uero ſymbolice tradita ſunt. Propter hanc ergo noſtram corrationalem theoſin miſericors perfectionis principium, & cæleſtes hierarchias nobis manifeſtans, & comminiſtram earum perficiens noſtram Hierarchiam ad uirtutem, noſtramque ſimilitudinem deiformis earum ſanctificationis ſenſibilibus imaginibus ſupercæleſtes deſcripſit intellectus, in ſacris eloquiorũ compoſitionibus: ut nos reduceret per ſenſibilia ad intellectualia, & ex ſacræ figuratis ſymbolis ĩ ſimplas cæleſtiũ Hierarchiarũ ſummitates.

## *INCIPIT LIBER II.*
### *continens expoſitionem in primum caput cæleſtis Hierarchiæ diui Dionyſii Areopagitæ.*

PRimus liber Dionyſii theologi Areopagitæ, qui de cæleſti Hierarchia. i. cæleſti principatu iſcribitur, quindecim capitulis contextus eſt: in quibus cæleſtium ſpirituum dona, & officia, uirtutes, & operationes per ſingulos ordines, & gradus, & diſtributiones, & differentias diligenter enumerat. Titulus autem primi capituli eſt. Quoniam omnis diuina illuminatio ſecundum bonitatem uarie impręuiſa prouenìens manet ſimpla: & non hoc ſolum, ſed etiam unificat illuminata. Ipſa enim gratia diuina illuminatio eſt, & ipſa dona gratiæ lumina ſunt illuminantia eos, qui ſe participant: & omnis gratia ab uno fonte deſcendit, & omnis illuminatio ab uno lumine: & multi ſunt radij, & unum lumen: & ſpargit ſe unum lumen, ut multos illuminet: & lucent illuminati multi, & non uidetur niſi unum lumen, & fiunt lumen unum in lumine uno. Tali ſimilitudine monſtrat theologia quomodo unum bonum multis ſe participandum præbet, ut unum ſint in illo: qui unam trahunt ſimilitudinem ex illo. Deinde proſequitur theologus, & oſtendit, quòd inuiſibiles gratiæ operationes, & donorum inuiſibilium diſtributiones, non niſi uiſibilibus ſignis, & ſimilitudinibus poſſunt demonſtrari, aut intelligi. & ꝙ

omnis uiſibilis ſpecies, & ſenſibilis natura aliquã ſimilitudinem teneat ad inuiſibilium demonſtrationem. Quoniam ſicut omne bonum a ſummo bono eſt: ita in omni bono ſecundum æmulationem participationis ſummum bonum contemplari poteſt. Ideoque theologiam conuenienter ex omni ſpecie, & forma, & qualitate ſenſibili inuiſibilium ſignificationem conformare. Et hic ſenſus eſt primi capituli. Omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt deſcendens a patre luminum. Authoritate apoſtolica, & diuinæ theologię primum probat omne bonum eſſe a ſummo bono: deinde ex ſua ſubiungit ſententia omne bonum reſpicere, & refūdi ad ſummum bonum: quia ſicut in multis participatione diuiditur: ita multa in una ſimilitudine, & imitatione uniuntur. Data optima dona naturæ ſunt: dona perfecta dona gratiæ: pater luminum author, & largitor donorum. Omne ergo datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt deſcendens a patre luminum: quoniam bona omnia, ſiue quæ natura primum bene condita accepit, ſiue quæ poſtea per gratiam glorificata obtinere meruit: ab uno authore naturæ, & largitore gratiæ data ſunt. Quibus quaſi deſcendere fuit, a fonte plenitudinis ſummæ ad participationem inferiorum uenire. Omnis enim creatura excellentiæ creatoris natura inferior eſt: & idcirco omne bonum, quod dono creatoris creaturę infunditur, merito quaſi ad inferiora deſcendere perhibetur. Deſcendit enim, quia ſubditæ naturæ, & inferiori dignitate ſe infundit. Deſcendit etiam, quia a perfecta, & conſummata plenitudine in eã, quæ ex patre eſt, participatione ſe diuidit. Ita tamẽ, quòd nec deſcendens ſeruiat, nec diuiſum decreſcat: ſed manẽs in ſe quod eſt, & in eo, a quo uenit, quantum eſt eis, ad quos uenit, ſe præbet, & hoc quod eſſe accipiunt, & quantum eſſe in eo quod ſunt, meruerũt. Ita ab uno bono omnia bona ſunt: & in uno bono omnia bona ſunt: & ipſum bonũ, a quo ſunt omnia bona, bonum eſt, & lumen eſt: & eorum, quæ ab ipſo ſunt, author bonorum, & pater luminum: & bona ipſa lumina ſunt, & illuminantia ea, quæ lucere poſſunt, & lumina fieri lucentia ex illuminante lumine. Hoc enim bonum nihil a ſe conditum alienum relinquit a ſe: nec tamen illuminat niſi ea tantum quæ creauit ad ſe, & formauit ſecundum ſe. Illa enim ſola lumen capiunt, quæ lucere poſſunt ex lumine, quę lumen ueniens, ſibi non diſſimilia inuenit: & infuſum ad maiorem ſui ſimilitudinem, & imaginem exteriorem perfectiorem extollit. Iſta ergo ſola data optima, & dona perfecta accipiunt: quia omnis creatura (præter eam, quæ imaginem conditoris habet, & ſimilitudinis capax eſt) ſi in ſuo genere bonum eſt, quod a creatore eſſe accepit, nec optimum erat cum datum eſt, nec perfectum conſummatum. Rationalis uero creatura, quæ ſola ad imaginem conditoris facta eſt, data & dona accepit. Optima quidem dum conderetur ad infima: & perfecta dum ſublimaretur ad ſumma. Neque enim melius aliquid alteri naturæ datum eſt ab eo, quod primum accepit, neque perfectius eo, quod poſtmodum eſſe meruit: quoniam & primum præ cæteris omnibus bona condita eſt, & poſtmodum ad eius, a quo facta eſt, imaginem, & ſimilitudinem perfecta. Ergo data optima, & dona perfecta a patre luminum deſcendentia, rationalis tantum creaturæ celſitudinem contingunt: quæ ſola ſublimis facta eſt. Primum dum conderetur optima: & poſtea dum glorificaretur, perfecta eſt, quodammodo conſimilis, & coæqualis ad ſumma. Nam ipſa data optima, & dona perfecta lumina ſunt, quę a patre luminum deſcendunt: & ipſe lumen eſt, a quo deſcendunt pater luminum, & in quos deſcendunt ipſi lumina fiunt: quia nec pater luminis alium gignere potuit quàm ipſe eſt, nec ſuſceptor luminis aliud, quàm lumen fieri poteſt. Si ergo lumen eſt qui lumen genuit: & lumẽ eſt, qui lumen ſuſcepit: iam quodammodo inuenitur eſſe idem & qui genuit, & qui ſuſcepit. Ita tamen ut ille hoc eſſe credatur per naturam: iſte uero hoc eſſe agnoſcatur per gratiam. Propter hoc ergo unum lumen in multa ſe lumina participatione profudit, ut multos illuminatos ad unum lumen reformaret: ut dũ illud participando multi acciperent, in illius forma omnes unum apparerent. Propterea theologus cum ex diuina monſtraſſet authoritate, quoniam omne bonum a ſummo bono: ex ſua ſtatim ſubiungit ſententia. Quoniam omne bonum ad ſummum bonum, & quod ab illo quidem diuiſione participationis profunditur, & ad illud ſimilitudine conformationis unitur. Omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt deſcendens a patre luminum. In hoc ergo probat, quòd omne bonum a ſummo bono eſt. Poſt hoc ſubiungit, ꝙ omne bonum ad ſummum bonum conuerſionem habet, & reductionem, & finem. Sed & omnis patre moto, manifeſtationis luminum proceſſio in nos optime, & large prouenient, iterum ut unifica uirtus reſtituens nos replet, & conuertit ad cõgregantis patris unitatem, & deificam ſimplicitatẽ. Motus patris, affectus eſt paternæ benignitatis: ſola enim benignitate, & pietate ſola pater mouetur, ut lumina ſua effundat ſuper nos. Mouetur non cõturbatione ſui: ſed miſeratione noſtri. Mouetur nõ ſe concutiens, ſed nos colligens: non ſe euacuãs, ſed nos replens. Mouetur ergo, ut ad nos ueniat, & nõ mouetur, ut a ſe recedat. Mouetur, ut nobis eſſe incipiat, quod non erat, & non mouetur, ut ſibi deſinat eſſe, quod erat. Sic ergo pater luminũ mouetur ſuper nos, & moto patre lumina eius deſcendunt in nos, & per procedentia in nos manifeſtantur per nos. Primum nobis, poſt hoc alijs ex nobis, & omnis iſta proceſſio manifeſtationis luminum. i. per quam lumina manifeſtantur (non enim manifeſtarentur, niſi procederent) exiens a patre moto. Omnis ſcilicet iſta proceſſio manifeſtationis luminum in nos prouenient hoc operatur, uidelicet quòd replet nos, non utique alio quàm ſe ipſa ex eo quòd replet, iterum reſtituens reparando, ſicut prius conſtituit creando. reſtituit ſcilicet utpote unifica uirtus, quę diſperſa colligit, diuerſa componit, & ex multis unum facit, & ita

*De motu affectus Patris pulchra.*

reſtituens,& reformans cõuertit nos,qui prius diſ-
ſimilitudine fuimus auerſi, multitudine diuerſi,
prauitate peruerſi. Conuertit dico ad congregan-
tis patris unitatem, & deificam ſimplicitatem.Lux
enim patris inuiſibilis in ſe, procedens in nos, &
exiens ad manifeſtationem uacuos inuenit, & ina-
nes a uero bono: & infundens ſe nobis replet nos
ſecundum uniuſcuiuſque noſtrum uirtutem,& ca-
pacitatem:& cum repleuerit,conuertit nos, ut non
diſſideamus a patre, ſed in eadem ſimilitudine, &
imagine reſpiciamus ad ipſum, qua non diſcorda-
mus ab ipſo. Replet quidem illuminando:& con-
uertit lumina faciendo. Replemur enim in eo, ꝙ
lumen accipimus: cõuertimur autẽ in eo,quòd ex
accepto lumine & ipſi lumina ſumus. Nam in eo
cum lumine unum ſumus,& in lumine unum ſu-
mus,quòd lumen ſumus.& eſt unitas in una ſimili-
tudine,in uno lumine,in una claritate,& unum il-
luminans, & lucens lumen. Quia igitur omne
bonum a ſummo bono eſt,& omne bonum ad ſum
mum bonum eſt: ab illo enim accipimus, quòd cũ
illo unum ſumus:nec eſſet in nobis, quo reſpicere-
» mus ad illum,niſi prius quod ſuum eſt,noſtrum fie
» ret per illum. Etenim ex ipſo omnia, & in ipſum,
» ut diuinum ait uerbum. Id eſt, ut diuini uerbi au-
thoritas teſtatur.Ex ipſo procedentia, in ipſum con
uerſa.Ex ipſo principio in ipſum finem. Poſſumus
autem adhuc & motum patris non inconueniẽter
accipere principium noſtræ contemplationis. Mẽs
etenim tenebris ſuis aſſueta,quando internam clari
tatem contemplari nititur, quaſi trementibus, &
palpantibus luminibus uim inſoliti fulgoris non
ſuſtinens ipſis primis aſpectus radijs reuerberatur:
& apparet illi quaſi tremulum lumen:et moueri ui
detur ipſum lumen, cum potius illius tenebræ ſolę
moueantur, & fugiant præſentiam luminis coruſ-
cantis. Et uidetur motus luminis hic eſſe, cum ſit
tenebrarum fugientium lumen: & poſt motum
ipſum funduntur lumina, & procedunt ad manife
ſtationem, quæ ſtantibus tenebris uideri non po-
tuerũt,& replent nos lumine, ut luceamus,et lumi
na ſimus,ſicut lumen eſt ipſum, q̃d nos illuminat,
ut ex ipſo ſint omnia,et in ipſum:quæ principium
ſubſiſtendi accipiunt ab ipſo,et finem conſumma-
Rom.11 tionis in ipſo: ſicut diuinum uerbum per Paulum
Apoſtolum:teſtatur quoniam ex ipſo,et per ipſum,
et in ipſo ſunt omnia: ipſi gloria in ſecula. Amen.

» Ergo Ieſum inuocantes paternum lumen, quod
» eſt, quod uerum, quod illuminat omnem homi-
Ioā.1. » nem uenientem in hũc mundum: per quẽ ad prin
» cipale lumen patrem acceſſum habuimus: in ſa-
» cratiſſimorum eloquiorum patre traditas illumi-
» nationes quantum poſſibile reſpiciemus: & ab ip-
» ſis ſymbolice nobis,& anagogice manifeſtatas cæle
» ſtium animorum Hierarchias, quantum potentes
» ſumus, conſiderabimus. Superiori capitulo ſequen
» tis operis ſummam breuiter complexus eſt: quo-
» niam omne bonum a ſummo bono, & omne bo-
num ad ſummum bonum. Nunc priuſquàm tex-
tum materiæ ſuæ ingrediatur, inuocationem fa-
cit ad Ieſum, qui eſt paternum lumen: quo me-
diante omnes ſpirituales illuminationes, & dona
gratiarum illuminandis tribuuntur, ut ipſo illu-
minante, & iuuante ſecũdum diuinorum eloquio
rum traditiones, quæ & ipſa ad luminanda corda
hominum a patre tradita ſunt, poſſit & ueraciter
agnoſcere, & digne narrare cęleſtium ſpirituum
inuiſibiles illuminationes,& diſpoſitiones ſacras. Er
go Ieſum inuocantes: ac ſi diceret: omnis quidem
illuminatio a patre eſt:ſed ſine Ieſu mediatore nul
la illuminatio haberi poteſt. Ergo nos, qui illu-
minari poſcimus, Ieſum inuocantes, ut ſcilicet il-
luminari mereamur. Deinde ſequitur de ipſo Ie-
ſu Chriſto, quod eſt paternum lumen: pro eo,
quod dicere debuerat, qui eſt paternum lumen,
ad ſequentem dictionem relatio facta eſt, quod
eſt paternum lumen. Vel Ieſum inuocantes pater-
num lumen: quod ſcilicet lumen eſt: hoc eſt, ue-
rum, & æternum, & incommutabile eſſe habet,
& lumen eſt, ex eo, quod eſt. Non ſicut illumi-
nata lumina: quæ lumina ſunt non ex eo, quod
ſunt, ſed ex eo,quod acceperunt. Quod etiam lumẽ
uerum ſubauditur eſt lumen: quoniam ex eo,quod
eſt, lucet, & non ſolum ſibi lucet, ſed etiam alios
illuminat. Quod illuminat omnem hominem ue
nientem in hunc mundum. Non quia omnes il- Ioan.1.
luminantur: ſed quia ex omnibus nemo eſt,qui ex
ſe habeat, cur potius quàm alter illuminari merea
tur. Gratiæ enim illuminatio iſta eſt,non naturæ:
donum, non debitum: beneficium largientis,nõ
præmium accipientis. Siue etiam omnem homi-
nem in hunc mundum uenientem hoc lumen il-
luminat, quantum omnes natura rationis capaces
facti ſunt, & lumen intelligentiæ perceperunt.
Vel omnem hominem uenientem in mundum lu-
men iſtud illuminat: non quia omnes, ſicut di-
ctum eſt,illuminantur: ſed quia aliunde illumina-
ri non habent omnes,qui uel illuminantur, uel nõ
illuminantur. Illuminare enim non eſt,niſi lumi-
nis: ſicut illuminari non eſt, niſi lumen accipientis.
Quapropter ſicut omnium eſt lumen accipere: ita
ſolius luminis eſt omnes illuminare. Sequitur. »
Per quem ad principale lumen patrẽ acceſſum ha- »
buimus. Per lumen Ieſum acceſſum habuimus ad
lumen Patrem. Ieſus enim lumen eſt,& Pater Ieſu
lumen: & genitus eſt a lumine Patre filius lumen:
& unum lumen Pater,& filius.Et dicitur Pater prin
cipale lumen,non quia maius lumen,uel melius lu *Quo Pater, & Filius ſint lumen.*
men,quia idem lumen: ſed quia non de lumine lu-
men,iõ principale lumen. Filius lumen de lumine,
Pater lumen non de lumine:& tñ unum lumen Pa
ter,& Filius: ſicut unus Deus Pater, & Filius. Et iõ
Pater principale lumẽ: quia de lumine Patre Filius
lumen. Poteſt adhuc & aliter intelligi, quòd Pater
principale lumen dictus eſt. Video enim & ipſum
Filiũ ſ̃m aliquid lumen eſſe: in quo non põt Patri
æqualis eſſe. Pater quippe Ieſu Deus eſt, & ſolum,
Deus: Filius aũt Deus eſt,nec ſolum,ſed ẽt homo,&
Deus: & eſt lumen Ieſus in eo quòd eſt Deus: &
idem lumen, quod eſt Pater Deus. In eo ue-
ro,quòd homo eſt,lumen eſt: qm̃ & ipſa Ieſu huma
nitas lumẽ fuit in eo, ꝙ ueritatẽ demonſtrauit, &
principale lumen Patrem reuelauit. Sed lumen hu
manitatis Ieſu minus fuit lumine Deitatis: &

in

in lumine quidem humanitatis Ieſus inferior fuit Patre: in lumine uero Diuinitatis idem cum Patre. Et uenimus per ipſum ad ipſum: per lumen humanitatis, in quo erat ſolus filius, ad lumē Diuinitatis, in quo erat Pater, & filius. Idcirco acceſſum habuimus per filiū ad Patrem: nec ad ſolum Patrē, ſed & ad filiū, & ad Patrē. Video & aliū acceſſum per Ieſū ad principale lumen Patrē. Ieſus.n. ſapientia Patris eſt, & ipſa ſapiētia Patrē reuelauit, & exiuit ſapiētia Patris, Patre permanente in abſcondito: & manſit Pater inuiſibilis, & ſapientia eius uiſibilis facta eſt, ut ad inuiſibilem Patrem perduceret: & cum facta eſt uiſibilis, non deſijt inuiſibilis eſſe: quia uenit eo ubi non erat: inde, ubi erat, non receſſit. Et exiuit primum per creaturam mundi, & manifeſtauit ſe in operibus ſuis: & cœpit uiſibiliter uideri inuiſibilis in eo, quod erat uiſibile, & monſtratū eſt quoddam lumen, ut duceret ad maius lumen: & erat primum lumen ſapientiæ, & fuit lumen ſapientia: Et factus eſt nobis Ieſus uia ad Patrem: ex inferiori lumine ad lumen principale. Deinde uenit ſecundo ſapientia, & exiuit, ut dictum eſt, per carnem, & facta eſt lumen in teſta, ut illuminaret nos, & aſſuefaceret ad maius lumen, & perduceret ad principale lumen. Sed & ita acceſſum habuimus per Ieſum ad
» principale lumen Patrem. Ergo Ieſum inuocan-
» tes paternum lumen, qđ eſt, qđ uerū, qđ illuminat
» omnem hominem uenientem in hunc mundum:
» per quem ad principale lumen patrem acceſſum
» habuimus. Hucuſq; pendet ſententia donec ſequē
tibus compleatur: & eſt ſenſus. Nos inuocātes Ieſū reſpiciemus, quantum poſſibile eſt nobis, in illuminationes ſacratiſſimorum eloquiorum, hoc eſt, in ſacratiſſima eloquia, quæ illuminant nos, doctrina ueritatis, & intelligentia ſecretorum: a patre traditas. Traditę ſunt.n. a Patre illuminationes diuinorū eloquiorum, ut nos ex ipſis illuminemur: quouſq; capaces efficiamur contemplationis luminis principalis: & ipſis illuminantibus nunc agnoſcimus ſecreta cæleſtia, quæ nondum ſenſu comprehendere ualemus. Illuminationes quoq; ſacratiſſimorum eloquiorum accipere poſſumus deſcriptiones ſacri eloquij, & configurationes ex formis uiſibilibus ſumptas: in quibus nobis ſtatum inuiſibilium rerū, & cæleſtiū ſecretorū rōnem, modūq; ex propoſita ſimilitudine demonſtrat. Ipſis enim ſignis uiſibilibus humana mēs cōmodius inſtruitur, & illuminatur ad inuiſibilium cognitionem. Propterea pene ubique in ſacro eloquio rerum uiſibilium ſpecies pro ſignificatione adhibentur: quando humana mens de iis eruditur, quæ abſcondita ſunt ab intelligentia humana: ut per ea, quæ nouit, capere poſſit & intelligere, quæ non nouit. Iſtas illuminationes foris ad eruditionē nobis propoſitas, Ieſum inuocātes, qui intus corda illuminat, inſpicere debemus: & ſecundum ipſarum demonſtrationem ſecreta
» cæleſtia addiſcere: hoc eſt, quod ſequitur. Et ab
» ipſis ſymbolice nobis, & anagogice manifeſtata cę
» leſtium animorum hierarchias, quantum potentes
» ſumus conſiderabimus. Eſt itaque ordo, ut pri-
mum ſanctarum ſcripturarum illuminationes cū inuocatione Ieſu, per quem interna illuminatio datur & ſine quo exterior inanis eſt, inſpiciam⁹: ac deinde illuminante Ieſu ex ipſis ſacræ ſcripturæ illuminationibus, & demonſtrationibus cæleſtium animorum .i. ſpirituum cæleſtium principatus ſacros, & poteſtates (qui nobis niſi per ſcripturæ ſacræ traditiones manifeſtarentur, inuiſibiles omnino eſſent, & incogniti) conſideremus. Hoc eſt enim, quod ait. Conſiderabimus quantum potentes ſumus, ſiue quantum poſſumus. Paruum eſt enim noſtrū poſſe, & exiguum ad tantarū rerū magnitudinem. Conſiderabimus hierarchias .i. ſacros principatus cæleſtium animorum .i. angelicorum ſpirituum. Hierarchias dico manifeſtatas nobis, hoc eſt, demonſtratas, uel reuelatas ab ipſis .ſ. illuminationibus .i. demonſtrationibus ſacri eloquij ſymbolice, & anagogice. Symbolum eſt collatio formarū uiſibilium ad inuiſibilium demonſtrationem. Anagoge autem aſcenſio, ſiue eleuatio mentis eſt ad ſuperna contemplanda. Notat autem hic duplicem modum reuelationis diuinæ, quæ theologorum, & prophetarum mentibus infuſa eſt per uiſiones, & demonſtrationes, quas Græci theophanias appellant .i. diuinas apparitiones. Quoniam aliqñ per ſigna ſenſibilibus ſimilia inuiſibilia demonſtrata ſunt: aliquando per ſolam anagogen .i. mentis aſcenſum, in ſuperna pure contemplata. Ex his uero duobus generibus uiſionum, duo quoque deſcriptionum genera in ſacro eloquio ſunt formata. Vnum, quo formis, & figuris, & ſimilitudinibus rerum occultarum ueritas adumbratur. Alterum, quo nude, & pure ſicut eſt abſque integumento exprimitur. Cum itaque formis, & ſignis, & ſimilitudinibus manifeſtatur, quod occultum eſt, uel quod manifeſtum eſt, deſcribitur: ſymbolica demonſtratio eſt. Cum uero pura & nuda reuelatione oſtenditur, uel plana et aperta naratione docetur: anagogica. Sequitur.
Et principalem, & ,,
ſuperprincipalem diuini Patris claritatem, quæ an ,,
gelorum nobis in figuratis ſymbolis manifeſtat bea ,,
tiſſimas hierarchias, immaterialibus, & non tre- ,,
mentibus mentis oculis reſpicientes, iterum ex ,,
ipſa in ſimplum illius reſtituimur radium: Hic ,,
manifeſte edocet, quibus gradibus diuinæ illumi- ,,
nationis proceſſio fiat uſque ad nos: & rurſum quibus progreſſionibus mens noſtra reducatur ad ſummæ claritatis contemplationem. Diuinum enim lumen primum in angelicam naturam deſcē dit: & ab ipſa reuelationibus, & demonſtrationibus diuinis, & myſtica ſacri eloquij narratione ad noſtram uſque intelligentiam, participationemq; ſe transfundit. Mens uero humana eiſdem rurſum gradibus ad ſuperna conſcendens, ſacra diuini eloquij inſpectione cæleſtia ſecreta, & eam, quæ in angelis eſt, diuinæ claritatis illuminationem perpendit: ex qua paulatim in inuiſibilium agnitionē ſuccreſcens ad ipſū tādē ſūmi luminis ſplēdorē cōtēplādū conualeſcit: & fit, qđ ī principio dictū eſt, quia unū lumen & ad multa illuminanda ſe diuidit: ut illuminata oīa ad unius claritatis aſpectū, ſimilitudinēque reformet. Propterea cognita ex ſacris diuini eloquij traditionibus cæleſtiū ſpirituum claritate, qualiter hanc cognitionem ſummi

luminis contemplatio ſubſequatur, oſtendit dicens. Et principalem, & ſuperprincipalem diuini Patris claritatem, quæ angelorum nobis in figuratis ſymbolis manifeſtat beatiſſimas hierarchias, immaterialibus, & non trementibus mentis oculis reſpicientes, iterum ex ipſa in ſimplum illius reſtituimur radium. Ordo uerborum eſt: Nos reſpicientes claritatem diuini Patris principalem, & ſuperprincipalem oculis mentis immaterialibus, & non trementibus: quæ claritas manifeſtat nobis beatiſſimas hierarchias angelorum in ſymbolis figuratis. iterum ex ipſa in ſimplum illius reſtituimur radium. Reſpicientes enim claritatem Patris reſtituimur, id eſt, reformamur iterum: hoc eſt, reductiue conuerſi ad illud, unde uenimus, in ſimplum eius radium: ut in uno lumine unum ſimus, qui lucemus ex lumine uno: & non ſit diſcrepantia lucentium, ſicut diuerſitas luminum non eſt ulla. Claritas autem Patris principalis, & ſuperprincipalis dicitur: quia non ſolum dignitate, uel cauſa lucentibus omnibus ſuperior eſt, ſed etiam excelſior natura. Et hæc claritas, quia non corporalis, ſed ſpiritualis eſt, & ſpiritualiter lucet: idcirco nõ niſi immaterialibus tantum, id eſt, incorporalibus oculis uideri poteſt. Quos oculos etiam non trementes, i. ſanos, & perſpicaces, & irreuerberatos eſſe neceſſe eſt: ne lippienti acie tantum lumen intuentes, tenebras ſibi ex ipſa claritate inducant. Merito autem poſt claritatem angelorum per ſacra eloqa contemplatam, ad diuini patris claritatem illuminamur: quia & ipſa nobis angelorum claritas a claritate Patris per eos in nos deſcendente ex ſacri eloquij reuelatione manifeſtatur. Hoc eſt, quod ait: quæ angelorum nobis in figuratis ſymbolis, ideſt figuris, & conſormationibus ſecundum ſpecies uiſibiles figuratis, manifeſtat beatiſſimas hierarchias. i. principatus, & dignitates, & poteſtates. Angelorum ordines, & poteſtates, & diuinæ eorum operationes omnino inuiſibiles ſunt: & niſi uiſibilibus ſignis, & ſimilitudinibus ex uiſibilibus ſumptis demonſtrentur, intelligi ab ijs, qui uiſibilia tantum nouerunt, nequaquam poſſunt. Propterea Patris claritas ad principale lumen ſuum nos reparare uolens, primum illuminationibus ſacri eloquij ad cõtemplandam angelorum claritatem nos excitat: & ex ea claritate illuminatos tandem ad ſuæ claritatis agnitionem, lumenque reformat: ut unum ſimus in illa, qui unum accepimus ab illa. Hæc uero claritas Patris unius ſimplicis radij emiſſione, & illuminatione per cuncta ſe diffundit, & penetrat cuncta: quoniam unam ſapientiam Pater genuit, per quã cuncta opera ſua fecit. Verbum quippe Patris lumen de lumine eſt: unum uerbum, & radius unus, & ipſum uerbum ſapientia eſt, & ipſa ſapientia lumen eſt procedens, a quo nata eſt: una de uno: & & propterea radius unus a claritate una: a quo illuminantur, qui ad ipſum reformantur, ut luceant ex ipſo, & lux ſint cum ipſo, ſicut ille lux eſt. Et cum ſint multa lumina illuminata, & uarie, diſſimiliterque lucentia: unum tamen lumen eſt illuminans in omnibus illuminatis. Hoc eſt, quod ſequitur. Etenim neque ipſe uſquàm, neque unquàm radius a propria ſingulari unitate deſeritur. Sapientia enim Dei quàmuis ſe uarie, diſſimiliterque mentibus ſpiritualiter illuminandis ſecundum ſuſcipientium capacitatem, ac poſſibilitatem infundat: in ſe tamen una permanet, & ſimplex. Nec maior ſibi in ijs, qui abundant ex ipſa: nec minor in ijs, qui ſecũdum inferiorem participationis gratiam uniri accipiunt in ipſa: ſed tota in toto, & in ſingulis tota, ſũma traſcendens, & infimis condeſcendens: numeroſe ſe participandam præbens, & in ſe una permanens. Propterea ſeſe in plura participantia diuidit: ſed ex ſui participatione plura participantia ad unitatem reſtituit. Nos enim colligi poſſumus in ipſa, ſed ipſa diuidi non poteſt in nobis. Etenim ipſe radius. i. ipſa ſapientia illuminans a principali lumine patre exiens, & uſque ad illuminanda omnia procedens; a ſua unitate propria non deſeritur unquàm: quoniam ſemper cum illo eſt: neque uſquã, quoniam ubique in illo eſt. Nam & cum per diuerſa tempora mentibus illuminandis diſſimiliter ſe præbet, eadem ac indiſſimilis eſt. Et cum diuerſis locis, diuerſiſque participationis conſortibus ſimul præſentem ſe exhibet: multiplex non eſt. Sequitur.

Ad anagogicam uero, & unificam eorum, quæ prouiſa ſunt, contemperantiam optime, & pulchre multiplicatur & prouenit: manetque intra ſe munite in incommutabili naturæ ſimilitudine uniformiter fixus: & in ſe (quantum fas eſt) reſpicientes proportionaliter eis extendit, & unificat ſecundum ſimplicem ſui unitatem. Ac ſi diceret. Diuinæ claritatis radius, qui ſpiritualiter lucentes illuminat: quãuis in ſe unus permaneat, participatione tamen, & diſtributione donorum uarie multiplicatur: quoniam multis diuerſiſque modis diſtribuitur, & multiplicatur. Hæc uero multiplicatio, & uariatio uniuerſorum eſt pulchritudo: quoniam niſi diſſimiliter pulchra eſſent ſingula, ſumme pulchra non eſſent ſimul uniuerſa. Non enim unum aliquod ex uniuerſis diuerſis capere potuit, quod erat pulchritudinis totum: & idcirco ſumma pulchritudo uaria participatione diſtributa eſt in ſingulis: ut perfecta eſſe poſſet ſimul in uniuerſis. Ipſa uero diſtributio multiplicatur optime, & pulchre: optime in uniuerſis, & pulchre in ſingulis: uel optime ſecundum participati infuſionem, pulchre ſecundum participantium diſpoſitionem. Optime enim multiplicatur, ut maius ſit bonum, quod a multis percipitur: & pulchre multiplicatur, ut maior ſit decor uniuerſitatis, quod participantibus ſingulis uarie, diuerſiſque modis infunditur, ut ex multitudine numeroſa in participantibus boni fiat conſummatio: ex diſtributione diſſimili participantium pulchritudo. Siue ſimplicis radij, quo nos illuminamur multiplicatio conuenienter intelligi poteſt ſecundum multas, ac diuerſas diuinorum eloquiorum figuras, ac ſimilitudines: quibus ſecundum nos ſumptis diuina ſapientia, quæ in ſua puritate, ac ſimplicitate omnino incomprehenſibilis eſt, mentibus humanis uarie, multipliciterque, cum ipſa una, eademque ſemper ſit, declaratur. Multiplicatur ergò, quoniam mul-

tis modis declaratur: optime quidem quātū ad ſe, & pulchre quantū ad nos. Optime multiplicatur, qm̄ ex ipſa multiplicatione declarationū pſectius agnoſcitur: pulchre declaratur, quoniam pulchra, ac decenti ſe declarantium formarum ſpecie, ac diſſimilitudine manifeſtatur. Et ipſa multiplicatio fit ad contemperantiam eorū, quæ prouiſa ſunt: hoc eſt electorū, & prouiſorum ad uitā: ut contemperētur, & participationis cōcordia uniātur quaſi multa membra in uno corpore: ut ipſa diuerſitas donorum unitatis, & pacis ſocietatem adiuuicem cōſumet: quatenus unumquodque membrum ſe a totius corporis compage diuidere non præſumat: cū boni plenitudinem, quam in ſe minus habet, in alio rum ſocietate poſſideat. Quia.n. unumquodq; habet, quod aliud non hēt: propterea unumquodque in alio hēt, quod in ſe non hēt: uel in alio plus hēt, quod in ſe minus hēt. Et idcirco ſingula inuicem tendunt ad ſe, & concordiam, ac pacem ſeruant inter ſe: & ipſa concordia, & pax contemperantia eſt, qua ſibi conſentiunt, ut ſtent in unū, & reformentur ad unum. Propter hoc ergo ipſam contemperantiam prouiſorum, anagogicam dicit, & unificā. Vnificam quidem, ut ſtent in unum: anagogicam, ut reformentur ad unum. Vnificam, quia diſperſos in unum colligit: anagogicam, quia deiectos ad ſuperiora reducit. Vnificam, per dilectionem proximi: anagogicam, per dilectionem Dei. Propterea pulchra eſt in congregatione, optima in eleuatione. Ipſe ergo radius diuinæ illuſtrationis multiplicatus, ſiue per diſtributionem donorum ſpiritualium, qua intrinſecus participatur: ſiue per uarietatem myſticarum demonſtrationum, qua extrinſecus in ſacro eloquio declaratur: prouenit, hoc eſt, procedit in corda illuminanda, ſiue ab intus per aſpirationem ea replens, ſiue a foris per ſacri uerbi eruditionem ſe, ipſis infundens: & tamen manet intra ſe munite: ut cum ſe mentibus illuminandis uarie, ac multipliciter participandum præſtat: extra ſuæ tamen ſimplicitatem unitatis non effluat. Ipſa enim eius unitas propterea ſemper intra ſe manet: quoniam illam munit, atque cuſtodit coeſſentialis incommutabilitas, ut licet ad illius communicationem accedat participantium pluralitas: ad diuiſionem tamen illius non præualeat participationis diuerſitas. Manet ergo intra ſe munite, ut ſemper idem ſit, neque exeat ab eo, quod eſt in id, quod nō eſt: ſed incōmutabili ſimilitudine ſua uniformiter fixus, ut uidelicet a ſeipſo non diſcrepet, quaſi ſibi diſſimilis effectus. Neque ſolum ipſe unus manet, ſed etiam reſpicientes in ſe, & conuerſos ad ſe, quātum fas eſt, hoc eſt, licitum, & poſſibile illis, extendit ſe eis: hoc eſt, porrigit, ut ad eos etiam ueniat q longe ſunt, & a ſe tamen non recedat. Extendit uide licet proportionaliter: hoc eſt, ut alij plus, alij minus accipiant ſecundum diſpenſationem diſtributionis munerum, uel poſſibilitatem capacitatis participantium. Qui.n. proximi ſunt, abundantius ex illo accipiunt: & ſic deinde ſinguli quò magis accedunt, magis accipiunt: & quo magis recedunt, minus recipiunt. Omnes tamen accipiunt: unuſquiſque pro parte ſua. Hoc eſt, quod ait. Proportionaliter ſe extendit: quia tamen ad omnes ſe extendit, & omnibus ſe infundit, omnes illuminat, & lumina eſſe facit ex lumine ſuo, ac per hoc unum eſſe facit, ſicut ipſe unus eſt. Et hoc eſt, quod dicit: Vnificat eos ſecundum ſimplicem ſui unitatem. Vna enim illuminatio omnium, una eſt ſimilitudo, & una forma, in qua unum ſunt omnes ex illa, qui illuminantur ab illa, & unum cum illa: quoniam illuminati lumina ſunt, ſicut ipſa eſt lumen. Illi tn̄, q ex ipſa unū ſunt, unificatione unū ſūt nō unitate: quia q̄ unū ſunt ex multis, unū ſunt in uno. Ipſi.n. multi ſunt, & propterea unum non ſunt in eo, qđ ſunt: ſed quia multi in uno ſunt, ex uno multi unū ſunt, & unificatione unum ſunt, non unitate. Ipſe uero non unificatione, ſed unitate unus eſt, quia unus eſt ex eo quòd eſt, quod unum eſt. Et propterea ſimplicem dixit unitatem, quia ex uno unus eſt, & idem unum, a quo eſt, ipſe eſt. Idcirco unitas in uno ſimplex eſt: unificatio uero multiplex ī uno, quid illic ex uno unum, & unum in uno: hic autem ex multis unum, quia multi in uno, & unū in multis. Deinde ſubiungit cauſam, quare diuinus radius, ideſt ſapientia diuina, quæ a Patre una eſt, & apud Patrem ſimplex eſt, uarie multiplicatur per ſimilitudines, & formas demonſtrationum in ſacro eloquio, quoniam uidelicet aliter nobis innoteſcere non potuit inuiſibilis Dei ſapientia, niſi ſe ijs, quæ nouimus, uiſibilium rerū formis ad ſimilitudinem conformaret, & per eas nobis ſua inuiſibilia, quæ non nouimus, ſignificando exprimeret. Propterea diuinus radius, qui in ſe unus eſt, & ſimplex, ad nos ueniens, ſignificationum, & demonſtrationum uarietate multiplicatur, quia eum in ſua puritate, ac ſimplicitate capere non ualet. Etenim neque poſſibile eſt aliter nobis lucere diuinum radium, niſi uarietate ſacrorum uelaminum anagogice circumuelatum, & iis, quę ſecundum nos ſunt, prouidentia paterna connaturaliter, & proprie pręparatum. Sacra uelamina, in quibus nobis radius diuinus lucet, ſunt myſticæ in ſacro eloquio deſcriptiones, quæ uiſibiles adducunt formas, & ſimilitudines inuiſibilium ad declarationem. Quibus uidelicet uelaminibus ipſe radius diuinus anagogice circumuelatur. Anagoge enim (ſicut dictum eſt) aſcenſio mentis, ſiue eleuatio uocatur in cōtemplationē ſupernorum. Anagogice igitur circumuelatur, quia ad hoc uelatur, ut amplius clareſcat: ob hoc tegitur, ut magis appareat. Eius igitur obumbratio, noſtri eſt illuminatio, & eius circumuelatio, noſtri eleuatio. Quemadmodum infirmi oculi ſolem nube tectum libere conſpiciunt, qui coruſcum eius lumen intueri non poſſunt: ſic & diuinum radium lippientibus mentis oculis lucere impoſſibile eſt: niſi uarietate ſacrorum uelaminum circumuelatum, & præparatum prouidentia paterna connaturaliter, & proprie ijs, quæ ſecundum nos ſunt. Niſi enim prouidentia paterna nobis ineffabili bonitate in hoc prouidiſſet: oculis noſtris lumen ipſius omnino lucere non poſſet: & idcirco paternè, & pie prouidit nobis, ut ipſum lumen præpararet nobis, & coaptaret ijs, quæ ſecundum nos ſunt, rebus, & ſimilitudinibus, & formis: & ſic conna-

*Eleganter diſcurrit.*

*Quō Deus quibus ſe extendat.*

turaliter, & proprie, hoc eſt, ſecūdum naturam noſtram, et proprietatem eorum, quæ naturæ noſtræ ſunt, præparatum, et coaptatum oſtenderet nobis. Conformat ſe noſtris, ut per noſtra innoteſcat nobis: ut ea, quæ connaturalia ſunt, et propria nobis, in demonſtrationem propoſita facilius intelligantur a nobis. Sequitur.

» Propter quod et ſanctiſſimam noſtram hierarchiam perfectiſſima ſacrorum diſpoſitio cæleſtium hierarchiarum ſupermundana imitatione dignam judicans: et dictas immateriales hierarchias materialibus figuris, et formalibus compoſitionibus uarificans tradidit. Ac ſi diceret, quia per uiſibilia conuenienter inuiſibilia demonſtrantur: idcirco diuina ſapientia, quę omnia diſponit ad ſimilitudinem angelicæ hierarchiæ, quæ inuiſibiliter ordinata erat in cęlis: humanam hierarchiam uiſibiliter formauit in terris, ut eſſent in hominibus quoque ſicut in angelis poteſtates, et principatus ſacri, quibus humana conuerſatio temporaliter incedens gubernetur, ut ex uiſibili diſpoſitione hominum, inuiſibilis innoteſcat diſpoſitio angelorū. Hoc eſt, n. quod ait. Propter quod perfectiſſima ſactorum, hoc eſt, ſumma hierarchia ipſa ineffabilis Trinitas, a qua, et ſecundum quam ſacra omnia. i. ſacrę ordinationes omnes diſponuntur: iudicans ſanctiſſimā noſtram hierarchiam. i. humanam, dignam ſupermundana. i. ſpirituali, uel intellectuali imitatione cæleſtium hierarchiarum, ut eas ſpiritualiter imitetur, et ſecundum illas diſponatur: Et idcirco uarificans. i. uarie, ac multipliciter declarans ipſas. ſ. iam dictas immateriales, i. ſpūales, et angelicas hierarchias, materialibus. i. corporalibus, et uiſibilibus, uel ſecundum uiſibilia ſumptis figuris, et compoſitionibus formalibus, hoc eſt, aptis, et competenter ſecundum rationem formationum expreſſis: tradidit hoc eſt inſtituit ipſam uidelicet ſanctiſſimam noſtram hierarchiam: ut in hoc quoque ratio ſeruaretur uiſibilium demonſtrationum ad inuiſibilem ueritatem: ut nos aſcendamus ab ipſis ſacratiſſimis formationibus, quæ foris ad demonſtrationem proponuntur, ad altitudines, & ſimilitudines nō figuratas, hoc eſt, ſimplices, & ſpirituales. Aſcendamus dico proportionaliter nobiſipſis, hoc eſt, ſecundum proportionem, & menſurā ſpiritualium donorum illuminati per ea, quæ foris ſunt: in inuiſibilium agnitionem, & ad ſublimem, & ſimplicem, & eandem ſemper conſiſtentem ueritatem. Altitudines enim, & ſimilitudines ipſæ ſunt inuiſibiles poteſtates. Altitudines quidem dignitate: ſimilitudines incommutabilitate, non figuratæ ſimplicitate. Ad quarum cognitionem ſecundum differentiam progreſſionum, & incrementa illuminationum proportionaliter nobiſipſis aſcendimus per gradus ſpiritualium profectuum in nobis per differentiam donorum inter nos. Secundum nanque illam proportionem, qua nunc dona gratiarum differenter percipimus: merito poſtea uel hic p mentis contemplationem, uel illic per retributionem, in numerum angelorum tranſimus. Sic enim proportionaliter nobiſipſis aſcendimus: quando ſecundum hoc, quòd i præſenti per dona gratiarum, & gradus dignitatum differenter diſponimur, ad inuiſibilis ueritatis participationem ſecreta, & inuiſibili promotione ſubleuamur. Ipſa autem ueritas in nobis quidē poſſicia ſpiritualiū dignitatum, & gradus, & diſtributiones ordinum figuraliter, & materialiter figuratur: atque formatur ſecundum habitus, & actiones, & ſigna uiſibilia, quæ in noſtra ſunt hierarchia ad declarationem oppoſita: quæ omnia in cæleſti, atque angelica hierarchia ſecundum ſimplicem ueritatem ſublimi, & noſtræ naturæ ſuperexcellenti modo abſque ſignis, & figuris pure, & uniformiter conſtant: ſecundum quam excellentiam ipſos angelicos ordines altitudines theologia uocat, & ſimilitudines: uel quia per nullam mutabilitatem a ſemetipſis diſcrepant: uel quia ea in ipſis ſecundum ſimplicem ueritatem ſunt, quaſi quædam ſimilitudines, & exemplaria eſſe uidentur eorum, quę per figuras, & imagines cōſiſtunt. Niſi enim inter hęc, & illa aliqua ſimilitudo eſſet: per hęc ad illa nulla declaratio eſſet. Nunc autem quoniam hæc, quæ uiſibilia ſunt ad inuiſibilium æmulationem diuina ſapientia in prima conditione formauit: in ſecunda diſpoſitione ex eiſdem quoque rationali animo ad inuiſibilium agnitionem conſcendenti, ſigna, & exempla demonſtrationum conſtituit. Hoc eſt enim, quod ſequitur.

» Quoniam neque poſſibile eſt noſtro animo ad non materialem illam aſcendere cæleſtium hierarchiarum imitationem, & cōtemplationem: niſi ea, quæ ſecundum ipſum eſt materiali manuductione utatur: Non materialem ſpiritualem imitationem; uel contemplationem dicit, et incorporalem: quoniā omne, quod corporale eſt, ex materia eſt. Spiritualis autem natura merito immaterialis dicitur: quoniam neque ex materia eſt, ut ſit de alio: neque materia eſſe poteſt, ut de ipſa ſit aliud. Materialem autem manuductionem corporalia ſigna ītelligit: quorum quaſi manuductione mens humana utitur, ut ex uiſibilibus ad inuiſibilium imitationem, et contemplationem dirigatur. Ad imitationem quidem per exercitium uirtutis: ad contemplationem uero per cognitionem ueritatis. Nota autem nouā cōpoſitionē, et ſimilitudinem nouam in eo, quod ait manuductio. Mens etenim hominis tenebris ignorantię ſuæ obuoluta ad lumen ueritatis exire non poteſt, niſi dirigatur, et quaſi cęcus manuductione utens, quo non uidet, incedat. Ipſæ autem manuductiones, et directiones, quibus mens ad inuiſibilia tendens utitur, a uiſibilibus ſumuntur ſignis, et demonſtrationibus ſecundum uiſibilia formatis. Et hoc totum diſpoſuit, & ordinauit perfectiſſima ſacrorum diſpoſitio: quæ gręce hierotheſia uocatur, hoc eſt, ſacrorum poſitio: ſumma uidelicet Trinitas: a qua, & ſecundum quam omnia ſacra diſponuntur, & ordinantur in cœlo, et in terra, quæ & alio nomine teletarche. i. principium purgationis dicitur, quoniam ab ipſa omnis emundatio eſt, et principium purgationis: non ſolum ut bona fiant, quæ mala ſunt, ſed & illuſtrationis, et deificationis, ut meliora efficiantur, quæ bona, fuerunt. Ipſum ergo ſummum ſacerdotium, uel ſumma paternitas omnia emundans, et ſanctificās, et illu-

& illuſtrans,hoc inſtituit,& ordinauit:ut primo lo
co ſecundum ipſam angelica natura inuiſibiliter
formetur,& ſecundo loco humana natura ad ean-
dem imaginem per uiſibilia excitata reformetur:
quia oon poteſt humanus animus ad iouiſibilium
cognitionem,nel imitationem reduci, niſi per uiſi-
biles demonſtrationes eruditus: quoniam & ipſa
uiſibilia a Deo ſic facta ſunt, ut ſecundum illam ſi-
militudinem,& æmulationem,quam ad ipſa iouiſi
bilia acceperunt, eadem conuenienter declarare
poſſunt:ut noſter animus horum ductione utens ad
illa dirigatur ſecundum iſta, pro ſimilitudine de-
moſtrationis illa æſtimans, & perpendens. Que-
madmodum ſequitur. Viſibiles quidem formas
» inuiſibilis pulchritudinis imaginationes, ſiue ima-
» gines arbitrans,oidelicet ipſe noſter animus: & ſen
» ſibiles ſuauitates figuras inuiſibilis diſtributionis
» ſubaudiant arbitrans ipſe noſter animus: & imma-
» terialis luculentiæ imaginem materialia lumina:
ut iterum ſubaudiatur arbitrans ipſe noſter ani-
» mus:ſecuodum intellectum contemplatiuæ pleni-
» tudinis diſcurſas ſacras diſciplinas: bic plus ſubau-
diendum eſt arbitrans ooſter animus imagioes eſſe:
» & adunati ad diuina, & ordinati habitus earum,
» quæ hic ſunt, diſpoſitionum ordines: iterum ſubau
» di arbitrans ooſter animus imagines eſſe: & Ieſu
» participationis ipſam diuiniſſimæ eochariſtiæ aſ-
» ſumptionem: iterum ſubiotellige arbitrans ooſter
animus imaginem eſſe. Summa igitur totius capi
tuli hęc eſt.Quoniam non poteſt noſter animus ad
inuiſibiliom imitationem, & cootemplationem a-
ſcendere: niſi per uiſibilia dirigatur: Ita uidelicet,
ut ex ipſis uiſibilibus inuiſibilia arbitrari,& æſtima
re ſciat:ſm ꝙ ipſa ad illa ſimilitudinē hn̄t, & ſigni
ficationem faciūt.Quas uero uiſibilium ſimilitudi
nes ad inuiſibilia ipſe noſter animus arbitrari dēat
& exiſtimare,quędā diſtincta ſubiiciens exēpla oſtē
dit:ac ſi diceret.Ideo per uiſibilia inuiſibilium oe-
ritas demonſtrata eſt:quia non poteſt noſter ani-
mus ad inuiſibilium ipſorum ueritatem aſcende-
re,niſi per uiſibilium conſiderationem eruditus:
ita uidelicet,ut arbitretur uiſibiles formas eſſe ima
ginationes iouiſibilis pulchritudinis. Quia .n. in
formis rerum uiſibilium pulchritudo earundem
conſiſtit,congrue ex formis uiſibilibus iouiſibilem
pulchritudinem demonſtrari dicit: quoniam uiſi-
bilis pulchritudo inuiſibilis pulchritudinis imago
eſt. Quia tamen io rebus uiſibilibus aliud eſt for
ma,& aliud eſt eſſentia: idcirco quæcunque uiſibi-
lia ſunt mutabiliter pulchra ſunt, quoniam quæcū
que numero diuerſa ſunt, & oatura mutabilia inſe
parabiliter ſimul nō conſiſtunt.Iouiſibilia autem,
quibus aliud ooo eſt forma, & aliud eſſentia: quia
omoe,quod eſt,uoum eſt,& ſimplex,& idem eſſe:
pulchra ſuot ex eo, ꝙ ſunt,& non eſt pulchritudo
illorum compacta ex multis concurrentibus in u-
oum,ſicut uiſibilis oatura uidetur:cuius forma ſe-
cundum ſpatia locorum explicatur, & per figuras
ex multis coaptatas diſponitur. Idcirco alia eſt pul
chritudo uiſibilis, & alia inuiſibilis naturæ, quo-
niam illa ſimplex,& oniformis eſt:iſta autem mul-
tiplex,& uaria proportione conducta.Eſt tamen ali
qua ſimilitudo uiſibilis pulchritudinis ad inuiſibi
lem pulchritudinem, ſecundū æmulationem, quā
iouiſibilis artifex ad utraoque conſtituit: io qua
quaſi ſpeculamina quædam diuerſatum proportio
num uoam imagioem effingunt.Secuodum hoc er
go a pulchritudine uiſibili ad inuiſibilem pulchri
tudinem mens humana conuenienter excitata aſcē
dit:quaſi de ſimili ad ſimilia conducta facile in ſe-
metipſa inuiſibiliter intelligēs quæ ſit eorum,quæ
foris uiſibiliter comprehēdit, ad inuiſibilia cogna
tio.Nam ſecundom inuiſibilem lucem inſitam ſibi
ooſter animus ad inuiſibilia reſpiciens facile arbi-
tratur uiſibiles formas inuiſibilis pulchritudinis
imagines eſſe, illi, quod inuiſibile intus ipſe ha-
bet,amica quadam ſimilitudine reſpondentes, eas
ſecundum approbationem,& affectum inueniens.
Quod enim in aoimo eſt, iouiſibile eſt, ſicut ipſe
animus inuiſibilis eſt:& concipit tamen ipſe, qui
inuiſibilis eſt ex iis,quæ uiſibilia ſunt,gaudium, &
amorem, & affectum:& diligit ex his quędam qua
ſi ſimilia,& amica,& cognata: & præſtat ſe illis uo-
luntarie,& exultat in ipſis. Alia autem aſpernatur,
& odit,& refugit,& longe ſe facit ab illis amore,&
dilectiooe: & iudicat peregrina a ſe, & diſcoone-
nientia, & nullam ſecum habentia ſimilitodinem.
Atque in bunc modum noſter animus ex propria
oatura docetur,quòd uiſibilia ad inuiſibilia cogna
tionem habent,& ſimilitudinem:& quòd ipſa uiſi
bilia imagioes ſunt,& ſimulacra eorum,quæ uiſibi
liter uideri non poſſunt:quoniam ex his intelligū-
tur ea, quæ oon uidentur: & quia ſecundum ali-
quid totum illic in incommutabili natura inuiſibi
liter conſiſtit,quod hic uiſibiliter,& ſenſibiliter na
tura mutabilis accepit, ut ad inuiſibilia conducat.
Eſt enim hic ſpecies,& forma,quæ delectat uiſum:
eſt et melodiæ iocunditas,quæ demulcet auditum:
eſt ſuauitas odoris,quæ reficit olfactum: eſt dulce-
do ſaporis,quæ infundit guſtum: & lenitas corpo-
rum,quæ fouet,et blaode excipit tactum.Illic autē
ſpecies eſt uirtus:& forma iuſtitia: dulcedo amor:
et odor deſiderium:cantus uero gaudium, et exul-
tatio:contactus autem amati,et deſiderati,et quæ-
ſiti booi inoentio.Hæc enim omnia ibi ſunt,et ue-
ra ibi ſunt:et habent ad hæc,quæ non oera ſuot,ali
quod ſimile ſecuodum quod intelligūtur a nobis.
Ex bis enim noſter animus ad illorum cognitionē,
et imitationem aſcendit: arbitrans uiſibiles for-
mas,quas oel oatura ſecundum primam conditio-
nem inditas oſteodit, uel ſacrum eloquium diſpen
ſatorie ad declaratiooem faciendam io ſignificatio
nem proponit,inuiſibilis pulchritudinis imagines
eſſe:et ſenſibiles ſuauitates.i.dulcedines ſenſibiles,
figuras eſſe, & ſimilitudines inuiſibilis diſtributio
nis,hoc eſt,dulcedinis, quæ inuiſibiliter diſtribui-
tur.i. diuerſis modis tribuitur: ut uidelicet alius
plus,alius minus accipiat ſecundum menſuram, &
dona gratiæ largitoris.Et ſimiliter immaterialis lu
culentiæ,boc eſt,ſpiritualis lucis imaginem eſſe ma
terialia.i.corporalia lumina:& rurſum ſacras di ſci
p linas.i.ſacras ſcripturas diſcurſas.i.ioueſtigatas,&
perſcrutatas iogenio: imagioes eſſe cootemplatiuę
pleoitudinis.i.plenæ,ac perfectæ contemplationis,
quæ

quæ ſecundum intellectum.i. intellectualiter ſolū, & inuiſibiliter & percipitur, & miniſtratur. Omnis enim illa cognitio, quam modo per ſacrum eloquiū ſtudio lectionis, uel meditationis diſcimus, quaſi imago tantum eſt illius plenæ, ac perfectæ cognitionis, quam poſtmodum ex præſenti contemplatione hauriemus. Vnde & Apoſtolus ait. Vide-

1.Co.13 mus nunc per ſpeculum in ænigmate: tūc autem facie ad faciem. Quid ergo mirum eſt, ſi ea, quæ foris apparent ſenſibilia, inuiſibilium imagines eſſe dicuntur, cum ipſa noſtra ſcientia, quæ ad horum cōparationem ſpiritualis, & inuiſibilis creditur, imaginis & ſimilitudinis loco ad illa exiſtimetur? Sequitur. Et adunati ad diuina, & ordinati habitus earum, quæ hic ſunt, diſpoſitionum ordines. Iterū ſubaudi, arbitrans noſter animus ordines diſpoſitionum: quæ diſpoſitiones hic, hoc eſt exterius ſūt, eſſe imagines habitus adunati ad diuina. Eſt.n. quidā habitus mentis bonæ adunatæ ad diuina, & quaſi collectæ in unum a uarijs deſideriorum ſciſſuris, & ordinatæ, ut recte incedat. Adunatæ uidelicet per dilectionem: & ordinatæ per diſcretionem. Adunatæ ad unum: & ordinatæ in uno. Cuius uidelicet habitus inuiſibiliter ordinati, & ſubſiſtentis imagines ſunt: ordines diſpoſitionum, quæ extrinſecus in gradibus, & officijs, & miniſterijs in eccleſia ſancta diſpenſantur. Sicut enim in una eccleſia diuerſi ordines, & diſpoſitiones unam in uniuerſitate pacem, & concordiam ſubminiſtrando, & cooperando efficiunt: ſic in una anima multę uirtutes cooperando, & ſubminiſtrando ſibi unam perfectionis formam componunt. Sed & in unoquoque noſtrū exterioris hominis diſpoſitio, & ordo uiuendi, atq; agendi modus interioris hominis formam, habitū que demonſtrat. Sequitur. Et Ieſu participationis ipſam diuiniſſimæ euchariſtiæ aſſumptionem. Rurſum ſubintellige, quod ſupra, arbitrans noſter animus ipſam aſſumptionem diuiniſſimæ euchariſtię imaginem eſſe participationis Ieſu. Ipſa enim aſſumptio diuiniſſimæ euchariſtiæ.i. ſanctiſſimæ perceptionis corporis, & ſanguinis Ieſu Chriſti, quam nunc ſacramentaliter, & uiſibiliter in altari tractamus imago eſt, & forma illius participationis Ieſu, qua uel nunc ei in ſpiritu per dilectionem coniungimur, uel poſtmodum in eadem forma gloriæ apparentes plena ſimilitudine uniemur. Sane hic notandum, quòd quidam ex hoc loco munimentum erroris ſui ducere putauerunt: dicentes in ſacramēto altaris ueritatem corporis, & ſanguinis Chriſti non eſſe, ſed imaginem illius tantum, & figuram: propterea quia ſcriptura dicit, id, quod in euchariſtia altaris ſumitur, imaginem eſſe illius, quod in participatione Ieſu percipietur. Qui profecto in hunc erroris laqueum non inciderent, ſi uel ſacramenta Dei recta, & humili fide ſuſciperent: uel ſcripturas ſacras conuenienti intelligentia tractarent. Nunc autem, quia in ſacramentis Dei ſenſum ſuum fidei præferunt, & in ſcripturis ſacris ſanam interpretationis formam tenere contemnunt: fit ut ipſe ſermo ueritatis amplius eos caligare faciat, dum non recte intellectus errorem pro ueritate miniſtrat. Quod tamen ſcripturæ uitium non eſt: ſed legentium, & non intelligentium cæcitas: Neque ſacramentorū Dei confuſio: ſed præſumentium prauitas. Hic autem periculoſe errauerunt tot manifeſtis ſententijs, & aſſertionibus non dubijs unum ambiguum præferentes: & in ipſo magis mendacium, quàm ueritatem eligentes, non quia hoc ibi magis dicebatur, ſed quia hoc ab illis magis credebatur. Quid enim? nunquid ideo ſacramentum altaris ueritas non eſt, quia figura eſt? Ergo nec mors Chriſti ueritas eſt, quia figura eſt: & reſurrectio Chriſti ueritas non eſt, quia figura eſt. Nam & mortem Chriſti, & reſurrectionem figuram eſſe, & imaginem, & ſimilitudinem, & ſacramentum, & exemplum Apoſtolus manifeſte declarat dicens. Chri-

ſtus mortuus eſt pro delictis noſtris, & reſurrexit 1.Cor.15

propter iuſtificationem noſtram: ut peccatis mortui iuſtitiæ uiuamus. Et Apoſtolus Petrus dixit. 1.Pet.2.

Chriſtus eſt paſſus pro nobis: uobis relinquens exēplum, ut ſequamini ueſtigia eius. Ergo mors Chriſti exemplum fuit, ut peccato moriamur: & reſurrectio eius exemplum fuit, ut iuſtitiæ uiuamus. Nūquid ideo ueritas non fuit? ergo Chriſtus uere mortuus non eſt, & uere non ſurrexit: ſi mors eius, uel reſurrectio uera non fuit. Abſit. Nam de ipſo ſcri-

ptum eſt. Vere languores noſtros ipſe tulit: & dolo Eſa.53.

res noſtros ipſe portauit. Ergo mors Chriſti uera fuit, & tamen exemplum fuit: & reſurrectio Chriſti uera fuit, & tamen exemplum fuit. Quare ergo ſacramentum altaris ſimilitudo eſſe non poteſt, & ueritas? In alio quidem ſimilitudo, & in alio ueritas. Nam cum unum ſit ſacramentum, tria ibi diſcreta proponuntur: ſpecies ſcilicet uiſibilis, & ueritas corporis, & uirtus gratiæ ſpiritualis. Aliud eſt. n. uiſibilis ſpecies, q̄ uiſibiliter cernitur. Aliud eſt ueritas corporis, & ſanguinis, q̄ ſub uiſibili ſpecie inuiſibiliter creditur. Atq; aliud gratia ſpiritualis, q̄ cum corpore, & ſanguine inuiſibiliter, & ſpiritualiter percipitur. Quod enim uidemus, ſpecies eſt panis & uini: quod autē ſub ſpecie illa credimus, uerum corpus eſt, et uerus ſanguis Chriſti Ieſu, qđ pependit in cruce, et qui fluxit de latere. Nec per panem et uinum, corpus et ſanguinem tantum ſignificari: ſed ſub ſpecie panis et uini, uerum corpus et uerum ſanguinem conſecrari. Et ſpeciem quidem uiſibilem ſacramentum eſſe ueri corporis, et ueri ſanguinis: corpus autem, et ſanguinem ſacramentum eſſe gratiæ ſpiritualis. Et quemadmodum ſpecies illic cernitur, cuius res, uel ſubſtantia ibi eſſe non creditur: ſic res ibi eſſe ueraciter, et ſubſtantialiter præſens creditur, cuius ſpecies non cernitur. Videtur enim ſpecies panis, et uini: et ſubſtantia panis, et uini non creditur. Creditur autem ſubſtantia corporis, et ſanguinis Chriſti: et tamen illius ſpecies non cernitur. Quod ergo uidetur ſecūdum ſpeciem, ſacramentum eſt, et imago illius, qđ creditur ſm corporis ueritatem, et qđ creditur ſm corporis ueritatem, ſacramentum eſt illius, qđ percipitur ſm grām ſpiritualem. Sacramentum ergo altaris, et euchariſtia diuina in uero corpore, et ſanguine Dñi nři Ieſu Chriſti, et imago eſt ſm ſpeciem panis, & uini, in qua cernitur, & res eſt ſecundum ſubſtantię ſuę ueritatem, in qua creditur illic, atque

per-

percipitur. Et rurſum, ꝙ nunc uiſibiliter ſecundum ſpeciem ſacramenti, & corporaliter ſecundum carnis, & ſanguinis ueritatem, Chriſtum in altari ſumimus: ſacramentum eſt, & imago, ꝙ ipſum eundem inuiſibiliter, & ſpiritualiter ſecundum grãe infuſionem, & ſpiritus ſui participationem in corde ſumere debemus. Ergo diuiniſſima euchariſtia, quę in altari & ſm ſpeciem panis, & uini, & ſecundum corporis, & ſanguinis Chriſti ueritatem uiſibiliter, & corporaliter tractatur: ſacramẽtum eſt, & ſignum, & imago inuiſibilis, & ſpiritualis participationis Ieſu, quę intus in corde per fidem, & dilectionem pficitur. Voluit enim ſapientia Dei, quæ ſe per uiſibilia manifeſtat, oſtendere, ꝙ ipſa animorum cibꝰ, & refectio eſt: & propterea carnem aſſumptam in edulium propoſuit, ut per cibum carnis ad guſtum inuitaret diuinitatis. Sed ne rurſum humana infirmitas contactum carnis in aſſumptione horreret: conſueti, & principalis edulij ſpecie illam uelauit, & ſic ſumendam propoſuit: ut ſenſus in uno ſoueretur, & fides in altero ędificaretur. Senſus enim ſouetur in uno, dum ſolita tantum, & conſueta percipit: ædificatur autem fides in altero, dum in eo, qd uidet, quale ſit illud, quod non uidet, agnoſcit. Proponitur igitur ſpecies panis, & uini, ut doceatur plena, & perfecta refectio eſſe in ſumptione corporis, & ſanguinis Chriſti ex diuinitate Chriſti. Plena aũt refectio cibus, & potus eſt: Cibi autem, & potus, panis, & uinum principalis ſubſtantia eſt. Et proponitur ſpecies ex principali ſubſtãtia refectionis: ut in

Ioan. 6 ea ſumatur, & per eam ſignificetur ueritas corporis & ſanguinis: ſicut ipſe teſtatur dicens. Caro mea uere eſt cibus, & ſanguis meus uere eſt potus. Quæ tñ corporis, & ſanguinis ſumptio, ꝙ ſola ſine ſpirituali effectu ſalutem non conferat, ipſe idem Saluator

Ioan. 6. manifeſtat dicens. Caro nihil prodeſt: ſpiritus eſt, q uiuificat. Virtus ergo, & plenitudo ſpiritualis refectionis, quæ in corpore, & ſanguine Chriſti eſt, per ſpeciem quidem panis, & uini ſignificatur: in perceptione autem gratię, & infuſione internæ, & æternæ refectionis perficitur. Et ſic quidem cum tria in uno ibi ſint, in primo quidem ſignum inuenitur ſecundi: in ſecundo autem cauſa tertii: in tertio uero uirtus ſecundi, & ueritas primi. Et hæc tria in uno ſunt, & unum ſacramentum. Claret itaque, ꝙ diuiniſſimę euchariſtię aſſumptio ſacramentum eſt, & imago participationis Ieſu: quia hoc, ꝙ eius ſacramentum uiſibiliter percipimus, ſignum eſt, ꝙ ei ſpiritualiter, & inuiſibiliter uniri debemus. Ipſa autẽ euchariſtia. i. bona gratia, ipſa ſcilicet hoſtia ſacra diuiniſſima uocatur: quoniam diuinos facit, & participes diuinitatis eos, qui ſe participant. Et quia ipſa ſignũ eſt, & ueritas, in qua uera caro Chriſti ſub ſpecie panis ſumitur, & in carne eius digne ſumpta ipſius etiam diuinitatis ſuſceptio, & participatio, & conſortium condonatur. Propterea digniſſima eſt, & ſanctiſſima, & ſanctificans ſanctificantia omnia, & ſancta. Sequitur. Et quæcunque alia celeſtibus q-

" dem eſſentiis ſupermundane, nobis uero ſymboli-
" ce tradita ſunt. Poſtquam quędam exẽpli gratia ad
" oſtendendam uiſibilium ad inuiſibilia ſimilitudinem propoſuit: nũc generaliter de toto concludit, dicens. Et quęcunque alia cęleſtibus quidem eſſentijs ſupermundane, nobis uero ſymbolice tradita ſunt: ac ſi diceret. Hæc, q̃ ſuperius memorata ſunt, uiſibilia, arbitrari debet noſter animus ſecundum exẽpla propoſita ad inuiſibilia ſimilitudinem habere: & non ſola hęc, ſed quæcunque alia, quę nobis ſymbolice tradita ſunt, uel quę celeſtibus ęſſentijs ſupermundane. Non enim ſola hæc, quę poſita ſunt, uiſibilia, id eſt, formæ ſuauitates, lumina diſciplinę, ordines, euchariſtia ſacra, inuiſibilium habent, & ſimilitudinem, & demonſtrationem: ſed & alia omnia uiſibilia quæcunque nobis uiſibiliter erudiendis ſymbolice, id eſt, ſignatiue tradita, ſunt propoſita ad inuiſibilium ſignificationem, & declarationem. Et non ſola hæc uiſibilia, quæ nobis ſymbolice tradita ſunt, inuiſibilium demonſtrationem habent: ſed & illa quoque, quæ cæleſtibus eſſentijs, id eſt, angelicis ſpiritibus, ſupermundane. i. inuiſibiliter, & ſpiritualiter, & non ſecundum huius mundi ſpecies tradita ſunt, ſigna ſunt inuiſibilium, & imagines eorum, quæ in excellenti, & incomprehenſibili diuinitatis natura ſupra omnem intelligentiã ſubſiſtunt, & ſenſum. Hoc eſt enim, quod dicit, ꝙ non ſola ea inuiſibilium ſigna ſunt, quæ nobis tradita ſunt ſymbolice: ſed illa quoque, quæ cæleſtibꝰ eſſentijs tradita ſunt ſupermundane. Habent nãq; & ipſi angelici ſpiritus ſigna ſua, & demonſtrationes, per quas de inuiſibilibus Dei, & ualde occultis, & ſecretis abſcõditis intus immaterialiter, & inuiſibiliter, & ſimpliciter erudiuntur. Quæ quidem ſigna quantum ad nos, & ea, quæ apud nos ſunt, uiſibilia: inuiſibilia omnino exiſtimantur. Quantum uero ad illam multum inuiſibilem, & inacceſſibilẽ lucem, & incomprehenſibilem deitatis: quaſi foris ſunt, & procedunt ab intus in demonſtrationem.
Propter quod & ipſa ſigna, quę ſuperueniunt mentibus, ſiue animis diuinitus illuminatis, theophaniæ. i. diuinæ apparitiones uocantur: quia in eis ad manifeſtationem uenientibus id, quod omnino occultum Dei eſt, demonſtratur. Hæc ergo ſunt, quę cęleſtibus ſupermundane traduntur, non ſecundũ eam, quę apud nos eſt, demonſtrationem: ſed inuiſibiliter, & ſimpliciter aſpirata. Multa quidem hic dicenda fuerant de hoc contemplationis genere, quo theophanię. i. diuinę apparitiones diuinitus aſpiratæ mentibus illuminandis ſuperueniunt, & eas de occultis, & inuiſibilibus Dei miro, & abſcondito, & ſecreto, & ſingulari modo erudiendo ſapientes efficiunt: p̃cipue q̃m & hic quoque quidã in cogitationibus ſuis euanuiſſe inueniuntur, Deum rationali animo omnino incomprehenſibilem, & inacceſſibilem prędicantes: præterquam ꝙ theophaniis quibuſdam. i. diuinis apparitionibus, uel ſimilitudinibus diuinis in contemplationem propoſitis, de ipſo eruditur. Ipſa autem quaſi quædam ſimulacra abſconditæ diuinitatis inter rationales animos, ac Deum media ponuntur: altiora quidem mente, inferiora aũt diuinitate. Et hoc quidẽ ſolũ de Deo uideri, & in hoc ſolo Deũ uideri, utpote, qui in ſeipſo a nulla mente, uel animo uideri poſſit. Hæc uero ſimulacra ſunt errorũ, & phantaſmata uanitatis: in quibus dũ ſolũ diuinitatis lucem uiſibilem, & percepti-

ceptibilem conantor aſſerere,ueram deitatis cognitionem, & oiſionem mentibus ſanctis probantur auferte. Quid eſt enim in illis ſolum Deum uideri,& extra illa non oideri,niſi nunquàm uere uideri, & uerum nunquàm uideri? Si enim imago ſola ſemper uidetur:& ueritas nunquàm uidetur: quoniam imago ueritas non eſt, etiam cum de ueritate eſt. Tollant ergo phantaſias ſuas, quibus lumen mentium noſtrarum obumbrare nituntur: neque nobis Deum noſtrum ſimulacris autumationum ſuarum interſepiant: quia nos ſicut ſatiare non poteſt aliquid præter ipſum,ita nec ſiſtere uſque ad ipſum. Ipſas igitur theophanias alio modo, & ueritati conſentaneo exiſtimemus. Sicut enim duo ſunt, lumen, & quod ſuſcipit lumen corpus: & ex his duobus unum efficitur lucens: & ipſum lucens imago quodammodo eſt, & ſimilitudo luminis in eo,quòd lucet ſicut ipſum lumen:ita & Deus noſter lumen eſt, & uerum lumen eſt, & ipſum lumen rónales animi mundi,& puri concipiunt: & ex eo lucentes fiunt, & non ſunt ipſi imago luminis in eo, quòd ſunt:ſed in eo,quòd lucent ex lumine, ſicut ipſum lumen lucet: & ſunt ipſa lucentia theophaniç luminis, in quibus lumen uidetur: quoniam a nullo lumen uideretur, ſi nullus a lumine illuminaretur. Nam & qui in ſe lumen uidet,lucentem ſe uidet:qui profecto non uideret, ſi non luceret, & ſe lucentē non uideret. Sic ergo nō conſtituimus aliū inter Deum noſtrum, & nos: ſed immediate uiam facimus, & nobis ad ipſum, & ipſi uſque ad nos, ut ſimus in ipſo,& ipſe in nobis:ut non ſit aliud extra ipſum,in quo beatificemur: ſicut aliod eſſe non potuit præter ipſum,a quo createmur. Propter hoc ergo ſupradictā ſententiam theologiç ad commodiorem intelligentiam interpretemur. Quia enim dixerat inuiſibilia quædam per eas, quæ determinatæ ſunt uiſibiles imagines, demonſtrari: nunc generalem de ipſis inuiſibilibus ſententiam ſubiungit dicens. Et quæcunque alia &c. Ac ſi diceret:non ſolum illa inuiſibilia,quorum hæc ſigna propoſita ſunt,in manifeſtationem oenerunt: ſed etiam quæconque alia inuiſibilia:quæ nobis quidem,ſcilicet, hominibus, ſymbolice.i.figuratiue,& per ſenſibiles demonſtrationes ſunt tradita i.propoſita, & manifeſta: Cæleſtibus,autem eſſentijs. i.angelicis ſpiritibus,ſupermundane, & ſpiritualiter per nudam & ſimplicem ueritatem impreſſam reuelata. Sequitur.

,, Propter hanc ergo noſtram corrationalem theo-
,, ſin.i.diuinitatem,quæ nobis eſt corrationalis.i.con
,, grua,uel apta. Congruum enim eſt,ut per ea, quæ
,, nota ſunt nobis,diotnorum participes efficiamur.

Propter hanc ergo,& cętera:quaſi diceret, quia humanus animus non poteſt de inuiſibilibus erudiri,
,, niſi per uiſibilia, & cognita, ac cognata ſibi. Igi-
,, tur miſericors principium perfectionis ideſt Deus,
a quo omnis perfectio initium habet, ſicut in ipſo conſummationem capit,& finem: ſola gratia,& miſericordia,ut nos ad ſuam cognitionem reuocaret,
,, & ſimilitudinem reformaret: Manifeſtans nobis
,, cæleſtes hierarchias ideſt angelicas poteſtates: &
,, perficiens etiam noſtram hierarchiam commini-
,, ſtram earum,ſcilicet,cæleſtium hierarchiarum, ut
ſit illis & in dignitate conformis, & in miniſterio ,,
diuino conſimilis: ſeruata in nobis ſimilitudine ,,
deiformis earum ſanctificationis: ut ſimus ſimiles ,,
ſanctificationi earum,qua Deo conformes ſunt, ad ,,
uirtutem noſtram.i. ſecundum poſſibilitatem no- ,,
ſtram:hoc eſt,quantum ſimiles eſſe poſſumus, qui ,,
homines, & mortales,& peccato adhuc obnoxij ſumus:deſcripſit ſupercæleſtes intellectus.i. inuiſibiles ſpiritus,qui nobis incogniti erant, ſenſibilibus imaginibus,ut per nota incognita diſceremus. Et hanc deſcriptionem fecit in ſacris eloquiorum cōpoſitionibus.i.in ſacri eloquij deſcriptionibus:quç compoſitiones,& figuras, & ſimilitudines proponunt nobis ad inuiſibilium demonſtrationem. Et hoc ideo fecit, ut nos reduceret per ſenſibilia ad intellectualia:hoc eſt,per uiſibilia ad inuiſibilia. Et ut nos etiā reduceret ex ſacre figuratis ſymbolis.i. de figuris ſacris,& ſacrarum rerum figuris: in ſimplas ſummitates.i.in ſimplices,& ſpirituales excellentias cognoſcendas cæleſtium hierarchiarum, id eſt, angelicarum poteſtatum. Propterea enim illas uiſibilibus ſignis nobis deſcripſit:ut eas nobis intelligibiles faceret,& ad earum nos imitationem conformaret.

---

*Titulus Cap. II.*

## *QVOD PVLCHRE DIVINA, & cęleſtia etiam per diſſimilia ſymbola manifeſtantur.*

## LITERA DIONISII. Cap.II.

OPortet ergo (ut exiſtimo) primum exponere quam quidem eſſe ſpeculationem omnis hierarchiæ exiſtimamus: & quid ipſius unaquęque diuinis profuit laudatoribus. Deinde cæleſtes hierarchias laudare ſecundum ipſarū in eloquiis manifeſtationem: conſequentibuſque his dicere, qualibus diuinis formationibus cęleſtes figurant ordines eloquiorum ſacræ deſcriptiones: & ad qualem oportet aſcendere per formas ueritatem. Vt non & nos eodem modo multis immunde exiſtimemus cæleſtes,& deiformes animos, multipedes eſſe quoſdam, & multorum uultuū, & ab bonum †pecudalitatem,aut ad leonū beſtialem imaginationem formatos,aut ad aquilarum curuo roſtro ſpeciem,aut ad uolatilium tripertitam alarum commotionē effiguratos:& rotas quaſdam igneas ſuper cælum imaginemur: & thronos materiales

†pecuininatem.

diui-

diuinitati ad recubitū neceſſarios:&equos quoſdam multicolores,& armiferos archiſtrategos:& quæcunque alia ex eloquiis nobis ſacre, & formabiliter in varietate manifeſtatiuorum ſymbolorum tradita ſunt.Etenim valde artificialiter theologia poeticis ſacris formationibus in non figuratis intellectibus vſa eſt: noſtrum (vt dictum eſt) animum reuelans,& ipſi propria, & connaturali reductione prouidens, & ad ipſam reformans anagogicas ſanctas ſcripturas. Si cui autem videtur ſacras quidem recipi debere compoſitiones tanquàm ſimpliciū in ſeipſis,ignotorūq; nobis,& incontéplabilium ſubſiſtentium: inconuenientes uero exiſtimat ſanctorum intellectuum in eloquiis ſacris deſcriptiones, & omne ſic dicere durum, hoc angelicorum nominū theatrum:& debuiſſe(ait) theologos ad corpoream ſacturam uniuerſaliter incorporaliū uenientes proprijs ea, & quantum poſſibile cognatis & formare,& manifeſtare figurationibus ex apud nos precioſiſſimis, & immaterialibus quoquomodo, & ſupereminentibus eſſentijs:& non cæleſtibus, & deiformibus ſimplicitatibus terrenas nouiſſimas circumpoſitas multiformitates. Hoc quidem & noſtrum ſublimius futurū eſſet,& ſupermūdanas manifeſtationes nō deduceret in inconuenientes diſſimilitudines.Hoc etiam in diuinas ſimul iniuſte nō iniuriam faceret uirtutes, & ęque noſtrum non ſeduceret animum in immundas ſe inſerentem compoſitiones.Et fortaſſis etiam exiſtimabūntur ſupercæleſtia leoninis quibuſdam,& equinis multitudinibus repleri: & mugitiua laudū oratione, & uolatili angelorum præcipitatu,& animalibus alijs,& materiis ignobilioribus tanquā ad inconſequens,& ignobile & paſſibile recluſa, dū deſcribuntur per omnia deiformes claræ manifeſtatiuorum eloquiorum ſimilitudines.Sed ueritatis(ut exiſtimo)inquiſitio oſtendit eloquiorum ſacratiſſimam ſapientiam in animorum cæleſtium formationibus utrumque ualde prouidiſſe:ita ut neq; in diuinas(ſic forſitan diceret quis)iniuriā faceret uirtutes:neque nos in uiles paſſibiliter infigeret imaginum humilitates. Quia quidem enim pulchre procuratæ ſunt informium formæ,& figuræ carentium figuris,non unam cauſam diceret quis eſſe noſtram analogiam non ualentem immediate in inuiſibiles extendi contemplationes: & deſiderantem proprias, & connaturales reductiones: quæ paſſibiles nobis formationes prætendunt informium,ſupernaturaliumque ſpeculationum.Sed quia & hoc myſticis eloquiis eſt decentiſſimum, per incomprehenſibilia diuina ænigmata occultare,& inuiam multis ponere ſacram,abditamque ſupermundanorum intellectuum ueritatem.Eſt enim non omnis ſacer, neq; omnium(ut eloquia aiunt) ſcientia.Si autē deformes imaginum deſcriptionis cauſas exiſtimauerit quis inhoneſtū: dicens referri ſic turpes formationes deiformibus, & ſanctiſſimis diſpoſitionibus: ſufficit ad eū dicere,quomodo duplex eſt ſanctæ manifēſtationis modus. Vnus quidem quaſi conſequens propter ſimiles prouenientium ſacrarum figurarum imagines: alter uero ꝓpter diſſimiles formarum facturas in omnino inconſequens,& indecorum conſormatus. Itaque colendam ſupereſſentiam diuinitatis beatitudinem manifeſtatiuorū eloquiorum myſticę traditiones,aliquando quidem ut rationem,& intellectum,& eſſentiā laudant: diuinam rationalitatem,& ſapientiam eius declarantes,& uere exiſtentē ſubſtantiam,& eorum,quæ ſunt ſubſtātiæ, cauſam ueram: & quaſi lumen eam formant,& uitam uocant tantis mirabilibus formatiōnibus caſtioribus manentibus, & materiales formationes excellere quoquomodo probatis deficientibus:& ſic diuina ad ueritatem ſimilitudine.Eſt enim ſuper omnem eſſentiam,& uitam,nullo quidem ipſam lumine characterizante: omnique ratione,& intellectu ſimilitudine ipſius incomparabiliter derelictis. Aliquando uero diſſimilibus manifeſtationibus ab ipſis eloquiis ſupermundane laudatur,eam inuiſibilem,& infinitam,& incomprehenſam uocantibus: & quæ,ex quibus non quid eſt, ſed quid non eſt, ſignificatur.Hoc enim,ut exiſtimo, potentius eſt in ipſa.Quoniam quidem ut occulta,& ſacerdotalis traditio ſubintroduxit: hoc quidem non eſſe ſecundum quid eorum,quę ſunt,eam uere dicimus.Ignoramus autem ſupereſſentialem ipſius, & inuiſibilem,& ineffabilem infinalitatem.Si igitur negationes in diuinis uerę ſunt,affirmationes uero incompactæ: obſcuritati arcanorum magis apta per diſſimiles formationes manifeſtatio. Et nunc itaque non turpes

pes

pes replent cæleſtes ornatus eloquiorum ſacræ deſcriptiones diſſimilibus eos forma rum facturis manifeſtantes: & per has oſtẽdentes materialibus ſimul omnibus ſupermundalium excellentias. Quin uero & noſtrum animum reducant magis diſſimiles ſimilitudines: non exiſtimo quemquam be ne ſapientum contradicere. Per quidem enim precioſiores ſacras formationes con ſequens eſt ſeduci,auriformes quaſdam exi ſtimantes eſſe cœleſtes eſſentias,& quoſdam uiros fulgoreos decora indutos ueſtimen ta,candidum, & igneum innocue reſpergẽ tes: & quibuſcumque aliis ſimilibus imagi natis formis theologia cœleſtes figurauit in tellectus.Quod quidem ne paterentur, qui nihil uiſibilibus bonis altius intelligunt,ſãctorum theologorum reſtitutiua ſapientia ad indecoras diſſimilitudines mirabiliter deſcendit: non concedens materiale noſtrum in turpibus imaginibus remanens quieſcere: purgans uero, ſurſumq; ferens, & animę ſuggerens deformitate compoſitionum, tanquam neque iuſto, neque uero probante: eſſe nequaquam ualde materialibus,quia ſic turpibus, ſimilia ſecundũ ueritatem ſupercæleſtia,& diuina ſpectacu la. Sed itaque & hoc intelligere oportet: nihil eorum, quæ ſunt, eſſe uniuerſaliter boni participatione priuatum: ſiquidem (ut eloquiorum ueritas ait) omnia bona ualde. Eſt ergo ex omnibus intelligere bo nas ſpeculationes: & inuiſibilibus, & intellectualibus,ex materialibuſque formare di ctas diſſimiles ſimilitudines: altero modo intellectualibus habentibus, quę ſenſibilibus aliter diſtributa ſunt. Etenim furor in irrationabilibus quidem ex paſſibili motu eſt: & omnis irrationabilitatis repletus eſt furibundus eorum motus: ſed intellectuali bus altero modo oportet iraſcibile intelligere: declarans(ut exiſtimo) eorum uirilẽ rationabilitatem,& † immanem quietem in diuinis, & immutabilibus fundamẽtis.Eodem modo concupiſcentiam quidem eſſe dicimus in irrationabilibus inconſultam quandam,& materialem ex naturali motu, aut conſuetudine in mutabilibus incontinenter ingenitam impaſſibilitatem, & irra tionabilem corporalis uoluptatis cõtinuitatem: ſimul omne animal compellentis ſe cundum ſenſum inconcupiſcibile. Cum uero diſſimiles ſimilitudines intellectuali-

† immanẽtem.

bus circumponentes concupiſcentiam eis circunformamus amorem diuinum: ipſã intelligere oportet ſuper rationem,& intel lectum immaterialitatis, & inflexibile, & non indigens deſiderium ſupereſſentialiter caſtæ,& impaſſibilis contemplationis,& ad illam purani, & ſublimiſſimam claritatem, & inuiſibilem, & formificam pulchritudinem æternæ,ueræ, & inuiſibilis ſocietatis. Et ueluti potentiam excipit quidem in ſufficientia,& in conuerſibilitate: & a nulla af fligitur uirtute,per inconfuſum, & immutabilem diuinæ pulchritudinis amorem,& uniuerſalem reuocationem in id, quod ue re eſt appetendum. Sed & ipſam irrationa bilitatem,& inſenſualitatem in quidem irrationabilibus animalibus, aut in animatis materijs, defectum rationis, & ſenſus proprie uocamus:in autem immaterialibus, & intellectualibus eſſentijs ſancte, & decẽter ſupereminentias earum ut ſupermundaliũ confitemur, noſtram tranſitoriam, & corporalem rationem,& materialem,& aliena tum in corporalibus animi ſenſum excellẽ tes.Eſt itaque non diſſonãs formare cæleſtibus formas, & ex uilibus materię partibus.Quoniam & ipſa ex uere bono ſubſiſtẽ tiam poſſidens per omnem ſui materialem diſpoſitionem imagines quaſdam intellectualis pulchritudinis habet:& poſſibile eſt per eas reduci ad immateriales primas for mas diſſimiliter (ut dictum eſt) ſimilitudinibus acceptis,& eiſdem non ſimiliter: cõpacte autem,& pulchre intellectualibuſq;, & ſenſibilibus ꝓprietatibus diffinitis. Hæc myſticos theologos inueniemus non ſolũ cæleſtium diſpoſitionum declarationibus mirabiliter conformantes:ſed & ipſis aliqñ diuinis manifeſtationibus. Et aliquando q. dem ipſam ex luminibus precioſis laudant: ut ſolem iuſtitiæ, ut ſtellam matutinam in animum ſancte orientem: & ut lumen incircumuolute,& inuiſibiliter reſplendens. Aliquando uero ex mediis: ut ignem inno cue reſplendentem: ut aquam uitalis pleni tudinis datricem, & (ut ſymbolice dicendũ)in uentrem ſubeuntem, fluminaque re dundantem immenſurabiliter refluentia. Aliquando autem ex nouiſſimis: ut unguẽ tum ſuaue: ut lapidem angularem. Sed & beſtialem ipſi formam circumponunt: & leonis ei,& pantheræ ſpecialitatẽ coaptãt; & pardalineam ueſtiunt,& urſam ſæuientẽ.

Addam

Addam uero, & quod omnium uilius eſſe, & magis ſignificare uiſum eſt: quia & uermis ſpecie ipſam ſeipſam circunformantem † diuina ſapientes tradiderunt. Sic & omnes theoſophi, & occulta inſpiratione prophetæ ſanctis incontaminatis diſtinguunt ſancta ſanctorum: & diſſimilem ſanctam figurationem honorant: ut neque diuina immundis recte accepta ſint: neque mirabilium imaginum ſtudioſi contemplationis tanquàm ueris remaneant figuris. Diuina itaque honorificant ueris negationibus, & ad nouiſſima compactarum imaginationum diuerſis ſimilitudinibus. Nihil ergo inconſequens eſt, ſi & cæleſtes eſſentias ex inconuenientibus diſſimilibus ſimilitudinibus formant ſecundum dictas cauſas. Non enim fortaſſis utique, non nos in quæſtionem quidem ex indigentia in anagogen per diligentem diuinorum ſcrutationem ueniremus: niſi deformitas nos extorqueret manifeſtatoriæ angelorum deformationis: non ſinens noſtrum animum remanere in diſſimilibus formarum facturis: ſed reluctantem negare materiales paſſibilitates: & aſſueſcentem pure extendere per uiſibilia in ſupermundanas altitudines. Tanta quidem a nobis dicta ſunt propter materiales, & inconuenientes diuinorum eloquiorum angelicas imaginum deſcriptiones. Deinde autem ſegregare oportet quid ipſam quidem eſſe Hierarchiam exiſtimamus: quidque ab ipſa Hierarchia proſunt Hierarchiam ſortientes: Dux uero ſit Chriſtus (ſi quidem mihi fas dicere) meus: totius Hierarchicæ manifeſtationis inſpiratio. Tu uero o puer ſecundum ſanctam noſtræ ſacerdotalis traditionis legiſlationem, ipſe ſancte, & decenter auſculta, mirabiliter dictorum diuinus diuina in doctrina factus: ſecreto animi quæ ſancta ſunt circuntegens, ex immunda multitudine tanquàm uniformia cuſtodi. Non enim fas (ut eloquia aiunt) in porcos proijcere inuiſibilium margaritarum inconfuſum, & luciformem, beneficumque ornatum.

† diuinā ſapiētiā.

# *INCIPIT LIBER III.*

## *expoſitionis in cæleſtis Hierarchiæ Diui Dionyſii Areopagitæ*

## *Cap. II.*

PRimum dixi, & dico nunc, ne uos expectatione ſdetineam, quòd in Hierarchiā Dionyſij petitionē neſtrā ſuſcepi, non ut profunda rerum ſcrutari perſequar: ſed ut detegam ſolum, & in lucem exponā tecta uerborum. Hoc enim introducendis primū magis cōueniens eſt: præcipue quia illa, quæ diſſerenda cenſuimus, magna nimis, & ſupra noſtram poſſibilitatem agnoſcimus. Titulus ſecundi capituli hic eſt. Quòd pulchre diuina, & cæleſtia etiam per diſſimilia ſymbola manifeſtantur. ,, Supra iam diximus qd ,, ſit ſymbolum, collatio uidelicet. i. coaptatio uiſibiliū formarū ad demonſtrationem rei inuiſibilis ꝓpoſitarum. Verbi gratia. Cum ſpirituum cæleſtium naturas exprimere uiſibiliter uolumus: humanos quidem uultus, ſed alas auis in unā compoſitionis ſpeciē coaptamus: ut pro uultu hominis, qui ſolus ex uiſibilibus ratione utitur, ipſi quoq; inuiſibiles ſpiritus rationales, & ſapientes eſſe intelligantur: per alas aūt agilitas naturæ illorum, & uelox ad omnia motus exprimatur. Quia ergò in primo capitulo generaliter de omni Hierarchia diſſeruit, quaſi ſummam ſequentis operis breuiter ad doctrinam faciendam prælibans: primū, quia oē bonū a ſummo bono participatione multiplicatur: & omne bonum ad ſummū bonū ſimilitudine, & conuerſione unitur: deinde, quia conuenienter ſcriptura ad declarationē inuiſibiliū uiſibilia ſigna aſſumpſit: nunc ſequenti capitulo oſtendit. ſicut titulus ipſe præloquitur, ꝙ uidelicet pulchre. i. apte, & conuenienter manifeſtantur, hoc eſt, repræſentātur, & ſignificātur, ut manifeſta fiant, diuina. ſ. ea, quæ in sūma ſunt Hierarchia, & cæleſtia, quæ in angelica ſunt Hierarchia. Vtraq; hęc conuenienter manifeſtantur, nō ſolū per ſimilia ſymbola. i. non ſolū per pulchras, & decētes, atq; eorū maieſtati, & puritati cōgruas, ſiue cōſimiles figuras, & formas: ſed ēt ꝑ diſſimilia ſymbola. i. per tales formas, & deſcriptiones quæ ab eorū excellentia alienę, & puritate indignę uideantur. Quod quidē aliquibus minus conueniēs uideatur eſſe. Sed bene cōſiderātibus rōne magna, & diſpenſatione neceſſaria ordinatū inuenitur. Ratione quidem, ut dū hæc aliena in demonſtrationē aſſumpta cernimus: illa quoq;, q̃ ꝓpria eſſe uidebātur ſcđm aliquid, aliena eſſe, & diſſimilia a ſumma ueritate agnoſcamus. Diſpenſatione uero, ut dum illa, q̃ mens pia in diuinis collocari ſecundū proprietatē nō ſuſtinet, ſignificatiōe illorū cernit attribui: alia quoq; quę digna uidebātur, ac ꝑ hoc uera, & ꝓpria credi poterāt, figuratiua eſſe, & per ſimilitudinē ueritati adducta nullatenus poſſit dubitari. Er-

go ſymbola ſimilia in demõſtrationẽ ad hoc ꝓpoſita ſunt, ut inuiſibilium ueritatẽ ſpecie cõſimili oſtẽderent: diſſimilia autem, ut ſignificando a figura ad ueritatem exeundũ, & nõ remanẽdũ in iis, quæ uera eſſe nõ poterãt, demonſtrarent. Ergo quantũ ſimilia ſymbola præcellunt ſpecie, tñ diſſimilia ſymbola tranſcendunt ſignificatione: qm̃ etſi illa hñt ſpeciẽ pulchriorem, tñ iſta ſignificationem tenent manifeſtiorem. Illa ueritatem oſtendunt: iſta a falſitate exire cõpellunt. Illa ſic ueritatem ſignificant, ut facile poſſit rudis aĩus in eis detineri: iſta ſic erudiunt, ut nõ ſinant in ſui ueneratione aĩos conſiderantium falli. Illa, cum ſint ſigna ueritatis tñ, aliqñ fortaſſis ſe pro ueritate pp excellentem ſpeciem recipi facerent: niſi iſta ſigna eſſent, in quibus ueritas non creditur, etiam ſi per ipſa ueritas ſignificetur. Aliud.n. eſt ueritas: atque aliud ſignum ueritatis: qa ſignum ueritas non eſt: etiam cum ueritatis ſignũ eſt, & uerum eſt. Illa igitur ſigna euidentiorem demonſtrationem habent, quę & per ſimilitudinem, qua appropinquant ueritati, ipſam ueritatem manifeſtant: & per diſſimilitudinem, qua elongant a ueritate, ſe non eſſe ueritatem, ſed ſigna tñ, & imaginem ueritatis demonſtrant. Hoc eſt ergo, quod in iſto capitulo demonſtrare intendit, ſicut per titulũ ipſius exprimitur: ꝙ diuina, & cæleſtia pulchre, & decenter nõ ſolũ per ſimiles, ſed etiam per diſſimiles formas, & figurationes demonſtrantur. Et quòd nulla (ſicut quidam exiſtimauerunt) ipſis diuinis, & cæleſtibus iniuria fiat, ſi aliqñ in ſcripturis ſacris ꝑ humiles formationes, & quaſi ab eorum excellentia remotas, & indignas figurentur: quemadmodũ in ſcriptura Deus plauſtro, & angeli bobus comparantur: & cætera in hunc modum.

OPortet ergo (ut exiſtimo) primum exponere quam quidem eſſe ſpeculationem oĩs Hierarchiæ exiſtimamus &c. Pudice temperat aſſertionẽ ſuam, ut prudentem decet: nec in rebus excellentibus, & a ſenſu humano remotis ultra hõis poſſibilitatem præſumere uidetur dicens, ut exiſtimo. Nouerat.n. hoc ipſe, quod dicebat: qm̃ ab eo doctus erat, qui uiderat, & ſciebat. Sed ſeruauit modeſtiam dictionis: ut hæc humilitate, non elatione, quærenda & inuenienda oſtenderet. Oportet ergo (ut exiſtimo) primum exponere quã quidem eſſe ſpeculationem omnis Hierarchiæ exiſtimamus. Quinque hic primum gñaliter conſideranda modo introductionis legentibus proponit: quæ per ſequentia capitula ſingillatim exponet. Primũ, gñalem omnis Hierarchiæ diffinitionem. Secundum, uniuſcuiuſque Hierarchiæ utilitatem. Tertium, cæleſtium Hierarchiarum ſecundum uiſibiles formationes, quæ in eloquio ſacro reperiuntur, laudationem. Quartum, ipſarum formationum, & deſcriptionum, quibus cæleſtes uirtutes ſignificantur, qualitatem. Quintũ, qualem ex ipſis, quæ uiſibiliter ad inuiſibilium declarationem, & laudationem proponuntur, mens humana in ipſis inuiſibilibus concipere debeat, ueritatem. Hoc eſt, conſiderare primum, quid ſit Hierarchia. Secundo, quid proſit. i. quæ in unaquaque utilitas conſiſtat. Tertio, quomodo excellentia inuiſibilium Hierarchiarum per uiſibilia ſigna oſtenditur. Quarto, qualitatem ſignorum, & demonſtrationum myſticarum cognoſcere. Quinto, ſignatum a ſigno, ueritatem a figura ſeparare. Oportet primum exponere quam ſpeculationem. i. quam diffinitionem exiſtimamus eſſe omnis Hierarchiæ: hoc eſt, quomodo generaliter, uel uniuerſaliter diffinienda eſt Hierarchia. Diffinitionem autem idcirco ſpeculationem uocat: quoniam diffinitio rei quaſi ſpeculũ eſt, in qua ipſius rei natura cernitur: ſicut in ſpeculo natura corporis appoſiti imago uidetur. Generalis diffinitio eſt, quæ diffinito uniuerſaliter conuenit: & in toto inuenitur. Qui enim dicit principatus angelicos Hierarchiam eſſe, uerum dicit, ſed uniuerſaliter non diffinit: quoniam in hominibus quoque Hierarchia inuenitur. Item, qui dicit, Hierarchiam eſſe ordinem, uerum dicit: quoniam ubi poteſtas eſt, ordo eſt: ſed non totum dicit: quoniam non omnis ordo Hierarchia eſt: quia non omnis ordo poteſtas eſt. Itaque generalis diffinitio eſt, quæ omni conuenit, & continet totum. Hanc itaque generalem diffinitionem Hierarchiæ ſpeculationem omnis Hierarchiæ author nominauit: quæ & omni conuenit, & continet totum. Hãc autem, quia in ſubſequentibus ipſe poſiturus eſt, & expoſiturus, nos in præſenti præoccupare nõ oportet. Deinde ſubiungit aliud ex iis, quæ exquirere, uel exponere oportet: uidelicet quid profuit unaquæque Hierarchia diuinis laudatoribus ipſius: hoc eſt quid, uel quantum profuit unaquæque Hierarchia. i. ſacra poteſtas, diuinis laudatoribus. ſuis. i. illis, qui in ea conſtituti, & ordinati Deum laudant, ſiue laudes diuinas celebrant, & frequentant. Omnes enim Hierarchiæ ad laudem diuinam ordinatæ ſunt, & inſtitutæ, ſiue ſuperiores, ſiue inferiores, ut ab omnibus laudetur Deus a quo, & per quem ſunt omnes, & in omnibus omnia. Et qui excellentiores ſunt, amplius laudant: & qui amplius laudant, ſublimius remunerantur. Itaq; omnis Hierarchia tantum ſuis diuinis laudatoribus prodeſt, quantum accepit ſecundum gratiæ diſtributionẽ, & dona largitionis: ut ſit uel in cognitione ſublimior, uel in amore feruentior. Secundum gratiam enim ſunt dona, & ſecundum dona ſunt merita: & ſecundum diuerſitatem meritorum, præmiorum diuerſitas conſtat. Omnis ergo Hierarchia Dei laudatoribus ſuis tantum in præmio profuit, quantũ contulit in dono: quia omnis dignitas, & poteſtas ſecundum miniſterij, & officij gratiam, qua Dei laudem, & honorem, & gloriam prædicare, & amplificare potuit, in fructu retributionis excreſcit. Sed & ipſæ cæleſtes uirtutes, quibus hoc ipſum præmium eſt Deum laudare: tantum ſingulæ ſecundũ ordines ſuos, & dignitates in principatibus, & Hierarchiis ſuis utilitatis accipiunt: quãto plus, uel minus in laudem creatoris per donum gratiæ cooperantes aſſurgunt. Deinde (ait) oportet, id eſt, poſt expoſitam diffinitionem omnis Hierarchiæ, & utilitatem, oportet laudare cæleſtes Hierarchias, hoc eſt, angelicos principatus. i. laudes eorum deſcribere, & demonſtrare ſecundum ipſarum, uidelicet Hierarchiarum, in eloquiis manifeſtationem. ideſt ſecundum hoc quòd laudes earum in eloquijs

quiis,hoc eſt, dininis ſcripturis manifeſtantur. Pro
ponuntur enim in ſacro eloqnio figuræ,& demoo
ſtrationes, quibus uirtutes , & laudes angelica-
rum poteſtatum declarantur : quas author inſpi-
ciendas,& conſiderandas dicit,ad angelicæ Hierar-
,, chiæ manifeſtationem.Sequitur. Conſeqnentibuſ-
,, que iis: hoc eſt, conſequenter poſt iſta ſupradicta,
,, uel in conſequentibus iis, qni ſequuntur : oportet
,, dicere,qualibus diuinis formationibus figurant ſa
,, cræ deſcriptiones eloqniorum.ſ.diuinorum,cęle-
,, ſtes ordines. Ac ſi diceret, primum oportet conſi-
derare,quomodo diuina eloquia cæleſtes uirtutes
per deſcriptionum formationes laudabiles prædi-
cant.Deinde,quales etiam ſint ipſæ deſcriptiooes,
& formationes,quas dinina quadam ratione in ea-
rum.ſ.cæleſtiũ nirtutum declarationẽ figurant.No
uiſſime aũt oportet cõſiderare ad qualem oportet
aſcendere per formas ueritatẽ. Non.n. ſufficit hoc
ſolũ,quod uiſibile eſt attendere,niſi etiam ſciamus
qualem oporteat ex eo,quod uiſibiliter demonſtra
tur,inuiſibiliter neritatem cogitare. Si enim puta-
mus hoc ſolũ eſſe,quod uiſibiliter in demõſtratio-
nem cernitur:nũquã ueritatis participes efficimur:
Diſcernamus ergo ſignũ a ueritate,& ſciamus aliud
eſſe,quod foris ſenſui erudiendo apponitur: aliud
aũt,quod intus animo biificando reſeruatur. Idcir
co aũt dicere oportet ad qualem neritatem aſcen
dere debeamus,ab his figurationum niſibiliũ for-
mis:ne nos etiã(ſicut multi) exiſtimemus hæc oĩa,
quæ pro ſignis cæleſtium in ſcripturis figurate pro
ponuntur,ita eſſe illic,quemadmodum hic myſtice
ſignraotur in ſimilitudinibus, & formis, & figuris
ad corporalia tantũ,& ſenſibilia pertinẽtibus:quæ
in diuina,& ſpiritualia omnino non cadunt : hoc
eſt enim,quod ſequitur.Vt noo & nos eodem mo-
,, do multis immunde exiſtimemus cæleſtes, & dei-
,, formes animos,multipedes eſſe quoſdam , & mul-
,, torum uultuum : & ad boum pecudalitatem, aut
,, ad leonum beſtialem imaginationem formatos: &
,, ad aquilarum curuo roſtro ſpeciem, aut ad uolati-
,, lium tripertitam alarum commotionem effigura-
,, tos:Et rotas quaſdam igneas ſuper cælum imagine-
,, mur:& thronos materiales diuinitati ad recubitũ
,, neceſſarios,& equos quoſdam multicolores,& ar-
,, miferos archiſtrategos:& quęcunq;alia ex eloquijs
,, nobis ſacre,& formabiliter in uarietate manifeſta
,, tinorum ſymbolorũ tradita ſunt. Vt ergo non exi-
,, ſtimemus etiam nos eodem modo multis, id eſt,
,, quemadmodum multi exiſtimant, cæleſtes, & dei-
,, formes animos , id eſt, ſpiritus inuiſibiles,incorpo
reos,& Dei,non corporum ſimilitudinem, ac for-
mam habentes, multipedes eſſe : quemadmodum
uidelicet figuratiue in eloquio ſacro ſub figuris,&
formis animalium deſcribuntur : ut in Ezechiele ,
in Eſaia,& Zacharia,& Michea, & aliis prophetis,
angelici ſpiritus per animalia figurantur quadru-
pedia,& uolatilia,& cætera ad hunc modum. Et ne
exiſtimemus etiam quoſdam illorum ſpirituũ mul
torum uultuũ eſſe.i.multos uultus,ſiue facies habe
Eze.1. rent in Ezechiele ſcriptum eſt de animalibus ſan-
ctis.Quatuor facies uni erãt: quod licet ad ſanctos
Euangeliſtas,uel Apoſtolos,nel quoslibet iuſtos cõ
grue referatur:tamen etiam de ſanctis angelis, in-
carnationem uerbi,& paſſionem,& reſurrectionẽ,
& aſcenſionem annunciantibus,& in his omnibus
uerbum incarnatum miniſterii ſamnlatu proſeqnẽ
tibus,non inconuenienter accipitur. Sequitur. Et
ad boum pecudalitatem : ſubaudiendum eſt,& ne
exiſtimemus quoſdam formatos ad boum pecuda
litatem: hoc eſt,ad ſimilitudinem,formamq; boũ,
quæ pecudalis eſt,non angelica : ſicut in Ezechiele
forma bouis,uel uituli in animalium figuratione
exprimitur. Aut etiam,ne exiſtimemus eoſdem ſpi-
ritus formatos ad leonum beſtialẽ imaginationẽ :
hoc eſt,ad imaginationem , ſiue imaginem leonũ,
quæ beſtialis eſt,& ſpirituali,ac rationali natura in
digna : ſicut in Ezechiele facies hominis , & facies
leonis in figuratione animalium memoratur.Et ad
aquilarum curuo roſtro ſpeciem (iterum ſubaudi-
tur)formatos non exiſtimemus. Quòd autem ait
curuo roſtro, expreſſe dignam mouet irriſionem,ſi
cut in cæteris:aduerſum eos, qui hæc putant ſpiri-
tuali naturę ſecundum proprietatem aſſignata.No
tum eſt autem, ꝙ in deſcriptione Ezechielis etiam
facies aquilæ memoratur.Sequitur. Aut ad uolati-
lium tripertitam alarum commotionem effigura-
tos: ſubauditur ne exiſtimemus.Sicut enim in Eſa- Eſa.6.
ia ſcriptum eſt de ſolio ſedentis,& templo . Sera-
phim ſtabant ſuper illud;ſex alæ uni,& ſex alæ alte
ri.Duabus uelabant caput,duabus nelabant pedes;
& duabus uolabant alter ad alterum.Et alibi: quo-
niam duabus tegebant corpora ſua.Vbi quidem in
ſex alarũ per binas & binas diſtinctione; terna uel
tripertina cõmotio inuenitur.Sex.n.alæ binæ & bi
næ iunctæ:ſimul tria paria alarũ conficiunt. Seqni
tur. Et rotas quaſdam igneas ſuper cælum imagine
mur. Subauditur negatiua particula a ſuperiori,ui- ,,
delicet,ne imaginemur rotas quaſdam igneas ſup
cælum;& ne imaginemur etiam thronos materia-
les quaſi neceſſarios diuinitati ad recubitum:cum
diuina natura,quę ſola oĩa portat, fulcimẽto non
egeat.De rotis autem igneis,& thronis in libro Da
nielis teſtimonium habemus ; & in Eſaia , & Mi- Danie.7.
chea de ſolio excelſo, & ſublimi ſedentis, Se- Eſa.6.
quitur. Et equos quoſdam multicolores (ſicut in
Zacharia leguntur equi albi, & nigri, & uarij : &
in Apocalypſi ſimiliter ) ſubauditur ne imagine-
mur.Et armiferos archiſtrategos,ſimiliter ne ima-
ginemur.i.principes,& duces militiæ arma ferẽtes,
ſiue armis indutos:ſicut in Zacharia legimus,& in
Michea. Item Dominum ſedentem ſuper ſolium Zacha.6
excelſum,& exercitum cæli a dextris eius,& a ſini- Apoc. 6.
ſtris:& in libro Regum currus,& equos,& equites
in montibus igneos demonſtratos Eliſeo,& puero 4.Reg.6
eius in auxilium uenientes.Archiſtrategi dicti ſunt
quaſi duces,uel ductores principum exercitus. Cõ
poſitum nomen ab eo quod eſt ἀρχός archos, id
eſt,princeps , & στρατηγός ſtrategos: quod eſt dux,
& imperator exercitus . Aarchiſtrategi itaq; duces
intelliguntur principum exercitus:qui ipſis etiam
principibus principantur ; ſiue ducatum præbent
ſuperiores , Hæc igitur omnia ab ijs, quæ ſecun-
dum nos ſunt per ſimilitudinem ſumpta , atq; illis
ſpiritibus cęleſtibus ad ea,quę ipſis inuiſibilia ſũt,ſi

gnificanda attributa: ſic a nobis accipienda ſunt ut hæc ita in ipſis eſſe non exiſtimemus, ſed per hæc alia, quæ in ipſis, nobis ſunt inuiſibilia, uiſibiliter propoſita perpendere ſtudeamus. Non enim ſpecies corruptibilis ad illorum munditiam attingit: & propterea quodammodo immunda exiſtimatio eſt, quæ ſine diſcretione: tam humilia, & indigna illi excellenti naturæ per proprietatem attribuit. Siue igitur hæc, ſiue quæcunque alia ex eloquijs, id eſt, ſcripturis, nobis ſacre, & formabiliter hoc eſt ſacra ſiue ſacræ rei formatione, uel figuratione, tradita ſunt, in uarietate manifeſtatiuorum ſymbolorum, ideſt figurarum, & deſcriptionum ſacrarum, quibus manifeſtantur ſecreta, & abſcondita: omnia ſic accipiamus, ut ſecundum ſimilitudinem, & ſignificationem eorum illa, de quibus facta ſunt, omnia uera eſſe credamus: & tamen nihil horum in illis per proprietatem eſſe cogitemus. Sequitur. Etenim ualde artificialiter theologia poeticis ſacris formationibus in non figuratis intellectibus uſa eſt: noſtrum (ut dictum eſt) animum reuelans, & ipſi propria, & connaturali reductione prouidens: & ad ipſum reformans anagogicas ſanctas ſcripturas. Ad hoc reſpondet, quod ſupradixerat, conſiderandum eſſe qualibus formationibus ſacra ſcriptura cæleſtes ordines figuraret. Ac ſi diceret. Propterea ipſe formationes cæleſtium ordinum in ſacro eloquio diligenter inſpiciendæ ſunt: quoniam idcirco factę ſunt, ut noſtrum animum ad inuiſibilium cognitionem per hæc uiſibilia, & nota reuelarent. i. illuminarent. Etenim ualde artificialiter, uel prudēter, ſiue conſiderate uſa eſt theologia. i. diuina ſcriptura, poeticis ſacris formationibus. i. deſcriptionibus formatum; uel figuratum ad ſacra, uel ſancta repræſentanda propoſitarum, formationibus poeticis. i. excogitatis, uel adinuentis ratione, & expoſitis per ſimilitudinem myſticæ traditionis in non figuratis intellectibus. i. ſpiritibus ſine figura, & corporali forma in ſua ſimplicitate conſiſtentibus ſignificandis. Noſtrum (ut dictum eſt, uidelicet in ſuperiori capitulo) animum reuelās ab alto ignorantiæ uelamine, ut nuda & aperta facie cęleſtia contempletur: & ipſi ſcilicet animo ꝓpria, & connaturali reductione prouidens, ut uidelicet reducatur ad inuiſibilia cognoſcenda instructus per ea, quæ connaturalia, & propria illi ſunt: & ad ipſdm uidelicet animum, reformans, uel coaptans, ſiue contemperans ſanctas ſcripturas anagogicas: ut prius per noſtra nobis conformatæ ad nos deſcenderent: & poſtea ad ſuperiora reducendo illuminatos ſubleuarēt. Hoc ergo theologia ualde artificialiter fecit: ut nobis loquens noſtra ſuſciperet: & per noſtra admonitos, & eruditos ad ſua ſubleuaret. Sed ſi cui fortaſſis hoc probandum uideatur: inquantum ipſa theologia ad ſignificationem uiſibilium pulchras, & decentes ab his, quæ noſtra ſunt, formationes aſſumpſit: reprehenſibile autem, & incongruum illud, quòd indecoras etiam, & indignas tantæ puritati, & maieſtati ſimilitudines appoſuit: illi reſpondendum, propterea theologiam non ſolum ſimiles, ſed etiam diſſimiles in demonſtrationem diuinorum formas aſſumpſiſſe: ut per illud, quod diſſimile, & quaſi alienum manifeſte de ipſis per figuram dicitur: etiam id, quod proprium uideri poterat, figuratum, & alienum ad ꝓprietatem agnoſcatur: hoc eſt, quod ſequitur. Si cui autem uidetur ſacras quidem recipi debere cōpoſitiones, tanquàm ſimplicium in ſeipſis, ignotorumque nobis & incontemplabilium ſubſiſtentiū. Hoc eſt, dignum eſſe ut recipiantur ſacræ compoſitiones. i. figurationes, uel formationes ſacræ, quæ de ipſis diuinis, & inuiſibilibus factæ ſunt: utpote de ijs, quæ ſimplicia, & incompoſita ſine figuratione corporali, & forma, ac per hoc nobis, qui corporalia tantum contemplari, & cogitare nouimus, ignota, & incontemplabilia ſubſiſtunt: & niſi per uiſibilia ſigna, & demonſtrationes uiſibiles oſtendi, ac percipi ab humano corde non poſſunt. Si cui ergo dignum uidetur, & neceſſarium propter eiuſmodi cauſas ſacras compoſitiones recipiendas eſſe: ita duntaxat ſi pulchre, & decenter, tantęque puritati conuenientes formarentur: nunc autem indecentes eſſe, & inconuenientes exiſtimat, ille uidelicet quæcunque, ſanctorum intellectuum, id eſt, ſpirituum deſcriptiones, quæ ī eloquiis ſacris factę ſunt: & exiſtimat ille etiam inconueniens eſſe, omne hoc angelicorum nominum, ut theatrale ſibi uidetur figmentum, ut uidelicet angeli boues, & leones, & aquilæ, & equi, & rotæ, & currus, & throni, & cætera huiuſmodi, introducantur, & nominentur: quod ſecundum ipſius exiſtimationem theatrale uidetur, & theatrali recitatione, & irriſione dignum. Nobis autem pie ſentientibus, & recte credentibus ſic dicere durum: uel omne ſic dicere durū id eſt omnes ſic duræ, & inconuenientes dictiones, & deſcriptiones, quod eſt quaſi quoddam angelicorum nominum theatrum: uel ſi exiſtimat ille ſic dicere. i. ſic dicendum eſſe hoc, quod in ſcriptura fingitur, quaſi durum, ideſt inconſonum, & inconueniens angelicorum nominum theatrum eſſe: & ſi ille etiam ait debuiſſe theologos uenientes, uel deſcendentes ad corpoream facturam, id eſt, materialem figurationem, uniuerſaliter, ideſt omnino incorporalium, cæleſtium uidelicet, & inuiſibilium: formare, ea. ſ. inuiſibilia, & manifeſtare, quantum poſſibile eis eſſet, proprijs et cognatis figurationibus. i. inconuenientibus, & ſimilibus figurationibus ſumptis apud nos. i. inter uiſibilia iſta ex præcioſiſſimis, uel ſumptis ex precioſiſſimis apud nos, hoc eſt, ex eis, quæ pręcioſiſſima ſūt apud nos: et ex immaterialibus quoquomodo. i. ex eis, quæ quoquo. ideſt aliquo modo immaterialia eſſe uidentur, et īcorporalia: ſicut uidelicet lux, et ignis, et ſplendor, et calor, et cætera huiuſmodi: quæ cū materialia ſint, et corporalia, multum tamen ſpirituali naturæ ſubtilitate, et puritate appropinquāt. Si ergo dicat ille ex iis pręcioſiſsimis, et aliquo modo immaterialibus, et ſupereminentibus eſſentiis debere theologos ſumpſiſſe figuras eorum, quæ omnino incorporalia ſunt, ut per ea, quæ fere immaterialia, & incorporalia ſunt, uere incorporalia ſignificarentur. Et ſi adhuc dicat non debere circumpoſitas eſſe terrenas, et nouiſsimas ideſt ultimas, uel infimas, ſiue abiectas multi-

formitates

formitates. i. ex multis formis, & uarijs compoſitas figuras: deiformibus ſimplicitatibus .i. ſpiritualibus naturis: quę quia deiformes ſunt in gloria, terrenæ, & nouiſſime: & quia ſimplices in eſſentia, multiformitates eis omnino attribui non debuerunt. Et ſi dicat adhuc: hoc quidem, id eſt, ſi ex præcioſis, & ſupereminentibus eſſentijs figuræ inuiſibilium ſumerentur, & terrenæ, & nouiſſimæ formitate deiformibus ſimplicitatibus non circumponerentur, uel aptarentur: hoc quidem & noſtrum ſublimius futurum eſſet, hoc eſt, ſublimius nos ad cognitionem ſpiritualium proueheret. Vel hoc quidē & ooſtrum eſſet, quia corporale eſſet, & materiale: & ſublimius futurum eſſet. i. diuinis, & ſpiritualibus uicinius, ut ex utraque parte rationabile fieret: ut per hoc, quod ooſtrū eſſet. i. familiare, & cognitum nobis, erudire non poſſet: & per hoc, quod ſublimius, & dignius eſſet, ſpiritualium excellentię, & dignitati congrueret. Et ſupermundanas etiam, id eſt, cæleſtes, & ſpirituales manifeſtationes non deduceret in inconuenientes diſſimilitudines: quemadmodum iſtæ deſcriptiones faciunt: quia ex terrenis, & nouiſſimis eſſentijs ſimilitudines incōuenientes, & diſſimiles rebus ſpiritualibus adducunt. Hoc etiam. i. ſi ex pulchris, & decentibus formis tantum ſpiritualium figuræ formarentur: non faceret iniuriam in diuinas uirtutes non conuenientes formas eis attribuendo: quod facere eſt iniuſtum. Et æque. i. ſimiliter non ſeduceret animum ooſtrum, ſicut iſta turpis, & indecens formatio ſeducit, ut aliena de illis uirtutibus, & indigna cogitet: dū ſcio iſtas immundas inſerit, uel ingerit compoſitiones: quæ de ipſis indecenter factæ ſunt. Et fortaſſis adhuc aliud de his turpibus compoſitionibus malum ꝓueniat, quòd exiſtimabuntur ſupercæleſtia repleri, uel repleta eſſe leoninis quibuſdā, & equinis multitudinibus. i. equorum, & leonum: & mugitiua laudum oratione, & uolatili angelorum præcipitatu: quia figurę leonum, & equorum, & boum, & auiū, quorum rugire, & hinnire, & uolare eſt, & qui Deum laudare non poſſunt niſi mugiendo, uel rugiendo: angelis tribuuntur. Et exiſtimabuntur ipſa cæleſtia non ſolum his, ſed etiam aliis animalibus, & materijs ignobilioribus: ut uermibus, & carbonibus, & alijs huiuſmodi, quæ per figuram de ſpiritualibus dicta inueniuntur: repleta: tanquā recluſa. i. patefacta, & aperta ſint ipſa cæleſtia: ad in conſequens. i. inconueniens, & ignobile: & poſſibile ſupra ſit, ut eiuſmodi admittantur in ea, uel & paſſibile ideſt corruptibile. Et hæc quidem omnia exiſtimabuntur, dum deſcribuntur ſimilitudines manifeſtatiuorum eloquiorum: quas ad manifeſtationem eloquia proponunt clare. i. manifeſte: deformes. Si cui ergo hoc totum uideatur (ut huc uſque pendeat ſententia, & demum ita inferatur) ei quidem ita uideri: ſolas. i. pulchras, & excellentes ſpecies ſpiritualium, & diuinorum ſignificationi apponendas: Sed tamen ſi quis ueritatem diligenter inquirat eum agnoſcere, quòd ſapientia diuinorum eloquiorum utraſque conuenienter appoſuit: hoc eſt, quod ſequitur. Sed ueritatis (ut exiſtimo) inquiſitio oſtendit eloquiorum ſacratiſſimam ſapientiam in animorum, ſiue ſpirituum cæleſtium formationem utrunque ualde prouidiſſe: ita ut neque in diuinas (ſic forſitan diceret quis) iniuriam faceret uirtutes, id eſt, ut neque per ipſas humiles figurationes iniuriam faceret diuinis uirtutibus, id eſt, ſpiritibus, qui diuini ſunt, & ſacri, & incorporei: quod tamen fortaſſis aliquis iniuriam diceret, & dicendam putaret: cum tamen iniūria non ſit; neque nos per eaſdem figurationes infigeret paſſibiliter in uiles humilitates imaginum. i. in uilitatem humilium, ſiue in humilitatem uilium imaginum. Vtrunque enim ſapientia diuini eloquij prouidit, & cauit: ut per iſtas humiles figurationes, neque diuinis iniuriam faceret, neque noſtrum animum ad uiles cogitationes, uel exiſtimationes falſas informaret. Et quidem primum quare diuinis, & inuiſibilibus manifeſtandis corporales, & uiſibiles figuræ, & formæ appoſitæ ſunt: neceſſaria, & conueniens cauſa demonſtratur, quam fortaſſis aliquis non unam diceret eſſe, ſed duplicem: id eſt, non ſolum ideo, quia illa niſi per iſta animo noſtro manifeſtari non poterant: ſed etiam ideo, quia in figuris & ænigmatibus myſticarum deſcriptionum ab impuris mentibus, & a maliuolis diuina ſecreta tegenda fuerant, & celanda. Ita (inquit) myſticarum deſcriptionum cauſam aliquis dicet: quod cum & ipſe indubitanter, & ueraciter dicere potuiſſet, modeſte alteri attribuit, ne forte ſuam authoritatem commendare uideretur. Hoc eſt ergo, q̄d ait. Quia quidem enim pulchre procuratæ ſunt informium formæ, & figuræ carentium figuris: non unam cauſam diceret quis eſſe noſtram analogiam. Quia quidem enim. Contra uſum latinitatis ſecundum idioma linguæ græcæ coniunctiones glomerauit: ſiue quia pro quod legatur, ut ſit hic ſenſus. Quod quidem quis, id eſt aliquis, diceret non unam eſſe cauſam, hanc ſcilicet noſtram analogiam ideſt non ſolum noſtram analogiam cauſam eſſe huius rei, ꝙ procuratæ ſunt pulchre, id eſt, cōuenienter a ſacro eloquio formæ informium, & figuræ carētium figuris, id eſt, quòd in ſacro eloquio attributæ ſunt formæ, et figuræ illis cæleſtibus ſpiritibus, qui in ſua natura nec formas corporales habent, nec figuras. Huius inquam rei diceret quis non ſolum eſſe cauſam analogiam, id eſt, conditionem noſtram aliter non ualentem ad inuiſibilium cognitionē pertingere: neque ualentem immediate, id eſt, ſine medio aliquo extendi per intellectum in inuiſibiles contemplationes, id eſt, in contemplationes inuiſibilium. Noſtram analogiam dico etiam deſiderantem proprias, et connaturales reductiones: hoc eſt, reduci ad inuiſibilium cognitionem, et contemplationem per ea, quæ propria illi ſunt, et connaturalia, id eſt, uiſibilia, et corporalia: quę uidelicet corporalia prætendunt, id eſt, proponunt formationes informium, id eſt, ſpiritualium ſpeculationum, et ſupernaturalium, id eſt, noſtram naturam excedentiū ſpeculationū, et omnino incomprehenſibilium nobis, niſi per iſtas formationes paſſibiles demonſtrarētur, et inſinuarentur nobis. Analogiam conditionem dicit humanam: quoniam analogia eſt iuxta ratio

nẽ,& conuenientiam plurium ſimilium in uno proprietas, quemadmodum & grammatici analogias uerborum aſſignare ſolent ſecundum ſimilitudinẽ plurium ſub una proprietate cadentium. Analogia igitur humanæ naturæ, id eſt, conditio, uel proprietas, ſiue conuenientia, eſt ea poſſe, & noſſe, quæ ad hominem pertinent, & quę homo noſſe, & poſſe accepit. Supra analogiam autem noſtram, id eſt, ſupra conuenientiam, & ęqualitatem noſtram eſt cæleſtia ſcrutari: niſi per ea, quæ apud nos ſunt, uiſibilia, & nota nobis erudiamur. Hæc ergo analogia, id eſt, conditio humana, cauſa fuit, quare ſacrum eloquium mentibus humanis erudiendis de inuiſibilibus uiſibilia ſigna propoſuit. Et non ſola hæc cauſa fuit: ſed etiam quia & hoc decentiſſimum eſt myſticis eloquiis, occultare ſcilicet, & inuiam moltis ponere ſacram, & abditam, id eſt, occultam ueritatem ſupermundanorum intellectuum, id eſt, inuiſibilium ſpirituum per incomprehenſibilia diuina ænigmata. Propterea enim ęnigmata, & parabolę, & figuræ in myſtico eloquio ſcripturarum apponuntur, ne ueritas ſpiritualium rerum carnalibus, & immundis ſpiritibus pateſcat: & ut ſimul ſtudioſos, & deuotos ipſa ſua profunditate exerceat. Quã tamen cauſam hic author ex ſuperabundanti cõmemorare indicat. Ideo igitur tecta ſunt ne omnibus pateant diuina ſacramenta: quia non omnes digni ſunt agnitione ueritatis. Eſt enim non omnis ſacer: neque omnium (ut eloquia aiunt) ſcientia. Propterea enim quia non omnis homo ſacer eſt, idcirco ueritas omnibus manifeſtanda non eſt: quoniam ſi cunctis manifeſtaretur, multi illam per malitiam contradicendo roderent, uel immunde uiuendo inquinarent. Vnde dictum eſt. Nolite ſanctum dare canibus: iis uidelicet, qui dente malitię ueritatem propoſitam rodunt. Neque margaritas proiicere ante porcos: ante eos ſcilicet, qui oblatam quantũ in ſe eſt male uiuendo polluunt. Hi ſunt nanque nõ ſacri, id eſt, non digni ſacris: quorum non eſt ſcientia (ut eloquia dicunt) ſcripturæ ſacræ. Apoſtolus enim dicit, quòd fides omnium non eſt: quoniam illa ueritatis cognitio, qua Deus a ſanctis, & iuſtis pie creditur, a peruerſis quibuſque uel non recipitur, uel non digne tenetur.

Matth. 7 — Ibidem.

Si autem deformes imaginum deſcriptionis cauſas exiſtimauerit quis inhoneſtum, dicens referri ſic turpes formationes deiformibus, & ſanctiſſimis diſpoſitionibus: ſufficit ad eum dicere quomodo duplex eſt ſanctæ manifeſtationis modus. Nunc tamen ad quæſtionem ſuperius obiectam reſpondet, in qua continebatur ſacris, & diuinis non conuenienter in ſacro eloquio uiles, & abiectas formationes apponi, dicens. Si quis exiſtimauerit cauſas deſcriptionis imaginum deformes, id eſt, ſi quis exiſtimauerit deformes, id eſt, inconuenientes eſſe cauſas deſcribendi imagines: dicẽs inhoneſtum eſſe referri, id eſt, aptari ſic turpes formationes deiformibus, & ſanctiſſimis diſpoſitionibus, id eſt, ordinibus. Si quis, inquam, ita exiſtimauerit, & ita dixerit: ad eũ ſufficit dicere quomodo duplex eſt ſanctæ manifeſtationis modus: id eſt, exiſtimationi, & oppoſitioni eiuſmodi ſufficienter reſpondetur in eo, ꝙ ſanctę manifeſtationis, quæ fit per ſcripturas, duplex modus eſſe oſtenditur. Vnus quidem quaſi conſequẽs, id eſt, conueniens & decens: in quo ſigna ſignatam ueritatem per cõſimilẽ proprietatẽ ſequantur: propter ſimiles imagines ſacrarum figuratũ conueniẽtium, id eſt, procedentium ad faciendam manifeſtationẽ: uel prouenientium id eſt aptarum, & concordantiũ cum eo, quod ſignificant. Alter uero modus eſt conformatus in omnino incõſequens, id eſt, diſcrepans, & inconueniens, & indecorum, propterea ꝙ ipſæ figuræ, & ipſa ſigna manifeſtantia ueritatem non dicere uideantur. Hoc eſt, quod ait: propter diſſimiles formarum facturas. Sequitur. Itaque colendam ſuperеſſentialis diuinitatis beatitudinem manifeſtatiuorum eloquiorum myſticę traditiones, aliquando quidẽ ut rationem, & intellectum, & eſſentiam laudant, diuinam rationalitatem, & ſapientiam eius declarantes, & uere exiſtentem ſubſiſtentiã, & eorũ, quę ſunt ſubſiſtentiæ, cauſam ueram. Ac ſi diceret: quia duplex eſt modus manifeſtationis ĩ ſacro eloquio: alter uidelicet per ſimilia ſigna, alter per diſſimilia ſigna formatus: Itaque etiam diuinæ naturę maieſtatem ipſa ſacra eloquia aliquando per ſimiles, aliquando per diſſimiles formationes repræſentant. Per ſimiles quidem aliqñ a corporalibus ſumptas, aliqñ ab incorporalibus. A corporalibus, ſicut cum eam rationem, & intellectum a corporalibus, quemadmodum cũ eã lumen, & ſplẽdorem nominant, & cætera, quę fiunt ad hunc modũ. Aliquando aũt per diſſimiles formationes ſimiliter ab incorporalibus, uel a corporalibus ſumptas diuinam naturã manifeſtant. Ab incorporalibus quidem, ut cum ei iram, zelum, pœnitẽtiam attribuũt. A corporalibus uero, quãdo illi formas, uel figuras beſtiarum, uel aliarum quarumlibet rerum corporalium in ſignificatione apponũt. Hoc eſt ergo, qđ dicit. Itaque myſticæ traditiones manifeſtatiuorũ eloquiorum laudant colendam beatitudinẽ ſupereſſentialis diuinitatis: aliquando quidem ut rationem, & intellectum, & eſſentiam, declarantes diuinam ſubſiſtentiã eius uere exiſtentem, & ueram cauſam ſubſiſtentię omnium eorum, quæ ſunt: quoniam & in ſe uere ſubſiſtit, & ſubſiſtentia omnia ſubſiſtere facit, in eo ꝙ illam eſſentiam appellant: cum ipſa tamen ſupra omnem rationem, & intellectum, & eſſentiam, in ſua maieſtate nec intelligibilis, nec comprehenſibilis ſupra omnia ſubſiſtentia ſubſiſtat. Sequitur. Et quaſi lumen eam formant, & uitam uocant. Colendam ſcilicet beatitudinem myſticæ traditiones, cum tamen ipſa ſuper omne lumẽ ſit lumen, & ſuper omnem uitã uita ſubſiſtat. Tot ergo, ac tantis modis ſacra eloquia diuinam maieſtatem in figuratione formant.

Ipſis tantis mirabilibus formationibus caſtioribus manentibus: quàm cæteræ, quæ incongruę uidentur, & indignæ. & ipſis tantis mirabilibus formationibus probatis quoquomodo excellere cæteras materiales formationes. Ac ſi diceret. Quàmuis ad illam excellentiam omnis formatio, uel repreſentatio inferior inueniatur: ad comparationem tamen aliarum formationum tam pulchræ, & tam decoræ formationes excellere probantur.

Cum ſcilicet diuinitatis natura, ratio, & intellectus,
& eſſentia, & lumen, & uita nominatur: quàmuis &
in his quoque formationibus ad ineffabilem ueri-
tatem exprimendam ſimilitudo in manifeſtatione
,, deficiat. Vnde ait. Deficientibus, & ſic diuina ad ue
,, ritatem ſimilitudine. Ipſis uidelicet excellentiori-
,, bus ſimilitudinibus etiam ſic deficientibus, id eſt,
etiam in tanta excellentia deficientibus a diuina ſi
militudine: deficientibus ſcilicet ad ueritatem, ſu-
bauditur exprimendam. Omne enim, quod hic in
ſigno eſt, minus eſt, quàm quod illic in ueritate eſt.
,, Eſt enim (ſcilicet diuina natura) ſuper omnem eſ-
,, ſentiam, & uitam, nullo quidem lumine characte-
rizante, id eſt, figurante, uel exprimente: & eſt excel
lens omni ratione, & intellectu incomparabiliter
derelictis retrorſum, ſiue inferius a ſimilitudine ip
ſius. Vnde apparet ſi eius ſimilitudo ratione, & in-
tellectu tanto ſuperior eſt, quod ad eius ſimilitudi
nem æquandam nec ratio, nec intellectus accedere
,, poteſt. Sequitur. Aliquando uero diſſimilibus ma-
,, nifeſtationibus ab ipſis eloquijs ſupermũdane lau
,, datur, eam inuiſibilem, & infinitam, & incompre-
,, henſibilem uocantibus, & quæ, ex quibus non
,, quid eſt, ſed quid non eſt, ſignificatur. Ac ſi dicat.
,, Non ſolum ſimilibus, & excellẽtibus manifeſtatio
nibus, atque ad eius imaginem accedentibus mani
feſtatur: ſed aliquando etiam manifeſtationibus
diſſimilibus, & ab ipſius natura peregrinis, ab elo-
quijs ſupermũdane, id eſt, myſtice, & ſpiritualiter, &
ſuper huius mundi ſpeciem laudatur. Quando
enim per pulchras formas laudatur, ſecundum ſpe
ciem huius mundi laudatur: id eſt, dicitur ſecundũ
aliquid, quod eſt ipſum, per quod laudatur. Quan-
do uero per diſſimiles, & a ſe alienas formationes
laudatur, ſupermundane laudatur: quoniam nec
idem eſſe dicitur, nec ſecundum id, ſed ſupra id to-
tum aliud, per quod laudatur. Propterea ergo ſu-
permundane laudatur ab ipſis eloquiis formationi
bus diſſimilibus. Eloquijs dico. ſiue ipſis forma-
tionibus uocantibus eam, diuinam ſcilicet naturã,
inuiſibilem, & infinitam, & incomprehenſam: pri-
mum infinitam in ſe, deinde inuiſibilem nobis, poſt
incomprehenſam a nobis: & alia quoque multa, ip
ſis eloquijs uocantibus diuinam naturam, quæ ta-
lia ſunt, ex quibus non quid eſt, ſed quid non eſt,
ſignificatur. Cum enim inuiſibilis, & infinitus, &
incomprehenſus dicitur Deus: non quid eſt dicitur,
ſed quid non eſt. Non eſt enim uiſibilis, quia uide-
ri non poteſt: neque finitur, quia loco non claudi-
tur, nec tempore terminatur: nec comprehenſibilis
eſt, quia etſi quod eſt creditur, quantum eſt non ca-
pitur. Qui ergo inuiſibilem dicit, non eſſe dicit qđ
eſt, ſed non eſſe quod non eſt. Similiter & qui infi-
nitum dicit, & incomprehenſum, non dicit eſſe qđ
eſt, quia nihil eſſe affirmat. Sed non eſſe dicit quod
non eſt, quia aliquid eſſe negat: quoniam & quod
non affirmat, eſt quod dici non poteſt: & quod ne
,, gat, eſt quod poteſt intelligi. Sequitur. Hoc enim,
,, ut exiſtimo, potentius eſt in ipſa. Hoc uidelicet, ex
quo non quid eſt, ſed quid non eſt ſignificatur, po-
tentius eſt, id eſt, efficacius, & magis proprium, &
expreſſum in ipſa: quoniam qui dicit qđ non eſt, di
cit quod aliquo modo poteſt intelligi: qui autem
dicit quod eſt, dicit quod nullo modo poteſt com-
prehendi. Sed potentius eſt, & excellentius quantũ
ad ueritatis expreſſionẽ, dicere, quod nõ eſt Deus,
quam quòd eſt. Quoniam quidem ut occulta, & ,,
ſacerdotalis traditio ſubintroduxit: hoc quidem ,,
non eſſe ſecundum quid eorum, quæ ſunt, eam ue ,,
re dicimus: ignoramus autem ſuper eſſentialem ip- ,,
ſius, & inuiſibilem, & ineffabilem infinalitatem. Ac ,,
ſi diceret. Sicut teſtatur authoritas ſacræ ſcripturæ, ,,
ſubintroducta ex occulto ad manifeſtationem, &
tradita ad correctionem, & informationem. Sicut
ergo ipſa traditio, id eſt, ipſa authoritas tradita, oc-
culta quantum ad myſteria ſacramentorum occul-
torum, & ſacerdotalis quantum ad ipſorum diui-
norum ſcriptorum dignitatem, & ſanctitatem, &
ſui ſanctificationem: quia & a diuinis ſacerdotibus,
& propheticis tradita eſt: & propter ſanctificandos
per eam diuinitus ſanctificata. Sicut ergo ipſa occul
ta, & ſacerdotalis traditio ſubintroduxit: didici-
mus eorum, quæ ſunt, omnium non eſſe hoc, id eſt,
tale quid ſecũdum quod uerè dicimus eſſe eã, id eſt,
diuinam naturam: quia nulla rerum creatarum ſpe
cies ita eius ſimilitudini approximat, ut id, quod ue
re in ipſa eſt, expreſſe & ſecundum proprietatem
oſtendat. Vel ita didicimus non eſſe eam uere quod
dicimus eam eſſe ſecundum quid, hoc eſt, ſecundũ
aliquid eorum, quæ ſunt: quod enim uere eſt ſecun
dum aliquid eorum, quæ ſunt, totum dici non po-
teſt: & ideo cum eam ſecundum illa, quæ ſunt, ali
quid eſſe dicimus, nondum quod uere eſt per ex-
preſſionem manifeſtamus. Ignoramus autem ſuper
eſſentialem ipſius, & inuiſibilem, & ineffabilem in
finalitatem. Quod enim infinitum eſt ab humana
ſcientia exiſtimari non poteſt: quod, quia ineffabi-
le eſt, non dicitur: & quia inuiſibile eſt, non cogno
ſcitur: & quia ſupereſſentiale eſt, non comprehen-
ditur. De ipſo igitur mens humana aliquid capere
poteſt, ipſum non poteſt: & lingua humana de ipſo
aliquid dicere poteſt, ipſum non poteſt: nec idcir-
co tamen falſum exiſtimandum eſt, quod de ipſo di
citur: quoniam de ipſo tantum eſt, & non ipſe hoc,
quod dicitur: neque uanum, quod de ipſo cogita-
tur, quoniam de ipſo tantum eſt, & non ipſe hoc,
quod cogitatur: quoniam uerum dicitur, & ueritas
cogitatur: quæ ſic ducit ad ipſum, quàmuis ſubli-
mius, & excelſius conſiſtat in ipſo. Sequitur. Si igi- ,,
tur negationes in diuinis ueræ, affirmationes uero ,,
incompactæ: obſcuritati arcanorum magis apta eſt ,,
per diſſimiles formationes manifeſtatio. Ac ſi dicat. ,,
Quia expreſſius, & magis proprie Deum non eſſe
quid, quàm eſſe dicimus, cum & eſſe aliquid, & nõ
eſſe ueraciter dicamus: manifeſtum eſt in diuinis, id
eſt, iis, quæ de Deo dicuntur, & Deo attribuuntur:
negationes ueras eſſe, id eſt, proprias; affirma-
tiones uero incompactas, id eſt, improprias & non
cohærentes: quoniam diſſimilia iungere, & coa-
ptare conantur, ſecundum illum modum dicen-
di, quo de Deo formari non poteſt aliter humana
locutio. Si autem negationes in diuinis ueræ ſunt,
id eſt, propriæ: & affirmationes incompactæ, id eſt,
impropriæ: manifeſtum eſt, quoniam obſcuritati
arca-

arcanorum reuelandorum magis apta eſt manifeſtatio facta per diſſimiles formationes, quàm per ſimiles: quoniam illa remouendo quaſi per nega-
,, tionem quid non ſit Deus demonſtrare nititur: iſta
,, uero ponendo, quaſi per affirmationem quid ſit
,, oſtendere conatur. Et nunc itaque non turpes re-
,, plent cæleſtes ornatus eloquiorum ſacræ deſcrip-
,, tiones diſſimilibus eos formarum facturis manife
,, ſtantes: & per has oſtendentes materialibus ſimul omnibus ſupermundalium excellentias. Et nunc itaque quandoquidem diſſimiles figurationes in diuinis magis proprie conſtant ſecundum eum modum, quo de Deo ex omnibus, quæ ſunt, nihil proprie nominatur: Secundum hunc itaque modum non replent, id eſt, repletos aſſerant, cæleſtes ornatus, id eſt, cæleſtes ordines, uel diſpoſitiones, ipſæ turpes, id eſt, deformes, quæ in ſacro eloquio proponuntur formationes: manifeſtantes eos ſcilicet ornatus, diſſimilibus facturis, id eſt, compoſitionibus formarum diſſimilibus, & alienis ab eorum excellentia: & per has facturas oſtendentes ſupermũdalium, id eſt, cæleſtium, & inuiſibiliũ excellentias ſimul omnibus materialibus: hoc eſt, excellentias ad omnia materialia: id eſt, oſtendentes, quòd ipſa ſupermundalia, & ſpiritualia omnibus materialibus excellunt. In hoc enim, quòd eis diſſimiles figuras attribuunt, oſtendunt, quòd & illa quoque, quę & ſecundum ſimilitudinem de ipſis dici uidẽtur, ad proprietatẽ illorũ non aſſurgunt. Sequitur.

,, Quin uero & noſtrum animum reducãt magis
,, diſſimiles ſimilitudines, non exiſtimo quemquàm
,, bene ſapientum contradicere.

,, Ac ſi dicat. Non ſolum ideo diſſimiles figurationes probabiles ſunt, quòd ſupermundalium excellentias oſtendunt: ſed ideo etiam quòd noſtrum animum magis quàm ſimiles figurationes a materialibus, & corporalibus reducunt, neque in ſe quieſcere ſinunt. Audi magnum ſacramentum. Quod Deus eſt, ſuper omne eſt: & cum quæritur quid eſt, hoc dici non poteſt, quia cogitari non poteſt. Quod enim cogitari poteſt, aſcendit in cor hominis, & capitur a corde hominis, uel in his, quæ uidentur ſecundum ſpeciem, uel ſecundum ea, quę per imaginationem, uel in ijs, quæ ſentiuntur intus per experientiam, & ueritatem: & non capit cor hominis, niſi quæ nouit, uel ſecundum ea quæ nouit. Nouit autem ea, quæ foris per ſenſum concipit, & ea quæ intus per experientiam ſentit: & omne qđ capit, uel in iſtis capit, uel ſecundum iſta conijcit. Quod autem nec in iſtis, nec ſecundum iſta eſt, cor humanum capere non poteſt. Quod autem Deus eſt, nec horum aliquid eſt, quia creatura non eſt: nec ſecundum iſta eſt: quia creator eſt. Quod ergo Deus eſt, nec in iſtis inueniri poteſt, nec ſecundum iſta intelligi quale eſt. Si enim intelligeretur ſecundum iſta, in eadem ſimilitudine deduceretur ad iſta, & eſſet hoc in iſtis, quod in illo eſt. Quęcunq; autem in creaturis ſunt, magis ſibi uicina ſunt, & cognata, quia facta ſunt: quàm opus artifici, & factura plaſmatori. Omne enim tempus ad æternitatem comparatum, & omne ſpatium ad immenſitatem compoſitum, minus inuenitur habens, quàm quælibet prolixitas temporis ad momentũ collata, uel quantitatis extenſio quantumuis excreſcens, ad atomi proportionem relata. Sic quod Deus eſt, ad creaturam comparatum amplius excellens inuenitur, quàm quod ſummum eſt conditum ad ea, quæ ſunt ima, uel extrema facta, comparatum. Non ergo ſecundum iſta poteſt cogitari Deus quod eſt: quoniam aliud eſt, & aliter eſt, & longe, & remote, & diſſimiliter: & quid eſt dici non poteſt. Si enim aliquod horum dicitur, aliud eſt. Si ſecundum aliquid horum dicitur, aliter eſt: Quid ergo dicendũ eſt quod Deus eſt? Si cælum dicitur, aliud eſt. Si terra dicitur, aliud eſt: & quicquid in cælo eſt, & in terra eſt, non eſt hoc, quod Deus eſt. Ergo aliud eſt hoc, quod Deus eſt. Et hoc quid eſt? Solum hoc dici poteſt, quòd aliud eſt, & quid eſt, dici non poteſt. Habemus ergo quod dicamus, non eſt hoc Deus: ſed non habemus quod dicamus, hoc eſt Deus: quia omne quod habemus, hoc non eſt Deus: & non habemus in his omnibus, neque inuenimus quod eſt Deus. Omne enim hoc, aliud eſt a Deo: quia nõ eſt Deus omne, quod factum eſt a Deo: & nõ uidet oculus, neque mens capit, niſi hoc, uel ſecundum hoc, quod non eſt Deus, ſed a Deo. Homo enim ſenſum hominis habet, & ſentit ſecundum ſenſum hominis: uel quod extra eſt ſecundum carnem, uel quod intus eſt ſecundum mentem: & non habet amplius homo. Oculus carnis quæ ad carnem, oculus mentis quę ad mentem. Amplius quid? Nemo 1.Cor.2.
hominum ſcit quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus hominis, qui eſt in homine. Sic quæ Dei ſunt, nemo ſcit, niſi ſpiritus Dei: & qui habet ſpiritum Dei, ſcit per ſpiritum Dei quæ ſunt Dei. Eſt autem oculus *De oculo triplici poteſt excellens Cõcionator excellenter diſcurrere ſi velis*
triplex: oculus carnis, oculus rationis, oculus contemplationis. Oculus carnis apertus eſt, oculus rationis lippus, oculus contemplationis clauſus, & cęcus. Oculo carnis uidetur mundus, & ea, quæ ſunt in mundo. Oculo rationis animus, & ea, quę ſunt in animo. Oculo cõtemplationis Deus, & ea, quæ ſunt in Deo. Oculo carnis uidet homo quæ ſunt extra ſe: oculo rationis quæ ſunt in ſe: oculo contemplationis quæ ſunt intra ſe, & ſupra ſe. Ergo Deus, quod eſt, incogitabilis eſt, ſed hominum, & humanæ rationi: quæ non percipit, niſi quod nouit, uel ſecundum id, quod nouit, quod eſt in ſe, uel extra ſe. Qui autem ſpiritum Dei in ſe habent, & Deum habent: hi Deum uident: quia oculum illuminatum habẽt, quo Deus uideri poteſt: & ſentiunt non in alio, uel ſecundum aliud, quod ipſe non eſt, ſed ipſum, & in ipſo quod eſt, quod præſens eſt. Nec tamen id dici poteſt, quia ineffabile eſt, quia incogitabile eſt: & ſentitur, & non exprimitur. Ergo omne, quod dicitur de Deo quia eſt, ſecundum id dicitur, quod dici, & cogitari poteſt: quoniam aliter dici non poteſt: & omne, quod dici, & cogitari poteſt, minus eſt, & infra eſt, quàm quod Deus eſt. Ipſum hoc, quod dicitur, minus dicitur, & ipſum hoc non dicitur quod eſt Deus: quia qui aliquid dicit ſecũdum aliquid dicit, & cogitat quod dicit, & ſecundum quod dicit. Nominas Deũ, & duas ſyllabas formas: & totum dixiſſe putas quod eſt. Quid cogitaſti? Quod enim cogitaſti, hoc dixiſti. Cogitaui (inquis)

quod

quod ſupra omnia eſt: hoc quid eſt? Si cogitare potes quid eſt, q̄d eſt hoc dicere potes. Si aūt cogitare nō potes, dicere non potes: quia quod nō pōt cogitari, non poteſt dici. Dixiſti Deus: & quid eſt Deus? Quid cogitas, aut quale cogitas cum dicis Deus? Quod enim ſonat, hoc eſt inſpiciens, uel currens, ſiue timor, uel quodlibet aliud exiſtimaueris ut potes de ipſo. Ergo cum dicis Deus: inſpicientem dicis, & contemplantem, & conſiderantem omnia. Et quid eſt hoc? Quomodo inſpicit deus, & quomodo uidet? Quid eſt uidere eius, niſi eſſe eius? Et hoc quale eſt? Si autem currentem intelligis, quia penetrat omnia, & apprehendit, & cōtinet omne quod eſt: currere illi hoc ſtare eſt. Et hoc quis capiat? Si uero timorem interpretaris: & ipſum ſub hoc nomine cogitandum aſſeris cum dicitur Deus: quis explicare poſſit quomodo timor ſit Deus? Quòd ſi idcirco timorem dici putes, quoniam timetur: quomodo timetur, quod non uidetur? quomodo uideri poteſt, quod non poteſt cogitari? & quomodo timeri poteſt, quod non poteſt ſciri? Vide ergo quid dicas, cum dicis Deus: aut quid cogites, cum dicis Deus. Creatorem, inquis, omnium cogito, cū dico Deus, qui omnia fecit, & ipſe factus non eſt. Ergo cum dicis Deus, cogitas quod fecit omnia. Cogitas quod fecit, & non cogitas quod eſt ipſe qui fecit. Nondum adhuc attigiſti quod ſpoponderas, ut cogites, & intelligas quid eſt Deus. Minus eſt totum hoc, quod dicis: & non eſt hoc totum ipſe, de quo dicis: & tamen de ipſo hoc dicis, non ut accedas ad ipſum, ſed ut ipſi appropinques. Magnum enim eſt homini nunc ad ipſum ire, etſi non detur peruenire. Dabitur autem poſtea, cum uenerit q̄d perfectum eſt: & cœperit uidere homo ſicut uidetur non per ſpeculum imaginem, ſed facie ad faciē ueritatem. Nunc autem interim totum imago eſt, & ipſa imago longe a ueritate eſt: & tamen facit quod poteſt quaſi imago: & conuertit animum, ſed non perducit. Hoc enim ſolum poteſt in nobis & nos in illa hoc ſolum: quia nec ipſa amplius oſtēdere poteſt, neque nos aliud comprehendere. & eſt tamen imago quædam ſublimior, & magis appropinquans ueritati, ita ut magis nobis appellari ueritas poſſit: quia aliud nihil eſt ſuper illam, quo expreſſius ueritas demonſtrari poſſit. Dicitur namq; quòd Deus ignis eſt: & manifeſta eſt figura: quoniā Deus ad proprietatem, ignis nō eſt: quoniam ignis corpus eſt, Deus corpus non eſt. Dicitur etiam, q̄ Deus lumen eſt: & apparet hic ſimiliter imago ueritatis, aliud a ueritate: quoniam Deus lumen non eſt ſecundum proprietatem, quod ſecundum figuram nominatur. Omnia enim hæc uiſibilia ſunt, & longe a Deo ſunt per proprietatem naturæ: etiā ſi ſecundum ſimilitudinem ſolam, quæ & ipſa ad excellentiam maieſtatis exigua eſt, coaptantur. Eſt autem alia natura incorporea magis uicina Deo, inter quam ac Deum nulla alia media eſt natura: & hæc ad ſimilitudinem magis accedit, quàmuis & ipſa a ueritate longe ſit. Secundum hanc itaque a nobis altiſſimam naturam ad Deum nobis ſublimis ſimilitudo formatur, cum dicitur Deus ſpiritus, & ſapientia, & ratio, & amor: quia anima ſpiritus eſt, & angelus ſpiritus eſt, & in ipſo ſpiritu ratio ſapientia, & amor eſt. Et nouimus quid ſit ſpiritus, quātum animam nouimus, & angelum nouimus: & per animam angelum nouimus, quantum noſmetipſos nouimus: quàmuis & hoc modicum ſit, & uix dici poſſit cognitio. Cum ergo audimus, q̄ Deus ſpiritus eſt, cogitamus animam, & angelum, & exiſtimamus ſimilitudinem, quoniā tale aliquid Deus eſt qualis anima eſt, & angelus: quia anima, & angelus ſpiritus eſt. Et neſcimus quàm longe hoc eſt a ueritate incomprehenſibilis excellentiæ. Qui enim diceret corpus ſpiritum, falſum diceret: quoniam corpus ſpiritus non eſt nec ſpiritus corpus. Qui ergo hoc diceret, iure reprehenderetur, & ueritati contrarius iudicaretur: & tamen qui dicit Deum eſſe ſpiritum, uerum dixiſſe exiſtimatur. Nemo illum falſitatis arguit, cum tamen magis uicina ſunt natura, & conditione corpus, & ſpiritus, quàm ſpiritus, et Deus. Hic enim utrunque creatura eſt, et utrunq; comprehēſibile eſt, & mutabile utrunque, et finitum. Illic autem unum quidē æternum eſt, alterum temporale: unum immenſū, alterum comprehenſibile: unum ſemper idem manens, alterum mutabile: unum ſub ſcientiā cadens, alterum incogitabile. Et tā, quia aliud dici nō pōt, hoc dī; ne nihil dicatur, ubi aliud dicendum eſt, et dici non poteſt quod eſt: uel ſi dici pōt, intelligi nō poteſt. Hoc ergo dicitur, & tolerat hoc ueritas de ſe, & commendat hoc nobis pro ueritate, qui ipſā adhuc ueritatem capere non poſſumus: donec tranſeat figura, & ueritas manifeſtetur, ſuper oē hoc, & extra omne hoc, nude & aperte ut eſt ipſa. Nunc ergo uſque adhuc manent figuræ, & ex ipſis quædā longe ſunt, & apparent, quòd ſunt ſimilitudo tantum: quędam uerò propriæ ſunt, & accipiuntur quaſi pro ueritate, cum ſint tantum ſigna ueritatis, & non ueritas: in quibus quidem ſi nihil altius fuerit ad ipſam, concedit hæc ueritas nobis, & non reputat impoſſibilitatem. Si autem propinquæ fuerint, & conſimiles: proximæ tamen non fuerint, & appareat aliud ſublimius ad ueritatem manifeſtandam: non patitur ueritas ad ipſas deduci ſecūdum proprietatem: quoniam in altero perfectius ſe demonſtrat, in quo probat ſe hic eſſe tantum per ſimilitudinem. In illo uero ſupremo, quo altius nihil eſt, ad ipſam non apparet alterum, quo figura probetur: & idcirco ipſum ſic accipere oportet ut eſt, quoniam aliud non datur, donec ueniat quod perfectum eſt. Omnis ergo figura tanto euidentius ueritatem demonſtrat, quanto apertius per diſſimilem ſimilitudinem figuram ſe eſſe, & non ueritatē probat: atque in hoc noſtrum animum diſsimiles ſimilitudines magis ad ueritatem reducunt, quo ipſum in ſola ſimilitudine manere non permittunt. Qua propter (inquit) non exiſtimo quemquàm bene ſapientum contradicere contra hoc, quòd diſſimiles ſimilitudines noſtrum animum ad ueritatē reducunt. Siquidem conſequens eſt, per precioſiores ſacras formationes ſeduci, id eſt, conſequi, uel prouenire, uel contingere poteſt facile, ut per illas ſacrarum rerum formationes, quæ precioſiores repreſentātur in ſacro eloquio, ſeducantur cogitationes

nes

,, nes hominum exiſtimantes quaſdam cæleſtes eſſen
,, tias eſſe auriformes, ſicut in quibuſdam locis ſcri-
,, pturarum per ſimilitudinem repræſentantur: &
,, exiſtimaotes etiam in cælo eſſe quoſdam fulgureos
,, oiros decora indutos oeſtimenta: quemadmodum
,, angeli appatuiſſe leguntur ſplendidis ueſtibus, &
,, oultibus ſulgoreis, candidom, & igneum innocue
reſpergentes, id eſt, emittentes, uel ſundentes clari-
tatem, & lumen: candidum quidem quantum ad
ueſtimenta, & igneum quantũ ad oultus flammeos,
& ardentes: innocue, id eſt, ſine læſione, conſtante
in hoc ipſo diuino miraculo, quia in diuinis, & cę-
leſtibus naturis, quæ hic demonſtrantur per ſpeciẽ,
aliter illic ſunt ſecundum ueritatem: in quibus na-
turæ uiſibilis ſpecies cernitur, effectus non inueni-
tur. Sequitor. Et quibuſcunque alijs ſimilibus
,, imaginatis formis, id eſt, ſecundum imaginabilia
,, expreſſis, Theologia cæleſtes figurauit intellectus,
,, id eſt, ſpiritiales naturas repræſentauit: ut a ſupe-
,, rioribus (ſubauditur) hic conſequens eſt ſeduci exi-
ſtimantes cæleſtes eſſentias in ſua natura tales exi-
,, ſtere. Quod quidem ne paterentur, qui nihil uiſibi
,, libus bonis altius intelligũt, id eſt, hoc exiſtimarẽt
,, ij, qui alia bona eſſe non potant altiora, uel meliora
,, his uiſibilibus bonis: Ideo ſanctorum theologiorũ
,, ſapientia reſtitutiua mirabiliter deſcendit ad inde
,, coras ſimilitudines, id eſt, ideo ſancti theologi, qoi
,, per ſapientiam ſuam reſtituentem, & reformantem
nos ad cognitionem ueritatis diuina nobis eloquia
tradiderunt, mirabili conſideratione deſcenderũt
ad indecoras ſimilitudines aſſumendas, ut eas dioi-
nis, & cæleſtibus naturis aptarent: & per ipſas alia
quoque qoæ de illis magnifice, & decore dici uidẽ-
tur, ad ſimilitudinem, & non ad proprietatem refe
,, renda oſtenderent. Hoc ergo fecit ſapientia ſan-
,, ctorum theologorum non concedens materiale
,, ooſtrum in turpibus imaginibus remanens quieſce
,, re: purgans oero, ſurſum ferens animæ, & ſuggerẽs
,, deformitate compoſitionum tanquam neque iu-
,, ſto, neque uero probante eſſe: & quod neque ualde
,, materialibus ſic turpibus ſimilia ſecundum uerita
,, tem ſint ſupercæleſtia, & diuina ſpectacula. Ac ſi
,, diceret: ſapientia theologorum ad indecoras diſſi-
,, militudines deſcendens, in hoc ipſo mirabiliter no
ſtræ reſtitutioni prouidit, non concedens materia-
le noſtrom, id eſt, carnalem ſenſum ooſtrum, & ma
terialibus inhærentem, quieſcere: materiale dico
remanens in turpibus imaginibus, id eſt, quantum
in ſe eſt remanere uolens, ut hęc ſola cogitet, & ſola
hæc quaſi uera accipiat, ſi in eis quieſcere permitte-
retur, & non ipſa rò turpitudine imaginum ad alia
pulchra, & uera quærenda exire compelleretur: uel
non concedens materiale noſtrum quieſcere rema
nens in turpibus imaginibus, id eſt non concedens,
ut uel quieſcat, uel remaneat per ipſarum turpitudi
nem imaginum illud expellens, & ad ſuperiora pro
mouens: purgans uero ſurſum ferens. ſ. uirtutẽ ani-
mę. i. intellectualem uim animæ, quæ ſurſum fert,
& ad ſuperiora intendit: purgans ab imaginum ad-
mixtione, ut ſpiritualia, & inuiſibilia pure, & ſimpli
ter contemplari aſſueſcat: & ſuggerens. i. admonẽs,
& perſuadens animæ ex ipſa deformitate compoſi-
oum, quòd ſupercæleſtia, & diuioa ſpectacula non
ualde ſimilia ſunt, ſecundum ueritatem materiali-
bus, præcipue ſic turpibos: tanquàm neqoe iuſto,
oeque ueto probante eſſe, uidelicet his illa ſimilia:
uel ſuggerens deformitate compoſitionum tanq̃
neque iuſto, neque uero probante eſſe: ſubauditur
eo modo in proprietate ſpiritualium, & Inuiſibiliũ
naturarum, quemadmodum in ſpecie, & imagine
uiſibilium demõſtratur: & ſuggerens etiam, quòd
neque ualde. i. non multum ſimilia ſunt ſecundum
ueritatem ſuam ſupercæleſtia, & diuina ſpectacula
materialibus ſic turpibus. Sequitur. Sed itaqoe ,,
& hoc intelligere oportet, nihil eorum, qoę ſunt, ,,
eſſe oniuerſaliter boni participatione priuatum. Si ,,
qoidem (ut eloquiorum oeritas ait) omnia bona ,,
ualde. Superius demonſtraoit diſſimiles repræſen- ,,
tationes propterea ad diuinorum manifeſtationẽ
conuenienter adduci, ut ex eis, qoę euidenter diſſi
milia apparent, illa quoque, quę ſimilia uidebãtur,
extra proprietatem eſſe agnoſcantur. Nunc ue-
ro demonſtrat, quòd propter hoc etiam non incõ-
uenienter diſſimilitudines aſſumontur: quoniam
& illa quoque, quę diſſimilia a diuinorum, & ſpiri
tualium ueritate eſſe uidentur, aliquid habent cũ
ipſis, in quo ſimilia dici poſſunt: quoniam nihil In
uniuerſitate eſt, qd a ſummo bono participationẽ
non trahat: ac per hoc in eo quòd cum illo parti-
cipat, conuenienter imaginem illius, ac ſimilitudi-
nem repræſentat. Itaque non ſolum ſuperiorem
cauſam conſiderare oportet, ſed & hoc etiam in-
telligere oportet, nihil eorum, quæ ſont uni-
uerſaliter, eſſe boni participatione priuatum. Quia
ſicut eloquiorũ ueritas ait, id eſt, uera eloquia aiũt,
omnia bona ualde. Sic enim ſcriptum eſt in Ge-
neſi. Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant ualde Gen. 1.
bona. Si ergo omnia bona erant: in omnibus bonũ
erat, & omnia bono participabant, & ex bono om
nia habebant aliquid ſimile cum bono: ex quo bo-
num ipſum intelligi poſſit, & cognoſci in ipſis. Vñ ,,
ſequitur. Eſt ergo, id eſt, contingit, ex omnibus ſcili ,,
cet rebus intelligere bonas ſpeculationes: & inuiſi ,,
bilibus, & intellectualibus formare, ſiue aptare ſi- ,,
militudines dictas diſſimiles: quas ſcilicet ſuperius ,,
diximus diſſimiles: formare dico ex ipſis materiali ,,
bus, id eſt, corporalibus, & uiſibilibus. Sic tamen ut ,,
ea, quæ ſecundum ſimilitudinem uiſibilium inuiſi ,,
bilibus tribuuntur, aliter in ipſis uiſibilibus, aliter
io inuiſibilibus ſubſiſtere agnoſcantur. Hoc enim ,,
quidem ait. Altero modo Intellectualibus habenti
bus ea ſcilicet, quæ ſenſibilibus aliter diſtributa
ſunt. Sequitur.

Etenim furor io irrationabilibus quidem ex paſ ,,
ſibili motu ineſt: & omnis irrationabilitatis eſt re- ,,
pletos furibundus eorum motus. Modo quibuſdã ,,
exemplis propoſitis probat, quòd ea, quæ de uiſibi ,,
lium natura ad inuiſibilia referuntur, aliter hic at
que aliter ibi ſubſiſtunt: quemadmodum furor, &
concupiſcentia, & cætera, quæ de uiſibilibus ad in
uiſibilia per ſimilitudinem referuntur: ac ſi dice-
ret. Ea, quæ de uiſibilibus ad inuiſibilia aptantur,
aliter ſe in ipſis uiſibilibus, atque aliter in inoiſibi-
libus habere credenda ſunt: ſicut in ijs, quæ ſubſe-
qoun-

quuntur, aperte poteſt intelligi. Furor enim in irrationabilibus, id eſt, irrationabiliter incedentib⁹, & agentibus, ſiue ea rationem non habeant, ſiue rationem habentia ſecundum rationem non incedant. His quidem furor ineſt ex paſſibili motu, id eſt, impetuoſo, & feruenti, & ſecundum paſſionem dominantem nato: & omnis irrationabilitatis repletus eſt furibundus eorum motus. Ille nanque motus furor nominatur, qui omnino extra rationem feruens ſolo impetu fertur paſſionis. Sed in intellectualibus altero modo oportet iraſcibile intelligere hoc modo uidelicet, ut ipſum iraſcibile in illis intelligatur, declarans eorum uirilem rationabilitatem, & immanen quietem in diuinis, & immutabilibus fundamentis. Cum enim furor in ſpirituali, cæleſtique natura nominatur, non impetus, uel motus nominatur, ſed quies, & immutabilitas intelligitur. Hac ratione inter diſſimilia, & contraria conſiderata, quòd ſicut in his furor impetu, & uehementia superuenientem moleſtiam propellere nititur: ita illic quies immobilis perſiſtens nulla concuſſione ſuperueniente turbatur: propter hoc ipſam quietem immanem nocat. i. fortem, & robuſtum, & imperturbabilem: omnem motum ſine motu repellentem, & omnem uiolentiam ſine concuſsione, & conturbatione ſui comprimẽtem: quæ tamẽ quies non ex ipſis eſt: ſed ex diuinis, & immutabilibus fundamentis, quibus inhærent. i. amore, & contemplatione diuina, quibus ad æternitatem firmantur, ne ullatenus aliquo modo commoueri poſſint. Hæc autem quies, quoniam nõ neceſsitatis eſt, ut inuiti teneantur, ſed uoluntatis, ut infatigabiliter amantes non deſerantur: idcirco quieti rationabilitatem uirilem adiunxit, oſtendens, quòd per rationem illuminantem, mala, quæ diſcernunt, uiriliter reſpuunt, & per amorem afficientem in bonis, quæ ſentiunt, quieti ſunt: ut quies per rationẽ muniatur, ne affectum malorum ſuſcipiat: & ratio per quietem cuſtodiatur, ne in odio mali ſe opponens tranquillitatis terminos tranſcendat. Hanc ergo uirilem rationem, & immanem quietem, liberam, & abſolutam, nullamque perturbationem ſuſcipiẽtem furor diuinis aptatus ſignificat; quia (ſicut diximus) quemadmodum hic furor ingruentem moleſtiam per inſaniam repellit: ita illic rationabilis, & uoluntaria quies per immutabilitatem concuſſionem non recipit. Sequitur. Eodem modo concupiſcentiam eſſe dicimus in irrationabilibus inconſultam quandam, & materialem ex naturali motu, aut conſuetudine in mutabilibus incontinenter ingenitam paſsibilitatem, & irrationabilem corporalis uoluptatis continuitatem: ſimul omne animal compellentis in ſecundum ſenſum concupiſcibile. Poſtquã demonſtrauit. quid ſignificet furor ſenſibilibus, & materialibus attributus, quid item immaterialibus, & inuiſibilibus naturis coaptatus: nunc conſequenter differentiã concupiſcentiæ oſtendit, ſiue quando de corporalibus dicitur, ſiue quando in ſpiritualibus, & diuinis nominatur. Corporaliũ quidem concupiſcentium diffiniens eſſe paſsibilitatem quandam, ſiue paſsionem. i. dominantem affectionẽ, incõſultã quidem, quia ratione non fertur, ſed trahitur temerario appetitũ in ea, quorum delectatione afficitur: & materialem. i. ex carne, & ex sẽſu carnali ſurgentem, & carnalia, & ſenſibilia appetẽtem, paſsibilitatem dico ingenitam aut ex naturali motu, quando. ſ. ſecundum naturam eſt appetitus eius: aut ex cõſuetudine in ipſis mutabilibus incontinenter habita, quando extra naturã, uel cõtra fertur deſideriũ illius: & irrationabilem corporalis uoluptatis continuitatem: ſubauditur dicimus eſſe ipſam concupiſcentiã, irrationabilem continuitatem. i. productionem, uel intentionem, uel effuſionem corporalis uoluptatis, hoc eſt, de corpore ſurgentis, & ad corporalia tendentis, & cõpellentis etiam omne aĩal. ſ. per appetitus ſui uiolentiam, in id, qđ concupiſcibile eſt ſm̃ ſenſum. Et talem quidẽ concupiſcentiam corporalium eſſe intelligimus.

Cum uero diſsimiles ſimilitudines nos intellectualibus, & ſpiritualibus circumponentes, uel ueſtientes: circunformamus. i. adaptamus eis concupiſcentiam: tunc ipſam cõcupiſcentiam, non qualẽ prius, ſed amorem potius diuinũ intelligere oportet, & deſiderium immaterialitatis, ſiue incorporalitatis, & diuinitatis ſuper rationem, & intellectum exiſtens: qm̃ plus amari poteſt quã inueſtigari, uel intelligi. & inflexibile, quoniã ad unũ ſemper eſt: & non indigens, qm̃ qđ amatur præſens eſt. Deſideriũ dico cõtemplationis ſupereſſentialiter caſtæ, et impaſsibilis, hoc eſt, eius rei, quam contemplantur ſupereſſentialiter, omnem. ſ. eſſentiam, et naturã aĩo tranſeuntes: cuius rei amor et caſtus eſt, qm̃ corruptionem amanti nõ ingerit: et impaſsibilis, qm̃ ſuauiter reficiens deſiderãtem non affligit. Et oportet ẽt intelligere ipſam concupiſcentiam deſiderium eſſe, tendens ad illã purã, et ſublimiſsimam claritatem, et ad inuiſibilem, et formificam pulchritudinẽ æternę, uerę, et inuiſibilis ſocietatis: quæ uidelicet pulchritudo formifica eſt: qm̃ ſibi conformat conuerſos ad ſe, ut pulchri fiant, amãtes pulchritudinẽ uerã, non ſicut in carne, et ſecundum carnem: ubi amator pulchritudinis turpis eſſe poteſt: & pulchritudinis poſſeſſor non bonus inueniri: Illic autem qui amat, poſsidet, et eſſe incipit, qui habere diligit. Talẽ ergo amorẽ, et tale deſideriũ in cõcupiſcẽtia ſpiritualiũ, ac diuinorũ ĩtelligere oportet. Sequitur. Et ueluti potẽtiã ſuſcipit quidẽ in ſufficientia, et in conuerſibilitate: et a nulla affligitur: uirtute p incõfusũ, et immutabilem diuinæ pulchritudinis amorẽ, et uniuerſalem reuocationẽ in id, qđ uere eſt appetẽdũ. Ac ſi diceret. Ipſa cõcupiſcẽtia, ſiue deſideriũ caſtũ æternorũ, et inuiſibiliũ bonorũ, qa inflexibile eſt, ſicut dictũ eſt, et nõ indigens, idcirco excipit, ſiue accipit in ſua ſufficientia, et conuerſibilitate ad Deũ, et ad diuina, quaſi potẽtiã quãdã ſiue excellentiã, et firmitatẽ, ut affligi oĩno nõ poſsit ab aliqua cõtraria uirtute, uel uiolẽtia, uel fortitudine. Nullus. n. lædi põt, uel affligi, niſi ĩ eo, qđ diligit: & ppea qui illud ſolũ diligit, qđ auferri nõ põt, lædi oĩno nõ põt: qa nec extra illud aliud appetit, ĩ illo ſufficiẽtiã habẽs: nec de illius amiſſione ſolicitatur, illud immutabiliter obtinẽs. Quia ergo ſufficiẽs ẽ, nõ patitur ĩdigẽtiã: & quia ĩflexibile ẽ, ſuſtinere nõ põt uiolẽtiã. Et hoc qdẽ ei cõfertur per ĩcõfusũ, & im-

immutabilẽ diuinæ pulchritudinis amorẽ, & uniuerſalẽ reuocationẽ in id, q̃d uere eſt appetendũ. Quia enim in illis amor Dei inconfuſus eſt, uel (ut aliter dicatur) impermixtus, & purus: idcirco deſideriũ eorũ ad diuerſa nõ ſcinditur. Et quia immutabilis eſt: ab eodẽ non flectitur. Et quia uniuerſaliter reuocãtur, & colligũtur in id, q̃d uere eſt appetẽdũ, nulla exteriori uiolẽtia turbatur. Si.n. toto deſiderio ad ueritatẽ amãdã nõ reuocarẽtur, nec colligerẽtur, ꝓculdubio lædi, & affligi poſſent, ubi mutabilibus, & tranſitorijs mente inhærerent. Nunc autem, quia toti illic ſunt, ubi omnia immutabiliter conſiſtunt: fit ut ipſi quoque per cohęſionem dilectionis, afflictionis mutabilitatem ſentire non poſſint. Sequitur. Sed & ipſam irrationabilitatem, & inſenſualitatem, in quidem irrationabilibus animalibus, aut in animatis materijs, defectum rationis, & ſenſus proprie uocamus: in autem immaterialibus, & intellectualibus eſſentijs ſancte, & decẽter ſupereminentias earum ut ſupermundalium confitemur, noſtram tranſitoriam, & corporalem rationem, & materialem, & alienatum in corporalibus animi ſenſum excellentes. Alijs exemplis propoſitis oſtendit ea, quæ de uiſibilibus, & inuiſibilibus eadem dicuntur, non ſimiliter dici, neque eodem modo. Ac ſi diceret. Non ſolum furor, & concupiſcentia aliter hic, atque aliter illic intelligere oportet. Irrationabilitas enim, quæ ſignificat exceſſum rationis: & inſenſualitas, quæ exceſſum ſenſibilitatis demonſtrat: quando hic nominantur, id eſt, in irrationabilibus, & ſenſum non habentibus, defectum oſtendit rationis, & ſenſibilitatis: quando uero illic, hoc eſt, in diuinis, & intellectualibus naturis dicitur; ſupra rationem, & ſenſum aliquid non per defectum, ſed per profectum ſignificatur. Exceſſus enim rationis, & ſenſibilitatis uel ſurſum fit, uel deorſum: cum uidelicet a ratione, & ſenſu uel deficiens corruit, ut hoc non habeat: uel ſupra proficiens tranſcendit, ut amplius habeat. Vnde & in ſacra ſcriptura ſanctos uiros ſpiritu Dei afflatos extaſim, id eſt, mentis exceſſum aliquoties paſſos inuenimus: quoniam ſupra rationem, & ſenſum humanum ducti in hoc a ratione, & ſenſu exceſſerunt, quo ad id, quod altius ratione erat, pertingentes in ipſo uiuificari, & ab ipſo illuminari cœperunt. Illis ergo exceſſus fuit in eo, qui amplius acceperunt: ſicut iſtis exceſſus factus eſt in eo, quod id ipſum perdiderunt. Propterea ergo Irrationabilitatem, & inſenſualitatem in irrationabilibus quidem animalibus, & in materijs inanimatis defectũ rationis, & ſenſus proprie uocamus: In immaterialibus autem, & intellectualibus eſsẽtijs quoties irrationabilitatem, & inſenſualitatem nominamus, confitemur nõ defectum earum; ſed potius ſupereminentias earum, utpote ſupermundalium. Confitemur, dico, ſancte, & decenter, id eſt, nihil irreuerenter, uel indecenter eis attribuentes: ſed ſicut decet ſupereminentias, uel excellentias ſupermundalium, id eſt, ſpiritualium eſſentiarum, quæ excellunt noſtram tranſitoriam, & corporalem rationem, id eſt, rationẽ, quæ neq; ſupra tranſitoria aſcendere, neq; extra corporalia omnino cõprehẽdere aliquid põt: & excellẽtes ſenſũ animi noſtri materialẽ, & alienatũ in corporalibꝰ hoc ẽ, ad materialia tantum uigentem: & per materialia, & corporalia ab immaterialibus, & incorporalibus alienatum, eadem percipere non ualentem. Quia ergo ſupra talem rationem, & ſupra talem ſenſum per excellentiam contemplationis conſtitutę ſunt, merito a tali ratione, & ſenſu alienæ perhibentur: ut hæc ipſa eorum inſenſibilitas, & irrationabilitas, non intelligatur ſtupor, ſiue ignorantia, ſed alia eſſe & ueri cognitio, & boni perceptio: & qualis apud nos eſt, uel ſecundum nos, non eſſe. Sequitur.

Eſt itaque non diſſonas formare cæleſtibus formas, & ex uilibus materiæ partibus: quoniam & ipſa ex uere bono ſubſiſtentiam poſſidens, per omnẽ ſui materialem diſpoſitionem imagines quaſdam intellectualis pulchritudinis habet: & poſſibile eſt per eas reduci ad immateriales primas formas, diſſimiliter (ut dictum eſt) ſimilitudinibus acceptis, & eiſdem non ſimiliter: compacte autem, & pulchre intellectualibuſque, & ſenſibilibus proprietatibus diffinitis. Subiungit aliam cauſam priori, pro qua conuenienter ex uiſibilibus ad inuiſibilia ſimilitudines trahuntur, ſecundum ea etiam, quę contraria uidentur: non ſolum uidelicet quia ea, quæ dicuntur aliter hic, & aliter ibi ſubſiſtere intelliguntur: ſed ideo etiam, quia quæcunque hic ſunt ſecundũ aliud ſimilitudinem habẽt ad ea, quæ ibi ſubſiſtũt: quoniam & hæc, & illa ab uno bono ſunt, q̃d ſũt: & ſecundum imaginem, quam ad illud poſſident iſta, illorum quoque figuram, & ſimilitudinẽ prætendunt. Hoc eſt, quod dicit. Eſt, id eſt, contingit, formare cęleſtibus, uidelicet eſſentijs formas non diſſonas, etiam ex uilibus partibus materiæ. i. corporalis ſubſtantiæ: quoniam & ipſa ſcilicet materia poſſidẽs ſubſiſtẽtiã ex uere bono habet quaſdã imagines intellectualis pulchritudinis per omnem ſui materialem diſpoſitionem; & per eas ſcilicet imagines poſſibile eſt reduci animum ad illas primas immateriales formas. i. ad formas immaterialiũ, & ſpiritualiũ eſſentiarũ, quæ primę ſunt ad iſta quia ſecundum illa iſta, & ad illa iſta, & propter illa iſta. Poſſibile eſt dico reduci de iſtis, ad illa tamẽ, ſimilitudinibus ipſis diſſimiliter acceptis, ut uidelicet quæ hic ſunt, & de illis dicuntur, aliter ibi eſſe, & ſubſiſtere intelligantur. Ex proprietatibus eiſdem non ſimiliter diffinitis. Sed tamen compactè idest conuenienter, & aptè, & pulchre. i. decenter ſubauditur diffinitis eiſdem proprietatibus, utrobique uidelicet & intellectualibus, & inſenſibilibus. Similitudinem dicit, quãdo per extrinſecas formas uel figuras, uel qualitates deſcriptiones inuiſibiliũ a uiſibilibus ſumuntur, proprietatem autem, q̃ſi ab interiori natura ſimilitudo conducitur. Siue ergo ſimilitudines ex rebus uiſibilibus ad inuiſibilium naturam extrinſecus transferendæ proponantur, ſiue proprietates ab eiſdem uiſibilibus, & materialibus rebus ad demõſtrationem inuiſibilium intrinſecus aſſumantur: ſic utrinq; comparatio, & coaptatio temperanda eſt, ut & ipſæ ſimilitudines, quę ſimiliter utrinque proponi uidentur, diſſimiliter tamen accipiantur; & aliter hic, aliter illic eſſe intelligan-

ligantur: & ipſæ proprietates quæ utriſque eædem attribui uidentur, aliter in iſtis, atque aliter in illis diffiniantur, & aliæ eſſe intelligantur: ita ut unicuique, quod ſibi conueniens eſt, & aptum ſecundum naturã, attribuatur. Sequitur: hęc myſticos theologos inueniemus non ſolum cęleſtium diſpoſitionũ declarationibus mirabiliter conformantes: ſed & ipſis aliquando diuinis manifeſtationibus. Idẽ ſuperius commemorauit: qm̃.ſ. myſtici theologi.i. theologi, qui myſtica, & ſecreta narrant, hæc.i. has ſimilitudines, & proprietates ſumptas a uiſibilibus, conformant, & coaptant non ſolũ declarationibus cæleſtium diſpoſitionum.i. cæleſtium ordinũ, angelicorum.ſ. ſpirituum.i. non ſolum ad declarandas, uel demonſtrandas cæleſtes diſpoſitiones, & angelicas ordinationes has ſimilitudines, & proprietates rerum uiſibiliũ proponunt: ſed etiam ipſis aliqñ diuinis manifeſtationibus, hoc eſt, ad ipſam diuinitatem manifeſtandam, & indicandã adducunt. Et aliqñ quidẽ ipſam.ſ. diuinitatem, ex luminibus pręcioſis laudant, eam luminibus præcioſis comparando, & laudem eius per illius rei, quæ inter cæteras res uiſibiles precioſa eſt, & decora demonſtrando: ut uerbi gratia: cum eam ſolem uocant, non hunc uiſibilem, qui oculos corporales etiam ad iniquitatem perpetrandam illuminat: ſed ſolẽ iuſtitię, qui ſpirituales oculos ad ueritatem, & uirtutem cognoſcendam illuſtrat. Et ſicut cum eã uocant ſtellã matutinam, cuius ortus tenebras fugat, nõ in hunc mũdum uiſibiliter illuſtrandum aſcendentem: ſed in animum rationalem, qui ſolus hoc lumen capere poteſt, ſancte, id eſt, ad ſanctificationem faciendam orientem. Et ſicut etiam cum eã uocãt lumen incircumuolute, & inuiſibiliter reſplendens: non quemadmodum hoc uiſibile lumen, quod & tenebris obſcurari, & circumuolui, & loco concludi, & termino coarctari põt. Sic ergo per ſpecies, & formas sũmarũ, & precioſarum rerum diuinę maieſtatis excellentiam laudat myſtica theologia. Aliquando uero ex medijs (ſubauditur) rebus, quę in ordine conditionis nec sũma ſunt, nec infima, laudat ipſa theologia diuinam maieſtatem, ut uidelicet ignem eam uocando: non qualis iſte eſt corporalis ignis, qui licet proſit illuminando, nocet urendo, & conſumẽdo: ſed ignem innocue ſplendentem: illuminantẽ ſcilicet, & non comburentem: accendentem, & nõ conſumentẽ. Et quẽadmodum cum eã uocat aquã uitalis plenitudinis datricem: quę dat uidelicet plenitudinem uitæ, & uita implet haurientes, & portãtes eam: & aquam etiam, ut ſymbolice, id eſt figuratiue, ſic dicatur, in uentrem ſubeuntẽ: fluminaque redundantem immenſurabiliter refluentia. Hæc.n. omnia non in proprietate, ſed in figura ſola de ipſa dicuntur. In omnibus his diuinitatis maieſtatẽ, & bonitatem laudat myſtica theologia. Aliquando autem etiam ex nouiſſimis ut ex inferioribus, & terrenis, ipſam laudat, & laudem ipſius figuratiue manifeſtat: ut cum eam nominat unguentum ſuaue, & ſimiliter cum uocat eam lapidem angularem. Et intãtum rerũ infirmarum ſpecies per ſimilitudinem ei coaptat, ut aliqñ etiam ad inconueniẽtes, & cõtrarias formas in ei' deſcriptione deſcẽdere uideatur.

Quod tamen ſecũdum cauſam ſuperius memoratam congrua, neceſſariaque diſpenſatione peragitur. Sed & beſtialem ipſi formam circumponunt. Ac ſi diceret. Non ſolum in declaratione diuinitatis theologi ex rebus inferioribus ſimilitudines aſſumunt, ſed (quod mirum uidetur) etiam ad contrarias, ac diſſimiles, & quæ ſi ſecundum proprietatẽ intelligerentur, indignæ omnino eius maieſtate eſſent, formationes deſcendunt. Nam & beſtialem ipſi formam circumponunt: & leonis ei, & pantheræ ſpecialitatem, id eſt, ſpeciem, uel formam, uel figurã coaptant: & ueſtiunt eam, ſcilicet diuinitatem, pardalineam, ſubauditur formam, id eſt, formam pardi. Et ueſtiunt eam, ſubauditur iterum diuinitatem: urſam ſęuientem, hoc eſt, ſpecie urſæ ſęuientis: uel urſam ſæuientem eam dicunt, ut in utroque diſconuenientia appareat, cum etiam deformitatem pulchro, & miti crudelitatem attribuant. Sequitur.

Addam uero & quod omnium uilius eſſe, & magis ſignificare uiſum eſt. Ac ſi dicet. Licet in præcedentibus, quæ commemorata ſunt, & cæteris eiuſmodi, magna indignitas uideatur: tamen in hoc, quod ſubiungo, multo maior apparet iniuria. Addam uero: præſumam quidem, & audacter loqui uidebor, qui & hoc diuinis ſignificationibus adijciam, quod omnium uiliſſimum eſſe uiſum eſt: ac per hoc ſecundum rationem ſupradictam, qua diſſimilia ſymbola magis declarationem faciunt, amplius cæteris ſignificare probatur. Quod tamen fortaſſis homo diuinæ maieſtati aptare non auderet ſi non ipſa ſibi hæc ſapientia Dei ſpontanea dignatione aſſumeret. Quia & uermis ſpecie tradiderunt ipſam diuina ſapientes ſeipſam circumformantem. Sicut ſcriptum eſt. Ego ſum uermis, & non homo: opprobrium hominum, & abiectio plebis. Pſal. 21. Niſi enim ipſa prius de ſe hoc dixiſſet: quis de ipſa hoc dicere auderet? Cum enim nihil uerme uilius, & humilius eſſe uideatur, quis ſummam maieſtatem in hãc obiectionem deducere præſumeret, niſi ipſa ſe prius propria diſpenſatione tali ſpecie ſignificando circunformaretur. Propterea ipſa hoc prius de ſe dignata eſt dicere: quòd ſciebat humanã conſcientiam per ſe in creatorem ſuum non audere. Sic omnes theoſophi, & occulta inſpiratione ꝓphetæ a ſanctis incontaminatis diſtinguunt ſancta ſanctorũ. Theoſophi, id eſt, diuina ſapientes, & qui occulta inſpiratione prophetæ facti ſunt. Ii omnes cum per uiſibiles ſpecies, & uiſibilium rerum proprietates inuiſibilia deſignare uolũt, diſtingũt ita ut ſuperius demõſtrauimus, a sãctis incõtaminatis ſancta ſanctorũ. Sãcta incõtaminata ſunt ſymbola diuinorũ ex pulchris, & decentibus formis aſſumpta: ſancta ſctõrũ ſunt ipſa, q̃ per hęc figurantur, diuina. Theoſophi ergo per hoc, ꝙ diſſimiles figuras diuinis attribuũt, ẽt ſimiles formationes, & eas, quæ dignæ uidebantur, ab illorũ excellentia, & maieſtate ſecernunt. Quia enim & illa coaptant ſignificationi eorum, quæ non dubitantur eſſe aliena: oſtendunt & alia quoque, quę uera uideri poterant, ſecundum proprietatem non eſſe ſimilia. Sic ergo in una eadẽq; re, & in ſimilibus figuram a ueritate ſeparant, & in diſſimilibus ueritatis ſocietate figu-

ram ueritatis honorant, quoniam & illa, cum alia
oſtenduntur, diſcernuntur: & iſta, cum ad ſimilitu-
dinem coaptantur, honorantur. Sic enim cõuenié-
erat, ut id, quod factum eſt, omne ad creatoris ex-
cellentiã comparatum, & in ſublimibus demõſtra-
retur non eſſe æquale: & in infimis non eſſe diſſi-
mile. Quia enim factum eſt, non poteſt ad æqualita
rem eſſe comparabile, & quia ab eo factum eſt, non
poteſt illi, a quo factum eſt, omnino eſſe diſſimile.
Sequitur. Vt neque diuina immundis recte ſint acce
,, pta, neque mirabilium imaginum ſtudioſi conté-
,, plationis tanq̃ ueris remaneãt figuris. Hoc ergo agi
,, tur per diſſimiles figurationes, ut in earum conſide
ratione immundi corde, & indigni cognitione ue
ritatis amplius excęcentur: & ij, qui ſtudioſi ſunt.
in contemplatione mirabilium imaginũ, hoc eſt,
ſacrarum repręſentationum mirabiliter factarum
amplius exerceantur. Sic enim utrobique iuſtum
inſtitutũ perficitur: ut dum ueritas in manifeſtatio
ne quaſi uili indumento ſe contegit, & indignos
ad contemptum ſui prouocet, & dignos, & illã ſpe-
ciem ſuam, quæ latet, concupiſcendam, & quęren-
dam inuitet: ut non ſint contenti eo, quod foris
aſpiciunt, ſed ipſa deformitate exterioris demon-
ſtrationis repulſi in figuris non remaneant tanquã
ueris, quoniam ſignum ueritas eſſe non poteſt, ẽt
cum ueritatis eſt ſignum. Sequitur. Diuina itaque
honorificant ueris negationibus, & ad nouiſſima
,, compactarum imaginationum diuerſis ſimilitudi
,, nibus. Ac ſi diceret. Quandoquidem negationes in
diuinis factæ expreſſius ueritatem eorũ ſignificant,
& diſſimiles formationes imaginum euidentius
puritatem eorum demonſtrant: ergo nullam iniu-
riam faciunt ipſis theologi ſancti, & ueras negatio-
nes de ipſis faciendo, & diſſimiles formationes ip
ſis attribuendo: ſed honorificant potius ipſa diui-
na ueris negationibus, quibus oſtendunt illorũ ex-
cellentiam tantam eſſe, ut quid ſint, nullo modo
poſſit exprimi, etiam ſi aliquo modo quid non ſint
poſſit dici: & honorificãt etiam ea ſimilitudinibus
ab eorum ſublimitate per humilem formationem
diuerſis: & ſimilitudinibus imaginationum com-
pactarum ad nouiſſima, hoc eſt, compoſitarum, &
coniunctarum ex nouiſſimis, id eſt, infimis, & uili-
bus rerum corruptibilium ſpeciebus. Sequitur.

Nihil ergo inconſequens eſt, ſi & cęleſtes eſſen-
,, tias ex inconuenientibus diſſimilibus ſimilitudini
,, bus formant ſm dictas cauſas. Ac ſi dicat. Qñquidẽ
ueris negationibus, & formationibus diuerſis diui
na honorificantur: nihil inconſequens eſt, hoc eſt,
inconueniens, ſi formant theologi, id eſt, repræſen-
tant cæleſtes eſſentias ex ſimilitudinibus diſſimili
bus, & inconuenientibus: hoc eſt, per repræſenta-
tiones figurarum ab earum natura diſſimilium, &
quodammodo inconuenientium. Non eſt incon-
ſequens dico ſm ſupertus dictas cauſas. Sequitur.

Non enim fortaſſis utique, non nos in quæſtio-
,, nem quidem ex indigentia in anagogen per diligé-
,, tem diuinorũ ſcrutationem ueniremus, niſi defor-
,, mitas nos extorqueret. manifeſtatorię angelorum
,, formationis. Quaſi diceret: ex indigentia noſtra in
,, quæſtionem hanc, hoc eſt, ad iſta querenda quan-
tum ad imaginum uiſibilium compoſitionem, uel
in anagogen quantum ad inuiſibilis ueritatis inue-
ſtigationem: ex noſtra inquàm indigentia, qui ueri-
tatem ſcientes iis quæſtionibus non indigemus:
in hanc (inquam) quæſtionem non ueniremus, niſi
(propter alios qui inde ſcandalizari poſſent, ſi non
erudirentur) deformitas nos extorqueret. Primum
negationis geminationem nota, qua expreſſio facta
eſt: uel in hoc manifeſtum eſt formationes defor-
mes in diuinis utiles eſſe: quia & nos diuinorum
ueritatem ita diligenter nõ ſcrutaremur, niſi defor-
mitas manifeſtationum nos extorqueret. i. com-
pelleret. Hoc eſt, quod dicit. Non utique fortaſſis ,,
ueniremus in quæſtionem ducentem in anagogé,
hoc eſt, ſupernorum contemplationem ex indigé-
tia. ſ. intelligentiæ ueritatis: non ueniremus, dico,
per diligentem diuinorum ſcrutationem, niſi nos
extorqueret, hoc eſt, compelleret uenire in quæſtio
nem ex indigentia, & per quæſtionem in anagogen
ipſa deformitas manifeſtatoriæ deformationis an-
gelorum. i. niſi deformitas formationis, per quam
in ſcriptura ſacra manifeſtantur angeli, compelle-
ret: dico, Non ſinens noſtrum animum remanere ,,
in diſſimilibus formarum facturis. i. in deformibus ,,
repræſentationum compoſitionibus: quæ a ueritate ,,
re ſpiritualium diſſimiles ſunt. Niſi ergo ipſa de-
formitas repreſentationum noſtrum animum a ui-
ſibilibus figuris ad querendam ueritatem compel-
leret: ipſe noſter animus in ijs, quæ foris propoſita
ſunt, ſolis credendis, & uenerandis remaneret, nec
indigentiam ſuam agnoſceret, ut alia extra hæc cõ
cupiſcenda ſibi, & quęrenda putaret. Nunc autem
ipſa deformitas interueniens compellit animum
egredi a figura ad ueritatem: animum dico non ua
lentem remanere in iis, quæ per ſe indigna ſunt, &
incongrua diuinorum ueritati. Sed luctantem ne- ,,
gare ab ipſis diuinis iſtas materiales paſſibilitates, q̃ ,,
foris in ſignis proponuntur: ac per hoc ꝙ ita ſancte
abominatur aſſueſcentem pure extendere ſe per ui
ſibilia excitatum in ſupermundanas altitudines: id
eſt, excellentias angelicas, quæ mundanis omnibus
ſupereminent, & excellunt. Niſi enim ab iſtis exci-
tatus per contemplationis prouectum eadem ipſa
omnino relinqueret, illa, ad quæ contemplanda ni
titur, pure intueri non ualeret. Sequitur. Tanta qui
dem a nobis dicta ſunt &c. Continuat ipſe præce-
dentia ad ſequentem narrationem. Tanta quidem, ,,
quãta hactenus diximus, dicta ſunt a nobis propter ,,
deſcriptiones imaginum angelicas, id eſt, propter
deſcriptiones angelorum, quę factæ ſunt per imagi
nes, & formas uiſibiles, & a uiſibilibus ſumptas: q̃
deſcriptiones ſunt diuinorum eloquiorum, id eſt,
per diuina eloquia factæ, & in diuinis eloquiis pro
poſitæ: quę ẽt deſcriptiones materiales, ſunt, id eſt,
ſecũdũ materialium & corporalium naturam, & ſi-
militudinem formatæ: & ſunt etiam inconuenien
tes propter incongruas, & turpes figurationes eo-
rũ, quibus attributæ ſunt excellentiæ. Propter eiuſ-
modi enim quæſtio, quæ hactenus uentilata eſt, ꝓ
poſita fuit. Deinde autem ſegregare oportet, quid ,,
ipſam quidẽ eſſe hierarchiam exiſtimamus: quid- ,,
que ab ipſa hierarchia proſunt hierarchiam ſor- ,,
tientes.

dientes.Oportet(inquit)deinde,hoc eſt,poſt ſupradicta,ſegregare,hoc eſt, diſtinguere quid exiſtimamus eſſe ipſam hierarchiam generaliter acceptam diffinitione eius propoſita. Deinde etiam oportet ſegregare quid proſunt,hoc eſt, quid utilitatis accipiunt ſortientes hierarchiã ab ipſa ſcilicet hierarchia,quam ſinguli ſortiuntur.Atq; in hoc dicendo precor (inquit) ut ſit dux ſermonis mei Chriſtus meus: ita tamen ſi mihi fas eſt,hoc eſt,licet, dicere meus.Magnum enim eſt hoc,& quaſi præſumptioni proximum eſſe uidetur, ut peccator præmium iuſti accipiat, & abiectus de altiſſimi familiaritate confidat.Propterea dico Chriſtus (& ſi amplius audeo,dico meus)dux ſit ſermonis mei. Sine quo nec ſermo poteſt eſſe rectus,quia uerbum eſt:nec intelligentia uera,quia ſapientia eſt.Nam omnes, qui uerum ſapiunt, per ipſum ſapiunt:& ipſe eſt inſpiratio totius Hierarchicę manifeſtationis:quoniam ipſe ſapientia mentibus ſanctorum theologorum inſpiratus omnem Hierarchiæ diſpoſitionis rationẽ, ſiue quæ in cælo eſt,ſiue quæ in terra eſt ijs, quibus ipſe uult,modis manifeſtat.

Tu uero o puer &c. Ad Timotheum loquitur Pauli diſcipulum, ad quem hæc ſcripſiſſe fertur: quem & puerum uocat, propterea uel quia ætate antecedebat ipſum: uel quia doctoris, & magiſtri loco,& dignitate fungebatur ad ipſum. Tu uero o puer auſculta. Ac ſi dicat: quia ea, quę dicenda ſunt,magna ſunt:idcirco tu ſancte, ac decenter auſculta,ſicut ipſa ſancta,quæ dicenda ſunt,decet. Auſculta dico: ſecundum ſanctam noſtrę ſacerdotalis traditionis legislationem: quæ non contendere iubet,nec reſiſtere in doctrina,ſed reuerenter, & humiliter auſcultare.Siue auſculta hæc,quæ dicta sũt ſecundum ſanctam legislationem noſtræ ſacerdotalis traditionis, id eſt, quæ dicta ſunt ſecundum sãctam legem:id eſt,ſanctam ſcripturam; quæ allata eſt nobis a Deo per traditionem ſacerdotalem, id eſt, per traditionem ſanctorum,& ſanctificatorũ a Deo uirorum. Sic ergo auſculta mirabiliter dictorum,hoc eſt ea,quæ mirabiliter dicta ſunt:tu dico, qui factus es diuinus in diuina doctrina, quæ audientes,& facientes diuinos facit:uel in diuina doctrina mirabiliter dictorum diuinus factus auſculta quæ dicenda propono.Et non ſolum auſculta,ut dicta reuerenter ſuſcipias: ſed etiam ſecreto animi quæ ſancta ſunt circuntegens ex immunda multitudine,id eſt,ab ijs,qui & conuerſatione immundi, & deſiderijs diuiſi ſunt:tanquàm uniformia,id eſt, indiuiſa,& intacta cuſtodi, ne imprudenter lanianda,& polluenda exponas.Non enim fas eſt (ut eloquia aiunt) in porcos proijcere inuiſibilium margaritarum inconfuſum,& luciformem, beneficũq; ornatum. Ipſi enim ſunt immunda illa multitudo qui per porcos in ſacra ſcriptura ſignificantur, qui uerbum Dei male uiuendo polluunt, & inuiſibiles margaritas,id eſt,ſpirituales intelligentias,quæ ornant moribus intelligentias, lucent per puram ueritatem,inconfuſæ ſunt per affluentiam gratię, beneficę ſunt in eos, qui ipſas cum reuerentia, & honore contingunt.

*Titulus tertij capituli.*

## QVID EST HIERARCHIA, *& quæ per Hierarchiam utilitas.*

### LITERA Cap. III.

Eſt quidẽ hierarchia, ſecundum me, ordo diuinus, & ſciẽtia;& actio deiforme quantũ poſſibile ſimilans, & ad inditas ei diuinitus illuminationes ꝓportionaliter ĩ Dei ſimitudinẽ aſcẽdẽs. Diuina pulchritudo vt ſimpla;& optima vt cõſũmatiua.Pura qdẽ ẽ uniuerſaliter oĩum diſſimilitudine: diſtributiua uero ſcd'm dignitatẽ uniuſcuiuſq; ꝓprij luminis:& perfectiua in ſacrificio diuiniſſimo ſecundũ ad ipſam perfectorum compacte immutabilem formationem.

¶ † Interpretatio igitur hierarchiæ eſt ad Deũ,quãtũ poſſibile eſt, ſimilitudo,& unitas,ipſum hẽns oĩs ſanctę actionis, & ſcientię ducẽ,& ad ſuũ diuiniſſimũ decorem immutabiliter quidẽ definiens:quãtum uero poſſibile reformat,& ſuos laudatores agalmata diuina perficit ſpecula clariſſima, & munda receptiua principalis luminis,& diuini radij,& inditę quidẽ claritatis ſacrę repleta:eãq; iterũ copioſe in ea,quæ ſequuntur declarãtia diuinas leges.Nõ.n fas eſt sãctorũ ꝑfectoribus,ac sãcte perfectis:operari qd oĩno ꝑter hoſtiarũ† myſteria,aut ſacras ordinationes:ſed neq; ſubſiſtere aliter ſi diuinã ipſius claritatẽ appetunt, & ad ipsam ſacre & decenter raſpiciunt, & reformantur, ſecundum uniuſcuiuſq; ſanctorũ intellectuũ anagogiã. Nõ ne ergo hierarchiã q dicit, ſacrã quãdã vniuerſaliter declarat diſpoſitionẽ,imaginẽ diuinæ ſpecioſitatis in ordinibus,& ſcientijs hierarchicis ꝓpriæ illuminationis ſacrificãtẽ myſteria, & ad ꝓprium principiũ (ut licet)aſſimilatã? Eſt.n. unicuiq; hierarchiã ſortiẽtiũ ꝑfectio: hoc eſt ſcd'm propriã analogiã in Dei imitationẽ aſcẽdere,& oĩm diuini⁹ (vt eloquia aiũt) Dei cooperatorẽ fieri, & oſtẽdere diuinã in ſeipſo actionẽ(ſcd'm qđ poſsibile eſt)relucẽtẽ. Vtpote quoniã ordo hierarchiæ eſt quoſdã qdẽ purgari,quoſdã vero purgare: & quoſdã qdẽ illuminari,quoſdã uero illuminare: & quoſdã qdẽ ꝑfici, quoſdã vero ꝑficere: unicuique deiforme adunationi qualicũq; mõ. Diuina beatitudo, quãtũ in hoĩbus dicẽdũ,pura qdẽ ẽ ſine oĩ diſsimilitudine,plena vero luminis ęterni, ꝑfecta

† Intẽtio

† miniſteria.

& nõ indigens, ſimul oĩs perfectionis: purgans, & illuminans, & perficiens: magna autẽ purgatio, ſancta & illuminatio, & perfectio, ſuper purgationem, ſuper lumen, ante perfecta: per ſeipſam perfecta perfectionis principium: & omnis quidem hierarchiæ cauſa, omniſque ſacri ſecundum ſupereminentem celſitudinem. Oportet itaque (vt exiſtimo) purgãdos quidem puros perfici omnino, & omni liberari diſſimilitudinis confuſione. Illuminandos vero repleri diuino lumine ad contemplatiuam habitudinem, & uirtutem in caſtiſſimis mentis oculis reducendos. Ex imperfecto reſtaurandos participes fieri exploratorum ſacrorum perfectiuæ ſcientiæ. Purgatores vero magnitudine purgatiõis alijs tradere ex propria caſtitate. Illuminatores autem luculentiores animos, & ad participationem luminis, & diſtributionem proprie habentes, & ditiſſime ſanctæ repleti claritatis, omnino ſuum ſuperexcellens lumen in eos qui digni ſunt lumine, ſuperuehere. Perfectores uero tanquàm præceptores perfectiuę traditionis perficiendos ſacratiſſima doctrina per inſpectorum ſacrorum ſcientiam. Non ne ergo vnuſquiſque hierarchiæ diſpoſitionis ordo ſecundum propriam analogiam reducitur ad diuinã
„ cooperationem, illa perficiens gratia, &
„ Deo data virtute, quæ diuinitati naturali-
„ ter, & ſupernaturaliter inſunt, & ab ea ſu-
„ pereſſentialiter acta, & ad poſſibilem Deũ diligentium animorum imitationem hierarchiæ manifeſtata.

## *EXPOSITIONIS IN TERtium cap. diui Dionyſii Areopagitę de cæleſti Hierarchia. Liber. IIII.*

HActenus q̃ unioeſaliter dicẽda erant introducẽdis in hierarchiarũ cognitionẽ pro rõne demõſtrationũ uiſibiliũ in ſignificationẽ uiſibiliũ ꝑpoſitarum theologus diſſeruit. Deinde nunc principalẽ narrationẽ ingrediens primũ diffinit quid ſit hierarchia: non uniuerſaliter tñ, ſed ſm eã tñ, quæ in angelis, & hominibus cõſtat hierarchiã, ſignificatione reſtricta. Eſt quidẽ, inqt,
„ hierarchia, ſm me, ordo diuinus, & ſcientia, & a-
„ ctio, deiforme, quãtũ poſſibile ſimilans: & ad in-
„ ditas ei diuinitus illuminationes proportionali-
„ ter in Dei ſimilitudinẽ aſcendens. Qđ ait, ſm me, ita accipiendũ, ac ſi dixiſſet, ſm exiſtimationem meã. Pudice.n. tẽperat aſſertionẽ ſuã, ne de ſua exiſtimatione plus iuſto ꝑſumere uideatur, Deinde tria in diffinitione hierarchiæ principalia proponit, q̃ perficiunt ipsã hierarchiæ diffinitionẽ. Sũt aũt hæc ordo, ſcientia, & actio. Horũ triũ ſi defuerit oĩm aliqđ, nõ conſtat hierarchia. Primũ eſt ordo diuinus: quia non eſt poteſtas, ſi ordinata non eſt a Deo: ꝑp hoc ait, ordo diuinus. Oĩs.n. poteſtas a Deo eſt: & q̃a Deo ſunt, oĩa bona & ordinata ſunt; ꝑpterea q̃ ꝑtãti reſiſtit a Deo ordinatæ, Deo reſiſtit. Propter hoc ergo Hierarchia eſt ordo diuinus, id eſt, poteſtas a Deo ordinata, & ſm Deũ diſpoſita. A Deo quippe eſt per ordinationem: & ſm Deũ eſt per imitationem: & ꝑpterea ordo diuin⁹, quia a Deo eſt, ut ſit: & ſm Deum eſt, ut qualis, & quantus ſit, Deinde quia oĩs poteſtas, quæ a Deo ordinata eſt, ad aliquid ꝑficiendũ, atq; cõplendũ ordinata eſt: ſequitur in diffinitione poſt ordinẽ ſcientia, & actio. Scientia quidẽ, qua qđ faciendũ ſit intelligãt: Actio uero, qua qđ intellexerint agẽdũ, perficiant. In ordine officiũ in ſcientia diſcretio: in actione miniſteriũ. Sine ordine, ꝑſũptio eſt actio. Sine actione, negligentia eſt ordo. Sine ſciẽtia uero, & actio repræhenſibilis, & ordo inutilis. Propter hæc ergo hierarchia eſt ordo diuinus, & ſcientia, & actio. Hierarchia dico tam in ordine, quam ſcientia, & actione, ſimilans deiforme, hoc eſt conformitatem Dei imitans quantum poſſibile ſcilicet illi eſt: & aſcendens in Dei ſimilitudinẽ proportionaliter ad illuminationes .i. ſecundum illuminationes diuinitus ei inditas: unaquæque ſ. ſecundum modum & menſuram gratię diuinitus ei infuſæ in ordine ſuo perficiens, & aſcendens ad imitationẽ Dei: ut rectè diſcernendo, & bene operando ipſum imitetur. In utroque enim diuinam ſimilitudinem æmulatur omnis hierarchia: ſiue in eo uidelicet quod ab ipſo diſponitur: ſiue in eo quod ſecũdum ipſum operatur. Hæc autem diffinitio ſicut diximus angelicam tantum, & humanã hierarchiã cõplectitur: quæ ad ſimilitudinẽ ſũmæ, & æternæ ſactæ ſũt hierarchiæ: & ipsã imitãtur ſm ipsã diſpoſitæ. Sequitur. Diuina pulchritu „
do ut ſimpla, & optima ut cõſũmatiua: Pura qui- „
dem eſt uniuerſaliter omni diſſimilitudine: diſtri „
butiua uero ſm dignitatem uniuicuiuſq; proprij „
luminis: & perfectiua in ſacrificio diuiniſſimo ſm „
ad ipsã ꝑfectorũ cõpacte imutabilẽ formationẽ. „
Sẽſus hic eſt. Quòd diuina pulchritudo, quã ſummã nominamus Hierarchiã, ſm quã cæteræ ſactæ ſũt hierarchiæ, pura eſt uniuerſaliter, id eſt, omnino, utpote q̃ ſẽper ſimpla qdẽ eſt unitate, optima bonitate, cõſũmatiua ꝑfectione. Vbi.n. unitas eſt, diuerſitas nõ eſt: & ubi diuerſitas nõ eſt, diſſimilitudo nulla eẽ põt. Itẽ ubi ꝑfectio eſt, ibi grad⁹ nõ eſt: ubi gradus nõ eſt, differentia nõ eſt: ubi differentia nõ eſt, diſſimilitudo nulla eſt. Ergo diuina pulchritudo, q̃ forma, & exẽplar eſt bñ, & pulchre diſpoſitorũ oĩm: q̃a una eſt, pluralitatẽ nõ recipit: & q̃a optima eſt, & cõſũmata, nec ſolũ cõſũmata, ſed ẽt cõſũmandorũ oĩm cõſũmatiua, & cõſũmationis cã, diuerſitatẽ nõ admittit, ac p hoc oĩo diſſimilitudinẽ neſcit: q̃ & una ẽ ſimplicitate, & eadẽ ꝑfectione. Et cũ ĩ ſemetipſa talis ſit, ut nec diuidatur pluralitate, nec ĩferior ſit diuerſitate: ĩ ipſa

tamen

tamen qui participes fiunt gratiæ, diſtributiua eſt proprij luminis, proprium lumen diuerſis modis tribuens: ſecundum dignitatem, uidelicet uniuſcuiuſque participantium: altioribus quidem maiora, inferioribus autem minora largiendo dona gratiarum: ut in ipſis pulchre multiplicetur, quæ in ſe uere una conſiſtit. Perfectiua ẽt eſt ipſa diuina pulchritudo; quoniam perficit, & conſummatos facit participes luminum ſuorum: perfectiua dico in ſacrificio diuiniſſimo, quo perficit perficiendos ſecũdum immutabilem formationẽ cõpacte perfectorum ad ipſam. Diuiniſſimũ ſacrificium uocat ipſã illuminationem diuinã, & gratiam, & propitiationem, quo purgantur, & emundantur purgandi omnes, & ſaluandi, non ſolum a corruptione mali, ut boni fiant: ſed a defectu quoque boni purgantur, ut meliores aſſiſtant. Ipſa ergo oblatio ſumma, & teletargis, id eſt, principalis purgationis hoſtia: ipſa uidelicet gr̃a diuina, quæ nobis offertur, & pro nobis offertur. Offertur nobis ad purgationem, offertur pro nobis ad propitiationem. Offertur nobis, ut eam habeamus: offertur pro nobis, ut per eã placeamus. Offertur nobis per Infuſionem: offertur pro nobis per emundationem. Offertur nobis dum incipimus eſſe quod non fuimus: offertur a nobis, dum exhibemus, & præſentamus quod ſumus. Ipſa ergo teletargis, id eſt, prĩcipalis purgationis hoſtia, & ſacrificiũ diuiniſſimũ, ſine quo oẽs hoſtiæ, & ſacrificia oĩa nec effectum habere poſſunt, nec prodeſſe: ipſum eſt, quo diuina pulchritudo perficit, & perfectos facit eos, qui perfecti ſunt, ad ipſam, id eſt, ad ſimilitudinem ipſius reformati: id eſt, cõcorditer, ut ab ea uidelicet non diſcrepent ſ͠m immutabilem formationem ipſorum. ſ. perfectorum, ad ipſam, id eſt, ſ͠m ſimilitudinem eius, quam ſemel acceptam immutabiliter ſeruant, ut non defluant ab ipſa. Diuina. n. pulchritudo, quæ in ſe una eſt, & perfecta perficiendos ad ſe per principalis purgationis hoſtiam, id eſt, infuſionem gratiæ ſuę, quã a ſua plenitudine propter purgãdos, & perficiendos in participatione diffudit, purgat, & perficit, ſecũdũ uniuſcuiuſque modum, & menſuram, & capacitatem, quam dono eiuſdem gratiæ perceperunt ſ͠m immutabilem formationem illorum ad ipſam: quæ uidelicet formatio uel ideo immutabilis (ſicut diximꝰ) uocatur, quòd ipſos, qui formantur, & reformãtur ad immutabilitatem conuertat: uel quia immutabilis conſiſtit in eo, a quo eſt, etiam ſi mutetur ijs, quibus eſt, & in quibus eſt. Sequitur. † Interpretatio igitur hierarchię eſt ad Deum, quantum poſſibile, ſimilitudo & unitas. Quod in greco dicitur *σκοπὸς* ſcopos, & quod tranſlator interpretationem uocat, magis proprie intẽtio, uel directio nominatur. Eſt enim intentio, ſiue directio, quæ ſcopos dr̃, certa deſtinatio in aliquem finem. Oĩs. n. actio in aliquem fine tendit, & per aliquã directionem tendit. Scopos autẽ, id eſt, directio, uel deſtinatio, eſt qua tendit. Oĩs ergo hierarchia ſcopon habet, id eſt, directionem ſ͠m quam incedat in miniſterio ſuo explendo: imitationem ſcilicet, & ſimilitudinem diuinam, ut quemadmodum ab ipſo ordinata eſt in officio, & dignitate, ita ſecundum ipſum incedat in

Vide Quo ſo ꝗ eleganter pōt diſcurrere Concionator de oblatione diuinæ gratiæ.

† Intẽtio

miniſterio, & operatione: ut præter modum, & mẽſuram ab ipſo aſſignatam, & ordini ſuo debitam, nihil agere præſumat. Eſt ergo interpretatio, id eſt, diffinitio, ſiue potius directio, & contemplatio hierarchiæ, qua intendere debet, & dirgi omnis hierarchia: ſimilitudo, & unitas, hoc eſt, imitatio, & identitas ad Deum: ut in nullo deuiet, uel declinet ab ipſius ſimilitudine, in qua poſita eſt: ſed eũ quantum poſſibile eſt æmuletur per omnia. Similitudo ad Deum eſt ipſum imitari: unitas uero ſolum ſequi. Et hic eſt ſcopus. i. directio, uel deſtinatio omnis hierarchiæ, ut ſecundũ ipſum ad ipſum incedat: ipſum habens omnis ſanctæ & ſcientiæ, & actionis ducem: ipſum ſequens, iudicio, & actione illuminata ab ipſo ad cognitionẽ ueritatis, & adiuta ad executionem boni operis. Ipſum habens ducem intus præſidentem in demonſtratione ueritatis: & foris præcedentem in exemplo bonæ actionis. Et ad ſuũ diuiniſſimũ decorem immutabiliter quidem diffiniens: quantum uero poſſibile, reformat, & ſuos laudatores agalmata diuina perficit. Ipſa quidem ſcilicet hierarchia immutabiliter diffiniens; hoc eſt inuariabiliter, ſiue inflexibiliter conuerſa, uel intẽdens per ſuum ſcopum, ad diuiniſſimum decorem ipſius Dei, imitando, & ſequendo ipſum, ut pulchritudini ipſius, & decori diuiniſſimo conformetur, ſecundum quem omnis hierarchia pulchre, & decenter in ſuo ordine, & gradu diſpoſita eſt: quantũ poſſibile eſt reformat ſuos laudatores, hoc eſt, eos, qui in ipſa Deum laudant, & ad laudem Dei diſpoſiti ſunt, & ordinati: reformat, dico, in eo ipſo, ꝙ imitatores Dei facit: & ad ſimilitudinem ipſius in ſuo miniſterio conuertit, & conuertendo, ac reformando agalmata diuina perficit, ut ſint ipſi diuina agalmata. i. ſancta ſimulacra, & receptacula diuinitatis, & ſpecula clariſſima: ut ſint ipſi agalmata quidem diuina, diuinum lumen perficiendo; ſpecula autem clariſſima lucendo ex ſuſcepto lumine. Perficit etiam ipſos laudatores ſuos, munda receptiua, ſiue receptacula principalis luminis, & diuini radij: hoc eſt, luminis immediate illuminantis, & ad ipſa prima illuminanda deſcendentis: ut poſt ſuſceptum quidem lumen repleta ſint claritatis ſacræ, inditæ ſibi, hoc eſt, infuſæ: & ut ſint etiam declarãtia eam, uidelicet claritatem, iterum, hoc eſt, ſecundo loco, in ea, quæ ſequuntur, declarantia copioſe ſ͠m diuinas leges. Senſus hic eſt. Quoniam hierarchia ſ͠m illã diſpoſitionem, qua diuinã pulchritudinẽ imitatur, laudatores ſuos uniuerſaliter quidem, id eſt ſiue ſuperiores, ſiue inferiores, tales facit, ut digni ſint, & lumen diuinũ percipere, & lucere ex lumine: ſpecialiter aũt quoſdã ita mũdos perficit, ut ſint capaces principalis luminis, & immediate illũminẽtur a Deo: ac deinde ad eos, qui ſequũtur poſt ſe, & dignitate cõſtituti ſunt ſub ſe, lumen ſuũ trãſfundant: copioſe quidem ex abundantia perceptionis primę ſecũdã participationẽ miniſtrãtes, ſeruata dũtaxat lege diuina, in qua unicuiq; p̃ſcriptũ eſt qd, uel quãtũ, aut cui ex dono gr̃æ ſibi cõceſſo debeat impertiri. Nã ꝙ nõ ſine diuina lege, id eſt, ea diſpenſatione diuina, qua dona gratiæ in participes largitionis ſ͠m certam menſuram, & proportionem

tribuuntur: & aſſignantur officia, ut ſciat unuſquiſque quantum ſibi liceat ſecundum miniſterium aſſignatum, uel fieri liceat: maniſeſtat cum ſubdit. Nõ enim fas eſt ſanctorum perfectoribus, ac ſancte perfectis operari quid omnino præter propria myſteria hoſtiarum, ac ſacras ordinationes. Ac ſi dicat. Propterea ij, qui in ordine hierarchiarum ſuperiores ſunt ſecundum diuinas leges, lumina ſua ad inferiores transfundunt: quia ſas non eſt, hoc eſt, licitum omnino aliquid operari, aut ſanctorum perfectoribus. i. ijs, qui alios in ſanctitate perficiunt: aut ſancte perfectis. i. ijs, qui ab alijs in ſanctitate perficiuntur: præter propria hoſtiarum myſteria. i. propria gratiarum dona, & proprias ſacras ordinationes. i. ſacros ordines unicuiq; proprios aſſignatos. Nam ſine gratia operari uanum eſt: præter ordinẽ operari, aut contra peruerſum. Habent nanque ſinguli propria dona, ſecundum quæ ualeant operari: & ordines proprios ſecundum quos debeant operationem ſuam moderari. Propterea neceſſe eſt, ut ſtudeat unuſquiſque gratiam, quam accepit, agnoſcere, ne incipiat præſumere in eo, quod non poteſt: & officium proprium, ordinemque attendere, ne audeat tranſgredi in eo, quod non dẽt. Hunc nanque ordinem diuinæ diſpenſationis diligenter
1.Pet.4. ſeruandum eſſe Petrus Apoſtolus admonet dicens: Vnuſquiſque ſicut accepit gratiam, in alterutrum adminiſtrantes. Et Paulus Apoſtolus eos qui hanc
i.Cor.12 diuinam ordinationem, & diſpenſationem tenere noluerunt, reprehendit dicens: Nunquid omnes Apoſtoli? Nunquid omnes prophetæ? Nunquid omnes doctores? Nunquid omnes uirtutes? Nunquid omnes gratiam curationum habent? Nũquid omnes linguis loquũtur? nunquid omnes interpretantur? Æmulamini chariſmata meliora. Propterea igitur fas non eſt ijs, qui diuinæ gratiæ participes facti ſunt, ſiue immediate a Deo, ſiue per hominem eam acceperint, aliquid operari præter propria dona, & officia: ut diuina pulchritudo in omnibus conſeruetur, & ordo diſpenſationis ſummæ perſeueret. Sãctorum perfectores uocat eos, qui tãtam a Deo gratiam perceperunt, ut alios etiam illuminando, & erudiendo ad ſanctitatem perficiãt. Sancte perfecti ſunt, qui ab ipſis ſuperioribus illuminati, & eruditi in ſanctitate perficiuntur. Myſteria hoſtiarum, ſiue dona gratiarum intelligi uult: quæ propterea myſteria dicuntur, quia occulte inſpirantur: hoſtiæ autem, quia ad emundationem, & expiationem percipientium tribuuntur. Siue miniſteria hoſtiarum exhibitiones ſanctorum operum dicit, & adminiſtrationes diuinorum ſacramẽtorum: quæ & hoſtiæ ſunt, quia offeruntur per exhibitionem actionis, & myſteria per ſacramenta ſignificationis: quia per id, quod foris uiſibiliter in ſacramento agitur, inuiſibilis uirtus ueritatis ſignificatur. Ita ergo præter propria hoſtiarum myſteria. i. dona, uel miniſteria propria, fas non eſt operari aliquid, uel ſanctorum perfectoribus. i. ijs qui gratiam acceptã alijs perficiendis adminiſtrãt, uel ipſis perfectis. i. qui per acceptam gratiam in ſãctitatis perfectionem perficiuntur. Neque fas eſt etiã ſiue his, ſiue illis aliquid operari, præter ſacras ordinationes ſuas: hoc eſt præter id, quod ad ſacras ordinationes ſuas ſpectat: ut uidelicet id ſolũ unuſquiſque operari præſumat, quod ad ordinem, & officium ſibi aſſignatum ſpectare probatur. Sequitur. Sed neque ſubſiſtere aliter, ſi diuinam ipſius claritatem appetunt, & ad ipſam ſacre, & decenter reſpiciunt, & reformantur: ſecundum uniuſcuiuſque ſanctorum intellectuum analogiam. Quaſi dicat, Non ſolum debitum illis eſt, ut ſacra myſteria, & ordinationes ſacras cuſtodiant: ſed neceſſarium quoque, quoniam aliter ſubſiſtere non poſſunt, in eo uidelicet ſtatu, quo diuinam pulchritudinem imitãtur, niſi ordines ſuos ſeruando ſecundũ leges diuinas incedant. Si ergo appetunt diuinam ipſius creatoris ſui claritatem, & ad ipſam percipiẽdam reſpiciunt imitando, & deſiderando ſacre per affectum, decenter per habitum: & reformantur ad ipſius ſimilitudinem imitando ipſam, & ſequendo: unuiquiſque uidelicet ſanctorum intellectuũ. i. angelorum, ſecundum uniuſcuiuſque analogiam. i. ſecundum modum, & menſuram poſſibilitatis ſuę, quam habet ſecundum ordinem, & gradum, & proprietatem ſuam unuſquiſque: aliter nullatenus ſubſiſtere poſſunt in eo bono, quod appetunt, niſi ſecũdum leges diuinas incedant, ordinationes ſuas ſeruando, & miniſteria propria exequendo. Sequitur. Non ne ergo hierarchiam qui dicit, ſacram quandã uniuerſaliter declarat diſpoſitionem, imaginem diuinæ ſpecioſitatis in ordinibus, & ſcientijs hierarchicis propriæ illuminationis ſacrificantem myſteria, & ad proprium principium ut licet aſſimilatã? Quando, inquit, neceſſe eſt ut omnis hierarchia diuinam appetat ſimilitudinem: neque aliter ſubſiſtere poteſt, niſi in eius imitatione perſeueret: Ergo qui dicit hierarchiam, declarat ſacram diſpoſitionem quandam, quæ imago eſt diuinæ ſpecioſitatis, id eſt, pulchritudinis. Diſpoſitionem, dico ſacrificãtem myſteria. i. exercentem, ſiue exhibentem myſtica opera, uel diuina miniſteria propriæ illuminationis: hoc eſt, ſecundum propriam illuminationẽ in ordinibus, & ſcientijs hierarchicis, quantum uidelicet unicuique datum eſt operari ſecundum ordinem, & gradum ſuum, & donum gratiæ illuminantis: & operando aſſimilatam, ut licet, id eſt, quãtum poſſibile eſt creaturæ ſecundum modum, & dignitatem ſuam ad proprium principium ſuum, a quo & facta eſt, ut aliquid ſit: & ſecundum quod diſpoſita eſt, ut talis ſit. Non ne ergo qui hierarchiã dicit, declarat diſpoſitionem quãdam ſacram uniuerſaliter, id eſt, in omni ordine, & gradu ſuo ſic ſe habentem: quoniam uidelicet diſpoſita eſt, & ordinata ad imaginẽ diuinæ pulchritudinis in ordinibus, & ſcientijs hierarchicis, & ſacrificat myſteria propriæ illuminationis: ut in omni diſpoſitione ſua, & ordine dignitatis, & ſcientia diſcretionis, & imitatione operis, principium ſuum ęmuletur. Myſteria proprię illuminationis ſacrificat, qui ex occulto aſpirationis dono bonũ opus repreſentat. Myſteria etiam proprię illuminationis ſacrificat, qui perceptam gratiam ad alios transfundens, talentum cõmiſſũ multiplicat. Myſteria etiã ꝓprię illuminationis ſacrificat; qui ea ſolũ q̃ ſuo ordini, & officio conue-

cōueniūt adminiſtrat. Eſt.n. unicuiq; hierarchiā ſortiētiū pfectio: hoc eſt, ſm propriā analogiā in Dei imitationem aſcendere, & omnium † diuinius (ut eloquia aiunt) Dei cooperatorem fieri, & oſtendere diuinam in ſeipſo actionem: ſecundum quod poſſibile eſt relucentem. Propterea ait: qui dicit hierarchiam generalem quādam diſpoſitionem ſignificat, pulchritudinem diuinam in ſua ordinatione imitantem, quiá hęc eſt perfectio unicuique ordini ſcilicet ſiue perſonæ omnium hierarchiam ſortientium: aſcendere: uidelicet ſecundum propriam analogiam, ideſt modum, & menſuram in Dei imitationem, & fieri cooperatorem Dei (ut eloquia aiunt) diuinius omnium, ideſt quo nihil diuinius, eiunt eloquia: uel omnium diuinius fieri cooperatorem Dei, ideſt quo nihil magis diuinos facit quá ſcilicet Dei cooperatorem fieri: & oſtendere in ſeipſo diuinam actionem relucentē: ut ſcilicet ad alios relucēdo transfundat per exemplum operis, quod primum percipere meruit per donum occultæ aſpirationis. Sic ergo perfectio conſtat hierarchiæ: ut qui purgantur purgent: & qui illuminantur illuminent, & qui perficiuntur perficiant. Vtpote quoniā ita.ſ. eſt ordo hierarchiæ: quoſdam quidem purgagari, quoſdam uero purgare; & quoſdam quidem illuminari, quoſdam uero illuminare: & quoſdam quidem perfici, quoſdam uero perficere: unicuiq; deiforme adunationi qualicunque modo. Primum purgantur, poſtea illuminantur, deinde perficiuntur. Niſi enim præcederet purgatio, non ſequeretur illuminatio: & niſi eſſet illuminatio, non ueniret conſummatio. Sicut enim illuminari non pōt, qui non eſt purgatus: ſic conſummari non poteſt, qui non eſt illuminatus: quia cognitio ueritatis nō niſi mundos illuminat: & perfectio uirtutis non niſi illuminatis ueritate appropinquat. Sed ſunt ſuperiores, & ſublimes, & ipſi appropinquantes diuinitati immediate ab ipſa accipientes & purgationem, ut ſint mundi, & illuminationem, ut ſint clari: & perfectione, ut ſint ſancti. Et ab illis rurſum ſecundum ordinem diuinæ diſpoſitionis i ij, qui ſequuntur, & in ordine ſubiecti ſunt, & purgantur, & illuminantur, & perficiuntur. Et ſic ſecundum hunc modum unicuique adunationi .i. ordini, & diſtributioni qualicunque modo deiforme, .i. deiformitas, ſiue ſimilitudo: ipſum uidelicet purgari, illuminari, & perfici, ut in hoc ſuo modo, & menſura ſinguli deiformitatem, & Dei ſimilitudinem habeant: qui ſunt purgatione mundi, ueritate illuminati, bonitate perfecti. Sequitur. Diuina beatitudo (quantum in hominibus dicendum) pura quidem eſt ſimul omni diſſimilitudine: plena uero luminis æterni: perfecta & non indigens ſimul omnis perfectionis: purgans, & illuminans, & perficiens. Nunc demonſtrare uult, quòd bonum, quod in creatura ſiue purgata, ſiue illuminata, ſiue perfecta conſtat per gratiam: in ipſo creatore, a quo eſt, ſubſiſtit per naturam: cuius diuina beatitudo, & munda eſt ſine purgatione, & lucens ſine illuminatione, & perfecta ſine ſuſceptione. Non.n. ut munda ſit, purgatur: neque ut luceat, illuminatur: neque accipit, ut perficiatur. Sed habens in ſe totum alieno non indiget: & ſuum miniſtrans, ea, quæ per ſe indigentia ſunt, replet. Pura quidem (inquit) eſt ab omni pariter diſſimilitudine: hoc eſt ergo, propter quod munda iure nominatur: & diſſimilitudinem non habet ullam. Vbi enim puritas eſt, diſſimilitudo non eſt: quia id ipſum eſt totum, & concordans unum. Corruptio enim diſſimilitudinem inducit: & alterum facit, quod a ſuo eſſe recedit, & deficit, ut ſit alterum quàm fuit. Quod ergo ſemper idem eſt, diſſimilitudinem non capit: & quod immutabile perſeuerat, corruptionem non admittit. Propterea diuina beatitudo munda eſt, & incorrupta, & ab omni diſſimilitudine aliena, conſiſtens in eo, quod eſt, & incorruptum ſeruans quod habet. Eſt quoque plena luminis æterni, non tamen quaſi illuminata: quoniam ipſa lumen eſt: nec lucere incipiens, quoniam æterna eſt: nec creſcens in lumine, quoniam plena eſt. Perfecta quoq; eſt, & non indigens ſimul omnis perfectionis, hoc eſt, nullo indigens, quod ad perfectionē pertineat: quia totum habet, & poſſidet, & eſt totum ipſa, qđ poſſidet: & idcirco nec maior eſſe poteſt, quia totū habet: nec minor, quoniam immutabiliter, & æternaliter habet. Et cum in ſe talis ſit, ut nec purgari egeat, pura: nec illuminari, lumine plena: nec perfici, conſummata: purgat tamen, & illuminat & perficit omnes, qui purgari, & illuminari, & perfici merentur, ſiue primo loco immediate gratiam accipientes, ſiue mediate per eos, qui primum accipere meruerunt, participantes. Hoc uero totum, uidelicet quòd diuina beatitudo plena, & lumine plena, & perfecta uocatur: dicendum eſt quantum in hominibus .i. ſecūdum eum modum, quo id, quod ineffabile eſt, ab hominibus dici poteſt. Nam quantum ad ipſam ineffabilem ſummæ ueritatis puritatem, magis dicenda eſt ipſa diuina natura purgatio ſancta, & illuminatio, & perfectio, ut parum id eſſe intelligatur, quòd pura dicitur: ſed magis ipſa purgatio: quòd illuminata, ſed magis ipſa illuminatio: quòd perfecta, ſed magis ipſa perfectio: quod & ipſum tamen minus adhuc inuenitur, niſi cōgitetur purgatio ſuper omnem purgationem, illuminatio ſuper omnem illuminationē, perfectio ſuper omnem perfectionem. Propterea ait. Purgatio, illuminatio, perfectio, ſuper purgationem, ſuper lumē ante perfecta ſiue pluſquam perfecta, id eſt, ſupra perfectionem: quia omne hoc, quod dicitur, ſecundum aliquid dicitur, a quo lōge eſt qui ſumme eſt: & propterea ſupra omne hoc eſt, quod eſt. Idcirco purgatio eſt: quoniam in ſe coinquinatum non recipit, coinquinationem, uel corruptionem recipientibus, & patientibus corruptionem tollit: & tamen ſupra purgationem, quoniam corruptionem non contingit. Et eſt illuminatio, quoniam in ſe lucet, & a ſe tenebroſa clareſcere facit: & ſupra illuminationem, quoniam omnia irradians, & penetrans a ſe non exit: & eſt perfectio, quoniam nihil minus habet in ſe, & minus habentibus quod deeſt largitur, et præſtat ex ſe: et tamen ante perfecta, ſiue pluſquàm perfecta, quoniam in ſingularitate boni conſtat tota: et in participatione indiuiſa, ut nec minus eius bonum ſit, quia unum eſt: nec mul-

tiplex,quia participatum. Propter hoc, per ſeipsá
perfecta eſt:quia quod habet,aliunde non accepit:
& per ſe ipſam perfectionis principium, quia per-
ficiendis quod habet largiendo ipſa non amittit.
Et eſt cauſa omnis hierarchię,& omnis ſacri ſecun
dum ſupereminentem celſitudinem. Principium
eſt,quoniam ab ipſa:& cauſa,quoniam per ipſam,
& propter ipſam: & forma,quoniam ſecundum ip
ſam omnis hierarchia in ordine dignitatis, & om-
ne ſacrum in miniſterio actionis diſpenſatur. Ab
ipſa,prædeſtinatione: per ipſam,creatione:propter
ipſam,glorificatione:ad ipſam,conuerſione; ut ip-
ſam imitetur,& in ipſa beatificetur.Sequitur.Opor
tet itaque,ut exiſtimo,&c. Poſtquam demonſtra-
uit diuinam beatitudinem formam eſſe, & cauſam
omnis ſacræ poteſtatis, & diſpoſitionis: ipſamque
& mundam eſſe,& lucentem,& perfectam:mundã
quidem,ac puram in eo,quòd omni diſſimilitudi-
ne,& confuſione careat: lucentem aũt in eo; quòd
æterni luminis plenitudinem in ſe contineat: per-
fectam uero in eo,quòd omnia habens nullo indi
geat: modo infert, probans eos quoque, qui ad
ipſius ſimilitudinem,& imitationem in ſacris di-
ſpoſitionibus ordinati ſunt,ſimiliter mundos eſſe
debere ab omni contagione, & confuſione: & lu-
centes ueritate,& perfectos bonitate:ut & ipſi quo
que alios emundare poſſint,& illuminare,& perfi-
cere doctrina,& exemplo:ut in utroque ad imagi-
nem & ſimilitudinem creatoris ſui aſſurgant, ſiue
in eo uidelicet, quòd ipſi mundi, & clari,& perfe-
cti ſunt,ſiue in eo, quòd alios mundant, & illumi-
nant,& perficiunt.Oportet (inquit) ut exiſtimo pur
gandos quidem,ſiue eos uidelicet, qui primo loco,
ſiue eos, qui mediantibus alijs purgationem acci-
piunt: puros perfici omnino, & liberari ab omni
diſſimilitudinis confuſione: quam uel ignorantia
ueri,uel concupiſcentia mali induxit. Illuminan-
dos uero oportet repleri diuino lumine, utpote re
ducendos in caſtiſſimis mentis oculis ad contem-
platiuam habitudinem,& uirtutem,id eſt;ut men-
tis oculis caſtis,& mundis ex præcedenti purgatio-
ne peccati,& erroris exiſtentibus contemplatiuam
habeant habitudinem,& uirtutem. Habitudinem
uidelicet per mentis puritatem: uirtutem autem
per contemplationis ſtabilitatem,ut poſſint conté
plari diuina: quę & ueraciter apprehendunt, & re
tinent perſeueranter. Ex imperfecto autem reſtau-
randos oportet participes fieri exploratorum ſa-
crorum perfectiuæ ſcientię:ut uidelicet uera bona,
& ſacra illa,quæ per ſciẽtiam perfectam explorãt,
dilectione ſequendo,& ſanctitate participando ap
prehendant: ut ſicut per ſcientiam perfectam per-
fecti ſunt in cognitione: ita per bonitatem perfe-
ctam perfecti ſint in participatione. Purgatores ue
ro magnitudine purgationis aliis tradere ex pro-
pria caſtitate,id eſt, ipſos purgatores, quorum ſcili
cet miniſterium eſt,ut per eos alii purgentur ab er
rore, & culpa: oportet tales eſſe, ut magnitudine
purgationis ſuæ.i.munditiæ ſuæ,quam in ſe habẽt,
aliis tradant purgationem propria caſtitate,nõ alie
no,ſed proprio exemplo purgandorum uitam ca-
ſtificantes.Illuminatores autem oportet ſuum ſu-

excellens lumen in eos, qui digni ſunt lumine, ſu-
peruehere: utpote habentes luculentiores animos
ad participationem luminis,qua lumen ipſi perci-
piunt,& ad diſtributionem luminis, qua perceptũ
lumen ad alios illuminandos transfundunt:haben
tes dico proprie,id eſt ſingulariter, & excellenter:
quia,qui alios illuminare debent, plus aliis lucere
debent: & ditiſſime.i. abundanter repleti eſſe dẽnt
ſanctæ claritatis,ut ex abundantia perceptionis ſin-
gulis tribuere poſſint quod opus eſt.Nam qui om
nes docere debet, omnium ſcientiam habere dẽt:
quia non poteſt unicuique quod expedit,miniſtra-
re,qui cauſas omnium non nouit,& utilitates. Su-
peruehere autem debent lumen ſuum,ut quod uer
bo docẽt,per excellentiam uitæ commendẽt,quaſi
in ſublimi lucentes,& lumina fundẽtes ad eos,qui
conuerſatione inferius manent. Perfectores uero
oportet perficere perficiendos ſacratiſſima doctri
na per inſpectorum ſacrorum ſcientiam, tanquàm
præceptores perfectiuæ ſcientię.Sacra ueraciter in
ſpicit,qui habitum per experientiam cognoſcit. Sa
cra ueraciter inſpicit, qui interna bona guſtando
percepit.Sacratiſſimam ergo doctrinam habet,qui
docet quod ſapit: qui inſtruit quod ſentit: qui do-
cet non ſolum cognoſcere uerum,ſed apprehende
re bonum,& amare iuſtum. Quæ traditio idcirco
perfectiua uocatur, quia hoc ſolum hominem ad
perfectum ducit,quando bona, quæ per intelligen
tiam cognoſcere non potuit,per ſtudium boni ope
ris apprehendit. Tali ergo doctrina ipſi perfecto-
res perficiendos perficere debent, ut ſint ſancti,&
perfecti bonitate, imitantes illum,ad cuius formã,
& ſimilitudinem reformantur: & ſuperiores tri-
buendo, & inferiores percipiendo gratiæ diuinæ
participationem.Vnde ſequitur.Non ne ergo unuſ
quiſque hierarchię diſpoſitionis ordo ſecundum
propriam analogiam.i. modum, & menſuram, &
ordinem, reducitur ad diuinam cooperationem:
illa agens, & perficiens per gratiam, & uirtutem a
Deo datam,quæ diuinitati naturaliter, & ſuperna-
turaliter inſunt,& ab ipſa.ſ. diuinitate ſupereſſen-
tialiter acta,poſtea manifeſtata ſunt hierarchiæ ad
poſſibilem imitationem animorum.i. ſpirituum
Deum diligentiũ.Niſi enim illa bona, quæ in Deo
ſunt per naturam,ad iſtos deſcenderent per gratiá,
non eſſent illi ſimiles: & niſi ipſi agendo obtine-
rent, quę ipſe non agendo, ſed habendo poſſidet,
non eſſent illius imitatores. Poſtremo niſi ab eius
ſecreto inuiſibili,bona illa ad manifeſtationem de
ducta eſſent, nequaquam poſſibilitati creaturę imi
tabilia fuiſſent,nec dignitas ſecundum ipſum eſſet,
niſi gratia ab ipſo exiſſet.Ecce quid charitas facit.
Solis animis diligentibus Deum, abſcondita diui-
na manifeſta facta dicuntur,& ad imitandum poſ-
ſibilia. Interna namque,& ęterna bona rationales
animi per ſolam charitatem percipiunt: illa per di
lectionem & guſtando ut intelligant, & ſequendo
ut apprehendant. Niſi enim diligerent,non intel-
ligerent,quia non intelliguntur, niſi cum diligun
tur:& rurſum niſi amarent,non quærerent: & niſi
quęrerent,non inuenirent,quia non inueniuntur,
ſi non quæruntur. Hinc enim ſcriptum eſt. Iam

non

Ioan.15 non dicã uos ſeruos: quia ſeruus neſcit quid faciat dñs eius: Vos aũt dixi amicos, quia omnia quæcũq; audiui a patre meo, nota feci uobis. Et iterũ. Pater,
Luc.10 gratias ago tibi: quia abſcõdiſti hæc a ſapientibus, & prudẽtib⁹, & reuelâſti ea paruulis. Ecce ergo qũo ſola charitas reuelat ea, q̃ abſcõdita ſunt Dei. Similiter quoq; & ipſa ad poſſibilitatẽ deducit, quæ ſunt ineffabilia, & ſupereſſentialia, & ſupernaturalia oĩ creaturæ, ſm incõprehenſibilẽ ſublimitatẽ Dei. Si quis (inquit) diligit me, ſermonẽ meũ ſeruabit: &
Ioan.14. pater meus diliget eũ, & ad eũ ueniemus, & manſionem apud eũ faciemus. Sic ergo oĩs ordo diſpoſitionis hierarchiæ gratia, & uirtute accepta a Deo per ſolã charitatẽ perficitur, agendo, & imitando Deũ: ut illi actione, & imitatione ineſſe incipiant, quę diuinitati naturaliter inſunt, q̃m ex ipſa ſunt: & ſupernaturaliter, q̃m idẽ cum ipſa ſunt. Naturaliter, q̃m coæterna: Supernaturaliter, q̃m coeſſentialia. Quod .n. ſemper ineſt, naturale eſt: quod autem idem eſt, ſupernaturale eſt: quoniam natura ipſa eſt, & ipſum natura eſt. Sequitur.

Et ab ea ſupereſſentialiter acta: & ad poſſibilem Deũ diligentiũ aĩorũ imitationem hierarchiæ manifeſtata. Quę ſunt ea, quę diuinitati ſupernaturaliter inſunt, & ab ea ſupereſſentialiter acta ſunt, poſtremo ad poſſibilẽ imitationẽ animorũ Deũ diligentiũ hierarchiæ manifeſtata. Bona quædã intelligi uult inuiſibilia, & ineffabilia, quæ apud Deũ fuerunt, & in Deo fuerunt: & nõ uenerãt adhuc in cognitionẽ per participationẽ, ut cognoſcerentur, & haberentur: niſi ab eo ſolo, cuius erant, in quo erãt: & poſtea ab ipſo facta ſunt, q̃n factũ eſt, ut fierent in nobis: & ſupereſſentialiter facta ſunt, q̃m primũ ab ipſo facta ſunt nobis, ut poſtmodũ p ipſum fierent in nobis. Facta nobis prędeſtinatione, ut fierẽt in nobis perceptione: facta nobis cũ tribuũtur, ut fierent in nobis cum percipiũtur. Facta ſupra nos, cũ incipiũt uenire ad nos: Facta in nobis, cum incipiunt haberi a nobis. Facta ſunt in nos, cũ deſcẽdũt ab ipſo: facta in nobis, cum tribuuntur per ipſum. Hæc ergo ſunt quæ diuinitati ante nos ſupernaturaliter inſunt, & ab ea ad nos ſupereſſentialiter facta ſunt: poſtremo in nobis per eam manifeſtata. Manifeſtata, inquit, ſunt hierarchiæ, id eſt, ſacræ diſpoſitioni, quæ ſm Deũ ordinata eſt, & incedit: & hoc factũ eſt, ad poſſibilẽ imitationẽ animorũ Deũ diligentium, id eſt, ut animi Deũ diligentes eũ imitari poſſint: quia, niſi manifeſtata fuiſſent, imitabilia non eſſent. Niſi .n. cognoſcerentur, non quærerentur: & niſi quærerentur, non inuenirentur. Hoc autem diligenter attendendum eſt, ꝙ non ſingulis quibuſq; ſed hierarchiæ, id eſt, uniuerſitati, bona illa manifeſtata dicuntur, ita tamen ut a ſingulis in uniuerſitate imitationis ſtudio exerceãtur: quia gratia ad uniuerſos effunditur, & in ſingulis operatur. Extra unitatem nullus illam accipere poteſt, & in unitate alteri data nulli ſufficere poteſt. Propterea hierarchiæ manifeſtantur ad poſſibilem imitationem Deum diligentium animorum deducendam.

*Inſpicias quo electionatori optimo locus iſte deſeruire poteſt.*

*Titulus quarti capituli.*

## *QVID SIGNIFICAT ANgelorum cognominatio.*

### LITERA Cap. IIII.

IGitur hierarchia quid eſt (ut exiſtimo) bene a nobis diffinita angelica hierarchia, deinde laudanda: mirabileſq; eius in eloquiis formarum facturæ ſupermũdanis oculis intuendę: ut aſcendamus in deiformiſſimam eorum ſimplicitatem per myſticas formationes. Et ſimul omnis hierarchiæ ſciẽtię principium laudabimus in diuina religioſitate, & perfectiſſimis gratiarum actionibus: primum ſimul omniũ illud dicere uerum, ut bonitate uniuerſali, ſupereſſentialis diuinitas eorum, quæ ſunt eſſentias ad eſſe ſubſtituens adduxit. Eſt .n. hoc omnium cauſę, & ſuper omnia bonitatis, proprium: ad communionem ſuam ea, quę ſunt, uocare, ut unicuique eorum, quę ſunt, ex propria definitur analogia. Omnia igitur, quę ſunt, participant prouidentiã ex ſupereſſentiali, & cauſaliſſima diuinitate manantem. Non enim fortaſſis eſſent niſi eorum, quę ſunt, eſſentiæ, & principii aſſumptione. Exiſtentia igitur omnia eius eſſe participant. Eſſe enim omnium eſt ſuper eſſe diuinitatis: uiuentia autem eandẽ ſuper omnem uitam uiuificam uirtutem. Rationabilia, & intellectualia eandem ſuper omnem, & rationem, & intellectũ per ſe perfectam, & ante perfectam ſapientiã. Clarumque quòd circa eam illę eſſentiarũ ſunt, quæcunque innumerabiliter ab ea acceperunt. Sanctę ergo cęleſtium eſſentiarũ diſpoſitiones ſuper ea, quę tantum ſunt & irrationabiliter uiuentia (ſecundum quæ nos rationalia) in hierarchię traditionis participatione factæ ſunt. Inuiſibiliter .n. in diuinam ſimilitudinem ſupermundane aſpicientes, & formare appetentes intellectualem ſuam ſpeciẽ copioſiores pulchre habent ad eam communiones. Attendentes enim ſunt omnem uitam. Ipſæ ergo sũt primo, & multipliciter, & ſemper ad ſummum, quantum fas eſt, in conformatione

diuini,

diuini,& inflexibilis amoris intentæ, & prícipales illuminationes immaterialiter, & purę recipientes,& ad ipſas ordinatæ,& intellectualem habentés omnem uitam. Ipſę ergo ſunt primo;& multipliciter in participatione Dei factæ: & primo,& multipliciter manifeſtatrices diuinæ occultationis. Propterea & ultra omnia cognominatione angelica, & ſelectim dignæ factæ ſunt: eo quòd primo in ſeipſas edunt diuinam illuminationem, & per ſe in nos deferunt, quæ ſupra nos ſunt, manifeſtationes. Sic quidem(ut theologia ait) per angelos nobis donatę ſunt. Et glorioſos quoquè ante legem,& poſt legem noſtros patres angeli ad diuinum reducebant: quod agendum introducentes, & ad rectam ueritatis uiã ex errore,& uita immũda reducentes: aut ordines ſacros myſteriorum ſupermundaliũ; aut occultas uiſiones,aut diuinas quaſdam ante† prædicationes prophetice reuelantes. Si autem quis dixerit & inde immediate fuiſſe quibuſdam ſanctorum theophanias: diſcat & hoc ſapienter ex ſacratiſſimis eloquijs, quomodo hoc quidẽ quid eſt, Dei occultum nemo uidet, neque uidebit. Theophanię autem ſanctis factæ sũt † ſecundum decentes Deum, perque quaſdam ſacras uidentibus proportionalium uiſionum manifeſtationes. Ipſa igitur ſapientiſſima theologia uiſionem illam,quæ in ipſa eſt deſcripta,reuelauit diuinam,quaſi in forma informium ſimilitudinem ex uidentium in diuinum reductione pulchre uocari theophaniam: quaſi per ipſam uidẽtibus diuina facta illuminatione: & quidẽ diuinis ipſis ſancte perficientibus. Has autem diuinas uiſiones glorioſi patres noſtri perfecerunt per medias cæleſtes uirtutes. An non & ſacram legislationem eloquiorum traditio uelut per ſe quidem dicit ex Deo Moyſi donatam: ut etiam nos uere doceat,diuinos eam eſſe, & ſacros characteres? Docet autem & ſapiẽter theologia per angelos eam in nos prouenire, tanquã diuino legali ordine illud legaliter ponente: hoc eſt, per prima ſecunda in diuinum reduci. Etenim non ſolum in ſuperpoſitis, & ſubiectis animis,ſed & ęque potentibus ipſa lex definitur ex ſupereſſentiali omniũ ordinationis principio. Hoc eſt per unamquamque hierarchiam primas, & medias, ultimas eſſe,& ordinationes, & uirtutes:& minorum eſſe diuiniores doctores, & manuductores in diuinam adductionem,& illuminationem,& communicationem. Video autem quòd & diuinum humanitatis Chriſti myſterium angeli primum docuere: deinde per ipſos in nos ſcientiæ gratia deſcendit. Sic ergo diuiniſſimus Gabriel Zachariam quidem ſummum ſacerdotem myſteria edocuit: hoc eſt, prophetam fore ex ipſo contra ſpem, gratia diuina naſciturum puerum diuinitus, & ſalutariter mundo manifeſtandę uirilis Ieſu diuinę operationis. Mariam quoque quomodo in ipſa foret diuinum ineffabilis diuinæ formationis myſterium. Aſt alius angelorũ Ioſeph erudiebat,quomodo uere implerentur diuinitus promiſſa progenitori Dauid. Alius uero paſtores tanquam multorum reditu, & ſilentio purgatos euangelizauit: & cum eo multitudo exercitus cæleſtis illam ualde laudabilem tradebant iis, quí in terra ſunt,doxologiam. Reſpiciamque & ad excellentiſſimas eloquiorum luminis apparitiones. Video enim quoniam & ipſe Ieſus supercæleſtium eſſentiarum ſupereſſentialis eſſentia, ad id,quod ſecundum nos eſt, immutabiliter ueniens, non reſilit a ſe ordinata,& aſſumpta humana ordinatione: ſed obediens ſubditur Patris,& Dei per angelos diſpoſitionibus:& per medios ipſos annunciatur Ioſeph a Patre diſpoſita Filii ad Aegyptũ receſſio:& iterum ad Iudęam ex Aegypto traductio. Et per angelos ipsũ uidemus ſub paternis legislationibus ordinatum. Inſto.n.dicere (ut ſcienti noſtris ſacerdotalibus traditionibus expreſſa) & de angelo ipſum Ieſum cõfortante: aut quia & ipſe Ieſus per noſtrã ſalutarem,beneficam, & manifeſtatoriam ueniens ordinationẽ, angelus magni conſilii appellatur. Etenim (ut ipſe angelus dixit) quęcunque audiuit a Patrę,annunciauit nobis.

† prædictiones.

† ſed

---

## *EXPOSITIONIS IN QVARtum, & mox in quintum, & ſextum capita Diui Dionyſii Areopagitæ de cęleſti Hierarchia. Lib. V.*

POſtquàm demonſtrauit,data, & expoſita generali diſtintione, quomodo intelligenda ſit Hierarchia ſecundũ angelicam, & humanã ordinationẽ (diuina enim,quæ infinita eſt, diſfiniri nõ poteſt)

nunc

nunc de angelica Hierarchia ſpecialiter tractare incipit:primum oſtendens quomodo nomina angelorum,quæ ab hominibus, & ſecundum homines data ſunt,in illa ſpirituali, cæleſtique natura intelligenda ſunt.Continuat præcedentia ad narrationem ſubſequentem dicens. Igitur Hierarchia quid eſt ( ut exiſtimo ) bene a nobis diffinita angelica Hierarchia,deinde laudanda: mirabileſque eius in eloquijs formarum facturæ ſupermũdanis oculis intuendæ. Ac ſi diceret. Poſtquam ſecundum noſtram exiſtimationem bene oſtendimus quid ſit Hierarchia ex diffinitione eius propoſita:nunc conſequens eſt, ut laudemus angelicam Hierarchiam,id eſt, ut oſtendamus quãtum laudata ſit in ſcripturis ſacris : ſiue quantum ex ijs,quæ de ipſa dicta ſunt,laudabilis appareat, demonſtremus:& ad hoc demonſtrandum conueniens eſt,ut intueamur ſupermundanis oculis, id eſt,ſpiritualibus, & ſpiritualiter uidẽtibus oculis mirabiles facturas,id eſt,compoſitiones,uel adaptationes formarũ,quæ in eloquijs ſacris illi attribuuntur,ad inuiſibilem eius naturam demonſtrãdam.Ideo autem ſpiritualibus oculis ea, quæ uiſibiliter proponuntur,intuenda ſunt, ne hoc ſolũ eſſe putetur,quod uidetur:ne mens in illo remaneat,quod foris conſpicit.Sed per illud, quod exterius in demonſtrationem proponitur,ad aliud uerius, & ſublimius contemplandum inuitatur. Ideo ſequitur.Vt aſcendamus in deiformiſſimam eorum.ſ.angelorum, ſimplicitatem per myſticas formationes.Ideo, inquit,ſupermundanis oculis intuendæ ſunt mirabiles formarum facturæ, ut per ipſas myſticas formationes extrinſecus conſideratas excitati , intrinſecus aſcendamus ad deiformiſſimã ipſorum angelorum ſimplicitatem. Quaſi enim multiplicitas quædã angelis eſt ipſa, per quam exterius demonſtratur myſticarum formationum uarietas. Simplicitas autem illorum ſpiritualis,& inuariabilis naturæ ſuę unitas eſt.In multiplicitate ergo ſua deiformitatem nõ habent ſed in ſimplicitate:quia in ea parte, qua per uiſibiles formas demonſtrantur,corporeæ naturæ ſimilitudinem aſſumunt.In ea autem parte, qua ſpirituales ipſi,& incorporea natura intelliguntur,ad imaginem,& ſimilitudinem Dei reſpiciunt. Quæ ſimilitudo nõ ſolum deiformis,ſed etiam deiformiſſima appellatur:quia cum eadem ipſa in hominibus quoque inueniatur, in angelis tamen excellentior creditur. Sequitur. Et ſimul omnis Hierarchiæ ſcientiæ principium laudabimus in diuina religioſitate, & perfectiſſimis gratiarum actionibus. In eo, inquit, quòd angelicam Hierarchiam laudabimus, ſimul etiam laudabimus diuinam,& ſummam hierarchiam, quæ prĩcipium eſt omnis ſcientiæ hierarchiæ, id eſt,quã habet omnis hierarchia, & per quam diſpoſita eſt omnis hierarchia, quia omnis hierarchia & per eam diſponitur,& ab ea illuminatur. Laudabimus, inquam, principium omnis hierarchiæ, ſcientiæ,non tamen diffinitione,& demonſtratione ſicut angelicam ; nec diffinitione, & comprehenſione ſicut humanam, quarum altera inuiſibilis per uiſibilia demonſtratur:altera uiſibilis in ſe ipſa cognoſcitur. Sed laudabimus diuina religioſitate,& perfectiſſimis gratiarum actionibus. Neque enim demonſtratione laudatur,quod incogitabile eſt;neque comprehenſione laudatur,quod eſt incomprehenſibile.Sola ergo religione,& gratiarum actione Deus laudari poteſt, qui inueſtigari,& conprehendi non poteſt. Si ergo dicendo non potes,lauda uiuendo. Quod lingua non explicat,uita bona commendat: bona uoluntate cõtingitur,qui per ſcientiam non inueſtigatur.Si ergo non comprehendis ipſum,uiuendo ſecundum ipſum,tende ad ipſum:hoc eſt laudare diuina religione.Rurſum ſi dicere non potes ipſum , dicere potes quæ data ſunt ab ipſo:dona eius optima cõmendare, ipſum ineffabiliter bonum prædicare: hoc eſt laudare perfectiſſima gratiarũ actione. ſic ergo laudabimus principium noſtrum diuina religioſitate, & perfectiſſimis gratiarum actionibus.In ipſa autem laudatione principij noſtri primo omnium hoc commemorandum eſt,qualiter diuina bonitas,quæ ad omnia diffunditur,primũ creanda ad eſſe adduxit: poſtea gubernanda ſub ſe conſtituit,& nutrienda ad ſe reformauit. Hoc eſt,quod dicit.Primum ſimul omnium,id eſt, primum ante omnia,oportet illud dicere uerum, id eſt,illam ueritatem dicere:ut,hoc eſt,qualiter,ſcilicet ſupereſſentialis diuinitas uniuerſali bonitate ſua adduxit ad eſſe eſſentias eorum,quæ ſunt:ſubſtituens poſt creationem, uidelicet, diſponens & ordinans,uel ſtatuens ſub ſe, & ordinans ſecundũ ſe.Eſt enim &c. Ac ſi diceret. Propter hoc diuina bonitas ea,quę creauit,ad ſe reuocat,& reformat: quia proprium illi eſt ex inſita benignitate illa quæ eſſe acceperunt ab ea,ut beate eſſe poſſint,ad ſuam communionem uocare: quantum ſcilicet unumquodque ſecundum ordinem conditionis ſuæ,& modum capax eſſe poteſt participationis illius.Eſt enim, inquit, hoc proprium cauſæ omnium,& bonitatis ſuper omnia: id eſt, bonitatis, quæ cauſa eſt omnium, quia per eam facta ſunt omnia, & ſuper omnia eſt, quia trahit ad ſe facta a ſe:hoc ſcilicet proprium illi eſt,uocare ea, quæ ſunt,ad communionem ſuam:ut,hoc eſt,ſicut,unicuique eorum quæ ſunt,definitur uel diſpenſatur ex propria analogia,id eſt,menſura, & modo,& ordine. Nam & in hoc ipſo pulchritudo uniuerſitatis perficitur, quòd non uno, & eodem modo omnia,ſed ſingula quęque ſecundum ordinem,& gradum ſuum uarie, ac multifariam ad communionem diuinæ bonitatis reuocantur:ut in eo, quod non deſeruntur,compleatur opus bonitatis:in eo uero,quòd uarie diſponuntur ad decorem,& pulchritudinem omnium,opus ſapiẽtiæ perficiatur. Omnia igitur,quæ ſunt, participant prouidentiã ex ſupereſſentiali,& cauſaliſſima diuinitate manãtem.Quandoquidem ( inquit ) hoc proprium eſt diuinæ bonitatis,ut omnia reuocet ad ſui participationem, ut conuerſa ad eam ſubſiſtant, quæ ab ea proceſſerunt, ut eſſe acciperent. Ergo omnia, quæ ſunt,participant prouidentiam,id eſt,prouiſum bonum,& prouiſam gratiã manãtem ex ipſa

diuini-

diuinitate, quaſi de fonte, & primo principio omnis bonitatis: quæ ſupereſſentialis eſt, quia in ſuæ naturæ excellentia omnibus eſſentijs, & ſubſiſtentibus naturis ſupereminet: & cauſaliſſima eſt, id eſt, cauſarum omnium cauſa, & prima cauſa, quoniam ab eius bonitate procedit bonum omne, qđ rebus a ſe conditis omnibus, ut ſubſiſtant, participandum præbet. Non enim fortaſſis eſſent niſi eorum, quę ſunt, eſſentiæ, & principij aſſumptione. Ex hoc (inquit) probari poteſt, omnia quæ ſunt, diuinam prouidentiam participare, quia aliter ſubſiſtere non poſſent, niſi ipſius diuinæ bonitatis, a qua omnia eſſe acceperunt, & in qua omnia ſubſiſtunt, participatione ſubſiſterent. Omnia enim, quę ſunt, niſi a diuina bonitate principium accepiſſent, non incepiſſent: & niſi in illa eſſentiam haberent, in eo, quod ſunt, non permanerent. Propterea ipſa principium omnium eſt, quam aſſumendo, & participando incipiunt: & eſſentia omnium eſt, quam aſſumendo, & participãdo ſubſiſtunt. Vñ ſequitur.

Exiſtentia igitur omnia eius eſſe participant. Ac ſi diceret. Quia ſine ea nihil ſubſiſtere poteſt, manifeſtũ eſt, quòd eſſe eius participant omnia, quæ ſubſiſtunt. Ipſa ergo una & eadem exiſtens in ſe diuina natura quãtum ad effectum, & uirtuté, & operationem, omnibus ſubſiſtẽtibus, & a ſe creatis eſſentijs, & naturis, & principium eſt, a quo eſſe accipiunt: & eſſentia omnium eſt, in qua ſubſiſtunt: & uita eſt non omnium quidem (quia non omnia uiuunt) ſed uiuentium omnium uita eſt, ex qua, & per quam uiuificantur, & uiuunt: & ſapientia eſt non omnium exiſtentium, aut uiuentium, quia non omnia exiſtẽtia, aut uiuentia ſapiunt, ſed ſapientium omnium ſapientia eſt: & intellectus, & ratio, a qua, & per quam illuminantur, & ſapiunt, & intelligunt, & diſcernunt. Hoc eſt, quod dicit. Eſſe enim omnium eſt ſuper eẽ diuinitatis: quia per eſſe diuinitatis, quod ſuper omne eſſe eſt, eſſe habet & ſubſiſtit quicquid eſt. Viuentia autem, quæ iam non ſolum eſſe, ſed & uiuere ab ea accipiunt, participando eandem uitã, quæ eſt ſuper omnem uitam, & eandem uiuificam uirtutem participando, uiuificantur, & uiuunt. Rationalia autem, & intellectualia participando eandem ipſam ſapientiam exiſtentem ſuper omnem & rationem, & intellectum, per ſe perfectam, & ante perfectam, id eſt, ſupra omnia perfecta perfectã ſapientiam participando, ratiocinantur, & intelligunt, & ſapiunt. Ratiocinantur quidem inueſtigando, intelligunt cognoſcendo, ſapiunt participãdo: ut una & eadem diuina bonitas & ſubſiſtentibus eſſentia ſit, & uiuentibus uita, & ſapientibus ſapientia. Ex quo claret, quòd illa creata creatrici naturæ ſimilitudine, & ueritate magis propinqua ſunt, quę ab illa magis in dono perceperunt. Hoc eſt, qđ ſequitur. Clarumque, quòd circa eam illæ eſſentiarum ſunt, quę innumerabiliter ab ea acceperunt. Circa eam uidelicet diuinam naturam: id eſt, propinquæ, & uicinæ illi ſunt, & immediate contũctæ: illæ eſſentiarum, hoc eſt, illæ eſſentiæ, ſiue naturæ, quæcunque poſt ipſum eſſe datum innumerabiliter, uel multipliciter ab ea dona: uirtutum acceperunt. In quibus primo loco cenſentur cæleſtes illę, & ſpiritnales naturæ angelorum: quæ non ſolum per ſubtilitatem ſapientiæ rationabilia ſunt, quia intellectu diſcernunt: ſed per ſubtilitatem quoque ſpiritualis naturæ intellectualia: quia ſolo intellectu in ſua natura percipiuntur, & ſenſum corporis non contingunt: ac per hoc ſuper omnia, quæ sũt, factæ ſunt, quia uiuunt: & ſuper omnia, quę irrationabiliter uiuunt, quia diſcernunt. Hoc eſt, qđ ait.

Sanctæ ergo cæleſtium eſſentiarum diſpoſitiones. i. ſancti cæleſtium ſpirituũ ordines, factæ ſunt participatione traditionis hierarchiæ, id eſt, participatione gratiæ, quæ traditur hierarchiæ ſecundũ Deum ordinatæ, ſuper ea, quæ tantum ſunt, quia uiuunt: & ſuper ea, quæ irrationabiliter uiuentia ſunt, quia diſcernunt: ſecundum quæ irrationabiliter uiuentia nos homines rationalia animalia uocamur, & ſumus. Nec mirum, inquit, eſt: ſi ſpiritus angelici non ſolum ſuper exiſtentia & non uiuentia, & ſuper uiuentia & non diſcernentia, ſed etiã ſup rationalia & corporalia dignitate facti ſunt, quia rationalia corporalia id eſt, homines, licet ad diuinam ſimilitudinem reformentur, non niſi corporalibus tamen mediantibus eruditi, & excitari ad illam reſpiciunt. Angelica autem ſublimitas ſuper corporalia omnia conſtituta inuiſibiliter, & immediate nulla alia creatura inter ipſam, & Deum conſtituta, ad diuinam ſimilitudinem conformatur, copioſius, & multiplicius ab illa gratiam hauriendo, & uicinius illam ut proximam cõtemplando. Inuiſibiliter au, hoc eſt, ſine materialibus & corporalibus inſtrumentis, & ſignis uiſibilibus in diuinam imitationem ſeipſas conformantes: ipſæ ſcilicet cæleſtium eſſentiarum diſpoſitiones. Et ad diuinã ſimilitudinem per imitationem, & conformationem ſupermundane, id eſt, ſpiritualiter aſpicientes copioſiores pulchre habent ad eam cõmuniones, id eſt, multipliciores ab ea uidelicet diuina ſimilitudine ſumunt donorum ſpiritualium perceptiones: in quibus communionem cum ipſa habent, quia bonum eius in ipſis ſpiritualibus donis percipiendo, & communicando, in ipſa, & cũ ipſa poſſident. Pulchre quidem, & pure, ſine & corporali contagione, & materiali attactu, ſimpliciter in illud aſſupto. Attendentes quidem ſunt omnem uitam, id eſt, ſummam uitam, in qua eſt omnis uita: & quæ tota eſt uita, nec aliunde uiuens, ſed uita: ac per hoc percipientes ex ſumma uita omnem uitam, ut in eo ipſo, quòd immediate plenitudinem uitæ accipiunt in ipſis uita nunquàm deficiat. Sequitur.

Ipſæ ergo ſunt primo, & multipliciter, & ſemper ad ſummum, quantum fas eſt, in conformatione diuini, & inflexibilis amoris intentæ: & principales illuminationes immaterialiter, & pure recipiẽtes, & ad ipſas ordinatæ, et intellectualem habentes omnem uitam. Ipſæ (inquit) ſunt intentæ, ad ſummum uidelicet bonum, primo quia immediate, et multipliciter quia perfecte, et ſemper quia ſine intermiſſione intentæ, uidelicet quantum fas eſt. i. licitum, uel poſſibile creaturæ poſitæ in conformatione diuini, et inflexibilis amoris. i. creaturæ inflexibiliter, uel immutabiliter Deum amanti: et per inflexibilem, et diuinum amorem ad Deum ſe con-

uer-

uertenti, & reformanti. Sunt etiam ipſæ, ſcilicet cæleſtes uirtutes recipientes principales illuminationes, hoc eſt, primo, & pricipaliter datas, immaterialiter ſine corpore: & pure ſine contagione. Immaterialiter ſine uiſibili ſignificatione: & pure ſine erroris contagione. Sunt etiam ordinatæ ad ipſas, uidelicet illuminationes percipiendas, ut ſecundum differentiam ordinis differentia ſit perceptionis: uel ordinatæ ad illas per iuſtitiam ſunt ſubijcientes ſe, & coaptantes diuinę uoluntati per omnia: ut in eo ipſo gratiæ illuminationem ſine impedimento percipiant, quo ab eius ueritate per deſiderium iniquitatis non diſcordant. Sunt etiam habentes intellectualem omnem uitam, quia ipſum quod ſunt, uita ſunt, & eorum ſpirituales ſubſtantiæ hoc ipſum uiuere habent quod eſſe. Quia ergo in eis aliud non eſt, quod uiuificant & aliud, qđ uiuificatur, ſed unũ ipſum totum: omnem uitam habere dicuntur, uel omnis uita eſſe: quia totum quod ſunt uita ſunt, ſicut & ipſa ſumma uita, in qua ſunt, & in qua uiuũt, omnis uita eſt, quia ex ſe uiuit, & uita eſt, & totum quod eſt ipſum, uita eſt. Sequitur. Ipſæ ergo ſunt primo, & multipliciter in participatione Dei factę, & primo, & multipliciter manifeſtatrices diuinæ occultationis. Ipſæ (inquit) cæleſtes diſpoſitiones factæ ſunt in participatione Dei, id eſt, ut Deum, & gratiam diuinã participent: primo, quia nulla creatura ante ipſas: & multipliciter, quia nulla creatura ſupra ipſas. Primo, quia ante omnia: & multipliciter, quia pluſquàm omnia. Et ſunt manifeſtatrices diuinæ occultationis, id eſt, diuinæ gratiæ inuiſibiliter, & occultæ ſibi aſpiratæ, dum id, quod ipſæ intus ex occulta inſpiratione percipiunt, ad alios poſtmodum manifeſtando transfundunt. Vel diuinæ occultationis, id eſt, diuinitatis occultæ, & inuiſibilis, manifeſtatrices ſunt: quia ĩ eis, & per eas inuiſibilia Dei ad manifeſtationem exeunt: cũ claritas diuina & in eis primum lucet, & per eas poſtea illuminat ſubiectos ordines prouiſorum. Propterea, ait, dignæ factę sũt ſelectim, id eſt, ſpecialiter, uel ſingulariter ultra oĩa, cognominatione angelica: eo q̃ primo in ſeipſas edunt diuinam illuminationẽ, & per ſe in nos deferunt, quę ſupra nos ſunt, manifeſtationes. Propterea quia diuinum lumẽ in ipſas primo loco ſe effundit, & per ipſas ad nos illuminandos poſtea deſcendit: dignæ factæ ſunt ultra oĩa, cognominatione angelica. Angelus quippe nũcius interpretatur. Qui ergo acceptam gratiam alijs miniſtrando deferunt, quid aliud q̃ authoris, & largitoris gratiæ eiuſdẽ nuncij ſunt. Sed ſunt nũcij, alij priores, alij poſteriores. Angeli enim, qui primo loco gratiam diuinam percipientes illam poſtmodũ ad hominum cognitionem deferunt, quaſi eiuſdẽ gratiæ primi nuncij ſunt. Ipſi uero homines cũ gratiam perceptam alijs prædicando, & annunciando deferunt, nuncij quidem nominantur, ſed primi nuncij non ſunt: quia ab alijs primo illuminati, & prius nunciantibus, qđ nunciant, perceperunt. Propterea cæleſtes illi, & inuiſibiles ſpiritus & ſingulari dignitate, & propria cognominatione angeli nominantur: quia eis primum per occultam aſpirationem manifeſtatur, quod de inuiſibili diuinitatis luce in ſemetipſis aſpiciant, & per eos primo loco ad nos transfunditur, quod per ſe ipſi ad noſtrã cognitionem manifeſtandum portant. Primo nanque loco quaſi ex occulto conceptionis diuinę parturiendo, in ſeipſos diuinam illuminationem edunt: non extrinſecus hauriendo, ſed abintus concipiendo lucem claritatis æternæ, ut abintus prodeat ad ſe, quod uideant in ſe, et ad nos transfundant per ſe. Sic enim primo in ſemetipſis illuminationes diuinas percipiendo per ſe, poſtea deferunt ad nos manifeſtationes ipſarum illuminationum, quæ ſunt ſupra nos. Nam ſic quidem donatæ ſunt nobis per angelos manifeſtationes, ſcilicet diuinę, ſicut theologia, i. ſacra ſcriptura teſtatur. Et glorioſos quoque ante legem, et poſt legem noſtros patres angeli ad diuinum reducebant, quod agendũ introducentes, et ad rectam ueritatis uiam ex errore, & uita immunda reducentes: aut ordines ſacros myſteriorum ſupermundalium, aut occultas uiſiones, aut diuinas quaſdam anteprædicationes prohetice reuelantes. Ita, ait, ſicut theologia, id eſt, ſacra ſcriptura teſtatur, manifeſtationes diuinæ nobis per angelos donatæ ſunt: quia et ante legem, ſcilicet datam, et poſt legem datam, id eſt, ſub lege et gratia, glorioſos patres noſtros, id eſt, electos et iuſtos, quorum uitam imitando filij ſumus: angeli ad diuinum, id eſt, ad diuinam cognitionem reducebant: quod agendum ſcilicet erat introducentes, id eſt, iuſte & pie docentes uiuere: et ad rectam ueritatis uiam ex errore, et uita immunda reducentes: hoc eſt, docentes recte credere, ut et fides illorum eſſet recta, et uita munda. Aut etiam reuelantes ordines ſacros myſteriorum ſupermundalium ideſt ſecretorum cæleſtium de uita ſcilicet beata, et cęleſtis patriæ gaudijs, et inuiſibili beatorum ſpirituum ordinatione, qualiter omnes in uno bono felices ſunt, non tamen coæquales: et quòd ſuperiores ſine ſuperbia prælati ſunt, inferiores ſine miſeria ſubiecti: aut ordines ſacros myſteriorum ſupermundalium, id eſt, ſecretorum diuinorum reuelantes, qualiter ſcilicet uiſibiliter, et temporaliter ab hominibus impleri oporteret, quod Deus inuiſibili, et ſecreta diſpenſatione agendum diſpoſuit: aut etiam reuelantes occultas aliquas uiſiones de præteritis, ſiue præſentibus, ſiue futuris aliquid ſignificantes: aut reuelantes diuinas quaſdam antepradicationes prophetice factas ideſt prædicationes diuinas, in quibus aliquid antequàm fieret prophetice prædicabatur reuelantes: ut ijs uidelicet, quæ dixerunt cognitionem futurorum, uel ijs, qui audierunt intelligentiam dictorum miniſtrantes: et in his omnibus ſanctos uiros ſiue ad rectã fidẽ, ſiue ad bonam operationẽ inſtruendo, ad diuinã cognitionem, et participationẽ reducentes. Sequitur. Si autem quis dixerit, et inde immediate fuiſſe quibuſdam theophanias: diſcat et hoc ſapienter ex ſacratiſſimis eloquijs: quomodo hoc quidem quid eſt, Dei occultum nemo uidit, neque uidebit. Si quis, inquit, contra hoc, qđ dixi reuelationes diuinas per angelos ad hominum cognitionem uenire dixerit, ẽt angelis non mediantibus nonnunquàm quoſdam ſan-

ctorum patrum ab ipſa diuinitate reuelationes accepiſſe: diſcat ex ſacratiſſimis eloquijs hoc, ꝙ ipsū Dei occultū nemo uidit, aut uidebit. Si ergo quis, hoc eſt aliquis dixerit inde, id eſt, a ſecreto dinino fuiſſe ſcilicet factas quibuſdam ſanctorū theophanias id eſt, diuinas apparitiones immediate, hoc eſt, primo loco in ipſos deſcēdentes nulla alia creatura mediante: ſi quis, inquam, hoc dixerit: diſcat ille etiam hoc ſapienter intelligere ex ſacratiſſimis eloquijs, quomodo nemo unquā uidit, neque uidebit occultum Dei, hoc eſt, diuinam naturam, quæ occulta eſt, & ab omni ſenſu remota, Vidit dico, quid .ſ. eſt hoc ipſum occultū: hoc eſt, etſi uidit in figura, non uidit in eſſentia: non uidit in ſpecie, etſi uidit in ſignificatione. Cumque hoc ex ſacratiſſimis eloquijs cognouerit, intelligat, quòd humana mens ad inacceſſibilis lucis contemplationem per ſemetipſam immediate accedere non poteſt: niſi theophanijs, id eſt, apparitionibus, uel reuelationibus diuinis excitata ſubleuetur. Theophaniæ autē

† ſed ſanctis factæ ſunt † ſecundum decentes Deū: perq; quaſdam ſacras uidentibus proportionalium uiſionum manifeſtationes. Theophaniæ inquit, id eſt, diuinæ reuelationes, uel diuinitatis reuelationes, ſanctis factæ ſunt, non hocquidem modo ut mens humana in carne mortali poſita, & intra ſenſum humanum conſtituta ad incomprehenſibilem naturā contingendam immediate accederet: ſed factæ sūt ſecundum quaſdam ſacras manifeſtationes, ſiue uiſibilium formarum extrinſecus ſenſui adhibitas, ſiue imaginationum ſm uiſibilia intrinſecus animo ingeſtas, ſiue alio qualicunque mō altiori, & excellentiori ſpiritaliter humanæ rationi impreſſas, tali conuenientia coaptatas, ut & ipſum Deum, de quo factæ erant, decerent: & ipſis, quibus fiebant uidentibus ſecundum proportionem uniuſcuiuſque, & capacitatem congruerent. Hoc eſt, quod dicit. Sanctis factæ ſunt theophaniæ ſecundum quaſdam ſacras manifeſtationes decentes Deum: & per manifeſtationes uiſionum proportionalium uidētibus, quę ſcilicet ita proportionaliter contēperatæ erāt poſſibilitati uidentium, ut imperfectiores quidem inferiori, & imperfectiori genere uiſionis cæleſtiū ueritatem perciperent: excellentiores autem ſublimiori modo ſecreta diuina cognoſcerent. Et tamen ſiue in iſtis, ſiue in illis quicquid de Deo ad humanā cognitionē uenire potuit, minus ipſo, & quodammodo infra ipſum fuit. Hinc enim ſcriptum eſt. Ea, quæ ſub ipſo erant, replebāt templum. Quia oē, quod mēs humana in hac uita de cognitione illius capere poteſt, ineffabili maieſtati eius æquari non poteſt. Tamē diuina ſcriptura manifeſtationes illas, q̄bus Deꝰ mētibus humanis ſe reuelat, theophanias, id eſt, diuinas apparitiones uocare cōſueuit: quoniā & ſi natura Deus non eſt, quod cernitur: ſecundum demonſtrationem tñ eſt: quia per ipſum, & in ipſo Deus manifeſtatur. Hoc eſt, q̄d ſequitur. Ipſa igitur ſapientiſſima theologia uiſionē illā, quæ in ipſa eſt deſcripta, reuelauit diuinam, quaſi in forma informium ſimilitudinem ex uidentium in diuinum reductione pulchre uocari theophaniā. Ipſa, inquit, ſapiētiſſima theologia, id eſt, diuina ſcriptura, quæ ſecreta diuina ſapienter ad humanam cognitionē educit, reuelauit pulchre, id eſt, conuenienter uocari theophaniam uiſionem illam, quæ in ipſa deſcripta eſt: ut pote diuinam ſimilitudinem informiū, id eſt, ſpiritualium, & corporalem formam non habētiū naturarum: in forma uiſibili, uel ſm uiſibilia ſumpta expreſſam. Reuelauit, dico, pulchre uocari theophaniā ex reductione uidentium in diuina, id eſt, quia per eam uidentes in diuina cognoſcenda reducuntur: quaſi per ipſam uidentibus diuina facta illuminatione: & quidem diuinis ipſis ſancte perficiētibus, id eſt, nō ſolum iō, quia diuina uidentibus manifeſtauit: ſed quia ipſos ēt uidentes diuinos effecit. Sequitur. Has autē diuinas uiſiones glorioſi patres noſtri perfecerunt p medias cęleſtes uirtutes. Id eſt, mediātibꝰ cæleſtibꝰ uirtutibꝰ, p quas ad hoīm cognitionē deductę sūt: adepti sūt, & conſecuti, & perfecte comprehenderunt uiſiones iſtas glorioſi patres noſtri. Sequitur.

An non & ſacram legislationem eloquiorū traditio uelut per ſe quidem dicit ex Deo Moyſi donatam: ut ēt nos uere doceat, diuinos eam eſſe, & ſacros characteres? Non ne, inquit, traditio eloquiorū, id eſt, authoritas ſcripturarum, dicit ſacram legiſlationem, id eſt, lationem ſacræ legis donatam eſſe Moſi ex Deo per ſe, nullum uidelicet mediatorē cōmemorans in latione legis inter Deum, & Moyſē. Sed ipſum per ſe Deum Moyſi locutum fuiſſe conteſtans: ut etiam doceat nos eam, uidelicet, legem ſacros eſſe, & diuinos characteres, hoc eſt ſacrorum, & diuinorum ſigna, ut per ea, quę uiſibiliter in legislatione geſta ſunt, alia quædam inuiſiblia ſignificata, & demonſtrata oſtendat: ſicut ſcriptum eſt, Facies ergo tabernaculum iuxta exemplar, quod tibi monſtratum eſt in monte. Exo. 25. Secundum hunc ergo modum & ipſa uiſibilis manifeſtatio, ac materialis allocutio, qua inuiſibilis Deus hominibus ſe demōſtrare uoluit, Deus eſſe, uel Dei eſſe dicitur: quia in ea inuiſibilis Deus ad manifeſtationem prodijt, & quæ occulta erant ſua ad cognitionem eduxit. In qua tamen uiſibili manifeſtatione miniſterio angelorum mediāte cuncta operatus eſt: ut id quidem, quod uiſibile factum eſt, & Dei dici poſſit per primam auctoritatem, & angelorum per ſubiectā operationem. Hinc eſt enim, quod ſequitur.

Docet aūt & hoc ſapienter theologia, per angelos eā in nos peruenire. Non ſolū, inquit, teſtatur theologia legislationē donatam Moyſi ex Deo immediate: ſed docet etiam eam ſcilicet legē peruenire in nos, hoc eſt, ad noſtram cognitionem expoſitam, per angelos: ut aperte demōſtretur, ꝙ illa legiſlatio & Dei erat, ex cuius authoritate ꝓceſſit: & angelorū erat, quorū etiam miniſterium exhibuit.

Tanq̄, inquit, diuino legali ordine illud legaliter ponente: hoc eſt p prima ſcđa in diuinū reduci. Ita, inquit, ſcriptura legislationē Deo per angelos in hoīhus ordinatā oſtendit, tanq̄ ipſo legali ordine diuinitus facto illud legaliter ponēte .i. īſtituēte, uel ſanciente: hoc eſt, .ſ. ſecunda reduci in diuinum per prima. Cum .n. diuina lex primum a Deo in angelos: ac deinde per angelos in homines proceſſiſſe perhibetur: manifeſte oſtenditur, quòd per prima

& ſu-

& ſuperiora, ſecunda & inferiora ad diuinam cognitionem reducuntur: & hoc non ſolum inter Deum, & angelos, uel inter angelos, & homines: ſed in ipſis quoque angelis iotelligi oportet, quoniam ſuperiores inferiores ad diuinam reducunt cognitionem. Qnoniam & in ipſis angelis ordines ſunt, alij ſuperiores, alij inferiores: & qui ſuperiores ſunt, copioſius lumen diuinitatis hauriunt, & ad eos, qui ſequuntur poſt ſe, illuminandos tranſfundunt. Et in ipſis quoque ordinibus, in quibus ſecundum parem diſpoſitiooem multi æquales ſunt, hæc legis definitio ſeruatur, ut ſint in diuinæ gratiæ perceptione alij primi, alij ſecundi, alij olomi: & ij etiam, qui ordine pares ſunt, non ſint in gratiæ perceptione æquales: hoc eſt, quod dicit.

Etenim non ſolum & io ſuperpoſitis, & in ſubiectis animis, id eſt, ſpiritibus: ſed & in æque potentibus ipſa lex definitur ex ſupereſſentiali principio ordinationis omnium, hoc eſt id. ſ. per unanquanqoe hierarchiam, id eſt, ſacram ordinationem, eſſe & primas, & medias, & ultimas, & ordinationes, & uirtutes: & in ipſis ordinationibus, & oirtutibus diuiniores ſemper eſſe doctores, & manuductores minorum, ut eos doceant, & adducant in diuinā adductionem, & illuminationem, & communicationem. In adductionem per conuerſionem. In illuminationem per cognitionem. In communicatioem per perceptionem. Sequitur. Video autem, ꝙ & diuinum Chriſti humanitatis myſterium angeli primum docuere: Deinde per ipſos in nos ſcientiæ gratia deſcendit. Ex hoc, inquit, patet, quòd quæ a Deo mandantur hominibus per angelos nonciantur: quoniam & ipſum diuinum myſterium humanitatis Chriſti angeli docuerunt; tam eos, qui prædixerunt, & crediderunt, quam eos, qui uiderunt, & ſuſceperunt. Et deinde, hoc eſt, conſequenter per ipſos angelos in nos huius ſcientiæ gratia deſcēdit. Sic ergo, ſicut uidelicet Chriſti natiuitas per angelos nunciata eſt: natiuitas quoque præcurſoris eius per Gabrielem angelum legitur nunciata.

Sic, inquit, diuiniſsimus Gabriel Zachariam quidem ſummum ſacerdotem docuit myſteria: hoc ē, puerum naſciturum ex ipſo contra ſpem, quia ex ſterili matre, & ſene patre: gratia diuina prophetā fore manifeſtandæ uirilis diuinæ operationis Ieſu mundo diuinitus, & ſalutariter. Ac ſi diceret. Diuiniſsimus Gabiel docuit Zachariam ſummum ſacerdotem, quod puer naſciturus ex ipſo propheta foret operationis Ieſu uirilis: quia io natura humanitatis, qua ſexum carnis aſſumpſit, exhibita eſt: & diuinæ, quia per potentiam diuinitatis, in qua eoam carnem ſuam condidit, eſt perfecta. Operationis, dico, manifeſtandæ mundo per eum diuinitus, & ſalutariter, hoc eſt ad ſalutem mundi diuinitus prouenturam.

Docuit etiam idem diuiniſsimus Gabriel Mariā quō. ſ. in ipſa foret complendū diuinū myſterium ineffabilis diuinæ formationis. Quòd ſcilicet diuina operatio ineffabiliter ſuper uium, & legem naturæ de carne ipſius uirginis ſine uirilis ſeminis admixtione carnem ſumeret, & eam indumentum uerbi æterni mirabiliter formaret. Aſt alius angelorum Ioſeph erudiebat, quomodo uere implerentur diuinitus promiſſa progenitori Dauid. Id eſt, quomodo implerentur ea, quæ promiſſa erant diuinitus, hoc eſt, a Deo, progenitori eius Dauid.

Alius uero paſtores tanquàm multorum reditu, & ſilentio purgatos euangelizaoit: & cum eo multitudo exercitus cæleſtis illam ualde laudabilē tradebant ijs, qui in terra ſunt, doxologiam. Alius, inquit, rurſum angelus euangelizauit paſtores, tāquā purgatos, & puros effectos multorum reditu, id eſt, ſeparatione, uel ſegregatione multitudinis, & tumultus, & ſtrepitus: & purgatos etiam ſilentio, id eſt, quiete mentis, & pace interna: ut in hoc ipſo digni euangelio, & angelico fierent alloquio, quòd ſeorſum a multitudine ad ſemetipſos redeuntes in ſilentio, & quiete mētis cōſtituti ſpiritalis annūciationis capaces extiterant. Vnde paulatim creſcente gratia poſt ooius euangelizationem cęleſtis exercitus multitudo aoditur, qui illam ualde laodabilem doxologiam, id eſt, hymnum glorię, tradebant ijs, qui in terra ſunt, hominibus, ſcilicet, bonæ uoluntatis. Seqoitor. Reſpiciamque & ad excellentiſsimas eloquiorum luminis apparitiones. Ac ſi diceret. Non ſolum in ijs, quę de uerbi incarnatione hominibus per angelos nunciata ſunt, apparet, ꝙ dioinorum cognitio ipſis angelis mediātibus, & miniſtrantibus ad homines deſcendit: ſed in ipſa quoque perſona uerbi incarnati idem uideri poteſt: quæ licet diuinitatis maieſtate, angelis imperaret: ea tamen, quæ circa eius humanitatem tēporaliter facienda fuerant, per angelos uoluit diſpenſari: io hoc ipſo conditionem humanitatis dignanter ſuſcipiens, quòd omni neceſſitate carens ſola diſpenſatione ad exemplum humanitatis, & documentum ueritatis diſpoſitionibus angelicis ſe inclinauit. Reſpiciam, inquit, etiam ad excellentiſſimas apparitiones eloquiorum luminis, id eſt, apparitiones ipſius Ieſu Chriſti: quando uidelicet ipſe Ieſus, qoi lumen eſt uerum, in carne aſſumpta uiſibilis apparuit. Quæ apparitiones luminis excellentiſſimæ exiſtunt præ cęteris omnibus apparitionibus eloquiorum, id eſt, præ cæteris omnibus apparitionibus; quæ io eloquijs ſacris referūtur: quia nunquàm prius ita excellenter Deus mūdo ſe manifeſtauit, ſicut quando in carne aſſumpta ipſe uiſibilis apparuit. Ad has igitur, inquit, apparitiones luminis excelſiſſimas præ omnibus apparitionibus eloqoiorum reſpiciam: ut io eis etiam hoc probem, quòd diuina arcana in homines per angelos diſpenſantur. Si enim circa illum hominē, qui ſuper homines eſt, angelica diſpenſatio non eſt repudiata, quanto magis in eis, qui peccato obnoxii ſunt, & in tenebris ignorantiæ conſtituti probatur eſſe oeceſſaria. In illo ergo homine, qui caput eſt hominum, agnoſcere poſſumus quid de aliis hominibus, membris eius ſentire debeamus. Video enim (inquit) quoniam & ipſe Ieſus ſupercæleſtiū eſſentiarum ſupereſſentialis eſſentia ad id, quod ſecundum nos eſt, immutabiliter ueniens, non reſſilit a ſe ordinata & aſſumpta humana ordinatione. Ipſe, inquit, Ieſus, qui ſm diuinitatem ſuam, qua uniuerſa ſubſiſtunt ſupercæleſtium quoque eſſen-

tiarum,id eſt, angelicorum ſpirituum,qui non ſolū terrena puritate,ſed & cæleſtia quoque ſubtilitate tranſcendūt,eſſentia eſt:nec ſolum eſſentia, quia in eo ſubſiſtūt:ſed ſupereſſentialis eſſentia, quia ad eius qualitatem non pertingunt. Ipſe Ieſus cuius ineffabilis maieſtas,& diuinitatis potentia ipſos quoque angelos & portat per gratiam, & trāſcendit per naturam,ueniens ad id,quod ſm nos eſt,hoc eſt,ad ſuſceptionē carnis,q̄ noſtræ naturę erat,& nobis ſimilis erat:& immutabiliter ueniens,hoc eſt,ſine diminutione, uel mutatione ſuæ diuinitatis : non reſilit ab humana ordinatione,hoc eſt , ab ordinatione ſiue lege humanitati debita. Ordinatione, dico, primū ab eo ordinata,q̄ñ prius hoīem inſtruxit;poſtea ab eo aſſumpta q̄ñ humanitatis formā, & naturā ſuſcepit.Si aūt humanā naturā aſſumpſiſſet , & humanā cōditionē reſpueret,ab humana ordinationa reſiliret. Quaſi.n.reſilire illi eſſet,id, quod per naturā aſſumpſerat,per conditionem nolle tolerara. Nunc autem ueniens ad humanā naturā per aſſumptionē carnis,ab humana ordinatione non reſilit per cuſtodiā humilitatis.Sed obediens ſubauditur diſpoſitionibus Dei Patris per angelos circa eius humanitatem adminiſtratis: & per medios ipſos angelos .i.mediātibus ipſis angelis annunciatur Ioſeph ut pote pædagogo inſantiæ eius, receſſio ipſius filii Dei ad Ægyptū a Patre Deo diſpoſita, & iterum ad Iudæam ex Ægypto traductio, ſiue reductio. Sed & ipſum,inquit, uidemus per angelos ſub paternis legislationibus ordinatum. Ipſum uidemus ordinatum per angelos,hoc eſt, diſpoſitum ſub paternis lagislationibus.i.ſub mandatis legalibus, quæ mandata ii,quos ſecundum carnem patres habuit,'& anteceſſores,acceperāt obſeruanda. Sub his itaq; mandatis legalibus ordinatus eſt per angelos:q̄ñ ſm legis paternæ præcepta & circunciſus eſt die octaua, & quadrageſima dia in templo cum muneribus, & hoſtiis præſentatus,legem per angalos datam obſeruans dominus angelorum . Sequitur. Inſto.n.dicere,ut ſciēti noſtris ſacerdotalibus traditıonibus expreſſa,& de angelo ipſum Ieſum confortante. Parū eſt,inquit,quod dico,q Ieſus in humanitate ab angelis ſub paternis legibus ordinatus eſt : qui in eadē humanitate ab angelo paſſioni propinquans etiam eſt confortatus.Inſto dicera , quod fortaſſe ſi prius dictū nō eſſet,credibile omnino non eſſet. Inſto dicere & de angelo ipſum Ieſum confortante. Inſto dicere,quod & ipſe ego ſine admiratione proferre non poſſum,quod credo certe,& ſtupeo : quod ſi inſcienti dicturus eſſem , dicere omnino non præſumerē. Inſto dicere,quod tam magnum eſt, ut a paruis ſcientia comprehendi non poſſit: tam mirabile, ut a paruis fide non poſſit credi : de angelo ipſum confortante. Inſto dicare, quod ſi a me dictum putaretur,non crederetur. Tibi autem ſcienti quæ expreſſa ſunt.i.manifeſte prolata, a noſtris traditionibus ſacerdotalibus.i.a ſcripturis, quæ nobis traditę ſunt a ſacerdotalibus,& ſacra miniſtrantibus,ac ſāctificatis uiris:tibi audacter inſto dicere ueritatem, nihil hęſitans de tua fide,quæ firma eſt , & ſcandalum non recipit:habens diſcretionem quid factum, quid dictum ſit. Tibi ergo,o,Timothee fili, ut ſcienti noſtris ſacerdotalibus traditionibus expreſſa,tibi fiducialiter inſto dicere,& de angelo ipſum Ieſum confortante : ut in hoc ſine dubitatione pateſcat, quantum humanitas ſecundum diuinam ordinationem angelicę diſpenſationi ſubiecta ſit , quæ in homine de tempore paſſionis ab angelo confortari uoluit:non tamen quærens auxilium, ſed formās exemplum: non habens neceſſitatem,& tamen mōſtrans conditionem.Propterea ergo inſto tibi dicere,& da angelo ipſum Ieſum confortante. Aut etiā hoc inſto tibi dicere , quòd ipſe Ieſus per noſtram ſalutarem beneficam , & manifeſtatoriam ueniens ordinationem , angelus magni conſilii appellatur . Hoc eſt,quod ipſe Ieſus appellatur magni conſilij angelus, ueniens,hoc eſt,in eo quòd uenit ad nos , per noſtram ordinationem.i.ſecundum quòd ordinauerat,uel ordinatum erat uenire in noſtra natura: quę ordinatio ſalutaris erat, & benefica, & manifeſtatoria. Salutaris in redemptione , benefica in gratiæ largitione,manifeſtatoria in glorificatione . Salutaris,quia a morte redemit: benefica , quia redemptis ad iuſtificationem dona gratiarum contulit: manifeſtatoria, quia primum iuſtificandis Deū in humanitate uiſibiliter uidendum propoſuit , & poſtea iuſtificatos per uiſionem humanitatis ad cōtemplationem diuinitatis perducit. Secundum hāc ergo manifeſtatoriam ordinationem ueniens Ieſus angelus magni conſilij appellatur. Quia ut ipſe angelus dicit , quęcunque audiuit a patre, annunciauit nobis. Si ergo angelus nuncius dicitur , merito & ipſe Saluator nuncius uocatur. Qui uoluntatem Dei Patris nobis annunciat, & interna bona per ſpiritum ſuum noſtris mentibus aſpirando reuelat . In quo etiam dignitas angelica manifeſte oſtenditur, quòd & ipſe Saluator ad nos mandata patris deferens angelus cognominatur. Nām cum ſumma noſtræ ſalutis per redemptionem non ſine angelica cognominatione perficitur , patet, quòd & cætera quoque , quæ ad eandem ſalutem pertinent , angelica adminiſtratione diſpenſantur . Et hæc quidem de angelica cognominatione dicta ſunt.

Ioan. 15

*Titulus Quinti Capituli*

*QVARE OMNES CÆLEſtes eſſentię communiter angeli dicuntur; & ſpecialiter proprias, pręterquàm primi, et ſecundi, ordinū habent agnominationes.*

LITERA. Cap. V.

HAec quidem eſt (quantū ad nos) cauſa angelicæ in eloquiis cognominationis. Scrutari aūt (ut exiſtimo) oportet, ob quā causā theologi omnes quidem ſimul cæle-

cæleſtes eſſentias angelos uocant:ad manifeſtationẽ aũt uenientes ſupermundalium ipſarum diſpoſitionũ ordinẽ angelicũ ſpecialiter nominant,cõpletiuè terminantem diuinas,& cęleſtes res:Ante ipſum uero ſuperpoſite archãgelicos ordinant ornatus, principeſq;,& poteſtates,& uirtutes, & quaſcunq,his ſuperfirmatas eſſentias eloquiorũ cognoſcunt manifeſtatorię traditiones. Dicimus aũt,quòd per oẽm ſanctam diſpoſitionẽ excellentes quidẽ ordines hẽnt inferiorum diſpoſitionũ, & illuminationes , & uirtutes:Nõ aũt participãtes excellẽtiũ ſe, ſunt ultimi.Ergo ſanctiſſimos excellentiſſimarum eſſentiarũ ordines angelos uocant theologi:Etenim ſunt manifeſtatores & ipſi diuinę illuminationis.Ordinẽ uero extremũ animorũ celeſtiũ nõ habent rationem archas, aut thronos, aut ſeraphim nominandi.Neq;.n.eſt in participatione excelſiſſimarũ uirtutũ. Sed ſicut ipſe, noſtros diuinos ſummos ſacerdotes reducit ad cognitos ei diuinitatis fulgores:ſic & ipſum ante ſe eſſentiarum†omnino ſacræ uirtutes reducunt,&ad diuinũ ſunt conſummanti angelicas Hierarchias diſpoſitioni.Niſi quidem quis & hoc dixerit,communes eſſe omnes angelicas nominationes ſecundum omniũ cæleſtium uirtutum in deiforme,& ex Deo datum lumen ſubiectionẽ,& ſupereminẽtẽ cõmunicationem. Sed ut magis a nobis ratio diiudicata ſit: conſiderabimus ſacræ in eloquiis expreſſas ſanctas, & decoras proprietates uniuſcuiuſque cæleſtis diſpoſitionis.

†adhuc imundæ

---

*EXPOSITIONIS IN QVINtum caput Diui Dionyſii Areopagitæ de cęleſti Hierarchia pars altera.*
*Lib. V.*

HÆc quidem eſt &c. Hoc quinto capite diſquiritur: quare omnes cęleſtes eſſentiæ angeli cognominantur. Hæc autem quæſtio ex eo orta uidetur, quòd in ſacro eloquio cæleſtium ſpirituum quidam Deo ſemper aſſiſtere, faciemque eius ſemper uidere perhibentur: quidam uero foras ad exteriora miniſteria complenda mitti dicunmr. Hinc nanque conſequens eſſe uidetur, quòd ij, qui ſemper uultui diuino aſſiſtunt, ad exteriora nuncianda non exeant: ij autem, qui foras mittuntur, diuino conſpectui immobiliter, ſiue immutabiliter non aſſiſtant. Scriptum quippe eſt in libro Danielis Dan.7
prophetæ. Millia millium miniſtrabant ei, & decies millies centena millia aſſiſtebant ei. In qua diſtinctione per aſſiſtentes quidem ij ſignificati eſſe uidentur, qui ad exteriora non exeunt: per miniſtrantes nero ij, qui ad exteriora exeundo non ſemper aſſiſtnnt. Propter quod quia inferiores ſimul, & poſtremi ordines ad exteriora exeunt, ſuperiores tantum, & excellentiores diuinę contemplationi ſine intermiſſione aſſiſtnut: pauciores aſſiſteutes, plures uero miniſtrantes eſſe perhibentur. Nam cum nouem ſint ordines angelorum, duo tantum, id eſt, angeli, & archangeli pro eo, quòd ſpecialiter ex officij ſui diſtributione mitti habent, ex re ipſa cognominationem ſuſceperunt. Angeli uidelicet nuncij, archangeli uero principales nuncij dicti: quoniam & illi minora, iſti uero maiora quaſi ex miniſterij dignitate annunciant. Sed quia rurſum in ſcriptura ſacra quoſdam de ſuperioribus ordinibus miſſos legimus, ſicut in Eſaia unus de Seraphim uolaſſe ad prophetam, atque labia eius carbone, quem forcipe de altari tulerat, tetigiſſe memoratur: & in epiſtola ad Hebræos Apoſtolus omnes adminiſtratorios ſpiritus, & in miniſterium miſſos teſtatur, propter eos, Heb.1
qui hæreditatem capiunt ſalutis: magna nobis ambiguitatis difficultas oboritur, & quid potius hinc aſſerendum ſit non facile inuenitur. Author hanc quæſtionem in hunc modum ſoluit. Nomen angelorum inferioribus tantum ordinibus, & qui ex officio proprie exteriora nunciare habent, conuenire teſtatur. Sed quia diuina ſecreta, quæ ab ipſis inferioribus exterius ad hominum cognitionem deferuntur, eiſdem a ſuperioribus nunciantur: nomen quoque angelorum ſuperioribus eſſe communicabile: qui licet ad exteriora nuncianda non exeant, ea tamen, quæ exterius nuncianda ſunt, deſuper ipſi accipiendo ſecundum legem diuinæ ordinationis ad inferiores, & poſt ſe ſubſequentes ordines nunciando tranſportant: omnemque uirtutem, & gratiam, & proprietatem inferiorum ſuperiores participare: proptereaque etiam cognominationes inferiorum ad ſuperiores tranſire: uirtutem autem, & gratiam, & proprietatem ſuperiorum non omnem inferioribus eſſe communicabilem, & idcirco cognominationes quoque ipſorum ſimili ratione ad inferiores uniuerſaliter non poſſe deduci. Aliquando tamen inferiores quando ſuperiorum proprietatem ex officij qualitate ſuſcipiunt, nomen quoque ipſorum in einſdem officij executione aſſumunt. Hinc eſſe illud, quod ſuperius commemorauimus: quòd angelus, qui prophetę labia accendere, & purgare uenerat, Seraphim dicitur, quia in huius operis qualitate accendentis, ſiue inflammantis proprietatem exequebatur. Illud uero,

quod Apoſtolus dicit, omnes eſſe adminiſtratorios ſpiritus, & in miniſterium miſſos, hoc modo intelligendum putant, quòd ſicut ſuperius diximus illi quoque non inconuenienter miſſi dicuntur: quia licet ad exteriora nõ exeant, ea tamen, quæ exterius nuncianda ſunt, inferioribus & ſubſequentibus ordinibus nunciando apportant. Alii putant omnes cæleſtes ordines tam ſuperiores, quàm inferiores pro tempore, & loco, & cauſa ad exteriora dirigi: eos tamen, qui hoc ex officio proprium habent, ſpecialiter angelos, ſiue archangelos cognominari. Nã, quòd omnes aliquando mittãtur, Apoſtolus in eo, quod ſuperius commemorauimus, teſtimonio aſſerere uidetur dicens. Non ne omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus in miniſterium miſſi, propter eos, qui hæreditatem capiunt ſalutis? Quòd autem etiam ſuperiores quidam aliquando non ex officio, ſed ex cauſa accidentali ad exteriora dirigantur, pſalmiſta
Pſal. 103 aſſerere uidetur cum dicat. Qui facit angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros ſuos ignem urentem. Sic ergo & alii ſunt, qui ex officio aſſiſtunt, atque alii, qui ad exteriora complẽda exeunt, & tamen aſſiſtentes aliquando in miniſterium miſſi, dum proprietatem inferiorum ſuſcipiunt, nomen quoque ipſorum in ſignificatione aſſumunt. Qui tamen cum ad exteriora exeunt, ab interiori contemplatione non recedunt, quia illum aſpiciunt, qui præſens ipſis eſt, quocunque uadunt. Et hoc modo quidem priuſquam uerba libri diſcuteremus, ad euidentiam dicendorũ huiuſmodi quæſtionis mentionem breuiter faciendam eſſe putauimus: nihil temere diffinientes, ſed ſecretum uenerantes, quod fortaſſis neſciſſe, uenialis eſt infirmitas, aſſerere autem præſumptuoſe, damnabilis temeritas. Hoc tamen ſciendum eſt, quòd author illi potius parti aſſenſum pbere uidetur, quoſdam ſolummodo, non omnes cæleſtes ordines, ad exteriora mitti: & tamen propter eiuſdem proprietatis participationem, qua ſuperiores inferiorum gratiam, & uirtutem communicant, nomina quoq; inferiorum a ſuperioribus aſſumi. Sicut etiam aliquñ inferiores, quando ſuperiorum proprietatem ex officii qualitate ſuſcipiunt, nomen quoque illorum in ſignificatione aſſumunt. Nunc ad literam. Hæc quidem eſt quantum ad nos, cauſa angelicæ in eloquiis cognominationis. Hæc, inquit, eſt (quam ſuperius diximus) cauſa angelicæ cognominationis: quia uidelicet ſecreta diuina per eos nobis nunciantur: & idcirco quia ad nos diuina præcepta nunciando deferunt, quantum ad nos. i. quantum ad id, ſiue propter id, quod erga nos operantur, angelorum nomẽ aſſumunt. Sed quia hoc. i. interni præceptoris nuncia foras ad hominum cognitionem efferre, utrum omnibus conueniat nondum manifeſta ratione, uel authoritate probatur: quærendum nunc eſt, inquit, quare angelorum nomen in ſacro eloquio omnibus cõmuniter cæleſtibus uirtutibus attribuit: hoc eſt, quod ait: Scrutari (ut exiſtimo) oportet ob quã cauſam theologi omnes quidem ſimul cæleſtes eſſẽtias angelos uocant, ad manifeſtationem autem uenientes ſupermundalium ipſarum diſpoſitionum ordinem angelicum ſpecialiter nominant, completiuè terminantem diuinas, & cæleſtes res. Ac ſi diceret: hoc nunc quærendum reſtat, quare theologi omnes illas cæleſtes naturas uniuerſaliter angelos nominant: cum tamen ſpecialiter unum ordinem illorum uidelicet ſpirituum, qui ueniunt ad nos ad manifeſtandas ipſas ſupermundales diſpoſitiones, id eſt, ſpirituales, & diuinas, & inuiſibiles ordinationes, ordinem angelicum nominant: completiuè terminantem diuinas, & cæleſtes res, id eſt, uſque ad completionem, & terminum perducentem res diuinitus in cæleſti, ſecretaque ordinatione diſpoſitas. Præceptum nanque diuinũ a ſummo deorſum currens, per ſuperiores ordines ad inferiores defertur: donec tandem ad hominum cognitionem ueniens opere compleatur: propter quod & ille ordo cæleſtis, ad quem nouiſſime per ſuperpoſitas uirtutes mandatum diuinitatis deſcendit, ac deinde per ipſum foras nunciatur, completiuè, ſiue ad completionem illud terminare dicitur: quia per eius illuc, ubi nouiſſime uiſibili operatione complendum eſt, annunciationem defertur. Hoc ergo quærendum eſt: quare ſcilicet cum nouiſſimus iſte ordo ſpecialiter angelica cognominatione ſignetur, omnes cæleſtiũ eſſentiarum ordines angeli nominantur. Ante ipſũ uero ſuperpoſitæ archangelicos ordinant ornatus, principeſque, & poteſtates, & uirtutes, & quaſcunq; his ſuperfirmatas eſſentias eloquiorum cognoſcunt manifeſtatoriæ traditiones. Ac ſi diceret, ipſum quidem angelicum ordinem ultimum, & nouiſſimum, rebuſque humanis proximum, diuinaſque uiſiones poſtrema annunciatione efferentem, & determinãtem theologi conſtituunt: ante ipſum autem ordinant ſuperpoſitæ, id eſt, in ordine ſuperpoſitos deſcribunt archangelicos ornatus, id eſt, choros archãgelorum ordinatos, & pulcre diſpoſitos, qui in ordine ipſis angelis & ſuperiores ſũt dignitate, & priores annunciatione. Deinde etiam conſtituunt ipſi theologi non ſolum ſcilicet ſuper angelos, ſed etiã ſuper archangelos: principes, id eſt, principatus, & poteſtates, & uirtutes, & alias eſſentias. i. ſpirituales naturas quaſcunque cognoſcunt, id eſt, ad cognitionem proponũt manifeſtatoriæ traditiones eloquiorum ſacrorum. Eſſentias, dico, ſuperfirmatas his uidelicet angelis, uel quaſcunque alias his ſupradictis omnibus ſuperfirmatas: Ut ſint non ſolum dignitate ſublimiores, ſed etiam perfectionis firmitate fortiores, & magis ad æternitatem, & immutabilitatem ſtabiles. Sequitur. Dicimus autem, quòd per omnem ſanctam diſpoſitionem excellentes quidẽ ordines habent inferiorum diſpoſitionum & illuminationes, & uirtutes: non autem participantes excellentium ſe, ſunt ultimi. Ac ſi diceret. Cum in illa cæleſtium ſpirituum diſpoſitione alii ſuperiores ſint, alii inferiores: Superiores quidem omnem illuminationem, & uirtutem inferiorum habent: ſed inferiores ſuperiorum ordinum illuminationes, & uirtutes non omnes habent. Proptereaque inferiorum nomina aliquando ad ſuperiores ordines tranſferuntur: utpote qui ipſis in eiſdem nominum pprietatibus participant. Nomina uero ſuperiorum non ita ab inferioribus aſſumi poſſunt: quoniam ad eos proprietates nominum uniuerſaliter non tranſeunt. hoc eſt, quod ait. Dicimus autem, quòd

per

per omnem ſanctam diſpoſitionē cęleſtium uidelicet ſpirituum, excellentes quidem ſiue ſuperiores ordines habent omnes illuminationes, & uirtutes inferiorum diſpoſitionum, hoc eſt, ſubiectorū ordinum. Sed ultimi.i.inferiores, & in ordine ſequentes non ſunt participantes, omnes ſubanditur illuminationes, & uirtutes excellētium ſe.i.eorum, qui ipſis ſunt excellentiores. Illuminationes intelligimus in cognitione ueritatis: uirtutes aūt in amore bonitatis, & perfectione operis. Sequitur. Ergo ſanctiſſimos excellentiſſimarum eſſentiarum ordines angelos uocant theologi. Etenim ſunt manifeſtatores & ipſi diuinæ illuminationis. Quia ait ſuperiores ordines omnes proprietates habent inferiorum: ergo theologi ſanctiſſimos ordines excellētiſſimarum eſſentiarum.i.excellentiſſimorum ſpirituum uocant angelos: quoniam ipſi angelicam ꝓprietatem participant, in eo quòd licet ad exteriora nuncianda non exeant: tamen eis, qui poſt ſe ſequūtur, ordinibus diuinam illuminationem, quam de ſe accipiunt, transfundendo, & quaſi nunciādo manifeſtant. Ordinem uerò extremum animorum cæleſtium non habent rationem archas, aut thronos, aut ſeraphim nominandi. Non habent, inquit, rationem ipſi theologi nominandi extremum ordinem animorum cæleſtium. i. ultimum ordinem ſpirituum cæleſtiū, angelos uidelicet, archas, i. principes, aut thronos, aut ſeraphim: quia ipſe ſcilicet extremus ordo angelorum non eſt in participatione excelſiſſimarum uirtutum. Propterea enim non poſſunt angeli principes, aut throni, aut ſeraphim nominari, ſicut principes, & throni, & ſeraphim angeli nominantur: quia ſuperiores angelicā proprietatem uniuerſaliter participant: angeli uero ſuperiorum illuminationes, & uirtutes non uniuerſaliter participant: & eas præcipue, pro quibus ſpeciales cognominationes acceperunt, ſed ex parte poſſident: dignitatem tamen, ac proprietatem cognominationis eius non habent. Neque enim omnis, qui aliquam uirtutem, aut proprietatem participando habet, ſecundum illam ſtatim proprietatem cognominari debet: niſi illam uel inter cęteros ſingulariter, uel præ cæteris excellenter obtineat. Non enim oīs, qui aliquid ſapit, ſtatim ſapiens nominatur: nec qui rectū quippiā fecerit, continuo iuſtus dicitur. Sed hic ſolus, qui ſapientiam, & iuſtitiā uel ſingulariter, uel excellenter obtinet, ſapiens, & iuſtus propria, & expreſſa cognominatione appellari dēt. Sic itaque cæleſtes illi ordines ſpirituum ſanctorum ꝓprias cognominationes habent: in quibus deſignatur, non quod ſingulariter acceperint, ſed quid poſſideant excellenter. Seraphim nanque, quia ex amore creatoris ſui tanquā uicini, & proximi, & in ſe ardentes ſunt, & ex ſe alios accendunt, ardentes ſiue incendentes interpretantur: non quòd ſoli hoc inter cæteros habeant ſingulariter, ſed cum cæteris, & præ cæteris excellenter. Omnes enim amore Dei ardent: & tamen ipſi ſpecialiter ardentes uocari debuerunt: qui ipſius amoris ignem & primi concipiunt, & fortius ardentes ad cæteros quoque accendendos flammam dilectionis emittūt. Sic & cherubim (quod nomen plenitudo ſcientiæ interpretatur) quia maiorem cæteris cognitionem Dei habēt, ex eo ſoli nomen accipiunt, quod cum cæteris poſſidentes præ cæteris omnibus excellentius percipere meruerunt. Throni quoque dicti ſunt, nō quòd in eis ſolis Deus ſedeat, & iudicia ſua diſcernat: Sed quia hoc excellentius cæteris in munere acceperūt: propter hoc ex ipſo ſpecialiter cognominationem trahunt. Et ad hunc modum quidem de cæteris etiam ordinibus intelligendum eſt: ut uidelicet inde credantur ſinguli proprias cognominationes accipere, quod excellentius probantur ex dono gratię poſſidere.

¶ Sed oritur non contemnenda quęſtio, & quæ magnam animo confuſionem inducat, ſi ratione adhibita diſcuſſa non fuerit. Si enim, ut dictum eſt, in illa cęleſti diſpoſitione ſinguli quique ordines ex ea proprietate ſingulares cognominationes trahunt, in qua cæteris excellentiores eſſe comprobantur: cum ſubiectorum ordinum omnes illuminationes, & uirtutes, ſuperiores uniuerſaliter, & excellenter poſſideant: nihil ſuppoſitis, conſequentibuſque ordinibus ſingulare relinquitur, ex quo propriam, diſcretamque inter cæteros cognominationem ſortiantur. Vnde oportet diligentius conſiderare quēadmodum utrunque ſimul uerum ſit: quòd uidelicet ſubiectorum ordinum ſuperiores uniuerſaliter, & excellenter illuminationes, & dona poſſidēt, & tamen ſinguli quique aliquid proprium, ac ſpeciale retinent, unde propria, diſcretaque appellatione ſignari ualent. Seraphim nanque ex nomine ſingularem dilectionem exprimunt. Cherubim autē excellentiorem cognitionem innuunt. Throni uero maiorem uim diſcretionis oſtendunt. Conſtat tamen, quòd qui ardentius diligunt, profundius proſpiciunt, & ſubtilius diſcernunt. Qui enim magis e uicino reſpiciunt, proculdubio euidentius agnoſcunt. Quomodo ergo ordo cherubim ex ſingularis gratiæ priuilegio cognominatus, dicitur, ſi ſi hoc alter in munere excellentius retinet, unde ipſe appellationem ſortitur? Hæc uero quæſtio hac fortaſſis ratione non inconuenienter ſoluitur: ita tamen ſi ſecretum ueritatis nulla præiudicij temeritate uioletur. Fieri nanque poteſt, ut licet omnia uirtutum dona ſuperiores ordines excellētius poſſideant, ab ijs tamen quæ inter ipſa dona uirtutum ſublimiora ſunt, ſolum cognominationem trahāt: atque alia, quę ordine dignitatis ſequuntur, poſt ſe ſequentibus ad denominationem relinquant: ut primus a prima, ſecundus a ſecunda, tertius a tertia uocabulum ſortiatur. Scimus ſcilicet teſte ſcriptura, quòd inter omnia uirtutum dona charitas excellit: propter quod conſequens erat, ut ille ordo, qui omnium eminentiſſimus eſt, a charitate ſola ſingularem ſumeret in ſui diſcretione appellationem, quāmuis & alia quoque dona uirtutum excellentius poſſideret, a quibus appellationem, & uocabulum ſumere potuiſſet. Quia autem cognitio ueritatis, poſt amorem uirtutis proxima dignitate cognoſcitur: idcirco ab ipſa dignitate qui ſecundi ſunt, poſt primos angelici ſpiritus merito cognominantur. Iudicium autem diſcernendę ueritatis, quia ſententiam adhuc quaſi dubiam habere uidetur, & ſuſpen-

Q. non cōtemnenda

Solutio quæſtionis.

ſuſpenſam, quodammodo minus perfecta cognitione apparet: & idcirco quia ipſum poſt plenam contemplationem, in qua ueritas non quęritur, ſed habetur, ad eandem ueritatis ſummæ cognitionẽ reſpicit. Tertio poſt duos priores ordini nomen dedit: hoc tamen ſecundum hominem propter quem nomina ſpiritibus ipſis data ſunt, intelligi oportet. Nã illic iudiciũ non eſt ambiguitatis definitio, ſed ueritatis diſcretio: neq; ibi ubi manifeſta ſunt omnia, aliquid, quod latet, diſcutitur, ſed quod certũ eſt, pro merito exiſtimatur. Quocirca in hoc quoq; iudicio ſcientiam ueritatis anteponendam exiſtimamus: quoniam ſapientia ſimplicitatem, & unitatem iudicat: iudicium autem per uim diſcretionis ad diuerſa ſe, contrariaque reſpicere probat: unde excellentior cognominatio ab ipſa ſapientia ſumẽda erat, per quam ordo excellentior deſignandus erat: qui licet & ſapientiam, & iudicium utpote ſublimior, & perfectior plenius poſſideret: a ſola tamen ſapientia uocabulum ſumens, ſequentis poſt ſe ordinis iudicium cognominationis relinqueret.

Secundum hanc itaque conſiderationem quiſquis angelorum cognominationes interpretari uoluerit, nihil fortaſſis inconuenientiæ erit, ſi omnia uirtutũ dona ſuperiores ordines perfectius poſſident, & tamen inferiores ordines ex quibuſdam ſpecialiter donis proprias cognominationes habent. De ipſis autem ordinibus angelorum in primis quidẽ, & ultimis eadem omnium ſententia conſtat. Nam ſeraphim, loco ſupremo poſitos, & poſt illos cherubim, ac deinde thronos: nulli, qui ſanctarum ſcripturarum teſtimonia nouit, ignotum eſſe poteſt. Inferioribus quoque ab imo ſurſum aſcendẽtibus primũ angelos, atque archãgelos collocari manifeſtum eſt. Sequentes quatuor ordines quidam hoc modo diſponunt, ut a thronis deorſum primum dominationes, deinde principatus, deinde poteſtates deinde uirtutes conſtituant: ut in hunc modũ nouem ordines tribus ternarijs diſtinguantur: quorum primus, & ſupremus ſeraphim, cherubim, thronos continet: ſecundus, & medius Dominationes, principatus, & poteſtates cõplectitur. Tertius, & infimus uirtutes, archangelos, & angelos ſimul diſponit. Sicque ab imo ſurſum primum angeli numerantur: deinde archangeli, deinde uirtutes, deinde poteſtates, deinde principatus, deinde dominationes, deinde throni, deinde cherubim, deinde ſeraphim. Theologus autem primum angelos ponit, deinde archangelos, deinde principatus: & hos primo ternario deputat. In ſecundo autem primum ptãtes, deinde uirtutes, deinde dominationes conſtituit. In tertio uero primum thronos, poſtea cherubim, poſtea ſeraphim ab inferiori ad ſuperiora progreſſione facta collocandos cẽſet. Sed in hac terna triplici diſtinctione hoc maxime conſiderare oportet, ꝙ ſupremi quidẽ tres ordines .i. ſeraphim, & cherubim, & throni ex uirtute ſingularis excellentiæ, & ui denominationis ſuæ ad interiora tantummodo reſpicere uidẽtur. Amare.n. & cognoſcere, & iudicare intus præſidentium, & conuerſionẽ ad interiora habentium proprium eſt. Vltimi uero tres, & extremi ordines ex proprietate cognominationis ſuæ ad exteriora ſolum ſecundum officium miniſterij ſui diſpoſiti eſſe probantur: ſiue angeli, & archangeli pro eo, quòd agenda quęque, & manifeſtanda hominibus exterius nũciant: ſiue principatus pro eo, quòd quæ circa homines adminiſtrãda ſunt, & diſponenda, inuiſibili poteſtate diſpenſant. Medij autem ordines ſicut diſpoſitione, ita officio quoq; inter inuiſibilia, & uiſibilia ferri uidentur: & quæ a ſuperioribus ad inferiores deferenda ſunt ſecundum dignitatem, & officium ſuum adminiſtrare. In his autem dominationes primę ſunt, quæ ſingulari excellentia inuiſibilem annunciationem in uirtutibus ſolo imperio formant: uirtutes autem ſecundæ, quæ perceptum imperium exequẽdo in poteſtatibus edunt: Poteſtates uero tertię: quę conceptum mandatum in principatibus, archangelis, & angelis ſibi ad operationem ſubiectis perficiunt. Qui autem poſt angelos, & archangelos conſtituunt uirtutes, illos nimirum ſpiritus intelligi uolunt, per quos frequentius ſigna, & miracula fiunt. In hoc quoque poſtremæ diſpoſitionis proprietas ſeruetur, cuius miniſterium ad exteriora ſola diſpenſanda ordinatum eſſe putamus. Poteſtates uero dicunt illos ſpiritus uocari, qui aduerſas uirtutes ſubiectas habent, & eas ſecundum datam poteſtatem libere comprimunt, ne tantum nocere ualeant quantum uolunt. Principatus autem appellatos putãt eos nimirum ſpiritus, qui ipſis etiam bonis angelorum ſpiritibus prælati ſunt: quibus dum agenda quæque imperant, ſubiectis ad explenda diuina miniſteria principantur, & ſuperiores exiſtũt. Dominationes autem dictos, qui etiam principatus excellentiori poteſtate tranſcendunt, ut ipſos quoq; ſubiectos habeant, qui aliis ad miniſterium implendum imperare meruerunt. Hæc breuiter de ordinibus angelorum, & nominibus ad futuram narrationem neceſſaria pręlibanda eſſe putauimus, ut ſemel dicta lector ad ſingula quæque prout ratio popoſcerit, & cauſa, in ſequentibus commemoranda, ſuper his, & fortaſſis ſine his obſcura dicẽda aſſumat. Nunc ad ipſius textus ſeriem explanandam reuertamur. Superius dixit, quòd non habent rationẽ theologi nominandi angelicum ordinem archas, aut thronos, aut Seraphim: quia ipſe uidelicet angelicus ordo non eſt in participatione illarum excelſiſſimarum uirtutum, ut ipſis participet in nomine, quibus non participat in nominis proprietate. Nunc idipſum ſequentibus probat uerbis: quòd uidelicet angelicus ordo excelſiſſimis uirtutibus non participat. Non, inquit, participat cum ipſis; ſed quod participat, participat ex ipſis. Aliud quippe eſt in plenitudine participare: atque aliud ex plenitudine participationem accipere. Sic itaque angelicus ordo excelſiſſimis uirtutibus ſubiectus eſt, ut non participet cum ipſis, ſed ex ipſis: quia ſicut ipſe eos, qui in hominibus ad diuinam cognitionẽ reducuntur, illuminando, & erudiendo reducit: ſic & ab iis, qui ante ipſum ſunt, uirtutibus diuinam ipſe illuminationem percipit. hoc eſt, quod ait. Sicut ipſe uideli- ,,
cet angelicus ordo, noſtros diuinos ſummos ſacer- ,,
dotes, id eſt, ſanctos uiros, qui ſacra diuina ab ange- ,,
lis immediate perceperunt, & nobis tradiderunt: ,,

re-

reducit ad cognitos ei diuinitatis fulgores, id eſt, diuinam cognitionem, quam ipſe percepit, & perceptam tribuit: ſic ipſum etiam reducunt uirtutes eſſentiarum quæ ſunt ante ſe, id eſt, ante ipſum, uel ſuper ipſum: uirtutes dico mundæ, id eſt, ualde ſacræ, uel omnino ſacræ, ut poſſint per excellentiam ſanctitatis forma perfectionis eſſe ſubiectis. Et ſunt etiam ipſæ uirtutes ſacræ ad diuinum, ſcilicet conferendum, id eſt, diuinitatis cognitionem dandam, diſpoſitioni conſummanti angelicas hierarchias id eſt diſpoſitioni, quæ perficit, uel perfectas continet ſiue terminat angelicas hierarchias: hoc eſt, uidelicet ultima diſpoſitio, in qua, & ordo angelicus in eo, quòd perfecta eſt, conſummatur, & in eo, quòd ultima eſt, omnium ſpirituum hierarchiæ terminantur. Sane hic execrabilis interpretis error cauendus eſt, qui cæleſtes uirtutes immundas dici exiſtimauit. Nam græcum πανιερὸν panieron, quod ualde ſacrum, uel omnino ſacrum, uel uniuerſaliter ſacrum interpretatur: hic ἀνιερὸν anieron, id eſt, inſacrum, uel non ſacrum, uel ſine ſacro intelligendum putauit. Sequitur. Niſi quidem quis & hoc dixerit communes eſſe omnes angelicas nominationes ſecundum omnium cæleſtium uirtutum in deiforme, & ex Deo datum lumen ſubiectionem, & ſupereminentem communicationem. Non poſſunt, inquit, inferiores ordines ſuperiorum nomina aſſumere, quia in eadem excellentia uirtutum cum eis non participant: niſi quis dicere uelit, propterea nominationes angelorum omnes communes eſſe debere, quòd omnes pariter unum lumen a Deo datum ſubiecti percipiunt, & ex ipſo lumine percepto omnes Deo conformes fiunt, & unius ſupereminentis communicationis in uno lumine participes exiſtunt. Niſi, ait, quis etiam hoc dixerit, omnes angelicas cognominationes communes eſſe, ſecundum omnium cæleſtium uirtutum ſubiectionem in lumen, ſiue ad lumen deiforme, & ex Deo datum percipiendum, & ſecundum communicationem ſupereminentem gratiæ ſpiritualis, uel ſpecialis: ut quemadmodum una gratia ad omnium participationem ſe diffundit, ſic una omnibus cognominatio rationabiliter tribui poſſit. Sed ut magis a nobis ratio diiudicata ſit, conſiderabimus ſacre in eloquijs expreſſas ſanctas, & decoras proprietates uniuſcuiuſque cæleſtis diſpoſitionis. Vt magis poſſimus (inquit) iudicare hanc rationem, utrum uidelicet cognominationes angelicę communes eſſe debeant an non, conſiderabimus ſanctas, & decoras proprietates uniuſcuiuſque cæleſtis diſpoſitionis ſacræ expreſſas in eloquijs. Ex proprietatibus enim uniuſcuiuſque diligenter conſideratis fortaſſis poterit agnoſci, utrum communicatio nominationis eadem eſſe poſſit: quibus & ſi gratia una infunditur, una tamen menſura, ac proportione non datur.

*Titulus Sexti Capituli.*

## *QVÆ SIT PRIMA CÆLEſtium eſſentiarum diſpoſitio: quæ media, & quę ultima.*

### LITERA. Cap. VI.

QVanti quidem ſunt, & quales ſupercęleſtium eſſentiarū ornatus, & quomodo ſecundum eos Hierarchiæ perficiuntur, ſolam diligenter ſcire dico contemplatiuam eorum perfectionis principem: Adhuc & eos ignorare proprias uirtutes, & illuminationes, & ſuam ſacram, & ſuperornatam ordinationem. Impoſsibile enim eſt nos ſcire ſupercæleſtium animorum miniſteria, & ſanctiſsimas eorum perfectiones: niſi ſibi dixerit quis, quęcunque per eos nos tanquā propria bene ſcientes diuinitas myſteria docuit. Non ergo nos quidem quicquàm proprio motu dicimus: Quęcunque autem angelicarum ſpeculationum a ſanctis theologis contemplata ſunt, hæc docentes nos, quantum potentes ſumus, exponemus. Omnes theologia cæleſtes eſſentias nouem uocauit manifeſtatiuis cognominationibus. Has diuinus noſter ſanctus perfector in tres ſegregat ternas diſpoſitiones. Et primam quidem eſſe dicit circa Deum exiſtentem: ſemper, & attente ipſi, & ante alias immediate uniri traditam. Sanctiſsimos enim thronos, & oculoſos, & pennoſos ordines cherubim Hebręorum uoce, & ſeraphim nominatos, ſecundum omnibus ſuperpoſitam propinquitatem, circa Deum immediate collocari, ait, tradere diuinorum eloquiorum manifeſtationem. Trinum ergo hunc ornatum, quaſi unam, & ęque ordinatam, & uere primam hierarchiam communis noſter magiſter ait: qua non eſt alia deiformior, & per ſe pręoperantibus diuinitatis illuminationibus immediate intentior. Secundam uero eſſe ait, ex poteſtatibus, & dominationibus, & uirtutibus completam. Et ternarum nouiſsime cęleſtium hierarchiarum angelorum, & archangelorum, & principatuum diſpoſitionem.

EXPO-

## *EXPOSITIONIS IN SEXtum ca. Diui Dionyſii Areopagitȩ de cæleſti Hierarchia pars Tertia. Liber V.*

SExti capitis titulus eſt: Quæ ſit prima cæleſtium eſſentiarum diſpoſitio, quæ media, & quæ ultima. Agit.n. in hoc capite de trina diſpoſitione nouem ordinũ: quarum prima, quæ & ſũma, tres ordines continet, ſeraphim, cherubim, & thronos: Secunda quæ & media, ſimiliter tres: dominationes, uirtutes, & poteſtates: Tertia, quæ & ultima, tres ſimiliter: principatus, archangelos, & angelos: in quibus nouem ordinum diſpoſitio conſummatur. Tractaturus autẽ de rebus tam ſublimibus, & ab humano ſenſu remotis, primum ignorantiam ſuam pudice confitetur, oſtendens ſecreta illa cȩleſtia non ſolum hominibus ignota eſſe: ſed ab ipſis quoque angelicis ſpiritibus perfecte (ut ſunt) omnino comprehendi nõ poſſe: ſolamque ipſam, a qua ſunt, diuinam uirtutẽ perfecte ſcire quod ſunt. Hoc eſt, quod dicit. Quanti quidem ſunt, & quales, ſupercæleſtium eſſentiarum ornatus, & quomodo ſecundum eos hierarchiæ perficiuntur: ſolam diligenter ſcire dico contemplatiuam eorum perfectionis principem. i. ſolã diuinam ſapientiam: quam & principium habent, ut ſint: et ad ipſam per contemplationem reſpiciũt ut perfecti ſint. Ipſam ergo, inquit, diuinam ſapientiam ſolam ſcire dico, quanti, & quales ſunt ornatus ſupercæleſtium eſſentiarum .i. inuiſibilium naturarum: quia nimirum quales a Deo conditi ſunt, nec ipſi perfecte comprehendere poſſunt. Propterea (inquit) dico adhuc et eos ignorare proprias uirtutes, & illuminationes; et ſuam ſacram, & ſuperornatam ordinationem. Sola ergo ipſa, quȩ fecit, diuina ſapientia perfecte comprehẽdit, et quales eos fecit, et qualiter diſpoſuit: ut in hoc aperte demonſtretur quantum creatoris immenſitas omnem creaturæ poſſibilitatem tranſcendat: cum ad ſemetipſam etiam comprehendẽdam nequaquàm ipſa creatura ſufficiat. Sequitur. Impoſſibile enim eſt nos ſcire ſupercæleſtium animorum miniſteria, & ſanctiſſimas eorum perfectiones. Neque enim ualde mirandum eſt, ſi nos de ipſis hoc non poſſumus ſcire, quod ipſi etiam de ſe non ualent comprehendere quin idipſum etiam, quod de illis ſcimus, non niſi per illos a Deo datum, & miniſtratum ſcire poſſumus. Propterea impoſſibile eſt nos ſcire de ipſis aliquid, niſi quod diuinitas per ipſos nos docuit. Niſi (inquit) ibi dixerit quis, quȩcunque per eos nos tanquàm propria bene ſcientes diuinitas myſteria docuit. Impoſſibile eſt nos ſcire, niſi quis dixerit ibi, nos tantũmmodo ſcire ubi per eos edocti ſumus quȩcunque myſteria. i. ſecreta, diuinitas nos docuit per eos tanquàm bene ſcientes propria miniſteria. Bene ergo ſciunt propria miniſteria, quantum ſufficit ad noſtram eruditionem: & bene neſciunt, quantum ſufficit ad plenam, et perfectam cõprehenſionem. Sequitur.

Non ergo nos quidem quicquàm proprio motu dicimus: quæcunque autem angelicarum ſpeculationum a ſanctis theologis contemplata ſunt, hȩc docentes nos, quantum potentes ſumus, exponemus. Quandoquidem (inquit) nos per nos de ipſis nihil ſcire poſſumus, quod ab ipſis non didicerimus: ergo in ijs, quȩ de ipſis dicere uolumus, non dicimus nos. i. ex proprio motu, uel ſenſu, ſiue cogitatione nihil dicimus: Sed quæcunque ſancti theologi per contemplationem de ipſis angelis ſpeculati ſunt, nos eorum authoritatem quantum poſſumus ſequendo, hoc docemus. Omnes theologia cæleſtes eſſentias nouem uocauit manifeſtatiuis cognominationibus. Omnes, inquit, cæleſtes eſſentias. i. ſpiritus, uocauit theologia nouem manifeſtatiuis cognominationibus. i. diſcreuit per nouẽ manifeſtas, & euidentes cognominationes: ſcilicet angelos, archangelos, principatus, poteſtates, uirtutes dominationes, thronos, cherubim, & ſeraphim: proprijs uocabulis diſtinguens. *Has, inquit, diuinus noſter ſanctus perſector in tres ſegregat ternas diſpoſitiones.* Diuinum, ſanctumque perfectorem, ſiue doctorem ſuum neminem hic melius ſignificaſſe creditur, quam Apoſtolum Paulum: a quo baptizatus, & in fide catholica eruditus fuerat: qui uſq; ad tertium cælum in Paradiſum Dei raptus, ibique ſecreta, quæ non licet homini loqui, audiens: quantum de his huic uitæ mortali cognoſcere uel utile, uel poſſibile fuit, tam huic uiro ſancto, quam alijs, qui per ſpiritum Dei humanam intelligentiam exceſſerant, ad memoriam poſteritatis tranſmittendo per eos potius reuelaſſe putatur. Huius ergo authoritate fretus, ſanctarumque ſcripturarum teſtimonijs fultus, cæleſtium cognitionem in terram deduxit. Has, inquit, ſcilicet eſſentias. i. hos nouem ordines, diuinus noſter ſanctus perfector ſegregat, id eſt, diſtinguit in tres ternas. i. ternarias diſpoſitiones. Et primam quidem eſſe dicit circa Deum exiſtentem, ſemper, & attente ipſi, & ante alias immediate uniri traditam. Primam quidem diſpoſitionem dicit circa Deum eſſe ſemper exiſtentem, neque ad exteriora aliquando exeuntem: & traditã, id eſt, ordinatam, & diſpoſitam uniri ipſi ſcilicet Deo: id eſt, ut ipſi uniatur attente, ſemper ſcilicet in ipſum intendens: & ut ipſi uniatur ante alias cæleſtes uirtutes, quæ ſunt poſt ipſam, et immediate uniatur, ut nullȩ ſint ante ipſam. Sanctiſſimos enim thronos, & oculoſos ordines cherubim Hebræorum uoce, & ſeraphim nominatos, ſecundum omnibus ſuperpoſitam propinquitatem circa Deum immediate collocari, ait, tradere diuinorum eloquiorum manifeſtationem. Ait ergo ipſe perſector, & doctor noſter diuinorum eloquiorum manifeſtationem, ſiue authoritatẽ tradere, aut perhibere sãctiſſimos thronos, & oculoſos, & pennoſos ordines Hebræorum uoce nominatos cherubim, et ſeraphim: oculoſos. ſ. cherubim propter contemplationem, pennoſos ſcilicet ſeraphim propter dilectionem. Hos, inquàm, ordines. i. thronos, cherubim, et ſeraphim: ait ipſe collocari circa Deum immediate ſecundũ

pro-

propinquitatem, quã habẽt ad Deum ſuperpoſitã, & excellentiorem omnibus alijs ordinibus. Trinũ ergo hunc ornatum, quaſi unã, & æque ordinatã, & uere primã hierarchiã cõis noſter magiſter ait. Hos ergo tres ordines ait unã cõſtiruere hierarchiã primã ad alias, æqne ordinatam in ſe. In qua. ſ. hierarchia licet alıus excelſiores ſint in ſingulari gratia, pares tñ quodãmodo oẽs ſunt in diſpoſitione una: & ex eo ſecundũ aliquid æquales exiſtũt, quòd oẽs immediate Deũ reſpiciunt: primi in dilectione, ſecundi in cognitione, tertii in diſcretione. Qua ſcilicet hierarchia, non eſt alia aliqua deiformior, & per ſe præoperantibus diuinitatis illuminationibus immediate intentior. Nulla, inquit, alia hierarchia deiformior eſt quàm iſta, neq; ſimilitudini Dei magis appropinquans, neq; magis intendens illuminationibus diuinitatis in ipſa ſola præoperantibus, quia ante alias: & p ſe operantibus, quia non per alias. Diuinæ enim illuminationes in iſta ſola hierarchia ante alias operantur, quia omnes poſt hanc hierarchiã ab ipſis diuinis illuminationibus illuminantur: & per ſe in iſta ſola diuinæ illuminationes operantur, quia per iſtam omnes aliæ hierarchię a diuinis illuminationibus conſequenter illuminantur. Secundã uero eſſe, ait, ſcilicet hierarchiã, ex poteſtatibus, & dominationibus, & uirtutibus completam: ordine tñ cõmuniato: ut dominationes primę, & ſecundę uirtutes, tertiæ poteſtates intelligantur. Et ternarũ nouiſſime cæleſtiũ hierarchiarum, angelorũ, archãgelorum, & principatuũ diſpoſitionem. Subaudiendũ eſt a ſuperiori: ait ipſe magiſter noſter ternarum cæleſtium hierarchiarum nouiſſime collocatam diſpoſitionem, angelorum, archangelorum, & principatuum. Vbi ſi quæratur: quare Paulus in epiſtolis ſuis cum angelorum diſpoſitionem diſtinguendo enumeraret, hunc ordinẽ non ſeruauerit, cum talẽ eſſe ordinẽ in eis, aliis aſtruxerit. Põt dici illic eum non tm̃ ordinẽ diſpoſitionum cæleſtium, quantum numerum explicare noluiſſe: maxime cum in uno loco quoſdam tantũ enumeret: in alio aũt eos, quos illic tacuerat, ſine aliorum repetitione explanet. In quo manifeſtum eſt, quia ſi ordinẽ, & numerum attenderet, ſimul oẽs in una narrationis ſerie explicare ſtuduiſſet. Et ſi qua alia ratio eſt, quę ad hãc obiectionem conuenienter reſponderi poſſit.

*Liber Capituli Septimi.*

## *DE SERAPHIM, ET CHErubim, & thronis; hoc eſt, de prima angelorum Hierarchia.*

LITERA Cap. VII.

HVnc nos recepturi ſanctarum hierarchiarum ordinẽ, dicimus, quòd omnes cæleſtium intellectuum cognominationes declarationem habent uniuſcuiuſque deiformis proprietatis. Et quidem ſanctam Seraphim nominationem, quæ Hebræorũ ſunt, ſcientes, aut intendentes manifeſtare, aut calefacientes: eam uero cherubim, multitudinem ſciẽtiæ, aut fuſionem ſapientiæ. Pulchre igitur prima cæleſtium hierarchiarum ab excellentiſſimis eſſentijs ſanctificatur, ordinem habens omnibus altiorẽ: hoc eſt, circa Deum immediate collocatur: & primo operantes theophaniæ, & perfectiones in eam tanquàm proximam principalius deferuntur. Calefacientes ergo nominantur, & throni, & fuſio ſapientiæ manifeſtatiuo deiformium ſuarum habitudinum nomine. Mobile enim ſemper eorum circa diuina, & inceſſabile, & calidum, & acutũ, & ſuperferuidum intentæ, & forſan intimę, & inflexibilis ſemper motionis: & ſuppoſitorum reductiuæ, & actiuæ exemplatiuum tanquam recalificans illa, & reſuſcitans in ſimilem caliditatem: & igneum cælitus, & holocauſte purgatiuum, & incircumuelatum, & inextinguibile: habentemque ſic ſẽper luciformem, & illuminatiuam proprietatem, omnis tenebroſæ obſcurificationis perſecutricem, & manifeſtatricẽ, ſeraphim manifeſtatio, aut cognominatio docet. ¶ Ipſa uero cherubim cognoſcibile eorũ, & denudum, & altiſſimę luminum dationis acceptiuum, & contemplatiuum, in prima operatrice uirtute diuinæ pulchritudinis, & ſapientificæ traditionis repletum, & cõicatiuum copioſe ad ſecunda fuſioni donatæ ſapientiæ. ¶ Ipſa autem altiſſimarum, & & compactarum ſedium omni diligenter exaltari ignominia ſubiectionis, & ad ſummum ſupermundane ſurſum ferens: & omni extremitate ineffabiliter in ſublimiſſimum, & circa uere excelſum totis uirtutib⁹ incõmutabiliter, & ſtabiliter collocatum, & diuini ſuperaduentus in omni impaſſibilitate, & immaterialitate acceptiuũ, & deiferum, & famulanter in diuinas ſuſceptiones apertum. Hæc quidem nominum ipſorum (quantum ad nos) declaratio. Dicendum uero, quam hierarchiam eorum exiſtimamus. Omnis quidem enim hierarchiæ ſpeculationem Deum imitanti deiformitate dependentem ineffabiliter eſſe, & diuidi omnem hierarchicam actionem in participationem ſacram, & traditionem purgationis puræ, & diuini luminis, & perfectiuæ ſcientiæ: ſufficienter iam a nobis dictum eſ

ſe

ſe arbitror. Nunc autem dicere digne pro
ſequamur excellentiſſimos intellectus, qūo
iam ſecundum eos hierarchia ab eloquijs
manifeſtatur. In primis eſſentijs, quæ poſt
ſubſtantificam earum diuinitatem colloca-
tę,& ueluti in ueſtibulis ipſius ordinatæ,
omnem ſunt uiſibilem,& inuiſibilem ſuper
excellentes factam uirtutem, propriam exi
ſtimandum eſt eſſe, & omnino æquiformē
hierarchiam. Puras igitur eas eſſe exiſtimā-
dum: non ut immundis maculis, & inqui-
nationibus liberatas,neque ut materialium
receptiuas phantaſiarum:ſed ut omni dimi
nutione mundas,& altiores: & omni ſuper
firmato templo ſecundum excelſiſſimam
caſtitatem omnibus deiformiſſimis uirtuti
bus ſupercollocatas: & proprio per ſe mo-
tu ſecundum diligentis Deum iuconuerſi-
bile ordinis, ineffabiliter receptas: Et in ſu-
biectis contumeliam omnino neſcientes,
ſed incaſualem, ut & intranſmutabilem ha-
bentes propriæ deiformis ſpecialitatis pu-
riſſimam collocationem. Contemplatiuaſ-
que iterum ſenſibilium ſymbolorum, aut
intellectualium ſpeculatiuas, neque ut ua-
rietate ſacre ſcribentis theoriæ in diuinum
reductas:ſed ut omnis immaterialis ſciētiæ
altiori lumine repletas,& ſormificæ,& prī-
cipalis pulchritudinis, & ſupereſſentialis,
& terlucētis cōtēplatione,quātū ſas refer-
tas:Cōione aūt Ieſu ſimiliter dignefactas.
Nō in imaginibus ſacrefictis formatiuè fi-
gurāt deificā ſimilitudinem:ſed ut uere ipſi
approximātes in prima participatione ſciē
tię deificū eius luminum:Et quia Deo ſimi
le ipſis ſubſtātialiter donatū eſt.Cōicāt aūt
huiuſmodi(ut poſſibile)ī prę operatrice vir
tute deificis ipſius, & humanis uirtutibus.
Perfectas aūt ſimiliter:nō ut ſacra uarietate
† analyticam. † analecticā ſcientiā illuminatas, ſed ut pri-
ma,& ſupereminenti deificatione repletas,
ſcd̄m excellentiſſimā(quantū in angelis)di
uinorū operū ſciētiā. Nō.n.per alias sāctas
eſſentias,ſed ab ipſa diuinitate ſanctificatæ,
in ipsā immediate extenduntur oībus ſup-
eminēti uirtute,& ordine:& ad caſtiſſimam
oīno fortitudinē collocantur & ad imma-
terialem,& inuiſibilē pulchritudinē (quan
tū ſas)in cōtemplationē adducuntur: & ad
diuinorū operum ſcibiles rōnes:ut primæ,
† excelſiſſime. & circa Deū eſſentiæ flectūtur, & ab ipſo p
fectionis principe † excellentiſſime ſanctifi-
catæ ſunt.Hoc ergo & theologi aperte de-

clarant,ſuppoſitas quidē cæleſtiū eſſentia-
rū diſpoſitiones ſuperfirmatis ornate eru-
diri deificas ſcientias:oīum vero altiores ab
ipſa diuinitate(quantū fas)doctrinā illumi
nari.Quaſdā.n.earū ītroducūt a prioribus
ſacræ eruditas,dn̄m eſſe cæleſtium uirtutū,
& regē gloriæ in cælos humanitus receptū:
quaſdā uero apud ipſum Ieſum quærentes,
& pro nobis ſuæ diuinæ actionis ſciētiā di-
ſcentes:& eas ipſum Ieſum immediate do-
centem:& prælargiens eis manifeſtātē ſuā
humanā benignitatē.Ego.n.(inquit)diſpu
to iuſtitiā,& iudiciū ſalutaris. Miror autem
quòd & cæleſtiū eſſentiarū primæ,& tantū
ſimul oēs ſupereminentes diuinis illumina
tionibus,ut mediatæ quęſtiones reuerēter
appetunt.Etenim nō inde interrogāt:qua-
re † tua rubra ueſtimenta? Apud ſeipſas ue- † tibi
ro deliberant ante interrogare; oſtendētes
quidem,quòd diſcunt,& deificam ſcientiā
appetunt:non aūt præſilientes per diuinā
proceſſionē inditam illuminationē. Num
ergo prima cæleſtium intellectuum hierar
chia,ab ipſa perfectionis principe ſanctifi-
cata quo in eam immediate extenditur ſan
ctiſſima purgatione,multo lumine, ante p-
fecta conſummatione, proportionaliter eā
implens purgatur,& illuminatur,& perfici
tur:oī quidē minoratione pura,primi vero
luminis plena,& primo data cognitione,&
ſcientia participans perfecta. Comprę hen-
dens autem (& hoc dixerim fortaſſis nō im
merito:) ꝙ & purgatio eſt, & illuminatio,
& pfectio diuinæ ſcientiæ aſſumptio. Igno
rantiam quidē utpote purgans ſecundum
ordinē indita ſcientia perfectarū doctrina-
rum:illuminans aūt ipſa diuina cognitione
per quam & purgat non prius cōtēplantē:
quam manifeſtat p altiorē illuminationē:
& perficiens iterū ipſo lumine ſecundū ha-
bitū ſcientia lucidiſſimarū doctrinarū. Ipſa
ergo eſt,quantū ad noſtram ſcientiam, pri-
ma cęleſtium eſſentiarū diſpoſitio,in circui
tu Dei,& circa Deū immediate ſtans,& ſim
pliciter, & inceſſanter circuiens ęternā ei⁹
ſcientiam,ſecūdū excellētisſimam (quantū
in angelis)ſemper mobilē collocationem.
Multas quidē,& beatas uidens pure contē
plationes,ſimploſq;,& immediate fulgores
illuminata,& diuino alimēto repleta: mul-
ta quidem primo data fuſione,ſolaq;dome
ſtica,& unifica diuinæ refectionis unitate,
multaq; cōmunione Dei, & cooperatione
digna

digna effecta ad eã, ut poſſibile, ſimilitudine bonarũ habitudinũ,& actionũ: multaq; diuinorũ ſuperpoſite cognoſcẽs,& diuinæ ſciẽtiæ,& cognitionis in participatione, ſecundũ quod fas eſt, facta: Propterea & laudes ipſius theologia ijs, qui in terra ſunt, tradidit: in quibus mirabiliter manifeſtatur excellẽtiſſimæ ipſius illuminationis eminentia. Alii.n.quidã eius ſenſibiliter dicẽdo tãquàm uox aquarum reboãt. Benedicta gloria Domini ex loco ſuo. Alii uero & illã ualde laudabilem,& piiſſimam reclamãt theologiam: ſanctus, ſanctus, ſanctus, Dominus Deus Sabaoth: plena omnis terra gloria ipſius. Has autem excelſiſſimas cæleſtium animorum hymnologias, iam quidem in iis, quæ ſunt de diuinis laudibus, quãtum poſſibile, aperuimus:& dictum eſt de iis in illis, quantũ ad nos, ſufficienter: ex quibus in recordationem ſufficit dicere tantũ ſecundũ præſens tempus, quòd theologicam ſcientiam ipſa prima diſpoſitio (quantũ fas) illuminata eſt a diuina bonitate: per quam tanquàm deiformẽ hierarchiã & aliis ſeipſam deinde tradidit: illud per breuitatẽ dicẽdo ſubintroducens, ipſam piiſſimã, & ſumme benedictam,& oĩno benedictã diuinitatẽ, fas eſt benedictã eſſe ex Deũ recipientibus quantũ poſſibile cognoſci, & laudari intellectibus. Ipſi.n.ſunt tamquam deiformes diuini loci, diuinæ (ut eloquia aiunt) quietis. Et quia monas eſt,& unitas tres ſubſtantialiter,& ſupercæleſtibus eſſentiis uſque nouiſſima terræ extendens bonitatem ſuam in oĩa, quæ ſunt, prouidentiam, tanquam omnis eſſentiæ ſuperprincipale principiũ, & cauſa, & omnium ſupereſſentialiter immenſurabili continentia circumligans.

---

## *EXPOSITIONIS IN SEPTImum caput diui Dionyſii Areopagitę de cæleſti Hierarchia Lib. VI.*

Septimi capitis titulus eſt: de interpretatione Seraphim, & Cherubim,& Thronorũ: & de prima, quę eorum eſt, hierarchia. Poſtquàm enim enumerauit ordines cæleſtium hierarchiarũ: nunc de interpretatione,& ſignificatione cognominationũ tractare incipit. Et primum de iis, qui in prima ſunt hierarchia cõputati.i. de ſeraphim,& cherubim, & thronis ſm proprietatem appellationis uirtutem eorum demonſtrans. Hunc nos recepturi ſanctarũ hierarchiarum ordinẽ. Hũc, inquit, ordinẽ ſanctarum hierarchiarum, quem ſuperius diximus, nos recepturi,& approbaturi: Dicimus conſequenter, ꝙ oẽs cęleſtium intellectuum cognominationes declarationẽ habent uniuſcuiuſq; deiformis proprietatis. Oẽs.n.cognominationes ſãctorũ intellectuum.i.ſpirituum, declarationem habent deiformis proprietatis uniuſcuiuſq; ordinis. Cognominatio declarat quod proprium illi eſt, & ſingulare, per excellentiam doni in deiformitate collatum. Omnis enim gratia ad Dei ſimilitudinem animum reformat:& tamen quod in ipſa una forma ſingulis collatum eſt proprium, ſicut diſcretum eſt in munere, ſic diſcernendum erat in appellatione. Sequitur. Et quidem ſanctam ſeraphim nominationem, quæ Hebræorum ſunt, ſcientes, aut incendentes manifeſtare, aut calefacientes: eam uero cherubim, multitudinem ſcientiæ, aut fuſionem ſapientiæ. Dicimus, inquit, ꝙ omnes cæleſtium intellectuũ cognominationes declarationem habẽt uniuſcuiuſque deiformis proprietatis. Nos dico ſcientes nominationem ſeraphim: quæ ſeraphim Hebręorum sũt .i. hebraice ſic appellantur, manifeſtare aut incendẽtes, aut calefacientes: eam uero ſubaudi nominationem, quæ eſt cherubim, ſcientes manifeſtare multitudinem ſcientię, aut fuſionem ſapientiæ: ut in ipſa expreſſione nominum ſpiritualium declaretur gratia donorum, quæ etſi ſingularia non ſint, excellentia tñ conſtant. Pulchre igitur prima cęleſtium hierarchiarum ab excellentiſſimis eſſentiis ſanctificatur, ordinem habens omnibus altiorem, hoc eſt, circa Deum immediate collocatur:& primo operãtes theophaniæ,& perfectiones in eam tanquàm proximã principalius deferuntur. Hoc, inquit, pulchrum, & conueniens eſt, ut prima hierarchia ſpiritus habeat excellentiores: qm̃ & ipſa ordine cæteris omnibus altior eſt hierarchiis,& Deo uicinior circa ipſum immediate.i.nulla alia inter ipſam,& Deum cõſiſtente, collocata. Et propterea quia proxima Deo eſt, idcirco theophaniæ.i.diuinæ apparitiones, uel manifeſtationes, ſiue illuminationes primo operantes, a creatore ſcilicet in creaturam, non per creaturam. (Illæ enim primæ ſunt operationes diuinæ illuminationis in creaturam ſine creatura, ſecundę per creaturam in creaturam.)& perfectiones etiam donorum ſpiritualium in ipſam primam hierarchiam principalius deferuntur, quã in cæteras conſequentes,& ſubiectas: quippe quę omnem participationẽ ſpiritualis gratiæ non niſi ipſa mediante cõcipiunt. Calefacientes ergo nominantur, & throni, & fuſio ſapientiæ manifeſtatiuo deiformium ſuarum habitudinum nomine. Quandoquidem diuinæ illuminationes,& perfectiones in ipſam principalius deferuntur: idcirco qui in ea ſunt ordines conſtituti, alii ignem amoris concipiendo,& præbendo calefacientes nominantur, ſicut ſeraphim: alii iudicio ueritatis potentes, throni: alii cognitione ſcientiæ lucentes,& illuminantes, fuſio ſapientiæ, ſicut cherubim, appellantur: manifeſtatiuo nomine deiformium ſuarum habitudinum. Ex ipſo quippe nomine

ne appellationis manifeſtatur nirtus deiformis habitudinis, ut ipſo noſcantur diuiua ſimilitudine prędit, quo diſcreta, ac ſingulari appellatinne nnſcuntur ſignati. Nam quòd in unoquoque nrdine diſcrerio nominis ſingulatem quandam, ac proptiam nntat habitudinem diuinæ participationis, ex ſubiecta ſententia prnbat dicens.

Mobile.n.ſemper entum circa diuina, & inceſſabile, & calidum, & acutum, & ſuperfermidum intentæ, & forſan intimæ, & inflexibilis ſemper motinnis & inppoſitnrum rednctiuæ, & actiuæ exemplatiuũ tanquam recaliſicans illa, & reſuſcitans in ſimilem caliditatem, & igneum cælitus, & holocauſte purgatiunm, & incircumuelatum, & inextinguibile: habentemq; ſic ſemper luciformem, & illuminatiuam proprietatem nis tenebrnſæ nbſcurificationis perſecutricem, & manifeſtatricem, ſeraphim nnminatio, aut manifeſtatio docet. Si egn quod ſentin dicã, primum hoc fateor, quòd uerba audiui aut non homini dicta, aut non dicta ab homiue. Nã & per hnminem ea dici tam magnum mihi uidetur, ut nihil amplius hnmini dari poſſit. Et fnrte, quia uerba iſta ab illis uerbis nata ſnnt, quæ audiri potuerunt, dici non debuerunt. Nam ille quidem, qui hæc ſuggerebat, uel dncebat, uſq; ad tertiũ cælũ peruenerat, & intrauerat in paradiſum Dei: ibiq; uerba quædam de uerbn audierat ſecreta nino, & prnxima ſilentin: uſque ad q̃ auris humana nnn cõtingeret: quæ nemo audiret, donec ſciret. Intus.n. audiebantur ubi dicebantur, & nõ poterant exire foras ubi erat homo. Prnpterea ab eo qui intus erat, & ualde intus, intus & introrſum audiri potuerunt: ſed iis, qui foris erant, dici non debuerunt. Ne tamẽ uel illi, qui foris erant, derelinquerentur, ſi ab eo, qui intus erat, nnn nocarentur: nata ſunt de uerbis uerba, ſicut uerba de uerbo nata fuerunt: de uerbis, quæ intus ſeruati debuerunt: uerba, quę foras proferri potuerunt: de immenſis magna, de nccultis obſcura, de impenetrabilibus profunda: quæ a nobis audita ſunt, utrum intellecta, neſcin. Hęc ſunt uerba ipſa, quæ magiſtri diſcipulus, & diſcipulorum magiſter nobis ſcrutanda, uel pntius miranda propoſuit. Primus enim diſcipulus uerbi uerba audiuit a uerbo: & ille uerbis aliis doctor factus diſcipulum habuit, & doctorem fecit. Qno tandem ad noſtrum auditum deſcendente quaſi de cæln uox in terram perſonnit, & ipſa aures noſtras iam ſtupore impleuit: nnndum tamen cnrda manifeſta ueritate illuminauit. Prnpterea qui homines fuerunt, & non dum diuina capere potuerunt: dixerunt, quòd tnnitruum factum fuerat, quia ſolnm conſternabantur, & non erudiebantur. Alij ad modicum illuminati, nnndum conſummati, angelum putauerunt, Deum non intellexerunt. Itaque & nos ſupernæ uocis tonitruum audiuimus: & cœpimus mirari, nnndum illuminari. Si tamen fuerit noſtra admiratio excitatin, ipſa admiratinne conuertemur, ut cõuerſi nue illuminemur. Et erunt tunc uerba ipſa dulcia nnn ſolum miranda, ſed amanda, cum cœperint audiri, & ſciri: ſi tamen ad ipſa gratioſi fuerimus. Si enim non diliguntur, nõ intelliguntur: neque amantur, ſi nõ guſtantur. Quid ergo? Quare audiuimus, ſi nnn intelligimus: aut qunmodo intelligimus, ſi nnn diligimus? Ego pro mea parte reſpondeo. Si non præſumo de dilectione, nnn diſcedo ab admiratione. Fnrſitan ipſa admiratinne euigilabo ad cognitionem: & ſi minus excitnr ad cognitinnem, incitabor ad dilectionem. Et erit interim dilectin ipſa refectin, donec ex ea nriatur cnntemplatio, per quam fiat illuminatin. Quid eſt illud angelorum mnbile ſemper circa diuina, & inceſſabile, & calidum, & acntum, & ſuperferuidum mntinnis ſemper intentæ, & forſan intimę, & inflexibilis ſempur? Si dixerimus, q̃ dilectio hnc eſt, fortaſſis parũ dixiſſe uideamur, neſcientibus quid ſit dilectin. Nunquàm enim parum dicit, qui dilectinuem dicit: niſi forte paruã dicat dilectinnẽ. Non autem iſte paruam dilectinnem dicere uoluit, qui tam multa de dilectione dixit. Mobile, inquit, & ĩceſſabile, & calidũ, & acutũ, & ſuperferuidum. Mobile, quia uita; inceſſabile, quia perpetua: calidum, quia amor: acutum, quia ſapiẽtia. Nunquid ſatis eſt hoc? uitam dixit, perpetuam nominauit, amnrem poſuit, & ſapientiam adiunxit. Et tntum hoc in una dilectinne eſt, & una dilectin eſt. Vis ſcire, quòd dilectio uita eſt? Audi dilectũ illũ, & dilectnrẽ dilectionẽ cõmendantẽ. Qui nõ diligit, inquit, manet in morte. Ergo dilectio uita eſt: & qualis uita? Caritas nunquã excidit. Si autẽ charitas nũquã excidit: uita ppetua eſt dilectio: Et quid amor? Vbi calidũ illud, & feruidũ oſtẽdere poterimus in dilectionẽ? Vbi feruorẽ, & calorẽ amor habuit: uel potius, ubi amor ſine calore, & feruore fuit? Ambulãtes & amãtes, incedẽtes & feruentes; quid dixerunt de Ieſu, quẽ audierunt, & nõ cognouerũt in uia? Ambulabãt.n. & mouebantur, impatiẽtia dilectinnis acti: quia ſi ſtarent nnu amarent. Mobile.n. amnris eſt ſicut & calidũ, ut non torpeſcat dilectio uera. Ambulabãt ergo in mobili amoris, & ardebãt in calido, & dicebant. Nõ ne cor noſtrũ ardẽs erat in nobis de Ieſu, dũ loqueretur nnbis ĩ uia? Quia.n. ambulabãt, mnbile habebãt: & calidũ, quia ardebant: acutũ autem nou habebant, quia non cognoſcebant. Propterea.n. quia acutum non habuerunt, audierunt: Stulti, & tardi ad credendum in nmnibus, quæ locuti ſunt prophetæ. Ergo hebetes fuerunt, & tardi ad cognoſcendum: ſed nnn tepidi, aut pigri ad diligendum. Quia tamen prius dilexeruut, poſtea cognouernut, ut acutum in dilectione eſſet ſicut & calidum. Prius calidum, poſtea acutum. Prnpterea nnn dilexit acutum & calidum, ſed calidum & acutum: quemadmodum prius mobile, poſtea inceſſabile: ut mnbile ad inquiſirionem excitet, inceſſabile ad perſeuerantiam confirmet: calidum, ut ſenſum uiuificet: acutum autem, ut penetret ad comprehenſionem. Significat enim acutum impetum queudam amoris, & uehementiam deſiderij ardentis, ferentis ſe in amarum, & intrantis, & penetrantis, ut ibi ſit, ubi eſt ipſum, quod amatur, cum ipſn, & in ipſn; ut non ſolum ab ipſo calidum ſit, ſed tranſeat acutum in ipſum. Poterat.n. calidum eſſe, & quaſi de longe

[Right margin notes, in order:] *De dilectione Notabile Quoddam* — Ioan. I. — 1.Cor.13 — Luc. 24.

calefieri

caleſieri:cui hoc ſatis eſſet amare ita abſentē,& præſentem non uidere,uel præſentiſſimā poſſidere.Sed non erat amor hierarchiæ perfectus, neque amabilis multū,niſi acutum faceret ſibi,& tranſiret oia,& penetraret,donec ad dilectum perueniret,immo potius in dilectū iret.Si n.in dilectum nō uadis,adhuc foris amas,neq; acutum habes dilectionis. Sed hebes,& torpens diutius manes,& extra illū,ut unum non efficiaris Amor autē unum te facere uult cum ipſo:& idcirco penetrat oia,& appropinquat quau tum pōt,ad unum ipſum. Conſidera modo quomo
Ezech.1. do acutum habebāt amoris,de quibus dictū eſt. Vbi erat impetus ſpiritus,illuc gradiebātur.Impetus nāq; ipſe acutum fuit,ſicut & liquidum in alio quodā loco acutum nominatur dilectionis.Et puto,ꝗ ipſa erat ipſa,ꝗ loquebatur: & non oportebat durum aliquid,aut aſperum pateunti,& timidæ adduci. Idcirco liquidum nominatum eſt pro acuto in blandimento dilectionis.Nam & ipſum liquidum penetrat ſicut acutum: & non ceſſat donec ad interiora
Cant.5. perueniat.Idcirco ait.Anima mea liquefacta eſt,ut dilectus loquutus eſt:ꝗ iui illum.Propterea enim ꝗ ſiuit illum,quia liquefacta eſt ad illum. Niſi enim liquefieret ad illum,non curreret poſt illum: ſed dura ſtaret,& nō intraret. Nunc autem liquefacta eſt, & currere cœpit:ſed nondum ſtatim inuenit,donec peruenit.Idcirco & hic quoque inceſſabile neceſſa-
Cant.3 rium erat,ut irtaret,& penetraret,& diceret: Tenui illum:nec dimittam,donec introducam (inquit) eū in domum matris meæ,in cubiculū genitricis meæ. Introducam,inquit,eū in domū matris meæ, in cubiculū genitricis meę.Ergo ipſe ad te intrabit,ut tu ingrediaris ad ipſum.Tunc.n.tu intras ad ipſum,qñ ipſe ad te ingreditur. Qñ amor illius cor tuū intrat, & penetrat,& ad intimum cordis tui dilectio illius pertingit:tunc intras in te ipſe, & tu quoque intras te ipſum,ut ingrediaris ad ipſum.Igitur tu ipſum ad te introduc ita:nec quolibet modo ad te introduci to,ut maneat...uel ſubſiſtat extra apud te,uel in portis tuis,uel in atrijs tuis, ſiue ante oſtiū domus tuæ, aut ēt ſolūmodo in domo tua:quia nō multum eſt, neq; magnū hoc dilectioni magnæ, niſi uſq; ad thalamum perueniat,& cubiculū ingrediatur:& uſque ad interiora penetret,& in intimis tuis requieſcat. Adhuc amplius dicam,quia,& cubiculum genitoris forte non amat niſi in cubiculum genitricis introducatur, ubi dilectio magis tenera eſt, & blandimenta dulciora: ut nihil apud te durū,aut rigidum inueniat uirilis truculentiæ:Sed totum liqueſiat, & molleſcat igne dilectionis.Tunc.n.nihil duritiæ obſiſtet,ut ad intima charitas perueniat, & acutum habeat oia penetrare dilectio. Hoc nobis dicēdum erat,pro acuto dilectionis, & liquido : ut intelligas uim amoris,& dilectionis quanta eſt:Si tū hoc intelligi pōt,qm dilectio ſupereminet ſcientiæ. & maior eſt intelligētia.Plus.n.d ligitur,ꝗ intelligitur:& intrat dilectio,& appropinquat,ubi ſcientia foris eſt. Nec mirum:qa dilectio ſemper ampl us præſumit, & cōfidit ſemper: ingeri t ſe ſine cunctatione amor. Propterea acutum hē,& liquidum penetrat oia, & impetum ſequens ardentis deſiderij ſui ſeſtinanter ualens donec ad amatum perueniat, & eo ipſo amplius adhuc ſitiens intrare in ipſū,& eſſe cū ipſo, & tā ꝓpe,ut ſi fieri poſſit, hoc idē ipsū ſit qđ ipſe. Nunquid non acutum ualde eſt. hæc oia penetrare, & ad intima intrare,ut nec repelli poſſit aliqua uirtute,donec perueniat ubi amat? Quis(inquit Apoſto-
lus)ſeparabit nos a charitate Chriſti? Perſecutio, an fames,an gladius? & cætera multa,quæ impedimento eſſe potuiſſent,ſi dilectio illi non obſtitiſſet.Dilectio autē,quia acutū habuit,teneri nō potuit, ſed pertranſiuit,& penetrauit,euadens libere, & currēs ad deſiderium ſuū.Si ergo tale eſt calidū,& acutū dilectionis: quale putas eſt,quod ſequitur, ſuperferuidū?Nā illud oportet aliquid amplius habere, quod ad incrementum adiectū eſt præcedentium uirtutū. Sed & ipſa res admonet in eo maius quiddam cogitare,quod ſuperferuidum eſt, ꝗ quod calidum, & acutum. Noſti.n.quō id,quod feruet quadam caloris,& incendij ui moleſtia iactatur extra ſe, & tollitur ſup.a ſe:& facit motionem magnam ex ſubiecta & inuiſibili æſtuatione cōcepti feruoris. Et non uidetur,quod motus eſt,& mouet,calor incendij latentis:ſed quod mouet,uidetur eo:& ex eo,quod uidetur,concipimus,& intelligimus uim magnam,& uirtutem robuſtam,& uiolentiam fortem eius quæ latet,& non uidetur. Quis poterit digne uiſionem æmulationē ad inuiſibilium maieſtatem conducere:Spectacula propoſita ſunt:& oſtēditur nobis feruor ex calore,& humore: ſiue potius in humore ex calore: & uidemus quēadmodū calor ſine tumultuatione ſenſim ad humorem ingreditur, ut ingreſſus illum potenter,& uiolenter eijciat. Sub inde ſe inuiſibiliter,ut illū manifeſte tollat, quia eū illic eſſe nolit,quem tā uehementi uelut impetus cauſā indignatione eijcere feſtinat.Mouetur ergo calidū ad acutū,deinde promouetur acutū ad ſuperferuidū.Quod.n.prius acutū fuit, & liquidū i dilectione obſiſtentia alia penetrare ualens,ſuperferuidum ſit iā,& bulliens in ſeipſo ſtare non ualens.Acutum .n. eſt amoris,cū oia trāſcēdo deſ...icit ſuperferuidū aūt uū ēt ſemetipſum contemnere ...lo re ...quit. Nā qui huc ...ū apperit,qui ...in illius cōpat...o ne etiam ſemet ...pſum deſp...it. Neq,.n. uere ...d ſolum appeteret,ſi uel ſemetipſum cū illo amaret. Nō aūt h... facere poteſt niſi mag...a, & ſing...tatis dilectio:ut præ amore illius,quod ſolum diligitur, ille etiam,ꝗ ...amat,quemadmodum a ſemet ...o,deſpiciatur. Fit ergo ...quod ...odo,ut dum per ...le ctionis ignem in illū ſuſtollitur,qui eſt ſupra ſe:per uim amoris expelli incipiat,& exire etiam a ſe.Quō ergo feruet,& quō bullit corde,qui per conceptum ſuperni amoris ignem, dum in illum ſolum,qui ſur ſur eſt,appetendum fertur cogitatione,& deſiderio extra ſemetipſum proijcitur, & ſupra ſe eleuatur, nec ſe cogitat, dum illum ſolum amat? Si intelligimus mobile, & inceſſabile, & calidum, & acutum, & ſuperferuidum dilectionis. Sed quomodo hæc aſſignare poterimus in illis ſupercæleſtibus naturis,quibus idem eſt uita quod eſſentia : quia non aliā habent eſſentiam ꝗ uitam? Quis eſt ille inceſſabilis earum motus circa diuina, et calidum , et acutū et ſuperferuidum?Quæ ſunt illa diuina, circa quæ inceſſabiliter mouentur,et caleſcunt, et acuuntur, et
Rom.8

ſuperferuent? Nam qui in circuitu eſt, nondum intrat; quia uel repet a calido, uel torpet ab acuto. Si ergo acutum habent, quo in circuitu ſunt? Forte quia diuina illa, de quibus ſcriptura locuta eſt, intus ſunt omni creaturæ, et ita prorſus ſecreta et latentia, ut ſi etiam contingi poſſunt, penetrari non poſſint. Alia uero diuina quędam ſunt, quæ in manifeſtationem ueniunt, et ſe quodammodo ad cognitionem exponunt, uel dum prodeunt intro ad animum, uel dum procedunt foras uſq; ad ſenſum. Nam quædam diuina prorſus intus eſſe, et abſcondita, et lateoria, quædam uero foras exiſſe, et mani-

Roma. 1 feſtatata eſſe Apoſtolus inſinuat dicens. Quod notum Dei eſt, manifeſtum eſt in illis. Cum.n. dicit, qđ notū Dei eſt, id eſt, noſcibile de Deo: oſtendit plane ex iis, quæ Dei ſunt, et in Deo ſunt aliquid eſſe manifeſtum, aliquid occultum: Et id quidem, qđ manifeſtum eſt, per ſcientiam poſſe contingi: id uero, qđ prorſus abſconditum eſt, nulla ratione poſſe penetrari. Sunt ergo diuina quædam, et Dei, quædam ad manifeſtationem propoſita, quæ ſm aliquid penetrari poſſunt, et comprehendi: quædam uero tam profunda, et occulta, & intima ualde, & impenetrabilia omnino, ut ſcrutari non poſſit illa oīs intellectus, neq; ulla ſapientia inueſtigare: de quibus magnū hoc eſt, cū datur ad illa contingere, ēt ſi non detur illa penetrare: & cū ad illa penetrādo peruenitur, illa tñ nō penetrantur, ſed manēt impenetrabilia: & incōprehenſibilia in quibus hoc ſolū, qd ſoris eſt, peruenienti intelligentiæ ad cognitionem oſtenditur, & id, qđ ſemper intus eſt, ad cōprehenſionē nō aperitur. Conſidera mō, & uide, ſi nō te erudiāt de inuiſibilibus Dei ea, quæ uiſibilia facta ſunt a Deo. Nā quæ ſola ratione aliqñ minus inueſtigantur, nūnquā luce exēplorū cognoſcibilia efficiuntur. Vide ergo, quid poſſit ſenſus carnis in mundo, ut ex eo intelligas ſicut intelligi pōt, quid poſſit ſenſus mentis in Deo. Qñ mundū iuſtū uiſibilem oculo carnis contingimus: ea, quæ foris ipſi ſunt, percipimus, & ad ea, quæ intus latent, ſenſu eodem penetrare non ualemus. Et ſi aperiūtur aliqñ quædā, quæ latuerūt, latēt adhuc alia multa, q̄ cōprehēdi nō poſſunt, uel immenſitate, qa ſensū excedūt, uel ſubtilitate, qa ſē ſpā effugiūt, uel obſcuritate, qa ſenſū ad ſe nō admittūt. Ita cogita, ꝙ ſenſus mētis rationalis, ille, quo diuina percipimus, ſiqñ ad Deū cōtigēdū admittatur, ea ſolū, q̄ quaſi ſunt foris illi, percipit: & illa q̄ intus occulta, & abſcōdita latēt, nō cōprehendit. Idcirco aūt dixi, qđ ill ſoris ē, & nō nobis: qm̄ omne, qđ in Deo eſt, ad omnē creaturā intus eſt: ſed tñ ad cōparationē eorū, q̄ oīno cōprehēdi nō poſsūt, illi quodā modo in illo foris dr̄, id, qđ de illo ſecretiſſimę ēt & ſubtiliſſimæ intelligētiæ manifeſtatur. Per acutū igitur amoris penetrāt ad ipſū: & tñ per incōprehēſibilem maieſtatem ipſius permanent circa ipſū, ut non ad totū ingrediantur, ēt ſi penetrāt uſq; ad aliquid. Sed & hoc ipſū conſiderare oportet, ꝙ circa ipſum eſſe dicuntur, & nō in una parte aliqua. Ambiunt.n. deſiderio, qđ intellectu non penetrant: ut non relinquant quicq̄ inconſideratū ex oībus, quę poſſunt agnoſci: Semper uidētes, & ſemper uidere ſitientes. Stabiles, ne recedant: mobiles, ut inceſſanter appetāt. In circuitu q̄ ad totū, qđ eſt, nō intrāt. In circuitu, qui immediate appropinquāt. In circuitu, quia oē, qđ in illo noſcibile eſt, per cōtēplationē, & dilectionē luſtrāt. Sic ergo mobile eorū circa diuina, & inceſſabile, & ipſius motionis inceſſabilis, & intētę, & forſan intimæ, & inflexibilis calidū, & acutū, & ſuperferuidū poſſunt cōuenientēr intelligi. Hoc tñ prætereūdū nō oportet, ꝙ motionē inuiſibiliū naturarū inceſſabilē, & intētā, & forſan intimā, & inflexibilem nominauit, in uno ſolo dubitantis uoce uſus, cum ait forſitan: quaſi cætera ſine hæſitatione aſſereret, hoc ſolū niſi cū determinatione dubitationis aſtruere non auderet. Motio igitur illorū ſpirituum ſummæ diuinitati approximātium inceſſabilis dr̄, & intenta, & intima, & inflexibilis: quia a ſe per amoris deſiderium in Deum tēdens, & mobilis ſemper eſt, ut nunquā in ſe ſubſiſtat: & intēta, ut in illum pergat: & intima, ut ad exteriora nō effluat: & inflexibilis, ut ad alia extra ſeipſum, & præter ipſum non diuertat. Quare ergo non dicit abſolute intimę: ſed quaſi dubitās, & an ita eſſet, ſiue ita dicendum eſſet, neſciret, forſan addidit? Fortaſſis, quia uere intimum hoc ſolū intelligendum, & dicēdū putauit, quo interius nihil eſt. Intima ergo motio non eſt, niſi quæ uel ab intimo eſt, uel uſque ad intimū eſt. Quia ergo diuina natura ſola oīū naturarū intus eſt, ſola ipſa ad oēm naturā intima eſt: cuius motus ſine motu ad creaturā ſolus in ſe intimus dr̄, quia ab eo eſt, quo nihil magis intimū inuenitur. Motus aūt creaturę ad creatorē quālibet ſecretus, & penetrans, intimus tñ proprie dici non pōt: quia ab eo eſt, quod in foris eſt, ad quem eſt: & cum ad ipſum, qui intimus eſt, contingendū ducitur, tamen illi uſq; ad ipſius intima non aperitur. Quia ergo ſm aliquid & foris uenit a creatura exiens, & foris ſubſiſtit uſque ad intima creatoris penetranda nō pertingens, intimus oīno nominari nō debuit: licet tñ pro eo, ꝙ ab interiori natura ad intimam eſt, conuenienter intimus dici poſſit: propter hoc bene ait, forſan intimæ: ut innueret, ꝙ ſm aliquid intimū dici poterat, quod ſm cēm modū intimū non erat. Pōt nanq; intima dici proprietate, non cōparatione. Intima illi, a quo eſt: ſed nō illi, ad quem eſt. Sequitur.

Et ſuppoſitorū reductiuæ, & actiuæ exēplariuū. In ſuperiori enumeratione expreſſit uirtutem dilectionis ueræ in Deū, ſi quantū eſt neſcio: ſed puto quantū dici pōt. Nunc ſubſequenter oſtēdit eiuſdem dilectionis uim, effectūq; ad proximū. Illic motū eius, & conuerſionē ad ſuperiora demōſtrauit, qua creatorē ſuū ſitiunt: hic uero exponit motū eius, & conuerſionē ad inferiora, & proxima, qua ab inuicē non recedūt. Motio igitur dilectionis, quæ illic ad ſuperiora intenta, & intima, & inflexibilis dr̄: hic ad ſuppoſita, & inferiora reductiuę, & actiuæ exēplariuū notatur. Motus.n. ille, qui in ſuperiori eſt cōtēplatio, in inferiori eſt operatio. Ad ſuperiora rēdit, ut in eis quieſcat: ad inferiora tendit, ut ea ad ſe reducat. Surſum ergo charitas mouetur, ut illic maneat: deorſum, ut redeat. Propterea motio charitatis in ſuperioribus quidem ad inferiores reductiua, & actiua dicitur. Reductiua in eo, quòd illos ad creatorem ſuum eodem igne charitatis ſuccendens conuertit. *De motu charitatis pulchra.*

uerit. Actiua in eo, quòd illos accepta claritate illuſtrans ad ipſius uoluntatē componit. Reductiua eſt ergo ſubiectorum, quia illos ad ſuperiora trahit. Actiua, quia illos in inferioribus diſponit. Reductiua, ut ad Deum tendant: actiua, ut ſecundū Deū incedant. Huiuſmodi ergo motionis reductiuæ, & actiuæ ſubiectorum, id eſt, quæ ſubiecta reducit ad ea, quæ ſunt ſupra ſe, & ad agendum inſtituit in ſe, exemplatiuum eſt forma illa dilectionis, in qua exēplo ſuperiorum ſubiectis oſtenditur, quanto affectu charitatis, & ſecundum Deum incedere, & ad ipſum debeant inhiare. Siue ut ita legatur, exemplatiuum ſubiectorum: id eſt, quod ſubiectis in exemplum proponitur: reductiue, & actiuè aduerbialiter pronunciatis eodem ſenſu manente. Videte ergo quomodo ſe expandit charitas, omnia complecti deſiderans in illis ſpiritibus beatis, & Deo proximis, quaſi e uicino ardentibus, & feruentibus amplius. Ignis dilectionis ad ſuperiora quidem reducitur, dum per dilectionem Dei bonum ſuum ſitiēs, mouetur & ad inferiora, & ſubiectos participes boni ſui, & conſortes ſecum colligere uolens. Diligentes ergo diligendi formam ſubiectis tribuunt: & ardentes in ſe alios quoque flamma dilectionis ſuccēdunt. Propter hoc itaque dilectio illorum exemplum facta eſt ſubiectorum ad ſuperiora tendendi, & ſecundum ſuperiora incedendi: tanquàm recalificans illa, uidelicet ſubiecta & reſuſcitans in ſimilem caliditatem, ut ſimiliter ardeant, et ſi non æqualiter. Quòd autem ait recalificans, & reſuſcitans, non ita intelligendum eſt, quaſi prius extincti, & mortui, iterum accendantur, & uiuificentur: ſed quòd per dilectionem deſuper uenientem ad eadem rurſus, quę ſurſum ſunt, amanda, & appetenda excitentur. Per ignem ergo dilectionis quaſi recalefiunt, & reſuſcitātur, in quibus [illegible] dilectionis flamma ad illa ruſum amanda reducitur, a quibus prius, & principalius amantibus in ſubſequentes, & ſubiectos amatores oriebatur. Omnia ergo hęc docet cognominatio ſeraphim, ſiue manifeſtatio. In eo nanq; quòd ſeraphim. i. incedentes, aut calefacientes cognominatur, & cognominatio ipſis eſt, & nobis manifeſtatio: quia & ipſi in uoce cognominatio exprimitur, & nobis in uocis iterpretatione, ꝓprietas cognominationis manifeſtatur: quia nō manifeſtarentur niſi cognominarentur. Qui enim ſibi noti ſunt contēplatione, nobis innoteſcunt cognominatione: & idcirco ipſis quantum ad uocem cognominatio dr: nobis quantum ad uocis interpretationem manifeſtatio appellatur. Ipſa ergo cognominatio, ſiue manifeſtatio ſeraphim oīa hæc docet, id eſt, uidelicet mobile eorū circa diuina, et inceſſabile, et docet etiam calidum, et acutum, et ſuperferuidum motionis eorum intentæ, et intimæ, et inflexibilis, et docet ēt exēplatiuū ſubiectorū reductiue, et actiuè, qđ in ipſis eſt, et ab ipſis ad reductionē, et actionem ſubiectis præbetur, ut recalefiant, et reſuſcitentur in caliditatem ſimilem caliditati ſuperiorū, et feruorē. Docet etiam ipſa cognominatio ſeraphim igneum cælitus, & holocauſte purgatiuum, & incircūuelatū, & inextinguibile. Quod in ipſis eſt primū cęlitus, ſiue diuinitus deſcendēs in ipſos. deinde ab ipſis, ut ardeant, & ſuccendāt, purgentur, & purgēt, reuelentur, & reuelent. Et docet etiam ipſa cognominatio ſeraphim luciformem, & illuminatiuam proprietatem eorum habentem ſe ſemper ſic: ſic. i. uno eodemq; modo, ac ſine uarietate, & mutabilitate permanentem, & perſecutricem oīs tenebroſæ obſcurificationis, ut ad ipſam non accedat: & manifeſtatricem, ut extra ipſam nō lateat: hæc ergo [illegible] ſeraphim cognominatio, aut manifeſtatio docet. Et hæc oia, ſicut diximus, in una dilectione ſunt, & una dilectio ſunt: quæ ipſis deſuper datur, & per ipſos ad ſubiectos deriuatur. Cuius dilectionis triplicē uim in illis ſummis ſpiritibus, hac enumeratione author diſtinxit: ſupra ipſos, in ipſis, & ſub ipſis. Supra ipſos, [illegible]; in ipſis, [illegible]; ſub ipſis, per [illegible]. Supra ipſos, per deſiderium; in ipſis, per ſenſum: ſub ipſis, per affectum. Supra ipſos, quærentem; in ipſis, ſētientem; ſub ipſis, colligentem. Supra ipſos, in eo quod appetunt; in ipſis, in eo quod ſentiunt: ſub ipſis, pro iis, quos ad id, quod ſentiunt in ſe, & ad id quod appetunt ſupra ſe, ſecum trahunt. Propter hu[illegible] mirabiles operationes dilectionis iam multa de ipſa dixit: in quibus fortaſſis totum dixiſſet, ſi totum dicere potuiſſet. Nos uero utrunque pertimeſcimus, ſi uel negligentes, uel faſtidioſi fuerimus. Durū nobis eſt [illegible]re tam dulci aliquid negare, quod accepimus: & rurſum temerarium nobis uī adiicere quicq̄, qđ nō debemus. Quid eſt, putas, dilectio? Q[illegible] dicetur [illegible] mobile illud ipſis & inceſſabile, & calidum & acutum, & ſuperferuidum, & intentum, & intimum, & inflexibile, & exemplatiuum, & reductiuum, & actiuum, & recalificans, & reſuſcitans: & uidebatur hoc multum eſſe, & fortiſſe ſatis. niſi adhuc ſequerentur alia mira, neſcio ut[illegible] mirabiliora. Igneum inquit cælitus, & holocauſte purgatiuum. [illegible] notanda ſunt, quia igneum nominauit, & idipſum cælitus. Nam & igneū aliud eſt a terra, ſed non eſt ſimile illi, quod igneum cælitus eſt. Urit enim, & conſumit, & uaſtat, & deſtruit: nec ſocietas illi eſſe poteſt cum alio. Qui enim illi approximant, læduntur: & ſi omnino ad illud coniungūtur, tam conſumi incipiunt. Quod uero igneum cælitus eſt, ſuauiter ardet: & accendit quidem, ſed non conſumit: & ſi quid conſumit, non tñ ad læſionem, ſed ad purgationem: hoc enim conſumit, quod læderet, ſi cōſumptū nō eſſet. Propterea poſt igneum cęlitus, ſequitur purgatiuū holocauſte: quia ipſum igneum purgat, & totū purgat, & ex toto purgat: non ſolum a corruptione mali, ſed etiam a defectu boni. Quędam. n. fuerunt, quę corruptionem mali contraxerant: quædam fuerūt, quæ perfectionem boni nondū perceperant: & erāt utraque purganda: altera a corruptione, altera ab imperfectione. Quæ i terra erāt, purgāda erant a corruptione: q̄ aūt in cælo, purgāda erāt ab iperfectiōe. Illa, qa in prima cōditione nō erāt pfecta. iſta, quia poſt primam conditionem erant corrupta. Illa purgata ſunt ab imperfectione, quando in glorificatione ſūt cōſūmata: iſta purgata ſūt a corruptione, quādo a peccato ſunt liberata. Illorum ergo purgatio non erat mali emendatio, quod non habebant: ſed boni conſummatio, quod minus habebant. Iſtorū

autem purgatiu prius erat emendatio: poſtea conſummatio. Talem ergo purgationem in illa ſpiritali, cæleſtique natura intelligimus. Sed & ſi quis in illis purgationem, non quæ inerat corruptionis, quia ſemper mundi erant, ſed perfectæ [illegible] ditæ, cui nihil corruptionis ineſſe poterat: [illegible] conuenienter intelliget. [illegible] ergo ign[illegible] quo inflammantur, ut ardent, & purgantur, uel ab imperfectione ad conſummationem, uel ad plenã munditiam contra omnem corruptionem: holocauſte purgatiuum eſt, id eſt, uniuerſaliter purgatiuũ, uel in toto purgatiuum: quia totum purgat, & in toto purgat: uel ne aliqua [illegible] ſit corruptio, uel aliqua deſit perfectio. Holocauſtum enim eſt, quod totum incenditur, & totum [illegible]matur.

## *EXPOSITIONIS IN RELIquam partem capitis ſeptimi diui Dionyſii Areopagitæ de cæleſti hierarchia: cuius litera præmiſſa eſt; Lib. VII.*

Q[illegible]a longa nouum exor[illegible]ũ poſcunt. Paulo ſuperius ingreſſi ſumus ſermonẽ de cognominatione angelorum, ubi author demõſtrat quare ſingulis ordinibus angelorũ tales ſint cognominationes, ſiue appellationes attributæ. Et de primo quidẽ, qui ſupremo ordine, qui Seraphim cognominatur, eiuſ appellationis rationem, quę a theologia data eſt, ſm capacitatem noſtrã proſecuti ſumus. Nunc ſuperſit ut & quoq;, quã de ſequentis ordinis cognominatione rationem reddit, conſiderem[illegible]. Prius dixerat, quod cognominatio, ſiue manifeſtatio ſeraphim docet mobile illorum, & inceſſabile, & calidum, & acutũ, & ſuperferuidum, & cætera, quæ poſt hæc adiuncta ſunt: nunc uero infert, & dicit: ꝙ ipſa cognominatio, ſiue manifeſtatio cherubim docet cognoſcibile

”” eorum, & deiuidum &c. Ait enim. Ipſa uero cherubim. Dno ſuperiori repetendũ ſunt cognominatio & docet. Ac ſi diceret. Ipſa cognominatio cherubim docet, id eſt, in eo, ꝙ cherubim, quod interpretatur plenitudo ſcientiæ, cognominantur, docetur & ſignificatur cognoſcibile eorum. i. cognitio ſiue notitia, & ſcientia, quã hñt: & ſignificatur ẽt hoc no-

”” mine deiuidũ eorum. i. uiſio Dei, q̃ eſt in eis, quia ſcilicet lumen ſapiẽtiæ inditum ſibi manifeſtatẽ creatoris ſui clare contemplantur. Significatur ẽt receptiuum altiſ-

”” ſimæ donationis luminum: hoc eſt ſignificatur, ꝙ lumina diuinitus dara altiſſime, & perfectiſſime acceperunt. In eo. n. ꝙ plenitudinem ſcientiæ ex ipſa ſua cognominatione habere ſignificantur, profectò eiuſdẽ ſapientiæ lumen aliunde accepiſſe docentur:

1.Cor.4 quia ſm Apoſtoli dictum, Si nõ accepiſſent, omnino habere nõ potuiſſent. In eo uero, ꝙ hẽnt, notatur acceptio: in eo, ꝙ plenitudinẽ hẽnt, notatur perfectio. Eſt autẽ ordo, ꝙ primum lumẽ ſapientiæ diuinitus datum accipiunt, & poſtea eodem lumine illuſtrati authorem luminis Deum uident, & cognoſcunt. Be-

ne ergo [illegible]uminantur, qui ſic [illegible]inantur, ut eum uideant, & cognoſ[illegible]nt, a quo [illegible]uminantur. Multi il[illegible]luminantur ut cætera uideant, & ipſum, per quem uident non uideant Sed non eſt magnum, opus uidere, [illegible] artificem ignores. Species facta beatificare nõ pot, ſi ad operatricem p[illegible] [illegible]m non per t[illegible] Propterea e[illegible] che[illegible] cognominatio docet cognoſcibile eorum, & dei[illegible]lum, & [illegible]ſſimæ luminundationis acceptiuum. Nota multitatis cõpoſitiones in eo, ꝙ ait deiui[illegible]um, & luminundationis.

Docet ẽt cognominatio cherubim contemplatiuũ ””
. ſ. eorũ in prim[illegible] ope[illegible] [illegible] pulchritudinis, & [illegible] repleũ, & cõ[illegible] ””
uũ copioſe [illegible] donatæ ſapientiæ. Sic ””
diſtinguit. Cherubim cognominatio docet [illegible]on em ””

platiuum diuinę pulchritudinis in p[illegible] operatrice uirtute. In eo [illegible] cherubim [illegible] plenitudo ſcientia di[illegible] [illegible] ſte [illegible], ꝙ per lumen [illegible] ſapientiæ diuinã pulchritudinem [illegible] contemplantur, qm profecto [illegible] quid [illegible] nũ eſſet, ſi diuinã pulchritudinem, [illegible] qua pulchre, & rõnabiliter ordinata ſunt [illegible] non cognoſcerent. Quia ergo pleni ſunt ſapientia, diuinã utiq; pulchritudinem contemplantur. Nec quolibet mõ cõtemplantur, ſed in prima operatrice uirtute: ſui primum. ſ. & principaliter illuminati a Deo cæteros poſt ſe illuminent. Diuina .n. uirtus primũ, & principaliter & per ſe operatur in eos, qui ꝓximi ſunt: deinde aũt per illos, in alios, qui ſubſequuntur. Hoc ergo docet cognominatio cherubim: cõtemplationem. ſ. pulchritudinis diuinæ [illegible] eſſe per [illegible] per [illegible]em: quia primo Deus operatur in eis, ut poſtea ꝑ eos operetur. Docet etiã repletionem ſapientiæ traditionis: hoc eſt, docet re[illegible] eſſe gr[illegible] ſapientiſſima traditione creatori[illegible], & a[illegible] parti[illegible] tione diſtributi [illegible] [illegible] illorũ [illegible], qui illos [illegible] a creat[illegible] udinem [illegible]orum diſſimiliter traditum eſt, non partem, ſed plenitudinem habere ꝓ[illegible]antur. [illegible] & aliter diſtinguit, [illegible] dicatur, ꝙ cherubim [illegible] docet contemplatiuum [illegible]lorum [illegible] contemplationem illorum [illegible] diuinæ pulchritudinis, & ſapientiæ traditione [illegible] in prima operatrice uirtute. [illegible] conuenienter [illegible] pulchritudinem, & ſapientificam traditionem hoc intelligi, ꝙ diuina ſapientia ex eo ipſo maiorẽ in operibus ſuis pulchritudinem efficit, ꝙ dona ſua nõ uno, & eodẽ modo omnibus [illegible] da cõce[illegible]. Cui[illegible] pulchritudinis, & traditionis [illegible] rep[illegible] ꝙ dona, quæ inferioribus, & ſubiectis ex parte data ſunt, ſm plenitudinẽ poſſidere meruerunt. Sequitur. Et cõica- ””
tiuũ copioſe ad ſecunda fuſioni donatæ ſapientię. Iterũ repetendum eſt [illegible] ſuperiori: Docet cognominatio ”
cherubim [illegible]catiuũ eorũ. i. cõicationẽ, uel participationẽ copioſe fuſioni donatæ ſapientiæ, hoc eſt ꝙ cõicãtes participãt nõ modice, ſed copioſe fuſioni donatæ eis ſapientiæ. Quæ uidelicet fuſio primum in eis copioſe facta eſt, ut per eos deinde fi[illegible] ad ſecunda: quatenus lumen ſapientiæ, quod ipſis primum deſuper copioſe infunditur, [illegible] poſtmodũ ad ſecũdos. i. ſequẽtes ordines [illegible]nãdos tranſfun-

fundatur. Hanc ergo plenitudinem, & dignitatem, & excellentiam in dono ſapientiæ, & lu[illegible]ine ueritatis cherubim cognominatio docet. Sequitur. Ipſa
„ autem altiſſimarum, & compactarum ſedium om-
„ ni diligenter exaltari ignominia ſubiectionis, & ad
„ ſummum ſupermundane ſurſumferes, & omni ex-
„ tremitate ineffabiliter in ſublimiſſimum, & circa
„ uere excelſum totis uirtutibus incommutabiliter,
„ & ſtabiliter collocatum: & diuini ſuperaduētus in
„ omi impaſſibilitate, & immaterialitate acceptiuum,
„ & deiferum, & famulanter in diuinas ſuſceptiones
„ apertum. Poſt cognominationem ſeraphim, & cherubim, ad cognominationem thronorum tranſit explanandam. Ac ſi dicat. Sicut ſeraphim cognominatio ardorē dilectionis, & cognominatio cherubim claritatem cognitionis [illegible] quoque cognominatio thronorum celſitudinem ſignificat digni tatis: pro eo quòd [illegible] conditor in ipſis ſedes, per eos ſubiecta omnia iudicando diſponit. Propter hancenim dignitatem, & excellentiam iudicij diuini, quod per eos exercetur, ipſos thronos altiſſimas, & compactas ſedes nominauit: altiſſimas, propter dignitatem: compactas, propter ueritatē. Thronos [illegible] regnantium, & iudicantium ſedes eſſe manifeſtum eſt: [illegible] ad regnantem quidem ſublimitas, ad iudicantem uero ueritas pertinet. Et idcirco ipſos thronos merito altiſſimas ſedes nominauit: quia in eis regnans ſuperiorem nō habet: & compactas, quia in eis iudicans a ueritate non deſſi[illegible]. Quid eſt compactum? Apte, & conuenien ter coniunctum. Videte iunctura [illegible] Dei. Iunctura ſedium Dei cōuenientia eſt iudi[illegible]otum. Omne iudicium ex alio [illegible] infert. Ex [illegible] a pœnam: ex iuſtitia gloriam: ex merito præmium: ex qualitate operis qualitatem retributionis. Inuenit culpam, adiudicat pœnam. Inuenit iuſtitiam, ad[illegible] gloriam. Bene iungitur, compacta eſt ſedes iſta. Bene conuenit, & apte cohæret. Pœna culpæ, gloria iuſtitiæ. Si gloria culpæ iungeretur, & pœna iuſtitiæ, nō conueniret adinuicem, neque compactam ſedem haberet iudicium. Compactio ergo ſedium ueritas eſt iudiciorum. Sciendum uero eſt, quod omne inferius iudiciū cum in quæſtionem uenerit aut[illegible] traditionem a ſuperiori, aut teſtimon[illegible] firmamentum ſumere ſolet. S[illegible] iudicium, quia ſupra ſe [illegible] non habet [illegible] firmetur: iure ſedes Dei non ſolum compactæ per ueritatem, ſed altiſſimæ nominantur per [illegible]tatē. Si autem non compactas, ſed ſubleuatas [illegible]mus, quod ex ambiguo græcæ dictionis [illegible] intelligi poteſt: hoc ſignificatur, quod [illegible] ſpiritus, quibus ad iud[illegible] dum prelidet Deus, quod ſingulariter alti ſunt [illegible]oria non per celſitudinem naturę, ſed per [illegible]nem gratiæ meruerunt.
„ Dicat ergo. Ipſa autem [illegible]ſſimarum, & compacta-
„ rum ſedium, id eſt, thronorum iterum a ſuperiori ſubaudiendum eſt [illegible]nominatio) docet hoc, ſcilicet, eoſdem thronos exaltari, ſiue exaltatos eſſe diligenter. i. perfecte ab o[illegible] ignominia ſubiectionis, hoc eſt, ab omni ig[illegible] ipſa ſubiectio[illegible]e. Nam quanto perfectius præſident Deo ſubiecti ſunt, tā to uerius per ipſum, & in ipſo ſupra cætera omnia ſublimari meruerunt. Quia ergo throni non ſubiectionem, ſed dominationem ſignificant, dū cæleſtes illos ſpiritus ſermo Dei thronos nominat, in eo ipſo perfecte dominantes, & ab omni ſubiectione liberos eſſe demonſtrat. Sic ergo cognominatio thronorū docet eos ab omni ignominia ſubiectionis exaltatos: docet etiam ſurſumferens illorum, id eſt, ſubleuationem illorum uſque ad ſummum: & hoc ſupermundane, id eſt, ſpiritualiter, ſiue inuiſibiliter, exaltatione uidelicet ſpiritali, & inuiſibili, atque omnem mundanā, & uiſibilem celſitudinem tranſcendenti. Cognominatio ergo thronorum nō ſolum docet eos per dominationem inferioribus eſſe prelatos: ſed per ſub[illegible]imationem quoque uſq; ad ſummum exalta[illegible], ut uidelicet inter ipſos, & eū q[illegible] eſt, medium non [illegible]liquid. Sequitur.

Et omni extremitate ineffabiliter in ſublimiſſimum, & circa uere ex[illegible] uirtutibus incō- „
mutabiliter, & ſtabiliter c[illegible]tum. Ipſa ſcilicet „
thron[illegible] cognominatio docet collocatum, id „
eſt, collocatione [illegible]orū, ſiue ſtabilimentu incōmutabiliter, & ſtabiliter factu[illegible], toti[illegible] uirtutibus, id eſt, omnimoda in[illegible] & in[illegible] uſſa ſ[illegible]tudine. Factum dico ineffabiliter loge[illegible] omni extremitate, hoc eſt, ultra omnem finem [illegible] ſublimi[illegible] & circa uere excell[illegible]um. Vbi enim eſſet ſedes Dei, niſi ubi Deus ſedet? Vbi habitat Deus, ubi regnat, ubi ſedet, ubi quieſcat, ibi throni eius ſunt, & ſedes eius. Videte quàm longe ſunt a omni [illegible] longe eſt ab om[illegible] ſubiectione [illegible] poteſtas, ab omni corruptione æterna incom[illegible]as. V[illegible] maieſtas eſt, thronus e[illegible] ubi incom[illegible] eſt, ſedes eſt. Thronus ſignificat incommu[illegible]tem. Ergo in ipſa æternitate, in ipſa incommutabilitate ſedes Dei collocatæ ſunt. Et quam longe hoc ſit ab omni extremitate, qui[illegible] dicere poteſt? Quid eſt extremitas? [illegible] ubi finis eſt [illegible] extremitas eſt. [illegible] in ſummo, finis in imo. In utro[illegible] extremitas habet. Finis [illegible] eſt, ubi ceſſat defectio. In nullum eſt, quod al[illegible] qui[illegible] eſt. [illegible], ubi ſe ſiſtit profectio ne extra menſuram ſe extendat, quod ma[illegible] eſt. Quantum er[illegible] infi[illegible] ſuperant, qui ineffabiliter ſumma tranſcen [illegible] hic adhuc a[illegible]odo non in[illegible] extremitates iſtas interpretari. [illegible] pe[illegible] quæ extra ſunt niſi [illegible] omn[illegible] cendenti premium eſt, q[illegible] eſt [illegible] ab intimi foras prodeunti ext[illegible], quo nihil eſt exterius. Sibi eſt ita ergo diuina[illegible] ut in eo quòd throni dicuntur, a ſubiectione inferiorum oſtenduntur per dignitatē in ſummo excellenter ſubleuata: ita quoque[illegible] eo quòd ſedes dicuntur, demonſtrantur ab omni [illegible] ſine exterminorum perſtabiliter tem in [illegible] commutabiliter collocata. Et tamen neque ſurſum ſubleuata ineffabili [illegible] adæquari poſſunt, ſub qua ſunt: neque ad interiora collecta ſimplici unitati cōparari, circa quā ſunt. Propter hoc ergo ſedes dicuntur, quia & ſu[illegible] ſūt per ineffabilem maieſtatem ſuperius [illegible], & in c[illegible] ſunt per incommuta[illegible] unitatem interius [illegible]eſcenti. Hoc ergo cogn[illegible] thronorum docet: & non ſolum hoc, ſed docet etiā acceptiuum

te uirtutem inuiſibilis,& uiſibilis.In illis,inquam,
eſſentijs exiſtimandum eſt eſſe hierarchiam.i. ſacrá
poteſtatem:propriam ideſt diſcretam , & diſſecen-
tem ab alijs in ſe : & omnino æquiformem.i.conſi
milem,& æqualem inter ſe. In illa enim ſacra pote
ſtate,quam habent,ſicut ſunt alijs omnibus excellē
tiores,ita adinuicē omnino æquales exiſtunt:ita ut
ſinguli in eo, quod a ſumma diuinitate immediate
accipiunt,alios ſuperiores non habeāt:& in eo, q̄d
inferioribus ex diuina participatione largiuntur,
omnes ſimiliter primi diſpenſatores exiſtant. In
hoc ergo una eſt,& conſimilis hierarchia in tribus.
Sequitur. Puras igitur eas eſſe exiſtimandum ; non
" ut immūdis maculis,& inquinationibus liberatas ,
" neque ut materialium receptiuas phantaſiarū : ſed
" ut omni diminutione mundas, & altiores: & om-
" ni ſuperfirmato templo ſecundum excelſiſſimam
" caſtitatem omnibus deiformiſſimis uirtutibus ſu-
" percollocatas:& proprio per ſe motu,& eodē mo-
" tu ſecundum diligentis Deum inconuerſibile ordi
" nis,ineffabiliter receptas ; & in ſubiectis contume-
" liam omnino neſcientes,ſed incaſualem ut & intrā
" ſmutabilem habentes propriæ deiformis ſpecialita
" tis puriſſimam collocationem.Superius dixit in tri
bus illis excellentiſſimis ordinibus angelorum unā
eſſe,& conſimilem omnino hierarchiam. i. ſacram
poteſtatem:nunc conſequenter adiungit ea,quę ad
hierarchicam actionem i.ſacræ poteſtatis operatio
nem pertinent, perfecte illis ineſſe: hoc eſt, purga-
tionem, illuminationem,perfectionem. Quæ tria
omnis ſacra poteſtas ſub ſumma poteſtate ordinata
duobus modis exercet. Ã ſuperiori accipiendo , &
inferioribus impertiendo.Dicit ergo,quòd iſtæ pri
mę eſſentiæ,in quibus eſt prima hierarchia ordina
ta,purgationem habent, quam & a ſuperiori diui-
nitate accipiunt,ut purgentur: & inferioribus con-
ferunt, ut purgent. Accipiunt autem purgationem
non quaſi ab aliqua immunditia, uel corruptione
liberandæ, ſed ab omni imperfectione , & diminu-
tione perficiendæ:hoc eſt,quod dicit. Exiſtiman-
dum eſt puras eas eſſe ; uidelicet primas illas eſſen-
tias : puras dico , non tamen ita quaſi liberatas ab
aliquibus immūdis maculis,& inquinationibus:q̄a
nunquàm immunditiam aliquam, aut inquinatio-
nem habuerunt ; neque ita puras quaſi receptiuas
materialium phantaſiarum: quia omnino materia
les phantaſias non recipiunt , & propterea purgari
ab eis non indigent,quia omnino eas non habent :
ſed potius ita puras,quaſi mūdas, & alienas ab om-
ni diminutione,& imperfectione. Sane per immū
das maculas , & materiales phantaſias duo genera
ſpiritualis inquinationis expreſsit ; unum, quod
eſt in deſiderijs prauis, alterum,quod eſt in cogita-
tionibus uanis.Deſideria enim praua mūditiā cor-
dis quaſi lutum inquinant ; uanę autem cogitatio-
nes quaſi puluis quidam ſuperaſperſus claritatem
eius obnubilant . Quia igitur puriſsimæ illæ eſſen-
tiæ ſummorum ſpirituum, neque in prauis deſide-
rijs,nec in cogitationibus uanis corruptionem ul-
lam ſuſcipiunt,idcirco neque ab immundis macu-
lis , neque a materialibus phantaſiis mundari expo
ſcunt.Puræ igitur intelligendæ ſunt: non quaſi pu-
rificatæ a corruptione : ſed quaſi mundæ ab imper
fectione: nec ſolum ab imperfectione alienæ, ſed ēt
per excellentiam perfectionis cæteris omnibus p-
fectis altiores, & ſupercollocatæ: hoc eſt enim , q̄d
ſequitur. Et altiores,ſubauditur exiſtimandū eſt, "
eſſe primas illas eſſentias , & ſupercollocatas omni "
ſuperfirmato templo,id eſt,omni rationali creatu- "
ræ,in qua Deus habitat ; & quæ per inhabitantem "
ipſum ad ſummum bonum eſt confirmata . Omni-
bus his primæ illæ eſſentiæ ſupercollocatę ſunt ſe-
cundum excellentiſsimam caſtitatem ſuam. i.excel
lentiorem caſtitate reliquorum omnium . caſtita-
tem, dico , exiſtentem in omnibus uirtutibus , hoc
eſt , omnimodis uirtutibus , illarum ; deiformiſsi-
mis,hoc eſt, ad conformitatem Dei magis acceden
tibus,quàm uirtutes aliorum accedunt . Sic ergo
exiſtimandum eſt primas illas eſſentias , & puras eſ
ſe, & per excellentiam puritatis cæteris altiores, &
ſupercollocatas eſſe . Et exiſtimandum eſt etiam ad
ipſam puritatem in Deo participandam ineffabili-
ter receptas eſſe proprio motu per ſe , hoc eſt, ſine
mediatore ; & eodem motu, hoc eſt,ſine deuiatio-
ne ſemper in idipſum intendente: ſecundum incō-
uerſibile,hoc eſt,inconuerſibilitatem ordinis Deū
diligentis. Qui enim nunquàm tepeſcunt a dile-
ctione , nunquàm flectuntur,aut conuertuntur ab
intentione.Sequitur.

Et in ſubiectis contumeliam omnino neſcien- "
tes,ſubauditur exiſtimandum eſt. Sicut enim puri-
tatem Dei deſuper participant ſine diminutione ;
ita inferius participandam præbent ſine elatione : Iaco. I.
in hoc ipſo Deum imitantes, qui dat omnibus af-
fluenter,& non improperat. Propterea,inquit,exi-
ſtimandum eſt neſcientes eſſe contumeliam in ſu- "
biectis ; ſed potius habentes collocationem pro- "
priæ deiformis ſpecialitatis incaſualem,ut & intrā
ſmutabilem . Propriam deiformem ſpecialitatem
intelligit,excellentem, & ſingularem conformatio
nis diuinæ pulchritudinem:quæ in illis ſummis eſ-
ſentijs eſt:in qua ita puriſsimæ,& perfectiſsimę col
locatæ ſunt, & fundatæ, ut collocationem habeant
incaſualem:cui caſus dominari non poteſt:& meri
to incaſualem , utpote intranſmutabilem, uel incō
mutabilem . Summa ergo huius capituli hæc eſt,
quòd primæ , & principales illę eſſentię purgatio
nem , ſiue puritatem ſuam ſine diminutione parti-
cipant,ſine elatione participandam præbent , ſine
mutabilitate incorruptam poſsident . Et hæc qui
dem de purgatione illorum dicta ſunt . Poſtea de il
luminatione iungit dicens . Contemplatiuaſque "
iterum ſenſibilium ſymbolorum , aut intellectua "
lium ſpeculatiuas, neque ut uarietate ſacreſcriben- "
tis theoriæ in diuinum reductas ; ſed ut oīs imma "
terialis ſcientiæ altiori lumine repletas , & formifi "
cæ & principalis pulchritudinis,& ſuperſſentialis, "
& terlucentis contemplatione(quantum fas) refer "
tas, communione autem Ieſu ſimiliter dignefactas: "
non in imaginibus ſacrefictis formatiue figurant "
deificam ſimilitudinem : ſed ut uere ipſi approxi "
mantes in prima participatione ſcientiæ deificum "
eius luminum:& quia a Deo ſimile ipſis ſubſtantia "
liter donatum eſt.Communicant autem huiuſmo "
di

di(ut poſſibile) in præoperatrice uirtute deificis ipſius, & humanis uirtutibus.

Hoc totum de illuminatione dictum eſt. Ac ſi diceret. Non ſolum exiſtimandum eſt, primas illas eſſentias purgationem habere, & puras eſſe. ſed iterum hoc eſt adhuc exiſtimandum eſt, illuminationem habere & contẽplatiuas eſſe ſenſibilium ſymbolorum, & ſpeculatiuas intellectualium. Senſibilia ſymbola materialia ſunt ſigna, ſiue in creaturis, ſiue in ſcripturis, ſiue in ſacramentis diuinis, ad demonſtrationem inuiſibilium propoſita: quorum myſticam ſignificationem, & inuiſibilem ueritatem ſummi illi angelici ſpiritus per diuinam illuminationem contemplando agnoſcunt. Speculantur etiam per eandem illuminationem intellectualia, ſubaudi ſymbola. i. ſpirituales theophanias. i. diuinas manifeſtationes, per quas eis intus occultæ, & inuiſibilis diuinitatis natura manifeſtatur. Vel ſic legi poteſt. Exiſtimandum eſt eas. ſ. eſſentias contemplatiuas eſſe ſenſibilium ſymbolorum: & ſpeculatiuas intellectualium, & non (ſubaudi) ſymbolorum. Foris enim in ſenſibilibus ubi materialia ſigna ſunt, ſymbola ſunt: intus autem in intellectualibus, ubi ſigna non ſunt, ſed ueritas, ſymbola non ſunt. Propterea in ſenſibilibus ſacris ſymbolis ſigna ueritatis contemplãtur: intus autem in intellectualibus abſque ſignis nudam ueritatem ſpeculantur. Propterea exiſtimandum eſt, contemplatiuas eſſe ſenſibilium ſymbolorum, & ſimiliter ſpeculatiuas intellectualium: non tamen quaſi reductas in diuinum, hoc eſt, in diuinam cognitionem, uarietate. i. multiplici doctrina theoriæ. i. diuinæ ſcripturæ: theoriæ dico ſacreſcribentis: quia. ſ. de diuinis, & ſacris rebus ſcribit, & loquitur. Per diuinæ enim contemplationis ſimplicem illuminationem, non per uariam, & multiplicem ſcripturarum doctrinã eruditæ, omnes ſacras figurationes, & ſenſibilia ſigna, quæ uel in ueteri, uel in nouo teſtamento, utpote tabernaculum fœderis, & arcam teſtamenti, & cætera huiuſmodi, quæ ad demonſtrationem inuiſibilium ſcriptura proponit: uiſibiles etiã ſpecies creaturarum, per quas inuiſibilia demonſtrantur: myſticas quoque reuelationes per ſenſibiles formationes factas: omnia. ſ. hæc ſacra ſymbola contemplantur. Et nõ ſolum hæc, quę foris ſunt, ſed intellectualia quoque, quæ per puram, & nudam ueritatem intus lucent, ſpeculantur. Ad horum autem omniũ ſpeculationem, & diuinam cognitionem, non exiſtimandum eſt eas reductas eſſe uarietate ſacreſcribentis theoriæ, hoc eſt, multiplici doctrina diuinarum ſcripturarum, quæ ad hoc ſolum neceſſaria eſt, ut mentes hominum abalienatæ a Deo ad cognitionem ueritatis reducantur, & per uaria diſperſa colligantur in unum. Non ergo exiſtimandum, ſummas illas eſſentias horũ omnium cognitionem habere quaſi per doctrinam ſcripturarum eruditas: ſed potius ut repletas altiori lumine. i. excellẽtiori cognitione omnis immaterialis, hoc eſt, ſpiritualis ſcientiæ. Altius quippe, & dignius eſt lumen cognitionis, quod intus per inuiſibilem aſpirationem infunditur, quàm quod extrinſecus per doctrinæ eruditionem poſſidetur. Ipſas itaque ſummas. ſ. eſſentias exiſtimãdũ eſt uiſibiliũ & inuiſibiliũ cognitionẽ habere, ut pote repletas tali lumine: et ut ẽt refertas contemplatione pulchritudinis formificæ, et principalis, et ſupereſſentialis, et terlucentis. Refertas dico, quantum fas eſt. id eſt, poſſibilitati creaturæ conceſſum. Significat autem diuinam pulchritudinem: quæ formifica eſt, quia ſecundum ſe formauit a ſe facta omnia: et principalis eſt, quia cum ſit forma omnium, ipſa tamen ab alio formam nõ accepit: & ſupereſſentialis eſt, quia non ſolum præcedit per formam in eo, quòd exemplar eſt omniũ, ſed tranſcendit quoque per eſſentiam in eo, quòd eſt creatrix uniuerſorum. Sequitur. Et terlucentis: ſ. pulchritudinis contemplatione refertas exiſtimãdum eſt. Terlucentem pulchritudinem eandem diuinam pulchritudinem ſignificat: quæ in tribus lucet, cum ipſa tamen triplex non ſit, ſed una. Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus tres perſonæ ſunt: ſed Deus unus, Deitas una, natura una, eſſentia una, pulchritudo una. Vides Patrem, pulchritudinem illam lucentem uides in Patre: uides Filium, pulchritudinem illam lucentem uides in Filio: uides Spiritum ſanctum, pulchritudinem illam lucentem uides in Spiritu ſancto. Quaſi ergo ter lucet, quia in tribus lucet: cum tamen ipſa triplex non ſit: ſed una, quæ lucet. Alius eſt Pater in perſona, ibi lucet. Alius eſt Filius in perſona, ibi lucet. Alius eſt Spiritus ſanctus in perſona, ibi lucet. Et tamen Patris, & Filij, et Spiritus ſancti, ſicut Deitas una, et natura una, ita pulchritudo una. Propterea, inquit, exiſtimandum eſt terlucentis pulchritudinis contemplatione refertas. Quid ergo mirum eſt, ſi ſummæ illæ eſſentiæ opera diuina uiſibilia, et inuiſibilia perfecte cognoſcunt: quæ ipſius creatoris contemplatione quantum ſcilicet creaturæ poſſibile eſt, plenæ ſunt. Sequitur. Communione autem Ieſu ſimiliter dignefactas: ſubauditur exiſtimandum eſt. Nota ibi eſſe compoſitionem dignefactas. i. dignas factas. Non ſolum, inquit, diuinitatis contemplationem, et cognitionem percipere meruerũt: ſed illius etiam ſaluationis, quæ in humanitate Ieſu perfecta eſt, communione, et cognoſcendo, et participando dignefactæ ſunt. Cõtemplauerũt. n. Ieſu myſteriũ incarnationis eius, et antequàm fieret prędicendo, et cũ fieret adminiſtrãdo, & poſtquàm perfectũ eſt, homi ad æternitatẽ reparato in eadem beatitudinis ſocietate congaudendo. Poſtea ſubiungit, oſtendens, quòd diuinã contemplationem ſine aliquibus figuris immediate ab ipſa diuinitate illuminatæ percipiunt. Sicut enim ſuperius demonſtrauit, quòd cognitionem omnium uiſibilium, et inuiſibilium non per exteriorem doctrinam, ſed per internam in ipſa Dei ſapientia legunt, & hauriunt: ita nunc demõſtrat, quòd eandem contemplationem diuinam nõ per aliquas formas, uel imagines mediantes, ſed ab ipſa diuinitate primo loco immediate, nude, & pure percipiunt. Non, inquit, figurant deificam ſimilitudinẽ formatiue in imaginibus ſacrefictis: ſed potius figurãt eam, ut uere approximantes ipſi, ſcilicet deificæ ſimilitudini, uel diuinitati: approximãtes, dico, in prima participatione ſcientiæ deificũ eius luminum, id eſt, deificantium eius illuminationum

tionum

tionũ. Deifica ſimilitudo ipſa cõtemplatio diuina: quia dũ per eã illuminati lucentes sũt, quodãmodo ipſius lucis illuminantis ſimilitudinem accipiunt. In hac autem deifica ſimilitudine non ſe figurant, neque illam ſibi acquirunt per aliquas ſacras imagines formatas, & fictas, id eſt, compoſitas ad demonſtrationem ſpiritualium: ſicut homines, qui per uiſibiles, & materiales demonſtrationes in ſacro eloquio erudiuntur ad inuiſibilium cognitionem. Nõ ergo mediantibus eiuſmodi illæ ſummæ eſſentiæ illuminantur cõtemplatione diuina: Sed ut uere approximantes ipſi, id eſt, non per aliud, ſed per ipsã ueritatem approximantes ipſi ueritati: quia inter ipſas, & ueritatem nihil eſt medium: & idcirco approximantes ſunt in prima participatione ſcientię: quia primo loco participant ſcientiam deificum eius luminum: quia immediate contemplatur, & ſciunt, & cognoſcunt lumina eius deifica, id eſt, deificantia: quia illuminatos a ſe per diuinam ſimilitudinem, quodammodo deos efficiunt. Sequitur. Et quia Deo ſimile ipſis ſubſtantialiter donatum eſt. Ideo etiam, inquit, uere, & in prima participatione approximãtes ſunt ipſi diuinitati: quia Deo ſimile donatum eſt ipſis, id eſt, quia ſimilitudo Dei donata eſt ipſis ſubſtantialiter. Quòd enim Deo ſimiles ſunt non ex alio, aut per alium habent: ſed quia ipsã diuinitatẽ ſubſtantialiter nude, & pure percipiunt. Vel ſimile Deo donatum eſt eis ſubiectiſſimæ, quia proximo loco ſubiecti ſunt: ut ipsã ſimilitudinem Dei prima participatione ſuſcipiant. Sequitur. Cõmunicant huiuſmodi (ut poſſibile eſt) in pręoperatrice uirtute deificis ipſius, & humanis uirtutibus. Concludit ſupradicta. Quia enim refertę ſunt huiuſmodi, id eſt, iſtæ ſummæ eſſentiæ contemplatione principalis pulchritudinis: idcirco communicant deificis uirtutibus: & quia dignefactæ communione Ieſu: idcirco communicant humanis uirtutibus: & quia primo, & proximo loco participãt, idcirco communicant in præoperatrice uirtute Dei: quæ ſcilicet primum in eis operatur, ut poſtea operetur per eos. Vel humanas uirtutes Ieſu uocat uirtutes eius ex humanitate, id eſt, ex clementia ſiue benignitate exhibitas: ut ſit ſenſus, quoniam ſicut eius uirtutibus communicant in contemplatione maieſtatis, ita etiam communicant in cooperatione benignitatis. Communicant ipſi per contemplationem in ſua maieſtate: communicant ipſi per miniſterium cooperationis in noſtra redemptione. Sic ergo communicant deificis, & humanis uirtutibus ipſius: & hoc eſt quantum poſſibile eſt eis ſecundum datæ gratiæ menſuram. Hactenus de illuminatione illarum dictum eſt. Nunc tertio loco ſubiungit de perfectione. Sequitur. Perfectas autem ſimiliter: non ut ſacra uarietate analyticam ſcientiam illuminatas, ſed ut prima, & ſupereminẽti deificatione repletas, ſecundum excellentiſſimã, quantum in angelis, diuinorum operum ſcientiã. Ac ſi dicat. Non ſolum puras & illuminatas eas eſſe exiſtimandum eſt: ſed etiam perfectas in ſcientia ex habitu uirtutis percepta, non tamen quaſi illuminatas, ſiue eruditas ſcientiam, uel diſciplinam analyticam, id eſt, reſolutoriam: a ſacra uarietatę, id eſt, multiplici doctrina ſacræ ſcripturæ. Nõ enim ſicut homines foris multiplicitate ſermonis erudiuntur, ut eis per diſputationes, & diſertationes ea, quæ occulta ſunt, & perplexa in ſcientia, ac diſciplina reſoluantur: ſed per ſimplicem intus contemplationẽ illuminati accipiunt, ut ab eorum cognitione nihil eorum, quæ ſciri poſſunt, abſcõdatur. Sic igitur eas exiſtimandum eſt eſſe perfectas, non quaſi illuminatas ad reſolutiuam, & explicabilem ſcientiã per uarietatem ſacri eloquij: ſed quaſi repletas prima, & ſupereminenti deificatione: hoc eſt, diuina illuminatione, qua ante alias omnes cæleſtes eſſentias illuminantur ſecundum ſcientiam diuinorum operum: excellentiſſima, quantum in angelis. ſ. excellens eſſe poteſt. Non enim per alias ſanctas eſſentias, ſed ab ipſa diuinitate ſanctificatæ, in ipſam immediate extenduntur: omnibus ſupereminentẽ uirtute & ordinem & ad caſtiſſimam omnino fortitudinem collocantur: & ad immaterialem, & inuiſibilem pulchritudinem, quantum fas, in contemplationem adducuntur: & ad diuinorum operum ſcibiles rationes, ut primæ & circa Deum eſſentiæ flectuntur: & ab ipſo perfectionis principe excelſiſſime ſanctificatę ſunt. Probat ſummas iſtas eſſentias ante omnes alias, & ſupra omnes alias cæleſtes eſſentias illuminationem diuinam percipere: quia non per alias ſanctas eſſentias, ſed ab ipſa diuinitate ſãctificatæ, in ipſam immediate per dilectionem, & ſublimationem extenduntur, ſecundum uirtutem, & ordinem, hoc eſt, gratiam, & dignitatem, quam habent omnibus ſupereminentem. Sic itaque diuinitati immediate coniunctæ ab ipſa ſola accipiunt & purgationem, & illuminationem, & perfectionem: hoc eſt, quod dicit: Collocantur. i. ſtabiliuntur ad caſtiſſimam omnino fortitudinem, ſiue inflexibilitatem, hoc eſt, fortem, & inflexibilem, & incorruptibilem caſtitatem. Adducuntur etiam per illuminationem, quantum fas, id eſt, licitum uel cõceſſum eſt, in contemplationem ad immaterialem, & inuiſibilem pulchritudinem creatoris contemplandam. Flectuntur etiam ſicut in molli cæra, uel informantur uel erudiũtur, ſiue ẽt perficiuntur ad ſcibiles rationes diuinorũ operũ: ut primæ eſſentię & circa Deũ ꝓximo loco cõſiſtentes: & ꝙ ab ipſa perfectionis principe. ſ. diuinitate excelſiſſime ſanctificatæ ſunt. Sequitur. Hoc ergo & theologi aperte declarant, ſuppoſitas quidẽ cęleſtiũ eſſentiarũ diſpoſitiones ſuperfirmatis ornate erudiri deificas ſciẽtias: oĩm uero altiores ab ipſa diuinitate, q̃tũ fas, ad doctrinã illuminari. Authoritate ꝓbat, qđ dixerat: ſupremos. ſ. angelorũ ordines a ſola diuinitate illuminari: inferiores sũt a ſuperioribus erudiri. Hoc. n. theologi. i. prophetę, & q ſancti de cæleſtibꝰ, & diuinis locuti ſunt, aperte declarant: ſuppoſitas q̃dẽ diſpoſitiões. i. iſeriores ordines cęleſtiũ eſſẽtiarũ, ordinate. i. pulchre, & cõuenienter erudiri ad deificas ſciẽtias, a ſupfirmatis. i. ſuppoſitis ordinibus: eas uero, ꝙ altiores sũt oĩm, ab ipſa diuinitate, q̃tũ fas eſt. i. poſſibile illis, ad doctrinã illuminari. Seqtur.

Quaſdam enim earum introducunt a prioribus ſacre eruditas, dominum eſſe celeſtium uirtutum, & regem gloriæ in cœlos hu-

ma-

manitus receptum. Exemplum pnnit, ubi cæleſtes
eſſentię inferiores a ſuperioribus eruditæ ſunt: nbi
ſcilicet theologi introducũt quaſdam earum a prio
ribus, ſiue a ſuperinribus eruditas, ut ſcirent Deum
dominum cæleſtium nirtutum, & regem gloriæ ſe
cundum humanitatem ſuam in cælns eſſe receptũ.
Sic.n. ſcriptum eſt, qnòd Saluatore ſecundum car-
nem acceptam aſcendente in cælum, quibuſdam
angelnrum humanitatis eius exaltationem adhuc
ignnrantibus, atque ideo admirantibus, & dicenti-
bus: Quis eſt iſte rex gloriæ? ab aliis amplius illu-
minatis dictum eſt: dominus uirtutum, ipſe eſt rex
gloriæ. In qno probatur aliquando alios ab alijs
eruditi. Sequitur. Quaſdam uero apnd ipſum Ieſũ
,, quærentes, & pro nobis ſuæ diuinæ actionis ſcien-
,, tiam diſcentes: & eas ipſum Ieſum immediate do-
,, centem: & prælargiens eis manifeſtantem ſuam hu
,, manam benignitatem. Egn enim (inquit) diſputo
iuſtitiam, & iudicium ſalutaris. Hoc exemplum de
Eſaia ſumptum eſt ad prnbandum, quòd ſupremi
nrdines angelorum a ſnlo Deo ad ſcientiam uerita-
tis illuminantur. Quaſdam nern ſolas cæleſtes eſſen
tias introducunt ipſi theologi, quęrentes.i. quęſtin
nem facientes apnd ipſum Ieſum: & diſcentes, non
ab alio, ſed ab ipſo, qui Deus eſt, ſcientiam ſuæ actio
nis diuinæ prn nobis exhibitæ. Actionem diuinam
ipſius Ieſu uncat paſſionem & mortem, quã pro no
bis ſuſtinuit. Quæ actio idcirco diuina dicitur: quia
ſoli Deo pnſſibile ſuit: ut per mortem, mortis de-
ſtrueret pnteſtatem. Huius ergo actinnis ſcientiam
cæleſtes eſſentias ab ipſo Ieſu q̃rẽtes introducunt,
ubi indumentũ carnis aſſumptę ſanguine paſſinnis
Eſa.63 cruentatũ cernẽtes dicũt. Quis eſt iſte, qui uenit de
Edõ tinctis ueſtibus de Boſra? Et deinceps. Quare er
go rubrum eſt ueſtimẽtum tuũ, & indumentũ tuũ
ſicut calcantium in torculari? Ita ergn quærentes,
& diſcere appetentes introducunt. Introducunt
etiam ipſum Ieſum eas immediate, & per ſemetip-
ſum docentem, & manifeſtantem eis ſuam huma-
nam, id eſt, clementem benignitatem, quam no-
bis exhibuit. Qnam manifeſtatinnem eis confert,
prælargiens. i. ante nmnes alios largiens ſcientiam
Eſa.63 nperationis ſuæ. Ego (inquit) diſputn iuſtitiã, & iudi
cium ſalutaris. Iuſtitia, & iudicium ſalutaris. i. ſal-
uatoris ſiue ſaluationis: redemptinnem ſignificat
generis humani. In qua & inſtitia fuit, inquantum
ſcilicet factor creaturam ſuam ab aliena dnmina-
tione reuocauit: & iudicium, inquantum diabolum
inuaſorem alieni iuris ab eo, quem poſſidebat, ho-
mine, poteriter eiecit. Hanc autem iuſtitiam, & iudi
cium idcircn diſputare ſe dicit, quia eam, quæ ad
dolores carnis aſſumptæ pertinuit, cum labore, &
quaſi quadam concertatione adimpleuit. Sequitur
,, Miror autem, quòd & cæleſtium eſſentiarum pri-
,, mæ, & tantum ſimul nmnes ſupereminentes diui
,, nis illuminationibns, ut mediatæ quæſtinnes reue
renter appetunt. Ad hoc reſpicit, quod dicitur ſum
mas eſſentias immediẽte a Deo illuminari, & eru-
diri, quia contrarium uidetur, quòd in hoc lnco
nnn ſnlum a ſuperinri ſuo, ſed ab inuicem quoq;
quærentes, & quaſi diſcere unlentes inueniuntur.
Sed ſciendum eſt, quòd hæc quæſtio non doctrinæ
inquiſitio eſt, ſed ignnrantię profeſſio. Quærunt.n.
oſtendentes, quòd neſciuut, & quòd doceri opus
habent. Vbi autem omnes quęrunt, profectn alinn
de ſe doceri debere nſtendunt. Quærunt ergn in-
ter ſe, docendi ſupra ſe. Quia tamen mutua quæ-
ſtio doctrinæ, & ſcientię ab inuicem inquiſitio eſſe
uidetur, cum eas a ſolo ſuperinri erudiri conſtet,
idcirco ait. Miror, q̃ primæ illæ, & principales cę
leſtium eſſentiarum. i. inter cæleſtes eſſentias, & tã-
tum ſupereminentes diuinis illuminationibus, om
nes ſimul alias cęleſtes eſſentias: miror dico, quòd
appetunt quæſtiones. i. faciunt quęſtinnes appeten
tes ſcientiam, reuerenter. i. humiliter ſicut humi-
les, & inferiores, & quaſi excellentiam illuminatio
nis ſuæ nnn attendentes: & hoc eſt, qund ait, ut me
diatæ. i. uelut illæ, quæ medium habent inter ſe &
Deum, & ab alijs erudiri indigent: uel ut mediatę,
quia nnn uere mediatę: quia ad alias quæſtinnem
non faciunt: nec tamen uere immediatę, quia non
ad ipſum principium ſuum, ſed ad inuicem quæ-
ſtionem referunt. Sequitur. Etenim non inde inter ,,
rogant: quare tua rubra ueſtimenta? Prnbat, quòd ,,
uere ut mediatæ quęſtinnem faciunt, qnia non ad
ipſum Ieſnm prius, ſed ad ſe inuicẽ uerba dirigunt
dicentes. Quis eſt iſte, qui uenit de Edom tinctis ue
ſtibus de Boſra? Nnn enim, inquit, inde interrogãt,
hnc eſt, ab illn interrogatinnem incipiunt, quare
tua rubra ueſtimenta? ubi immediate ad ipſum Ie-
ſum ſermnnem dirigunt: ſed prius inter ſe quaſi
mediate: Quis eſt iſte: & cetera. Vnde mirum eſt,
quòd illæ ſupremæ eſſentiæ, cum primæ ſint, & p
ximæ diuinitati, quaſi mediate faciunt quæſtinnes.
Sequitur. Apud ſeipſas pero deliberant ante inter- ,,
rogare, oſtendentes, quòd diſcunt, & deificam ſciẽ- ,,
tiam appetunt. Soluit modn quæſtinnem, quare. ſ.
ſummę illæ eſſentiæ, cum ſint proximæ Deo, inter
ſe quæſtionem faciunt: quia ſcilicet apud ſemetip-
ſas deliberant interrngare, ne ſorte nimis feſtina in
terrogatinne præſiliant, ſiue præueniant illumina-
tionem illam, quæ in ipſis fit per diuinam proceſ-
ſinnẽ: hoc eſt, per diuinã grãm in ipſas illuminan-
das procedentem: oſtendentes etiam per ipſam de
liberationem interrogatinnis ſuæ, quod appetunt
deificam ſcientiam. In eo quippe, quòd interrogãt,
ſignificãt ſe ſcientiam appetere: In eo autem quòd
prius inter ſe cõferunt quæſtinnantes & deliberãt,
demnnſtrant quòd diuiná in ſe proceſſionem non
audent pręuenire, hoc eſt enim, quod ſequitur. Nõ
autem pręſilientes per diuinam proceſſionem in- ,,
ditam illuminationem. Appetunt.n. ſcientiam: & ,,
ideo interrogant: ſed nnn præſilientes illuminatio-
nem diuinam, donec ipſa ſeipſam nfferat ſpnnte
procedens in ipſas: ideo deliberant apud ſe, prius
non audent Ieſum interrogare qunuſque ſe ipſe
nffert dicens. Egn ſum, qui loquor iuſtitiam. Tunc
demum aſſumpta fiducia ad ipſum quęſtinnem di-
rigunt. Quare rubrum eſt indumentum tuum, &
ueſtimentum tuum ſicut calcantium in torculari.
Sequitur. Num ergn prima cæleſtium ĩtellectuum
hierarchia ab ipſa perfectionis principe ſanctifica- ,,
ta in eo quòd in eam immediate extenditur ſanctiſ ,,
ſima purgatione, multo lumine, ante perfecta con- ,,
ſumma-

ſummatione proportionaliter eam implens, purgatur, & illuminatur, & perficitur? Senſus hic eſt. Num pro non ne ergo prima hierarchia cæleſtium intellectuum, purgatur, & illuminatur, & perficitur. Sanctificata ab ipſa principe perfectionis, hoc eſt, ab ipſa diuinitate, quæ princeps eſt, & principium omnis ſanctificationis. Sanctificata, dico, in eo, quòd ipſa diuinitas immediate in eam extenditur, illuſtrans, ſiue irradians, uel replens eam proportionaliter, id eſt, differenti participatione ab illuminatione reliquorum, cum ſanctiſſima purgatione, & cum multo lumine, & cum anteperfecta, id eſt, ſuperexcellenti conſummatione, uel perfectione. Purgatur, dico, & illuminatur, & perficitur: ut ſit pura ab omni minoratione, uel imperfectione, & ut plena primi luminis, hoc eſt, in eam primum ante alias lucentis: & ut ſit perfecta participans perfecta ſcientia, & cognitione primo ſibi data. Quòd autem ait ſanctificata, uel ut commodius fortaſſis quamuis inſitatius transfertur, pontificata ab ipſa principe purgationis: ipſam, ut diximus, diuinitatem ſignificat, quæ græce teletarchia, id eſt, princeps purgationis, ſiue ſanctificationis uocatur. Sequitur. Comprehendens autem & hoc dixerim fortaſſis non immerito. Tanquam ſi quæreretur, quæ ſit iſta purgatio: reſpondet, quòd aſſumptio diuinæ ſcientię in animo rationali, & purgatio eſt, & illuminatio, & perfectio. Purgatio, quia ignorantiam purgat: illuminatio, quia diuina cognitione illuminat: perfectio, quia illuminando ſcientia perfectarum doctrinarum, ſiue diſciplinarum ſecundum habitum illuminatum conſummat: hoc eſt, quod dicit. Comprehendens, hoc eſt, breuiter in unum ſupradicta colligens: etiam hoc non immerito fortaſſis dixerim, quòd & purgatio eſt, & illuminatio, & perfectio diuinę ſcientiæ aſſumptio. Et reddit cauſam, quare purgatio, & illuminatio, & perfectio dicitur. Ignorantiam quidem utpote purgans ſecundum ordinem indita ſcientia perfectarum doctrinarum. Ideo purgatio dicitur, utpore purgans ignorantiam indita ſcientia, hoc eſt, per inditam ſcientiam perfectarum doctrinarum. Indita, dico, ſecundum ordinem: hoc eſt, ſecundum quòd dignitas, & excellentia uniuſcuiuſque ordinis expoſcit. Illuminans autem ipſa diuina cognitione, per quam & purgat non prius contemplantem. Ideo illuminatio dicitur, quia illuminat unamquamque hierarchiam diuina cognitione, per quam ſcilicet diuinam cognitionem etiam purgat ipſam hierarchiã. Hierarchiam, dico, non prius contemplantem, quàm purgetur: ſicut ſcriptum eſt: Beati mun-

Matt. 5. do corde, quoniam ipſi Deum uidebunt. Sequitur.

Quam manifeſtat per altiorem illuminationẽ, & perficiens iterum ipſo lumine ſecundum habitum ſcientia lucidiſſimarum doctrinarum. Quam ſcilicet hierarchiam ipſa diuinæ ſciẽtiæ aſſumptio manifeſtat per altiorem illuminationem. In hoc enim eam altiorem cæteris omnibus eſſe declarat, quòd eam altiori, & excellentiori lumine diuinæ cognitionis illuſtrat. Sequitur. Et perficiens iterum ipſo lumine ſecundum habitum ſcientia lucidiſſimarum doctrinarum. Non ſatis manifeſte diſtinguit illuminationem, & perfectionem pro eo q utrumque in cognitione, & ſcientia aſſignare ui detur. Hoc tamen intereſt, quòd illuminatio proprie ad illam cognitionem pertinet, quæ ſcientiam ædificat: perfectio autem ad illam cognitionem, quæ bonorum morum formam, & habitũ uirtutum demonſtrat. Sunt enim quædam, quæ tantum inueſtigantur ad cognitionem intelligendi: quædam uero ſpecialiter pertinent ad intelligentiam faciendi. Ad illa neceſſaria eſt illuminatio: ad iſta perfectio. Non enim perfectum facit cognitio ueritatis, niſi habitus uirtutis ſubſequatur. Idcirco lucidiſſimam doctrinam uocat, quæ in habitu uirtutis conſtat: quia magiſtra intelligẽdi experientia eſt: & ille optime uirtutem nouit, qui eam non audiendo ſolum, ſed & guſtando, & faciendo didicit. In experientia, & habitu uirtutis, cognitio ueritatis perficitur: quæ in ſola intelligendi illuminatione inchoatur. Quod totum, quia per diuinæ ſcientiæ aſſumptionem acquiritur idcirco ipſa & purgatio, & illuminatio, & perfectio conuenienter appellatur. Sequitur. Ipſa ergo eſt, quantum ad noſtram ſcientiam, prima cæleſtium eſſentiarum diſpoſitio, in circuitu Dei, & circa Deũ immediate ſtans, & ſimpliciter, & inceſſanter circuiens æternam eius ſcientiam, ſecundum excellẽtiſſimam (quantum in angelis) ſemper mobilẽ collocationem. Infert e ſupradictis: Ac ſi diceret. Quã doquidem illa ſummorum ſpirituum hierarchia primum, & principaliter ab ipſa diuinitate & purgatur, & illuminatur, & perficitur: ergo ipſa eſt prima, & principalis diſpoſitio, ſiue principalis ordo cæleſtium eſſentiarum, ſtans immediate, & in circuitu, & circa Deum. Stat enim per incommutabilitatem contemplationis: circuit autem per uiuificũ & inceſſabile deſiderium æternæ dilectionis. Ideo inceſſanter, quia non deficit a dilectione: ideo ſimpliciter, quia circuiens nõ recedit ab unitate. Ipſa unitas in medio, eſt ſimplicitas diuinitatis: cui in circuitu, & circa ſunt, inquantũ immediate illi appropinquant. In circuitu etiã, quia ineffabili eius, occultæq; incõprehenſibilitati quodammodo foris & ipſæ ſunt, ad quem omnino non penetrant. Tñ ambiunt, & deſiderant, & ad interiora nituntur: & cognitione, & dilectione accedentes proximæ ſiunt ſm excellentiſſimam collocationem, quã habẽt iuxta Deũ: excellentiſſimã, dico, quãtum in angelis. i. quantum ad comparationem illius, quæ in cæteris omnibus angelis inuenitur. Et collocationem dico ſemper mobilem, quia & contemplatione non recedunt, & deſiderio ſemper accedunt. Propter hęc ergo oĩa, principalis eſt iſta diſpoſitio inter omnes alias cæleſtes eſſentias: principalis, dico, quantum ad noſtram ſcientiam. i. quantum per nſam ſcientiam comprehendi poteſt. Subiungit ad huc in laudem huius hierarchiæ, alia poſt alia: multa excelſa, & ſublimia, & diuina admiratione digna accumulãs, & profunda quædam, & non niſi puris

Ipſa autem ſub numero non eſt: in qua uera unitas eſt ſine paruitate, & uniuerſitas ſiue multiplicitate: nec ſub pondere eſt, inæſtimabilis: nec ſub menſura, incomprehenſibilis. Qnid ergo putas eſſe uidere ſapientiam Dei? Quando mundum iſtum uides, quanta in ipſo uides? Et totum hoc inde uenit: & ibi eſt totum, ubi eſt ſapientia Dei. Et quid dico totum hoc? Parum enim eſt hoc, ut in ſapientia Dei non aliud ſit. Si intelligit opus ſuum Deus, & ſeipſum non intelligit: quæ eſt ſapientia iſta? Plus enim eſt, quod eſt Deus: quam quod eſt facto à Deo. Si ergo nouit quod fecit, & non nouit quod eſt ipſe, qui fecit: quod maius eſt ignorat, & non eſt ſapientia perfecta in eo. Si cor tuum capere poteſt, & comprehendere ea, quæ facis, & quæ explicas opere, uniuerſa ratione mtus dictante diſponis: & quæ facturus es omnia prius in ratione concipis: & cum ad opus exeunt, a ratione non recedunt: quomodo in æterna ratione conditoris non eſſe poteſt omne quod factum eſt? Rurſum ſi parum eſt animo rationali uidere, & comprehendere quæ foris ſunt, niſi ea, quæ intus ſunt, multo maiora, & mirabiliora contempletur, & maius agnoſcit eſſe, quod ipſe eſt, quam omne, quod extra ipſum eſt: non poteſt æternus artifex in ea ſapientia, qua uidet omne, quod ipſe fecit, ignorare, quod maius omnibus eſt: quod eſt ipſe, qui fecit. Attende ergo, quæ ſit ſapiētia iſta, in qua ſunt omnia, quæ facta ſunt, & præter omnia, & ſuper omnia, ꝙ maius omnibus eſt ille, a quo omnia facta ſunt. Qualis putas eſt ſpecies iſta: in qua tanta pulchritudo eſt? Cum ergo audis ſapientiam Dei nominari, hoc totum cogita, hoc totum in ipſa eſt: & ipſam uidere, totum hoc uidere eſt. In ipſa uidentur omnia quæ facta ſunt: & in ipſa uidetur, a quo omnia facta ſunt. Propterea ſummi illi ſpiritus, qui per excellentiam ſupereminentis gratiæ immediate appropinquāt, ab ipſa illuminantur ad contemplandam ipſam: & in eius contemplatione uident, & ꝙ factum eſt per ipſam, & quod eſt in ipſa, & eum, q per ipſam fecit, in quo eſt ipſa. Iſtæ ergo ſunt contemplationes, quas pure uidet prima hierarchia, ad ſimplos fulgores immediate illuminata: quę cōtemplationes, & multæ ſunt, inquantum illic omnia uidentur: & beatæ ſunt, quia cum omnibus ille etiam, qui fecit omnia, uidetur. Non enim præter ipſum uidetur, quod in ipſo uidetur: quia & unum eſt, quod uidetur, quod ipſe eſt: & in ipſo uno omnia uidentur: in quo omnia unum, & unum omnia eſt. Vide quam multæ ſunt contemplationes, ubi nihil omnium abſconditur: quam beatæ contemplationes, ubi in ſummo bono cuncta uidentur: ubi uidere, & habere: amare, & guſtare bonum idem eſt: ubi non uidetur, niſi ueritas, non amatur, niſi bonitas. Duo ſunt enim cognitio, & amor. Alterum ad illuminationem pertinet: alterum ad refectionem. Cognitio illuminat: dilectio ſatiat. Cognitio ueritatis, amor

Pſal. 33: bonitatis: in his beatitudo conſtat cognoſcere, & amare bonum. Guſtate, inquit, ſcriptura, & uidete, quoniam ſuauis eſt Dominus. In guſtare dilectio; in uidere cognitio eſt, Duo iſta diſtincte commendat, ſcilicet cognitionem, & dilectionem. Multas quidem, & beatas uidens pure contemplationes, ſimploſque, & immediate fulgores illuminata. Hoc de illuminatione, & cognitione dictum eſt. Sequitur. Diuino alimento repleta, Multa quidem primo data fuſione, ſolaque ,, domeſtica, & unifica diuinæ refectionis unitate. ,, Hoc dictum eſt de dilectione, & refectione. Vtramque multis modis commendat. Primo cognitionem in contemplationibus multis, & beatis pure uiſis per illuminationem fulgorum ſimpliciū. Qui ſunt ſimplices fulgores? puræ illuminationes. Per puras illuminationes uenitur ad puras contēplationes. Pura illuminatio eſt, qn̄ ueritas per ſemetipsā cōcipitur: Pura contēplatio eſt, qn̄ ueritas in ſemetipſa uidetur. Quando per ſubiectam imaginem uel figuram ueritas addiſcitur, non eſt pura illuminatio; quando in ſubiecta imagine uel figura ueritas cognoſcitur, non eſt pura contemplatio. Neque enim ſimplicitas eſſe poteſt, niſi ubi ſolum eſt: neque puritas, niſi ubi uerum eſt. Simplicitas in ſolo; puritas in uero. Propterea qui immediate contemplantur, & per ſemetipſos ad ueritatem accedunt, ſoli ſimplices illuminationes habent, & puras contemplationes. Sequitur. Diuino alimento repleta. Quod eſt diuinum alimentum? Diuina refectio. Et ipſa refe- ,, ctio quæ eſt, niſi Dei dilectio? Propterea cum dixiſſet, ſupereminentem illam diſpoſitionem ,, angelicam repletam diuino alimento, adiunxit etiam dicens, repletam unitate diuinæ refectionis. Quid autem eſt diuina refectio, niſi diuinum alimentum? Vnitas ergo refectionis, & unitas alimenti una eſt refectio, & unum alimentum, Ergo in menſa Dei non niſi unum ferculum apponitur. Sed noli contemnere. Satietas multa eſt. Satiabor, inquit Pſalmiſta, cum apparuerit gloria tua. Pſal. 16. Multa in hoc mundo ſunt: & hæc omnia cor hominis ſatiare non poſſunt. Vnum autem bonum eſt apud Deum, & hoc ſolum cum percipitur, ſatietas inuenitur. Ergo non in multitudine, ſed in unitate ſatietas eſt. Quando ſatietas? Quando ſatis, eſt ſatietas. Pone modo, ut ex his multis, quæ in mundo ſunt, quædam aliqua habeas, quæ diligis, & uidebis, quod non ſufficit. Veniant plura: adhuc non dices, ſufficit. Apponantur uniuerſa: & inuenies te egentem adhuc, & nondum ſatis habentem. In omnibus ergo his ſatietas eſſe non poteſt, ubi ſatis eſſe non poteſt. Veniet autem unum illud bonum: & ſatietas erit, quia ſatis erit. Non mireris. Omnia hæc multa ſunt, ſed multum non ſunt. Illud unum eſt, & multum eſt. Propterea peccatrix illa, quia multa dimittenda habuit, non multa, ſed multum dilexit. Multa dimiſit, & multum elegit. Sapiens erat; Non attendit aceruum, ſed precium penſauit. In multis parum: in uno multum. Propterea non attendas ad numerum, ſed fructum inquire. Vnum eſt bonum, quod tibi præparauit Deus. Noli timere cum audis unum: unum bonum eſt, ſed in illo bono omne bonum eſt. Vnam refectionem, unū cibū, unum ferculum, unum panem præparauit: ſed ne de-

deſpicias. Audi quod ſcriptum eſt. Habentem omnem ſaporem, & omne oblectamentum ſuauitatis. Hoc diuinum alimentum, & multa fuſio, uel abundans effuſio, ſiue infuſio, qua uidelicet fuſione beata illa ſocietas primo loco ſibi data repletur. Eſt etiam unica diuinæ refectionis, qua ſcilicet unitate ſola, hoc eſt, ſingulari, & domeſtica, & unifica ſpecialiter digna effecta eſt. Ipſa uero una, & ſimplex diuina refectio, idcirco ſingularis dicitur, quia cum aliena delectatione, & dulcedine extranea nõ percipitur: Domeſtica, quia amicis tantum, & familiaribus præparatur. Vnifica, quia unum ſecum efficit omnes, quibus ſe ſumendam, & participandam concedit. Sequitur.

Sap. 15.

Multaque communione Dei, & cooperatione: ſubauditur repleta eſt diſpoſitio, uel hierarchia prima cæleſtium eſſentiarum. Ipſa, dico, digna effecta ad eam, ſcilicet communionem, & cooperationem Dei, ut poſſibile ſibi eſt: ſimilitudine bonarum habitudinum, id eſt, uirtutum; & actionum. Per bonas enim habitudines, digna effecta eſt communione: per bonas actiones, digna cooperatione. Et rectus eſt ordo. Primum per claritatem cognitionis illuminatur: poſtea per dulcedinem dilectionis reficitur: ut ſic Deo & communicet in uirtute, & cooperetur in actione: ſicut ſcriptum eſt. Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit: & pater meus diliget eum, & ad eum ueniemus, & manſionem apud eum faciemus. Sequitur. Multaque diuinorum ſuperpoſite cognoſcens, & diuinæ ſcientiæ, & cognitionis in participatione, ſecundum quod fas eſt, facta. Hoc eſt, ipſa hierarchia cognoſcens eſt multa diuinorum, id eſt, multa de diuinis, ſiue de Deo ſuperpoſite, id eſt, excellenter ſuper alias hierarchias: & facta ẽ in participatione, hoc eſt, particeps facta eſt diuinæ ſcientiæ, & cognitionis diuinæ: ſecundum quod fas eſt illi, id eſt, conceſſum. Sequitur. Propterea & laudes ipſius theologia ijs, qui in terra ſunt, tradidit: in quibus mirabiliter manifeſtatur excelſiſſimæ ipſius illuminationis eminentia. Ac ſi diceret. Quia tanta eſt excellentia hierarchiæ primarum eſſentiarum, propterea theologia, id eſt, diuina ſcriptura tradidit ijs, qui in terra ſũt, hoc eſt, hominibus, laudes ſiue laudationes ipſius: In quibus ſcilicet laudationibus mirabiliter manifeſtatur eminentiam excelſiſſimæ illuminationis ipſius. Ac ſi diceret. Quia tanta eſt ſublimitas eius, ꝓpterea theologia hominibus laudationes eius, quibus ipſa Deum laudat, manifeſtauit: ut per excellentiam laudationis manifeſtaretur eminentia illuminationis. Sequitur. Alij enim quidam eius ſenſibiliter dicendo tanquàm uox aquarum reboant. Benedicta gloria Domini ex loco ſuo. Ac ſi diceret: uere excellentes ſunt laudationes huius hierarchiæ, quę a ſcriptura diuina manifeſtãtur: quia alij eius, id eſt, quidam ex ea ſenſibiliter ſonando reboant, uel reſonant, ſiue clamant tanquàm uox aquarum. Benedicta gloria Domini ex loco ſuo. Vel ſic legi poteſt. Theologia tradidit laudes ipſius ſenſibiliter, id eſt, per ſimilitudinem ſenſibilium, & corporaliũ de ſpiritalibus dicendo, quod alij eius, hoc eſt, de numero ipſius reboant tanquam uox aquarum. Benedicta gloria Domini ex loco ſuo. Hoc teſtimoniũ de Ezechiele ſumptum eſt, ubi propheta uocem commotionis magnæ poſt ſe factam commemorat. Quæ uox quàmuis ibi prolata non dicitur: tamen iſte a ſummis eam cæleſtium ordinum ſpiritibus ſine ambiguitate factam eſſe teſtatur. Sequitur. Alij uero illam ualde laudabilem, & piiſſimã reclamant theologiam. Sanctus, ſanctus, ſanctus: Dominus Deus Sabaoth. Plena omnis terra gloria ipſius. Hoc teſtimonium de Eſaia ſumptum eſt: ubi duo ſeraphim uolantes alter ad alterum: hanc theologiam, id eſt, diuinam allocutionem, ſiue laudationem adinuicem proclamaſſe commemorantur. Sequitur. Has autem excelſiſſimas cæleſtium animorum hymnologias, iam quidem in ijs, quæ ſunt de diuinis laudibus, quantum poſſibile, aperuimus. Et dictum eſt de his in illis quantum ad nos, ſufficienter. Has ſupradictas hymnologias, id eſt, diuinas laudationes cæleſtium animorum, hoc eſt, cæleſtium ſpirituum: dicit ſe aperuiſſe, uel expoſuiſſe, quantum ſibi poſsibile fuit, in alijs ſcripturis, quæ ſunt ab ipſo factæ de diuinis laudibus: & de his ſcilicet hymnologijs, in illis (ſubauditur) ſcripturis ſufficienter dictum eſſe teſtatur, quantum ad eum, hoc eſt ad eius poſsibilitatem pertinuit. Hæc autẽ ſcriptura, quam ſe de diuinis laudibus feciſſe aſſerit, inter hæc eius ſcripta, quæ apud nos ſunt, minime reperitur. Ex hac tamen ſententia poſſumus cognoſcere de diuinis laudibus ipſum ſcripſiſſe, quoniam in libro de diuinis nominibus ex amatorijs hymnis ſancti Hierothei quædam introduxit, in quibus de ſupradictis laudibus nonnihil tractatur. Sequitur.

Ioan. 14.

Eſa. 6.

Ex quibus in recordationem ſufficit dicere tantum ſecundum præſens tempus, quòd theologicã ſcientiam ipſa prima diſpoſitio (quantum fas) illuminata eſt a diuina bonitate: per quam tanquàm deiformem hierarchiam & alijs ſeipſam deinde tradidit. Ac ſi diceret. Ex quibus, ſcilicet laudibus diuinis in ſupra memorato libro ſufficienter expoſitis, nunc ſecundum præſens tempus in recordationẽ, uel admonitionem tantum ſufficit dicere, hoc ſcilicet, quòd ipſa prima diſpoſitio, hoc eſt, prima hierarchia angelorum illuminata eſt theologicam, id eſt, diuinam ſcientiam ab ipſa diuina bonitate. Nota conſtructionem in eo, quod ait, illuminata ſcientiã. Sic enim dicitur: Erudior autem, doceor diſciplinã. Dicit ergo: quòd prima diſpoſitio a ſola diuina bonitate illuminata eſt ad ſcientiam: per quam uidelicet ſcientiam ipſa diſpoſitio tradidit ſeipſam; deinde, hoc eſt, conſequenter alijs hierarchiis poſt ſe ſequẽtibus. Tradidit, dico, ſeipſam tanquàm deiformem hierarchiam. hoc eſt, Dei conformitatem, & ſimilitudinem habentem, & Deum imitantem in eo, quòd ab ipſo illuminata alios illuminat, & ſe ipſis quaſi formam, & exemplar proponit diuinæ conformitatis. Hoc ergo nunc ſufficit dicere de ſupradictis laudibus, ꝙ in eis prima diſpoſitio angelorũ creatorẽ ſuum laudãs, formã laudãdi, alijs poſt ſe ſequẽtibus hierarchijs ſemetipsã tradidit, ſubintroducens, hoc eſt, ſuggerens eis, uel inſinuans illud per breuitatem dicendo. Subintroduxit

duxit enim, uel ſuggeſſit quaſi occultum quiddam, & paucis manifeſtum. Suggeſſit autem per breuitatem dicendo aliud, quod ſuggeſſit. Et recte non niſi occulte ſuggerebatur, quod erat inuiſibile: & non niſi breuiter dicebatur, quod erat ineffabile. Quantumcumq; .n. exponeretur ad cognitionem, occultum eſſet, q̄d erat impenetrabile: & quantumcunque extenderetur per ſermonem, breue eſſet ad ipſum, quod erat interminabile. Suggeſſit tamen, & inſinuauit, & expoſuit, ut per eam ad aliorū cognitionem ueniret, quod ipſa nullo mediante perceperat. Quid ſuggeſſit? Audi. Ipſam pijſſimam, & ſūme benedictam, & omnino benedictam diuinitatem, fas eſt benedictam eſſe ex Deum recipientibus quātum poſſibile eſt eam cognoſci, & laudari intellectibus. Ipſi .n. ſunt tāquam deiformes diuini loci, diuinæ (ut eloquia aiunt) quietis. Exponit ſupra memoratum teſtimonium de Exechiele ſumptum. Benedicta gloria Dn̄i ex loco ſuo. Ipſa, inquit, prima hierarchia clamans, benedicta gloria Domini ex loco ſuo, docet, quod fas eſt, hoc eſt, iuſtum, uel debitum, uel dignum, ipſam piiſſimam & ſumme benedictā, & omnino benedictā diuinitatē, benedictā eſſe ex intellectibus Deū recipiētibus: & intm̄ benedictā, quātū poſſibile eſt eā cognoſci, & laudari. Iuſtū eſt, inq̄t, ut ipſa diuinitas, quæ in ſe ſemper piiſſima eſt, parata ſcilicet largiri, & nō indigens accipere: & quæ ſumme benedicta eſt, & omnino, uel fortiſſime benedicta: hoc eſt, cuius gloria in ſemetipſa tanta eſt, ut nec alieno beneficio augeri, nec aliena laude amplius commendari poſſit. Fas (inquit) eſt, ut quamuis in ſe ita perfecta ſit, ut benedici, uel laudari, non egeat: tamen ut intellectus, id eſt, corda rationalia, eam benedicant, & laudent, quantum ſcilicet eam cognoſcere, & ſecundum cognitionem ꝑceptam laudare poſſunt. Quamuis enim gloria eius ex ſemetipſa perfecta ſit: nos tamen a benedictione & laude eius ceſſare non debemus: qui & ſi benedicendo, & laudādo illi non ꝓficimus: perficimur in ex illa. Vel aliter intelligi poteſt, quod dicit: iuſtum eſſe, ut diuinitas, quæ in ſe ſumme benedicta eſt, ex intellectibus Deum recipientibus benedicatur. Ac ſi diceret. Quamuis laus Dei in ſemetipſa ſumme perfecta ſit: hoc tamen laudi eius iure addicitur, ꝙ per gratiam corda à ſe facta inhabitare dignatur. Sic ergo iuſtum eſt, diuinitatem in ſemetipſa ſumme benedictam pro eo etiam benedici, & benedictam eſſe, ꝙ ſe mentibus beatificandis recipiendam præbet, & eas tanquam locum proprium inhabitare dignatur. Non enim ita in eis habitat quaſi ſtabilimentum quærens, & uelut ruitura ſi fulcimentū non habeat. Non enim locum quçrit Deus ſibi, quaſi eſſe non poſſet, niſi contineretur: ſed quaſi receptaculum quærit, cui ſe infundēdum præſtet: quod utique beatum eſſe non poſſet, niſi ab ipſo repleretur. Adijcitur ergo ſuper omnem laudem eius, quòd ſumme benedictus in ſe alios benedictos facit ex ſe. Benedicatur ab illis, benedicatur & pro illis. Ab illis benedicatur quantum illis cognoſcendus, & laudandus reuelatur: Pro illis benedicatur, quantum in illis manifeſtatur. Sequitur. Ipſi enim ſunt tanquam deiformes diuini loci, diuinæ (ut eloquia aiunt) quietis. Reddit cauſam, quare ex eo, quod dictum eſt, benedicta gloria Domini ex loco ſuo: ſignatum intelligat, gloriam benedictam eſſe debere ex intellectibus Deum recipientibus: quia (inquit) ipſi intellectibus Deum recipientes, ipſi ſunt loci diuini. Theodochos enim græce dicitur, hoc eſt, Dei receptor. Quo nomine omnis purus animus ſiue humanus, ſiue angelic⁹ poteſt ſignificari. In ipſis enim duobus Deus habitat, & quieſcit. Ipſi ergo tanquam deiformes diuini loci ſunt. Quaſi rationem reddit, quare diuini loci dicantur. Eadem enim cauſa eſt, quare loci ſunt, & quare deiformes ſunt. Ex eo quippe, quòd lumen capiunt, locus luminis fiunt: Et rurſum ex eo ipſo, quod lumen capiunt, lucentes fiunt, & conformes lumini exiſtunt. Sunt ergo diuini loci, ut pote deiformes, & ex inhabitante Deo Dei ſimilitudinem habentes. Rurſum quia loci diuini ſunt, conſtat quòd diuinæ quietis loci ſunt: q̄a diuini loci omnino eſſe non poſſent, niſi quietis, & pacis loci eſſent: ſicut eloquia aiunt. In pace factus eſt locus eius. Sequitur. Et quod monas eſt, & unitas tres ſubſtantialiter: & ſupercæleſtibus eſſentiis uſque ad nouiſſima terræ extendens bonitatem ſuam in omnia, quæ ſunt, prouidentiam, tanquam omnis eſſentiæ ſuperprincipale principium, & cauſa, & omnium ſuperеſſentialiter immenſurabili continentia circunligans. Hoc de ſequentis expoſitione, quod de Eſaia ſumptum fuerat, adiungit. Ac ſi diceret. Sicut prima illa cæleſtis hierarchia clamans, benedicta gloria Domini de loco ſuo, Deum non ſolum in ſe, ſed in ſanctis etiam ſuis benedicendum, & glorificandum eſſe docuit: ita quoque ter ſanctum proclamando, & non Dominos, ſed Dominum Sabaoth ſubiungendo, tres perſonas in una deitate, non tres Deos, ſed unū Deum eſſe ſignificauit. Hoc eſt, quod dicit. Et quia monas eſt, & unitas tres ſubſtantialiter: quaſi diceret. Non ſolum hoc, quod ſupradictum eſt de gloria Domini ex loco ſuo benedicenda ipſa prima hierarchia cæleſtis ſequentibus ſe hierarchijs ſubintroduxit: Sed etiam hoc, quod monas, & unitas, hoc eſt, diuinitas, quæ uerè una eſt, & ſimplex natura, tres perſonæ eſt ſubſtantialiter: hoc eſt, quod tres perſonæ una eſſentia uel ſubſtantiam, & una eſſentia tres perſonæ: quia Deus in eſſentia unus eſt, et trinus in perſonis. Sane quod monas et unitas, cum idem eſſe uideatur, geminate poſitum eſt, pro græco factum eſt: in quo duo nomina ſunt monas, et henas: quæ quamuis unam habeant apud nos interpretationem (utrunque enim ſonat unitas) hæc tamen differentia eſſe uidetur, quod monas illam magis unitatem ſignificat, quæ ſecundum diſcretionem dicitur: henas uero illam, quæ ſecundum ſimplicitatem notatur. Omne enim, quod ſimplex eſt, unum eſt. Non autem omne, quod unum eſt, ſimplex eſt: quoniam et unum collectione dicitur et ˜vnum compoſitione, et ˜vnum ſimilitudine. Quæ omnia, quia non totum, quod ſunt ˜vnum ſunt uere unum non ſunt: et unitatis nomen ſimilitudine tantum mutuantur,

non proprietate. Diuinæ autem naturæ, cui unum eſt & ſimplex eſſe, totum quod eſt, uere unum eſſe eſt & ideo recte non ſolum monas, ſed henas quoque appellari debuit: quia unitas eius in uera euiſdem, atque indiuiſæ ſubſtantiæ ſemper ſimplicitate ſubſiſtit. Dicat ergo, quia in uera deitate monas & unitas ſubſtantialiter ſunt, quia ſicut trinitas perſonarum in Deo eſſentiæ unitatem non diuidit, ita unitas naturę trinitatem perſonarum non confundit. Sed tres unum ſubſtantialiter ſunt, quibus tribus ſubſtantia eſt una. Sequitur. Et ſupercæleſtibus
» eſſentijs uſque ad nouiſſima terræ extendens boni-
» tatem ſuam in omnia, quæ ſunt prouidentiam. Et
» hoc, inquit, prima hierarchia ſequentibus poſt ſe inſinuauit: quod uera unitas, & ſumma trinitas extendit, uel penetrare facit bonitatem ſuam a ſupercæleſtibus eſſentijs, uſque ad nouiſſima terrę, id eſt, a ſummis uſque ad ima: bonitatem, dico, exiſtentem prouidentiam in omnia, quia omnibus prouidet, & nihil a ſe alienum relinquit, utpote quæ eſt ſuperprincipale, uel ſupereſſentiale principiũ omnis eſſentiæ, & cauſa omnium: quia ab ipſa, & ad ipſam facta ſunt omnia: & quę eſt omnium circunligans, id eſt, circunligatio, quia circunligat omnia, & complectitur, & continet ſupereſſentialiter cũ immenſurabili continentia, quæ totum comprehẽdit, & in ipſa incomprehenſibilis manet. Quia ergo principium eſt, a quo facta ſunt omnia, & cauſa, per quam facta ſunt omnia, & circunligans continentia, in qua ſubſiſtunt uniuerſa: Idcirco plena eſt omnis terra gloria eius. quoniam ab ipſa bonitate replentur, & nutriuntur omnia, ut ſubſiſtant in ipſa, quæ facta ſunt per ipſam.

---

*Titulus Octaui Capituli.*

## *DE DOMINATIONIBVS, & uirtutibus, & poteſtatibus: & de media eorum Hierarchia.*

### LITERA Cap. VIII.

Tranſcundum autẽ nũc nobis in mediam cæleſtium intellectuum diſpoſitionem, Dominationes illas ſupermundanis oculis, (quantũ poſſibile eſt) explorantibus, & uere potentia ſpeculamina diuinarum poteſtatum, & uirtutum. Etenim unaquæque ſupra nos eſſentiarum cognominatio Dei imitatorias earum ſignificat deiformes proprietates. ¶ Igitur ſanctarum dominationum manifeſtatiuam nominationem exiſtimo declarare abſolutam quandam, & omni pedeſtri minoratione liberam anagogen: nullaque tyrannicarum diſſimilitudinum ullo modo uniuerſaliter eam inclinatam, liberaliter ſeueram dominationẽ, omni minutiuæ ſeruituti ſuperpoſitã, ſuperiorem ſubiectione omni: & remotam ab uniuerſa diſſimilitudine: & dominationis inceſſanter appetentem: & ad illius ipſius naturaliter ſubſiſtentis uirtutis ſimilitudinem, quantũ poſſibile eſt, & ſeipſam, & quæ poſt eam ſunt, optime, & ſpecioſe cõformantẽ: ad nullum uana uidentium, ſed ad proprie ∴ uniuerſale conuerſam: & dominicæ ſem per deiformitatis in participatione, ſecundum quod poſſibile eſt, ipſi factam. ¶ Ipſam uero ſanctarum uirtutum fortem quandã, & incommutabilem uirilitatem in omnes ſecundum earum deiformitatem operationes, ad nullam ſuſceptionem inditarum ei diuinarum illuminationum imbecilliter infirmatam, potenter in imitationem Dei reductam, non relinquentem ſuimet imbecillitate deiformem motum: ſed firmiter ſerẽtem in ſupereſſentialem, & potentificam uirtutem: & ipſius imaginem uirtuti ſimilem, iuxta quod licet, factam: & ad ipſam quidem ut principalem uirtutem potenter conuerſam: ad ſecunda uero uirtutem † dan- † dans &
do deiformiter prouenientem. ¶ Ipſam autem ſanctarum poteſtatum æquipotentem diuinarum dominationum, & uirtutum bene ornatam, & inconfuſam circa diuinas ſuſceptiones ordinationem, & ordinatum ſupermundanæ, & intellectualis poteſtatis, non tyrannice in ea, quæ inferiora ſunt, poteſtatiuis uirtutibus præcipitatæ, ſed potenter in diuina poſt bene ordinatas reductæ, & quæ poſt eam deiformiter reducentis: & ad potentificam cauſalem potentiam, quãtum fas eſt, aſſimilatæ: & eam, ut poſſibile, angelis reuelantis ĩ bene ornatis per ipſam ordinibus poteſtatiua uirtute. ¶ Has habẽs deiformes proprietates media cæleſtium animorum diſpoſitio, purgatur quidem, & illuminatur, & perficitur, quemadmodum dictum eſt, a diuinis illuminationibus inditis ſibi ſecundo per primam hierarchicam diſpoſitionem, & per mediam illam ſecunda manifeſtatione delatis. Itaque per alium dictum uenientem in alium angelum auditum, ſymbolum faciemus a longe ſuperperfectæ, & per proceſſionẽ occultæ in ſequentia perfectionis. Nam ſapientes circa ſacras

noſtras immolationes aiunt per ſeipſas lucentes diuinorum plenitudines per alias contemplatiuarum participationum eſſe perfectiores. Sic exiſtimo & angelicorũ ordinum immediatam participationem primo in Deum extentorum perfectorem eſſe per medietatem perfectorum. Propter quod & a noſtra ſacerdotali traditione per fectiuæ, lucificæ, & purgatiuæ uirtutes primi intellectus nominantur inferiorum, tanquam per eos in omnium ſupereſſentiale principium reductorum, & myſticarũ purgationum, & illuminationum, & perfectionum in participatione, ſecundum quòd eis fas, ſactorum. Hoc enim eſt omnino diuina ordinatione diuinitus promulgatum, per prima ſecunda diuinis participare illuminationibus. Inuenies autem hoc & multoties a theologis expreſſum. Quando enim diuina, & paterna humanitas Iſrael nutriti ue pro ſacra eius ſalute corripiens, & ulciſcentibus, & immanibus nationibus in correptionem tradens, omnigena prouiſorũ in melius traductione: & captiuitatem dimiſit, & ad priorem clementer reduxit beneficentiam: uidit theologorum unus Zacharias unum primorum (ut exiſtimo) & circa Deum angelorum (communis enim, ut dixi, eſt omnibus hæc angelica cognominatio) ab ipſo Deo diſcentem de hoc conſolatoria (ut dictum eſt) uerba. Alterum uero ſubiectorum angelorum in occurſum primi prouenientem, tanquam ad illuminationis ſuſceptionem, & perceptionem: deinde ab ipſo diuinum conſilium tanquam a ſummo ſacerdote eruditum: & hoc docere theologum conuerſum, quoniam fructuoſe habitabitur Hieruſalem a multitudine hominum. Alter autem theologorum Ezechiel: & ab ipſa, inquit, hoc ſacratiſſime promulgatum eſſe cherubim ſuperfirmata glorioſiſſima diuinitate. Ipſum enim Iſrael (ut dictum eſt) dux exercitus humanitas per diſciplinas in melius traducens iuſtitia diuina corrigentibus reſpõdetur, correctos iuſtificauit. Hoc docetur, primus poſt cherubim lumbos ſaphiro præcinctus, qui podera iuxta ſymbolum hierarchicom induebatur. Reliquos autem angelos, qui ſecures habebant, diuina ordinatio imperat a priori doceri de hoc diuinum iudicium. Et quidem enim dixit mediã per tranſire Hieruſalem, & dare ſignum in frontes correctorum uirorum: aliis, exite in ciuitatem poſt eum, & percutite, & nolite parcere oculis ueſtris: ad omnes autem, ſuper quos eſt ſignum, ne appropinquetis. Quid fortaſſis quis dixerit de dicente angelo ad Danielem, Exiit ſermo: Aut de ipſo primo ignem ex medio cherubim recipiente. Aut illud eiuſdem quod abundantius in ordinis angelici oſtenſionem: quoniam & cherubin immittit ignem in manus ſanctã ſtolam induti: aut de uocante diuiniſſimũ Gabrielem, & dicente ei, fac illum intelligere uiſionem: aut quæcunque alia a ſacris theologis dicta ſunt de cæleſtium hierarchiarum deiformi ornatu: ad quem noſtræ hierarchiæ ordinatio, ſecundum quod poſſibile eſt, aſſimilata, angelicam pulchritudinam, quantum in characteribus habebit formata per eum, & reducta ad ſupereſſentialem ſimul omnis hierarchiæ.

---

## *EXPOSITIONIS IN OCTAuum Caput Diui Dionyſii Areopagitæ de cæleſti Hierarchia. Lib. V III.*

Octauum caput eſt de dominationibus, & uirtutibus, & poteſtatibus, & de media, quæ eorum eſt, hierarchia. In præcedenti ſiquidem capite tractauit de tribus primis ordinibus, ſeraphim, & cherubim, & thronis, & de Hierarchia. i. ſacra poteſtate eorum, quæ in cæleſti diſpoſitione prima eſt, & principalis: & poſt Deum immediate ordinata. Nunc ergo conſequenter ingreditur tractare de tribus ſequentibus ordinibus. i. dominationibus, uirtutibus, & poteſtatibus: & de hierarchia, id eſt, ſacra poteſtate eorum, quæ in cæleſti diſpoſitione ſecunda, uel media eſt conſtituta: id eſt, poſt primam, & ante ultimam. De hac ergo hierarchia, eodem, quo & de ſuperiori, ordine tractat: primum oſtendendo cauſã uel rationem cognominationis, quæ ipſis ordinibus huius hierarchiæ attributa eſt: Deinde uirtutẽ ipſius ſacræ poteſtatis latius exponendo. Tranſeundum, inquit, nunc nobis eſt in mediam cæleſtium intellectuum diſpoſitionem, dominationes, illas ſupermundanis oculis (quantum poſſibile eſt) explorantibus, & uere potentia ſpeculamina diuinarum poteſtatum, & uirtutum. Continuat ſeipſum ad ſequentem dictionem: ac ſi diceret. Poſt expoſitionem ſupremæ hierarchiæ, ordo expoſtulat, ut tranſeamus ad mediam. i. ad expoſitionem mediæ

hierar-

hierarchiæ cæleſtium intellectuum, id eſt, angelicorum ſpirituum. Poſtea exponit nominatim qui ſũt illi ordines angelorum, in quibus media illa poteſtas ſacra conſtat: ad cuius expoſitionem ſe tranſire debere dicit, addens. Dominationes: illas ſupermundanis oculis, quantum poſſibile eſt, explorantibus, & uere potentia ſpeculamina diuinarum poteſtatum, & uirtutum. Tranſeundum, inquit, eſt nobis, dicit, explorantibus in illa, ſcilicet hierarchia dominationes, & uere potentia ſpeculamina poteſtatum, & uirtutum.i.& poteſtates, & uirtutes. Iſti enim ſunt tres ordines ſecundæ hierarchiæ: quorũ uirtutem, & officia diligenter explorare oportet eum, qui eorum ſacram poteſtatem exponere deſiderat: ideo inquit ſupermundanis oculis.i. ſpiritualibus explorandum. Non enim iſta corporalibus oculis uidentur. Explorantibus itaque nobis illas, ſcilicet dominationes cæleſtes: & explorantibus ſpeculamina.i.ſpeculationes, uel contemplationes poteſtatum, & uirtutum. Quòd dicit exploraturum ſe ſpeculationes uel contemplationes poteſtatum & uirtutum: uel ita intelligendum eſt, ac ſi diceret, per ſpeculationem uel contemplationem de illis habitam ſe illorum dignitatem exploraturum: uel ipſam eorum contemplationem, qua Deum contẽplantur, & diuina percipiont exploraturum, & inueſtigaturum ſe teſtatur. Vere potentia ſpeculamina, uel potentes ſpeculationes uocat propterea, ꝙ ipſos uere potentes explorant. Potentem enim ſpeculationem potentium ſpeculationem intelligit. Vere potentes idcirco nominat: quia in bonitate potentes, & in ueritate. Malum ſiquidem poſſe, uere poſſe non eſt, ſed non poſſe: ſicut ſcriptum eſt. Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate? Qua propter & ipſas poteſtates diuinas uocat: quia ex Deo, & in Deo poſſunt omne, quod poſſũt.
›› Sequitur. Etenim unaquęque ſupra nos eſſentiarũ
›› cognominatio Dei imitatorias earum ſignificat deiformes proprietates. Ac ſi diceret. Recte poteſtates, & uirtutes diuinas nominaui: quia & hoc ipſa earum cognominatio docet. Sicut unaquæque cognominatio eſſentiarum, quæ ſupra nos ſunt.i.cæleſtium, ſignificat deiformes proprietates earum: & ideo deiformes, quia Dei imitatorias. Quòd enim formitatem habent cæleſtes illæ eſſentiæ, non ex qualitate habent, ſed ex imitatione: quia ſimilitudinem Dei illis non natura confert, ſed gratia. Sequi-
›› tur. Igitur ſanctarum dominationum manifeſtati
›› uam nominationem exiſtimo declarare, abſolutam
›› quandam, & omni pedeſtri minoratione liberam
›› anagogen: nullaque tyrannicarum diſſimilitudinũ
›› ullo modo eam inclinatam uniuerſaliter, liberaliter ſeueram dominationem, omni minutiuæ ſerui-
›› ti ſuperpoſitã: ſuperiorem ſubiectione omni, & re
›› motam ab uniuerſa diſſimulatione: & dominatio-
›› nis inceſſanter appetentem: & ad illius ipſius natu-
›› raliter ſubſiſtentis uirtutis ſimilitudinem, quantũ
›› poſſibile, & ſeipſam, & quæ poſt eam ſunt, optime,
›› & ſpecioſe conformantem: ad nullum uana uidentium, ſed ad proprie ὄν on uniuerſale cõuerſam: & dominicæ ſemper deiformitatis in participatione, ſecundum quod poſſibile eſt ipſi factam. Hæc omnia nominatio dominationum docet. In eo enim, quòd dominationes appellantur, hæc omnia, quæ de ipſis dicta ſunt, habere & facere ſignificantur. Hoc eſt, quod dicit. Exiſtimo manifeſtatiuam nominationem ſanctarum dominationum.i. nominationem, qua manifeſtatur, & declaratur earum uirtus, & excellentia, & dignitas: exiſtimo, inquit, illam nominationem declarare hæc omnia. Quæ omnia? Audi. Multa enim ſunt. Ideo dixi hæc omnia: quia multa ſunt ad nos: ſed pauca ad ipſas. Exiſtimo, inquit, ſanctarum dominationum nominationem declarare abſolutam quandam.i.liberam, & ab omni depreſſione alienam anagogen.i.excellentiam, ſiue ſublimitatem, uel ſurſumductionem earum, qua ad ſummum eleuantur, ut nulli infra ſummũ ſubijciantur. Et exiſtimo ipſam dominationem etiam declarare, eam ſcilicet anagogen, ſiue excellentiam ipſarum non eſſe inclinatam uniuerſaliter ullo modo.i.nullo modo omnino eſſe inclinatam ulla tyrãnicarum diſſimilitudinum.i. per ullam, ſiue ſecundum ullam tyrannicam diſſimilitudinem.i. ſecundum aliquam tyrannidem, quæ omnino ab earum dominatione diſſimilis eſt. Ac ſi diceret. Sicut per excellentiam uniuerſalem ſupra omnem ſubiectionem eleuantur: ita ad oppreſſionem ſubiectorũ per nullam tyrannidem inclinantur. Sequitur. Liberaliter ſeueram dominationem, omni minutiuæ ſeruituti ſuperpoſitam. A ſuperioribus (ſubaudiendum eſt) exiſtimo declarare nominationem dominationum, dominationem earum liberaliter ſeueram.i.benigne ſeueram. Seueritatem habentem in poteſtate, liberalitatem in benignitate. Seueram, quia a ſuperiori poteſtas exercetur, inferiori libertas non tollitur. Ideo liberaliter ſeueram dominationem, omni minutiuæ ſeruituti ſuperpoſitam.i. nõ ſubiectam alicui ad ſeruitutem, quæ libertatem imminuat. ſed ſuperiorem omni ſubiectione, & remotam ab uniuerſa diſſimilitudine.i. ab omni minoritate, ſiue imperfectione, quæ eam diſſimilem creatori ſuo efficiat, & inceſſanter appetentem dominationis.i. per ſimilitudinem dominationis, & conformitatem creatoris reſpicientem, ſiue tendentem, uel inhærẽtem, & conformantem ſe, & ea, quæ poſt eam ſunt: ut ſingula, quantum ſibi poſſibile eſt, diuinam uirtutem optime, & ſpecioſe imitentur. Propterea, inquit, exiſtimo declarare nominatione earum, dominationem conformantem ſe, & ea, quæ poſt eam ſunt, diuinæ uirtuti: & ad nullum uana uidentium, ſed ad proprie on uniuerſale conuerſam. Videntiũ ponit pro eo, quod dicere debuerat uiſorum: uſitatiſſimo græcorum more: quoniã a uerbo doKoumai, hoc eſt, uideo uel uideor, quoniam cõmune eſt, deriuatur: ut ſit ſenſus. Exiſtimo declarare conuerſam non ad aliquid eorum, quę uana uidentur.i.quæ per ſe conſiderata inania apparent, & tranſitoria. Sed conuerſam potius ad proprie on uniuerſale.i.conuerſam ad id, quod eſt proprie, & uniuerſale: ad Deum. ſ.cui & propriũ eſſe eſt, quia per ſe ſubſiſtit: & uniuerſale, quia omnibus eſſe tribuit. Sciendum uero ꝙ ὄν on apud græcos quando per τὸν μικρὸν per omicron.i.o breue ſeu paruũ, ſcribitur, neutrale eſt, & interpretatur quod eſt. Qñ

uero ὢν per ω τῶν μέγα. i. ω lõgum uel magnũ ſcribi
tur, maſculinum eſt, & interpretatur qui eſt. Oὐ er
go ipſe eſt creator omnium, & principium, qui eſt,
& quod eſt proprie in ſe, & uniuerſale ad omnia: ad
quod principium dominationẽ hanc conuerſam di
cit, & factam in participatione. i. participem effectã
dominicæ deiformitatis. i. diuinæ ſimilitudinis, quã
ſemper. i. immutabiliter retinet: factam dico ſe-
cundum quòd poſſibile eſt ipſi. Hactenus demon-
ſtrauit quid ſignificet nominatio dominationum:
nunc tranſit ut demonſtret quid ſignificet nomina
tio uirtutum. Sequitur. Ipſam uero ſanctarum uir-
» tutum fortem quandam, & incommutabilem uiri-
» litatem in omnes, ſecundum earum deiformitatem,
» operationes, ad nullam ſuſceptionem inditarum
» eis diuinarum illuminationum imbecilliter infir-
» matam, potenter in imitationem Dei reductam: nõ
» relinquentem ſuimet imbecillitate deiformem mo
» tum, ſed firmiter ferentem in ſupereſſentialem, &
» potentificam uirtutem, & ipſius imaginem uirtuti
» ſimilem, iuxta quod licet, factam, & ad ipſam qui-
» dem ut principalem uirtutem potenter cõuerſam.
» Ad ſecunda uero uirtutem dans & deiformiter pro
» uenientem. Ipſam, inquit, ſanctarum uirtutum (ſub
audiuit cognominationem) exiſtimo declarare quã
dam uirilitatem fortem, & incommutabilẽ in om-
nes operationes: uirilitatem, dico, inditam eis ſecũ
dum deiformitatem earum, quia in hoc ſimiles, uel
conformes Deo ſunt, ꝙ ad omnia agenda fortem, &
incommutabilem uirilitatem, ſiue uirtutem accipe
re meruerunt. Diuina ſiquidem uirtus & fortis eſt
ad agendum, ut non frangatur in difficultate alicu-
ius operis: & incommutabilis eſt ad perſeuerandũ,
ut non langueat, aut infirmetur, ſpatio diuturnita-
tis. In hoc ergo uirtutes deiformes ſunt, & ideo cõ
ſimiles ſunt quòd ad omnia agenda robur forte ha
bent, & incommutabile. Nec ſolum uirilitatem ha
bent fortem, & incommutabilem ad omnia agen-
da ſub ſe: ſed habent etiam uirilitatem, ſiue uirtutẽ
non infirmatam imbecilliter, ad illam ſuſceptionẽ
inditarum ei diuinarum illuminationum. Fortes. n.
ſunt in executione operum, fortes etiã ſunt in per-
ceptione donorum: quia uirtus eorum, etſi infirme
tur ad diuinam uirtutem comparata, non tamen in
firmatur ad diuinam conformata. Infirmatur condi
ditione ad capiendum totum, quod creatori pro-
prium eſt: ſed non infirmatur corruptione ad per-
cipiendum totum, quod creaturæ debitum eſt. Nõ
ergo imbecilliter infirmatur: quæ etſi uirtutem nõ
habeat creatori equalem: habet tñ fortitudinem
creaturæ ſufficientem. Propterea uirilitatem habet
fortem, & incommutabilem ad executionem fa-
ciendorum, & non infirmatam ad perceptionem
munerum: & reductam potenter, hoc eſt, conuerſã
ſiue reformatam in imitatione Dei, hoc eſt, ut Deũ
imitetur: reductam quidem per illuminationes, in
* imitationem per operationes. Et habent uirilitatẽ
non relinquentem deiformem motum aliqua im-
becillitate ſuimet. Deiformem motum uocat, quòd
ipſæ uirtutes cæleſtes inceſſabiliter mouentur, ut
Deum imitentur: uel deſuper ſcilicet appetendo ac
cipere, quod ille habet, ut idem ſint cum ipſo: aut
deorſum, faciendo quod facit, ut non recedant ab
ipſo. Sic itaque habent uirilitatem non relinquen-
tem deiformem motum: ſed per illum deiformem
motum firmiter ferentem ſe, et extollentem in ſu-
pereſſentialem, & potentificam uirtutem creatoris:
ac per hoc factam imaginem ſimilem uirtuti ipſius
creatoris, iuxta quod licet, hoc eſt, ſecundum quod
conceſſum eſt ipſis, uel poſſibile. In hoc enim, quòd
uirilitas illorum per deiformem motum in ſupereſ
ſentialem, & potentificam uirtutem creatoris ſuſtol
litur, eiuſdem diuinæ uirtutis imago & ſimilitudo
fieri comprobatur. Propterea, inquit, exiſtimo uiri
litatem illorum imaginem effectam ſimilem diui-
næ uirtuti, & conuerſam ad illam diuinam uirtutẽ,
utpote ad principalem uirtutem: ad ſecunda uero
uirtutem dans, & deiformiter prouenientem. Sic,
inquit, cognominatio uirtutum docet uirilitatem
eorum conuerſam ad ſuperiorem uirtutem Dei, ut
ab illa quaſi a prima deiformitatem accipiat: & do-
cet etiam eam prouenientem uel procedentem ad
ſecunda. i. ad ſubſequẽtes ordines, ut illis deiformi-
ter proueniat, dans eis uirtutem, & in ipſa uirtute
Dei conformitatem, ut ipſam deiformitatem, & a
ſuperiori accipiat, & inferioribus tribuat: accipiat
per donum, tribuat per exemplum. Sequitur.

Ipſam autem ſanctarum poteſtatum æquipoten »
tem diuinarum dominationum, & uirtutum bene »
ornatam, & inconfuſam circa diuinas ſuſceptiones »
ordinationem, & ordinum ſupermundanæ, & intel »
lectualis poteſtatis, non tyrannice in ea, quæ inferio »
ra ſunt, poteſtatiuis uirtutibus præcipitatæ, ſed po- »
tẽter in diuina poſt bene ordinatas reductæ, & poſt »
eam deiformiter reducentis, & ad potentificam cau »
ſalem potentiam, quantum fas eſt, aſſimilatæ: & eã, »
ut poſſibile, angelis reuelantis in bene ornatis per »
ipſam ordinibus poteſtatiua uirtute. Poſt cognomi »
nationem uirtutum tranſit ad cognominationem »
poteſtatum. Ipſam autem ſanctarum poteſtatum
(ſubauditur nominationem) exiſtimo declarare or
dinationem quandam illarum, æquipotentem diui
narum dominationum, & uirtutum. i. ęqualis potẽ-
tiæ cum dominationibus, & uirtutibus: ordinatio-
nem, dico, bene ornatam & inconfuſam circa diui-
nas ſuſceptiones. i. circa dona diuina ſuſcipienda:
quia dona Dei, quæ ad ornatum pulchritudinis ſpi
ritualis ſuſcipit, in ſuo gradu, & ordine humiliter
perſiſtens ſine confuſione cuſtodit. Exiſtimo etiam
ipſam nominationem poteſtatum declarare ordi-
natum, id eſt, ordinationem poteſtatis ſupermun-
danæ, & intellectualis: poteſtatis, dico, non pię-
cipitatæ tyrannice in ea, quæ inferiora ſunt, cuius
poteſtatiuis uirtutibus ideſt uiolenta fortitudine.
Sed potius reductæ, ſiue conuerſę potenter in diui
na poſt bene ordinatas. i. poſt uirtutes, quæ ante eã
ordinatæ ſunt: & poteſtatis, dico, reducentis dei-
formiter. i. ſecundum ſimilitudinem diuinam, quæ
poſt eam ſunt. i. illos ordines angelorum, qui poſt
eam ſubſequuntur. Sicut enim ipſa mediantibus ſu
perioribus ad ſimilitudinem Dei conuertitur: ita
mediante ipſa quę inferiora ſunt ad eandem Dei ſi-
militudinem reuocantur. Adhuc ſequitur. Poteſta
tes aſſimilatæ, quantum fas eſt. i. uel licitum, uel cõ-
ceſſum

ceſſum ad potentificam cauſalem potentiam: quia omnia poteſt, & cauſa eſt omnium. Et poteſtatis, dico, reuelantis, eam ſcilicet diuinam potentiam, quátum poſſibile eſt, angelis eam reuelare. Quomodo reuelantis? poteſtatiua uirtute. Vbi reuelantis? In ordinibus per ipſam bene ornatis, hoc eſt, in ſubſequentibus ordinibus, quos ornat, diuinam eis potétiam exemplo ſui reuelando. Sequitur. Has habens deiformes proprietates media cæleſtium animorũ diſpoſitio, purgatur quidem, & illuminatur, & perficitur, quemadmodum dictum eſt, a diuinis illuminationibus inditis ſibi ſecundo per primam Hierarchicam diſpoſitionem, & per mediam illam ſecunda manifeſtatione delatis. Media, inquit, diſpoſitio cæleſtium animorum, de qua ſcilicet hactenus tractatũ eſt, quę cóſtat dominationibus, & uirtutibus, & poteſtatibus: ipſa habens deiformes proprietates, has ſcilicet quas ſupra diximus, purgatur, & illuminatur, & perficitur: quemadmodum ſuperius dictum eſt de prima Hierarchia: purgatur, dico, a diuinis illuminationibus inditis ſibi ſecundo (ſub auditur loco) per primam Hierarchicam diſpoſitionem. Prima Hierarchica diſpoſitio in tribus primis ordinibus conſtat, id eſt, ſeraphim, cherubim, & thronis: quæ primo loco ab ipſa diuinitate diuinas ſuſcipit illuminationes: quibus illuminationibus poſtea ſecunda manifeſtatione per mediam illam ad ſecundam Hierarchiam delatis, ipſa ſecunda Hierarchia per eaſdem diuinas illuminationes ſecũdo loco purgatur, & illuminatur, & perficitur. Sequitur. Itaque per alium dictum uenientem in alium angelum auditum, ſymbolum faciemus a lóge ſuperperfectæ, & per proceſſionem occultæ in ſequentia perfectionis. Exemplo, & authoritate ꝓbat, quod dixerat: ſcilicet mediam diſpoſitionem angelorum illuminari a prima, ſiue per primam: hoc eſt, quod dicit. Symbulum faciemus, hoc eſt, exemplum, ſiue demóſtrationem perfectionis. i. diuinæ a longe ſuper omnia perfectæ: & occultæ per proceſſionem in ſequentia: quia cum in ſe occulta ſit, & inuiſibilis, per proceſſionem tamen exit, & manifeſtatur in ſequentia, id eſt, in eos, qui poſt ipſam primo loco ſunt immediate, ſiue ĩ eos, qui poſt illos ſequuntur. Huiuſmodi, inquam, perfectionis diuinę in ſe perfectæ, & occultæ, & tamen per largitionem gratiæ in ſequentia procedentis ſymbolũ faciemus, dictum, id eſt, dictionem, ſiue ſermonẽ per alium angelum prolatum, & poſtea uenientem in alium angelum, & ab eo auditum. In eo enim, quód alius angelus dixit, alius audiuit, alius doctrinam protulit, alius ſuſcepit: ſymbolum factum eſt, hoc eſt, demonſtratio, ſiue argumentũ, quod diuina perfectio per priores, & ſuperiores ad ſequentes, & inferiores participanda procedit. Nã ſapientes circa noſtras ſacras immolationes aiunt per ſeipſas lucentes diuinorum plenitudines, per alias contemplatiuarum participationum eſſe perfectiores. Ac ſi diceret. Non eſt mirum, ſi in angelis, alius docuit, alius docebatur: quando alius alio doctior eſt. Nam qui ſapientes ſunt circa ſacras noſtras immolationes. i. circa noſtra ſacrificia, ſiue ſacramenta: ipſi aiunt diuinorum plenitudines. i. illos angelos, qui pleni ſunt diuinis donis, ſiue illuminationibus, & per ſeipſos lucent, perfectiores eſſe participationum contemplatiuarum per alias: hoc eſt participationibus contemplatiuis per alios. Genitiuum enim poſuit pro ablatiuo. Qui, inquit, ſapientes ſunt, uel periti in noſtris ſacramentis, teſtantur, quòd illi angelici ſpiritus, qui per ſemetipſos diuinam immediate contemplationem ſuſcipiunt, perfectiores ſunt quàm cæteri, qui mediantibus ſuperioribus eandem participant contemplationem. Sequitur. Sic exiſtimo & angelicorum ordinum immediatam participationem primo in Deum extentorum perfectiorem eſſe per medietatem perfectorum. Quia, inquit, ſapientes hoc teſtantur, propterea & ego exiſtimo immediatam participationẽ angelicorum ordinum primo in Deum extentorũ: hoc eſt, illos angelicos ordines, qui primo loco, & principaliter in Deum extenti immediate ipſum participant: perfectiorem eſſe. i. perfectiores participatione eſſe perfectorum per medietatem: hoc eſt, perfectis participantibus per medietatem: hoc eſt, perfectiores eſſe quàm ii, qui perfecti ſunt aliis mediantibus. Sequitur. Propter quod & a noſtra ſacerdotali traditione perfectiuæ, lucificæ, & purgatiuæ uirtutes primi intellectus nominantur inferiorũ, tanquàm per ſe in omnium ſupeſſentiale principiũ reductorum: & myſticarum purgationum, & illuminationum, & perfectionum in participatione ſecũdum quòd eis fas, factorum. Ac ſi diceret. Quia ſuperiores ſpiritus perfectiores ſunt inferioribus, & conſequentibus, propterea a noſtra ſacerdotali traditione primi intellectus. i. ſupremi ordines angelorum uocantur perfectiuæ, & lucificæ, & purgatiuæ uirtutes inferiorum, quia per eos inferiores perficiuntur, & purgantur, & illuminantur: uirtutes nominantur inferiorum, utpote reductorum per ſe, hoc eſt, per ſeipſos in ſupereſſentiale principiũ omnium. i. Deum: & inferiorum, dico, factorum in participatione, quia participes facti ſunt, quantum eis fas eſt, myſticarum purgationum, & illuminationum, & perfectionum. Per ipſos itaque ſuperiores, per quos purgantur, & illuminantur, & perficiuntur. Sequitur. Hoc enim eſt omnino diuina ordinatione diuinitus promulgatum: per prima ſecũda diuinis participare illuminationibus: hoc, inquit, eſt diuinitus promulgatum, uel manifeſtatum omnino. i. uniuerſaliter de diuina ordinatione, ꝙ ſecunda ubique per prima participant diuinis illuminationibus. Sequitur. Inuenies autem hoc & multoties a theologis expreſſum: hoc, inquit, quod dico ſecunda per prima participare diuinis illuminationibus, inuenies tu expreſſum. i. manifeſte ſignificatum, & notatum in ſcripturis ſcilicet ſacris: a theologis, id eſt, iis, qui de diuinis ratiocinati ſunt, & ſcripſerunt. Sequitur. Quando enim diuina, & paterna humanitas Iſrael nutritiue pro ſacra eius ſalute corripiens, & ulciſcentibus, & immanibus nationibus in correptionem tradens omnigena prauiſſorum in melius traductione: & captiuitatem dimiſit, & ad priorem clementer reduxit beneficentiam: Vidit theologorum unus Zacharias unum primorum, ut exiſtimo, & circa Deum angelorum

,, gelorum(Communis enim ut dixi eſt omnibushęc
,, angelica cognominatio)ab ipſo Deo diſcentem de
,, hoc conſolatoria(ut dictum eſt)uerba. Alterum ue
,, ro ſubiectorum angelorũ in occurſum primi pro-
,, uenientem, tanquam ad illuminationis ſuſceprio-
,, nem,& perceptionem: deinde ab ipſo diuinum cõ-
,, ſilium tanquam a ſnmmo ſacerdore eruditum : Et
,, hoc docere theologum conuerſum, quoniam fru-
,, ctuoſe habitabitur Hieruſalem a multitudine ho-
minum. Probat exemplum, quod dixerat. In Zacha
ria propheta legitur, angelum mandato accepto a
Deo exiſſe,& angelo alieri ſibi occurrenti manda-
tum dediſſe, ut curreret,& prophetæ nnnciaret, ꝙ
adhuc abſque muris habitaretur Hieruſalem : boc
eſt enim, quod dicit. Quando diuina, & paterna bu
manitas, id eſt, pietas Dei paterna, outritiue corri-
piens, ideſt, more nutricij, qui paruulum filium ad
hoc flagellat, ut caſtiget, corripiens Iſrael flagello
Babylonicæ caprinitatis pro ſacra eius ſalute, ut ſci
licet dum corporaliter eum ad tempus exterius di-
ſperderet, interius ad ſanctitatem reparando ſalna
ret. Sic itaque pietas Dei paterne corripiens Iſrael,
& tradens eum in correptionem, ad hoc ſcilicet ut
corrigeretur, tradens eum nationibus, Chaldæis
uidelicer: nationibus dico, & ulciſcentibus,& im
manibus: quia & iniuriam Dei ultæ ſunt, & tamen
hoc non zelo iuſtitiæ, ſed crudelitatis ſurore ſece-
runt. Tradens dico traductione: ut ſcilicet traduce-
rentur de patria in exilium: de terra ſua in terram
alienam: de Hieruſalem in Babylooem : de uiſione
pacis in captiuitatem confuſionis: rraductione di-
co omnigena, ideſt uniuerſali, ſiue generali omniũ
prouiſorum in melius, hoc eſt, ad ſalutem prædeſti
natorum. Per hanc ſi quidem captiuitatem,& rediu
ctionem, quæ in uno populo corporaliter ſacta eſt
omnium electorum,& à captiuitate peccati liberã-
dorum forma demonſtrata eſt. Quando igitur diui
na pietas paterne tradens Iſrael tali traductione: po
ſtea & captiuitatem dimiſit, & ipſum Iſrael ad prio
rem beneficentiam clementer reduxit. Tunc uidit
unus Theologorum. Zacharias ſecundum unum
primorum angelorum, id eſt, unum de primis an-
gelis, boc eſt, unum de excellentibus, & ſuperiori-
bus,& circa Deum poſitis angelis. Dicit: unum de
primis, ut ego exiſtimo: nam theologia hoc non
dicit, quod ille nnus de primis fuerit. Sed egn exi-
ſtimo, quod ille unus de primis fuit, quia pręceptũ
ab alio priore non accepit: ſed mandatum ad ſecun
dum dedit. Ideo, inqnit, exiſtimo ego, quod ille u-
nus fuit primorum angelorum. Quomodo primo-
rum angelorum, cum angeli primi non ſint: quo-
niam qui ultimi ſunt, & infimi tantum angeli no-
minantur? Non inquit, ſic angelum dico. Sed ſecũ
dum hoc, quod communis eſt aliquãdo omnibus,
ſicut ſupra dictum eſt, hæc angelica cognominatio
nunc ſupremos ordines angelos uoco. Sic itaque u
nus Theologorum Zacharias uidit unum primo-
rum angelorum ab ipſo Deo diſcentem conſolato-
ria uerba, de hoc ſcilicet negocio captiuitatis,& re
ductionis Iſrael ut dictum eſt in prophetia ſcilicet
ipſius Zachariæ. Vidit etiam alterum ſubiectorum
angelorum in occurſum primi angeli prouenien-
tem ideſt exeuntem, uel præueniẽtem ideſt pręcur
rentem antequam uocetur tanquam paratum, &
deuotum per ſe ad ſuſceptionem,& perceptionem
illuminationis ſuæ, quam accepturus erat ab illo.
Deinde uidit ipſe Zacharias illum ſecundum ange
lum eruditum conſilium ab ipſo primo angelo tan
quam a ſummo ſacerdote: ut pote ſcilicet à ſupe-
riori, & ſacra dante: & uidit etiam eundem ſecun-
dum angelum poſtea cõuerſum, hoc docere Theo-
logum: hoc eſt conuerſum a primo angelo, cui in-
tendebat: ad theologum, boc eſt ad ipſum Zacha-
riam, ut eum doceret, hoc ſcilicet conſilium di
uinum, qnod ipſe didicerat a primo angelo: prim⁹
autem angelus à Deo: boc eſt autem conſilium, qđ
ipſe annunciauit: quoniam fructuoſe ideſt copioſe
habitabitur Hieruſalem a multitudine hominum.
Alia tranſlatio dicit. Abſque muris habitabitur Hie
ruſalem. Sub eodem utique ſenſu, pro eo quod poſt
interniciem captiuitatis diuina gratia populus ille
in tanrum multiplicandus foret, ut ambitu muro-
rum Hieruſalem habitantium multitudo includi
non poſſet. Sequitur. Alter autem Theologorum
Ezechiel: & ab ipſa, inquit, hoc ſacratiſſime promul
gatum eſſe cherubim ſuperfirmata glorioſiſſima di
uinitate. Alterius Theologi teſtimonio probat, qđ
dixit. ſ. qđ diuina cõſilia a primis angelis immedia-
te ſuſcepta: deinde p̃ inferiores angelos uſq; ad theo
logorũ animos deferũtur: hoc eſt, qđ ait. Alter theo ,,
logorũ Ezechiel. ſ. hoc cõſiliũ diuinũ ẽt ab ipſa glo ,,
rioſiſſima diuinitate, & ſup̃firmata ſacratiſſime p̃- ,,
mulgatũ eſſe cherubim: hoc inq̃t, Exechiel dicit, ꝙ ,,
diuinitas ipſa glorioſiſſima in maieſtate ſuperfirma ,,
ta in æternitate, cõſiliũ ſuũ cherubim ſacratiſſime
p̃mulgauit, uel reuelauit, a quibus poſtea conſeq̃n-
tibus eſt ordinibus manifeſtatũ amplius. Ipſum. ſ.
Iſrael(ut dictum eſt)dux exercitus humanitas, p̃ di- ,,
ſciplinas in melius traducens, Iuſtitia diuina corri- ,,
gẽtibus r̃ñdetur, correctos iuſtificauit. Humanitas, ,,
inquit. i. pietas, dux exercitus ſiue magiſtra exercita ,,
tionis, traducens ipſum Iſrael in melius p̃ diſcipli-
nas, noxios cõdẽnauit, correctos iuſtificauit, & hoc
. ſ. iudiciũ ex diuina iuſtitia r̃ñdetur corrigentibus
angelis, q̃ miſſi erant ad puniendũ: ꝙ idcirco diuina
pietas flagella induceret, ut reprobos condẽnaret,
correctos iuſtificaret. Vel ipſa diuina iuſtitia r̃ñde-
tur corrigẽtibus, ꝙ iuſtũ eſt, ut reprobi condemnẽ-
tur, correcti iuſtificẽtur. Vel corrigẽtibus Chaldęis
. i. p̃ſequẽtibus, p̃ quos Deus populũ ſuũ flagellauit,
& correxit, ex diuina iuſtitia r̃ñdetur, ut recipiãt ſi-
cut meruerũt: Iſraelitas aũt correctos diuina pietas
iuſtificauit. Hoc docetur primus poſt cherubim lũ ,,
bos ſaphiro p̃cinctus, q̃ podera iuxta ſymbolũ Hie- ,,
rarchicũ induebatur: hoc inq̃t diuinũ cõſiliũ con- ,,
demnationis & iuſtificationis docetur, primus poſt ,,
cherubĩ cõſtitutus q̃ induebatur podera iuxta ſym
bolũ Hierarchicũ. Quod eñ poſt cherubĩ qdã ap-
paruit lũbos ſaphiro pręcinctus,& podere indutus,
ſymbolũ erat Hierarchicũ. i. figura hierarchica: q̃a
hierarchia uiſibilib⁹ figuris utitur ad inuiſibiliũ de
mõſtrationẽ. Et non ſolũ ille, q̃ poſt cherubim pri-
mus erat, docetur diuinũ cõſiliũ, ſed etiam reliqui,
qui ſequuntur: boc eſt enim, quod ſubiungit. Reli-

quos

quos autem angelos,qui ſecures habebant, diuina
ordinatio imperat a priori doceri de hoc diuinum
,, iudicium.De hoc,ſcilicet conſilio,ſiue de hoc ope-
,, re diuina ordinatio imperat ipſi cherubī reliquos
,, angelos doceri ab eo, qui primus erat poſt cheru-
bim: ut eo ordine præceptum diuinum primum in
cherubim deſcenderet,deinde per cherubim ad eū
qui proximus erat podera indutus, per quem tan-
dem ad conſequentes angelos, qui cum ſecuribus
,, parati erant, ueniret.Sequitur.Ei quidem enim di-
,, xit mediam pertranſite Hieruſalem ,& dare ſignū
in frontes correctorū uirorum:uel ei,hoc eſt, che-
rubim dixit diuina ordinatio ,ut ille præciperet ſe
quentem ſe pertranſire mediam Hieruſalem &c.
Vel ei,hoc eſt,ſequēti poſt cherubim,per ipſum che
rubim dixit mediam pertranſire Hieruſalem &c.
Et non ſolum illi per cherubim perceptum dedit:
ſed alijs etiam poſt ipſum ſequentibus; hoc eſt,qđ
,, ſubditur. Alijs exire in ciuitatem poſt eum: & per
,, cutite;& nolite parcere oculis ueſtris.Ad omnes au
tem, ſuper quos eſt ſignum, ne appropinqueris.
Hæc autem omnia,quæ de uiſionibus propheticis
aſſumpta ſunt,ad hoc ualent,ut oſtēdatur,quod pri
mi & ſummi angeli ab ipſo Deo erudiuntur: ſecun
di a primis,tertii a ſecundis.Sequitur. Quid fortaſ-
ſis quis dixerit de dicente angelo ad Danielem, E
xijt ſermo:aut de ipſo primo ignem ex medio che-
rubim recipiente? aut, illud eiuſdem,quod abun-
dantius in ordinis angelici oſtenſionem: quoniam
& cherubim immittit ignem in manus sāctam ſto
lam induti: aut de uocante diuiniſſimum Gabrie-
lem, & dicente ei, fac illum intelligere uiſionem.
Aut quęcunque alia a ſacris theologis dicta ſunt de
cæleſtium Hierarchiarum deiformi ornatu,ad quē
noſtræ hierarchiæ ordinatio, ſecundum quod poſ-
ſibile eſt, aſſimilata, angelicam pulchritudinem,
quantum in characteribus habebit formata per eū
& reducta ad ſupereſſentialem ſimul omnis Hierar
chiæ. In his teſtimonijs propheticis, ſicut ſupra-
diximus, hoc ſolum probare intendit, quod in an
gelis alij alios docent: & inferiores a ſuperioribus
pręceptum,& doctrinam ſuſcipiunt; ſiue etiam cū
homines ab angelis erudiuntur, & inferiores a ſu-
perioribus cognitionem accipiunt. Quid enim di-
xerit quis,hoc eſt,aliquis,de angelo dicente ad Da-
nielem,niſi quod inferior a ſuperiore eruditur, &
doctrinam ſuſcipit?Aut etiam quid dixerit aliquis
de illo primo ſuperius poſt cherubim commemo-
rato podere induto,& ignem ex medio cherubim
recipiente:niſi hoc ſimiliter,ꝙ alius ab alio accipe
re oſtenditur, qđ per ſe habere non pōt? Aut quid
aliud eſt etiam illud eiuſdem.ſ.uiſionis, ſiue exem-
pli, quod abundantius eſt ſiue copioſius in oſten-
ſionem angelici ordinis,id eſt,ad oſtendendum, ꝙ
in angelis alijs alij ſuperiores ordines ordinati sūt:
ſicut dico, ꝙ cherubim immittit ignem in manus
ſanctam ſtolam induti: niſi manifeſte diſpenſatio
per alium in alium fieri demonſtratur?Illud quidē
in uiſione Ezechielis,de qua hoc ſumptum eſt,teſti
monium conijcitur magis,q̄ exponit:qm̄ ex eo ꝙ
primus ille poſt cherubim ſanctam ſtolam, ſiue po
dera indutus de medio cherubim ignem accipere
iubetur,eundem ignem ab ipſo cherubim non in-
conuenienter accepiſſe creditur. De hoc itaq; quid
dicere poterit aliquis, niſi ꝙ manifeſte oſtenditur
diuinā largitionem per alios ad alios tranſire? Aut
etiam de angelo uocante diuiniſſimum Gabrielē,
& dicente ei: fac illum intelligere† ſermonē: quid †uiſionē
dicere poterit aliquis, niſi quòd ſecūdū eiuſdem di
ſpoſitionis ordinationē diuinū præceptū per alios
ad alios deſcendit: & qui ſuperiores ſunt,inferio-
ribus imperant facienda, quemadmodum cogno-
ſcenda inſinuant? De his itaque, aut etiam de alijs
omnibus, quæcunque alia a ſacris theologis dicta
ſunt de cęleſtium Hierarchiarum deiformi ornatu,
quid aliquis dicere poterit, niſi quod ſupradictū
eſt? Ad quem, ſcilicet ornatum cæleſtium Hierar-
chiarum: noſtræ, id eſt, humanæ,ſiue eccleſiaſticæ
Hierarchiæ ordinatio aſſimilata,quantum ei poſſi-
bile (ſcilicet aſſimilati) ex ipſa ſimilitudine habe-
bit angelicam pulchritudinem quantum in chara-
cteribus,hoc eſt,figuris,& ſimilitudinibus.Quantū
enim modo habet in figura ſimilitudinis, tantum
poſtmodum habebit in celſitudine glorificationis.
Modo quidem characterem, & ſignum habet in fi-
gura: tunc rem, & ueritatem habitura in gloria.
Quidam characteres iſtos extranee interpretari co-
nati ſunt, in illa futura gloria beatitudinis ſupernæ
phantaſias quaſdam,& imagines errorum pro Deo
in contemplatione ſpeculantibus opponentes:Deū
in ſua ſubſtātia nulli unquàm uiſibilem aſſerentes.
Sed nos beatitudinem non expectamus in contem-
platione figurarū:quibus ueritas ipſa promiſſa eſt.
Noſtrę igitur Hierarchiæ diſpoſitio ad angelicū or
natū formata,quantum mō in characteribus,& fi-
gura habet ſimilitudinis, tantum poſtmodum ha-
bebit in gloria pulchritudinis.Modo quidem for-
mata per eum: hoc eſt, & ſecundum eum angelicū
ſcilicet ornatum, & mediante eodem ornatu ange
lico,reducta ad ſupereſſentialem ſimul omnis Hie-
rarchiæ,hoc eſt,reparata ad ſimilitudinem Dei,qui
eſt ſupereſſentialis omnis Hierarchiæ: quia ab eo
omnis Hierarchia non ſolum formam, ſed etiam
ſubſtantiam habet: quia omnem Hierarchiam ipſe
non ſolum inſtituit, ſed etiam creauit, ut poſt ipſū
eſſet ſimilitudine, ſub ipſo conditione.

*Titulus Capituli noni.*

## DE PRINCIPATIBVS, *archangelis, & angelis, & de ultima eorum Hierarchia.*

### LITERA Cap. IX.

REliquus nobis in contē
plationem ornatus,an
gelicas cōcludens Hie
rarchias a deiformi-
bus principibus,archā
gelis,& angelis diſpoſi
tas. Et primo quidem
dicere neceſſarium exiſtimo (ſecundum
quod

quod mihi poſſibile) ſacrarum earum cognominationum manifeſtationes. Manifeſtat enim ipſa quidem cæleſtium principũ illud deiformiter principale eductiuum cum ordine ſacro, & principalibus decentiſſimis uirtutibus, & ad ſuperprincipale principium eas uniuerſaliter conuerti, & alias hierarchicè ducere: & ad illud ipſum, quantũ poſſibile, formari princificũ principiũ, manifeſtareq; ſupereſſentialẽ eius ordinationem, ornatumque principalium uirtutum. ¶ Ipſa autem ſanctorum archangelorum æquipotens quidem eſt cæleſtibus principatibus. Eſt enim, & eorum, & angelorum (ut dixi) Hierarchia una, & diſpoſitio. Veruntamen quoniam quidem non eſt Hierarchia non & primas, & medias, & ultimas uirtutes habens, archangelorum ſanctus ordo communicatiuæ Hierarchicæ medietati extremorum recipitur. Etenim ſacratiſſimis principatibus communicat, & ſanctis angelis. Ipſis quidem quoniam ad ſupereſſentiale principium principaliter conuertitur, & ad ipſum (ut poſſibile) reformatur, & angelos unificat ſecundum bene ornatos eius, & ordinatos, & inuiſibiles ducatus. Iſtis uero, quòd & eis prophetico eſt ordini, diuinas illuminationes Hierarchice per primas uirtutes ſuſcipiens: & angelis eas deiformiter annuncians, & per angelos nobis manifeſtans ſecundum ſacram uniuſcuiuſque diuinitus illuminatorum analogiam. ¶ Ipſi enim angeli (ſicut prædiximus) completiuè conſummant omnes cæleſtium animorum diſpoſitiones, ſecundum quod conſummandum eſt: quippe in cæleſtibus eſſentiis habentes angelicam proprietatẽ: & magis apud nos angeli, quàm priores aptius nominati, quantum circa id, quod manifeſtius eſt, ipſis eſt Hierarchia, & magis circumornatus. Excellentiſſimam quidem enim (ut dictum eſt) diſpoſitionem tanquam ipſi occulto primitus ordinate proximantem, clam † formans exiſtimandum ordinare ſecundam: Secundam uero, quæ completur a ſanctis dominationibus, & uirtutibus, & poteſtatibus: ei, quæ eſt principibus, & archangelis, & angelis, Hierarchiæ præeſſe. Primam quidem Hierarchiam manifeſtius: eã uero, quæ eſt poſt eam, occultius: principatuum autem, & archangelorum; & angelorum manifeſtatiuam diſpoſitionem, humanis Hierarchiis per conſequentia præcipere: ut ſit per ordinem ad Deum aſcenſus, & conuerſio, & cõmunicatio, & unitas. Et quidem necnon a Deo omnibus Hierarchicis optime indita, & communicatiuè ſuperueniens, & cum ornatu ſacratiſſimo proceſſio. Inde theologia noſtram Hierarchiam angelis diſtribuit, principem Iudæorum populi Michaelem nominans, & alios gentium diuerſos. Statuit enim excelſus terminos gentium, ſecundum numerum angelorum Dei. Dan. 10. Si autem quis dixerit, & quomodo Hebræorum populus reductus eſt ſolus in diuinas illuminationes? Reſpondendum, quòd non angelorum rectas dominationes accuſari oportet: aliarum gentium in non exiſtentes deos errore, ſed illos ipſos propriis inflexionibus ex ea, quę eſt in diuinum, recta reductione recidentes amore proprio, & ſuperbia ipſis uiſorum diuinitus, & corrationaliter cultui. Hoc perhibetur & ipſe Hebræorum populus perpeſſus eſſe. Cognitionem. n. Dei Oſee. 4 repuliſti (ait) & poſt cor tuum exiſti. Neque enim coactam habemus uitam: neque per prouidentium propriam poteſtatẽ, diuina lumina prouidæ illuminationis reuelãtur: ſed intellectualium uiſionum diſſimilitudo ſuperplena paterna bonitate lucis donationem, aut omnino non participatam facit, ad earum reformationem non diſtributã: aut participationes facit differentes: paruas aut magnas, obſcuras aut claras, unius &, ſimplicis, & ſẽper eodẽ ſe modo habentis, & ſuperexpanſi fontalis radij. Deinde quia & alijs gentibus, ex quibus & nos reſpeximus in illud, omnibus paratũ in traditionẽ, & apertum diuini luminis, & magnum, & copioſum pelagus, nõ alienigen: quidã imperabant dij: unum autem omniũ principium, & ad ipſum reduxerunt: ſequentes ſecundum unamquamque gentem ſacerdotio fungentes angeli: Melchiſedech intelligendum ſummum ſacerdotem exiſtentem Dñõ amiciſſimũ exiſtentium, non exiſtẽtiũ, ſed uere exiſtentis excelſi Dei. Etenim ſic ſimpliciter Melchiſedech ipſi theoſophi nõ amicũ Dei tantũ, ſed & ſacerdotẽ uocauerunt: An ut ſapiẽtibus aperte ſignificarent, quòd non ſolũ ex eis in ipſum, qui uere eſt, Deum conuertit. Adhuc aũt & alijs ut ſummus ſacerdos educet ea, quæ eſt ad ueram, & ſolam diuinitatẽ reductione. Et hoc autẽ tuam

†formantem.

tuam ſumme ſacerdotalem intelligentiam admonebimus, quòd & Pharaoni apud ipſos Aegyptios imperante angelo, & Babyloniorum principi præſide proprio, omni prouidentia, & dominationis prouidum, & poteſtatiuum ſecundum diuiſiones diſtributum, & gentibus illis ueri Dei miniſtri duces ſtatuti ſunt formationum ab angelis uiſionis manifeſtatione, angelis continuo ſacris uiris Ioſeph, & Danieli ex Deo per angelos reuelatæ. Vnum enim eſt omnium principium, & prouidentia: & nullo modo exiſtimandum Iudæos quidem pleniter duxiſſe diuinitatem: Angelos autem ſpecialiter, aut æque honorabiliter, aut oppoſitis, aut deos quoſdam alteros imperare aliis gentibus. Sed & eloquium illud ſecundum ipſam ſacram intelligentiam accipiendum: non ut partiente Deo cum alteris dijs, aut angelis noſtrum ducatum, in Iſrael principatum, & gentis ducatum Iſrael contento. Sed ut ipſa quidem una ſimul, & excelſa prouidentia omnes homines ſalutariter propriorum angelorum reſtitutoriis manuductionibus diſtribuente, ſolo fere ultra omnes Iſrael in uiri Dei illuminationem, & cognitionem conuerſo. Vnde theologia quidem ipſum poſſediſſe Iſrael in ueri Dei famulatum ſignificans, facta eſt portio Domini ait. Oſtendens autem & eum uiritim cæteris gentibus diſtribuiſſe: cuidam ſanctorum angelorum in cognoſcendum per eum unum omnium principium Michaelem: dixit Iudaicum duxiſſe populum: aperte nos edocens unam eſſe omnium prouidentiam, ſimul omnib⁹ inuiſibilibus, & uiſibilibus uirtutibus ſuperesſentialiter ſupercollocatam: Omnes autem per ſingulas gentes imperantes angelos in ipſum, ut proprium principium ſequentes uoluntate eſſentiali quaſque uirtutes extendere.

---

## *EXPOSITIONIS IN NOnum Caput Diui Dionyſii Areopagitę de cæleſti Hierarchia: pars prima Lib. IX.*

Eliquus nobis in contemplationem ornatus, angelicas concludens Hierarchias a deiformibus principibus archangelis, & angelis diſpoſitas. Plana ſunt uerba. Ornatus, inquit, concludens angelicas Hierarchias, diſpoſitas a deiformibus principibus, archangelis, & angelis, eſt nobis reliquus. i. Reliquum nobis eſt nunc hoc, ut contemplemur ſiue conſideremus ornatum. i. pulchram diſpoſitionē angelicæ Hierarchię: quę quaſi concluſio eſt duarum præcedētium, & finis: in qua diſpoſiti ſunt tres ordines. i. principatus, angeli, & & archangeli. Sequitur. Et primo quidem dicere, neceſſarium exiſtimo, ſecundum quod mihi poſſibile, ſanctarum earum cognominationum manifeſtationes. Ego, inquit, exiſtimo neceſſarium eſſe, ut primum dicam manifeſtationes cognominationū earum, ut per interpretationem cognominationū manifeſtentur proprietates earum. Hoc igitur primum exiſtimat exponendum, quare in hac ultima hierarchia alii principes, alij archangeli, alij angeli nominantur: quia ex ipſa diſcreta cognominatione proprietates ſingulorum manifeſtantur: hoc eſt, qđ ſubdit. Manifeſtat enim ipſa quidem cęleſtiū principum illud deiformiter principale eductiuum cum ordine ſacro, & principalibus decentiſſimis uirtutibus & ad ſuperprincipale principium eas uniuerſaliter conuerti, & alias hierarchice ducere: & ad illud ipſum, quantum poſſibile formari principificum principium: manifeſtareque ſupereſſentialem eius ordinationem, ornatumq; principalium uirtutum. Exponit quid ſingulares cognominationes in hac Hierarchia ultima ſignificēt: & primum de cognominatione principatuum tractat, oſtendens quod ipſa ſcilicet cognominatio manifeſtat illud principale eductiuum, hoc eſt, illum principalem ducatum, quem habent, deiformiter, hoc eſt, ad ſimilitudinem Dei. quia ſicut Deus unus, & ſūmus princeps eſt omnium: ita ipſi principes, & duces ſunt ſubiectorum angelorum, & hominum. Hunc itaque ducatum ipſa cognominatio manifeſtat cum ordine ſacro, & principalibus decentiſſimis uirtutibus, qa ipſū ducatū & ex ordine ſacro, habēt. & ex principalibus uirtutibus. Quia qđ duces, & principes aliorū ſunt, & ex eo hēt, qđ ad hoc ex officio ordinati ſunt, & ex hoc, qđ principalibus uirtutibus cæteris excellentiores exiſtunt. Sequitur. Et ad ſuperprincipale principium eas uniuerſaliter conuerti; hoc, inquit, etiam manifeſtat cognominatio principum, eas ſcilicet uirtutes, quas ipſi habent: uniuerſaliter conuerti ad ſuperprincipale principium, hoc eſt, Deum. Et ſignificat etiam ipſa eorum cognominatio, alias ſcilicet uirtutes, uel aliorum uirtutes ducere ad illud ipſum principificū principiū, quantū poſſibile eſt, eas ſcilicet uirtutes formari ad illud, uel conformari illi: ducere, dico, Hierarchice, id eſt, ſecundum modum, & menſuram prælationis ſuæ. Suas enim uirtutes ad principium ſuum ducunt, uniuerſaliter conuertendo; aliorum uirtutes ad principium ſuum ducunt Hierarchice præcedendo: quia tantum ducere habent, inquantum præcedere, uel præeſſe debent. Ideo hierarchice ducunt, quia in eo, in quo prælati non ſunt, recte duces eſſe non poſſunt. Hoc itaque manifeſtat eorum cognominatio, quod ſcilicet principatum habent ad ſimilitudinem Dei ex officio, & uirtutē: & quòd ad principium ſuum, & ſuas uirtutes conuertunt, & aliorum,

rum uirtutes ducunt Manifeſtat etiam eorum cognominatio ornatum ipſarum principalium uirtutum, hoc eſt, ipſorum principatuum diſpoſitionem, manifeſtare ſupereſſentialem ordinationem eius principij primi. Ex ipſa quippe cognominatione principatuum innuitur, quod in eorum prælatione primus principatus manifeſtatur: quia ipſum principando & imitantur, & manifeſtant. Sequitur. Ipſa autem ſanctorum archangelorum æquipotens quidem eſt cæleſtibus principatibus. Eſt enim & eorum, & angelorum (ut dixi) hierarchia una, & diſpoſitio. Ipſa (ſubauditur) cognominatio ſanctorum archangelorum, æquipotens eſt, id eſt, ęquam potentiam, uel æqualem potentiam ſignificat cæleſtibus principatibus: quia una Hierarchia eſt, & una diſpoſitio trium ordinum: hoc eſt, & angelorum, & eorum .ſ. archangelorum & principatuum. Et licet ex eo, quod una eſt hierarchia, una eſt & æqualis poteſtas trium: tamen quia nulla hierarchia eſt, quæ non habeat, & primos, & medios, & ultimos ordines: ideo archangeli inter principatus, qui primi ſunt: & angelos, qui ultimi ſunt, medio loco conſtituti: utrorumque participant proprietatem: Hoc eſt, quod dicit. Veruntamen quoniam quidem non eſt hierarchia, non & primas, & medias, & ultimas uirtutes habens, archangelorum ſanctus ordo communicatiue hierarchiæ medietati extremorum recipitur. Quoniam, inquit, non eſt hierarchia aliqua, quę non habeat & primas, & medias, & ultimas uirtutes: ideo ſanctus ordo archangelorum recipitur communicatiue medietati Hierarchiæ extremorũ: hoc eſt, recipitur, ut in medietate ſit extremorum communicans hierarchiæ, id eſt, ſacræ poteſtati illorum, uel hierarchicæ medietati recipitur: hoc eſt, ad poſſidẽdam hierarchicam medietatem, quę communicatiua eſt extremorum: hoc eſt, quod ſequitur. Etenim ſacratiſſimis principatibus communicat, & ſanctis angelis. In quo autem utriſque communicet, ſubſequenter oſtendit dicens. Ipſis quidem, quia ad ſupereſſentiale principium principaliter conuertitur, & ad ipſum, ut poſſibile, reformatur: & angelos unificat ſecundum bené ornatos eius, & ordinatos, & inuiſibiles ducatus. In hoc, inquit, participat archangelorum ordo cum principatibus in eadem uirtute, quia conuertitur ad ſupereſſentiale principium ſuum, & reformatur ad ipſum, quantum poſſibile eſt ſibi: & quia etiam unificat, hoc eſt, ad unitatem eiuſdem principij colligit, angelos poſt ſe ducendo ſecundum ducatus inuiſibiles, & ordinatos, quibus illos ſubiectos, & ſequentes ducere habet. In hoc ergo archangelorum ordo uirtuti principatuum communicat, quod ad ſimilitudinem, ſiue imitationem illorum ad primum principium ſuum & ſe cõuertit, & ſequentes ſe colligit. Et non ſolum principatibus ſuprapoſitis, ſed etiam angelis infra conſtitutis communicat ipſe ordo archangelorum, hoc eſt, quod ſubdit. Iſtis uero, quód & eis prophetico eſt ordini diuinas illuminationes hierarchice per primas uirtutes ſuſcipiens: & eas angelis deiformiter annuncians: & per angelos nobis manifeſtans ſecundum ſacram uniuſcuiuſque diuinitus illuminatorum analogiam. Illis, inquit, id eſt, principatibus communicat, ſicut ſupra diximus ordo archangelorum. Iſtis uero, id eſt, angelis in hoc communicat, quòd eis & prophetico eſt ordini, id eſt, ordo propheticus, & ad prophetandum ordinatus, prophetans eis utpote inferioribus diuina ſecreta, diuinas quidẽ illuminationes ſuſcipiens per primas uirtutes, hoc eſt, per principatus, qui priores, & ſuperiores ſunt: ipſe ſuſcipiens, dico, hierarchice, hoc eſt, ſecũdum quòd ordo, & diſpoſitio hierarchica expoſcit: ut ſcilicet inferiores a ſuperioribus ſuas illuminationes ſuſcipiant. Suſcipiens, dico, & annũcians eas, ſcilicet illuminationes, quas a ſuperioribus ſuſcipit, angelis inferioribus: annuncians autem deiformiter: ut in hoc, quod à ſuperioribus ſuſcipit, hierarchicam diſpoſitionem cuſtodiat: in hoc uero, quod inferioribus tribuit, à Dei conformitate non recedat, qui ſummus omnium uniuerſis ſubiectis ſua dona participanda largitur. Illuminationem quippe à ſuperiori ſuſcipere hierarchicum eſt: inferiori autem dare diuinum. Ac per hoc ordo archangelicus medio conſtitutus ſecundum diſpoſitionem hierarchiæ & ſuperioribus & inferioribus participat, diuinas illuminationes a ſuperioribus ſuſcipiens principatibus, & angelis inferioribus eas annuncians: & per angelos nobis quaſi poſtremis & infimis eaſdem diuinas illuminationes annuncians ſecundum ſacram uniuſcuiuſque diuinitus illuminatorum analogiam: hoc eſt, ſecundum modum, & menſuram capacitatis uniuſcuiuſque noſtrum ad eandem diuinam illuminationem percipiendam: uel annuncians nobis per angelos ſecundum ſacram analogiam uniuſcuiuſque illorum, ſcilicet angelorum diuinitus illuminatorum: id eſt, intantum per unumquemque diuinam illuminationem annunciant, inquantum unuſquiſque aptus eſt ad eam capiendam in ſe, & annunciandam alijs per ſe. Sequitur. Ipſi enim angeli (ſicut prædiximus) completiue conſummant omnes cæleſtium animorum diſpoſitiones, ſecundum quod conſummandum eſt. Ac ſi diceret. Congrue nobis ordo archangelicus per angelos diuinas illuminationes annunciat: quia ipſi angeli in cæleſti diſpoſitione ultimi ſunt, & hominibus proximi: & in eis complentur, ſiue terminantur, & conſummantur omnes diſpoſitiones, ſiue ordines cæleſtium animorum, hoc eſt, angelorum. ita ergo angeli omnes cæleſtes ordines conſummant, ſecundum quod conſummandum eſt, ut ſubaudiatur de eis: uel ut expreſſius dicatur, ſecundum quod conſummandi ſunt ipſi ſcilicet ordines angelorum. Quomodo autem perficiãt, aut conſumment ipſi angeli cęleſtes ordines, ſubiũgit dicens. Quippe in cæleſtibus eſſentiis habentes angelicam proprietatem, & magis apud nos angeli quàm priores aptius nominati, quantum circa id, quod manifeſtius eſt, ipſis eſt hierarchia, & magis circumornatus. Non, inquit, mirum eſt ſi in eis cęleſtes ordines terminantur: q̃a inter oẽs cæleſtes eſſentias eorum proprium eſt nobis diuina ſecreta nunciare: & in hoc habent angelicam proprietatem,

quod eorum proprium eſt nuncios eſſe nobis : & idcirco apud nos aptius angeli nominati ſunt magis, quàm priores ſiue ſuperiores: inquantum uidelicet ipſis eſt hierarchia, id eſt, poteſtas, uel officium circa id, quod manifeſtius eſt nobis, & inquantum etiam ipſorum ornatus, ſiue diſpoſitio, uel ordo magis circum, id eſt, circumſcriptibilis eſt, & intelligibilis nobis propter miniſterium uiſibilibus appropinquans. Ideo eis magis eſt circumornatus, hoc eſt, cognoſcibilis, uel comprehenſibilis ordo, quia nobis proximus. Sequitur. Excellentiſſimam quidem enim ( ut dictum eſt ) diſpoſitionem tanquam ipſi occulto primitus ordinate proximantem clam †formans exiſtimandum ordinare ſecundam. Secundam uero, quæ completur a ſanctis dominationibus, & uirtutibus, & poteſtatibus: ei, quæ eſt principibus & archangelis, & angelis, hierarchiæ præeſſe. Primam quidem Hierarchiam manifeſtius: eam uero quæ poſt eam, occultius. Principatuum autem, & archangelorum, & angelorum manifeſtatiuam diſpoſitionem, humanis Hierarchiis, per conſequentia percipere: ut ſit per ordinem ad Deum aſcenſus, & conuerſio, & communicatio, & unitas. Exiſtimandum eſt, inquit, excellentiſſimam diſpoſitionem, hoc eſt, ſupremam Hierarchiam, tanquàm primitus, id eſt, principaliter approximantem ipſi occulto, id eſt, Deo: ordinate ſecundam, clam, id eſt, occulte, uel incomprehenſibiliter formans eam. Secundam uero hierarchiam, quæ completur a ſanctis dominationibus, & uirtutibus, & poteſtatibus, exiſtimandum eſt præeſſe ei, ſcilicet hierarchiæ, quæ ex principatibus, & archangelis, & angelis: & exiſtimandum eſt primam quidem hierarchiam, hoc eſt, ſupremam, percipere manifeſtius diuinas illuminationes, uel manifeſtius præeſſe tertiæ: eam uero, quę poſt eã eſt, hoc eſt, ſecundam, occultius ſcilicet præeſſe. Diſpoſitionem autem, id eſt, hierarchiam principatuum, & archangelorum, & angelorum manifeſtatiuam, id eſt, notam, & notificantem, exiſtimandum eſt præcipere humanis hierarchiis per conſequentia, hoc eſt, conſequenter poſtquam ei a ſuperioribus præceptum fuerit: ut ſic ſit per ordinem ad Deum aſcenſus, & conuerſio, & communicatio, & unitas, id eſt ut humanæ mentes per inferiorem hierarchiam ad mediam, & de media ad ſupremam conuerſæ, aſcendant ad illud unum cõmunicandum, quod Deus eſt. Sequitur. Et quidem necnon a Deo omnibus hierarchicis optime indita, & communicatiuè ſuperueniens, & cum ornatu ſacratiſſimo proceſſio. Tali inquit ordine unum bonum ab omnibus communicatur, a Deo procedens in omnes hierarchicos ordines, ut eos ornet ſuperueniens eis, & inditum per communicationem. Hoc eſt, quod ait. Et quidem necnon, id eſt, etiam, proceſſio fit a Deo illius ſummi uidelicet boni, omnibus hierarchicis, ſubauditur, ordinibus optime indita: eis ſuperueniens communicatiuè, hoc eſt, ad communicandum, & cum ornatu ſacratiſſimo. In hoc enim magnus eſt ornatus diuinæ diſpoſitionis, quòd cum unum bonum omnes participent, non uno tamen modo communicandum prouenit: ſed per alios alii illud percipiunt, & rurſum aliis poſt ſe communicandũ præbent. Quemadmodum in illis ſpiritibus prima hierarchia ſecundę, ſecunda tertiæ, tertia noſtræ, id eſt, humanæ, diuinas illuminationes communicandas præbet: hoc eſt, quod ſubſequenter adiungit, dicens. Inde theologia noſtram hierarchiam angelis diſtribuit principem populi Iudæorum Michaelem nominans, & alios gentium diuerſos. Inde ait, hoc eſt, propterea, quia inferiores a ſuperioribus reguntur: theologia id eſt, diuina ſcriptura, diſtribuit noſtram hierarchiam angelis regendã, nominans Michaelem principem populi Iudæorũ, & alios angelos diuerſos principes gentium ſcilicet nominans: ſicut in Daniele principem Perſarum, & principem Græcorum nominatum legimus. Et non ſolum in illis teſtimoniis probatur angelos principari hominibus: Sed etiam alibi teſtatur ſcriptura dicens. Statuit excelſus terminos gentium ſecundum numerum angelorum Dei. Terminos, hoc eſt, diuiſiones, ſiue diſtributiones gentium ſtatuit Altiſſimus iuxta numerũ angelorum Dei: quia numero angelorum numerum gentium aptauit, ut ſingulis gentibus ſinguli angeli præeſſent: quamuis quia ſecundum aliam tranſlationem ibi non angeli, ſed filii Dei nominantur: aliud aliquid ſignificatum uideatur. Sequitur. Si autem quis dixerit: & quomodo Hebræorum populus reductus eſt ſolus in diuinas illuminationes? Reſpondendum, quòd non angelorum rectas dominationes accuſari oportet, aliarum gentium in non exiſtentes deos errore: ſed illos ipſos propriis inflexionibus ex ea, quę eſt in diuinum, recta reductione recidentes amore proprio, & ſuperbia, ipſis uiſorum diuinitus, & corrationabiliter cultui. Ac ſi diceret: Miſum quidem uidetur. Si quis (ait) miratur, cur boni angeli illas gentes: quibus præfuerunt a cognitione ueri Dei recidere paſſi ſunt: Reſpondendum, hoc culpa angelorum factum non eſſe: & quòd nõ oportet accuſari rectas dominationes angelorum pro errore gentium aliarum, quę non fuerunt ex Iſrael, in deos non exiſtentes, id eſt, quia errando illos coluerunt, qui non erant dii: Sed illos ipſos propriis inflexionibus, id eſt, propria uoluntate recidentes a recta reductione, id eſt, cognitione, per quam homo reducitur in diuinum, ut crederent deos, qui non erant dii. Illos, inquam, ipſos accuſandos, qui propria uoluntate, inquantum liberi arbitrii erant, a ueritate in errorem lapſi ſunt: & hoc ex amore proprio, quia ſeipſos amauerunt pluſquam Deum, & ſuam gloriam quærebant, & ideo ſuperbi erant: & ex ſuperbia uiſorum ipſis diuinitus, id eſt, eorum, quæ ipſis reuelata ſunt diuinitus, & quæ reuelata ſunt eis etiam corrationabiliter cultui ſcilicet diuino, id eſt, ex quibus rationabiliter, uel probabiliter intellexiſſe potuiſſent, quemadmodum Deum colere deberent. Quia, ſicut dicit Apoſtolus, cum cognouiſſent Deũ, non ſicut Deum glorificauerunt: ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis. Dicentes enim ſe eſſe ſapientes ( ecce ſuperbia ) ſtulti facti ſunt: & obſcuratum

†forma

Dan. 10.

Rom. 1.

ratum eſt inſipiens cor eorum (ecce error in non exiſtentes deos.) quia ſeruierunt potius creaturæ quàm creatori, qui eſt benedictus in ſecula. Vel diuinitus, & corrationabiliter retribuente ſubauditur eis Deo: hoc eſt, ſapienter, & condigne cultui: hoc eſt, ſicut decebat cultores falſorum, ſcilicet deorum uiſorum ipſis, hoc eſt, qui ipſis uidebãtur dii, & non erant. In hoc enim ſapienter, & rationabiliter retribuit eis Deus: quod ſicut dicit Apoſtolus, quia Deum non probauerunt habere in notitia, tradidit eos Deus in reprobum ſenſum, ut faciant quæ non oportet in ſemetipſis. In ſemetipſis enim puniendi fuerant, qui in ſemetipſis peccauerant. Sequitur.

Hoc perhibetur & ipſe hebræorum populus perpeſſus eſſe, hoc ſcilicet, quod a cultu Dei receſſit, ſicut & aliæ nationes receſſerant in culturam idolorum: uel hoc, id eſt, uindictam diuinam conſimilem, quia ſimiliter à cultu Dei receſſit, & cognitionem Dei abiecit. Ait enim diuina uox ipſi Iſrael. Cognitionem Dei repuliſti: & poſt cor tuum exiſti. Relicto ſcilicet Deo, qui intus pura mente colitur. Exiſti foras per amorem uiſibilium, quo te cor tuum. i. deſiderium, & uoluntas praua diſtrahebat. In quibus omnibus liberi arbitrij poteſtas apparet, quia ſine coactione homo, ſiue ad bonum adiutus, ſiue ad malum permiſſus, propria uoluntate inclinatur: hoc eſt, quod ſequitur. Neq; enim coactam habemus uitam. Voluntas enim rationali creaturæ dari poteſt libera, ſed cogi omnino non poteſt. Et ſicut in noſtra poteſtate non eſt, ut diuinæ illuminationis donũ nobis offeratur, ita non niſi in noſtra poteſtate eſt, ut oblatum ſuſcipiatur. Nam aliquando & cum nolumus offertur, ſed nunquã ſuſcipitur, niſi cum uolumus. Et cum uolumus, quidẽ à Deo uolumus: quia donum Dei eſt uoluntas bona. Cum autem nolumus, a nobis nolumus: quia nolle nihil aliud eſt quam non uelle: quod deſertio boni eſt ad non eſſe, & nihil: quod ſine ipſo factum eſt. Itaque diuina lumina prouidæ illuminationis: qui per ea Deus prouide illuminat: Illa quidem non reuelantur per propriam poteſtatem prouidentium: id eſt, eorum, qui ex eis acceptis prouidentes fiunt: uel prouiſorum, id eſt, eorũ, qui prouiſi ſunt, uel prædeſtinati à Deo ad illa accipiẽda. Notandum, quod ubi nos, reuelantur, habemus, alia litera habet, obcæcantur: quæ licet diuerſa ſint, ad eãdem tamen ueritatem aſtruenda pertinent: ut ſcilicet oſtendatur, quod utrum diuina lumina reuelentur, id eſt, manifeſtentur, an obcæcentur, id eſt, abſcondantur, & occultentur, non in poteſtate accipientium, ſed in arbitrio dantis conſtat. Sed tamen quamuis ipſa manifeſtatio, uel occultatio in eorum poteſtate non ſit: ſuſceptio tamen nunquam fit, niſi cum eorum uoluntate, quia rationale bonum eſt quod non poteſt, niſi a cognoſcente, & uolẽte percipi. Igitur aut praua uoluntate fit, ut omnino repellantur: aut differentia bonæ uoluntatis, ut diſſimiliter participẽtur: hoc eſt, quod dicit. Sed intellectualium uiſionum, hoc eſt, ſpiritualium oculorũ, rationalium ſcilicet mẽtium, diſſimilitudo facit donationem lucis uenientem. ſ. de ſuperplena, hoc eſt, de ualde plena, & excellenter plena paterna bonitate: illa, inquam, donationem facit ipſa diſſimilitudo, aut omnino non participantem, & non diſtributam ad earum. ſ. uiſionum reformationem: aut facit participationes differẽtes, hoc eſt, paruas aut magnas, obſcuras aut claras, unius fontalis radii, & ſimplicis, & ſemper eodem modo ſe habentis, & ſuperexpanſi. Radius enim diuinæ illuminationis a fonte boni deſcendens in ſe unus, & ſimplex, & ſemper eodem modo ſe habens, cunctis rationalibus mentibus ſuperexpanditur, & ab eis nõ ſecundum ſuam ſimplicitatem, ſed ſm illarum diuerſitatem differenter participatur. Aut enim prauę ſunt, & omnino illam repellunt, & faciunt, ut nullo modo participetur, neque diſtribuatur ad earum reformationem: aut diſſimiliter bonę ſunt, & differẽter eũ ſuſcipiũt. Sequitur. Deinde quia & aliis gẽtibus, ex quibus & nos reſpeximus in illud, oĩbus paratũ in traditionẽ & apertũ diuini luminis, & magnũ, & copioſũ pelagus: nõ alienigenę quidẽ imperabant dij: unum aũt omniũ principiũ: & ad ipſum reduxerunt ſeqñtes ſm unãquamque gentem ſacerdotio fungentes angeli. Ac ſi diceret. Quòd gentibus boni angeli p̃lati fuerint, non ſolum ex eo probari poteſt, ꝙ altiſſimus terminos populorum cõſtituiſſe dr̃ iuxta numerum angelorum Dei: Sed ex eo ẽt, quòd ipſis gẽtibus non alienigenæ dij ab initio imperabant, ſed unus Deus. Probabile. n. eſt oĩno, quod bonus Dominꝰ in republica ſua bonos ſub ſe miniſtros cõſtituerit: quorũ miniſterio & hoc poſtea factum eſt, ꝙ nos, qui ex gẽtibus credidimus, reſpeximus per fidẽ ad Deum, & ad plenitudinem illuminationis eius, reducti per eos: quod utiq; nõ feciſsẽt, ſi boni non fuiſſent: hoc eſt, qd dicit. Deinde etiam ex hoc probari põt, ꝙ boni angeli prælati fuerunt gentibus: quia ſcilicet ipſis aliis gentibus, quę non fuerunt ex Iſrael, ex quibus gentibus & nos, qui poſtea credimus reſpeximus, cõuerſi per fidẽ in id magnum, & copioſum pelagus diuini luminis, qd paratũ eſt, & apertum omnibus in traditionem, ſiue largitionẽ: quia largitur ſe, & tradit omnibus uolentibus, & deſiderantibus illud accipere. Illis uidelicet gentibus non imperabant alienigenæ quidam dii, quamuis hoc uideri poſſet, quia idola coluerũt, & falſos deos adorauerũt. Sed unus Deus illis imperabat, & dominabatur: quia ſicut eſt unum principium omniũ, a quo ſunt omnia: ita eſt unus dominus, & rector, ſub cuius poteſtate conſtituta ſunt uniuerſa. Qui ſicut in ſeipſo bonus eſt, ita miniſtros bonos ſub ſe rectores, & duces angelos conſtituit: & illi angeli reduxerunt nos ſequentes per fidem, ad ipſum principium noſtrum. Reduxerunt, dico, ſecundum quod erant ſacerdotio. i. ſacra prælatione fungẽtes ſecundum unamquamque gentem, hoc eſt, unuſquiſq; ex ea gẽte, in qua ſacerdotio, id eſt, ſacra poteſtate fungebatur: ad fidem cõuertit eos, qui crediderunt, & ad principium ſuum reſpexerunt. Sequitur. Melchiſedech, intelligendum, ſummum ſacerdotem exiſtẽtem Domino amiciſſimum exiſtentium, non exiſtẽtium, ſed uere exiſtentis excelſi Dei. De angelorum miniſterio, & officio tractans ſubito de Melchiſedech narrationem inducit: non quia, ut quidam pu

etauerunt,angelum ipſum fuiſſe,ant per hoc eius ſa
cerdotium inter miniſteria angelorum comme-
morandũ exiſtimet: Sed ut oſtendat,quod non ſo
lum angelorum,ſed etiam ſanctorũ,& Deo place n
tium hominum,alijſque hominibus in ijs, quæ di-
uina fuerunt præpoſitorum opere, & miniſterio
factum ſit,ꝙ increduli ex gentibus ad fidem,& cul
tum ueri Dei conuerſi ſunt.Secundum hunc itaq;
modum,quo angeli ex officio prælationis ſuæ ſa-
cerdotio functi ſunt in gentibus,ad fidem ueri Dei
conuertentes,intelligendum eſt Melchiſedech ſũ-
mum ſacerdotem fuiſſe exiſtentem Domino ami-
ciſſimum omnium exiſtentium,immo potius non
exiſtentium,ſed uere exiſtentis excelſi Dei. Litera
perplexa eſt.Senſus autẽ hic eſt. Quia dixerat Mel-
chiſedech Dño fuiſſe amiciſſimum omnium exiſtẽ
tium,quaſi corrigens dictum ſuum, quia eos, qui
uere non ſunt exiſtentes, dixerat, ſubiungit, non
Eſa. 40. exiſtentium:ſecundum quod ſcriptum eſt. Omnes
gentes quaſi non ſint, ſic ſunt coram eo. Et quaſi
quæreretur:quis ergo exiſtat:ſubiungit. Solus ex-
celſus Deus,qui ueram habet exiſtentiam.Quòd au
tem non ait uere exiſtens excelſus Deus, ſed uere
exiſtentis excelſi Dei, propter ſimilitudinem præ-
cedentis uocis factum eſt:ut per eundem caſum re
ſponderet non exiſtentium,ſed uere exiſtentis ex-
celſi Dei. uel ſic legi poteſt.Melchiſedech exiſtentẽ
Dño amiciſſimum omnium exiſtentium, intelligẽ
dũ eſt fuiſſe ſacerdotem non quorumlibet exiſten
tium,ſed excelſi Dei uere exiſtentis:ſicut ſcriptum
Gen.1 4. eſt.Erat.n.ſacerdos Dei altiſſimi.Et ſequitur. Eteni
ſic ſimpliciter Melchiſedech ipſi theoſophi non a-
micum Dei, ſed & ſacerdotem uocauerunt. Bene,
quit,dixi Melchiſedech ſacerdotem intelligendũ:
quia theoſophi.i.diuina ſcribentes non ſic ſimpli-
citer amicum tantummodo Dei,ſed etiam ſacerdo
tem uocauerunt.Et quare ſacerdotem uocauerũt,
ſubiungit dicens. An ut ſapientibus ſignificarent
aperte,ꝙ non ſolum ex eis in ipſum, qui uere eſt,
Deum conuertit? Adhuc autem & aliis ut ſummus
ſacerdos educet ea,quæ eſt ad ueram,& ſolam diui
nitatem reductione. Quod inquit, Melchiſedech,
qui de Iudæis non erat, non ſolum amicum Dei,
ſed etiam ſacerdotem Dei uocauerunt:an ideo hoc
fecerunt? utique ſic ideo hoc fecerunt,ut ſapienti-
bus aperte ſignificarent,ꝙ nõ ſolũ ex eis,i.ex Iſrael,
qui ſoli tunc ad cognitionem diuinam reducti; &
conuerſi uidebantur, conuertit in ipſum Deum,
hoc eſt,ad fidem,& cognitionem ipſius Dei,qui ue
re eſt.Sed etiam ex alijs gentibus multos educet de
tenebris ignorantiæ,uidelicet ea reductione, quæ
eſt ad uerã,& ſolã diuinitatem,hoc eſt, ad cognitio
nẽ Dei.Non ꝙ ipſe Melchiſedech aliquos ex Iſrael
conuertiſſe legatur,qui necdum populus erat,niſi
forte Iſrael in patribus ſuperioribus accipiamus,
ex quibus aliqui fortaſſis per ipſum Melchiſedech
tempore ipſius ad notitiam Dei ducti ſunt. Vel ut
ſic legatur,ꝙ.ſ. idcirco non ſolũ amicus Dei,ſed &
ſacerdos uocatus ſit:quia conuertit,ſubauditur,igna
ros & neſcios ad ipſum Deum,cui uere eſt creden
dũ.Et quaſi aliquis obijceret,ꝙ ipſe Melchiſedech,
qui de Iſrael nõ erat,ſed alienigena,nullum ad fidẽ
Dei cõuertit:quia ſolus Iſrael Deũ cognouit. Rñ-
det,ꝙ nõ ſolũ ex Iſrael ad fidem Dei conuerſi ſunt,
ſed etiam ex aliis gentibus: quæ ſcilicet conuerſio
aliorum p ipſum Melchiſedech facta eſt.Qui tunc
quidem, id eſt, quando Abraham benedixit, ſacer
dos Dei altiſſimi uocatus eſt,cum nõ eſſet ex Iſrael:
ut oſtenderetur,quòd educturus eſſet ad Deũ mul
tos:& quòd Deus non ſolum in Iſrael,ſed etiam in
gentibus & ſacerdotem haberet,& populum. Pro-
pterea non ait,eduxit,ſed educet,inquit. Ad illud
quidem tempus,quando hæc dicta ſunt, futurum
ſignificans, quando uel ipſe Melchiſedech poſtea
per ſe ex gentibus ad Deum conuertit: uel Chri-
ſtus,cuius ille typus erat, non ſolum ex Iſrael, ſed
etiam ex omnibus gentibus per fidem multos ad
eccleſiam ſuam de tenebris infidelitatis eduxit. Se
quitur. Et hoc autem tuam ſumme ſacerdotalem
intelligentiam admonebimus: quòd & Pharaoni
apud ipſos Ægyptios imperante angelo, & Babylo
niorum principi præſide proprio,omni prouiden
tia,& dominationis prouidum,& poteſtatiuum ſe
cundum diuiſiones diſtributum: & gentibus illis
ueri Dei miniſtri duces ſtatuti ſunt formationum
ab angelis uiſionis manifeſtatione, angelis conti-
nuo ſacris uiris Ioſeph,& Danieli ex Deo per ange
los reuelatę.Adhuc aliam ſubiungit authoritatem,
ex qua probare uult gentibus bonos angelos a Deo
prælatos.quòd uidelicet apud Aegyptios Pharao-
ni angelus uiſionem demonſtrat,& per eam illi de
futura ſterilitate cautelam imperat:manifeſtata de
inde eadem uiſione per Ioſeph:& ſimiliter Babylo
niorum principi ſcilicet Nabuchodonoſor, pro-
prius præſes.i. proprius præpoſitus ſuus, uidelicet
proprius angelus uiſionem format: eandemque
poſtea per Danielem referendo manifeſtat. In qui-
bus omnibus apparet,quòd Deus omnium rerum
& prouidentiam habet,& dominationem,& pote
ſtatem,ſecundum quod per illas uiſiones diſcretũ,
uel diſtinctum, uel diſtributum eſt: quę uiſiones
primum angelis reuelatæ ſunt a Deo:& deinde cõ
tinuo per angelos ſacris uiris Ioſeph, & Danieli,
hoc eſt,quod dicit.O Timothee nõ ſolum ſuperio
ra,ſed etiam hoc admonebimus tuã ſumme ſacer-
dotalem intelligentiam.i.intelligentiam tuam,qui
ſummus ſacerdos es admonebimus hoc, quòd an-
gelo imperante Pharaoni apud Aegyptios, & Baby
loniorum principi Imperante præſide proprio, id
eſt,angelo,qui eis prælatus erat: per hoc,inquam,
quòd angeli illis imperaſſe leguntur, diſtributum
eſt prouidum, & poteſtatiuum diuinæ prouiden-
tiæ, & dominationis ſecundum illas, ſcilicet uiſio
nes, id eſt,oſtenſum eſt, quod Deus prouidentiam
ſuam, & poteſtatem ſingulis gentibus gubernan-
dis diſtribuit: & oſtenſum eſt etiam, quòd genti-
bus illis ueri Dei miniſtri duces ſtatuti ſunt: &
quomodo oſtenſum ſit, hoc ſubiungit: manife-
ſtatione, ſcilicet uiſionis formationum ab angelis,
hoc eſt, uiſionis, in qua demonſtratæ ſunt forma-
tiones, ſiue figuræ ab angelis factæ in mẽtibus pro
phetarum,ad ſignificanda futura,quales fuerũt uac Gen. 41.
cæ,& ſpicæ, quas uidit Pharao: & arbor,& ſtatua,
quã uidit Nabuchodonoſor. Talis itaq; uiſionis Dan.2.

mani-

manifeſtatione demõſtrata eſt diuina prouidentia,
& poteſtas p angelos gentes diſponens: uiſionis,di
co, primum reuelatæ angelis a Deo, & deinde con
tinuo per angelos reuelatæ ſacris uiris,Ioſeph ſcili-
cet & Danieli ex Deo.Sequitur.Vnum enim eſt om
nium principium & prouidentia: & nullo modo
exiſtimandum,Iudæos quidẽ pleniter duxiſſe diui-
nitatẽ: angelos aũt ſpecialiter, aut æque honorabi-
liter,aut oppoſitis,aut deos quoſdã alteros impera
re alijs gentibus.Repetitio probat,qđ ſupradixit,ꝙ
unum eſt principium, & prouidentia omnium, id
eſt, unus Deus,a quo ſunt omnia,& per quem regũ
tur uniuerſa: & idcirco nullo modo exiſtimandum
eſt diuinitatem duxiſſe Iudæos,hoc eſt, ducatũ præ
buiſſe Iudæis pleniter,uel abſolute, hoc eſt, per ſe-
metipſam, ſcilicet ſine mediante angelorum mini-
ſterio: Alijs autem gentibus imperare angelos ſpe-
cialiter,hoc eſt, particulariter, ſiue minus excellen
ti poteſtate,aut æque honorabiliter,hoc eſt poteſta
te æquali,& conſimili diuinæ dominationi,aut op-
poſitis ſubauditur imperijs: quemadmodum apo-
ſtata angelus dixiſſe legitur. Sedem ſe ad Aquilonẽ
Eſa. 14. poſiturum, & Altiſſimo poteſtate futurum cõſimi-
lem.Aut etiam non eſt exiſtimandum alteros quoſ
dam deos imperare aliis gentibus: quaſi unius, &
ueri Dei poteſtati, & dominationi omnia ſubiecta
non ſint. Non eſt, inquit, ita exiſtimandum quaſi
in ſolis Iudæis uerus Deus poteſtatem habeat, &
alijs gentibus ſiue angeli,ſiue alteri quidam dij,ſi-
ue æquali,ſiue inæquali,contraria tamen, & extra-
nea diuinæ dominationi imperent poteſtate. Vel
ſic legatur, Nullo modo exiſtimandum diuinitatẽ
per ſeipſam ſine interpoſita ſubiecta poteſtate an-
gelica, Iudæis ducatum præbuiſſe:Angelos autem
aliis gentibus imperaſſe ſpecialiter,hoc eſt, particu-
lariter,ſcilicet in gentibus poteſtate, & dignitate,
inferioribus quàm ipſi Iudæi fuerunt:aut æque ho
norabiliter,hoc eſt,in gentibus ſcilicet ęque poten
tibus, & honorabilibus:aut etiam in oppoſitis gen
tibus, quæ ipſis ſcilicet Iudæis oppoſitæ,& contra-
riæ fuerunt oppugnantes, & opprimentes eos. Nõ
eſt,inquit,ita exiſtimandum,quòd ſcilicet Deus id-
circo Iudæos per ſemetipſum duxerit, quaſi ipſi cæ
teris gentibus omnibus honorabiliores fuerint:
alias autem gentes quaſi inferiores, & uiliores do-
minationi angelicæ reliquerit:cum in alijs nationi
bus plures non ſolum æque honorabiles:ſed etiam
fortiores,& potentiores, ipſoſque Iudæos ſua potẽ
tia, & fortitudine opprimentes fuiſſe non dubiten
tur. Nam quod dictum eſt. Quando diuidebat Al-
tiſſimus gentes, ſtatuit terminos populorum iuxta
numerum angelorum Dei: pars autem domini po-
pulus eius:Iacob funiculus hæreditatis eius: Non
ita intelligendum eſt, quaſi cæteras gentes angelis
regendas dederit,ſolo Iſrael ſibi,hoc eſt, ſuæ proui-
dentię,& gubernationi retento:ut uidelicet uel ip-
ſe Iſrael ſine angelis uel angeli reliquas gentes ſine
ipſo diſponerent:quia & Iſrael Michael prępratus le
gitur, & Deus omnes gentes in ſacro eloquio poſſi
dere,& gubernare memoratur. Non itaque ſic in-
telligendum eſt,quod ſcriptum eſt. Sed eloquium
illud, in quo uidelicet hoc dicitur, accipiendum
eſt ſecundum ipſam ſacram intelligentiam,hoc eſt,
ſecundum talem intelligentiam,quæ a ſacro, hoc ẽ,
a ueritate non diſcordet.Hæc autem eſt ſacra intel-
ligẽtia,ut intelligamus hoc dictum non ita,ut, hoc
eſt quaſi,partiente Deo ducatum noſtrum.i.huma-
ni generis cum alteris quibuſdam dijs,aut angelis:
partiente,dico, in principatum Iſrael, & in ducatũ
gentis:contento ſcilicet Deo,Iſrael.i. principatu in
Iſrael, aut retẽto ſibi,ita ut illi ſoli princeps, & dux
eſſet.Non, inquam, ita intelligendum eſt: Sed ita
ut,hoc eſt,quaſi,ipſa quidem excelſa,uel excelſi pro
uidentia,quæ eſt una ſimul omnium, quia omnibꝰ
prouidet:illa inquam,prouidentia ſalutariter diſtri
buente omnes homines reſtitutorijs manuductio-
nibus propriorum angelorum.i.ducatibus, quibus
quaſi cæci in tenebris ignorantię manuducerẽtur,
& ad lumen ueritatis reſtituerentur: & ſolo Iſrael
conuerſo in illuminationem, & cognitionem ueri
Dei ſere ultra omnes gentes. Propterea.n. ſolus
Iſrael a Deo in portionem acceptus,& ductus legi-
tur:quia ſolus tunc ex omnibus gentibus ad cogni-
tionem Dei reuocatus eſt,& ad cultum diuinum in
ſtitutus.Vnde inquit,theologia ſignificans ipſum,
hoc eſt, Deum, poſſediſſe Iſrael in ueri Dei famula-
tum,ait.Facta eſt portio Domini,ipſe ſcilicet Iſrael.
Sic itaque portio eius fuit Iſrael:qui ſic ab ipſo poſ
ſidebatur,ut ipſum poſſideret,& haberet.Sequitur.
Oſtendens autem & eum uiritim cæteris gentibus
diſtribuiſſe: cuidam ſanctorum angelorum in co-
gnoſcendum per eum unum omnium principium
Michaelem dixit Iudaicum duxiſſe populum. In
hoc, inquit, quòd ſacra ſcriptura dixit Michaelem
duxiſſe Iudaicum populum, oſtendit plane eum.i.
Deum diſtribuiſſe etiam in cęteris gentibus.ſ.duca
tum uiritim,hoc eſt ſigillatim,cuidam,hoc eſt, ali-
cui ſanctorum angelorum: uel ut expreſſius dica-
tur unam uni,uel unanquanque unicuique uel ſin-
gula ſingulis:diſtribuiſſe,dico, in cognoſcendũ per
eum.ſ.angelum:hoc eſt,ut unaquęque gens per ſuũ
angelum cognoſceret unum omnium principium,
a quo ſunt omnia,& ſub quo reguntur uniuerſi:ut
hoc,inquit,oſtenderet ſacra ſcriptura dixit Michae
lẽ ducem Iudaici populi,quem ſpecialiter Deus ſua
ſub prouidentia, & gubernatione tuendum ſuſce-
perat. Nam hoc dicens aperte nos edocuit unam eſ
ſe prouidentiam, quæ omnibus gubernando pręſi
det,ſub qua per ſingulas gentes imperantes ange-
li eaſdem gentes,ſequentes ipſos uoluntate eſſentia
li,hoc eſt,libero arbitrio naturaliter inſito, exten-
tendunt,uel promouent, in ipſum proprium prin-
cipium.ſ.ſuggerendo,& adiuuando.Scriptura, in-
quit,dixit Michaelem Iudaicum duxiſſe populum:
cuius ducem ipſum Dei alibi commemorauerat.
In hoc aperte nos edocens unam eſſe omnium pro
uidentiam ſupereſſentialiter ſuper collocatam,hoc
eſt,non ſolum potentialiter, ſed etiam naturaliter
præſidentem ſimul omnibus inuiſibilibus, & uiſi-
bilibus uirtutibus,angelorum.ſ.& hominum.Hoc
eſt enim,quod in utriſque bonum cõſtat.Oſtendẽs
etiam omnes angelos ſub illa prouidentia per ſin-
gulas gentes imperantes extendere quaſque, ſiue
ſingulas uirtutes illarum, uidelicet gentium in ipſũ

ſubauditur Deum,ut in proprium principium: uirtutes,dico,ſequentes uoluntate eſſentiali, hoc eſt, arbitrio libero naturali. Angeli enim humanas mentes ad Deum amandum uirtutes ſuggerendo excitant: non coactas neceſſitate, ſed ſequentes uoluntate.

*Titulus Decimi Capituli.*

## *SYNAGOGÆ ANGELICÆ ordinationis repetitio.*

### LITERA. Cap. X.

Connexa eſt itaque ſic ipſa quidem honorabiliſſima circa Deũ animorum diſpoſitio ex perfectiua illuminatione ordinata: in eam immediate aſcendendo occultior: & manifeſtior diuinitatis illuminatione purgatur, & illuminatur, & perficitur. Occultior quidem tanquam inuiſibilior, & magis ſimplificata, & unificata. Manifeſtior uero ut ante data, & primo lucet, & uniuerſalior, & magis in eã(ut oportet)forma effuſa. Ab ipſa autem iterũ proportionaliter ſecunda, & a ſecunda tertia, & ex tertia ſecundum nos hierarchia, ſecundum ipſam bene ornatis ordinationis legem in harmonia diuina, & analogia ad ſimul omnis boni ornatus ſuperprincipale principium, & conſummationem hierarchicȩ reducitur. Manifeſtatores autem omnes ſunt, & angeli eorum, qui ante ipſos ſunt. Ipſi quidem honorabiliſſimi Dei mouentis: proportionaliter autem cæteri ex Deo motorum. Tantum enim omnium ſupereſſentialis harmonia unicuique rationalium, & intellectualium ſacro ornatu, & ordinata ductione prȩuidit, quantum ipſe hierarchiarum unuſquiſque ordo ſacre, & decenter poſitus eſt. Et omnem hierarchiam uidemus in primas, & medias, & ultimas uirtutes diuiſam. Sed & ipſam, per ſingulas ſpecialiter dicendum, diſpoſitionem ipſis diuinis harmoniis diſcreuit. Propter quod & ipſos diuiniſſimos ſeraphim theologi aiunt alterum ad alterum clamare, aperte hoc(ut exiſtimo)declarantes, quòd theologicas ſententias ipſi primi ſecundis tradunt. Addiderim autem ſortaſis, & hoc non incongrue, quòd & ſecundum ſeipſum unuſquiſque & cȩleſtis, & humanus animus ſpeciales habet & primas, & medias, & ultimas ordinationes, & uirtutes, ad iam dictas per unumquemq; hierarchicarum illuminationum proprias anagogas proportionaliter manifeſtatas: per quas unumquodque in participatione fit, ſicut idipſum & fas eſt, & poſsibile, ſuperincognitiſsimæ purgationis pleniſsimi luminis, anteperfectæ perfectionis. Etenim nihil per ſe perfectum indigens uniuerſalis perfectionis, niſi uere perfectiſsimum, & anteperfectum.

## *EXPOSITIONIS IN DECIMUM Caput Diui Dionyſii Areopagitæ de cæleſti Hierarchia. Pars ſecunda. Lib. IX.*

Decimi Capitis titulus eſt: Synagogȩ angelicæ ordinationis repetitio. Hic enim breuiter repetitur, quod ſupra dictum eſt. ſ. ordinata ſynagoga. i. cõgregatio, uel multitudo angelica in omnibus ſuis primis, & ſecundis, & tertijs. Caput autem ſic incipit. Connexa eſt itaq; ſic ipſa quidem honorabiliſſima circa Deum animorum diſpoſitio, ex perfectiua illuminatione ordinata, in eam immediate aſcendendo, occultior; & manifeſtior diuinitatis illuminatione purgatur, & illuminatur, & perficitur. De prima hierarchia dicit, quæ in tribus cõſtat ordinibus: ſeraphim, cherubim, & thronis. Hæc itaque diſpoſitio, ſiue ordinatio animorum, hoc eſt, ſpirituum, honorabiliſſima uel excellentiſſima omnium: connexa eſt circa Deũ: hoc eſt, & inter ſe concorditer iuncta, & Deo immediate ſociata: ſic ordinata ex perfectiua illuminatione. i. diuina: quæ ſola perfecte lucet, & illuminat. Quicunque enim ab ipſa illuminantur, lucẽdo quidem ei aſſimilantur: & illuminando aliam eam imitantur. Sed tamen nec in eo quòd lucent, ei coæquantur: nec in eo quòd illuminant, comparãtur. Propterea hierarchia iſta, quæ ſola ab ipſa illuminatur immediate, ſingulariter ex perfectiua illuminatione ordinatur. Alij quippe, qui inferiores illuminationes mediate ſuſcipiunt, conuenienter; etiam inferius diſpoſiti, & ordinati ſunt. Iſta uero hierarchia, quæ ex perfectiua, ſiue teletarchica, & diuina illuminatione; quæ princeps eſt ſanctificationis. i. prima, & maxima, ac ſingularis cauſa ſanctificationis ordinatur: uel (ut expreſsius dicatur) pontificatur, hoc eſt, in pontificalem ordinem, ſiue dignitatem ſublimatur: conuenienter cunctis dignitate ſuperponitur, in eam uidelicet illuminationẽ immediate aſcendendo, occultior exiſtens, & manifeſtior

feſtior ex eadē diuinitatis illuminatione purgatur, & illuminatur, & perficitur. Quomodo autem ipſi ma hierarchia, ex eo quòd diuinam illuminationē immediate ſuſcipit, & occultior, & manifeſtior ſit, uerbis ſubſequentibus exponit, dicens. Occultior quidem tanquàm inuiſibilior, & magis ſimplificata, & unificata. Manifeſtior uerò ut quæ ante data luce & primo lucet: & uniuerſalior eſt, & magis in eā (ut oportet) forma effuſa. Occultior, inquit, eſt in eo, q̄ inuiſibilior ē, & magis ſimplificata, & unificata. In eo occultior, eſt, q̄ magis inuiſibilis eſt, & ꝓpinquior ſimplicitati, & unitati deitatis. Manifeſtior autem eſt, utpote quę lucens ex luce data ſibi ante, id eſt, priuſquàm alijs: ideo primo lucet, & excellentius. Manifeſtior eſt etiam, quia uniuerſalior eſt, in qua una ſimilitudo in pluribus conſtat: quia magis notum eſt, quod magis commune eſt, & pluribus conuenit. Vnde autem uniuerſalior ſit, & magis conſimilis, adinuicem conſequenter oſtendit, quia ſcilicet forma, id eſt, diuina illuminatio, ex qua formatur, ut luceat: magis, id eſt, expreſſius, uel abundātius effuſa eſt in eam, quàm in alias hierarchias ſubditas. Senſus autem hic eſt: quia ſcilicet diuina illuminatio in iſtam hierarchiam primo effunditur, idcirco ipſa perfectius illuminatur. Quā to autem perfectius ij, qui in ea ſunt, ſpiritus unam illuminationem ſuſcipiunt, tanto perfectius, & clarius lucentes in ipſa una forma unius luminis unū fiunt: & quod in ipſis diuerſum ex natura multipliciter diſtinguitur, una claritatis forma ſuperueniēte cunctis diſſimile nō uidetur. Ita ergo iſta hierarchia, quia prius lucet, perfectius lucet: & quia perfectius lucet, uniuerſalius, uel ſimilius, uel expreſſius lucet: quia expreſſius lucet, manifeſtius lucet. Quæ ergo eſſentialiter occultior eſt, formaliter eſt manifeſtior; & quæ ſubtilior eſt ex natura, clarior eſt ex gratia. Sequitur. Ab ipſa autem iterum proportionaliter ſecunda, & a ſecunda tertia, & ex tertia ſecūdum nos hierarchia, ſecundum ipſam bene ornantis ordinationis legem in harmonia diuina, & analogia ad ſimul omnis boni ornatus ſuperprincipale principium & conſummationem hierarchice reducitur. Ab ipſa, inquit, hierarchia prima reducitur, uel conuertitur ſecunda: & a ſecunda tertia cōuertitur: & a tertia conuertitur illa ſcilicet hierarchia, quæ eſt ſecundum nos. Prima enim hierarchia angelica conuertit ſecundam: ſecunda tertiam: tertia angelica conuertit humanam. Quo autem conuertat, oſtendit dicens. Ad ſuperprincipale principium, & conſummationem ſimul omnis boni ornatus, id eſt, ad Deum, qui principium eſt, & perfectio omnis bonæ, & pulchrę diſpoſitionis. Reducit autem hierarchice, hoc eſt, ſecundum officium, uel ordinationem, ſiue legem hierarchiarū in quibus ordinatum eſt, ut ſuperiores ſecundum modum, & uirtutem ſuam inferiores illuminando, & ſuggerendo ad principium ſuum conuertant. Cōuertunt autem ſecundum ipſam legē bene ornantis ordinationis, id eſt, diuinæ ordinationis, quæ ornat omnia: cuius lex eſt, & inſtitutio, ut alij ab alijs illuminentur, & conuertantur in harmonia, & analogia diuina: hoc eſt, in concordia, & proportione a Deo uniuerſitati collata. In eo enim, quòd boni participatio per alios aliis proportionaliter tranſfunditur, concordia in uniuerſitate perficitur, & cōſummatur. Quod autem ait, iterum reducitur, ſic intelligendum eſt, quaſi ſecunda reductione. Prima enim reductio eſt, quando primi ab ipſo Deo illuminati in ipſum Deum conuertuntur. Secunda quando a primis ſecundi, uel a ſecundis tertij. Manifeſtatores autē ſunt omnes, & angeli eorum, qui ante ipſos ſunt. Omnes (inquit) ſpiritus cæleſtes manifeſtatores ſunt, & angeli, hoc eſt, nuncij eorum, qui ſunt ante ipſos. Quod enim a præcedentibus accipiunt, ſequentibus poſt ſe nunciant, & manifeſtant. Sequitur.

Ipſi quidem honorabiliſſimi Dei mouentis, proportionaliter autem cæteri ex Deo motorum. Dixerat omnes nuncios eſſe pręcedentium ad ſequentes: nunc ſubdiſtinguit, quòd ipſi quidem honorabiliſſimi, id eſt, excellentiſſimi ſpiritus, qui ſolum Deum ante ſe habent, nuncij ſunt ipſius Dei mouētis eos per inſpirationem, ut per eos ſecreta ſua ſequentibus reuelet. Cæteri autem, qui poſt ipſos ſequuntur, nuncij ſunt ipſorum motorum ex Deo. Nuncij, inquam ſunt proportionaliter, id eſt, ſecundi primorum, & Dei per primos: tertij ſecundorum, & primorum per ſecundos: Dei autem per ſecundos, & primos: atque in hunc modum cęteri poſt hoc ſequentes. Quomodo autem proportionaliter ſinguli diuina ſecreta reuelent, ſubſequentibus uerbis exponit, oſtendens quòd unicuique tantum poſſe datum eſt, quantum competit ordini, & loco, in quo poſitus eſt. Hoc eſt, quod dicit. Tantum enim omnium ſupereſſentialis harmonia unicuique rationalium, & intellectualium ſacro ornatu, & ordinata ductione præuidit, quantum ipſe hierarchiarum unuſquiſque ordo ſacre, & decenter poſitus eſt. Supereſſentialis, inquit, harmonia, id eſt, diuina prouidentia, quæ omnia concorditer diſpoſuit: tantum præuidit ſcilicet uirtutis uel potentiæ, unicuique rationalium uel intellectualium, cum ſacro ornatu, & ordinata ductione, ſcilicet ſacre ornans, & ordinate ducens: tantum, inquam, præuidit, quantum eſt ſacre, & decenter poſitus unuſquiſque ordo hierarchiarum, hoc, quantum decet ſanctitatem, & decentiam ordinis uniuſcuiuſque. De quo ordine in unaquaque hierarchia diſtinctiones ſubiungit dicens,

Et omnem hierarchiam uidemus in primas, & medias, & ultimas uirtutes, ſiue ordines diuiſam. Et non ſolum unanquanque hierarchiam: ſed etiā ununquenque ordinem per ſingulas hierarchias: hoc eſt, quod ſequitur. Sed & ipſam, per ſingulas ſpecialiter dicendum, diſpoſitionem ipſis diuinis harmoniis diſcreuit. Ipſa, inquit, diuina prouidentia diſcreuit, uel diſtinxit ipſam ſcilicet unamquamque diſpoſitionem, hoc eſt, ordinem, diuinis harmonijs, ut ſcilicet diſtinctio eſſet, & diſcrepantia non eſſet. Et hoc dicendum eſt ſpecialiter per ſingulas hierarchias: ſinguli ordines ſpeciales habent diſcretiones. Sequitur.

Propter quod & ipſos diuiniſſimos ſeraphim ipſi theo-

ſi theologi aiunt alterum ad alterum clamare (aperte (ut aperte exiſtimo) declarantes, quòd theologicas ſententias ipſi primi ſecundis traduot. Propter quod, quia ſcilicet ſinguli ordines in ſemet diſcreti ſunt: Idcirco theologi aiunt ipſos ſeraphim, qui diuiniſſimi ſunt, id eſt, diuinitatis propinquiſ-

Eſa.6. ſimi, clamare alterum ad alterum, ſicut in Eſaia legitur. In hoc ſcilicet, quòd alterum ad alterum clamare dicunt, aperte declarantes, quòd theologicas, id eſt, diuinas ſententias, ipſi qui primi ſunt in illo ordine, tradunt ijs, qui ſecundi in eodem ordine conſtituti ſunt. In quo claret unum, eundemque ordinem primos, & ſecundos habere. Quod ſi de primo & de ſupremo ordine ueraciter accipitur, de ſequentibus nullo modo dubitari poteſt. Sequitur.

Addiderim autem fortaſſis, & hoc non incongrue, quòd & ſecundum ſeipſum unuſquiſque & cæleſtis, & humanus animus ſpeciales habet & primas, & medias, & ultimas ordinationes, & uirtutes, ad dictas per unumquenque hierarchicarum illuminationum proprias anagogas proportionaliter manifeſtatas: per quas unumquodque in participatione fit, ſicut idipſum & fas eſt, & poſſibile, ſuperincognitiſſimæ purgationis, & pleniſſimi luminis, & anteperfectæ perfectionis. Sẽſus hic eſt, quòd non ſolum uniuerſalis hierarchia in primã, & mediam, & ultimam hierarchiam: & ſingulæ hierarchiæ in primos, & medios, & ultimos ordioes: & ſinguli ordines in primos, & medios, & ultimos ſpiritus diuiduntur: Sed etiam ipſi ſinguli ſpiritus angelici, ſi humani in ſemetipſis uirtualiter diſcreti ſunt: primas, & medias, & ultimas uirtutes continentes: per quas proprijs anagogis, id eſt, furſum ductionibus, ſiue aſcenſionibus ab infimis ad medias, & a medijs ad ſupremas, ſecundum hierarchicas illuminationes proportionaliter aſcendentes: participes fiunt, quantum eis poſſibile, diuinæ purgationis, quæ eſt incognitiſſima, uel occultiſſima, quia intime purgat: & diuini luminis, quod eſt pleniſsimum, quia omnes tenebras fugat: & diuinæ perfectionis, quę eſt anteperfecta: quia cunctis & prior eſt æternitate, & ſuperior dignitate, & plenior ueritate. Hierarchicas autem illuminationes idcirco proportionales dicit, quia in ſacris poteſtatibus, ubi alij ſuperiores, alij inferiores conſtituti ſunt, diuinas illuminationes non omnes uno modo percipiunt. Superioribus enim, & capacioribus in donis gratiæ amplius tribuitur: Inferioribus ſecundum modum capacitatis ſuæ minus participandum præbetur. Secundum hunc itaque modum, quo uel in ſingulis hierarchijs, diuerſis ordinibus, & diuerſis animis differenter diuinæ illuminationes tribuuntur, unuſquiſque etiam animus in ſemetipſo in eiſdem illuminationibus rationabili differentia a minoribus ad maiora excreſcens prouehitur. Hoc eſt, quod dicit. Addiderim autem & hoc non incongrue: ac ſi diceret. Non ſolum de ſingulis hierarchijs, ſiue ordinibus congrue dicere poſſum, quòd habeant & primos, & medios, & ultimos ordines, uel ſpiritus. Sed etiam hoc fortaſsis non incongrue ſupradictis addere poſſum, quòd unuſquiſque & cæleſtis, & humanus animus ſecundum ſeipſum, uel in ſeipſo habet ſpeciales, hoc eſt, proprias & primas, & medias, & ultimas ordinationes, & uirtutes: hoc eſt, uirtutes in ipſo primo, & medio, & ultimo loco ordinatas. Ad quid autem uirtutes habeat differentes, ſubiungit, ſcilicet ad proprias anagogas: ut habeat uidelicet aſcenſiones ſuas unuſquiſque proprias, & promotiones in melius: ſicut ſcriptum eſt. Aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit: & iterum: Aſcendunt de uirtute in uirtutem: & uidebitur Deus deorum in ſion. Pſal. 83

Ad has autem anagogas, id eſt, aſcenſiones, diſpoſitæ ſunt uirtutes aliæ inferiores, aliæ ſuperiores, ut ab inferioribus ad ſuperiora aſcendendo participes tandem fiant ſummi boni, quod eſt Deus deorum in Sion. Habet, inquit, unuſquiſque ſpiritus proprias uirtutes, primas, & medias, & ultimas, ad proprias anagogas, id eſt, aſcenſiones faciendas. Anagogas, dico, dictas iam ideſt quas ſupra iam diximus, per unumquenque ſcilicet ordinem hierarchicarum illuminationum: quia cum oſtendimus qualiter in diſtributione Hierarchiarum diſtincti ordines differentes illuminationes percipiunt: demonſtrauimus etiam quemadmodum in eis inferiores proportionaliter; id eſt, rationabili differentia promotionis per ſuperiores ad ſuprema aſcendunt. Propterea dixit anagogas hierarchicarum illuminationum proportionaliter manifeſtatas, ſiue in proportionibus manifeſtatas, ſiue ex præcedenti tractatione, in qua hoc demonſtratum eſt, quòd aſcenſiones iſtæ proportionaliter fiunt: uel in hoc proportionaliter manifeſtatas, quia quanto magis creſcit aſcenſio, tanto magis creſcit cognitio. Propter has igitur aſcenſiones gradus uirtutum diſpoſiti ſunt, per quas uidelicet aſcenſiones unumquodque, id eſt, unuſquiſque animus aſcendens per eas fit in participatione, id eſt, fit particeps ſuperincognitiſsimæ purgationis, & pleniſsimi luminis, & anteperfectæ perfectionis. Particeps, dico, fit ſicut idipſum, id eſt, ut particeps fiat, fas eſt & poſsibile: fas, quantum ad participandi boni dignitatem: poſſibile, quantum ad ſuam capacitatem. Sequitur. Etenim nihil per ſe perfectum indigens uniuerſalis perfectionis: niſi uere pefectiſsimum, & anteperfectum. Bene, inquit, dixi diuinam perfectionem anteperfectam: quia omnia, quæ perfecta ſunt, ex ipſa pfecta ſunt: quia nihil eſt per ſe perfectum, & nihil quod non ſit per ſe imperfectum, & quod non ſit indigens per ſe inuiſibilis, uel omnis perfectionis: niſi illud bonum ſummum: quod eſt & uere perfectiſsimum, quia nihil ei deeſt: & anteperfectum, quia eius plenitudo æterna eſt.

Titulus

*Titulus Vndecimi Capituli.*

## QVARE OMNES CÆLEſtes eſſentiæ communiter uirtutes cæleſtes nominantur.

### LITERA Cap. XI.

HIs autem definitis, illud dignũ itelligere oportet, ob quam cauſam omnes ſimiliter angelicas eſſentias, uirtutes cæleſtes uocare cõſueuimus. Non enim eſt dicendum ut in angelis, quòd omnium nouiſſima eſt diſpoſitio ipſa ſanctarum uirtutum. Et quidem nouiſſimarum ſanctam, & decoram illuminationem ſuperpoſitarũ eſſentiarum diſpoſitiones participant: ultimæ uero primarum nullo modo. Et cuius gratia cæleſtes quidem uirtutes omnes diuini intellectus nominantur: ſeraphim autem, & throni, & dominationes nullo modo. Participat enim extremæ ab excellentiſſimis ſunt uniuerſalibus proprietatibus. Ipſi nanque angeli, & ante angelos archangeli, & principatus, & poteſtates poſt uirtutes ab ipſa theologia ordinati communiter ſæpe a nobis ſimiliter cum aliis ſanctis eſſentiis cæleſtes uirtutes uocantur. Dicimus autem, quòd communiter in omnibus utentes cæleſtium nominationum uirtutum, non confuſionem quandam uniuſcuiuſque diſpoſitionis proprietatum introducimus: ſed quia in tria diuiduntur ſecundum ſe ſupermundana ratione omnes diuini intellectus, in eſſentiam, & uirtutem, & operationem: cum ſimul omnes, aut eorum quoſdam inobſeruate cæleſtes eſſentias, aut cæleſtes uocamus uirtutes: periphraſticos, de quibus ſermo eſt, ſignificare nos exiſtimandum, ex ea, quæ ꝑ ſingulos eorum eſt, eſſentia uel uirtute. Neque enim ſuperpoſitam proprietatem facile eſt iam a nobis diſcretarum ſanctarum uirtutum minoribus omnino annectere eſſentiis in conuerſione inconfuſæ angelicorum ornatuum ordinationis. Iuxta enim ſæpe a nobis recte redditam rationẽ ipſæ quidẽ ſuperfirmatæ diſpoſitiones abundanter habent minorum etiam ſacras proprietates: ultimæ uero maiorum ſuperpoſitas uniuerſitates non habent, particulariter in eas primo apparentibus illuminationibus per primas proportionaliter eis diſtributis.

## EXPOSITIONIS IN VNdecimum Caput Diui Dioniſii Areopagitæ de cæleſti Hierarchia. Pars tertia. Lib. IX.

VNdecimi Capitis titulus eſt: Quare omnes cæleſtes eſſẽtiæ communiter uirtutes uocantur. Hæc eſt quæſtio. Cum unus tantũ ordo in cæleſtibus ſpiritibus uirtutes uocetur, quare hoc uocabulum omnibus cõmuniter tribuatur. Dicit autem. His autem definitis, illud dignum intelligere oportet: ob quam cauſam omnes ſimiliter angelicas eſſentias uirtutes cæleſtes uocare conſueuimus. Hoc quippe dignum inquiſitione eſt: quia non eam cauſam hic eſſe conſtat, quam reddimus, quando omnes cæleſtes eſſentias angelos uocamus: quòd ſcilicet ordo angelorum ultimus eſt: & ideo nomen eius ad ſuperiores ordines aſſumitur, quia ab eis proprietas eius participatur: quoniam omnes ſuperiores ſicut omnes proprietates inferiorum participant, ita etiam conuenienter aliquando nomen eorum aſſumunt. Sed hic ſimiliter dicere non poſſumus, quando omnes cæleſtes ſpiritus uirtutes nominamus: quia cum quidam ordines inferiores ſint ipſis uirtutibus, illi ſicut non participant in proprietate ſuperiorum, ita etiam uidetur, quòd in uocabulo participare non debeant. Hoc eſt, quod dicit. Non enim eſt dicendum ut in angelis, ſcilicet quòd ipſa ſanctarum uirtutum diſpoſitio nouiſſima ſit omnium. Hoc enim ſi uerum eſſet, non eſſet mirum, ſi nomen earum omnes alij ordines participarẽt: quia proprietatem ipſarum utpote ſuperiores participarent. Hoc eſt, quod ſequitur. Et quidem nouiſſimarum eſſentiarum, id eſt, ultimorum ſpirituum ſanctam, & decoram illuminationem participant diſpoſitiones ſuperpoſitarum eſſentiarum: ultimæ uero, ſubauditur diſpoſitiones, nullo modo ſcilicet participant illuminationem primarum eſſentiarum. Sequitur. Et cuius gratia cæleſtes quidem uirtutes omnes diuini intellectus nominantur: ſeraphim autem, & throni, & dominationes nullo modo. Dignum (inquit) eſt intelligere cuius, ſubauditur, rei gratia omnes diuini intellectus cæleſtes uirtutes nominantur, cum nullo modo nominentur ſeraphim, & throni, & dominationes. Nam, quòd angeli nominantur, mirum non eſt: quia angeli ultimi ſunt, & eorum proprietas a ſuperioribus participatur uniuerſaliter. Hoc eſt, qđ

dicit

dicit. Extremæ enim, ſubauditur, eſſentię, ut ſunt angeli participatę ſunt ab excelſiſſimis uniuerſalibus in omnibus proprietatibus ſuis: ſed non econuerſo, ſuperiorum proprietates ad inferiorum participationem uniuerſaliter ueniunt. Propterea mirum eſt quomodo angeli, & qui ante angelos ſunt, archangeli, & principatus, & poteſtates nomen uirtutum aſſumant, cum non participent proprietatem: quia poſt uirtutes ab ipſa theologia ordinati ſunt idest a diuina ſcriptura poſt uirtutes ordinati referuntur. Et tamen ſimiliter cum alijs ſanctis eſſentiis uocantur a nobis cæleſtes uirtutes. Sequitur. Dicimus autem, quod communiter in omnibus utentes cæleſtium nominatione uirtutum, non confuſionem quandam uniuſcuiuſque diſpoſitionis proprietatum introducimus. Modo ſoluit quæſtionem, quare nomen uirtutum inferioribus ordinibus tribuatur. Dicimus, inquit, quia nos utentes nominatione cæleſtium uirtutum, communiter etiam omnibus, non inducimus confuſionem aliquam proprietatum uniuſcuiuſque diſpoſitionis, id eſt, per hoc quod nomen commune facimus, diſcretionis proprietatem non confundimus: Sed potius quando inferiores ordines uirtutes nominamus, non illius ordinis proprietatem, ſed communem cunctis uirtutem ſignificamus. Omnes enim diuini intellectus in tria diuiduntur, non inter ſe, alius ſcilicet ad alium: ſed unuſquiſque ſecundum ſe, ſiue in ſe, ſupermundana ratione idest ſpirituali. Quòd enim diuiduntur non fit ex conſideratione partium, ubi non ſimplicitas eſſentiæ, ſed ſpiritualis eſt diſcretio: ubi non totum in partes, ſed natura diſcernitur in proprietates. Poſtea ſubiungit, in quæ tria unuſquiſque ſpiritus in ſe diuidatur, ſcilicet in eſſentiam, & uirtutem, & operationem. In omni enim ſpiritu hęc tria ſunt. Primum eſſentia, in qua ſubſiſtit: deinde uirtus, ſecundum quam ualet: deinde operatio, per quam efficit. Cum igitur omnes ſimul ſcilicet ſpiritus, aut quoſdam eorum, inobſeruate idest indiſcrete, ſiue communiter, uocamus aut cæleſtes eſſentias, aut cæleſtes uirtutes: exiſtimandum eſt nos eos, de quibus ſermo eſt, ſignificare periphraſticos, id eſt, per circunlocutionem, ex ea eſſentia, uel uirtute, quę per ſingulos eorum eſt, id eſt, quæ communis eſt omnibus: non ex ea, quæ proprie ſingularis, cuius ordinis dignitatem diſcernit. Quare autem ſingularem proprietatem unius ordinis alijs ſubiectis ordinibus attribuere nolit, oſtendit dicens. Neque enim (inquit) facile nobis eſt ſuperpoſitam proprietatem ſanctarũ uirtutum iam a nobis diſcretam idest proprie, & ſingulariter eis attributam, minoribus eſſentiis annectere, ſiue tribuere, in conuerſione ordinationis in confuſæ angelicorum ornatuum; quia, ſi hoc facerem, conuerterem ſiue peruerterem ordinationem angelicorum ornatuum, quæ inconfuſa eſt. Quomodo autem inconfuſa ſit ordinatio angelicorum ornatuum, id eſt, angelicorum ordinum pulchre ſiue ornate diſpoſitorum oſtendit, quia ſcilicet ſeruant diſcretionem ſuam, nec ſe commiſcent ſuperioribus, quorum proprietatibus participare non habent. Ipſæ quidem ſuperfirmatæ diſpoſitiones, id eſt, ſuperiores ordines, abundanter ſiue plene habent etiam minorum ſacras proprietates: ultimæ uero maiorum ſuperpoſitas uniuerſitates non habent. Superius aliquantulum iam diximus, quomodo illic, ubi Deus eſt omnia in omnibus, aliqd proprium eſſe poſſit alicui, quod omnibus commune non ſit. Hic quoq; non omnino tacuit author, quomodo id intelligendum ſit in eo, quod ait: Abundanter habent. In hoc ergo proprietas intelligenda eſt: quæ ſuperioribus conuenit, inferioribus non conuenit: quòd ſuperiores abundanter habent, quicquid inferiores habent: inferiores uero abundanter non habent, quicquid ſuperiores habent. Quid enim tam magnum poteſt eſſe ibi, quod in communionem uniuerſorum non tranſeat, ubi charitas communis eſt, quæ maior omnibus eſt? Ergo omnia ſunt omnium. Sed hoc ſolum propriũ ibi eſt, quod abundanter alicui, eſt quod omnibus non eſt: quia ſuperiores quidem uirtutes inferiorũ uniuerſaliter, & abundanter habent: Inferiores autem non ęque uirtutes ſuperiorum habent uniuerſaliter idest ſecundum omnem plenitudinem illuminationibus diuinis tantummodo particulariter primo in eas apparentibus. Non in eas primo apparẽtibus, ſed primo particulariter in eas. Nam in alias idest in ſuperiores prius apparent uniuerſaliter, & deinde poſtea per ipſas primas proportionaliter, hoc eſt, ſecundum proportionem, non ſecundum omnem plenitudinem eius diſtribuuntur.

---

*Titulus Capituli Duodecimi.*

## *QVARE SECVNDUM homines Hierarchæ angeli vocantur.*

## LITERA. CAP. XII.

QVęritur autem & hoc intelligibiliũ eloquiorum ſtudioſe intuentibus. Si enim participãtia excelſiorum virtutum vniuerſitatum non ſunt ultima: ob quam cauſam ſecundum nos, ſummus ſacerdos, angelus Dei omnipotentis, ab eloquiis nominatur? Eſt autem non contraria ratio (vt exiſtimo) ante definitis. Dicimus enim, quod ab uniuerſali, & ſuperpoſita maiorum ornatuum virtute relinquũtur ultimi: Mediam enim, & proportionalem participant iuxta vnam ſimul cunctorum coniunctiuam ſocietatem: quale eſt, quod ſanctorum cherubim ordo partici-

pat

pat ſapientiam,& ſcientiam altiorem. Sub ipſis autem eſſentiarum diſpoſitiones participant quidem & ipſæ ſapientiam, & ſciẽtiam, particularem tamen ad illos, & ſubiectam. Et quidem omnino in participatione ſapientiæ eſſe & ſcientiæ, commune eſt omnibus deiformibus intellectibus. Attente autem, & primo, aut ſecundo, aut infra, nequaquàm commune: ſed ſicut unicuiq; ante propria definitur analogia. Hoc autẽ & de omnibus diuinis mentibus non fortaſſis quis errans definiet. Etenim ſicut primi abundantius habẽt minorum ſanctas, pulchraſque proprietates: ſic habent ultimi eas priorum: non tamen ſimiliter, ſed infra. Nihil ergo (ut exiſtimo) inordinatũ, ſi & ſecundum nos ſummum ſacerdotem angelum theologia uocat, iuxta uirtutem propriam angelorum participantem prophetica proprietate, & ad manifeſtatiuam eorum ſimilitudinem, quantum poſſibile hominibus, extentum. Inuenies aũt, quòd & deos theologia uocat, & cæleſtes ſupra nos eſſẽtias, & apud nos amiciſſimos Dei, & mirabiles uiros. Et quidem diuinum ſecretũ ſupereſſentialiter ſimul omnibus & remotum, & ſupercollocatum: & nullum ei eorum, quæ ab eo ſunt, ſimile nominari proprie, & omnino ualet. Veruntamen quæcunque & intellectualium, & rationalium ad unitatem eius, & qualiſcunque uirtus, uniuerſaliter conuertitur: & ad diuinas ipſius illuminationes (quantum poſſibile) inceſſabiliter extenditur ſecundũ uirtutem (ſi iuſtum dicere) diuina imitatione, & diuina uniuocatione digna facta eſt.

---

## *EXPOSITIONIS IN DVOdecimum Cap. D. Dioniſii Areopagitæ de cæleſti hierarchia Pars quarta Lib IX.*

DVodecimi Capitis Titulus ẽ. Quare ſecũdum homines hierarchiæ angeli uocantur. Cuius ſenſus eſt: quare illi, qui ſunt hierarchiæ. i. ſacri principes ſecundum homines ſiue inter homines, ſicut ſunt ſummi pontifices, uel quilibet ſacerdotes, & alij miniſtri uerbi Dei, quare illi ſcilicet angeli uocantur: cum dictum ſit ſuperius, quòd inferiores ſicut ſuperiorum proprietates non participant, ita etiam nomina aſſumere non debent. Si enim ordo angelorum, quia inferior uirtutibus eſt, nomen ipſarum ſecundum proprietatem earum participare non poteſt: nec homines (quia indubitanter angelis inferiores ſunt) nomen ipſorum ſecundum proprietatem eorum uſurpare poſſunt. Sed hæc quæſtio in eo ſoluitur, quod ſupra diximus, quia dona gratię ſpiritualis, quæ in communionem omnium tranſeunt, appellationẽ quoque in participationem uniuerſorum deducũt: & quàmuis eo quòd ſingulariter per excellentiam a quibuſdam poſſidentur, diſcretam appellationẽ faciunt: eo tamen, quòd ſecundum aliquem modũ communia ſunt, nomina quoque aliquando ſecundum exigentiam cauſarum ad communem appellationem deducunt.

QVæritur autẽ & hoc intelligibilium eloquiorum ſtudioſe intuentibus. A ſtudioſe intuentibus, hoc eſt, a ſtudioſis inſpectatoribus intelligibilium eloquiorum. i. diuinorum eloquiorum, quæ ſunt intelligibilia. i. ſpirituralia, & profunda de rebus intelligibilibus facta: quæritur, dico, hoc. ſ. quare homines prælati alijs, angeli uocantur. *Q*uare autem hóc quęratur rationem ſubiũgit. Si enim ultima. i. inferiores ordines non ſunt participantia uirtutum uniuerſitatum excelſiorũ. i. proprietatum, quæ ſunt in excelſioribus uniuerſaliter: uel ut expreſſius dicatur, uniuerſe. i. plene, & pfecte: Ob quam cauſam ergo ſacerdos, qui ſecundũ nos ſiue inter nos. ſ. homines ſummus eſt, nominatur ab eloquijs angelus Dei omnipotentis? Si enim ſingularitatem proprietatis non habet, quare expreſſionem appellationis aſſumit? Contrarium uidetur, ut nomen diſcretionis ad communionem deducatur. Sed tamen inquit, non eſt contraria ratio iſta, ſiue aſſertio (ut exiſtimo) ante definitis, hoc eſt, ijs, quæ ante definita ſunt: ſcilicet de diſcretione ſingulorum. In hoc enim, quòd talem communionem appellationis concedimus plurium, diſcretionem non tollimus ſingulorum. Nos quippe dicimus uere, quòd ultimi ſiue infiroi. ſ. ordines relinquuntur ab uniuerſali, & ſuperpoſita uirtute maiorum ornatuum. i. excellentiorum ordinum: ut ſcilicet non participent uirtutes ſuperiorum ſm illam uniuerſitatem, ſiue totalitatem, uel plenitudinem, qua illi participant. Et tamen poſſunt aliquando conuenienter nomen illorum participare: quia quàmuis non participent uirtutem illorum ſecundum æqualem plenitudinem: participant tamen ſecundum conſimilem imitationem.

Mediam enim, inquit, & proportionalem participant, ſubauditur uirtutem: hoc eſt, participant uirtutem illorum: & ſi non ſecundum ſummam participationem, in qua ſint æquales, participant tamen ſecundum mediam, uel mediocrem, & inferiorem, quandam participationem, in qua poſſint eſſe conſimiles: hæc autem participatio fit non ſecũdum ſingularem uniuſcuiuſque perfectionem: ſed iuxta unam ſimul cunctorum & coniunctiuam ſocietatem, hoc eſt, non iuxta id, quod unicuique ſingulare eſt, ſed iuxta id, quod omnibus eſt cõmune. Quod quia unum. i. commune cunctis eſt, in eo ſimul oẽs coniuncti ſunt, & ſociati. Secundum itaque quod commune cunctis eſt, ſingularia nomina ad communem ſignificationem trahuntur: qa

ſicut diximus, illud etiam, qood per excellentiam aliquibus proprium eſt, per participationem cunctis commune eſt. Quale eſt, quòd ſanctorum cherubim ordo participat ſapientiam, & ſcientiam altiorem &c. Exemplo ſubiecto probat, quod dixit: ꝙ id, quod quidã tm̃ excellenter poſſident, ſecnndũ inferiorem communionem in participationem cunctorum uenit: quale eſt hoc, quod ordo ſanctorum cherubim participat ſapientiam, & ſcientiam altiorem. Diſpoſitiones autem eſſentiarum. i. ordines ſpirituum, qui ſunt ſub ipſis cherubim, participant & ipſæ quidem ſapientiam, & ſcientiam: ſed men particularem, & inbiectam ad illns: id eſt, non ita perfecte, neque ita excellenter ut illi. Et uere nõ ſoli cherubim ſapientiam, & ſcientiam participant, ſed etiam alij inferiores: quia in participatione ſapieotię, & ſcientiæ eſſe omnino. i. uniuerſaliter, commune eſt omnibus deiformibus intellectibus idest oĩbus ſpiritibus per inſitã tõnẽ Deo cõformibus, & ſimilibus. Participare quidem ſapientiã aliquomodo oĩbus cõe eſt. Sed attente & primo, hoc eſt, expreſſe & principaliter eã participare, aut ſecũdo, aut etiam infra eam participare, nequaquam oĩbus cõe eſt. Qui. n. primo non participant, participant ſecundo, aut infra: hoc eſt, ioferius, & inperfectius participãt: Sed non participãt & primo. Qnia quicunque perfectionem habẽt, habent & inchoationem: ſed non quicunque inchoationem habent, ſtatim perfectionem hr̃e poſſunt. Sed habet tantum modo unumquodque, ſicut uoicuiq; definitur uel diſpenſatur, uel determioatum uoum aliquid tribuitur ante propria analogia: id eſt: ſecũdũ regulã, uel modũ, oel menſntã ꝓpriã, quæ ei ante oĩa in æterna Dei prouidentia prædeſtioata, & præuiſa fuit. Hoc aũt. ſ. ꝙ ſuperiornm uirtutes inferiores nõ ſm plenitudinẽ, tñ aliquomodo participent, fortaſſis de oĩbus diuinis mentibus, hoc eſt ratiooalibus ſpiritibus aliquis definiet, uel affirmabit, non errãos in hoc, quia uerum eſt. Etenim ſicut primi, & ſuperiores ordines abundantius habent ſanctas, & pulchras proprietates minorum: ſic ipſi ultimi, & minores habent eas proprietates, quæ ſunt priorũ: nõ tñ ſimiliter, ſed infra: hoc eſt, imperfectius quàm illi. Propterea, inqoit, (ut ego exiſtimo) oihil inordinatum, ſubauditur, fuit uel fit, ſi theologia angelũ uocat ſommũ ſacerdotẽ ſm nos: id eſt, eũ, qui ſm nos hoĩes ſũmo ſacerdotio fungitur: uel angelũ uocat ſm nos, quia nobis uidelicet anounciat uerbũ Dei: & ideo angelom, quia participantem iuxta uirtutem propriã: hoc eſt, ſm gratiam ex proprio officio ſibi datã: participãtem dico prophetica proprietate angelorũ: quia ei cõpetit prophetizare, & annũciare uerbum Dei ſicut angeli annunciãt. Et illum, dico, ẽt extẽrũ, uel prouectũ, ſiue ſnblimatũ ad manifeſtatiuã ſimilitudinẽ eorũ. ſ. angelorũ: quia i hoc ſimilis eſt angelis ꝙ ſecreta Dei ad eruditionẽ ſubiectorũ manifeſtat, uel reuelat. Nec mirũ ſi homines angeli uocantur, cum & angeli, & homines pariter dij uocati ſunt. Hoc eſt, qđ dicit. Inuenies aũt, ꝙ & deos theologia uocat ipſas cæleſtes, & ſuperiores eſſentias: hoc eſt, angelos: & non ſolũ illos: ſed ẽt quoſdã apud nos. i. nr̃i gñis uiros. ſ. mirabiles, & amiciſſimos Dei. Quare aũt uel angeli; uel homines dij uocẽtur, cãm ſubiungit: quia uidelicet diuinitas cũ ſit ſecreta, & remota ſm excellentiã naturæ ſuæ ab oĩ creatura, tñ a rationalibus mentibus, q̃ ſe per uirtutẽ ad unitatẽ illius, & illuminationem conuertont, quodãmodo concipitur, & participatur: & ideo in quantũ diuinitatis participes ſunt, ſm aliquẽ modũ non inconuenienter dii uocari poſſunt. Hoc eſt, qđ dicit. Et quidẽ diuinũ ſecretũ. i. diuinitatis ſecretũ, & remotũ eſt, & ſupercollocatũ eſt ſupereſſentialiter ſimol oĩbus rebus: & nullũ eorũ, quæ ab eo ſũt, ſubauditur cõdita, ualet oĩno, & proprie nominari ſimile ei: quia creator, & creatura expreſſe ſimilia eſſe non poſſunt. Veruntamen quæcunqne uirtus intellectualium, & rationalium, hoc eſt, angelorũ & (ut uniuerſaliter dicatur) qualiſcunque uirtus ſiue hominum coouertitur ad unitatem eius ſcilicet diuinitatis: & qualiſcunqoe uirtus extenditur inceſſabiliter ad diuinas ipſius deitatis illnminationes capiendas: illa uirtus digna facta eſt diuina imitatione per ſimilitudinẽ: & diuina oniuocatione, per appellationem: digna dico facta eſt uirtus illa ſecundum uirtutem ideſt intantum digna inquantum uirtus eſt: Ita tamen ſi hoc iuſtum eſt dicere, ut aliqua oirtus qnantumuis magna digna eſſe poſſit diuina imitatione, & dinina nninocatione.

*Titulus Capituli Decimitertij.*

## *QVARE A SERAPHIM dicitur purgatus fuiſſe propheta Eſaias.*

### LITERA. Cap. XIII.

AGe & hoc ſecundum uirtutem in ſpiciamus vt quid a theologis ſeraphim miſſus fuiſſet dicitur. Etenim reſponderit quiſquã, ꝙ non ſuppoſitorũ quis angelorũ, ſed unus quidã de maximis eſſentijs, & intimis purgat ſacerdotẽ. Quidã ergo aiunt, quòd iuxta iam ante redditam cũctorum intellectuum ſocietatis definitionem, non vnam circa Deum primarum mẽtium nominat eloquium in theologi purgationem veniſſe: quendam vero pręſtantium nobis angelorum ſacrificantem prophetæ purgationem, ſeraphim æquiuocatione vocatum fuiſſe, propter igneam, & cęleſtem dictorum ablutionem peccatorũ: & purgati in diuinam obedientiam reſuſcitationem. Et eloquium vnũ ex ſeraphim ſimpliciter dixiſſe aiunt, nõ vnã circa Deũ collocatarũ, ſed nobis pręſtantium purgatiuarum virtutum. Alter autem non mi-

mis

mis inconuenientem quandam præſtitit mihi apologiam ſuper huiuſmodi ſtatu. Ait enim, quia propriam purgatiuam ſacrificationem magnus ille, qui tunc erat, uiſionem formans angelus, in docendum diuina theologum: in Deum, & poſt Deum in præoperatricem repoſuit hierarchiam. Et non ne igitur hæc ratio uerax eſt? Ait enim qui hoc dixit: quomodo diuina uirtus in omnia ueniens implet, & per omnia immēſurabiliter peruenit, & omnibus iterum eſt inuiſibilis non ſolum, quaſi ab omnibus ſupereſſentialiter remota, ſed & quaſi occulte in omnia permittens prouidas ſuas operationes. Sed tamen & in omnibus intellectualibus proportionaliter ſuperlucet: & propriam illuminationem ingerens precioſiſſimis eſſentijs, per eas quaſi primas in alias ſub illis munitas ſe bene ordinate diſtribuit ſecundum uniuſcuiuſque diſpoſitionis contemplatiuam commenſurationem. Quam ut apertius dicam, & per própria exempla etſi deficientia Deo omnibus remoto: uerūtamen nobis maniféſtiora. Solaris radij diſtributiones in primam materiā bene diſtributę implent omnium lucidiorem: & per eam manifeſtius proprios declarat ſplendores. Accedens uero craſſioribus materiis obſcuriorem habet diſtributiuam ſuperapparitionem ex illuminandarum materiarum ad illuminationis diſtributiuum habitum in opportunitate, & paulo poſt ex hoc ad perfecte fere indiſtributū coarctatur. Iterum ignis caliditas magis ſe ipſam diſtribuit in capaciora, & ad ſimilitudinem ſuam bene conuenientia, & facilia. Ad uero reformationibus contrarias eſſentias, ipſa nullum abſconſum primitiuæ operationis neſtigium manifeſtat. Et hoc eo amplius, quia ijs, quæ non ſunt cognata per opportuna ſibi habentia admittitur. Primum utpote ignita faciens ab igneis facile mobilia: & per hæc aut aquam, aut alterum quid, uon facile igneſcentium proportionaliter califìcans. Iuxta hanc igitur naturalis ordinationis rationem, ſupernaturalis ipſa omnis boni ornatus uiſibilis, & inuiſibilis ordinatio, congrue dilucidationis claritatem primo apparentem ut in copioſiſſimis effuſionibus, excelſiſſimis manifeſtat eſſentijs: & per eas quæ poſt ſunt eſſentiæ diuinum participant radium. Hæ enim primæ cognoſcentes Deum, & diuinam ſupereminenter deſiderantes uirtutem: & præoperatrices fieri, quantum poſſibile, Deo ſimili uirtute, & actione dignæ effectæ ſunt: & poſt ſe eſſentias ipſæ ad ſimilem uirturem, ut uirtus, deiformiter extendunt, copioſe ipſis tradentes ex ſuperueniente in eas claritate: & illæ iterum ſubiectis: & per ſingulas prima ei, quæ eſt poſt eam, tradit. Ipſa aqua non ne & in omnes proportionaliter peruenit? Eſt ergo ſimul cunctis illuminatis principium illuminandi Deus quidem natura, & uere & proprie, vt luminis eſſentia, & ipſius eſſe, & uidere cauſalis. Tum deiformiter, & Deo ſimiliter permanens ſuperpoſitum, poſt ſe unicuique diuina lumina per ſe in illud traſuehendo. Ergo excellentiſſimam cæleſtium animorum diſpoſitionum ſimul omnium reliquarum eſſentiæ, ſecundum quòd conſequens eſt, poſt Deum principium mirantur, omnis ſacræ, & diuinæ ſcientiæ, & diuinæ imitationis: tanquam per illos in omnes, & uos diuina illuminatione diſtributa: propter quod & omnem ſacram, & Deo ſimilem operationem in Deum quidem quaſi cauſalem referunt: deinde in primos deiformes intellectus tanquàm primos operatores diuinorum, & magiſtros. Num ergo prima ſanctorum angelorum diſpoſitio magis ſimul omnibus habet igneam proprietatem, & effuſā diuinæ ſapientiæ traditionem, & myſticum excelſiſſimæ diuinarum illuminationum ſcientiæ: & ſeſſiuam proprietatem geſtantem, diuinam ſuſceptionem ſignificantem: Ipſæ uero ſuppoſitarum diſpoſitiones eſſentiarum, igneam ſapientem, atq; ſcientem Dei ſuſceptoriam uirtutem participant quidem infra: & ad primas aſpicientes, & per eas ut imitatione diuina præoperatrices dignefactas in deiformitatis poſſibile reductæ. Dictas ergo ſanctas proprietates, quarum participatio per primas poſt eas ſubſiſtentes fiunt, in ipſis illis poſt Deū tanquam in hierarchiis reponunt. Ait ergo hæc dicens, uiſionem ab illa deſcendentē, ab ipſo ſuſceptam fuiſſe theologo, per unū imperātiū nobis ſctōrū & beatorū angelorū: & ante illuminatiuā ipſius manuductionē in illā ſanctā contēplationem repoſuiſſe. Et ſuperſedere uidit excelſiſſimas eſſentias, quantum in ſymbolis dicendum, poſt Deum, & circa Deū collocatas, & cū Deo i

Omnibus etiam ipſis ſuperarcane ſublimio
rem ſuperprincipalem ſummitatem in me
dio ſuperfirmatarum uirtutum ſupercollo
catam.Didicit ergo uiſionibus ipſe theolo
gus, quòd iuxta omnem ſupereſſentialem
ſuperexcellentiam incomparabiliter ſuper
collocatum eſt diuinum omnium inuiſibi
li,uiſibilique uirtuti. Atque quòd ab om
nibus eſt remotum ut uniuerſale, neq; pri-
mis eorum,quæ ſunt,eſſentiis ſimile. Ad-
huc & omnium ipſum principium, & cau-
ſam ſubſtantificam eſſe,& eorum, quæ sũt,
ſecreta ſingularitate immutabile fundamẽ
tum:ex quo & eſſe, & bene eſſe etiam ipſis
ſumme munitis eſt uirtutibus. Deinde eaſ-
dem ſanctiſſimorum ſeraphim edoctus eſt
deiformes uirtutes: ſacra quidem ipſorum
cognominatione ,quod eſt ignitũ : de quo
paulo poſt nos dicemus, quantum nobis
poſſibile,ſubintroducere in deiforme igni
tæ uirtutis anagogas. Alarum uero expan-
ſa ſacra formatione in diuinum in primis,
& in medijs,& in ultimis intellectibus abſo
lutam, & altiſſimam extenſionem. Sed &
eorum multificum, & multiforme uidens
intellectualis theologus, & alis diſtingui
eam ſubtus pedes,& eam ſubtus facies ui-
ſionem,&eum in mediis alis ſemper motũ,
ad inuiſibilem eorum,quæ uiſa ſunt, redu-
ctus eſt ſcientiam: maniſeſtata ei altiſſimo
rum intellectuum multiuia, & multiuida
uirtute:& eorum ſacra formidine, quã ha-
bent ſupermundane in altiorũ, & inferio-
rum ſuperbam,& audacem, & impoſſibilẽ
ſcrutationẽ:& in commenſuratione Deum
imitantium actionum inceſſabile, & altiuo
lum ſemper motionis. Sed & illam diuinã,
& multum precioſam hymnodiam erudi-
tus eſt, formante uiſionem angelo ſecun-
dum uirtutẽ ipſi theologo,& tradente pro
priam ſacrã ſcientiã. Docuit ergo eum &
hoc,quia purgatio eſt quantumcunq; pur-
gatis ipſa diuinæ claritatis incognitę,quan
tum poſſibile,participatio.Hæc aũt ex ipſis
diuinitatis remotis cauſis, qua oẽs ſacros
intellectus ſupereſſentiali occultatione ꝑfi
cit,altiſſimis circa ſe uirtutibus manifeſtior
qũo eſt,& magis ſemetipſam manifeſtat, &
diſtribuit.Deinde ſecundis,aut nouiſſimis,
aut noſtris intellectualibus uirtutibus,quã
tum ab ipſa unaquęq; ſecundum deiforme
extitit, ſic manifeſtam ſuã illuminationem
conducit ad propriæ occultationis laudã-
dum ignotum.Lucet autem per ſingula, ſe
cundis per prima.Et ſi oportet breuiter di
cere, primo ex occulto ad manifeſtum du-
citur per primas uirtutes. Hoc ergo theo-
logus didicit ex lucem ducẽte angelo : hoc
eſt,purgationem, & omnes diuinas opera-
tiones per primas eſſentias relucentes, in
omnes reliquas diſtribui,ſecundum uniuſ-
cuiuſque ad deificas participationes analo
giam: propter quod & ignite purgatiuam
proprietatem ipſis ſeraphim conſequenter
poſt Deum repoſuit. Nihil ergo inordina-
tum,ſi purgare theologũ dicitur ſeraphim:
ſic enim Deus purgat omnes, quorum to-
tius purgationis eſt cauſa. Magis autẽ pro-
xime utemur exemplo:ſicut qui ſecundum
nos eſt ſummus ſacerdos ꝑ ſuos miniſtros,
aut ſacerdotes purgans,aut illuminans ip-
ſe dicitur purgare,& illuminare per ipſum
purgatis ordinibus per ſe in ipſum reponẽ
tibus proprias ſacras operationes: ſic &
propriam purgatiuam ſcientiam, & uirtu-
tem,ipſe purgationem theologi perficiens
angelus in Deum quidem ueluti cauſalem:
deinde in ipſum ſeraphim tanquam primo
agentem ſummum ſacerdotem reponit: ue
luti fortaſſis quis cum angelica reuerentia,
purgatum edocens, dixerit quòd in te per
ficiendæ purgationis ante me principium
quidem eſt excelſum,& eſſentia,& creator,
& cauſalis, primaſq; eſſentias ad eſſe addu-
cens,& circa ſe collocatione continens: &
obſeruans inconuerſibiles, & caſu carẽtes:
& ſeipſum mouens in primas propriarum
prouidarũ operationum participationes:
hoc enim,hæc me docens ait ipſius ſeraphĩ
manifeſtare miſſionem. Summus autem ſa
cerdos,& poſt Deum dux ipſe præſtantium
eſſentiarum ornatus: a quo ego purgare
deiformiter eruditus ſum: Ipſe igitur eſt ꝑ
me te purgans, per quem proprias proui-
das actiones ex occulto etiam in nos pro-
duxit ipſa totius cauſa, & opifex purgatio-
nis. Hęc ille quidem docuit me: tibi autem
ego trado.tuæ autem conceſſerim intelle-
ctuali, & diſcretiuæ ſcientiæ, aut alteram
partem dictarum cauſarum abſolui dubita
tione: & eandem honórari ante alteram, tã
quàm conſequens, & rationabile, & æque
uerũ habẽtem:aut a teipſo,quod uere ueri
uicinius ſit,inuenire: aut ab altero diſcere,
Deo uidelicet dante, & prius recipienti-
bus angelis, & angelorum amicis nobis
reuelare,

reuelare, per eius magis amabilem contemplationem.

## *EXPOSITIONIS IN DEcimumtertium Caput Diui Dionyſii Areopagitæ de cæleſti Hierarchia, pars quinta Lib. IX.*

AGe & hoc ſecundum uirtutem inſpiciamus. Eia, inquit, o Timothee, poſt cætera, quæ dicta ſunt, etiam hoc couſideremus ſecundum uirtutem & poſſibilitatem noſtram, ut quid.ſ. a theologis dicitur, unus de ſeraphim miſſus fuiſſe in Eſaia, uidelicet quando forcipe carbone ſublato de altari prophetæ labia purgauit. Et neceſſe eſt, ut hanc quæſtionem inſpiciamus, & diſcutiamus: quia dubium fieri poteſt utrum per ſeraphim hic unus aliquis de ſuperiori ordine intelligendus ſit, propter proprietatem nominis: An de inferioribus, propter proprietatem adminiſtrationis: quia infirmorum, & extremorum proprium eſt noſtram hierarchiam adminiſtrare. Ideo inſpicienda eſt quæſtio, ut ambiguitas exiſtimationis tollatur. Fortaſſis enim quiſquàm reſponderit, quòd non ſuppoſitorum quis, hoc eſt aliquis angelorum, purgat ſacerdotem. Eſaiam ſcilicet: Sed unus quidam de intimis, & maximis eſſentijs, hoc eſt, ſupremis ſpiritibus. Sed hoc rurſum alicui dubium eſſe poteſt, propterea quòd ſupremi ordines ad exteriora diſpenſanda, ſiue adminiſtranda non mittuntur.

Esa.6.

Propterea quidam aiunt, quòd iuxta definitionem ſocietatis cunctorum intellectuum iam ante redditam a nobis. i. ſecundum hoc, quòd ſuperius definiuimus, omnes ſpiritus ſocietatem quandam habere inter ſe proprietatum, & nominum: dicũt, quòd eloquium non nominat.i. non dicit ueniſſe in purgationem theologi unam aliquam primarũ mentium.i. primorum ſpirituum circa Deum, ſubauditur, conſtitutorum: Sed dicunt quendam potius præſtantium nobis, qui nobis tantum hominibus prælati ſunt: ſacrificantem purgationem prophetæ. i. facientem ſanctam, & Deo quaſi gratum ſacrificium offerentem, uocatum fuiſſe ſeraphim, æquiuocatione.ſ. nominis, non excellentia proprietatis. Qua ſimilitudine autem angelus extremi ordinis ſeraphim uocatus ſit, ſubiungit; propter igneam & cæleſtem ablutionem, ſiue mundationẽ dictorum iam ſuperius peccatorum ipſius prophetæ: & propter reſuſcitationem etiam, uel uiuificationem ipſius purgati in diuinam obedientiam: quia ſicut ignis eſt rubiginem cremando purgare, & mortua atque extincta calefaciendo uiuificare: ſic iſto diuino igne & a peccatis purgatus eſt, & ad amorem Dei inflammatus. Quod quia miniſterio angeli factum eſt, Aiunt quidam eloquium ſacrũ unum ex ſeraphim ſimpliciter dixiſſe non unam aliquam uirtutum collocatarum circa Deũ: ſed unam potius purgatiuarum uirtutum nobis præſtantium, ideſt, unum angelorum, nobis, hoc eſt; hominibus prælatorũ, propter ſimilitudinẽ actionis tñ ipsũ ſeraphim appellatũ. Sequitur. Alter autẽ non nimis incouenientẽ quandã præſtitit mihi apologiam ſuper huiuſmodi ſtatu. Quidã, inquit, dicũt angelum, qui prophetam purgauit, de ſupremis fuiſſe ſpiritibus pp hoc ꝙ ſeraphĩ appellatus eſt. Alii aũt dicunt eũ de inferioribus fuiſſe, & propter ſimilitudinem actionis tantũ ſeraphim appellatũ: Ita ſinguli pro ſua opinione ueriſimiliter definientes. Sed alter quidã neq; cũ illis, neq; cũ iſtis omnino conſentiens, præſtitit mihi quandã apologiã.i. excuſationem, uel ſatisfactionẽ, ſiue defenſionem non nimis inconuenientẽ, ſuper huiuſmodi ſtatu.i. definitione, per quam ſtatus rei deſcribitur: uel ſuper huiuſmodi inſtantia.i. quæſtione: quæ quodammodo inſtat, & importuna eſt donec ſoluatur. Quam autem ſatisfactionẽ, uel defenſionẽ ipſe præſtiterit circa quæſtionem hanc, ſubiungit. Ait.n. (ſubauditur ille apologiam præſtans) quia magnus ille angelus, qui tunc erat formans uiſionẽ in theologum docendũ diuina, hoc eſt, in mente theologi, quem per illam uiſionem diuina docere debuit, ille.ſ. angelus, propriam purgatiuam ſacrificationem, hoc eſt, operationem, qua ipſe tunc proprie, & ſingulariter prophetæ labia purgauit, & ſacra fecit, illam ſuam operationem repoſuit in Deum: hoc eſt, attribuit Deo, & poſt Deum repoſuit in præoperatricẽ hierarchiã.i. in hierarchiã, in qua, & p quã Deus primo.i. ante oẽs alias operatur. Ideo aũt ſuã actionẽ illi hierarchiæ attribuit, a qua ut hoc ageret poſt Deũ principaliter accepit. Et hæc eſt rõ, quare ſeraphĩ ſũmus dicitur.ſ. quia, qui hoc fecit angelus ſicut illud poſt Deũ principaliter a ſeraphim accepit, ita ẽt poſt Deũ ipſi ſeraphim attribuit. Hanc ergo rationem reddidit ille circa quæſtionẽ huiuſmodi. Et non ne igitur hæc rõ nerax eſt? Verba ſunt authoris, qui uidetur ſuã exiſtimationẽ huic ſententiæ accõmodare. Verax, inquit, uř eſſe rõ hæc: quia ille talis, qui hoc dixit, ait, oſtendens quõ diuina uirtus in oĩa ueniens impiet oĩa: & nõ ſolũ uenit, ſed etiam peruenit, & penetrat p oĩa immenſurabiliter tranſiens ea, & eſt inuiſibilis oĩbus. Et iterũ hæc eſt ita inuiſibilis tranſcendens omnia ſine termino, ſicut inuiſibilis eſt omnibus ſubſiſtens ante omnia ſine principio. Vel iterum inuiſibilis eſt per immenſitatem, ſicut inuiſibilis eſt per æternitatem: quia ſicut æternitatem non capit intelligentia temporalis, ſic immenſitatem non comprehendit natura circunſcripribilis. Vel iterum inuiſibilis eſt.i. non ſolum in ſe ſecundum quòd eſt eſſentialiter, & ineffabiliter ab omnibus remota: ſed etiam in nobis, ſecundum quod eſt imcomprehenſibiliter omnibus occulta. In ſe igitur eſt inuiſibilis, & in nobis eſt inuiſibilis, & in utroque modo manet incomprehenſibilis. Hoc eſt, quod ait ille: Quia non ſolum inuiſibilis eſt in ſe, quaſi ab omnibus ſupereſſentialiter remota: ſed etiam in nobis eſt inuiſibilis, quaſi occulte permittens, uel peuetrare fa-

mum oſtenderent, & ſimiliter pulchra multa, ut unius pulchritudinis ſummæ imaginem demonſtrarent. Sed & uitæ multę conſtitutæ ſunt in ijs, quorum conditio amplius aliquid habere meruit, ijs; quæ bona quidem, & pulchra facta ſunt: & tamen hoc bonum, quod uita eſt, capere non poſſunt. Et hæ uitæ omnes unam uitam ſummam æmulantur: unaquæque in genere ſuo, in eo quod eſt, & quantum eſt ab ea, & ſecundum eam, quæ ſola uera eſt. Omnis autem uitæ corporeæ principia duo ſunt: calor & humor: unum, ſcilicet humor, nutrimentum uitæ præſtat: Alterum, id eſt calor, uitam ſenſificat. Sine calore non uiuit ſubſiſtens: ſine humore uiuens non ſubſiſtit. Propterea hæc, rationabili contemperantia cunctis ſe uiuificandis infundunt, ut ex eis unaquæque uita menſuram capacitatis ſuæ, quantum oportet, accipiat: quatenus inferiores uitæ per gradus incrementorum ſuorum ad imaginem ſummæ uitæ proficiant. Primus enim gradus corporeæ uitæ eſt ſenſificatio. Secundus per ſenſum ingrediens imaginatio. Tertius per imaginationem conceptorum memoria. Quartus ſecundum paſſibilem applicationem ſenſus, quędam ſine intelligentiæ diſcretione prouidentia. In qua quidem quaſi rationis imago eſt, ſed ratio nulla eſt. Secundum hanc & bruta quædam animalia, alijs ſui generis callidiora uidētur: & quadam quaſi ſenſus facilitate rationalis mentis prouidentiam imitantia. Quod tamen magis ſenſus paſſio quàm intelligētię operatio eſſe probatur. In his autem omnibus uita corporea uitam ſpiritualem imitatur. Primum uidelicet in eo quòd ſentit: Secundo in eo quod ſenſum concipit: Tertio in eo quòd concepta retinet: Quarto in eo quod ſiue in imaginatis, ſiue in ſenſis per ſenſus paſſionem ſecundum quandam rationis ſimilitudinem uel ad appetendum, uel ad fugiendum ſe inflectit. In his itaque omnibus uitæ corporeæ ſpiritualium uitarum imaginem tenent, & per medias eas ſummam uitam, quantū poſſunt, æmulantur. Nam & ipſæ ſpiritales uitæ omnes à ſumma uita accipiunt quod uitæ ſunt, participantes inde deſcendentem ſpiritualem calorem. & humorem, quo nutriantur, & uiuificentur ut uiuant. Duo iſta ſpiritualiter concepta ſpiritualem uitam perficiunt: Spiritalis humor nutriēs per gaudium: & non conſtat uita ulla, quæ calorem, & humorem ſuum non habeat nutrientem, & ſenſificantem; ut in eo quod uita eſt, ſubſiſtere poſſit, & quæ magis hæc habet, merito magis uita nominatur. Vt multę ſunt uitæ, ſicut participationes ſunt multæ, & omnis participatio ab uno, & omnis uita ab uno. Sic itaque ſummum bonum in omnia ſe diffundens, omnem uitam conſtituit: & ad ſummam uitam omnem uitam formando reducit. Sequitur. Et hoc eo amplius. Ac ſi diceret. Non ſolum hoc quod lucem corpoream, & calorem materialem quædā corpora ſuſcipiunt, quædam omnino repellunt, argumentum eſt inuiſibilis ueritatis: ſed hoc etiā, quod per ea, quæ magis calent, alia minus calida accenduntur: hoc, inquit, adhuc amplius argumentum eſt. Amplius poſt prima, non amplius ſupra prima: hoc argumentum eſt inuiſibilis ueritatis.

Quia ipſa caliditas materialis ignis admittitur, & infunditur ijs ſcilicet corporibus, quæ non ſunt cognata ſibi, id eſt, apta ad ſuſcipiendam ipſam: infunditur, dico, illis per alia habentia opportuna id eſt q̄ ſe habent oportune ad illam. Primum illam ſuſcipiunt, utpote ignita faciens ab igneis facile mobilia. Ipſa quippe caliditas ab igneis, quæ magis calēt ignita, facit alia, quæ ſecundario, & minus caleſiūt: quæ tamen & ipſa ideo ignita fiunt ab igneis, quia facile mobilia ſunt, & apta ad ſuſceptionem caloris. Sic itaque ab igneis primum, & principaliter calentibus facit ignita: & per hæc ignita, ſcilicet poſtea calificat adhuc frigidiora, & remotiora, id eſt, aut aquam, aut alterum quid, hoc eſt, aliquid aliud non facile igneſcentium, id eſt, eorum, quæ non facile igneſcunt. Calificat, dico, proportionaliter, hoc eſt, unumquodque ſecundum modum, & menſuram ſuam, & capacitatem ſuam ad calorem ſuſcipiēdum. Sequitur. Iuxta hanc igitur &c. Adaptat ſimilitudinem. Secundum hanc, inquit, rationem, id eſt, ſimilitudinem naturalis ordinationis, id eſt, ordinationis naturalium rerum, & uiſibilium: etiā ipſa ſupernaturalis ordinatio, id eſt, diuinæ gratiæ diſtributio: quę eſt ordinatio omnis boni ornatus, id eſt, omnis ordinis bene & ornate diſpoſiti: ſiue uiſibilis ut in hominibus, ſiue inuiſibilis ut in angelis: illa, inquam, ſupernaturalis ordinatio congrue manifeſtat primo claritatem delucidationis, id eſt, manifeſtationis, uel reuelationis, excelſiſſimis eſſentiis, id eſt, ſupremis ſpiritibus: claritatem illam, dico, primo apparentem in eis, utpote in copioſiſſimis effuſionibus, hoc eſt, ſicut eam decet apparere quando ſe copioſe effundit, uel ijs, quibus ſe copioſiſſime effundit. Et per eas ſcilicet excelſiſſimas eſſentias, illę eſſentiæ, quæ poſt ipſas ſunt participant diuinum radium, id eſt, claritatem diuinam. Hæ enim ſcilicet excelſiſſimæ eſſentiæ primæ, ſunt cognoſcentes Deum, & deſiderantes ſupereminenter diuinam uirtutē. Et quia principaliter cognoſcunt & diligunt: dignæ effectæ ſunt fieri præoperatrices (quantum poſſibile eſt) uirtute, & actione ſimili Deo: id eſt, ut ante omnes alias primo poſt Deum in ſubiecta omnia operētur, diuinam uirtutem largiendo, & in eo ipſo ſimiles Deo fiant: quia uirtutem, quam deſuper accipiunt, ſubiectis impendūt. Ipſæ enim eſſentias, quæ poſt ſe ſunt, ſiue ſubiectæ ſibi, extendunt ad uirtutem ſimilem, ſcilicet ſuæ uirtuti: utpote uirtus deiformiter ſe habens; quia in eo quod hoc faciunt, uirtute ſua Deum imitantur, copioſe tradentes ipſis, ſcilicet ſubiectis eſſentijs ex claritate ſuperueniente in eas. Et illæ ſcilicet ſubiectæ eſſentiæ iterum tradunt ſubiectis ſibi: & ita per ſingulas effuſione diuini muneris currente: prima tradit ei, quæ eſt poſt eam, & ſic deinceps uſque in finem. Sequitur ipſa aqua &c. Poſt ſimilitudinem, quam de igne ſecūdum claritatem, & calorem propoſuit, aliam iterum ſimilitudinem de aqua proponit. Ipſa, inquit, aqua nonne in omnes proportionaliter peruenit? Ipſe humor aquæ, qui ſe per omnes partes terræ, & terrenorum corporum diffundit proportionaliter cuncta replet, alia plus alia minus humectans, ſecundum hoc ſcilicet, quòd unum-

unumquodq; plus,uel minus capax eſt humectatio
nis.In hoc ergo exemplo ſimiliter diuinæ gratiæ di
ſtributio nõ pari modo cunctis proueniens conue
nienter demonſtratur. Sequitur. Eſt ergo &c. Qñ
quidem,inquit,ſicut unum uiſibile lumen multa il
luminat,& ab illo lumine multa lucẽtia lucent:ita
inuiſibilis lux cuncta inuiſibiliter lucentia illuſtrat.
Ergo Deus principiũ eſt illuminandi, ſiue illumina
tionis ſimul cunctis illuminatis. Nec mirum: quo-
niam & ipſe lumen eſt, & non quolibet modo lu-
men,ſed natura, id eſt, naturaliter, & uere, & pro
prie.Naturaliter,quia ex ſe:& uere,quia in ſe:& ꝓ-
prie,quia per ſe.Naturaliter, quia ex ipſo, quod eſt,
lumen eſt:& uere,quia ipſum,quod eſt, lumen eſt:
& proprie, quia per ipſum, quod eſt, lumen eſt.
Naturale ſiquidem eſt, quod aliunde non aſſumi-
tur:uere eſt,quod eſſentialiter poſſidetur: proprie
eſt,quod per alium non confertur.Sic itaque Deus
lumen eſt: & parum dico,cum dico eum eſſe lumẽ,
utpote qui eſſentia eſt ipſius luminis. Cęteri enim,
qui lucent, eſſentia luminis non ſunt,ſed effectus.
Illi ergo,quòd lumina ſunt,ex lumine ſunt: Ille ue-
ro lumen eſt ex eo,quod eſt.Et eſt etiam cauſalis eſ
ſe, & uidere, id eſt, eſſentiæ,& uiſionis ipſius lumi-
nis:quaſi ſic diceretur. Deus eſſentia luminis eſt, &
ipſius eſſentiæ etiam cauſa eſt: quia quod lumen
eſt, eſſentialiter eſt: & quod eſſentialiter eſt, ex ſe
eſt.Sic ergo cauſa eſt eſſentię luminis:& non ſolum
modo eſſentię luminis:ſed etiam ipſius uiſionis, ſi-
ue manifeſtationis luminis:quia nõ ſolum ex ſe hẽt,
quòd eſſentialiter lumen eſt lucens per naturam:
ſed hoc etiam, quòd temporaliter lucet illuminans
per gratiam.Sequitur.Tum deiformiter, & Deo ſi-
militer permanens ſuperpoſitum &c. In Deo, in-
quit,lumen ipſum aliud non eſt, quàm eſſentia ipſa
illi,cui idem eſt eſſe,& lumen eſſe qui ex ſemetipſo
principium eſt illuminandi:quia eos, qui primi lu-
cent,ex ſemetipſo illuminat. Tum autem, id eſt,de
inde poſt ipſum, ſcilicet Deum, unumquodque ſu
perpoſitum permanens deiformiter, & Deo ſimili
ter,hoc eſt,ſecundum conformationem, & ſimilitu
dinem Dei, ſubaudimr, principium fit illuminandi
poſt ſe p ſe tranſuehendo diuina lumina in illud.ſ.
poſt ſe conſtitutum. Senſus hic eſt:quòd Deus, qui
omnibus ſuperpoſitus eſt,eos,qui proximi ſunt,per
ſe illuminat:& ſic fit principium illuminationis pri
mos lucentes illuminans:deinde ipſorum primum
lucentium unuſquiſque cæteris omnibus ſubiectis
ſecundum conformitatem, & ſimilitudinem Dei
ſuperpoſitum fit principium illuminationis uni-
cuique ſubiectorum, diuina lumina per ſe tranſue
hendo in illud ſcilicet ſubiectum. Quòd autem
neutraliter poſuit ſuperpoſitum pro eo, quòd dixiſ
ſe debuiſſet ſuperpoſitus, ſcilicet ordo, uel ange
lus, more ſcripturæ factum eſt, maxime cum de
ignotis, & mirabilibus agitur, cum dicitur il-
lud: ac ſi diceretur, quodcunque illud eſt. Quòd
uero ſubiunxit unicuique poſt ſe, ſic uidetur dictũ
quaſi illud ſuperpoſitum quodcunq; eſt unum exi
ſtens,ſingulis ſubiectis principium illuminationis
exiſtat:ut non quaſi multa multis,ſed unum multis
lumen præbeat. Sed in eo quod poſt hoc iterum a-
dijcit, in illud diuina lumina tranſuehendo, non
unum multis, ſed unum uni illuminationem mini
ſtrare uidetur.Vnde patet,quod ſecundum morem
ſcripturæ uiciſſim, ſiue pro numero numerus,ſiue
pro genere genus ponatur, eiuſdem intelligentiæ
ueritas non mutatur. Sequitur. Ergo excelſiſſi-
mam cæleſtium animorum diſpoſitionem. Infert
e ſupradictis:ac ſi diceret. Quandoquidem diſpoſi
tio prima diuina ſuſcipit, & ſubiectis omnibus il-
luminationem præbet: ergo omnium reliquarum
diſpoſitionum eſſentiæ mirantur, id eſt,reliquorũ
ordinum omnium ſpiritus admirando & ſtupen-
do contemplantur ipſam excelſiſſimam cæleſtium
animorum diſpoſitionem, principium poſt Deũ,
ſecundum quod conſequens eſt. Ita enim conſe-
quens eſt, ut Deum primum principium cogno-
ſcant:deinde & ipſos, qui primi ſunt, poſt Deum
ſuo modo principium ad ſequentia uenerẽtur, per
quos gratia diuina ad eos,qui ſubiecti ſunt,deſcen
dit. Et hoc eſt, quod ſequitur. Mirantur eos prin
cipium eſſe omnis ſacræ, & diuinæ ſcientiæ,& diui
nę imitationis:quæ ſcilicet ad ſubiecta per ipſos ma
nant tanquam diuina illuminatione diſtributa per
illos in omnes alias cæleſtes uirtutes: & non ſolum
in eas, ſed etiam in nos,uidelicet homines, qui di-
uinas illuminationes illis mediantibus accipimus.
Et quia omnes reliquæ eſſentię cæleſtes primis me
diantibus illuminantur: idcirco quicquid ſacrum
operari poſſunt,& Deo ſimile, hoc quidem primũ
Deo attribuunt, qui cauſa eſt omnium:deinde ip-
ſis primis ſpiritibus,quibus operantibus,& median
tibus gratiam diuinam percipiunt:hoc eſt,quod di
cit:Propter quod ſcilicet,quia per illos a Deo illu-
minatos reliqui illuminantur, ideo ipſi reliqui o-
mnem ſacram, & Deo ſimilem operationem ſuam
in Deum quidem quaſi cauſalem referunt; quia ip-
ſe eſt prima cauſa omnium: deinde referunt in pri
mos intellectus, id eſt, ſupremos ſpiritus, qui dei-
formes ſunt,uel Deo conformes,in hoc quod dona
ſpiritalia tribuunt: non tamen ut Deus, qui prima
cauſa eſt,a quo ſunt,ſed tanq̃ primi effectus,p quos
ſunt:ideo ad eos referunt bonũ ſuũ, per quos eſt iã
quam per primos operatores,& magiſtros diuino-
rum ſcilicet donorum. Operatores quidem in eo
quod mouent efficiendo: magiſtri uero in eo qđ
præſident dirigendo.Sequitur. Num ergo prima
&c.Num pro non ne. Non ne ergo,inquit,prima
diſpoſitio ſanctorum angelorum,quæ tantopere cæ
teris omnibus ſublimior eſt,magis omnibus habet
ſummam,& igneam proprietatem,hoc eſt,charita-
tem,ſicut in ſeraphim:& effuſam,id eſt, abundantẽ
traditionem diuinæ ſapientiæ,& miſticum excelſiſ-
ſimæ diuinarum illuminationum ſcientiæ, id eſt,
myſticam,uel occultam,ſiue profundam excelſiſſi-
mam ſcientiam,quam ex diuinis illuminationibus
percipit, ſicut in cherubim:& ſeſſiuam proprieta-
tem ſicut in thronis,geſtantem,Deum ſcilicet,& ſi
gnificantem diuinam ſuſceptionem: quia in eo, ꝙ
throni dicti ſunt, aperte ſignificatur, quòd Deum
in ſe ſedẽtẽ, & quieſcentem ſuſcipiunt. Senſus eſt.
Non ne prima hierarchia excellentius, & abun-
dantius cæteris omnibus habet & igneam charita-
tis,

ris,& lumen cognitionis,& iudicium diſcretionis? Habet utique hæc omnia amplius cæteris,omnib⁹. Ipſę uero diſpoſitiones ſuppoſitarum eſſentiarum, id eſt, ſubiectorum ordinum participant quidem & ipſæ igneam uirtutem,id eſt,charitatem,ſicut ſeraphim:& ſapientem,atque ſcientem uirtutem, id eſt,cognitionem,ſicut cherubim:& uirtutem ſuſceptoriam Dei ſicut throni:participant, dico, ſed infra,id eſt,imperfectius quam primæ: & aſpicientes ad primas,id eſt,imitantes primas,& per eas ſcilicet primas reductę in id deiformitatis, quod poſſibile ipſis eſt,hoc eſt,reductæ ad tantam deiformitatem quantam eis poſſibile eſt per eas ſcilicet primas:primas,dico,dignefactas,hoc eſt, dignas factas diuina imitatione,id eſt,ut Deum imitentur:præoperatrices,id eſt,prius & excellentius omnibus alijs ab ipſo & ſecundum ipſum operantes. Sequitur. Dictas ergo ſanctas proprietates &c. Quandoquidem,inquit,per primas ſubſequentes dona gratiarum accipiunt:ergo ſanctas proprietates iam ſuperius dictas,quale fuit prophetæ labia carbone incendere: quod proprium uidetur eſſe ſeraphim: & ſcientiá docere,quod proprium uidetur cherubim. Eiuſmodi ergo proprietates, quarũ participatio fiunt per primas eſſentias,aliç eſſentiæ ſubſiſtentes poſt eas: has,inquam,proprietates reponunt in ipſis, id eſt, attribuunt ipſis illis primis,ſcilicet per quas eas participant: tanquam in hierarchis,id eſt,in principibus,& ſuperioribus:ut eas ad illos referãt,a quibus acceperunt. Reponunt dico in illis poſt Deũ:quia primo eas Deo attribuunt,deinde illis,qui proximi ſunt poſt Deum. Quod autem ait,quod ſubſequentes eſſentiæ participatio fiunt proprietatum primarum:modus loquendi talis eſt,Ac ſi diceret. Participes fiunt proprietatum primarum; quia quod primi poſſident per proprietatem, ſecundi communicant per participationem. Sequitur. Ait ergo hęc dicens &c. Ille inquit,de quo ſuperius dixi, qui mihi non inconuenientem præſtitit apologiam: Ille dicens hæc,quæ hactenus dicta ſunt de diuina illuminatione per alios ad alios deſcendente,ait uiſionem ſupradictam,de qua quæſtio orta eſt de purificatione labiorum prophetæ ſuſceptam fuiſſe ab ipſo theologo,Eſaia ſcilicet, per unum ſanctorum, & beatorum angelorum imperantium nobis hominibus,deſcendentem ab illa, ſubauditur, prima hierarchia. Hoc enim ait ille,quod uiſio illa,quam uidit Eſaias a prima Hierarchia deſcendit,& allata eſt ipſi prophetæ per unum angelum de nouiſſimo ordine,eorum,qui in angelis extremi ſunt, & nobis tantum præſunt: & ideo ait illum angelum ante illuminatiuam ipſius manuductionem,id eſt,reuelationem illam,quia ipſe manuduxit,& erudiuit prophetam,& quã ipſe ante illuminatus erat a prima hierarchia: repoſuiſſe in,id eſt, retuliſſe ad illã ſanctam contemplationem: hoc eſt, in ipſam primam hierarchiam:a qua contemplabatur ſe habuiſſe quod habuit,& feciſſe quod fecit. Videt etiam ipſe Eſaias ſuperſedere,id eſt, in alto & ſublimi ſedere,excelſiſſimas eſſentias,collocatas poſt Deum, & circa Deum,& cum Deo:quantum in ſymbolis, id eſt,figuris,& ſimilitudinibus eſt dicendum. Hoc.n. totum ſymbolicum eſt,& figuratiuum,quod Deus ſecundum corporalem ſimilitudinem in ſolio excelſo ſedere dicitur:& ſeraphim circa eum, & iuxta ſtare perhibentur. Et uidet etiam ipſe Eſaias ſummitatem ſublimiorem omnibus ipſis,ſcilicet excelſiſſimis ſpirituum beatorum eſſentiis: etiam ſuperatca ue ideſt excellentiſſimo modo:ſummitatem,dico, ſuperprincipalem,id eſt,Deũ,qui ſummus & principalis omnium eſt, ſupercollocatam in medio ſupfirmatarum uirtutum. In medio enim uirtutum, id eſt,ſanctorum ſpirituum,qui firmati ſunt, & ſtabiliti æterna collocatione circa Deum ſuper omnia,ipſe Deus ſummus & principalis ſedẽs uidetur in ſolio excelſo & eleuato. In his ergo uiſionibus didicit ipſe theologus Eſaias,hoc ſcilicet, quod diuinum,id eſt,diuinitas ſupercollocata eſt incomparabiliter ſupra omnem ſupereſſentialem ſuperexcellentiam omni inuiſibili, & uiſibili uirtuti, hoc eſt, quod diuinitas incomparabiliter, tranſcendit ſecundum omnem excellendi modum,omnem uirtutem,uiſibilem,& inuiſibilem. Et non mirum, ſi tranſcendit omnia ipſum diuinum:atqui id eſt certe,quia ab omnibus eſt remotum per excellentiam. ſcilicet,ut pote illud,quod uniuerſale eſt ab iis, quæ ex parte ſunt omnia:& intantum remotum, & excellens,ut nec primis eſſentijs eorum, quæ ſunt, ſimile ſit,ſed longe diſtans,& tranſcendens. Quod autem ait primis eſſentiis eorum,quæ ſunt, tale eſt ac ſi diceret,eſſentiis eorum,qui ſunt primi, uel eſſentijs,quæ ſunt primæ,id eſt,ſupremis ſpiritibus angelorũ. Nec ſolum didicit diuinũ ab oĩbus remotũ:& nulli ſimile eſſe. Sed adhuc,ſiue inſuper ẽt hoc didicit ipſum eſſe oĩum principium:q̃a ab eo ſunt oĩa: & cauſã ſubſtantificã;q̃a per eum ſubſiſtunt uniuerſa:& immotabile fundamentũ eorum,quæ ſunt, ſecreta ſingularitate:q̃a in eo ſubſiſtentia perſeuerant uniuerſa: qui ſecreta & occulta diuinitate ſua omnia continens unitas,uniuerſitatem colligit,& ſingularitas multiplicitatem conſtringit. Ex quo & eſſe,& bene eſſe eſt ẽt ipſis ſũme munitis uirtutibus: id eſt ,illis ſpiritibus,q̃ in ſumma uirtute,& felicitate firmati ſunt,& ſtabiliti : q̃ ab illo habent nõ ſolũ ut ſint,ſed etiam ut beati ſint. Hoc ergo totũ didicit in uiſione illa de diuinitatis excellentia. Deinde etiam didicit, & edoctus eſt, eaſdem ſanctiſſimorũ ſeraphim: uel ut expreſſius dicatur,eorundem ſanctiſſimorum ſeraphim,deiformes uirtutes, uel eaſdem uirtutes,quas in Deo eſſe didicerat,didicit etiã eſſe in ſeraphim ex conformitate Dei: quia quod Deus habet per naturam, ipſi habent per gratiam conformati Deo. Quas autem, & quales uirtutes, ſiue etiam ex quo didicerit uirtutes eſſe in ſeraphim ſubiungit dicens. Ex ſacra quidem cognominatione ipſorum, quod,id eſt, quæ cognominatio,eſt ignitum. Quia ſeraphim ardẽs,uel ſuccendẽs interpretatur,& ſignificat ignitum: de quo ignito (inquit) nos paulo poſt dicemus,quantum poſſibile nobis erit,ſubintroducere anagogas, id eſt, ſurſumductiones uirtutis ignitæ, ſcilicet charitatis ipſorum ſeraphim, in deiforme: hoc eſt,in tantam di-

dignam, & Deo conſimilem. Vel ſic. Ex hac, inquam ſacta cognominatione, didicit ipſe propheta: anagogas, id eſt, ſurſumductiones, ſiue aſcēſus, uel prouectus ignitæ uirtutis, id eſt, charitatis ipſorum ſeraphim. In expanſa autem ſacra formatione alarum, id eſt, in ſacra formatione expanſarum alarum, didicit ipſe propheta abſolutam, & altiſſimam in diuinum extenſionem, quæ eſt in primis, & in medijs, & in ultimis intellectibus. Per cognominationem igitur, quæ ignitum ſonat, didicit igneam uirtutem, id eſt, charitatem deſiderio ad alta aſcendentem: per expanſionem uero alarum, didicit cognitionem ſubtilitate in longinqua ſe porrigentem, & uſque in diuina capienda ſe extendentem, in primis, & medijs, & ultimis intellectibus, id eſt, ſpiritibus in illo ordine primis, & medijs, & ultimis: Vel primis intellectibus, quibus diuina capiūt ſupra ſe: medijs, quibus diuina capiunt in ſe: ultimis, quibus diuina capiunt ſub ſe. Extenſio uero ipſa, ſiue porrectio cognitionis & abſoluta eſt, quia nulla ignorantiæ caligine ad immenſitatem ſe diffundens circūuoluitur: & altiſſima, quia ad ſumma pergens nulla infirmitate prægrauatur. Et non ſolū ex ijs, quæ dicta ſunt, uirtutem dilectionis, & cognitionis ipſorum cognouit: Sed etiam multificum, & multiforme eorū uidens ipſe intellectualis theologus Eſaias: & uidens etiam eam uiſionem diſtingui alis ſubtus pedes, & diſtingui eam alis ſubtus facies: & uidens etiam eum ſemper motum, id eſt, qui ſemper eſt, in medijs alis: per hæc omnia reductus eſt, & eruditus ad inuiſibilem ſcientiam eorum, quæ uiſa ſunt. Per hoc enim, quòd diſtinctionem uidit alarū, quæ ſubtus pedes deorſum: & alarum, quæ ſubtus facies ſedentis ſurſum porrigebantur: & alarum, quæ in medio ſemper mouebantur: per hoc ſcilicet uidit ipſe multiplicem uirtutem illorū, quæ & multificata eſt in opere ſignata per motionem, & multiformis in cognitione, & dilectione, ſignificata per porrectionem. Et in his omnibus reductus eſt ille, & admonitus: ut inuiſibiliter cognoſceret, quod ſecūdum ſpeciem uiſibilium uidit: manifeſtata ei per hæc omnia multiuia, & multiuida uirtute iſtorum altiſſimorum intellectuum. Quæ ſcilicet uirtus & multiuia eſt, inquantum multipliciter mouetur appetendo: & multiuida, inquantū multipliciter beatificatur poſſidendo. Multiuia in eo, qua pergit ſcrutando: multiuida in eo, quod inuenit penetrando. Multæ ſunt uiæ, quibus itur ad bonum unum: ideo rectè multiuia. Sed quare multiuida, cum unum ſit, quod uidetur: niſi quia in uno cuncta uidentur? Sic ergo reductus eſt propheta ad ſcientiam ueritatis, monſtrata ei per ſacras imagines multiuia, & multiuida uirtute altiſſimorum intellectuum. Monſtrata etiam ei ſacra formidine eorum, ſiue reuerentia, quam habent ſupermundane, id eſt, impaſſibiliter & pure, in ſuperbā & audacem & impoſſibilem ſcrutationem altiorū, & inferiorum, id eſt, ne ſuperbe, & audacter, & impoſſibiliter ſcrutentur, ultra menſuram poſſibilitatis ſuę ſecreta Dei: quæ altiora ipſis ſunt per maieſtatem: & inferiora per profunditatem. Ideo quippe uelant caput, ut altiora tecta ſibi profiteantur: ideo uelant pedes, ut inferiora & profundiora impenetrabilia eſſe teſtentur. Propterea ſuperbi, & audaces eſſe formidant ad id, quod impoſſibile eſt ſcrutandum. Superbi ad alta, audaces ad profunda. Superbi, ne nimis eleuentur: Audaces, ne præcipitentur. In hoc ergo ſacram formidinem habent: quia ſacrum eſt timere, quod præſumptū noceret: & ſupermundane habent, quia ſine paſſione, & afflictione formidant. Timent enim, & non afficiuntur: contremiſcunt, & non concutiuntur. Pauent ſecuri, & ſine ulla moleſtia, uel corruptione ſuæ quietis uerentur ad incomprehenſibilem maieſtatem, menſuram tranſire ſuæ poſſibilitatis. Ad horum omnium ſcientiam reductus eſt propheta, ſupradicta uidens in extenſione alarum: Et uidens etiam inceſſabile, & altiuolum ſemper, ſcilicet perſeuerantis motionis in commotione alarum: quæ commotio in commenſuratione conſtat actionum Deum imitantiū, id eſt, in actionibus ipſorum, quibus imitantur Deum, commenſurantes ſe poſſibilitati ſuæ, ut nihil præter rationem, & menſuram agere præſumant. Sequitur. Sed & illam diuinam, & multum pręcioſam hymnodiam eruditus eſt. Ac ſi diceret. Non ſolum in habitu ſeraphim uirtutem eorum cognouit: ſed etiam in uoce eorum hymnodiam, id eſt, laudem diuinam, didicit formante angelo uiſionem ipſi theologò ſecundum uirtutem capacitatis ipſius, & tradente propriam ſacram ſciētiam: quia quod ipſe angelus ſciuit, per hanc ſacrā uiſionem theologum ſcire fecit. Docuit ergo ipſe angelus eum, ſcilicet theologum, in hoc quòd labia eius, qui iam iuſtus uidebatur, purgauit carbone ſumpto de altari: quia ipſa participatio incognitę diuinæ claritatis accepta, quantum poſſibile eſt, purgatio eſt quantuncunque perfectis. Quia quantuncūque quis purgatus ſit, purgatior fit illa percepta. Sequitur. Hæc autem &c. Dixit, quòd perceptio claritatis diuinæ purgatio eſt: nunc conſequenter oſtendit, quòd hæc claritas ex occulto ſummæ diuinitatis procedens ad perficiendos, & illuminandos omnes ſacros intellectus, primum ſe manifeſtat altiſſimis uirtutibus apertius circa ſe poſitis: & oſtēdit quomodo eſt in proprio, & uero eſſe ſuo: deinde poſt primas oſtendit ſe ſecundis: & poſtea nouiſſimis: ad poſtremum etiam, noſtris humanis intellectibus, & ita deſcendens conducit illuminationē ſuam ad unamquanque uirtutem, ſecundum quòd unaquæque deiformis facta eſt ab ea: hoc eſt, quod ait. Hęc ſcilicet claritas procedens ex remotis cauſis diuinitatis, a qua diuinitate exiens perficit omnes ſacros intellectus, id eſt, rationales mentes, illuſtrando eos ſupereſſentiali occultatione, id eſt ualde occulta & ſecreta aſpiratione: ex illis, inquam, remotis cauſis procedens ad manifeſtationem, primū manifeſtior fit quomodo eſt, id eſt, ſecundum uerum eſſe ſuum, altiſſimis uirtutibus circa ſe poſitis: & manifeſtat, & diſtribuit ſemetipſam illis magis, quàm aliis: & deinde poſt illas manifeſtat ſecūdis ſe, deinde nouiſſimis, poſtremo etiam noſtris intellectualibus uirtutibus, id eſt, rationalibus mentibus:

tibus: & ſic a primis uſque ad ultima deſcendens conducit illuminationem ſuam per ſingulas uirtutes, ſic, hoc eſt, intantum manifeſtam in ſingulis, quantum unaquæque oirtus exiſtit ab ipſa ſcilicet claritate ſecundum deiforme, hoc eſt, ſecundum conformitatem Dei. Tãtomagis enim unamquamqoe uirtutem illuminat, quantomagis eam ad deiformitatem coaptat. Quare autem claritas iſta procedat ad manifeſtationem ſubiungit. Ad propriæ occultationis laudandum ignotum. Idcirco enim aliquid de ipſa percipimus, ut in illo, & per illud, qđ occultum, & ignotum, & incomprehenſiibile omnino in ipſa eſt, laudemus. Sequitor. Lucet autem per ſingula ſecundis per prima. Vbique enim ſecundis lucet per prima, ſiue per primos. Et ſi oportet breuiter dicere, hoc in ſomma dici poteſt, quod primum ex occulto ad manifeſtum ducitur perprimas uirtutes. Quod enim in ſeipſa eſt omnino occulta eſt: & tunc primum incipit uideri quando primom incipit haberi. Neque enim ab aliquo unquam oidetur, niſi a quo habetur. Hoc ergo theologus didicit ex lucem ducente angelo. Ex ductore claritatis angelo didicit hoc. Noua compoſitio, lucem ducente, ac ſi diceret luciductore. Ab illo igitor didicit hoc theologus. Quid hoc? hoc eſt ſcilicet qood didicit.. Purgationem, & omnes diuinas operationes relucentes per primas eſſentias per eas in omnes reliquas diſtribui, ſecundum uniuſcuiuſque reliquorum analogiam, id eſt, modum & menſuram, ad deificas participationes. Propterquod & ignitepurgatiuam proprietatem repoſuit ille angelus, id eſt, attribuit, ipſis ſeraphim conſequenter poſt Deum: & ideo oihil ioordinatũ dicitur ſi ſeraphim dicitur purgare theologum. Sic enim & Deus purgat omoes, quorum totius purgationis, oel quorum omnium purgationis eſt cauſa: & non ſolum Deus: ſed magis in hoc exemplo uideri poteſt quomodo facere aliquid dicitur, noo per quem fit ſolum, ſed etiam a quo fit. Quia magis proxime utemur exemplo. Sic ſeraphim dicitur purgare illum, quem purgat inferior angelus accepta uirtute, & mandato a ſeraphim: Sicut ſecundum oos ſummus ſacerdos per ſuos miniſtros, aut ſacerdotes purgans, aut illuminans, ipſe dicitur purgare, & illuminare ordinibus per ipſum purgatis: proprias ſuas ſacras operationes reponentibus in ipſum, id eſt, attribuentibus ei per ſe. Quod enim per illas operatur, per illas ei attribuitur. Sic & propriam purgatiuam ſcientiam, & uirtutem, ipſe purgationem theologi perficiens angelus, in Deum quidem ueluti cauſalẽ, deinde in ipſum ſeraphim tanquam primo agẽtem ſummum ſacerdotem reponit. Ita ergo angelus qđ fecit, primom Deo, deinde ſeraphim attribuit, per quos fecit. Veluti fortaſſis quis dixerit, id eſt, ut uerbigratia. Si quis cum angelica reuerentia, id eſt, ſub perſona angeli, quæ eſt reuerenda: edocẽs prophetam purgatum eſſe a ſe, diceret ei. O Eſaia purgationis perficiendę in te, ſcilicet per me: non ego ſum principium: ſed ante me principium eſt excelſum quidem, ideſt Deus, qui eſt & eſſentia, & creator, & cauſalis omnium & adducens ad eſſe primas eſſentias; & continens eas circa ſe collocatione, id eſt, ſtabili firmitate: & conſeruans eas inconuerſibiles, & caſo carentes, ideſt ne ſimul a ſe uertantur, & cadant: & ſeipſom mouẽs in primas participatiooes propriarum prouidarum operationum, id eſt, operationum, qoas ſecundum prouidentiam facit; quia omne, quod temporaliter facit, in æterna prouidentia diſpoſuit. Propria operatio Dei eſt, quãdo per ſemetipſum operatur ſine mediãte creatura; ex qua nimirum prima participatio uenit: quia illi eum ſine medio ſuſcipiunt, qui eius operationis primi effectus fiunt. Prima ſi qoidem Dei operatio eſt, quando ſe mouet a ſe: prima participatio, quando ſeſe præbet per ſe. Et illa quidem altiſſima creatura eſt, ad quam eſt prima operatio, & in qua eſt prima participatio per illam, deinde ad ſobſequentia deſcendens. Ad hunc modum ſubiectus angelus hoc, qđ fecit, ſuperiori ſeraphim attribuit, a quo, ot hoc facere poſſet, accepit. Hoc enim, quod ab alio illud facere acceperit, ait docens me hęc manifeſtare, uel ſignificare miſſionem ipſius ſeraphim. Ille inquit, qui ſupradicta hæc omnia apologiam præſtans me docuit, ipſe ait miſſionem ſeraphim ſignificare hoc, quod ſcilicet illud, quod fecit ab illo utique facere acceperat, a quo oenit. Idcirco conuenienter ipſe angelus prophetæ dicere poteſt. Ego purgationis, quam in te facio, principium non ſum. Sed excelſum, & primum principium ante me eſt Deus, qui eſt creator, & cauſa omnium: Deinde autem ipſe ornatus præſtantium eſſentiarum ideſt ordo ſummorum ſpirituum, qoi eſt poſt Deum ſacerdos, & dux diuina tribuens, & ad Deum rẽducens: a quo ordine & ego eruditos ſum deiformiter purgare, quemadmodum nunc in te facio. Ipſe ſcilicet ordo eſt purgans te per me, propterhoc quia me purgare docuit: per quem, ſcilicet ordinem, ipſa cauſa, & opiſex totius purgationis (ſubauditur diuinitas) prouidas ſuas actiones producit ex occulto etiam in nos extremos, ſcilicet angelos. Hæc, & his ſimilia uerba ſi angelus purgationem faciens, ad prophetam diceret, inconueniens non eſſet: unde patet quod cum ſeraphim ad prophetam uolare dicitur, & prophetam purgare dicitor, non inconuenienter intelligi poteſt, quod hęc operatio per ſubiectũ quidem angelum adminiſtrata eſt: ſed ſuperiori, a quo erat, attributa. Sequitur. Hæc ille quidem docuit me: uerba ſunt authoris ad propoſitum redeuntis. Ille, inquit, qui apologiam mihi præſtitit; docuit me hæc ſupradicta omnia. Ego autem o Timothee, tibi trado omnia a me ſiue dicta, ſiue approbata, ſe ad utramque partem habentia. Tuę autem intellectuali, & diſcretiuæ ſcientiæ, id eſt, diſcretioni: conceſſerim alteram partem dictarum cauſarum abſolui ſcilicet per te dubitatione ideſt pro rata & indubitata haberi: & eandem honorari ante alteram, tanquam habentem conſequens, & rationabile, & æque uerum. Hoc eſt tuæ uoluntati concedo, & diſcretioni, & ſcientiæ, ut alteram partem ſententiarum iſtarum remota dubitatione eligas, & honores ploſquam alteram tanquam ueram, & rationabilem. Aut ſi hoc noo placet, concedo tibi a teipſo inuenire, quod uere uero uicinius ſit. Aut, ſi adhuc illud non placet, concedo tibi ab altero

ro diſcere:Deo uidelicet dãte,ſiue hoc , ſiue ullo alio modo agnoſcas : prius tñ ipſam ſcientiam ueritaris ris recipiẽtibus angelis a Deo,& poſtea per angelos angelorũ amicis sãctis uiris nobis reuelare,id eſt,ad hoc recipientibus,ut nobis eam reuelent. Aut ſic. Et concedo tibi reuelare nobis per eius magis amabilem contemplationem : angelis, & angelorum amicis recipientibus prius ſcilicet ipſam ſcientiam ueritatis. Verbum mirabile. Angeli à Deo accipiunt, & homines ab angelis : & ipſi rurſum homines ab angelis docti alios homines docent:& uenit doctrina ueritatis per alios in alios,& uidentur multi eſſe magiſtri, & doctores ueritatis, & nemo tamen docetur,qui ab eius contemplatione non illuminatur. Alij magiſtri adhibent miniſterium : unus magiſter eſt, qui ſolus præſtat ſenſum. Ille ſine alijs docere poteſt:alij ſine ipſo non poſſunt. Tu mihi das uerbum. Quid autem eſt uerbum ſine intelligentia? Per nerbum quidem intelligentia uenit. Sed ille intelligentiam in corde ponit, qui intus illuminat, non qui foris ſonat. Vnctio eius docet nos de omnibus. Tu foris loqueris : ſed intus non ungis. Propterea amabilis mihi quidem eſt tua eruditio. Sed magis amabilis eſt eius contemplatio : qnia & hoc, quod in tua eruditione amabile eſt, nnn niſi ex eius contemplatione eſt.

---

*Titulus Capituli decimiquarti.*

## *IN FRONTE LIBRI.*

*ponitur.*

## LITERA CAP. XIIII.

QVid ſignificat angelicus numerus traditus: & hoc autem dignum ( ut exiſtimo ) intellectuali cognitione:quia eloquiorum de angelis traditio,millies millia eſſe ait, & decem millia decies millies, ſecundum nos ſublimiſſimos numerorũ in ſeipſam reuoluens, & multiplicans : & per hoc aperte ſignificans innumerabiles cæleſtium eſſentiarum ordinationes. Multæ enim ſunt beatæ militię ſupermundalium intellectuum,infirmam & coarctatam ſuperantes materialium ſecundum nos numerorum commenſurationem : & a ſola gnoſtica definitę ſupermundana,& cęleſti intelligentia,& ſcientia : ſecundum ipſam ditiſſime eis donatam ſanitatem diuinę multę ſcientię ſapientifica omniũ ſimul, quę ſunt ſupereſſentialiter ſubſientis principij, & cauſæ ſubſtantificę, & continentis uirtutis, & ambientis conſummationis.

## *EXPOSITIONIS IN DEcimumquartum Caput Diui Dionyſij Areopagitæ de Cæleſti Hierarchia, ſexta, & vltima. Lib. IX.*

QVid ſignificat angelicus numerus traditus,ideſt datus, uel definitus à ſcripturis ſanctis:Non ſolum,inquit, ſupradicta:ſed & hoc intellectuali cognitione dignum eſt, quare ſcilicet certus,& definitus numerus angelicis ſpiritibus attribuatur : qa traditio diuinorum eloquiorum de angelis ait,eſſe millies millia, & decies millies decem millia angelorum, reuoluens ſublimiſſimos numerorum ſecundum nos,id eſt,numeros, qui ſecundum nos ſublimiſſimi ſunt. Reuoluena dico in ſeipſãs,hoc eſt in pronũciatione uerborũ, quæ ĩ ipſa cõtinẽtur uerba,reuoluẽs in uerba, & alia p alia multiplicãs:ſicut millia iu millies,& decẽ millia in decies millies per multiplicationem reuoluuntur. Quod apertius dixiſſet reuoluens numeros in ſeipſos: quamuis tamen hoc expreſſius dictum ſit,quia non numeri, ſed nomina numerorum per multiplicationem in ſe collocata reuoluũtur. Sic itaque traditio eloquiorum multitudinem cæleſtium ſpirituum ſignans,ait millies millia, & decies millies decem millia eſſe angelorum:ſublimiſſimos ſecundum nos numeros iu ſe reuoluens,uel inter ſe conferens, & alios per alios multiplicans. Et per hoc aperte ſignificans innumerabiles eſſe ordinationes cæleſtium eſſentiarum. In eo enim, quod maximos nnmeros poſuit, patenter innnit,quod adhuc dicere debuiſſet,ſi amplius dicere potuiſſet. Sane ſciendum,quod hoc,quod ait millies millia, & decies millies decem millia, noſtra translatio hoc modo non continet:Sed millia millium, & decies millies centena millia:quod tamen ad eandem ueritatem ſpectat. Ideo ergo infinitos ſignificare uolẽs, maximos numeros finitos poſuit,quia multæ ſunt beatæ militiæ,id eſt,beatæ multitudines Deo militantes, ſupermundalium intellectuum,ſuperantes infirmam & coarctatam commenſurationem materialium numerorum ſecundum nos:& definitæ a ſola gnoſtica,id eſt,cognitiua ſcientia,nel cognitione ſcilicet diuina:quæ omnia cognoſcit, & ſola nouit nnmerum illarum ſupernarum uirtutnm:& ſola diſcernit eas:& plene cognoſcit ſecundum ipſam ſanitatem,id eſt,puritatem, uel integritatem ſimplicis,& incorruptibilis naturæ earum,donatam eis ditiſſime,& abundantiſſime à ſupermundana,& cæleſti ſapientifica intelligentia, & ſcientia diuinæ, & multæ ſcientiæ principii omnium, quæ ſunt ſupereſſentialiter exiſtentis,& cauſæ ſubſtãtificæ omniũ & uirtutis continentis omnia, & conſummationis ambientis omnia. Senſus talis eſt: quia ſola Dei ſapientia,quæ eſt gnoſtica,id eſt,cognitiua omnium, definite & perfecte cognoſcit numerum illarum eſſentiarum cæleſtium in illa puritate,& integritate, in qua eas creauit,& formauit. Quæ ſcilicet ſcientia & cæleſtis eſt,& diuina,& multa. Cæleſtis,per puri-

rita-

ritatem: diuina per ueritatem: multa, per incomprehenſibilitatem. Et cum talis ſit in ſe, ſapientifica etiam eſt in opere ſuo, ſapienter faciens omnia, nihilque reprehenſione dignum conſtituens. Et iſta talis ſapientia, per quam omnia creata ſunt, & omnia cognoſcuntur, ipſa eſt illius, qui eſt principium omnium, quæ ſunt (quia ab ipſo ſunt omnia) ſupereſſentialiter ſubſiſtens per ſe, uidelicet perfectus, & nullo indigens: & qui eſt cauſa ſubſtantifica omnium: quia omnia ſubſiſtere facit, ut ſint: & eſt uirtus continens omnia, ut maneant in eo quod ſunt: & eſt conſummatio ambiens omnia ne diffluant, aut decidant ab eo, quòd ſic ſint. Non ergo mirum eſt, ſi illi ſpiritus quorum numerus nobis incomprehenſibilis eſt, per tantam & tanti ſcientiã diſcerni poſſunt: per quam omnia, quando non erãt; creata ſunt: & nũc ne ad nihilum facta reuertantur, in ipſa ſubſiſtunt.

*Titulus Capituli decimiquinti.*

## *QVÆ SVNT FORMATIVÆ angelicarum uirtutum imagines: & quæ deinde, id eſt, & reliqua.*

### LITERA CAP. XV.

PEr age, quod reſtat dicamus: remittentes noſtrum (ſi uidetur) intellectualem oculum circa ſublimes cõtemplanes angelico uigore intentum: ad diuiduam, & multipertitam latitudinem multiformis angelicarum ſpecificationum uarietatis deſcendentes: iterum in ipſis, tanquam inconſequentibus in ſimplicitatem cæleſtium animorum analyticè reflexis. Vnum autem ſit tibi præcognitum: quomodo ſacræ formatarum imaginum diſcretiones, eaſdem aliquando cæleſtium eſſentiarum diſpoſitiones ordinantes ſignificant, & iterum ordinatas: & nouiſſimas ordinãtes, ordinataſq; primas: & eaſdem, ut dictum eſt, primas, & medias, & ultimas habentes uirtutes, nulla inordinata ratione introducta, ſecundum huiuſmodi reſerationum modum. Si quidẽ enim ordinari quaſdam a prioribus diceremus: deinde earumdẽ ordinantes priores, & iterũ ordinantes ultimarũ, ordinari ab ipſis illis ordinatis: uere inordinatione, & confuſione multa commixta eſſet res interpoſita. Si uero eaſdem & ordinare, & ordinari dicimus, non autem earundem, aut ab eiſdem, ſed eas ſingulas ordinari quidem a prioribus, ordinare autem nouiſſimas: non inconſequenter fortaſſis quis dixerit in eloquiis ſacrefactas formas, eaſdem aliquando poſſe primis, & mediis, & vltimis uirtutibus pulchre, & vere circundari. Et ſurſum igitur conuerſibiliter extendi, & erga ſemetipſas firmiter conuolui propriarum exiſtentes cuſtoditiuæ uirtutum: & erga uenientia ſociabili proceſſione prouide eas in participatione uirtutis eſſe: omnibus nõ falſo coadunabit cæleſtibus eſſentijs: et ſi aliis quidẽ ſuperpoſite, & uniuerſaliter (ut ſæpe dictũ eſt) alijs uero particulariter, & ſubiecte. Inchoandum autem ratione, & quærendum in prima formarum diſcretione, ob quam cauſam theologia fere ultra omnes inuenitur honorãs ignitam ſacram deſcriptionẽ. Inuenies ergo eam non ſolum rotas igneas conformantem: ſed & animalia ignita, & uiros quaſi ignem fulgurantes: & circa eas cæleſtes eſſentias cumulos carbonũ ignis circumponentem: & flumina immenſurabili ſonitu igne flagrantia. Sed & thronos ait igneos eſſe: & ipſos excelſiſſimos ſeraphim cælitus ardentes ex cognominatione ſignificare: & ignis proprietatem, & operationẽ ipſis diſtribuit: & omnino ſurſum, deorſumque ignitam honorat ſelectim formarum facturam. Ergo igneum ſignificare cenſeo cæleſtium animorum deiformiſſimum. Ipſi enim ſancti theologi ſupereſſentialem, & informem eſſentiam in igne ſæpe deſcribunt, tanquam habente multas diuinæ (ſi fas eſt dicere) proprietatis, quantum in inuiſibilibus, imagines. Ignis enim ſenſibilis eſt: ſic quidem dicendum: in omnibus, & per omnia clare uenit, & remouetur ab omnibus: lucidus ſimul, & quaſi occultus: incognitus ipſe per ipſum non accumbente materia, in qua propriam manifeſtat actionem: immenſurabiliſque, & inuiſibilis, per ſeipſum potens ſimul omnium, & quæcunq; in eis fiunt ad actionem propriam: mobilis, tradens ſeipſum omnibus quoquomodo approximantibus: renouatiuus, naturæ cuſtodia: illuminatiuus circumuelatis ſplendoribus, incomprehenſibilis, clarus, diſcretus, reſiliens, ſurſum ferens, acute means, excelſus, non recepturus contumeliam minorationis: ſemper motus, per ſeipſum motus, mouens alterum: comprehendens, in comprehenſus, non indigens alterius, latenter

creſcens a ſeipſo, & ad ſuſceptas materias
manifeſtās ſuimet magnitudinem: actiuus,
potens, ſimul oībus præſens inuiſibiliter:
neglectus non eſſe putatur: attritu aūt, ſicut
quadā uindicta, connaturaliter & propriȩ
ſubito relucet: & iterum incōprehenſibili-
ter impalpabilis: non minutus, in oībus di-
tiſſimis ſuimet traditionibus. Et alias mul-
tas quis inueniet ignis ꝓprietates pulchras
(ut in ſenſibilibus imaginibus) diuinæ ope
rationis. Hoc ergo ſcientes theoſophi, cæle
ſtes eſſentias ex igne conformant: ſignificā
tes earum deiforme & (quantū poſſibile)
Dei imitabile. Sed & humaniformes ipſas
deſcribunt propter intellectuale, & ſurſum
habendo intuitiuas uirtutes, & figuræ re
ctum, & luculentum: & ſecundum natu-
ram principale, & regale: & ſecundum
ſenſum minimum quidem quantum ad
reliquas irrationabilium animalium uir-
tutes. Omnium uero potens, ſecundum
intellectus magnitudinem, uirtute: & ſe-
cundum rationabilem ſcientiā continuita
te, & ſecūdū naturam animȩ liberum, & po
tentiſſimum. Eſt autem & per ſingula (ut exi
ſtimo) corporalis noſtræ multiplicis parti
tionis inuenire cæleſtes uirtutes, dicentes
conſpectiuas quidē ſignificare uirtutes, ip-
ſum ad diuina luminaria clariſſimū reſpe-
ctū: & iterū tenerā, & liquidam, & nō reper
cuſſam, ſed acute mobilē, & puram, & plenā
impaſſibiliter diuinarū ſuſceptionem illu-
minationum. Olſactuum uero diſcretiuas
uirtutes illud ſuper intellectū ſuaue olentis
diſtributionis (quantum poſſibile) recepti-
uum: & eorum, quæ ſic non ſunt, per ſcien-
tiam diſcretiuum, & omnino refugitiuum.
Auriū uero uirtutes, illud particeps, & gno
ſticum diuinæ inſpirationis ſuſceptiuum.
Guſtatiuas autem inuiſibilium eſcarum ple
nitudinem, & diuinarum, & alentium pro-
motuum ſuſceptiuum. Tactiuas uero con-
uenientis, aut nocētis per ſcientiam diſcre-
tiuum. Palpebras deinde, & ſupercilia diui
narum uiſionum, & intelligentiæ cuſtoditi
uum. Iuuenilem uero, & adultam ætatem, il
lud innouantis ſemper uitalis uirtutis. Den
tes autem diuiſiuum inditæ nutrientis per-
fectionis. Vnaquȩque enim eſſentia intelle
ctualis, donatam ſibi a diuiniore uniformē
intelligentiam prouida uirtute diuidit, &
multiplicat ad inferioris ductricem analo-
giā. Humeros autem, & brachia, & item ma
nus, factiuum, & operatiuum, & actiuum.
Cor uero ſymbolum eſſe deiformis uitæ
propriam uitalem uirtutem deiformiter in
ea, quæ prȩintellecta ſunt ſeminantis. Pe-
ctora iterum ſignificare durum, & cuſtodi
tiuum, ut a ſuppoſito corde uiuificȩ diſtri
butionis. Dorſa uero continuum ſimul
cunctarum fertilium uirtutum. Pedes autē
mobile, & uelox, & curſile in diuina ſemper
euntis motionis: propter quod & penna-
tos theologia ſanctorum intellectuum figu
rauit pedes. Pennatum nanque ſignificat
anagogicam uelocitatem, & cæleſte ſurſum
uerſus itineris actiuum: & ab omni humili
per ſurſum ferens remotum. Ipſa uero pen
narum leuitas nihil terrenum, ſed totum
munde, & ſine grauitate in excelſum aſcen
dens. Nudum quoque, & diſcalceatum, &
abſolutum, & demiſſum, & immenſurabile,
& purum, ab eorum, quæ extra ſunt, appoſi
tione: & ad ſimplicitatem diuinam (quantū
poſſibile) aſſimilatiuum. Sed quoniam ite
rum ſimpla, & multum uaria ſophia, & nu-
dos ueſtit, & uaſa quædam dat ipſis circum
ferre: age animorum cæleſtium ſacros ami
ctus, & organa (ſecundum quod nobis
poſſibile) aperiamus. Claram quidem enim
ueſtem, igneamque, ſignificare exiſtimo
deiforme, iuxta ignis imaginem: & lucu-
lentum propter in cȩlo quietes: ubi lumē
eſt omnino inuiſibile dicendum, aut intel
lectualiter illuminans, aut intellectualiter
illuminatum. Sacerdotalem uero ue-
ſtem ad diuina, & myſtica ſpeculamina
ductiuum: & totius uitæ uotum. Zonas
quoque fœcundarum ipſarum cuſtoditi
uum uirtutum, & congregantem eas ha-
bitum in ſeipſum unite conuerti, & cir-
culariter cum facilitate caſu carente a na
turæ ſimilitudine circa ſeipſum circum-
ferri. Virgas etiam regale ac principale,
rectaque omnia definiens. Tela uero,
& ſecures diſſimilitudinum ſeparatiuum,
& diſcernentium uirtutum acumen & ef-
ficax & actuoſum. Geometrica & tecto-
nica uaſa, fundatiuum, & ȩdificatiuum,
& perfectiuum: & quæcunque alia reducen
tis, & conuertentis ſunt ſecundorum pro
uidentiæ. Eſt autem quando & in nos diui
norū iudiciorū ſunt ſymbola, illa, quȩ acta
ſunt a ſanctis angelis, organa: aliis qui-
dem declarantibus corrigentem diſcipli
nam, aut punientem iuſtitiam: aliis uero

de anguſtia libertatē, aut diſciplinæ finem, aut prioris beneficentiæ reſumptionē, aut appoſitionem aliorum donorum, paruorum aut magnorum, ſenſibilium aut inuiſibilium. Et omnino forſan non dubitaret perſpicax animus pulchre inuiſibilibus adunare uiſibilia. Ipſos etiam uentos nominari, uelocitatem eorū ſignificat, & in omnes fere abſque mora peruenientem effectum, & deſurſum in ea, quæ deorſum, ad ſurſumque ea, quæ deorſum ſunt tranſuectiuum motum: erigentemque ſecunda ad ſuperiorem celſitudinem, mouentemque prima ad communicatiuam, & prouidam minorum proceſſionem. Dicet autem fortaſſis quis, aerii ſpiritus uentoſam cognominationem, & deiforme cæleſtium ſignificare: habet enim & hoc operationis diuinæ imaginem & formam, ut in ſymbolica theologia per tetraſticam diiudicationem per plura demonſtratur: ſecundum naturæ motiuam, & gignentem, & uelocem, & potentem capacitatem, & ignotum nobis, & inuiſibile latibulum mouentium principiorum & conſummationum. Neſcis enim (inquit) unde uenit, & quo uadit. Sed & nubis ipſis ſpeciem theologia circunformat: ſignificās per hoc ſacros intellectus occulti quidem luminis ſupermundane ſuperrepletos, primam manifeſtationem pompoſe accipientes, & ipſam copioſe in ea, quæ ſunt ſecunda, lucide, & proportionaliter diſtribuentes: & quia genitale eis, & uiuificum, & actiuum, & perfectiuum ſubſiſtit iuxta intellectualem hymbrium conceptionem, excipiētem ſinum humidis pluuijs in nitales partus euocantem. Ipſa etiam æris, & electri, & lapidum multicolorum ſpeciem theologia cæleſtibus eſſentiis circumponit. Electrum quidem quaſi auriforme, ſimul & argenteum ſignificat imputribilem ut in auro, & ſimul largum, & non minutum, & incontaminatum ſplendorem: & apertam, ut in argento, & luciformem & cæleſtem claritatem. In ære autem ſecundum traditas rationes aut igneum, aut auriforme attribuendum. Lapidum uero multi colores ſpecies ſignificare exiſtimandum, aut quaſi albas, luciforme: aut quaſi rubeas, auriforme: aut quaſi pallidas, iuuenile & nouum: & per ſingulas ſpecies in uenies anagogicam typicarum imaginum diiudicationem. Sed quoniam quidem hæc ſecundum uirtutem noſtram a nobis ſufficienter dicta eſſe arbitror: tranſeundum in ſanctam reſerationem cæleſtium animorum ſacrefiguratæ beſtialis formationis. Leonem enim ſignificare cenſendum, principale, & robuſtum, & indomitum, & abditum ineffabilis diuinitatis, ut uirtus, aſſimilatiuum intellectualium ueſtigiorum circumuelamine: & myſtice fortaſſis pompoſo amictu, ſecundum diuinam illuminationem in ſemet reſtituto iri nere. Ipſam uero bouis, firmum, & nouum, & intellectuales ſulcos † reuocans † renouans. in ſuſceptionem cæleſtium, & gignentium hymbrium: & cuſtoditiuum, & fortiſſimū. Ipſam dehinc aquilæ, regale, & altiferum, & citiuolum, & ad potentificum alimentum acutum, & ſobrium, & agile, & bene machinatum: & ad copioſum, & multolucentem radium diuini ſolis deſiderio inſpeculatiuarum uirtutum ſanis obtutibus immediate, recte & inflexibiliter contemplatiuum. Illam uero equorum, obediens, & frenabile: & album quidem, uere lucidum, & quaſi maxime diuini luminis cognatiſſimum: Eorum autem, qui nigri ſunt, abditum: rubrum uero igneum, & actiuum: commixtorum quoque ex albo & nigro, cum perfectiua uirtute extremorum coniunctiuum, & prima ſecundis, & ſecunda primis conuerſibiliter, ac prouide connectens. Sed ſi non ſermonis terminaremus commenſurationem, & per partes dictorum animalium proprietates, & omnes corporales eorum conformationes: adunaſſemus fortaſſis non incongrue cæleſtibus uirtutibus ſecundum diſſimiles ſimilitudines, furibundum quidem in ipſorum intellectualem fortitudinem: cuius nouiſſima furor eſt imago: Ipſam uero iterum concupiſcentiam in amorem diuinū. Et, ut ſummatim dicendum, ſimul omnes irrationabilium animalium, & ſenſus, & multiplices partes in immateriales cæleſtium eſſentiæ intelligentias, & uniformes uirtutes reducentes. Sufficiunt autem ſapientibus non ſolum hæc ipſa: ſed unius ſignificatiuæ imaginis diiudicatio in pro ximarum ſimili modo declarationem. Inſpiciendumque & hoc, fluuios dictos fuiſſe & rotus & currus connexos cæleſtibus eſſentiis. Ignea enim quidem flumina ſignificant diuinos promotus copio

ſam ipſis, & non deficientem affluentiam donantes, & uiuifica nutrientes fœcunditate. Currus autem coniunctiuam ſimilitudinum ſocietatem. Rotæ autem pennatæ quidem cum ſint, in ea, quæ ante conſpectum ſunt, inconuerſibiliter euntes per rectam, & iuſtam uiam exeuntis operationis earum uirtutem in eandem ſine flexu, & recte ſectam uiam ſimul omnium earum intellectuali rotatu ſupermundane directo. Eſt autem & per aliam anagogen diiudicare intellectualium rotarum imaginariam deſcriptionem. Vocitatum eſt enim eis (ut ait theologus) gel, gel, gel. Significat autem hoc, iuxta hebraicam uocem, reuolutiones, & reuelationes. Igneæ ſi quidem & deiſormes rotæ, reuolutiones quidem habent circa idipſum optimum ſemper mobili motu: reuelationes vero ſecretorum manifeſtatione, & ſubiectorum circumreductione, & altarum illuminationum, in ea, quę ſubiecta ſunt, deductiua perfectione. Reliquus uero nobis in explanationem de gaudio cęleſtium diſpoſitionum ſermo. Etenim acceptrices omnino non ſunt eius, quæ ſecundum nos eſt, paſſibilis delectationis. Congaudere autem Deo dicuntur perditorum inuentione iuxta deiſormem epulationem & in prouidentia, & in ſalute in Deum redeuntium deiformitatem: & incorruptionis lętitiam, & illam beneficentiam ineffabilem, in cuius participatione ſępe facti ſunt & uiri ſancti per deificos diuinarum illuminationum deſuper aduentus. Tanta a me de ſanctis formationibus dicta ſunt, diligenti quidē earum manifeſtatione deficientia: perfecta autem (vt exiſtimo) ad non humiliter nos remanendum in figuratiuis phantaſiis. Si autem & hoc dixeris, quomodo non omnium deinde angelicarum in eloquiis uirtutum, aut operationum, aut imaginum fecerimus mentionē: reſpondemus verum: quod quarum quidem ſupermundana ſcientiā ignorauimus, in ipſis nos alterum luciſductorem docentem deſideramus. Quædam autem tanquam dictis æquepotentia prętermiſimus, commenſurationi ſermonis prouidentes, & ſupra nos ſecretum ſilentio honorificantes.

## *EXPOSITIONIS IN DECImumquintum capur Diui Dionyſii Areopagitæ de cæleſti Hierarchia, Lib. X.*

DEcimiquinti & ultimi capitis titulus eſt: Quæ ſint formatiuæ angelicarum uirtutum imagines: & quæ deinde. l. & reliqua. Hactenus enim tractauit de inuiſibilibus proprietatibus angelorum, quæ ſunt ſcilicet donalla uirtutum, & inuiſibiles operationes in eis. Nunc conſequenter de uiſibilibus formationibus tractare incipit: quas ſacrum eloquium ipſis ſecundum corporalium rerum imagines & ſimilitudines myſtica ſignificatione attribuit. Fer age, dic eia: uox hortantis eſt uel ſeipſum, uel etiam Timotheum, ad quem loquitur. Eia dicamus, quod reſtat. Quid eſt, quod reſtat? Hoc ſcilicet, ut nos (ſi ita uidetur) tibi remittamus, uel relaxemus noſtrum intellectualem oculum, hactenus circa ſublimes contemplationes de angelico uigore inſpiciendo habitas intentum: & reflexo oculo deſcendamus ad diuiduam, & multipertitam latitudinem multiformis uarietatis angelicarum ſpecificationum: hoc eſt, ad multiformem uarietatem, uel multarum formarum uarietatem, quæ eſt in ſpecificationibus, uel formationibus angelicis: in qua uarietate, quia ampla multitudo eſt, uel multa amplitudo, pro ſimplicitate diuiduū, & pro unitate inuenitur multipertitum. Sic ergo dicamus, quod reſtat, remittentes oculum noſtrum ab inuiſibilibus: & deſcendentes ad uiſibilia. Iterū in ipſis, ſcilicet deſcendentes, & conſiderationem figentes, & tamen reflexis iterum, ſiue reductis ipſis imaginibus analytice, id eſt, reſolutorie, in ſimplicitatem animorum cæleſtium tanquam per ſe inconſequentibus, id eſt, inconuenientibus. Et eſt ſenſus. Nos deſcendentes per cōtemplationem de inuiſibilibus ad uiſibilia, & in ipſis ſcilicet uiſibilibus conſiderationem figentes: iterum ipſa ad ſimplicitatem inuiſibilium reflectamus, reſoluendo, & exponendo, ſiue oſtendendo quomodo per id, quod uiſibile cernitur, id, quod uideri non poteſt, ſignificetur. Alioquin uiſibilis formatio inconſequens, & inconueniens eſſet, ſi in illa ſimplici natura hoc per ueritatem eſſentiæ eſſe crederetur, quod ei ſm̄ uarias rerum corporaliū ſpecies in ſignificatione multiplex attribuitur. Sicut ergo deſcendimus ſimplices naturas uiſibilibus repræſentādo, ſic aſcendimus, & quaſi reſolutorie ad diuinam conſiderationem nos reflectimus, qn̄ eaſdem formas ſpiritaliter exponendo myſtice intelligendas prædicamus. Deſcendimus, quando ſimplicitati cęleſtium naturarum multiplicitatem corporalium formationum per ſignificationem aptamus: aſcendimus, quando eandem multiplicitatem uiſibilium figurationum ad intelligentiā ſimplicis ueritatis exponēdo reſoluim⁹. Seqtur.

Vnum

Vnum autem &c. O Timothee, priuſquam de uiſibilibus formationibus angelorum tractemus, unū ſit tibi præcognitum, ut primum illud cognoſcas. Quid eſt illud? hoc ſcilicet ut cognoſcas. Quomodo ſacræ diſcretiones formatarum imaginum, id id quomodo ſacræ ſcripturæ diſcretæ in imaginibus, quas formant de ipſis angelis, ſignificant, & repræſentant eaſdem diſpoſitiones, id eſt, ordines cæleſtium eſſentiarum: Aliquando inferiores ut ordinantes, & iterum eaſdem ut ordinatas a ſuperioribus: in quo ſignificant quodammodo eas medias eſſe, & inferiores habere quos ordinent, & ſuperiores a quibus ordinentur. Et rurſum aliquando ſignificant etiam nouiſſimas diſpoſitiones ut ordinantes, & primas ut ordinatas: quod tamen mirum uidetur, cum nec illę inferiores habeant quos ordinent, nec iſtæ ſuperiores a quibus ordinentur. In quo tamen datur intelligi, quòd ſupremæ etſi alios ſupra ſe non habent angelos, a quibus ordinentur, habent tamen Deum, a quo ordinantur, & ſanctificantur: Et nouiſſimę iterum, etſi nō habent angelos ſub ſe quos ordinent: habent tamen homines, qui ordinantur, & diſponuntur, & ſanctificantur ab ipſis. Vel certe in hoc, quòd ſupremi ordinati, & nouiſſimi ordinantes introducuntur, ſignificatur, quòd in ipſis alij ab aliis differunt: & ſunt in ſuperioribus quidam inferiores, qui ab aliis tamen in eodem ordine conſtitutis ad aliquid ordinentur: & inferioribus quidam ſuperiores, qui alios in eodem ordine collocatos ad aliquid ordinent. Et hoc eſt quod ſequitur. Quia ipſa eloquia ſignificant eaſdem ſcilicet diſpoſitiones, primas, & medias, & ultimas habentes uirtutes. Sicut iam ſuperius dictum eſt, unamquamque diſpoſitionem habere in perſonis, & unamquamque perſonam in proprietatibus: Ita, in ipſis, diſcretiones formationum ſacrarū repræſentant primos, & medios, & ultimos ſpiritus in eodem ordine, & primas, & medias, & ultimas uirtutes in eadem perſona: nulla tamen in hoc inordinata ratione introducta, ſecūdum modum huiuſmodi reſerationum, id eſt, expoſitionum. Si enim hoc modo intelligatur ſicut nos ſuperius expoſuimus, nihil inconuenientis eſt in hac repræſentatione. Et bene dico in hac repręſentatione, qua ijdem & ordinantes, & ordinati introducuntur, nullam inconuenientiam eſſe: quia cōfuſio, ſiue indiſpoſitio nulla rectę diſpoſitionis eſt ibi, cum ab alijs ordinati & alios ordinantes introducātur. Si uero reſpectu eorundem [illegible] ordinantes [illegible] nati dicerentur, [illegible] conueniens [illegible] quod dicit. Si quidem diceremus quaſdam, ſubaudi diſpoſitiones, ut pote medias, ordinari a prioribus: & deinde ipſas priores ordinantes ſiue ordinatrices earundem ſcilicet mediarum: & iterum per eas medias ordinantes ſiue ordinatrices ultimarum: Si, inquit, illas priores ordinatrices mediarum, & ultimarum conuerſo ordine ordinari diceremus ab [illegible] ordinari [illegible] uere [illegible] eſſet conf[illegible] inordinatione, & [illegible] quia ordinatum non eſſet aliquo [illegible] ordinant. Si uero eaſdem, diuerſo reſpectu, [illegible] & ordinati dicimus: non tamen earundem ordinatrices, a quibus ordinantur, aut ab eiſdem ordinari, quas ordinant: ſed eas ſingulas, id eſt, diſcretas ſine cōfuſione reciprocationis permanentes ordinari quidem a prioribus, ordinare autem nouiſſimas: nullum inconueniens eſt. Et ſecundum hoc fortaſſis non inconſequenter, id eſt, non inconuenienter aliquis dixerit ſacrefactas formas, quæ ſunt in eloquijs, aliquando poſſe & pulchrè, & uere, id eſt, conuenienter & ueraciter circundari, id eſt, aptari eaſdem & primis, & medijs, & ultimis uirtutibus. Sequitur.

Et ſurſum igitur &c. Ac ſi diceret quandoquidē aliquis ueraciter dicere poteſt eaſdem formas conuenienter aptari primis, & medijs, & ultimis uirtutibus: Igitur ipſe ille, qui hoc dixerit, non falſo coadunabit, id eſt, communiter attribuet, omnibus cæleſtibus eſſentiis: & ſurſum extendi per dilectionem Dei, & in ſeipſis firmari per cuſtodiam ſui, & ſub ſe progredi per dilectionem proximi: hoc eſt quod dicit. Surſum † conuertibiliter extendi ſcilicet per dilectionem Dei, & erga ſeipſa firmiter contineri, id eſt, conſtringi & ambiri. Conſtringi, ne bonum effluat: ambiri, ne malum influat. In [illegible], quia conuolutiui ergo ſeipſis, cuſtodi ſuæ exiſtunt [illegible] ut intum, id eſt, [illegible] uirtutes cuſtodiunt. Hoc itaque [illegible] eſt, ſurſum extendi, & in ſe conuolui, & eſſe eas in participatione uirtutis, [illegible] ſit paratas, [illegible] hoc eſt, intente ſiue deuote erga [illegible] ciabili proceſſione. [illegible] ergo tria communiter [illegible] uere omnibus eſſentiis cæleſtibus: [illegible] quòd ſurſum extenduntur per dilectionem Dei: & quòd ergo ſe conuoluuntur per cuſtodiam ſui: & quòd paratæ ſunt [illegible] de, & intente, & deuote ad participa[illegible] uirtutem ſuam erga [illegible] ad ſe per amorem [illegible] lem procedentes, & ultro ſe offerentes [illegible] dilectionem [illegible] Hæc [illegible] omnia com[illegible] er om[illegible] attribui poſſunt. E[illegible], id eſt, [illegible] aliis quidem [illegible] perpolite & uniuerſaliter [illegible] eſt, excellenter & [illegible] ne [illegible] ut ſæpe [illegible] eſt: aliis uero particulariter & breuiter. Sequitur. Inchoandum autem ratione &c. Ac ſi diceret. Quandoquidem de formationibus angelicis tractandum eſt, ergo in primis inchoandum eſt ratione, id eſt, [illegible] & quærendum in principio ipſorum formarum diſcretione [illegible] theologia [illegible] ignitam [illegible] deſcriptione [illegible] eſt, formationem, in [illegible] ignis [illegible] ad [illegible] rationem proponi [illegible] omnes [illegible] deſcriptiones. Rar[illegible] inuenitur [illegible] ſpecies uiſibilis (ſi tamen inue[illegible] habens ad inuiſi[illegible] demonſtrationem. Inuenies ergo eam, [illegible] et theologiam non ſolum rotas igneas formantem ipſorum inuiſibilium ſignificationi: ſed & animalia ignita, & uiros quaſi ignem fulgurantes: & inuenies etiam ipſam theologiam [illegible] ponentem cumulos carbonum ignis [illegible] eas cæleſtes eſſentias & de[illegible] etiam flumina igne fl[illegible] ſonitu. Et non ſolum hoc [illegible] thronos igneos ait, ipſa theologia, in cælo eſſe: & ait etiam ipſos ex[illegible] ſſimos ſeraphim ex cognominatione ſignificare cælitus at-



† cōuertibiliter.

*Eſſentijs Celeſtibus communiter attributa.*

dentes: & diſtribuit etiam ipſis ſeraphim ignis proprietatem, & operationem. Et ut breuiter dicam, omnino ſurſum, & deorſum ubique honorat ſelectum, id eſt, ſpecialiter, ignitam facturam formatũ. Sequitur. Ergo igneum &c. Ac ſi diceret, quandoquidem theologia intantum ueneratur igneam formationem: ergo iudico ego igneum ſignificare deiformiſſimum cęleſtium animorum, id eſt, illam uirtutem, quę eſt in illis deiformiſſima. Et merito: quia ipſi theologi ſæpe deſcribunt in igne, id eſt, in ignis ſpecie, & figura etiam ipſam ſupereſſentialem, & informem eſſentiam diuinitatis: quæ & ſupereſſentialis eſt per maieſtatem, & informis per incomprehẽſibilitatem. Deſcribunt dico in igne tanquàm habẽte multas imagines diuinæ proprietatis: quantum in rebus uiſibilibus haberi poteſt imago diuinæ proprietatis. Ita tamen dico (ſi fas eſt dicere) quòd diuina proprietas aliquam ſimilitudinem habeat, quæ ualde incomprehenſibilis eſt, & inuiſibilis. Sequitur. Ignis enim &c. Nunc ingreditur proprietates ignis deſcribere, in quibus eius naturam, & qualitatem, & potentiam mirabilem oſtendit, atque ſignificationem excellentem demonſtrat. Ignis enim (inquit) ſenſibilis eſt. Sic quidem dicendum eſt, ſcilicet quod ſit ſenſibilis. Hoc adiungit idcirco: quia aliquibus fortaſſis uideri poterat, propterea quod natura ignis non niſi in ſubiecta materia ſenſu percipitur: ignem omnino corpus non eſſe. Dicit ergo, quod ignis uere ſenſibilis eſt, & corpus quamuis longe excellentius, & ſubtilius omnibus aliis rebus corporalibus, & naturæ ſpirituali proximum, ac per hoc longe diſſimilius cunctis aliis effectum ſuum demonſtrans. Ignis enim in omnibus, & per omnia clare uenit: & tamẽ remouetur ab omnibus. Prope eſt per præſentiam: longe eſt per excellentiam. In omnibus eſt, quia uiſibilem ſe præſtat per illuminationem: & longe eſt ab omnibus: quia perceptibilem ſe non præbet per diſcretam ſubſtantiæ ſuę perceptionem: hoc eſt, ꝙ ſequitur. Et lucidus ſimul eſt, & quaſi occultus. Lucidus enim eſt, quia in ſubiecta materia percipitur: occultus, quia in ſua eſſentia corporaliter non uidetur. Incognitus eſt ipſe per ſeipſum, non accumbente materia: quia ſine ſubiecta materia (ut dictum eſt) percipi non poteſt: in qua uidelicet materia propriam manifeſtat actionem. Ex quo quodãmodo magis incorporeus eſſe uidetur: quia præter ſubiectam materiam ad ſenſum non uenit. Vnde uidetur ignis quodammodo medius eſſe inter inuiſibilia & uiſibilia; inquantũ illis approximat incorporeus, & corporeus inquãtũ his appropinquat. Eſt etiã immenſurabilis: quia in infinitum excreſcit, & quantum materia ſubiecta ſufficit ipſe non deficit, & eſt inuiſibilis; quia in ſua pura ſubſtantia extra ſubiectam materiam non uidetur. Eſt etiam per ſeipſum potens ſimul omnium, ſcilicet rerum: & potẽs etiam omnium, quæcunque in eis uidelicet rebus fiunt ad actionem propriam. In igne ſi quidem primus motus corporeus eſt, qui omnia alia mouet, & ipſe ab alio non mouetur. Propterea quicquid in omnibus agitur, non ipſorum proprium eſt, in quibus fit, ſed ipſius potius, per quem fit. Sequitur. Mobilis tradens ſeipſum omnibus quoquomodo proximãtibus. Quia .n. per ſe mouetur proprio motu, diffundit ſe in omnia, unumquodque mouens ſecundum quòd ei approximat, id eſt, ſecundũ quòd plus uel minus mobile inuenitur. Eſt etiam renouatiuus omnium: quia renouat ueteraſcentia ne omnino deficiant, & in nihilum eant. Videmus enim per ſingulos annos quomodo ignis naturam innouat, quando ea, quæ hyemali algore ſenuerant, uerno calore calefacta reuiuiſcunt. In hoc ergo ipſe ignis cuſtodia eſt naturæ: quia naturam cuſtodit, ne omnino eſſe deſinat, ſi ſemper defectum pateretur: & nunquam repararetur. Eſt etiam illuminatiuus. quia illuminat omnia, circumuelans ſplendoribus Splendores ſiquidem eius ad illuminationem foris emicant, ſed circumuelantur quando rurſum ſe ad ſecretum naturæ ſuæ reducti occultant. Propterea ergo eſt incomprehenſibilis: quia foris quidem effuſus ſenſu percipitur: ſed introrſum ſubductus non comprehenditur. Eſt etiam clarus, manifeſte apparens: & diſcretus diuerſa diſtinguens: & eſt reſiliens, quia deorſum paſcitur, & ſurſum mouetur: Inferiora ardore apprehendens, ſed ab iis rurſum leuitate propria ad alta reſiliens. Propterea ſequitur. Surſum ferens, quia pondere carens ſumma petit: & acute means, quia propriæ uirtutis motu cuncta penetrat: & excelſus quia ſupereminet uniuerſis: quia quicquid corporeum præter ipſum eſt, natura ſub ipſo eſt: non recepturus contumeliam minorationis: quia ſicut cum effunditur non augetur, ſic cum recipitur non minoratur: neq; in eo, quòd augmentum accipere uidetur capiens gloriam, neq; in eo quòd minorari putatur paſſus contumeliam: quia quod eſt in ſe ſemper totus eſt. Eſt etiam ſemper motus, id eſt, habens motum: & eſt per ſeipſum motus, quia motus, quem habet, ab alio non eſt: & in eo, ꝙ ſe mouet alia omnia motum habentia mouet: & ideo eſt mouens alterum: & eſt comprehendens ipſe incomprehenſus. Omnem enim materiam uirtute propria commutans urendo, & conſumendo in ſe trahit: & a nullo corpore tenetur: cum conſumpto eo, quod exurit, in ſemetipſum reuertitur. Eſt igitur non indigens alterius: quia per ſubiectam materiam, in qua ardet, non tam tenetur ut ſit, quam tenetur ut ibi ſit: & ſi creſcere uideatur ex ipſa, non accipit ex ipſa incrementi ſubſtantiam: quamuis ex ipſa creſcẽdi in ipſa cauſam ſumat: quia non fit maior in ſe, ſed in ipſa magis. Idcirco ait, quod eſt latenter creſcens a ſeipſo quia quantum ad manifeſtum ab ipſa ſubiecta materia creſcere uidetur: ſed rei ueritate a ſeipſo creſcit, non ut in ſe maior ſit, ſed ut in ipſa materia magis ſit: propterea incrementum quidem a ſeipſo accipit, cum creſcere uidetur in res ſubiectas manifeſtans tantummodo ſuimet magnitudinem ad illas materias, in quibus eſt: hoc eſt, ita creſcit in materia, quam ſuſcipit, id eſt, apprehendit: ut in ea quidem maior appareat: ſed tamen in ſemetipſo maior non ſit. Non .n. magnitudinem ibi accipit, ſed oſtendit, manifeſtans ibi aliquando, quod in ſe habet ſemper. Eſt etiam actiuus, & potens, quia potenter agit, atque mouetur cuncta obſtantia

do-

deſtruens: & eſt ſimul omnibus præſens inuiſibiliter. In quibuſdam enim rebus uidetur tantummodo: ſed omnibus inuiſibiliter præſens habetur: qđ apparet ex eo, quòd aliquando offenſione, & concuſſu corporum ſine attritione inde etiam excutitur ubi non eſſe uidebatur. Neglectus quidem, & non motus, ſiue quietus permanens, non eſſe putatur: attritu autem ſiue attritione prouocatus, & cõmotus quaſi quadam uindicta ſubito relucet exiliens, & in ea quæ corripuerit, deſæuiens: quod tamen connaturaliter & propriè, id eſt, ex propria uirtute & potentia facit. Et iterum incomprehenſibiliter impalpabilis: cum relabitur, a ſenſu incomprehenſibilis manet: non minuitur extinctione, ſicut nec auctus accenſione. Quod totum facit in omnibus rebus, ditiſſimis ſuimet traditionibus: q̃a quicquid ex ſe rebus ſubiectis ad aliquam uirtutẽ tradit, in ſe minus non habet, ſemper plenus perſiſtens. Iſtas igitur ignis proprietates enumerani, & fortaſſis multas alias inueniet quis ignis proprietates, pulchras ſcilicet ſimilitudines diuinæ operationis: ut, hoc eſt ſicut, in ſenſibilibus imaginibus, ſcilicet ſimilitudo illius eſſe poteſt. Et ideo theoſophi, hoc ſcientes, id eſt, tantam excellentiam ignis: conformant, uel figurant cæleſtes eſſentias ex igne: ſignificantes per hoc deiforme earum, & Dei imitabile, quod in eis eſt, quantum poſſibile eſt haberi. Et non ſolum ex igne conformant eas: ſed etiam deſcribunt eas humaniformes, id eſt, in humana forma: propter intellectuale, uel rationale eorum: i. rationalitatẽ eorum, ſicut homo ſolus inter omnia uiſibilia rationalis inuenitur. Similiter in humana forma deſcribunt eas, propter intuitiuas, id eſt, contemplatiuas uirtutes eorum, quas habent ſurſum habendo ſeſe: ſicut homo ſolus inter omnia animantia erectum habet uultum in ſuperna: & deſcribunt etiam eas in humana forma propter ipſius figuræ humanæ rectum, id eſt, rectitudinem, quia erecta eſt ſtatura humana non prona ſicut aliorum animantium: & propter luculentum, id eſt, clarum, & euidens, ſiue inſigne ipſius figuræ humanæ: quia ex ipſa erectione ſua magis euidentem præſtat, & uenuſtiorem aſpectum: & propter principale, & regale, quod ipſi homini datum eſt ſ̃m naturã, ut principetur, & dominetur cæteris creaturis: & propter minimũ ſecũdum ſenſum quantum ad reliquas uirtutes irrationalium animalium, id eſt, quia homo minus in ſenſu corporali uiget, quam cætera animantia: quæ in ui ſentiendi maiorem ipſo uirtutem acceperunt. Propter minimum quidem in ſenſu: & propter omnipotens in uirtute, uel propter potens omni uirtute ſecundum intellectus magnitudinem, & ſecundum rationalem ſcientiam continuitate permanentem: & propter liberum, & potentiſſimum, quod in eo eſt ſecundum naturam animæ. Propter hoc enim in forma humana angelus deſcribitur: quia homo quanto minus ſenſu uiget, ubi a beſtijs ſuperatur: tanto potentior eſt ratione, & intelligentia, & libertate naturalis arbitrij, ubi angelis aſſimulatur. Eſt autem &c. Ac ſi diceret. Non ſolum propter hæc, quæ dixi, cõuenienter humana forma angelis per ſignificationem aptatur: ſed etiam eſt, hoc eſt contingit inuenire cæleſtes uirtutes per ſingula noſtræ corporalis multiplicis partitionis. In ſingulis .n. partibus humani corporis per myſticam ſignificationem inueniri poſſunt ſpirituales uirtutes: quia omnia, quæ uiſibiliter facta ſunt, aliquam ad inuiſibilia habent ſignificationem. Ita poſſunt rectè conſiderantes ex uiſibilibus inuiſibilia perpendere. Vnde contingit id inuenire, dicentes ideſt eos, qui dicunt ipſum clariſſimum reſpectum, qui homini datus eſt ad diuina luminaria, utpote ſolem, & lunam, & ſtellas ſignificare conſpectiuas uirtutes, id eſt contemplatiuas, quæ ſunt in rationalibus. Similiter dicentes ad huc ipſum reſpectum exterioris intuitus ſignificare ſuſceptionem quandam diuinarum illuminationũ, teneram, id eſt, facile ſentientem, & liquidam, id eſt, clare perſpicientem, & non repercuſſam ideſt efficaciter comprehendentem: ſed acute mobilem: quia non repercuſſam: purã, quia liquidam: plenam impaſſibiliter, quia teneram. Ita quidem de uiſu corporali dicentes. Olfactiuum uero corporalium diſcretiuas uirtutes, dicẽtes ſignificare illud receptiuum diſtributionis, ſiue donationis, ſiue effuſionis gratiæ ſpiritualis ſuaue olentis ſuper intellectum: Receptiuum dico, quantum poſſibile eſt eſſe receptiuum: & eorũ quæ ſic nõ ſunt, i. eorũ quæ nõ ſuauiter olent: diſcretiuũ p̃ ſciẽtiã, & oino refugitiuũ. Hoc eſt olfactũ dicũt ſignificare ſpecialiter uim illã ſiue uirtutẽ animæ, quæ ſpiritualiter diſcernit inter ea, quæ ſpiritualiter bene olent, & quæ non: & bene olentia appetit, male uero olentia refugit. Aurium uero uirtutes dicunt ſignificare illud, quod in anima eſt particeps: & gnoſticum ideſt cognitiuum, & ſuſceptiuum diuinæ inſpirationis. Guſtatiuas &c. Idẽ dicit: hoc eſt guſtatiuas uirtutes dicunt ſignificare plenitudinem inuiſibilium, & diuinarum eſcarum, quibus cæleſtes eſſentiæ reficiuntur: ſignificare etiam ſuſceptiuum promotiuum alentium ideſt illud, quod eis ſuſcipit alentes promotus: hoc eſt, nutrientia incrementa. Tactiuas uero uirtutes, dicunt ſignificare, illud, quod in anima eſt, diſcretiuum per ſcientiam conuenientis, aut nocentis. Palpebras deinde, & ſupercilia dicunt ſignificare cuſtóditiuum intelligentiæ diuinarum uiſionum. Iuuenilem uero, & adultam ętatem dicunt ſignificare illud, quod in anima eſt uitalis uirtutis ſemper innouantis eam. Dentes autem, quibus cibus diuiditur, & comminuitur, & in corpus nutriendum traijcitur, dicunt ſignificare diuiſiuum nutrientis perfectionis indię, uel inſitæ ipſi rationali ſpiritui. Vnaquæque enim eſſentia intellectualis uniformem intelligentiam donatam ſibi a diuiniore eſſentia quaſi cibum integrum, prouida uirtute diuidit, & multiplicat: comminuens, & adaptãs ad ductricem analogiam inferioris: hoc eſt, ad menſuram, per quam traduci poſſit ad participationem inferioris ſcientię. Niſi enim illud, quod magnum accipit ad menſuram comminueret, nequaquam ad inferioris intelligentiæ participationem tranſire ualeret. Humeros autem, & brachia, & item manus dicunt ſignificare factiuum, & operatiuum, & actiuum. Cor uero dicunt ſymbolum eſſe, id eſt, figuram,

*Notate prudentes verbi Dei Concionatores totũ hunc diſcurſum ſequentem qui perapte quidem alicui noſtrę electioni ſatisfaciet*

ciem in uiſione formata.Sequitur.Eſt aūt &c. Ac ſi
diceret.Ea,quę ſm uiſibiliū formā angelis attribuū
tur,nō ſolū ſigna ſunt inuiſibilis uirtutis eorū : ſed
ſignificāt ēt aliqñ ea,quæ in nobis, & circa nos agū
tur.Hoc eſt,quod dicit.Eſt,hoc eſt,contingit, quan
do illa organa, id eſt, inſtrumenta,quæ acta ſunt,
hoc eſt, exhibita uel præſentata a ſanctis angelis:
ſymbola ſunt, id eſt, ſigna & demonſtrationes diui
norum iudiciorum, quæ in nos uel erga nos exercē
tur.Alijs quidem,ſcilicet organis per ſignificationē
declarantibus corrigētem diſciplinam ſcilicet Dei
ſicut uirga, quæ uerberans uidetur: Aut declaran-
tibus punientem iuſtitiam, ſicut ſecures, & gla-
dij. Alijs uero organis declarantibus libertatem,
uel liberationem de anguſtia : aut finem diſci-
plinæ ideſt correptionis, & pœnæ: aut reſumptio
nem ideſt recuperationem prioris beneficentiæ :
aut appoſitionem aliorum donorum poſt priora
data, paruorum aut magnorum, ſenſibilium ſicut
in corporalibus bonis, aut inuiſibilium ſicut in ſpi
ritualibus. Et ut uniuerſaliter dicam: forſitan per-
ſpicax animus non dubitaret omnino, id eſt, per
omnia,pulchre adunare,id eſt,adaptare per ſignifi-
cationem,uiſibilia inuiſibilibus: ut nihil ſcilicet ex
omnibus uiſibilibus relinqueret, quod non aliquā
ad inuiſibilia ſignificationē habere demonſtraret.
Et merito:Quia etiam ipſos ſcilicet angelos uentos
nominari:hoc eſt,illud etiam,quod ipſi angeli uen
ti nominantur, ſignificat eorum uelocitatem, & ef
fectum eorum peruenientem in omnes res fere abſ
que mora. Et ſignificat etiam motum eorum tranſ
uectiuum deſurſum in ea,quę deorſum ſunt,& rur
ſum ab ijs,quæ deorſum ſunt ad ea,quæ ſurſum ſūt.
Quid autem motus ille hincinde tranſuehat conſe-
quenter adiungit.Motum dico erigentem ſecūda,
id eſt,inferiora ad ſuperiorem celſitudinem:& mo
uentem prima, id eſt,ſuperiora ad communicati-
uam,& prouidam minorum proceſſionem: id eſt,
ut procedant ad minora,id eſt,inferiora,prouidere
eis, & communicare eis uirtutem ſuam. Sequitur.
Dicet autem fortaſſis quis &c. Dixerat ſuperius an
gelos uentos nominari propter uelocitatem ſuam:
nunc ſubiungit, quòd fortaſſis aliquis dicere pote-
rit,quòd uenti nominantur propter diuinam ſimi-
litudinem; quia & uentus ſecundum aliquid diui-
næ operationis formam & imaginem habet: ſicut
in alia theologia de quaternaria diiudicatione, id
eſt,de quatuor elemētorum ſignificatione per plu-
ra exempla,aut argumenta ſe demōſtraſſe teſtatur:
quod opus apud nos non habetur. Dicet, inquit,
fortaſſis quis,id eſt,aliquis, uentoſam cognomina-
*Vide hic. & infra. quo Angeli pulchre diuerſis nominibus appellantur.* tionem aerei ſpiritus, ſignificare non ſolum ueloci
tatem,ſed etiam deiforme,id eſt, deiformitatem cæ
leſtium ſpirituum.Habet enim etiam hoc(ſubaudi
tur elementum)in ſe & imaginem, & formam diui
næ operationis:ut,hoc eſt ſicut,per plura,uidelicet
exempla, demonſtratur in ſymbolica theologia, id
eſt,in theologia,quæ de ſymbolis.i. de figuris & ſi-
militudinibus uiſibilibus demōſtratur:dico per te-
traſticam.i.quaternariam diiudicationem, ubi per
ſingula quatuor elementa oſtenditur,qualiter uiſi-
bilia inuiſibilium,& ſimilitudines ſunt & ſigna. Se
cundum illam igitur diiudicationem demonſtratū
eſt,quomodo hoc elementum.i.uentus diuinæ ope
rationis & imaginem,& formam habet.In quo au
tem habeat hanc imaginem & formam,ſubiungit:
ſecundum capacitatem naturæ ſuæ motiuam, & gi
gnentem, & uelocem, & potentem: quia motus
aer motum, & incrementum rebus ſubijcit,& ue-
lociter currens extrinſecus potenter,ſiue uiolenter
impellit,& ſecundum ignotum nobis,& inuiſibile
latibulum mouentium principiorum, & conſum-
mationum. Ventus enim motus foras ad ſenſum ue
nit:ſed principium, & finem motus eius ſenſus nō
deprehendit. Vnde ſcriptum eſt.Qui producit uen- Pſal.134.
tos de theſauris ſuis. Ventos ſiquidem de theſauris
producere,eſt & de occultis, & latētibus cauſis ſpi-
ramina uentorum per manifeſtam agitationem ad
ſenſum proferre.Secūdū hanc ſimilitudinē ēt crea-
tor ſpiritus,uniuerſis occulte præſidens,& inuiſibi
lis permanēs, cūcta mouet & ꝓmouet ſua uirtute:
& uidentur quæ mouentur, at qui mouet non ui-
detur: potens in faciendo,uelox in perficiendo:cu-
ius opera quidem foris cernuntur: ſed ignotum,&
inuiſibile latibulum primarum cauſarum,& prin-
cipiorum mouentium opera ipſa ad effectum, non
penetratur. Similiter & conſummationum ignotū
latibulum non penetratur: quia cum quid ad effe-
ctum mouetur, illud quidem,quod fit, cernimus:
ſed unde ſic fiat,uel ad quid fiat,non uidemus.Hoc
eſt,quòd in uiſione ſeraphim,caput & pedes conte
gunt in ſolio ſedentis:quia diuinæ operationis me
dia,quæ in tempore aguntur,cernimus:quæ autem
ante tempora fuerunt prima, & quæ poſt tempora
ultima futura ſunt,inueſtigare non poſſumus:quia
latibulum mouentium principiorum, & conſum-
mationum,inuiſibile nobis eſt,& ignotum. Simili
ter & quando ſpiritus ad cor uenit, ſentitur quidē
in eo,quòd percipitur:Vnde autē ueniat, aut quo
uadat,non inueſtigatur. Vnde uenit,principiū eſt:
quo uadit,conſummatio & finis.Sed neſcis, inquit
unde uenit,aut quo uadit:quia & principij,& finis
ſimul latibulum ignotum,& inuiſibile eſt. Propte-
rea neſcis unde ueniat, quia meritum in te non in-
uenis, pro quo te gratiam accepiſſe dicas. Neſcis
quo uadat: quia ex percepto dono ad quem finem
peruenias, non intelligis. Secundum hæc itaque
omnia uentus diuinæ operationis imaginem habet
& formam.Sequitur.Sed & nubis &c.Non ſolum,
inquit,theologia angelos uentos nominat: ſed etiā
ſpeciem nubis circunformat,uel aptat ipſis: nubes
eos uocando: ſignificans per hoc ſacros intellectus
ſuper repletos ſupermundane.i. ſpiritualiter,occul
ti luminis,id eſt,inuiſibilis claritatis: illos dico acci
pientes pompoſe,id eſt, excellenter primam mani-
feſtationem ipſius luminis in prima apparitione ip
ſius: quia primum eis monſtratur,& excellenter ab
eis percipitur: ideo ſunt ipſi accipientes primam
manifeſtationem eius pompoſe,& glorioſe,& ſunt
etiam diſtribuentes ipſam ſcilicet manifeſtationem
in ea,quæ ſunt ſecunda poſt eos: diſtribuentes eis il
lam lucide,id eſt, clare,& proportionaliter, id eſt,
ſecundum uniuſcuiuſque menſuram. Sic & nubes
primū lumen ſolis ſuſcipiunt, deinde illud ex ipſis
reſplen-

reſplendens in ſubiecta diffundunt. Et ideo etiam angeli nubes dicũtur: quia in eis ſubſiſtit genitale, & uiuificum, & actiuum, & perfectiuũ, iuxta intellectualem conceptionem hymbrium ſpiritualium. Sicut nubes, quæ per effuſionem hymbrium terrá fœcundantes rebus ex ea naſcentibus tribuũt uim gignendi, & uiuificationis, & augmenti perfectionis. Sic ergo nubes dicuntur, propter huiuſmodi hymbrium conceptionem, dico euocantem, ſiue prouocantem, uel elicientem in uitales partus, excipientem ſinum: id eſt, terram, quæ hymbres ſinu ſuo excipit: euocantem dico, humidis pluuijs, id ē, per pluuias humidas. Per pluuias enim terram prouocat notriendo ad uitales partus procreandos. Sequitur. Ipſa etiam &c. Ac ſi diceret. Non ſolum in ſpecie nubis ipſa theologia angelos deſcribit: ſed ēt ſpeciem æris, & electri, & multicolorum lapidum circumponit ipſa per ſignificationem cæleſtibus eſſentijs. Et recte. Nam electrum quidem utpote auriforme, ſimul & argẽteum ſignificat, utpote in auro, ſplendorem imputribilem, & ſimul largum, & non minutum, & incontaminatum: ſicut aurum non æroginat aliquando, ſed ſplendorem purum habet, atque perpetuum. Et ſignificat etiam utpote in argento, claritatem apertam, & luciformem, & cæleſtem: ſicut argentum nitidum eſt, & lucens. Sic ergo electrum ſecundum utranque ſpeciem, auri ſcilicet & argenti ſignificat nitidum & fulgidum, id eſt, clarum & igneum: quia ſuperna ſapientia, quæ in illis ſpiritibus lucet, & clara eſt per cognitionem, & ignea per dilectionem. Hoc ergo per electri ſpeciem in ſupernis ſpiritibus ſignificatur. In ære autem attribuendum eſt eis aut igneum, aut auriforme, ſecundum rationes iam traditas: in expoſitione ſcilicet electri, ubi ſecundum aliquid ſimilis ſpecies inuenitur. Lapidum uero multicolores ſpecies exiſtimandum eſt ſignificare aut luciforme quaſi albas, id eſt, ſicut albæ ſcilicet ſpecies ſignificant: aut auriforme, quaſi rubras: aut iuuenile & nouum, quaſi pallidas. Et ut breuiter dicam, per ſingulas ſpecies inuenies anagogicam, id eſt, ſpiritualem diiudicationem typicarum, id eſt, figuratiuarum imaginum. Sed quoniam quidem hæc ſecundum uirtutem noſtram a nobis dicta eſſe ſufficienter arbitror: Ideo tranſeundum eſt nunc in ſanctam reſerationem, id eſt, expoſitionem ſacrefiguratæ beſtialis formationis cæleſtium animorum, ut ſcilicet exponamus beſtiales formas, quæ ſacrefiguratæ ſunt cæleſtibus animis ad ſignificandos ipſos. Leonem enim cenſendum eſt ſignificare principale, & robuſtum, & indomitum, quod in illis ſpiritualiter conſiſtit, & ſignificare etiam aſſimilatiuum intellectualium ueſtigiorum pergentium ad abditum, id eſt, ſecretum ineffabilis diuinitatis. Quæ ueſtigia ut, id eſt, ſicut, uirtus, id eſt, res ſpiritualis poteſt, imitãtur ueſtigia leonis, quia ſicut leo ueſtigia ſua cauda delet, & quodammodo planum, quod pede impreſſerat, reformat, & reſtituit, ut occultus ſit ī ceſſus ei⁹; Ita inuiſibilis greſſus cæleſtiũ ſpirituum quodammodo formatur, itinere ſuo in ſemet reſtituto, id ē, ad priorem ſtatum reducto, & in planum redacto, deletis ueſtigiorum ſignis circuuoelamine, id eſt, per circumuelamen: & ut ita fortaſſis potius myſtice dicatur, reſtituto itinere, pompoſo amictu, id eſt, inſigni, uel excellenti, ſiue ſplendido, & glorioſo, amictu proueniente eis ſecundum diuinam illuminationem. Pergentibus enim introrſum ad ſecretum diuinitatis lumen contemplandum ex ſuperueniente ſplendore ueſtigia poſteriora delẽtur: quia omne, quod prius per cognitionem inhærebat, a memoria tergitur, cum concupiſcentibus animis deſiderata claritas manifeſtatur. Hinc eſt, quod Paulus dicit: Vnum, quæ quidem retro ſunt obliuiſcens, in ea, quæ anteriora ſunt, me extendo. Quaſi ergo deletis ueſtigijs incedere eſt, deleta ab animo omnium imaginationum cogitatione in incircunſcriptum lumen contemplandum mente proficiſci. Illic quippe intellectus dum ſuperuenientis claritatis ſplẽdore circundatur, quaſi quodam amictu tectus, quicquid præter illud lumen in ſemetipſo eſt, etiam ipſe uidere nõ poteſt. Hæc ergo omnia leonis formam ſignificare exiſtimandum eſt. Ipſã uero bouis (ſubauditur formam) exiſtimandum eſt ſignificare firmum, & nouum, & reuocans uel renouans, & reparans intellectuales ſulcos in ſuſceptionem cæleſtium, & gignentium hymbrium: & ſignificare etiam cuſtoditiuum, & fortiſſimum. Quia enim bos firmiter pedem figit, firmitatem & ſtabilitatem immutabilitatis ſignificat: In hoc autem, quòd terram ſulcans reuocat eam, & renouat ad ſuſceptionem cæleſtium hymbrium, quibus ad gignendum fœcundatur: ſignificat interiorem nouitatem, qua mens temperatur, & adaptatur ad ſuſceptionem cæleſtis gratiæ, quæ fœcundata, germina uirtutum profert. In hoc ergo, quòd bos fortitudine ceruicis eminet, & iugum portans cuſtodit: ſignificatur cuſtodia mentis, qua in omni actu in ſui cuſtodia ſine defectu perſeuerat. Ipſã dehinc aquilæ (ſubaudi formam) exiſtimandum eſt ſignificare regale: quia cęteris auibus pręeminet: & altiferum, quia uolatu in altum ſe fert, & citiuolum, quia cito uolat: & ad potentificum alimentum acutum, & ſobrium: quia in ſublimi uolans alimentũ ſuum acute proſpicit, ſobrie appetit, potenter rapit. Significat etiam forma aquilæ, agile, quia ad ſe mouendum expedita eſt: & ſignificat bene machinatum, quia in motu ſuo conuenienter ſe coaptat: & ſignificat etiam contemplatiuum ad radium diuini ſolis copioſum, & multolucentem. i. multumlucentem, una dictio. Contemplatiuum dico, deſiderio id eſt per deſiderium uirtutum inſpeculatiuarum, id eſt intus uel interiora ſpeculantium: & contemplatiuum dico ſanis obtutibus, & immediate, & recte, & inflexibiliter, ſicut aquila irreuerberatis oculis radium ſolis intuetur. Hæc igitur omnia in cõtemplatiuis ſpiritibus formã aquilæ exiſtimãdũ eſt ſignificare. Illam uero equorum, ſubaudi formam, exiſtimandum eſt ſignificare obediens, & frenabile, & album quidem. i. albam formam exiſtimandum eſt ſignificare uere lucidum, & quaſi maxime cognatiſſimum diuini luminis. Eorum autem ſcilicet equorum, qui nigri ſunt, formam exiſtimandum eſt ſignificare abditum id eſt occultum incomprehenſibilitatis ſcilicet diuinę; ſicut niger color

tene-

tenebroſus eſt, & uiſum repellit. Rubrum uero colorem exiſtimandum eſt ſignificare igneum, & actiuum: quia feruorem innuit bonæ uoluntatis, quæ in opere excercetur. Commixtorum quoque (ſubaudi equorum) ex albo & nigro colore, exiſtimandum eſt ſignificare, coniunctiuum extremorum cū perfectiua uirtute: quæ ſociat per charitatem prima ſecundis, & ſecunda primis conuertibiliter, ac prouide connectens: ut ſcilicet adinuicem per amorē mutuum, & prouidentiam connectantur. Hoc itaq; in ſupradictis formationibus intelligi poteſt. Et fortaſſis ſi non terminaremus ſermonis commenſurationem: id eſt, niſi hoc eſſet, quod terminare uolumus tali menſura ſermonem, & amplius per ſingula exponenda non ire: & niſi etiam terminaremus omnes proprietates, & omnes corporales conformationes ſupradictorum animalium per partes eorum iam dictas: id eſt, niſi per hoc, quod ex parte iā de eis diximus, quicquid uniuerſaliter de ipſis dici poteſt, ſiue in interioribus proprietatibus, ſiue in exterioribus conformationibus una ſimilitudine ſignificare uolumus: Niſi hoc, inquam, eſſet, quod p ſingula exponendo ire nolumus: fortaſſis non incōgrue aduna ſſemus cæleſtibus uirtutibus, etiam furibundum, ſecundum ſimilitudines diſſimiles: ſicut ſuperius dictum eſt, quaſdam diſſimilitudines ſimiles, quaſdam uero diſſimiles eſſe. Secundum hunc itaque modum non incongrue aptaſſemus furibundum cæleſtibus uirtutibus in ipſorum intellectualem fortitudinem ſignificandam: cuius ſcilicet fortitudinis furor nouiſſima imago eſt: quia uidelicet per contrarium, & de longe ſignificat. Ipſam uero concupiſcentiam irrationabilium, non incongrue aptaſſemus in amorem diuinum ſignificandum. Et ut uniuerſaliter dicamus ſicut ſummatim dicendū eſt: cōuenienter aptaſſemus ſimul & omnes ſenſus, & omnes multiplices partes irrationabilium animalium ipſis ſcilicet ſpiritualibus per ſignificationem ſenſus: & partes dico reducentes nos ſignificando in immateriales, id eſt, ſpirituales intelligentias, & uniformes uirtutes eſſentiæ cæleſtium: quia per ea, quæ corporaliter, & materialiter in ſenſibus, & mēbris irrationalium animalium deſcribuntur, ad immaterialem id eſt ſpiritualem intelligentiam earum uirtutum, quæ uniformiter, & pure in eſſentia ſunt ſpiritualium, excitamur. Poſſent multa alia dici: ſed ſufficiunt ſapientibus non ſolum hæc ipſa, quę dicta ſunt: ſed etiam unius ſignificatiuæ imaginis diiudicatio in declarationem proximorum, id eſt, ſimiliū imaginum ſimili modo faciendam. Et ideo inſpiciēdum eſt etiam hoc: ipſos ſcilicet angelos fluuios dictos fuiſſe, & rotas, & currus connexos; id eſt, adaptatos per ſignificationem cæleſtibus eſſentiis: uel inſpiciendum eſt in cæleſtibus eſſentiis, dictos, id eſt, nominatos fuiſſe fluuios, & rotas, & currus connexos, id eſt, copulatos & coniunctos adiuuicem. Nam ignea quidem flumina ſignificant diuino promotus, id eſt, promotiones ſiue effuſiones diuinæ gratiæ, donantes ipſis cæleſtibus eſſentiis copioſā, id eſt, non deficientem affluentiam: & nutrientes eas uiuifica fœcunditate. Currus autem, in quibus multa copulata pariter uoluuntur, ſignificant coniunctiuam ſocietatem ſimilitudinum, quæ ſunt in ipſis: per quas concorditer uno aſſenſu mouentur ad omnia. Rotæ autem, cum ſint quidem pennatæ, id eſt, agiles: & cum ſint euntes inconuerſibiliter, id eſt, ſine retrogradatione, & inflexibiliter, id eſt, ſine deuiatione: in ea quæ ſunt ante conſpectum, id eſt, anteriora: ſignificant uirtutem operationis dico euntis per rectam, & iuſtam uiam, omnium ſimul earum eſſentiarum intellectuali rotatu, ſupermundane, id eſt, ſpiritualiter directo in eandem rectam uiam: ut ſimul & concorditer propoſitum iter incedant ſine flexu, id eſt, ſine deuiatione: & recte, id eſt ſine retrogradatione. Hoc itaque rotæ ſignificant. Et non ſolum hoc: Sed eſt etiam, id eſt, contingit uel conuenit per aliam anagogen, id eſt, ſpiritualem interpretationem, diiudicare imaginariam deſcriptionem intellectualium rotarum. Vocitatum eſt enim eis ſcilicet angelis, ut ait Theologus, id eſt, propheta: gel, gel, gel. Dicit enim Exechiel, quod apparentibus, & currentibus rotis audiente ipſo angelus eas uolubiles appellauit. In hoc ergo uocitatum eſt & clamatum gel ſiue eis, ſiue ab eis. Significat autem hoc, id eſt, gel, iuxta hebraicam uocem: reuolutiones & reuelationes. Vtriuſque interpretationis cauſam ſubiungit. Igneæ ſiquidem, & deiformes rotæ, reuolutiones quidem habent circa idipſum optimum, motu ſemper mobili, id eſt, per motum ſemper mobilem. Quemadmodum circulus propterea in ſemetipſum reuoluitur, quia circa unum & idem ipſum, id eſt centrum, ſemper mouetur: Sic ſpirituales rotæ quaſi in ſemetipſas reuoluuntur: dum circa idipſum, quod eſt optimum, id eſt Deum, quaſi circa centrum ſuum contemplatione ſemper ipſum ambiendo mouentur. Et ideo ſemper mobili motu mouentur: quia & deſiderium eſt inextinguibile, & quod deſideratur incomprehenſibile. Propter hęc omnia ſpirituales rotæ reuolutiones habent. Reuelationes uero habent in manifeſtatione ſecretorum, & in circumreductione ſubiectorum: quia ad ſubiectos quidem deſcendunt eos illuminando: ſed iterum redeunt, ipſos per contemplationem ad ſuperiora reducendo: & ſic reuelationes habent in deductiua perfectione altarum illuminationum in ea, quę ſubiecta ſunt: quia illuminationes, quas ab alto ſuſcipiunt, ad perfectionem ſubiectorum deducunt, per quas eadem ſubiecta rurſum ad ſuperiora reducunt. Sequitur. Reliquus uero nobis &c. Poſt explanationem figurarum, & deſcriptionum materialium, rurſum ad interiora conuertitur, gaudia angelorum nouiſſimo contemplaturus. Et bene ſermo de cæleſtibus, gaudio terminatur: quia cæleſtium omnium, gaudium finis eſt. Reliquus nobis eſt in explanationem ſermo de gaudio cęleſtium diſpoſitionum: quia hoc ſolum nunc reſtat, ut de gaudio cæleſtium aliquem explanationis gratia ſermonem faciamus. Et bene non ſimpliciter de gaudio: ſed de gaudio cæleſtium ſermonem reſtare dixit: quia cæleſtes diſpoſitiones non ſunt omnino acceptrices eius paſſibilis delectationis, quæ ſecundum nos eſt, ſed congaudere Deo dicuntur, id eſt gaudio diuino

*Sequūtur Angelorū diuerſa appellationes*

ſimili

ſimili gaudio gaudere, de perditorum inuentione: Sicut quando perdita oue reducta, & dragma inuenta ad gratulandum inuitantur, Et iuxta deiformem epulationem, illam, quæ prodigo filio reuertente in uitulo ſaginato figurata eſt, & perfecta. Vel ſic legi poteſt. Congaudere Deo dicuntur de perditorum inuentione: non aliqua temporali & ſubito paſſibiliter exorta lætitia affectu: ſed iuxta deiformem epulationem ideſt delectationem, & iocunditatem, qua impaſſibiliter perfruuntur æternum Dei gaudium imitantes. Et congaudere Deo dicuntur ſecundum deiformitatem, in prouidentia, & ſalute redeuntium in Deum: quia ad ſimilitudinem Dei ſaluti prouident redeuntium ad Deum. Dicuntur etiam congaudere Deo ſecundum incorruptionis lætitiam, id eſt, incorruptam, ſiue plene & perfecte dulcem lætitiam, cui nulla amaritudo mixta eſt: & ſecũdum illam ineffabilem beneficentiam diuinæ gratiæ, per quam interna dulcedine effuſa corda ſancta reficit: in cuius participatione, id eſt, cuius ſcilicet dulcedinis uel beneficentiæ participes facti ſunt & ideſt etiam ſancti uiri, per deificos aduentus diuinarum illuminationum, deſuper ſcilicet aduenientium. Tanta a me &c. Clauſulam format, in qua breui recapitulatione finem narrationis conſtituit. Tanta, inquit, a me dicta ſunt de ſanctis formationibus: dicta dico deficientia, diligenti manifeſtatione, hoc eſt, a diligenti manifeſtatione earum ſcilicet formationum: quia ea, quæ a me dicta ſunt, minus ſufficientia eſſe confiteor ad diligentem & perfectam manifeſtationem ſanctarum formationum. Sed tamen quamuis ad hoc perfecta non ſint: perfectam tamen ſunt (ut exiſtimo) ad aliud: ſcilicet ad non remanendum nos humiliter in figurațiuis phantaſiis, id eſt, ad hoc ut erudiant nos, qualiter (omnino ſaltem) non remaneamus humiliter, id eſt abiecte, in figuratiuis phantaſiis, nihil aliud eſſe credentes, quam quod ſecundum uiſibilium formationem ſcriptum inuenimus. Sed eruditi potius a figuratiuis, ad eorum quę uera ſunt, cognitionem aſcendamus. Si autem & hoc dixeris, tu aliquis, uel tu Timothee: quomodo nos non fecerimus memoriam uel mentionem omnium angelicarum uirtutum, & operationum, & imaginum, quæ in eloquiis inueniuntur: deinde, id eſt, poſt illa, quæ diximus: Reſpondemus uerum ideſt quod uerum eſt: quod in ipſis quidem, ſcilicet uirtutibus aut operationibus, aut imaginibus: quarum ſupermundanam, id eſt, nimis altam ſcientiam ignorauimus, alterum lucis ductorem deſideramus, docentẽ nos, id eſt, ut doceat nos, & ducat ad lucem cognitionis. Quædam autem tanquam æquepotentia dictis, id eſt, ęqualia & non maiora: his quæ diximus, prætermiſimus: tamen commẽſurationi ſermonis prouidentes: id eſt, prouidentes ne ſermo noſter menſuram ſuam tranſiret, & omnis diceremus; ſi uel hoc totum diceremus, quod dicere poſſemus. Similiter etiam honorificantes ſecretum, quod ſuper nos eſt; ſilentio ideſt ſilendo aut per ſilentium. Silentium enim ſecretum honorat: quia illi, quod tacetur, aliquando maior reuerentia exhibetur. Et tegenda ſũt nonnunquam aliqua, quæ dici poſſent: ut ſemper ſuperſit, quod intus requiratur, & ne uileſcat ſi totum exponatur. ¶ Hæc quidem in hierarchiam B. Dionyſii ſecundum ſenſus noſtri poſſibilitatem præſumpſi. Sed timeo, ne noſtra illius adiiciens, marmoreum parietem luto ſuperduxiſſe conuincar. Propterea uertatur præſumptio: imploret deuotio; Mihi autem ſolatium affert, quod illius; quem exponendum ſuſcepi, in quo ſapientia tranſcendit, ſanctitas condeſcendit.

*FINIS EXPOSITIONIS ERVDITISSIMÆ M. VGOnis de Sancto Victore, in cæleſtem diui Dioniſii Hierarchiam; per quam hunc primum operum eiuſdem Tomum, qui eſt de annotationibus expoſitoriis ſiue elucidatorijs, componendum, & claudendum duximus.*

*Deo ſit laus, & Gloria. Amen.*

11